
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 H
13

GVALTERII BVRLAEI,

PHILOSOPHI OMNIVM PRAESTANTISSIMI, SVPER ARISTOTELIS LIBROS, DE PHYSICA AVSCVLTATIONE LVCIDISSIMA COMMENTARIA.

Cum noua veterique Interpretatione.

VNA CVM REPERTORIO TRACTATVVM, Capitum, Dubiorum, Conclusionum, ac rerum omnium notatu digniorum facillimo ordine digesto.



Omnia integerrime, quàm antea impressis, recondita, non pauca superaddita, ac exactissima, qua fieri potuit, diligentia, ab omni errorum labe vindicata.

[redacted] [redacted]



[redacted] [redacted]

Carmel. Discal. Rome.

Conuentus S. Mariae de Victoria





VENETIIS,

APVD PETRVM DE FARRIS.
M D C IX.

PERILLVSTRI D. FRANCISCO DE AMICIS
PATRITIO ÆSINATI,
D. suo Colendissimo.

Petrus de Farris S. P. D.

MIHI diu, multùque cogitanti, præstantissime vir, qua de causa homines ferè cuncti magis vnum, quam alterum perspiciantur diligere, & venerari occurrebant plurima, & admiratione plena, & digna non exigua consideratione. Nam licet omnium abditæ sint rerum causæ, & veritas in Putei profundo lateat, iuxta Democriti sententiam, tamen sunt, qui eas scire putantes ad Astra huiusce modi referas effectus, nec desunt, qui diuersas reddiderint causas, vt plurimum, meo quidem iudicio, somniantes. Quis enim potuit cognoscere, cur ferrum trahatur à Magnete, nisi ille, qui hæc fecit, omnipotens Deus? Nos autem cum Ouidio canere possumus. Pro super quantum mortalia pectora cæcæ. Noctis habent. *Ideo nil mirum, si nos forsitan lateret qua vi humanum ingenium huic suapte naturâ procliue abhorreat illum. Et opere precium est videre in ludis, in certaminibus, omnibusq; in rebus, quæ inter plures aguntur, quam sit impar spectantium desiderium, quamuis tunc primum cognouerint partes. Quippe alijs victoriam, & bona, alijs mala, & dedecus optant. Sunt complures (idque etiam perspicitur magnis accidere viris) qui alijs adeo se dedunt, vt inde solum pendeant omniaque gerant eorum nutu, & vix credenda quandoque credant, mitto amicitias, sine quibus nostra decideret vita, mitto consanguinitates, & affinitates, quibus astringimur simul iure naturæ, solum de animi nostri loquor applicatione, quæ ita mirabilis visa est Aristoteli suis Politicorum Libris, vt eam naturalem seruitutem appellauerit, quam nunquam excogitauere Iurisconsulti, qui dicunt homines liberos nasci, & tamen a natura hoc mancipiorum genere collocamur. Tantum valet naturæ, immo naturæ opificis, potentia, ne dum in homine, sed in cæteris animantibus, lapidibus, & plantis. Hominibus seruiuisse audiuimus Leones, quos facit Galli cantus contremiscere, magnes ipsa; a qua trahitur ferrum, allium abhorret, vites brassicas oderunt, vlmos, & salices amplectuntur, & sic, vt ait Poeta.* Trahit sua quemq; voluptas. *Magna quidem animi nostri propensionis est vis, sed virtus haud petitus supera ri à natura. Cum pariter faciat, illa præditos amari, admirari, & venerari, beatissimosque ab omnibus predicari. Hac plato Dionysium Tyrannum sibi conciliauit hæc Aristotelem Philippo, & Alexandro Magno reddidit amicissimum. Innumeros possem hic similes congerere casus, sed illis ommissis, hoc asseri proculdubio arbitror posse, vtramq; potentissimam esse, & quæ potentior sit haud facile cognoscitur fortasse. Quod in me satis expertus sum. Etenim cum ego semper tuam præstantissimam indolem amauerim ab illo tempore, quo cum puer quattuor vix annorum Sanctissimo D. N. Paolo Quinto, tunc Cardinali Episcopo Aesinati ex antiquissimo tuæ Nobilissimæ Familiæ Priuilegio Episcopatus Patriæ possessionem tradidisti, cum visum fuit talem ac tantum Pastorem, Cardinalemq; amplissimum passibus puerilibus passus æquare suos, teq; tanta venustate munus obire tuum, vt omnes obstupescerent, & amarent, neq; a maioribus natu potuisset melius, & venustius expleri, ita vt dum Episcopatus pos-*

sessionem Burghesio tradidisti, Ecclesiæ vniuersalis administrationem auguratus es illi, & tibi ipsius, & omnium beniuolentiam non exigua fælicitatis spe concitasti sed animi erga te mei propensioni mirus additus est cumulus amoris ob innumeras animi tui virtutes, quas adeptus es puerili ætate. Cum Sanctissimis moribus, optimisq; institutis sis imbutus diligentia D. Felicis matris tuæ, cuius prudentiam singularem, sapientiam incredibilem, castitatem mirandam non solum Aesij Ciuitas, sed totum Picenum admiratur, & extollit, Hæc in flore iuuentutis suæ pulchriori ab Alexandro tuo patre relicta id sibi negotij credidit solum dari Terentiano more loquendo, vt te vnicum commune pignus enutriret, & optimis moribus & disciplinis instrui curaret, prout tam diligenter curauit, vt haud mirum sit, si eximia, & præstantissima virtus tua nobis instar Phæbeæ Lampadis elucet, precipue cum omnium virtutum exemplaria habueris domi. Inspicere animi poteras, castos, sanctosq; mores in matre prudentiæ, sapientiæq; iniunctos præclaræ, doctrinam, ac scientiam in D. Iulio Sanctissimi D. N. Referendario patruo tuo ingubernandis vrbibus, & prouincijs tam laudato, in re militari virtutem in patre Alexandro Chiliarcha (vulgo Colonellus numcupabatur) cuius fortitudinem Galli, & Auenionenses vbi armis præfuit diu pro summo Pontifice, sunt experti, & in alijs patruis viris fortissimis, qui pro Christi fide pugnantes, vt plurimum occubuerunt. Nam Petrus Franciscus Auus tuus vir insignis ob innumeram prolem, quam habuit & educauit diplomate solito concedi duodecim filios habentibus donatus fuit, licet nunc ex tam magno filiorum numero solus tu superstitis quē Alexandri remanes Dei munere superstes, ne tam Illustris Familia deficeret in Piceno: Hæ igitur causæ fuere, vt tibi me totum iam dicauerim, sed quo nam modo hanc mei erga te animi propensionem patefacerem, non habebam. Sed cum Burlæi Philosophorum acutissimi commentaria optime, recognita, & ab erroribus plurimis, quibus scatebat erepta in Aristotelis Physicorum libros typis cudenda curauerim, ea tibi statui dicare, quò meum erga te studium, & amorem aliquo argumento declararem. Munus si inspiciatur fortasse tibi exiguum videbitur, sed si dicantis animum spectes amore, & obseruantia tui refertum maximum iudicabis, Et si hoc tibi non ingratum sensero me ad maiora excitabis. Vale. Et sicut amaris, ama.

AD LECTORES

Exc. D. TITI FRANCISCHINI de Cingulo de Burlæo.

EPIGRAMMA.



Dita de Physicis quæ sunt non edita magno
Scripsit Alexandro magnus Aristoteles:
Hocq; animum studio elatum sermone quieuit,
Scire volebat enim solus, habere velut;
At si Burlæum reserantem arcana magistri
Perspiceret, maior pars foret auris ei.
Quælibet obscura explanat sic dogmata doctus,
Vt nihil his libris clarius esse queat.
Sumite Burlæum, si vultis scire Tyrones,
Nam sine Burlæo mutus Aristoteles.

GVALTERII BVRLAEI
TOTIVS PHYLOSOPHIAE DIVISIO, ET TOTIVS OPERIS PROOEMIVM.



XPOSITVRVS hoc anno librũ de physico auditu Aristot. Cum pars sit prima speculatiuæ Phylosophiæ,& equidem toti Phylosophię necessaria, pars autem in relatione ad totum dicitur, relatiua autem simul cognosci est necessarium, necesse enim est in vtrorumque rationibus vtrisq; vti: vt Porphyrius refert. Visum est mihi necessariũ esse ipsius Phylosophiæ diuisionem pręmittendam in singulas eius partes, ex qua totius Phylosophiæ,& singularum partium eius notitiam consequi commode valeamus. Volentes ergo ipsam Phylosophiam diuidere, primo eius diffinitionem tangamus, quã Themistius in proęmio libri de physico auditu ponit, dicens. Est enim, vt corporis medicina,ita omni Phylosophiæ perfectio, & hoc est quod Themistius inquit in eodem proęmio de physico auditu, quem nuper transtulit de Græco in Latinum in omni disciplinarum genere eruditissimus Hermolaus Barbarus, qui & si nomine Barbarus sit, re tamen non Barbarus, sed Latinæ linguæ ornamentum singulare. Is enim librum posteriorum analyticorum Thæmistij,qui olim nescio quo auctore in latinum versus fuit. Cum inintelligibilis esset, & omni barbarie plenus, ipsum quidem difficillimum facillimum nobis reddidit, omnique denique barbarie purgauit. Themistius, librorum Aristot. de auditione physica facile est assequi intentionem, si prius eius partis Phylosophiæ diuisio, quæ de natura est ad memoriam reuocata in medium proferatur, fortasse vero operæ precium facturi sumus, si vniuersa Phylosophiæ distinctio, quæ ab Aristot.est instituta,a nobis hoc loco breuiter exposita, explicataque fuerit. Phylosophia igitur est omnis,peripateticorum auctoritate, Boetio super Porphyrio referente,in tres partes diuisa,practicam,scilicet speculatiuam, & rationalem. Et quia ad bimembrem omnis bona diuisio reduci debet,dicamus, quòd phylosophia alia est rationalis, alia realis. Rationalis,quæ idem,quod logica est,dicta enim est logica a logos,quod est ratio,eodem Boetio in loco, vbi supra ita exponente,diuiditur in rhetoricam, poeticam, & eam partem logicæ,quæ de perfecto syllogismo est de his, quæ ei adminiculantur. Cum enim sint tres actus rationis,in quibus nos errare contingit,tres erunt logicę partes, quę nos in ipsis dirigunt,ne errare possimus. Primus actus est simplicium intelligentia,in quo errare possumus, attribuẽdo dictionem vni,quæ alteri continet,ne in isto actu decipiamur,ordinata fuit vna pars logicę,quæ prędicamentorum appellatur,in qua de singulis dictionibus Aristot. tractat,cui liber Porphyrij adminiculatur, hunc librum scripsit Archita Tarentinus, a quo nullo quasi verbo mutato Aristot.sua pręedicamenta accepit,ab isto Plato instructus de oppositionibus Pithagoricis fuit,fuit enim solertissimus Phylosophus,de quo Aristot.in septimo meta. dicit,diffinitiones perfectæ sunt tales,quales fuerunt diffinitiones Architę. Secundus actus intellectus est compositio,vel diuisio,ne in isto erretur,fuit ordinata secũda pars logicę, quę perihermenias, seu de interpretatione dicitur, vbi de singulis enunciationibus Arist. tract. Tertius actus intellectus est discursus, discurrendo enim addiscimus. omnis enim doctrina,& omnis disciplina ex pręexistenti fit cognitione, vt primo posteriorum patet, ne erretur in isto tertio actu,ordinata fuit tertia pars logicæ, quæ de argumentatione perfecta, & syllogismo perfecto est. Notanter dico perfecto,quia de imperfecto syllogismo,& imperfecta inductione in rhetorica tractatur,cum eis vtatur & rhetoricus,& poeta,vt primo rhetor. Aristot. patet,& si de eis in ista tertia parte tractatur,hoc est per accidens, & ex consequenti. Et ista appellatur ars noua,quia pro maiori parte ab Arist.fuit inuenta. Duæ primæ partes sub veteri arte continẽtur,quia ab auctoribus inuentę, vt supra diximus: Inuẽtiuam enim Arist.inuenit,vt infra patebit. Ista, quæ de syllogismo est,in duas partes diuiditur, in inuentiuam, scilicet,& iudicatiuam, & hoc est, quod Cicero in primo suorum topicorum inquit. Omnis ratio differendi, quam veteres logicam appellauere, in duas partita est partes, in eam,scilicet,quæ iudicandi,& hãc sufficienter Stoyci prosequuti sunt,& alteram, quæ inueniendi, & hanc Aristot. vtriusque partis princeps adinuenit, quæ ab antiquis dialectica,vel topica dicta est. Topica,quæ idem est,quod localis,quia locos,seu maximas propositiones inuenit, quibus quodlibet propositum concludi potest. Ad omnium enim methodorum principia viam habet,vt primo topic. dicit Arist.diuisa est in duas partes,quia quędã est,quę veros locos ministrat, & hæc pars traditur in octo libris topic.quædam tantum apparentes locos,& hæc pars tradita est in libro elenchorum. Ista vero, quæ iudicium præstat, cum iudicium fiat per resolutionem, potest ipsa resolutiua,seu analytica appellari. Resolutiua in duas partes partita est,quia aut resoluimus,& resoluere docemur conclusiones in præmissas,& præmissas in terminos,& hæc traditur in libro priorum analyticorum, aut effectus in causas, & hæc pars traditur in libro posteriorum analyticorum. Ex quibus patet ordo,& sufficientia librorum ab Arist. de syllogismo compilatorum. Primus enim est liber priorũ, in quo Arist.tractat. de syllogismo in communi, docendo figuram,& modum,in quibus fieri debet,docetq; reducere imperfectos ad perfectos syllogismos, & resoluere conclusiones in præmissas,& pręmissas in terminos, quę resolutio cum sit omni syllogismo communis, prior est ea resolutione,quę in speciali fit syllogismo, demonstratiue,scilicet,qui tantum circa necessaria versatur,& ideo appellatus est liber priorum analyticorum,& liber posteriorum, dicitur posteriorum analyticorum, quia resolutio, quę hic fit,posterior est ea resolutione, quę in libro priorũ fit. Ex quo patet error quorundam credentium,ideo posteriorum appellari,quia ab Arist.vltimo editus. Secundus est liber topic.in quo tractat de syllogismo contracto ad materiam probabilem,& quia probabile indifferens est ad necessarium,& contingens, hic liber immediate debet sequi librum priorum, & anteponi libro posteriorum, in quo de syllogismo contracto ad materiam necessariam tantum tractatur. Cum ergo ad plura se extendat topicus syllogismus,quam demõstratiuus,est ergo communior, & per consequens de eo prius est determinandum,& hic syllogismus dicitur dialecticus,seu topicus,ad omnium methodorum principia viam habens,& ars de eo dicitur dialectica. Ex quo patet error credentium probabile,& contingẽs ad conuenientiam dici. Cum secundum Boetium in topicis suis probabile diuidatur in necessarium,& contingens,est igitur indifferens ad necessarium,& contingens ad verum & falsum, sunt enim falsa quædam veris probabiliora, vt octauo topicorum dicitur, cui intellectus assentit, cum formidine quadam,& hoc est, quod dicitur in diffinitione probabilis ab Arist. Probabile est,quod videtur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus,& his aut omnibus, &c. In qua diffinitione quinque hominũ genera tanguntur, quędam enim sunt grossissima probabilia, & hęc sunt,quę ab omnibus recipiuntur,& hęc sunt quibus rustici assentiut, vt quòd cœlum regat nos, quędam sunt non ita grossa, quę ex plurium opinione sunt habita, qualia sunt illa,quę iurisię recipiunt. Si enim plures suorum doctorum aliquid affirment, illud statim recipiunt, nullam rationem quęrentes, vnde cum isti iuristę circa singularia, ut puta

humanos actus versantur, eorum cōceptus erunt singulares hic, & non cum materia concepti, & vmbrosi valde, & ideo non est mirum si non recipiunt, nisi quædam grossa probabilia. Quædam vero sunt probabilia subtilia, & hæc sunt in tertio genere, quædam enim sunt subtilissima, & ista recipiuntur a diuinis, quædam medio modo, & illa a naturalibus recipiuntur, quædam absoluta subtilia, & illa a mathematicis recipiuntur, & hoc est quod dicit Commentator in tertio de anima, textu commento vigesimo, quod secundum diuersitatem huius virtutis cogitatiuę diuersificātur homines in quatuor virtutibus dictis in topicis, de quibus Alpharabius scripsit in elēchis, primi homines tanguntur per primam particulam, quæ videntur omnibus, secundi per secūdam, aut pluribus, tertij per tertiā, aut sapiētibus omnibus. Probabilia igitur recepta a sapiētibus non incōuenit esse necessaria. Et hoc est, quod Aegidius Romanus inquit in primo posteriorum, quod rationes in secundis intentionibus factis ex necessarijs procedentes sunt theorematicæ. Ex dictis ēt patet, quòd iurisperiti multum ignobiles sunt, & artium doctores nobiles multum, cum iuristæ circa grossa, & ignobilia probabilia versentur, vt videtur in conclusione, quę ad doctrinę bonitatem introducetur, qua quæretur, verū medicina iure ciuili sit nobilior. Ex dictis patet error credentium idem importari per dialecticam, & logicam, cum dialactica, vt visum est, pars est logicę, & illa pars, quę inuētiua dicitur. Post dictum librum sequitur liber posteriorū, in quo de syllogismo contracto ad materiam necessariam agitur. Vltimus omnium est liber elenchorum. Nam cum in eo libro tractentur obliquitates quædam syllogismi tam simplicis, vt patet de syllogismo in forma peccante, quam topici, vt est syllogismus tantum in apparēti loco fundatus, quā etiam demonstratiui, vt est syllogismus falsigraphus, qui ex proprijs principijs alicuius disciplinæ male intellectis procedit. Notitia autem recti præcedit notitiam obliqui, rectum enim est iudex sui & obliqui, vt primo de anima scripsit Arist. Et hinc est, quòd tres dicti libri hunc librum præcedere debent. Ex quo patet error Pauli Eremitæ in principio primi poster. dicentis, librū poste. vltimū esse inter libros nouæ artis. Ex dictis etiam patet, quòd diuisio, qua aliqui vtūtur de syllogismo, dicētes, syllogismū diuidi in prioristicum, &c. vana est, cum prioristicus cum syllogismo simpliciter cōuertatur. Sed syllogismus a Phylosopho primo topi. diuiditur in dialecticum, demonstratiuum, litigiosum, & falsigraphum, qui litigiosus, & falsigraphus sub sophistico elencho continentur, erit ergo diuisio syllogismi in illos tres, dialecticum, scilicet demonstratiuum, & elenchum sophisticum. Et nota, quòd illa diuisio non est generis in species, genus autē contrahitur ad suas species per materiam, sicut in proposito contingit. Dialecticus enim per materiam probabilem, demonstratius vero per necessariam contrahitur. Item syllogismus peccans in forma non dicitur syllogismus. Rhetorica etiam est rationalis, quia directiua in actibus rationis, veruntamen quia versatur circa materiam grossam, & moralem, vt circa humanos actus, ideo vtitur instromētis directiuis in actibus rationis grossis, & diminutis, respectu horum instrumentorum, quibus logicus vtitur. Ista autem sunt enthimemata, & exempla. Iuxta illud Phylosophi in primo posteriorum, rhetoricus suadet per exempla, quod est inductio, & enthimema, quod est quidam imperfectus syllogismus, & hoc etiam dicit primo topicorum, vbi inquit, quòd syllogismus, & inductio sunt violentiores ad probandum, quam enthimema, & exemplum. Et quia priuationes, & defectus cognoscuntur per suos habitus, ideo dialectica, quæ de syllogismo, & inductione tractat prior, & nobilior est, & prius debet doceri, quam ipsa rhetorica, quæ est quędam grossa dialectica, & hoc est, quod Phylosophus dicit primo rhetoricorum suorum, quòd rhetorica assecutiua est dialecticæ, & hæc est causa quare Boetius in suis topicis miscuit, & dialecticam, & rhetoricam tradit. Poetica vero etiam rationalis dicitur, eo quòd ex fictis ratiocinari docet, ex quibus suspitio quædam generatur, vt in poetica ab Aristot. & Commentatore colligitur. Non organica vero alia practica alia speculatiua. Practica vero diuiditur in factiuam, & actiuam. Tollitur hæc diuisio Arist. texto metaphy. vbi probat, quod naturalis Phylosophia nec est actiua, nec factiua, sed speculatiua, patet etiam, quia medicina cum sit practica non est actiua: relinquitur ergo, quod sit factiua, & isti deseruit medicatiua ars, quæ ex illa generari potest, licet etiam, vt plurimum, experimentis generetur, & hæc est illa, quæ inter septem artes mechanicas numeratur, vt in conclusione infra patebit. Sunt enim artes mechanicæ 7. videlicet. Nauigatio. Lanificium. Armatura, Agricultura, Venatio, Architectura, Medicina. actiua vero in tres diuiditur, ethicā, œconomicam, & politicam. Prima mores edocet, quibus singulorum hominum vita instituatur. Secunda domus gubernationem. Tertia ciuitatum, hinc omnis legum peritia fluit. Theorica in tres partes distributa est, naturalem, mathematicam, & diuinam. Mathematica, in geometriā, arithmeticam, astrologiam, & musicam, & perspectiuam. Ex quo patet error dicentium scientiam diuidi in practicam, & speculatiuam, tanquam in essentiales, & immediatas differentias, sumendo illud fundamentaliter, nam logica nec practica est, nec speculatiua, cum non sit non organica, quæ in illa diuiditur, habet etiam finem distinctū a practica & speculatiua. Est enim finis eius iudicium, aut inuentio, vt Boetius vult in prædicabilibus. Nam talis in octo partes distributa est, cum enim de rebus naturalibus & mobilibus, vt habent respectum ad motum sit naturalis consideratio, iuxta illud secundi physicorum. Quę mouent non mota non sunt amplius physicæ considerationis, aut enim de ipso corpore mobili in se, & absolute considerat, & illa consideratio traditur in libro physicorum, qui primus est inter omnes partes Phylosophiæ. Aut de ipso contracto ad vbi, & hæc consideratio habetur in secunda parte, scilicet in libro cæli. Aut de ipso contracto ad formam, & hoc dupliciter, quia aut ad formam simplicis, & hæc consideratio habetur in libro de generatione, quæ tertia pars est scientiæ naturalis, aut de ipso contracto ad formam mixti, & hoc dupliciter, quia, aut contracto ad formam mixti imperfecti, & hæc cōsideratio traditur in parte 4. in libris. s. metheororum, aut contracto ad formam mixti perfecti, & hoc dupliciter, quia aut inanimati, aut animati, si inanimati hæc consideratio traditur in 5. parte, in libro s. mineralium, quem trāslatū ab Arist. non habemus, sed Auic. & Albertus, ipsum cōposuerunt, & hoc est, quod Commentator inquit 1. physicorum: librum de mineris nō habemus, neque de plantis, nisi duos tractatus. Si autem sit consideratio de ipso contracto ad formam mixti animati, hæc consideratio in tres partes est partita, nam volentes nos de animatis corporibus determinare, oportet prius de eorū anima inquirere, quę pars, & causa est eorum. Cognitio enim causati ex cognitione suarum causarum pendet, & hæc consideratio traditur in parte sexta naturalis Phylosophiæ, qui liber de anima inscribitur, & ab Auicenna sexto naturalium, & bene merito appellatur, in quo de anima secundum seipsam, & de suis potētijs, & operibus, vt ab ipsa fluunt determinatur. Post illam considerationem de anima conueniens est, vt de corporibus animatis determinetur, quorum cognitio acquiritur ex potentijs, & operibus animæ non absolute consideratis, sed vt habent quandam concretionē ad corpus, & prout determinatas partes corporis, & determinata organa requirūt, & hoc dupliciter, quia, aut fit de ipsis determinatio in generali, & hoc traditur in paruis libris naturalium, in quibus de cōmunibus operationibus omnium, aut plurium viuentium, vt ista determinata exigūt instrumenta, vt supra diximus, fit consideratio, aut fit de ipsis consideratio in speciali applicando omnia hæc ad singulas species animalium, & plantarū, determinando, quid sit proprium vnicuique speciei, & hæc consideratio traditur in libris, quos scripsit de animalibus, & plantis, & sic habemus partem octauam scientiæ naturalis, & hoc est, quod Aristoteles inquit in principio libri de sensu, & sensato.

Quæ

Quæ quidem a prioribus de anima tradita sunt subijciantur. Consequẽs est, vt de animatis corporibus loquamur. Consideratio autem media in tres partes est diuisa, quarum vna continet ea, quæ pertinent ad viuum in eo, quod viuum, & hæc cõtinetur io libro, quem scripsit de morte, & vita, io quo etiam determinat de respiratione, & expiratione, per quæ in quibusdã vita conseruatur, & de iuuentute, & senectute, per quæ diuersificatur status vitæ. Similiter & in libro, qui inscribitur de causis longitudinis, & breuitatis vitæ, & in libro, quẽ facit de sanitate, & ægritudine, quæ pertinent ad dispositionem vitę, & in libro, quẽ dicitur fecisse de nutrimento, & nutribili, qui duo libri apud nos nondum habentur. Alia vero pertinet ad motiuum, quæ quidem continetur in duobus libris, scilicet in libro de causa motus animalium, & in libro de progressu animalium. Tertia vero pertinet ad sensitiuũ, circa quod considerari potest & illud, quod pertinet ad actum interioris, & exterioris sensus, & quantum ad hoc consideratio sensitiua continetur io isto libro, qui inscribitur de sensu, & sensato, idest sensitiuo, & sensibili, sub quo continetur tractatus de memoria, & reminisceotia, & iterum ad considerationem sensitiui pertinet illud, quod facit differentiã circa sensum in sentiendo, vel noo sentiendo, quod fit per somnum, & vigiliam, & de quo determinatur in libro, qui inscribitur de somno, & vigilia. Sed quia oportet per magis similia ad dissimilia transire, talis videtur horum librorum ordo, vt post librum de anima, in quo de anima secũdum se determinatur, immediate sequatur hic liber de sensu, & sensato, quia ipsum sentire magis ad animam, quam ad corpus pertinet, post quem ordinãdus est liber de somno, & vigilia. Deinde sequuntur libri, qui pertinent ad motiuum, quod est magis propinquũ sensitiuo. Vltimo ordinantur libri, qui pertinent ad cõmuoem considerationem viui, quia ista consideratio dispositionem corporis maxime cõcernit, ex quibus sequitur, quod cum ex operibus animæ duplex possit fieri consideratio, vna, vt ipsa ab anima fluunt. Alia, vt ipsa concretionem habent ad corpus, & secundum diuersitatem huius concretionis diuersificantur libri parui oaturales ad ipsa opera animæ spectantes, ipse autem intellectus, aut eius operatio, cum nullam habeat concretionẽ ad corpus, maxima enim eius concretio est in anima. Summa autem eius abstractio est in substantijs separatis, & ideo præter librum de anima Aristoteles non fecit librum de intellectu, & intelligibili, vel si fecisset nõ pertinet ad scientiam naturalem, sed magis ad metaphysicam, cuius est considerare de substantijs separatis, cuius oppositum voluit Albertus Magnus, hæc est ratio sancti Thomæ compatriotæ nostri in libello de sensu & sensato. Sequitur etiã, quod omnino mentiuntur, qui dicunt subiectum libri de anima est corpus animatum, immo ipsa anima est eius substantia, vt ex supra dilucidatis clare patet. Corpus vero animatum consideratum secundum operationes animæ communes omnibus, vel pluribus animatis, est subiectum in libris paruorum naturalium. consideratum vero secundum operationes proprias vnicuique specierum naturalium, & plantarum, subiectum est in libro de animalibus, & plantis. patet ẽt, quod liber de plantis nõ numeratur, vt distinctus a libro de animalibus, vt Ioannes de Gandauo voluit in 1. quæst. primi libri de anima, cum isti duo libri conueniãt in vna formali ratione considerandi. In ipsis enim fit consideratio de operationibus animæ, vt ipsę appropriantur vnicuique speciei animalium, & plantarum. Ex quo patet ordo istarum liberalium artium, quantum ad doctrinam. Nam primo debemus discere grammaticam, deinde logicam, demum moralem Phylosophiam, deinde mathematicas, vltimo diuinã. Et hoc est quod Themistius inquit in prologo physicorum dicens. Nam post morales scientias, quę ad vitæ nostræ institutionem pertinent, & post rationales, quę nobis tradunt regulas discutiendæ, & diiudicandæ veritatis; capescenda erit rerum naturalium disciplina. Mathematica etiã debet sequi naturalem, quia naturalis ex nobis notioribus procedit, vt Alb. 1. phy. testatur.

Q V AE S T I O,
Vtra sit excellentior professio, an Iuris Ciuilis, an Medicinæ.



Væstio est an medicioa nobilior, atque præstantior sit iure ciuili; Quod non. Arguitur primo sic. Illa scientia, quæ reddit homines magis honorabiles est nobilior. Ius ciuile est huiusmodi. ergo, &c. Tenet consequentia cum maiori, minor patet auctoritate Ciceronis dicentis officiorum primo. Ius ciuile semper in summo honore habitum fuisse, & hinc est, quod iuristæ dicunt, quod scholares iuris domini debeant appellari, professores vero medicioæ magistri. Secundo, illa scientia est alia pręstantior, quę maxime archimatica est, & principalissima inter omnes scientias, sed scientia iuris, quę politica est, est huiusmodi, vt primo ethicorum Aristoteles ponit in proemio, vbi inquit, politicam pręcipere omnibus alijs artibus, habet enim sub ipsa pręciosissimoas disciplinarum, vt militarem, rhethoricam, &c. pręcipit enim, & ordinat quales debent esse artes in ciuitate. Item quod scientię speculatiuę legantur in ciuitatibus, & ita omnibus, & practicis, & speculatiuis pręcipit. quare, &c. Tertio illa scientia est nobilior cuius finis est nobilior, sed politicę, & iuris ciuilis est huiusmodi, nam finis iuris ciuilis est facere hominem virtuosum, finis vero medicinę est conseruare hominem in suo esse, sed esse virtuosum est nobilius, quam in esse conseruari, nam quando aliquid ad aliud comparatur, cuius oppositum melius est opposito alterius, ipsum quoq; melius est, vt tertio patet topico. sed virtuosum comparatum ad conseruari in esse est huiusmodi, nam oppositum virtuosi est vitiosum, quod deterius est opposito ipsius conseruari in esse, quod est mori, nam magis est eligendum mori, quam esse vitiosum, vt quarto ethicorum patet, & ideo vitiosum deterius est, minus enim eligendum deterius est. ex tertio topicorum. Quarto, illa scientia est alia nobilior, cuius subiectum nobilius est subiecto alterius, vt primo de anima colligitur. Sed subiectum iuris ciuilis est huiusmodi, cum sit homo sanabilis secundum animam, qui nobilior est homine sanabili secundum corpus. Quod tale sit iuris subiectum patet ex legis diffinitione, quę cum sit donum Dei ars est, & ęqui, & veri pręcipiens honestum prohibensq; contrarium. Sicut enim virtus salus est animę, ita vitium morbus est eiusdem, vnde punitiones in legibus ordinatę dicuntur medicinę. Cum igitur finis legum sit uirtus animę, quę salus est eius, erit ergo homo sanabilis secundum animam eius subiectum.

In oppositum, & pro parte uera arguitur primo sic. Illa scientia est alia nobilior, cuius finis est nobilior, sed medicina est huiusmodi, nã cum finis eius sit hoiem in esse conseruare, politicę uero finis est pacẽ in ciuitate inducere, & conseruare. Constat aũt, ꝙ esse cum sit substantia, est omni accidente nobilius ex septimo metaphy. quare &c. Secundo, illa scieotia est nobilior alia, quę habet modũ procedẽdi nobiliorem, vt patet ex primo de anima, vbi Phyl. vult scientiam de anima excedere alias scientias non solũ propter subiecti nobilitatem, sed propter demonstrationis certitudinem, medicina est huiusmodi, nam ipsa utitur aliquando processu, quia aliquando propter quid, & demonstrando scit se demonstrare, cuius oppositum contingit io iure, cum ipsi innitantur auctoritatibus doctorũ, si aliquando discursu demonstratiuo utatur, cum non intelligant se demonstrare scire nullo modo possunt. Est. o. scire per demonstrationem intelligere. Et sic arguitur ut Paulus Eremita in suis pręd icabilibus, discursus, quo isti utuntur, cum sit demonstratiuus, & demonstratio est syllogismus faciens scire, aggenerabit ergo scientiam. Respondeo, quòd bene est demonstratiuus, & aggeneratiuus scientiæ, sed in subiecto apto, & disposito per habitum dialecticæ, qua isti carent, & non in eis, sed in eis ex tali discursu generatur habitus quidam opinatiuus for-

midini

midini permixtus, qui longe scientia ignobilior est. Tertio, illa scientia, quæ subalternatur scientiæ nobiliori est nobilior, medicina est huiusmodi. ergo &c. tenet consequentia cum maior, quia subalternata recipit subiectum suum, & principia a subalternante, minor vero est per se nota, subalternatur enim medicina phylosophiæ naturali, vt in libello de senso, & sensato, colligitur, cuius auctoritas tangitur in corpore quæstionis. Ius ciuile vero politicæ. Constat autem scientiam naturalem politica esse longe præstantiorem. Ipsa enim cœlestia, & gloriosa corpora contemplatur quantum ad eorum quidditatem. Quidditatem intellectiuæ animæ ipsa sola Deum, cæterasq; intelligentias esse demonstrat. Diuinus vero, & primus Phylosophus recipit ab ista hoc genus entium abstractorum esse, sine cuius cognitione de quidditate Dei, & cęterarũ intelligentiarum nihil contemplari posset. Quæstio enim, an est præcedit quæstionem quid est, ipsaq; omnium naturalium, quæ infra globum lunæ sunt, causas cognoscere docet. Cum igitur sine ipsa naturali scientia, neque Deus, neque aliæ intelligentiæ cognosci possunt, in quarũ cognitione consistit vera hominis fęlicitas, ad quã legum periti ex solo habitu legali peruenire non possunt, qm̃ finis legalis positionis est fælicitas quædam circa cõuiuere, & communicari secundum ciuilem conuersationem. talis autem nõ est vera fęlicitas, sed quędam fęlicitas humanorum actuũ, vt patet 10. ethicorum, vbi Aristot. fęlicitatem ponit in operatione speculatiua, & speculari, sic dicens. Inquantum autem protenditur speculari, & fęlicitas, & quibus magis inest speculari, & fęlices esse. Secundum enim istam maxime Dijs assimilamur, quorum fęlicitas in intellectione suarum essentiarum existit, vt & eodem 10. colligitur. Hoc etiam probatur rationibus Phylosophi ibid. primo sic. Illa est vera fęlicitas actuum humanorum, cuius operatio est minus admixta cõtrarijs, sed operatio speculatiua, quæ est in naturali Phylosophia est talis respectu practicę operationis, & ciuilis. ergo fęlicitas, quæ est secundum speculationem, & contemplationem veritatis, qualis est fęlicitas naturalis scientiæ est vera fęlicitas. consequentia nota. maior etiam est manifesta apud Phylosophum decimo, & septimo ethicorum in fine. minor est nota. intellectus speculatiuus est simplex, & eius operatio simplex. Intellectus autem practicus, & operatiuus circa extrinseca agibilia non est simplex, inquantum talis. Confirmatur hæc ratio sic. illa scientia est verior fælicitas, ad quam consequendã homo est per se sufficiens, non indigens extrinseco adiutorio, sed ad consequendam felicitatem speculatiuæ scientiæ homo est per se solum sufficiens. Ad consequendam fęlicitatem politicam non est sufficiens, immo multo indiget extrinseco adiutorio, homo enim per se sufficiens est speculari veritatem sine adiutorio alterius. Ad conuersationem autem politicam, & ad virtutes morales exercendas, & ad iustitiam, & leges exequendas non est per se sufficiens, vt notum est, imò indiget multis adiutorijs, saltem indiget, circa quos talia operetur, & cum quibus committat in iustitia commutatiua, & quibus distribuat in distributiua, quare &c. Item illa est vera fęlicitas secundum quam est summa, & simplex delectatio intellectus humani, & summa perfectio eius, sed talis est speculatio veritatis, quæ est per habitus scientificos respectu practici politici. ergo fælicitas inuenta in naturali Phylosophia, quæ est speculatio veritatis, est vera fælicitas respectu fælicitatis politicæ. consequentia nota cum maiori, quia verior fęlicitas in actibus humanis est, quæ est simplicior & secundum particulam nobiliorem hominis, quæ est intellectus speculatiuus, vt patet sexto ethicorum. cap. de operatione scientiæ ad prudentiam, & sapientiæ ad prudentiam, minor nota, quia fælicitas in politicis est bona conuersatio, & iusta retributio circa contingentia in communicatione temporali, sed fælicitas in speculatiuis est speculatio veritatis, & summa delectatio, circa quam non est labor, immo sine labore, & sine amissione contrarij continuo crescit, per quam homines sunt fælices, & summe delectantes: quoniam intellectus simplex est, & obiectum simplex, scilicet veritas scibilis, & æterna. Et propter hoc. quia Deus summe simplex est, vna sola & simplici gaudet delectatione, quæ est infinita fælicitas eius, vt dicit Aristoteles decimo ethicorum cap. vlt. Ex quo sequitur hominem æquiuoce dici de homine rationali, & iurista non sit homo, nisi æquiuoce, cum iurista vltimo fine hominis sit priuatus, & hoc est, quod Auerroes dicit in prologo libri physicorum, quod homo æquiuoce dicitur de homine perfecto per scientias speculatiuas, & de homine ignorante eas, sicut dicitur æquiuoce de homine vero, & picto, politica vero conseruationem ciuitatum intendit. Commune, inquam, bonum toti humano generi, vt gratia exempli. pacem in singulis ciuitatibus, & hoc est, quod d. Aristot. ca. primo ethicorum. commune bonum vni, vel pluribus ciuitatibus methodus quædam intendit. i. politica. Constat autem hoc longe imperfectius esse supranominatis, anima, scilicet, intellectiua, & alijs. Quarto arguitur sic. Illa scientia, quæ reddit homines magis honorabiliores est nobilior, medicina est huiusmodi. ergo, &c. tenet consequentia cum maiori, cuius enim effectus nobilior est, ipsum quoque nobilius est. minor declaratur. nam medicina semper in summo honore fuit, intantum, quod sapientiæ pars antiquissimis temporibus habebatur, dijsque primum inuentores suos assignauit, & cælo dicauit. Vetustissimus enim ille Esculapius, quoniam rudē adhuc, & vulgarem hanc scientiam paulo subtilius exoluit in deorum numero receptus est, quem & filios Machaonem, & Podaliarium, Homerus vulneribus tantummodo ferro, & medicamentis mederi solitos esse proposuit. In secta vero empyrica, quę in Sicilia cępit Creonte Agrigentino multi fuerũt, qui etiam in magno precio habiti sunt, vt Serapion Apollonius, & aliquanto post Eraclitus Tarentinus. Quid dicam de secta rationalium, qua summi Phylosophi claruerunt, vt Pithagoras, Empedocles, Democritus, diuinus ille Hippocrates Chous, Diocles, Charistius, Prassagoras, Erophilus, Crisippus, Erasistratus eius discipulus ex Aristotlis filia natus, Asclepiades Themison. hi enim omnes sicut Dij terrestres habiti sunt, vnde Boetius in primo suæ arithmeticæ de Pithagora sic ait, a nullo aliter sua dicta referente probari, nisi quia Pithagoras dicit. Si vellem singulorum laudes referre dies ad scribendum non sufficeret. Huius medicinæ rationalis scientiæ nobilitas etiam haberi potest si artis præmia incipiamus referre: Herasistratus Antiocho rege sanato centum talentis donatus est a rege Ptolomeo filio eius. Antonius Musa diui Augusto tirso lactucæ sanato statua aurea donatus est, Policretus sanato Phalaride tyrãno incredibili auri quantitate ab ipso donatus est. Multos præterea medicos celeberrimosque, ex his Cassios, Carpitanos, Aruncios, Albutios, Rubros 250. sextertia annua mercede his fuere apud principes, hac arte fructuosior nulla. hęc omnia, quæ in ista ratione tacta sunt, ex Plin. & Celso. O Dij boni, quo pacto possunt leguleí nobiscũ de nobilitate contendere, cum ætate nostra hanc artem constantissimam habeamus, quæ olim antequam in scientiam redacta esset, inconstans multum fuit, quam diuinus ille Galenus medicorum princeps, & vir solertissimi ingenij Auicen. vt scripsit de eo Commentator tertio cæli. ex media Phylosophias hauserunt. Item quinto arguitur sic. Illa notitia, vel cognitio, quæ est de rebus indeterminatis, variabilibus, & directiuo indigentibus est determinata, & irrationabilis, & nullo modo sciẽtifica esse potest. Notitia iuris ciuilis est huiusmodi. ergo, &c. tenet consequẽtia cum maiori quantum ad primã partem per Aristotelem quinto ethicorum dicentem, quod indeterminati regula debet esse indeterminata. dat exemplum de regula lesbiæ ædificationis, quam oportuit esse plumbeam, & reddit causam ad figuram enim lapidis transmutatur, quia enim lapides illi lesbię erant diuersissimi non poterant in rectam figuram redigi. Ideo eorum obliqua erat. Quantum ad secũdam partem. s. quod non possit esse scientifica, patet, quia scientia est de immutabilibus, & ęternis, & per consequens non ex uariabilibus, & indeterminatis. minor patet per Aristotelem eodem quinto ethicorum. vbi vult, quod lea debet

vniuers

vniuersaliter poni, & non particulariter. nam particularia infinita sunt quę a nobis cognosci nõ possunt, & quia est ipsa lex de actibus humanis, in quibus est impossibile vniuersaliter verum dicere, vtile est in aliquo particulari casu oppositum legis obseruari. Ideo indiget lex directiuo in talibus casibus particularibus, quę directio fit per iustum naturale, quod, vt ibi Aristoteles ponit, eãdẽ habet potentiam vbique ex gratia. lex ponit q si qui peregrini muros ciuitatis ascẽdunt pœna capitis puniantur, inuadentibus hostibus ciuitatẽ, peregrini muros ascendũt, & liberant ciuitatem ab hostibus, in isto casu lex obseruari non debet, sed iusto naturali dirigitur, quod est, q liberantes patriam debent præmiari. Vnde leges variantur secundum locorum commoditates, & ad libitum hominũ. Leges enim Iustiniani in Gallia nihil valẽt. vnde assimilat eas Aristoteles in eodem quinto ethicorum. mensuris sic dicens. Non enim æquales vbique vini, & frumẽti mensuræ, sed vbi quidem emuntur maiores, vbi autem vendũtur minores. Similiter non naturalia, & humana iusta nõ eadẽ vbique, quia neque vrbanitas. Idem Aristoteles eodẽ quinto. vbi ponit differentiam iusti legalis, & naturalis, inquit sic. Legale autem, quod ex principio nihil differt sic aliter, quãdo aũt ponitur, differt: puta capram sacrificare, sed nõ duas oues. Et secundo metaphysicæ inquit. Quantam vim habeat, quod consuetũ est, leges ostendunt, in quibus fabularia, & puerilia magis quidem valent, cognitio est de eis propter consuetudinem, &c. Cum ergo medicina sit scientia, vt ex dictis & dicendis patebit, erit præstantior, & nobilior tali habitu non scientifico. s. legali, &c.

Pro decisione istius dubij ponitur ista conclusio. Medicina est scientia nobilis valde naturali phylosophię subalternata, quę in nobilitate iuri ciuili comparanda non est, cum iuris notitia non scientia proprie dici potest, sed practica quędam notitia, nullam habens ad fœlicitatem munitam viam, vt Ciceroni placuit. Hęc conclusio habet duas partes. Pro declaratione primę est notandum, q medicina dupliciter sumitur. Vno modo pro habitu scientifico per demonstrationem acquisito, seu illa demonstratio sit quia, vel propter quid. q sic sumi possit nulli est dubium, possunt enim fieri, & sũt in medicina demõstrationes a priori, & a posteriori, vt patet inspicienti codices Gal. & Auic. Verum tamen est, q vt plurimum procedit a posteriori, vt etiam contingit in scientia naturali. Et sic sumendo medicinã ipsa est naturali scientiæ subalternata, a qua sua accipit principia, nã naturalis principia sanitatis, & ægritudinis habet considerare, cũ consideret eius subiectũ, quod est corpus viuum, habet etiam principia talis subiecti considerare. Illa autem, quæ sunt principia subiecti sũt principia passionũ eius. Et hoc est, quod phylosophus inquit in libello de sensu & sensato circa principium, plurimi medicorum; qui scilicet, magis phylosophiæ artem medicinæ prosequũtur non solum experimentis vtentes, sed causas inquirentes incipiunt medicinalem considerationem a naturalibus. Istam medicinam habent medici rationales, qui scilicet, sunt boni phylosophi naturales, quibus honor maximus ab hominibus debet exhiberi. Sũt enim sicut dij terrestres. Vnde si Athenienses Esculapio pro herbarum cognitione statuam erexerunt; templumque ei constituerũt, & pro Deo ipsũ habuerunt. Si ciues Romani, vt Octauio Augusto gratificarentur. Antonio Mussæ medico, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuam ære collato iuxta signum Esculapij statuerũt, quid nos rationalibus medicis, & præsertim ætate nostra medicorum principi & integerrimo phylosopho Gerardo Bolderio Veronensi facere deberemus? certe toto terrarum orbe ipsius nomine statua aurea dicari deberet. Secũdo sumitur medicina pro habitu factiuo ex medicina primo modo sumpta generatus, & sic sumendo est ars, & non scientia proprie loquendo de scientia. nam ars & sciẽtia sunt habitus distincti, vt sexto ęthicorum ponit Arist. & ista non medicina, sed potius medicatiua dici debet. Neque mirum est, q ab habitu tali scientifico talis ars generetur, cum ab eo sumat maximas propositiones, quibus mediãtibus artifex de singularibus ratiocinatur. Ista est ars mechanica, qua vel consimili empyrici vtuntur, dixi vel consimili, quia eorum ars experimentis generatur, vt primo metaph. patet, & non ex habitu scientifico, & vt plurimum ars sic generatur. Et isti sunt, qui faciunt nostram medicinam in vilissimo præcio haberi, vnde isti sunt ab vrbibus expellendi, solo. s. experimento viẽtes, sicut quondam Romani fecerunt. Plinio referente, & de ista intellexit Auerroes colliget primo, cum dixit, medicinam esse artem mechanicam, auctoritate Aristotelis. Medicina autem primo modo sumpta nullo modo ars mechanica dici debet, sed vera sciẽtia, quę etiam subiecto differt a medicina secũdo modo dicta, cum illa fundetur in intellectu practico, qui consiliatiuus a phylosopho sexto ethicorum appellatur. prima vero in intellectu speculatiuo, sicut omnes aliæ sciẽtiæ, & propterea a phylosopho scientificus appellatur. Sed tunc est difficultas, quo modo scientia practica in intellectu speculatiuo fundari potest. Respondeo, q non incõuenit scientiam practicam in intellectu speculatiuo fundari, neque ideo dicta est practica, quia in practico intellectu fundatur, sed quia in praxim ordinatur. hæc pro magna parte accepta sunt a plusquam Commentatore primo techni. Ex quibus patet secunda pars conclusionis, q scilicet ius ciuile nullo modo nostræ medicinę in nobilitate comparari potest, cum eius notitia non sit scientia. Nam scientia est habitus demonstratione acquisitus, & scire est per demõstrationem intelligere. Isti autem iuristę non intelligunt per demonstrationem, cum ipsi demonstrationem penitus ignorent, nullo ergo modo scire possunt, & maxime iurisconsulti huius tẽporis nostræ dialecticæ omnino expertes, sine qua, vt supra diximus, nihil sciri potest. Vnde isti innituntur auctoritatibus priscorum iurisconsultorum, & dicta eorum sunt voluntaria. Lex enim est voluntarie posita, vt primo cœli dicit Arist. Vnde statuarij potius, quam iuriscõsulti debent appellari. Prisci vero non proprie iurisconsulti appellati sunt, sed iuris conditores, & legum. Iuris enim cõsulti, & legum interpretes. Priscos dico legibus conditores, summi philosophi ex media phylosophia leges haurientes, qui politicam artificialiter acquirebant. Prius enim logicam addiscebãt, quæ necessaria politico est. vnde primo ęthicorum dubitat phylosophus nunquid moralis debeat vti processu quia, vel processu propter quid, & sic logica omni parti moralis phylosophię est necessaria. Post acquisitionem moralis scientiæ, vt perficerẽtur naturalem phylosophiam addiscebãt, sine enim scientia naturali, & maxime sine scientia de anima moralis phylosophus nihil perfecte intelligere potest, immo veluti belua est, vnusquisque enim seipsum cognoscere debet. γνῶθι σαυτὸν quod in templo oreficij Apollinis aureis literis inscriptũ erat, quod sine animę cognitione minime fieri potest. Ex acquisitione naturalis phylosophię fit acquisitio virtutum omnium, vt clare Thæmistius declarat in prologo de physica auditione, & Commentator in prologo eiusdem libri. Sed ad pręsens sufficit de iustitia hoc explanare, circa quam maxime versaturius ciuile, quæ iustitia præclarissima virtutũ est, & neque hesperus, neque lucifer ita admirabilis, vt dicit Arist. quinto æthicorum. Pro cuius explanatione audi verba Thæmistij quæ sequũtur. Thęmistius, videtur enim ad virtutes actiuas adipiscẽdas scientia naturalis maximum habere momentum primum ad iustitiam, quando quidem elementa, & reliquas partes orbis vniuersi, & sibi inuicem cedere, & suum amare quæque ordinem, æqualitatemq; seruare geometricã plane perspicimus, vnde ab auaritia & possidendi libidine nos faciet abhorrentes, q autem nihil perfecte moralis, & consequenter iurislę intelligere valeant, sine scientia de anima. hoc idem Thęmistius in prologo libri de anima pulchre declarat dicens, At in ea scientia, quę ad animã pertinet, bonum vtrunque rẽperies, & costantiam demonstrandi, & naturę nobilitatẽ, costantiam ea ratione, q aliæ scientiæ ab hac scientia suã costantiam, & certitudinem reponunt. Nobilitatem idcirco, quia cæteris rebus, quibus formatur mundus ingenium animæ fere antistat, quidnam illa admirabilius esse potest, atque diuinius? vna enim cognitio animę ad notitiam pertinet omnium rerum, ad eamque magnum, atque incredibile habet momentum. Nulla enim pars phylosophię est, cui hæc non præseruiat, cui non sit quam commodissima, ac virtutes quidem negotiosas, actuosasque facilius consequemur si substãtiam, atque vim animæ, cuius illæ seu decora quędam honestamentaque sunt habuerimus perfectam, & cognitam. naturę vero atque mundi contẽplatores, exploratoresque qui esse poterimus si a nobis ignorabitur ea natura, quę fons, atque initium sit omnium

nium

nium motuum: fortasse & corporum omnium, præsertim animalium, atque plātarum, & hoc est, quod phylosophus inquit in prologo de anima, ꝙ scientia de anima omnes alias excedit in nobilitate subiecti, & in demōstrationis certitudine, eiusque cognitio ad veritatem omnem proficere videtur. Et tales fuerunt antiqui phylosophantes, quis.n. suis Atheniensibus leges instituit, nisi Solon vnus ex septē Græciæ sapientibus? quis suis Stagyritis leges composuit, nisi Aristoteles? Isti igitur sunt summo honore prosequendi, non tantum propter politicam, quantum propter naturalem, & diuinam eorum phylosophiam, quæ longe præstantior est politica, & istorum legalis notitia est scientia ignobilior etiam, vt puto, medicina nostra rationali, propter rationes supra tactas. Conclusio autem maxime verificatur de legali notitia, qua pleni sunt codices Iustinianī, cuius dicta & multorum iurisconsultorum, quorum dicta ipse aggregauit, sunt multis mendacijs plena. Contra quos Cicero loquitur in plerisque locis, & maxime in ea oratione quam habuit contra Seruium Sulpitium pro Lucio Murena, vbi sic inquit. Quandequidē Serui Sulpiti ius ciuile didicisti, nō dicam operam perdidisti, sed illud dicā nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viā. Et paucis interpositis dicit. In tam enim tenui scīētia nulla dignitas esse potest. Res enim sunt paruę prope in singulis literis, atque interpretationibus verborū occupatę, vt in lege si. ff. Si quadrupe. verba textus, mulam equus olfecit. verba glosæ. olfecit, idest nasum ad culum posuit. o mirabilis interpretatio. Item exponentes quid nomine fæni importantur inquiunt. Nota, ꝙ fænum est herba sicca. Infinitis similibus sunt plena, quæ scriptura digna nō sunt. Sed hæc sufficiant pro explanatione supradictorum verborum Ciceronis. Postea subdit Cicero. Nam cum per multa præclare legibus essent constituta ea iurisconsultorum ingenijs pleraq; corrupta, atque deprauata sunt. Et parum post subdit. Itaque, vt dixi, dignitas consularis in illa scientia nunquam fuit, quę tota ex rebus fictis, commētitijsque constaret, fraudis, & stultitię plenissima. Sapiens enim nemo potest existimari in ea prudentia, quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ rebus prolatis quicquam valet. Et subdit. Itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis, triduo me iurisconsultū esse profitebor. Ista verba Ciceronis nō induximus, vt per ea tanquam per locum ab auctoritate velimus arguere, sed quia in eis verissimę rationes sunt propositum concludentes. Ex quo sequitur, ꝙ si Medicus non est maioris valoris, quam obstetrix, vt. C. communia. de legatis. l. si duobus. Existimatur enim à Iustiniano solidis 60. sicut obstetrix iurisconsulti temporis huius, qui verius statutorum interpretes legulæi verborum venditores appellantur, cum non sint maioris valoris pręconibus: sunt enim ipsi nostrorum phylosophorum pręcones, solidis duobus sicut, & pręcones existimari merentur. Ex istis patet responsio ad argumenta supra adducta. Ad primum dicitur, ꝙ Cicero intellexit de iure ciuili artificialiter acquisito, quo iuristę temporis huius carent. Et dico, ꝙ talis politica nobilissima est inter omnes scientias actiuas, & hoc intellexit Arist. primo ethicorum, vt tangitur in secundo articulo ad partem negatiuam, non autem est nobilior omnibus speculatiuis, neque factiuis, quia non nostra Medicina rationali, neque naturali philosophia, & diuina, quę bonum totius vniuersi considerat, Deum scilicet. Et cum dicitur in secundo argu. ꝙ ipsa est archi. respectu omnium; dico quòd ipsa archi. respectu mecha. & quantum ad vsum, & quantum ad determinationem actus, vtitur enim fabrili, determinatque eius actum, vt ꝙ talem faciat cultellum, speculatiuis vero præcipit, quantum ad vsum tantum, & non quantum ad actus determinationem. Potest enim bene pręcipere, ꝙ legantur scientiæ mathem. & diuinæ, sed non determinat eorum actum, non enim præcipit politicus geometrę, quid de triangulo concludat, hoc enim subiacet humanę voluntati, sed dependet ex ipsa rerum ratione, & ideo dicit phylosophus, ꝙ politica ordinat quas disciplinarum debitum est esse in ciuitate, & quis quā debeat addiscere, & vsq. ad quod tēpus. Et quia penes actus elicitos attenditur nobilitas scientiæ, & non penes actus imperatos, elicitus autem præstantior est in speculatiuis, quam in politica, et hoc est quod phylosophus sexto æthi. inquit. Sapientia honorabilissimarum est. Inconueniens enim si quis scientiam politicam, vel prudentiam studiosissimam existimat esse. Ex quo patet, ꝙ medicinę professores domini merentur dici, iuristę vero præcones. Ad tertium dicitur, ꝙ licet virtus sit magis eligenda ipso esse, & viuere in genere moris, in genere enim moris eligibilius est mori, quam turpiter viuere, dignus enim est maiori laude, qui propter virtutem moritur, quam qui viciose viuit. In genere vero naturæ est totum oppositum, quia in illo genere eligibilius est esse, & viuere, quam virtus, cū vnum sit substantia, aliud vero accidens. cum ergo vnicuique sit magis essentiale genus naturæ, quam genus moris, sequit̄, ꝙ simpliciter sit melius esse, & viuere, quod est finis medicinæ, quam virtuosum esse, quod est finis legis. Ad quartū dicitur, ꝙ subiectum iuris ciuilis est virtus per voluntariam institutionem acquisibilis vel conseruabilis, subiectum vero medicinæ est corpus humanum, intelligendo per corpus humanum non solum alteram partem compositi, sed ipsum totum. Sanitas enim, et ægritudo nō fundatur, nisi in viuente, vt diximus supra, ex sententia Arist. in libro de sensu & sensa. & hoc idem dicitur in primo meta. sanatur enim Callias & Socrates &c. Constat autē, ꝙ homo nobilioris est virtutis. Item homo sanabilis, & in esse conseruabilis includit esse animæ, cum idem sit esse vtriusque, corporis, scilicet, & animæ, esse autem animę nobilius est, quocunque eius accidēte, quare &c. Dicamus ergo cum Sacrosancta Romana Ecclesia, ꝙ medicina nobilior est iure ciuili, quia illa scientia, quę commendatur ab ecclesia est dignior non commendata, nam vt Apostolus dicit, non qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem dominus commendauit, medicina est huiusmodi, vt patet ecclesiast. 36. cap. vbi dicitur. Honora medicum propter necessitatem, creauit enim eum altissimus. Nunquam autem in sacris literis inuenitur, ius ciuile commendatum &c. Et sic est finis huius quęstionis in qua meliores, vt potui rationes adduxi, secundum qđ natura materię requireret. Disciplinati enim est in tantam certitudinem inquirere, inquantum rei natura recipit, proximum enim videtur mathe. persuadentem acceptare, & theoricum demonstrationes expetere, vt ethi. patet. Istam quęstionem compilaui ego Nicolaus Vernias Theatinus in celeberrimo gymnasio Patauino, dum publice ordinarię phylosophiam legerem. quarto Calen. Martij 1482.

FINIS.

INDEX REFERTISSIMVS AC FACILISSIMVS QVATRIPARTITA SERIE DISPOSITVS, VT SVB OCVLIS OMNIA CLARESCANT.

In prima quarum aſpiciuntur tractatuum capitumq; omnium rubricæ ac materiæ. In ſecunda dubia occurrentia tam Commentatoris quam autoris per librorum ordinem. In tertia concluſiones omnes tam principales quam annexæ. In quarta omnia notatu digna, & etiam quæſtiones tam principales quam inſurgentes, per abecedarij ordinem.

Index primus tractatuum & capitum.

RVBRICAE PRIMI LIBRI.

RVBRICAE SECVNDI LIBRI.

RVBRICAE TERTII LIBRI.

RVBRICAE QVARTI LIBRI.

INDEX.

RVBRICÆ QVINTI LIBRI.

RVBRICÆ SEXTI LIBRI.

RVBRICÆ SEPTIMI LIBRI.

RVBRICÆ OCTAVI LIBRI.

Finiuntur rubricæ tractatuum, & capitum.

INCIPIT INDEX DVBIORVM, QVÆ IN hoc opere pertractantur.

Dubia primi libri.

Dubia secundi libri.

Vtrum

INDEX.

Dubia tertij libri.

Dubia quarti libri.

Dubia quinti libri.

I N D E X.

Dubia sexti physicorum.

Dubia septimi physicorum.

Dubia octaui physicorum.

FINIS TABVLAE OMNIVM DVBIORVM huius libri.

INDEX.

INDEX CONCLVSIONVM TAM PRINcipalium quam annexarum.

Conclusiones primi libri.

Conclusiones secundi libri.

Conclusiones tertij.

†† 3 Nullum

CONCLVSIONES QVARTI LIBRI.

Conclusiones quinti libri.

Conclusiones sexti libri.

Conclusiones septimi libri.

INDEX

CONCLVSIONES DE ANNEXIS.

CONCLVSIONES OCTAVI LIBRI.

CONCLVSIONES DE ANNEXIS octaui libri.

IN.

I N D E X.

INDEX OMNIVM NOTATV DIGNORVM per abecedarij ordinem, ac distinctionum, & quęstionum.

A

C

Corpus

Gubernan-

INDEX.

I N D E X.

N

O

P

Poten-

Sn-

I N D E X.

F I N I S.

EXIMII DOCTORIS

GVALTERII BVRLAEI ANGLICI,

COMMENTARIA IN LIBROS OCTO PHYSICORVM ARISTOTELIS.

ARISTOTELIS STAGYRITAE PERIPATETICORUM PRINCIPIS, DE PHYSICO AVDITV, textus libri primi, cum duabus translationibus, antiqua scilicet, & Ioannis Argiropyli.

Vbique Argiropylus primo loco ponitur.

CVM circa omnes doctrinas, quarum sunt principia, vel causæ, vel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat, atque scientia. Tunc enim vnamquamque rem scire putamus, cum causas primas, principiaque prima, & vsque ad elementa cognoscimus: patet, & ea, C que ad principia naturalis scientiæ pertinent, enitendum esse prius determinare.

Tex. c. 1. *QVONIAM quidem intelligere, & scire contingit circa omnes scientias: quarum sunt principia, aut causę, aut elementa ex horum cognitione. Tunc enim cognoscere arbitramur vnumquodque, cum causas primas, & prima principia cognoscimus, & vsque ad elementa, manifestum quidem, quòd & quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, prius determinare tentandum.*

GVALTERII BVRLÆI FIDELISSIMI Interpretis Aristotelis, & sui Commentatoris Auerr. expositio.

ARISTOTELES determinaturus de rebus naturalibus, in primo lib. scientiæ naturalis: determinat in generali de principijs, & passionibus corporis naturalis, seu mobilis. Et sm hoc lib. iste diuiditur in duas partes principales Qm̄ in prima determinatur de principijs corporis mobilis. In secunda aūt determinatur de passionibus corporis mobilis, & de proprietatibus illarum passionum. Prima pars continetur in primo, & secundo libro. Et secunda pars continetur in toto residuo huius operis. i. a principio tertij, vsq; ad finem octaui. Prima pars, quæ. s. est de principijs corporis mobilis continet duas partes. Prima pars est de principijs corporis mobilis intrinsecis. i. de materia, & forma, & hęc pars cōtinetur in primo libro, sed secunda pars. s. quæ est tam de principijs intrinsecis, quam de principijs extrinsecis corporis mobilis continetur in secundo libro. Secun- B da verò pars principalis, videlicet, quæ est de passionibus, & de proprietatibus passionū corporis mobilis continet duas partes. Quia in prima determinatur de passionibus corporis mobilis, vt de motu, de infinito, de loco, de vacuo, & de tēpore, & hæc pars continetur in tertio, & quarto libro, quia in tertio determinatur de passionibus intrinsecis, siue proximis corporis mobilis, sed in quarto determinatur de passionibus extrinsecis, & remotis. In secunda verò parte, determinat de proprietatibus istarum passionum, & hæc pars continetur in toto residuo. i. a principio quinti, vsque ad finem octaui. Et ista pars continet quatuor libros, videlicet, quintū, sextum, septimū, & octauum. Qui tamē quatuor libri sic differunt, quia in quinto determinatur de vnitate, & diuersitate, & contrarietate motuum, & ista consideratio, est consideratio de motu, prout diuiditur in suas partes subiectiuas. Sed in sexto determinatur de continuitate, & partibilitate motus, & ista consideratio est consideratio de motu, prout diuiditur in suas partes integrales. In septimo autem determinatur de comparatione motus ad motorem, & de comparatione motuum ad inuicem. In octauo verò libro, de finitate, & infinitate motus secundum durationem. Sed diuisiones vlteriores, istorum librorum patebunt inferius in principijs ipsorum librorum. Reuertendo C igitur ad librū primum, ipsum in tractatus, & capitula diuidamus, unde dico, quòd liber primus cōtinet quatuor tractatus, quia in primo, Philosophus præmittit intentionem suam, & ordinem procedendi, & tractatus iste continetur in toto proœmio. In secundo autem tractatu, videlicet, ibi. [Necesse est autem, &c.] Philosophus ponit, & destruit opiniones errantium, circa principia rerum naturalium, & continet duo capitula. In primo ponitur, & reprobatur opinio non naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium. In secundo ibi. [Sicut autem Physici dicunt] ponitur, & reprobatur opinio naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium, qui tamen errabant, circa dicta principia. Tertius tractatus est de principijs in generali, scilicet, qualia sint, quæ, & quot, & quomodo, & incipit ibi. [Omnes igitur contraria faciunt] & est de contrarietate, & numero principiorum, & de modo principiādi, & continet tria capitula. In primo declaratur, qualia sunt principia, quoniam contraria. In secundo ibi. [Quandoque autem vtique] declaratur, quæ, & quot sunt principia, quoniam tria, & non plura, s. duo contraria, & unum subiectum. In ter- D tio capitulo ibi. [Sic quidem igitur nos dicimus] declaratur, quomodo sunt principia, hoc est, quem modum principiandi habent, hæc tria. Et sic in tertio tractatu declaratur, qualia, quæ, & quot, & quomodo sunt principia. In quarto tractatu, quæ incipit, ibi. [Subiecta autem natura] determinatur de principijs in speciali, secundum proprias naturas eorum, & continet duo capitula. In primo determinatur, de materia. In secundo ibi. [Tangentis quidem igitur, &c.] determinatur, de priuatione, & forma. Incipiendo igitur a primo libro totius scientiæ naturalis, dico, q liber Physicorum continet libros octo, quorum diuisiones, & sententiæ suis locis patebunt. Primus liber continet tractatus quatuor. Primus continet prologum. Secundus, qui incipit ibi. [Necesse est autē] continet opiniones, & destructiones opinionum errantium, circa principia rerum naturalium. In tertio verò tractatu, videlicet, ibi. [Omnes igitur contrarij, &c.] Philosophus tractat

A de principijs in generali, secundum veritatem, s. qualia sint, quot sint, quot sunt, & quomodo sunt, qui tractatus est de contrarietate, & numero principiorum, & de modo principiandi eorundem. Sed in quarto tractatu, videlicet, ibi. [Subiecta autem natura, &c.] Determinatur, de principijs in speciali, secundum eorum proprias naturas, partes verò horum tractatuum patebunt in eorum principijs. Primus igitur tractatus, continetur in vno capitulo, quod capitulum est procemium huius libri. In quo Philosophus procemialiter dicit, quomodo, & qualiter est determinandum in principio scientiæ naturalis, & durat vsque ibi. [Necesse est igitur] & continet iste tractatus, secundum Commen. duas partes principales, quoniam in prima Philosophus ponit suam intentionem. In secunda ponit ordinem intentionis seu modum procedendi, secunda ibi. [Innata est nobis via.] Vnde intentio Philosophi, in hoc libro est determinare de causis rerum naturalium, tradendo cognitionem earum, sed ordo intentionis eius est incipere a compositis, & a principijs in vniuersali acceptis, procedendo ab eis in cognitionē principiorū, cāusarum, & elementorū in spāli.

B In prima igitur parte principali huius libri, Philosophus intendit probare conclusionem istam, videlicet: Oportet Philosophum naturalem tradere notitiam, siue cognitionē principiorum, causarum, & elementorū rerum naturalium. Quæ est prima conclusio huius libri, quæ sic probatur. Oportet, Philosophum naturalem tradere notitiam illorum, sine quorum

1. cōcl. huius libri. Proba. cōclusionis.

cognitione res naturales non cognoscuntur, sed sine cognitione principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium res naturales non cognoscuntur, ergo, &c. maior huius rationis est manifesta de se, & minor probatur in textu sic. Omnia habentia principia, causas, & elementa non cognoscuntur, nisi ex cognitione principiorum, causarum, & elementorum, sed res naturales habent principia, causas, & elementa, ergo res naturales non cognoscuntur, nisi ex cognitione principiorum causarum, & elementorum. Vnde circa istam rationem Philosophus sic procedit, quia primo ponit maiorem huius prosyllogismi, cum dicit. Quoniam quidem intelligere, &c. Secundo autem ponit probationem maioris, videlicet, cū dicit [Tunc enim arbitramur, &c.] Tertio verò infert conclusionem ibi [Manifestum est autem, &c.] Maior igitur probatur per quoddam signum tale, quia tunc opinamur cognoscere, vnumquodque cum primas causas, & prima principia

C cognoscimus, vsque ad elementa, nec opinamur cognoscere nos, nisi cum crediderimus, nos cognoscere primas causas, & prima principia, &c. Et hoc est verum, siue simus scientes, aut non scientes, quia tunc, & non aliter opinamur nos cognoscere, nisi crediderimus nos cognoscere primas causas, &c. Vnde dicit Comment. quòd omnis, qui dicit se scire aliquid,

Com. 1.

non dicit hoc, nisi sciuerit hoc per omnes suas causas propinquas, & remotas, & hoc inuenitur in omni eo, qui aliquid scit in rei veritate, aut secundum existimationem, & in hoc conueniunt etiam sophystæ. Hic sunt aliqua notanda, & aliqua dubitanda. Vnde notanda sunt aliqua circa maiorem huius prosyllogismi, & aliqua circa probationem eiusdem maioris, vnde circa maiorem sunt quinque notanda. Primo est notandū

Sicut dixit in po. tex. cō. 5. Primū no. circa ma.

quòd Philosophus per intelligere, & scire non intelligit idē, sed per intelligere intelligit aliquid communius, quam scire, quia contingit intelligere indifferenter per causam, & sine causa, sed scire non contingit proprie, nisi per causam. Intendit igitur Phylosophus, quòd ly scire specificat, & contrahit ly intelligere ad intelligere per causas, sic, quòd per ambo illa simul intelligit scientiam perfectam, siue intelligere per causam, quod idem est. Aliter posset dici, videlicet, ꝙ per intelligere Philosophus intelligit cognitionem principiorum, &

D per scire intelligit cognitionem conclusionum, quoniam quædam principia, habent principia priora eis, & ista non cognoscuntur perfecte sine cognitione suorum principiorum, similiter conclusiones habēt principia, causas, &c. & non sciuntur scientia perfecta, sine cognitione eorum. Secundò est notandum, secundum Commentatorem, ꝙ scientiarum alia est perfecta, alia verò est imperfecta, vnde scientia perfecta est illa,

Secundū no. secundum com. c. primo.

quæ habetur per causam, sed scientia imperfecta habetur sine causa, vt illa, quæ habetur per experientiam, aut per effectum, Philosophus autem intelligit illam maiorem. Omnia habentia principia, causas, & elementa nō cognoscuntur, &c. de scientia perfecta. Tertiò est notandum, secundum commen. quòd principium, causa, & elementum possunt accipi communiter, & sic sunt nomina sinnoyma, sed sic non accipiuntur hic: quia nomina sinonyma non vsitantur in scientia demonstratiua. Alio modo accipiuntur proprie, & ita accipiuntur hic, &

Ter. no. hic & 4. phy. c. 129. & 1. cęli. c. primo.

A per principia intelligit causas mouentes, & per causas intelligit causas finales, & per elementa intelligit principia intrinseca rei, s. materiam, & formam. Intelligendum tamen, quòd Cōmentator 12. Metaph. ponit talem differentiam inter principium, causam, & elementum, quia, s. proprie loquendo principium dicitur solum, de causis extrinsecis, videlicet, de efficiente, & finali. Et elementum proprie solum dicitur de causis intrinsecis, s. de materia, & forma. Causa verò proprie dicitur de vtroque, idest, tam de principijs intrinsecis, quam de principijs extrinsecis. Quarto est notandum, secundum Commentatorem, quòd non omnis scientia considerat de omnibus causis, sed quædam considerat de causa formali tantum, ut Mathematica, quædam de tribus, idest, de efficiente, fine, & forma ut Metaph. & quædam de quatuor, ut scientia nālis, & quia scientia nālis considerat de oībus causis, ideo Philosophus hic enumerat omnia quatuor genera causarū. Intelligendum etiam, quòd scientiæ Mathematicæ habent alias causas, quam formales tantum, quia habent subiectum, & finem, sed tamen non habent, nisi causam formalem, per quam procedunt demonstrationes Mathema. Nec considerat Mathematicus, nisi causam formalem, intelligendo per causam formalem causam ex-

12. meta. c. 13. & 5. meta. c. 4.

4. no. vide 5. meta. c. 4. & 12. meta. c. 23. q videtur sibi contradicere.

B primentem quidditatem, per quam concluduntur passiones de subiecto, & non formam perficientem materiam, quia talis forma non est in Mathematicis, quia res Mathematicæ sunt formæ, quæ non habent formas perficientes materiam, sed habent formas declarantes quidditatem, vt sunt diffinitiones, & prædicata in quid. Intelligendum etiam, quòd Metaphysicus cum considerat de substantijs materialibus, cōsiderat omnes quatuor causas, sed tamen in ista parte, quæ, s. est pars principalis Meta. in qua considerat de substantijs abstractis, considerat de tribus causis tantum, & sic debet intelligi, quod Commentator dicit hic. Quinto est notandum, secundum Commenta. hic, quòd non debet intelligi per istam maiorem, s. ꝙ non possit haberi scientia perfecta, nisi per omnes causas, quoniam scientia perfecta inuenitur in rebus habentibus quasdā causas, & non omnes, vnde si res habeat omnes causas non cognoscitur perfecte, nisi ex cognitione omnium causarum, & hoc si sint causæ, per quas contingit in tali scientia demonstrare, sed si habeat quasdam causas, & non omnes, potest perfecte cognosci per cognitionem suarum causarum, sine cognitione aliarum causarum. Circa probationem maioris sunt duo no-

5. no. tamē vide op. 3. meta. c. 3. & 12. met. c. 6. & 2. meta. c. 6. Primū no. circa proba ma. secundum Com.

C tanda, secundum Commen. primo enim cum Philosophus in probando minorem dicit. Tunc enim arbitramur, &c. Aliter accipit illa nomina, videlicet, principia, causas, & elementa ꝙ prius, quia non habet solicitudinē de nominibus, quoniā per primas causas intelligit primas causas in re intrinsecas, s. primam materiam, & vltimam formam, vnde dicit Commentator sic. Quæ enim sunt, præter materiam primam, & vltimam formam quarumlibet rerum naturalium sunt materiæ compositæ, & formæ compositæ. Et per prima principia intelligit primas causas, quę sunt extra rem, videlicet, primum mouens, & vltimum finem, & per elementa intelligit causas propinquas, & essentiales existentes in re. Vnde pro illo dicto Commentatoris, videlicet. Quæ enim sunt, præter materiam primam, & vltimam formam sunt materiæ compositæ, & formæ compositæ, est intelligendum, quòd per materiam primam intelligit materiam simplicem, non compositam ex materia, & forma, & ad talem materiam simplicem oportet deuenire, quia aliter esset processus in infinitum, & per materiam compositam intelligit materiam compositam ex materia, & forma, vt sunt elementa, quæ sunt materia mixti, & caro, & ossa, quæ sunt materia animalium, & per vltimam formam intel-

Cō. sim. 2. phy. c. 10. & 1. cę. c. 1. & 5. meta. c. 29. & 1. phy. c. 20. op. 12. me. c. 6. & 3. meta. c. 3.

D ligit formam, quæ non est resolubilis in formam priorem, nec includens priorem formam in eius virtute, cuius est forma elementi, vt est forma ignis, siue forma aquæ, sed forma composita, est forma, quæ includit priorem formam in eius virtute, cuiusmodi est forma mixti resultans ex commixtione elementorum, ut est forma carnis, & sanguinis, in quibus formæ elementorum manent in virtute. Vel si volumus ponere tantum vnam formā substantialem in vna re, tunc possumus dicere, quòd per formam compositam intelligit totum, quod est in composito, præter materiam primam, vt, videlicet, vnū aggregatum ex forma substantiali, & omnibus alijs dispositionibus accidentalibus. Et per vltimam formam intelligit formam non resolubilem in aliam formam, & per materiam primam intelligit materiam simplicem, non includentem aliam materiam. Et per materiam compositam intelligit totum, quod est in composito, præter formam substantialem non resolubilem in vltериorem formam, & ita propter illud dictum

Com-

Commentatoris non oportet ponere plures formas ſubſtātiales in eodem. Quoniam forma compoſita non eſt compoſita ex materia, & forma, nec etiam eſt compoſita ex pluribus formis ſubſtantialibus, nec etiam eſt aliqua vna forma ſubſtantialis, ſed eſt aggregatum per accidēs ex forma ſubſtantiali, & ex formis accidentalibus, & ita poteſt ſaluari, ꝙ in omnibus corporibus naturalibus tam ſimplicibus, quā compoſitis ſunt materiæ cōpoſitæ, & formæ compoſitæ.

Secūdum not.

Secundo circa probationem maioris eſt notandum, quòd Phil. dicit vſque ad elementa, quia doctrina ordinata eſt incipere a cognitione cauſarum primarum rei cognoſcendæ, deinde intendere ad cognitionē aliarum cauſarum remotarum, donec deueniatur ſecundum ordinem ad cauſas propinquas, verbi gratia, primo oportet, cognoſcere materiam primam, deinde materias compoſitas, ut ſunt elementa, ac deinde materiam propinquam, vt ſunt caro, & os, & iſte proceſſus eſt in ſapientia perfecta. Sciendum tñ, ꝙ ad cognitionem primarum cauſarum primo peruenitur per ſenſibilia nobis nota, & poſtea debemus procedere a cognitione primarum cauſarum ad cognitionem aliarum cauſarū magis propinquarum quouſque deueniatur ad proximas cauſas.

Dub.

Sed hic occurrit dubitatio. ſ. an ad perfectam notitiam habendam de aliquo cauſato oporteat cognoſcere omnes ſuas cās.

B Et videtur, ꝙ non, quoniam quælibet res naturalis depēdet a prima cauſa. ſ. a Deo, ergo ſi ad cognitionem perfectam cauſati requiritur cognitio omnium cauſarum eius, ſequeretur, ꝙ nulla res naturalis quātūcunq; parua poſſet cognoſci, niſi cognoſcatur prius prima cauſa omnium, ſed prima cauſa omniū non poteſt a nobis perfecte cognoſci, ergo, nulla res naturalis poſſet a nobis perfectè cognoſci, ſed conſequens eſt falſum, vt patet ad ſenſum, ergo, & illud, ex quo ſequitur.

Aliud.

Item perfecta cognitio habetur de re per diffinitionem, ſed diffinitio nō exprimit omnes cauſas diffiniti, ſed ſolum materiam, uel formam, ſiue genus, & differentiā. ergo, &c. Oppoſitum tamē huius volunt Philoſophus, & Commēta. Ad iſtam dubitationem primo pono quaſdam diſtinctiones, ſecundo uero ponā quaſdam cõcluſiones.

Prima diſ. ſcilicet, ꝙ dupl. eſt notitia.

Primo igitur pono tres diſtinctiones, quarū prima eſt, ꝙ duplex eſt notitia, quia quædam eſt notitia cōplexa, & quædam eſt notitia incōplexa. Vnde notitiam cōplexam voco illam notitiam, quæ eſt de aliquo complexo, vt videlicet, de propoſitione, affirmatiua, uel negatiua, & hæc nocatur a Philoſopho in tertio de anima cōpoſitio, ſiue diuiſio, a Commentatore uocatur fides. Notitiam uero incōplexam uoco illam notitiam, quæ eſt de incomplexo, videlicet, quæ eſt de re aliqua quātum ad intrinſeca ſibi, & hanc notitiam uocat Philoſophus tertio de anima ſimplicium intelligentiam, & Commentator nocat eam formationem.

Secunda diſtin. Textc. 21.

Secunda autem diſtinctio eſt de notitia perfecta, quoniam perfectum dicitur dupliciter, vt patet quinto meta. ca. de perfecto. Nā uno modo perfectū dicitur ſimpliciter, alio modo in genere. Applicādo igitur ad propoſitum dico, ꝙ notitia perfecta complexa dicitur dupliciter. ſ. ſimpliciter, & in genere. Scientia ſimpliciter perfecta de aliqua re eſt illa, qua cognoſcitur illa res ſecundum omnem rōnem conſiderandi per ſe, ſecundum quam poteſt conſiderari, & quantum ad omnia prædicata per ſe de illa re, ut ſi conſideretur animal ſm oēm rōnem conſiderandi ipſum per ſe, & quantum ad oīa, quę prędicantur de ipſo per ſe. ſ. inquantū eſt aīal, & corpus aīatum, & inquantum ſubſtantia, & quo ad oēs per ſe paſſiones ſibi conuenientes ſm oēs iſtas rationes. Sed ſcientia perfecta in genere eſt illa, qua res cognoſcitur ſm aliquam rōnem determinatam, & quantū ad prædicata, quæ conueniūt ei per ſe, inquātum tale ens ſolū, vt ſi cognoſcatur aīal ſolum, ut aīal, & quo ad per ſe accidentia ipſius aīalis, vt animal, eodem modo eſt in alijs.

Tertia. diſtin. ſcilicet, quòd cauſa eſt dupliciter.

Tertia vero diſtinctio eſt, ꝙ cā eſt duplex, uidelicet, per ſe, & per accidens. Cauſa per ſe eſt illa, a qua effectus per ſe dependet, nec ſine ea poteſt hēre eſſe. Cauſa uero per accidens eſt illa, a qua non dependet effectus per ſe, ſine qua effectus poteſt eſſe, quia poteſt indifferēter ab alio eſſe eiuſdem rationis, & ita Sor. eſt cauſa per accidens domus, quia eadem domus, quæ fit a Sorte, poſſet etiam fieri a Platone, & forte hoc modo, Sortes eſt cauſa per accidens Platonis, poſito, ꝙ Plato ſit filius Sortis, quia potuit fuiſſe genitus ab alio.

Prima cō-cluſio. Secunda concluſio. Tertia cō-cluſio. Quarta concluſio.

His igitur uiſis pono quatuor cõcluſiones. Prima, ꝙ ad perfectā notitiam incomplexam de aliquo cauſato nō oportet cognoſcere omnes ſuas cauſas per ſe. Secunda, quòd ad notitiam complexam ſimpliciter perfectam oportet cognoſcere omnes ſuas cauſas per ſe. Tertia, quòd ad notitiam complexā perfectam in genere non oportet cognoſcere omnes ſuas cauſas per ſe. Quarta, quod ad notitiam perfectam habendam de re, non oportet cognoſcere omnes ſuas cauſas per accidens.

Proba. primæ concluſionis.

Primam igitur horum probatur ſic, ad notitiam incomplexam perfectam de aliqua re ſufficit perfecte cognoſcere illam rem, quantum ad intrinſeca illius rei, ſed non omnes cauſæ per ſe ſunt intrinſecæ, ergo ad talem notitiam perfectā habendam non requiritur cognitio omnium cauſarum per ſe, maior patet, quia ſi quis perfectiſſime uideat albedinem, & ipſam intelligat quantum ad omnia intrinſeca albedini, poſito, quòd ignoret, quæ ſit cauſa effectiua albedinis, ita perfecte nouit albedinem notitia incomplexa, ſicut alius, qui nouit cauſam effectiuam, & finalem albedinis.

Iterū alia probatio.

Item perfecte intelligens albedinem prima operatione intellectus æque perfectam notitiam habet de albedine, ſiue albedo habeat cauſam efficientem, & finalem, ſiue albedo eſſet æterna, non habens cauſam efficientem, nec finalem, ſed ſi albedo non haberet finem, nec cauſam efficientem, ad perfectam notitiam de albedine incomplexam non requiritur cognitio finis albedinis, nec cognitio efficientis, ergo nec nunc albedine habente finem, & cauſam efficientem ad perfectam notitiam incomplexam de albedine requiritur cognitio finis, nec efficientis, ergo ad perfectam notitiam incomplexam habendam de re ſufficit rem cognoſcere, quo ad omnia intrinſeca rei, & ſic patet maior, minor uero etiam patet per Philoſophum, quoniam quatuor ſunt cauſæ, per ſe, & non omnes ſunt cauſæ intrinſecæ, quia finis, & efficiens ſunt cauſæ extrinſecæ. Vnde eſt intelligendum, quòd cum Philoſophus dicit, quòd res habens cauſas non cognoſcitur perfecte ſine cognitione omnium ſuarum cauſarum, non loquitur de cognitione incomplexa, ſed de cognitione complexa.

Proba. ſecundæ cō-cluſionis.

Secundo declarabo, quòd ad notitiam complexam perfectam ſimpliciter requiritur cognitio omnium ſuarum cauſarum per ſe, & hoc declaratur dupliciter. Primo ſic. Nam certum eſt, quòd ad notitiam complexam perfectā ſimpliciter, oportet cognoſcere aliquam cauſam, ſcilicet, cauſam propinquam, qua cognita oportet cognoſcere cauſam propinquam illius cauſæ, & ulterius cauſam illius cauſæ, quouſque deueniatur ad cauſam remotiſſimam. Vnde ponamus, quòd cauſa remotiſſima ſit a, & cauſa propinquior ſit b, & cauſa propinquiſſima ſit c, & effectus cognoſcendus ſit d, tunc ſic, ad cognitionem perfectam ipſius d, requiritur cognitio ipſius, c, quæ eſt cauſa propinquiſſima, & ad cognitionem ipſius c, requiritur cognitio ipſius b, & ad cognitionem ipſius b, requiritur cognitio ipſius a, ergo ad cognitionem perfectam ipſius d, requiritur cognitio

C ipſius a, & ſic notitia perfecta complexa ſimpliciter dependet ex cognitione omnium cauſarum tam propinquarum, quam remotarum per ſe, & hoc reſpectu cuiuſcunque prædicati per ſe, ſiue cauſæ.

Iterū proba. ſecundæ concluſionis.

Secundo probatur idem, cognitio complexa perfecta ſimpliciter de aliqua re excludit omnem dubitationem, & ſoluit omnem quæſtionem, propter quid de re illa, ſic, quòd amplius non dubitatur de re illa propter quid, & hoc eſt manifeſtum, quoniam quandiu dubitare contingit de aliquo propter quid, non habetur cognitio complexa perfecta ſimpliciter de eo, quia aliquod complexum de ipſo formatum eſt dubium, ſed non excluduntur omnes dubitationes, nec ſoluuntur omnes quęſtiones propter quid de aliquo non cognoſcendo omnes eius cauſas, quia quæſtio propter quid, quærit omnem cauſam, & ideo ſi aliqua eius cauſa eſt ignota, non omnis quęſtio propter quid eſt ſoluta. Vnde breuiter notitia complexa perfecta ſimpliciter de aliquo cauſato requirit ſcientiam omnium concluſionum, quæ poſſunt demonſtrari de illo cauſato, ſed per omnem cauſam contingit demonſtrare, ut patet ſecundo Poſteriorum, ergo notitia complexa perfecta ſimpliciter de aliquo requirit cognitionem omniū cauſarum illius.

Prob. 3. cō-cluſionis.

D Tertia probatur, quòd ad cognitionem complexam perfectam in genere non requiritur cognitio omniū cauſarum, quia cognitio perfecta in genere eſt cognitio alicuius rei ſecundum aliquam determinatam rationem, & ſecundum, quod aliquod determinatum prædicatum ineſt ſibi, & non quantum ad omnia prædicata, quæ ſibi inſunt, ſed non omnes cauſæ rei reſpectu cuiuſcunque prædicati ſunt cauſæ eius, reſpectu determinati prædicati, ergo, &c. maior patet, & minor probatur, quoniam homini inſunt diuerſa prædicata ratione diuerſarum cauſarum, quoniam homo eſt, ſuſceptibilis diſciplinæ ratione animæ intellectiuæ, & eſt corruptibilis ratione materiæ, & eſt productus de non eſſe ad eſſe, per cauſam efficientem, ſcilicet per hominem, & ſolem, & eſt capax uirtutum propter fęlicitatem, & non oportet, quod cognoſcens hominem perfecte, inquantum eſt capax diſciplinę, cognoſcat omnes cauſas, ſcilicet cauſam, propter quam eſt corruptibilis, & ſic de alijs. Et ſimiliter cognoſcens lignum perfecte, inquantum eſt utile ad ædificia, non oportet, quod cognoſcat lignum, inquantum eſt compoſitum ex materia,

& forma, vel ex genere, & differentia. Vnde carpentarius habet cognitionem perfectam in genere, de ligno, quia cognoscit lignum inquantum est vtile ad ædificium, & tamen non cognoscit omnes causas ligni, sed solum causas, propter quas est vtile ad ædificium. (Proba. 4. conclusionis.) Quarto probatur, videlicet, quod ad perfectam cognitionem habendam non oportet cognoscere omnes causas per accidens, quia causæ per accidens possunt esse infinitæ, & infinita non possunt cognosci ab intellectu humano. Vnde ista domus potuit fuisse facta ab illo carpentario, vel ab alio, & sic de infinitis, & ideo non oportet, quòd cognoscens illam cognoscat illum carpentarium, quia ille carpẽtarius est causa per accidens, scilicet domus, quamuis sit minus per accidens, quàm Darij filios, sed pro tanto est causa per accidens, quia hæc domus potuit fuisse facta ab alio carpentario. Ad rationes igitur principales, ad primam dico, (Ad primã dub.) quòd nulla res naturalis potest, perfectè simpliciter cognosci cognitione complexa, nisi cognoscatur prima causa, sed tamẽ ad cognitionem perfectam rei in genere non oportet cognoscere omnes causas perfectè, sed inquantum sunt causæ talis rei, vnde ad cognoscendum corpus mobile perfecte, non oportet Deum, quantum ad essentiam suam, perfectè cognoscere, sed inquantum est primum mouens, & talem cognitionem perfectam possumus de Deo habere, cognoscendo perfecte, quod est primum mouens. (Ad secundam du.) Ad secundam rationem dico, quòd per diffinitionem non habetur sufficienter perfecta cognitio complexa de re, immo res cognoscitur per diffinitionem cognitione incomplexa. Vel potest aliter dici, scilicet, quòd diffinitio perfectissima comprehendit omnes causas, vnde diffinitio perfectissima hominis non est animal rationale, sed eius diffinitio perfectissima est, animal rationale productum in esse ab homine & sole propter Deum. (Obiectio 1. Item alia obiectio.) Et si dicatur, quòd secundum hoc diffinitio substantiæ daretur per additamentum, quia per causas extrinsecas, quæ non sunt de esse diffiniti. Item secundum hoc, sequeretur, quod substantia diffiniretur per aliquod accidens, quia finis hominis est fœlicitas, quæ est quoddam accidens. (Ad primã.) Ad primum dico, quòd diffinitio tunc est data per additamentum, quando in diffinitione ponitur aliquid alterius prædicamenti a prædicamento ipsius diffiniti, vt patet (T. cõ. 17.) septimo meta. vbi Philosophus negat substantiam diffiniri per additamentum, & concedit accidens diffiniri per additamentum; nunc dico, quòd quamuis in diffinitione perfectissima hominis ponatur aliquid extrinsecum a natura hominis, non tamen ponitur ibi aliquid alterius prædicamenti a prædicamento, in quo est homo, quia vltimus finis est primum efficiens, vel non sunt in prædicamento, vel si sunt in prædicamento sunt in eodem prædicamento, in quo est homo. Et cum dicitur (Ad secundam.) secundo, quod fœlicitas, cum sit finis hominis, nõ debet poni in diffinitione hominis, & sic accidens nõ dẽt poni in diffinitione substantiæ, dicitur, quod non quicunque finis debet poni in diffinitione hominis, sed finis, gratia cuius, debet poni in diffinitione, cuiusmodi est Deus, non autem finis, quo, cuiusmodi est fœlicitas, vnde Deus est finis hominis, gratia cuius, & fœlicitas est finis hominis, quo attingit finem. (Constructio literæ.) Construe igitur literam sic, quoniam pro quia, circa omnes scientias, quarũ sunt principia, i. causæ efficientes, aut causæ finales, aut elementa, i. principia intrinseca, vt materia, & forma, contingit intelligere, & scire, idest, scire scientia perfecta, ex horum cognitione, idest, ex cognitione causarum principiorum, & elementorum, & supple, non contingit aliter scire, & intelligere scientia perfecta, vt ea probatio est, quia tunc arbitramur vnumquodque cognoscere, scilicet, principiatum, cum cognoscimus causas primas, idest causas primas intrinsecas existentes in se non compositas, scilicet, materiam primam, & vltimam formam, & principia prima, idest primas causas, quæ sunt extra rem, idest, primum agens, & vltimum finem, vsque ad elementa, idest, quousque deueniatur ad causas propinquas essentiales, existentes in re, cuiusmodi sunt materia propinqua, & forma propinqua, & quia ita manifestum est, quòd scientia de natura, tentandum est prius, idest in principio doctrinæ determinare ea, quæ sunt circa principia, idest tradere cognitionem principiorum.

Hæc autem insita natura nobis est uia, ut e notioribus nobis, magisque manifestis ad notiora naturę, magisq; manifesta proficiscamur. Non enim sunt eadem nobis, atque simpliciter nota. Quapropter hoc modo, ex hisce quæ naturæ quidem minus sunt manifesta, nobis autem notiora,

A ad ea, quæ dilucidiora sunt, magisque nota naturæ proficiscamur, necesse est. At confusa primo nota nobis sunt magis, ac manifesta. Elementa uero, principiaque posterius ex hisce nota per ipsorum diuisionem fieri solent.

Innata autem ex notioribus nobis uia, & certioribus in certiora naturæ, & notiora. Non enim eadem nobis nota, & simpliciter. Vnde quidem necesse secundum modum hunc procedere ex incertioribus naturæ nobis autem certioribus in certiora naturæ, & notiora. Tex. cõ. 2.

Sunt autem primum nobis manifesta, & certa confusa magis. Posterius autem ex his fiunt nota elementa, & principia diuidentibus hæc. Tex. cõ. 3.

B

Hæc est secunda pars principalis huius capituli, vel proœmij. In qua declaratur uia ducens nos ad cognitionem causarum, principiorum, & elementorum rerum naturalium, & sic ponitur hic modus procedendi, quia cum declaratum sit, quòd oportet Philosophum naturalem tradere cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium, Philosophus modo docet, quomodo, & qua via est procedendum ad cognitionem causarum, principiorũ, & elementorum rerum naturalium. Vnde ista pars continet duas particulas. In prima enim particula declaratur, quòd ad cognitionem causarum rerum naturalium deueniendum est procedendo ab effectibus confuse cognitis, vt a substantijs compositis ad cognitionem principiorum, & causarum. In secunda autem particula ibi. [Vnde ex vniuersalibus.] Declarat, quòd ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium deueniendum est, procedendo a principijs vniuersalissimis, idest, a principijs acceptis in vniuersali, vt a materia in communi accepta, secundum quod est communis ad omnem materiam, & a forma in communi accepta, secundum, quòd est communis, ad omnem formam, istis (Com. primo.) C autem duobus modis peruenitur ad cognitionem principiorum rerum naturalium, scilicet incipiendo a compositis, diuidendo composita in principia, & incipiendo a principijs acceptis in maxima communitate, & hæc est intentio Philosophi, vt patet manifeste in textu. Et hæc est expositio Linconiensis, qui dicit hic ista uerba, videlicet. Via autem innata nobis ad perueniendum in cognitionem principiorum est ex intentionibus uniuersalibus ad ipsa principia, & ea totis, quæ constant ex ipsis principijs. In notitiam namque primæ materiæ, & primæ formæ peruenitur ex his intentionibus vniuersalibus materia, & forma, quæ sunt communes ad omnem materiam, & ad omnem formam. Et iterum ad omnem passionem, siue ad notitiam passionum materiæ, & formæ peruenitur ex intentione huius nominis mobile, quoniam primo accipitur intentio huius nominis confuse, quia primo accipitur solummodo quid est, quod dicitur per vocabulum. Deinde per diuisiones peruenitur in partes integrantes ipsam materiam, & formam, & ex earum notitia acquisita reditur ad perfectam notitiam mobilis ex suis principijs. Per diuisionẽ (Com. 3.) D ergo, uniuersalium in species, & totorum, quæ sunt ex ipsis principijs in partes peruenimus in ipsa principia. In prima igitur particula huius partis probat Philosophus, quòd ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium deueniendum est procedendo a cognitione totorum compositorum ex principijs. Et hæc est secunda conclusio huius libri, quæ probatur sic, ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium deueniendum est procedendo a nobis magis notis, & minus notis naturæ ad minus nota nobis, & magis nota naturæ, sed confusa, idest, tota composita ex ipsis principijs sunt magis nota nobis, quam ipsa principia, & minus nota naturæ, ergo ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium deueniendum est, procedendo a confusis, idest, a totis compositis ex principijs, siue procedendo a cognitione totorum compositorum ex principijs ad cognitionem principiorum. Huius rationis primo ponitur maior cum sua declaratione, quæ est illa, manifestum (Secunda conclusio huius lib.)

est

est, ꝙ in acquirendo cognitionem principiorum procedendũ est ex nobis magis notis ad nobis minus nota, sed quæ sunt nobis magis nota sunt minus nota naturæ, & quæ sunt nobis minus nota sunt magis nota naturæ, non enim sunt eadem nobis nota, & simpliciter.i.naturæ, ergo ad notitiam principiorum rerum naturalium deueniendum est, procedẽdo a nobis magis notis, & minus notis naturæ ad minus nota nobis, & magis nota naturæ. Hanc maiorem sic probatam concludit Philosophus cum dicit. Vnde necesse est, secundum hunc modũ procedere. Deinde ponit minorem dicens: Sunt autem primum nobis. Postea concludit conclusionem dicens: Posterius autẽ ex his fiunt, innuens etiam modum, quo deuenimus ad cognitionem principiorum ex cognitione totorum quia per diuisionem totius compositi ex principiis, in ipsa principia deuenimus in cognitionem principiorum. Sed sunt hic quædam notanda, & quædam dubitanda. Primo circa maiorẽ sunt duo notanda.

Primum notan.

Com. 2. Idem 5. me. c. 10. & 3. cæ. c. 61. & primo de anima. c. 10.

Primo est notandum secundum Com. ꝙ non in omnibus est procedendum a minus notis naturæ, & magis notis nobis, quia non in scientiis mathematicis, quoniã in mathematicis eadẽ sunt nobis magis nota, & magis nota naturæ. Vnde in mathematicis diffinitiones, & causæ demonstratiuæ sunt notiores naturæ, & nobis conclusionibus, & passionibus demonstratis, ut satis patet instructis in scientiis mathematicis. sed in scientia naturali in acquirendo notitiam causarum rerũ naturaliũ est procedendũ a magis notis nobis, & minus notis naturæ ad magis nota naturæ minus nota nobis. Et eodem modo est in scientia diuina s. in metaphysica, quia ibi est procedendũ ab effectibus ad cãm, & ex posterioribus ad priora, & sic ex nobis magis notis, & minus notis naturæ ad nobis minus nota, & magis nota naturæ.

Secũdum notan.

Secundo est notandũ ꝙ non in omni processu scientiæ naturalis proceditur ex minus notis naturæ ad magis nota naturæ, sed solum in primo processu, cum inuestigatur cognitio causarum rerum naturalium in secundo vero processu, ubi ex cognitione causarum proceditur ad cognitionem effectuum, ibi proceditur ex magis notis naturæ ad minus nota naturæ. Vnde Commentator octauo

Com. 8.

huius ponit duplicem processum in scientia naturali, unus est ab effectu ad causam, alius vero a causa ad effectũ, primus modus est, ex minus notis naturæ ad magis nota naturæ, secundus vero modus est econuerso, & hæc est intentio Linconiensis hic.

Cognitio in nobis est dup.

Circa autem minorem huius rationis est etiam notandũ, videlicet, ꝙ cognitio in nobis est duplex, perfecta, & imperfecta. Cognitio perfecta habetur per causam, sed cognitio imperfecta habetur per effectum, seu per signũ, uel per sensum, & non per causam. Cum igitur dicitur, ꝙ tota sunt nobis magis nota ipsis principiis, est intelligendum, ꝙ ipsa confusa.i. tota cõposita ex principiis sunt magis, & prius nota cognitione imperfecta, & confusa, qua solum cognoscitur, quid significatur per vocabulũ, quã ipsa principia, sed in cognitione perfecta, & distincta principia sunt magis, & prius nota, quam ipsa tota composita ex principiis, quoniam ex perfecta, & distincta cognitione principiorum acquiritur perfecta, & distincta cognitio compositorum ex principiis. Intelligendum, ꝙ Philosophus per confusa intelligit composita ex principiis. Vnde Commentator dicit, ꝙ per confusa intelligit mixta composita, & causata ex elementis, vnde non intelligit idem per confusum, & uniuersale, ut aliqui exponunt.

Com. 3. Primum du. circa mi.

Sed circa minorem huius rationis dubitatur, nam dictum est, quod cõposita sunt minus nota naturæ, quam principia, ex quibus componũtur, hoc non videtur uerum, quia illa uidentur esse notiora naturæ, quæ sunt perfectiora, & maioris entitatis, sed huiusmodi sunt composita, quia manifestum est, quod compositum est maioris entitatis, quam materia prima, & formatum est maioris entitatis, quam forma, quia includit totam entitatem formæ, & aliam, scilicet, materiæ. Et per hoc potest probari, quod eadem sunt nobis notiora, & naturæ, quia composita, quæ sunt notiora nobis, etiam sunt notiora naturæ, cum sint maioris entitatis. Item illud, quod primo intenditur a natura, videtur esse magis notum naturæ, sed huiusmodi est species specialissima, vt patet per Auicen. primo suæ physicæ, capitulo primo.

Secũdum du.

Dicendum igitur, quod aliquid potest dici magis, vel prius notum naturæ quadrupliciter. Vno modo illud dicitur magis notum naturæ, quod secundum suam naturam est magis cognoscibile, vt patet secundo metaphy. ubi Philosophus dicit quod intellectus noster se habet ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, & isto modo illud est magis notum naturæ, quod est entitatis perfectioris.

Ad primum.

Secundo modo illud dicitur magis notum naturæ, quod prius intenditur a natura, & sic loquitur Auic. primo suæ physicæ, ubi uult, quod species specialissima sit magis nota naturæ, quam genus, uel indiuiduum. Tertio modo illud dicitur magis notum naturæ, quod potest cognosci sine alio, & non econuerso. & sic loquitur Philosophus quinto metaphy. cap. de priori dicens, quod prius secundum naturam dicitur illud, quod potest cognosci sine alio, & non econuerso. Quarto modo illud dicitur magis notum naturæ, a quo natura incipit operari, & sic loquitur Commentator commento tertio huius primi dicens, quod causæ rerum naturalium sunt notiores apud naturam, quam res naturales compositæ, quia natura facit composita ex causis. Vnde si faceremus res naturales ex suis causis causæ rerum naturalium essent nobis magis notæ ipsis rebus naturalibus. Et isto quarto modo loquitur Philosophus hic de magis noto naturæ, dicens, quod est illud, a quo natura incipit operari, unde sicut causæ rerum artificialium sunt notiores apud artificem, quam res artificiales, quia res artificiales artifex facit ex suis causis, sic causæ rerum naturalium sunt notiores apud naturam, quam res naturales, quia natura facit res naturales ex suis causis. Vnde notandum, quod per naturam Philosophus intelligit naturam facientem res naturales, scilicet, generans naturale, & causæ rerum naturalium dicuntur notiores naturæ generanti, non quod generans cognoscat causas, quia multa sunt generantia naturalia, quæ non cognoscunt causas, sed dicuntur notiores naturæ sub conditione non absolute, sic, quod si natura generans cognosceret causas rerum naturalium, tunc causæ rerum naturalium essent notiores apud naturam generantem, quam res naturales compositæ. Notandum tamen secundum Linconiensem hic, quod notiora naturæ in proposito non accipiuntur pro actu secundo respectu alicuius virtutis cognitiuæ. s. pro actu secundo sensus, vel intellectus, sed descriptio, uel formatio rei fiendæ in natura productiua dicitur notitia naturæ, & isto modo loquendo de notitia naturæ, magis notum naturæ dicitur dupliciter, scilicet, uel quia perfectiorem descriptionem habet in natura agente, vel quia est propinquior naturæ agenti, siue actioni agentis.

Linc. c. 2. primi ph. magis notum naturæ dicitur dupl.

Primo modo ipsa composita sunt notiora naturæ, quam partes, uel principia, quia perfectiorem descriptionem habent in natura agente. Sed secũdo modo pars, vel principia sunt propinquiora motui, siue actioni agentis, & sic loquitur Philosophus hic de magis noto naturæ, unde verba Linconiensis sunt ista. Omne agens habet in se aliquo modo descriptum, & formatum opus operandum, unde agens habet per modum aliquem descripta, & formata in se naturalia fienda, igitur ipsa descriptio, & formatio in ipsa natura rerum fiendarum, antequam fiant, notitia naturæ dicitur. perfecta autem opera naturæ in ipsa natura descriptionem habent expressiorem, quam partes perfectorum, & ideo perfecta sunt notiora naturæ, idest, in natura perfectius descripta, partes tamen sunt descriptæ in ipsa natura propinquius ipsi naturæ. & sic sunt notiores naturæ, idest, in ipsa natura propinquius descriptæ. vt pote motui manus scribentis est figura literæ scribendæ, & expressior est in ipso motu manus tota figuratio literæ, quam figurationes partiales, sed tamen ipsæ partiales figurationes sunt propinquiores ipsi motui, hæc Linconiensis, unde Linconiensis vult, quod uno modo totum sit notius naturæ, quam partes, & alio modo vult, quod partes sint notiores naturæ, quam totum.

Ad primum du.

Et ad rationes in contrarium, ad primam dicitur, quod secundum quod Philosophus loquitur hic de magis noto naturæ, sic illud non est magis notum naturæ, quod est perfectioris entitatis, sed sic loquitur Philosophus de magis noto naturæ secundo metaphy. ut dictum est, sed illud est magis notum naturæ, ut Philosophus hic loquitur, quod est prioris entitatis, nunc autem partes sunt prioris entitatis uia generationis ipso composito, unde materia prima est prioris entitatis in uia generationis ipso composito.

Ad secundum du.

Ad aliud dicitur, quod species specialissima est prior, & magis nota naturæ secundo modo, scilicet, prout id dicitur magis notum naturæ, quod natura primo intendit, sed illo modo non loquitur hic Philosophus de magis noto naturæ, sed accipit magis notum naturæ pro eo, ex quo natura incipit operari, & ex quo facit res naturales.

Dubium.

Sed adhuc dubitatur, quia uidetur, quod contradicat sibi, quia primo dicit, quod est incipiendum a cognitione causarum rerum naturalium, ut patet ex prima demonstratione, postea dicit, quod causæ rerum naturalium sunt notiores naturæ, quam ipsa causata, ut patet ex dictis in secunda demonstratione, ergo in illa scientia est incipiendum a notioribus naturæ, cuius tamen oppositum dicitur in maiori secundæ demonstrationis, vnde ista uidentur repugnare, scilicet, quod sit incipiendum a causis rerum naturalium, & quod non sit incipiendum a notioribus natura, & tamen vtrunque illorum dicitur in

Solutio. litera. Huic igitur dicitur, quod incipere a cognitione causarum potest intelligi dupliciter, scilicet, vel cognoscendo illas, idest, inuadendo cognitionem illarum, vel cognoscendo per illas, idest, supponendo cognitionem causarum, procedendo vlterius ex cognitione causarum ad cognitionem aliorum. Dico igitur, quod in hac scientia est incipiendum a cognitione causarum, cognoscendo illas, & inuestigando cognitionem illarum, sed non est incipiendum a cognitione causarum, præsupponendo cognitionem illarum. & ita est incipiendum a notioribus naturæ, cognoscendo illa, & inuestigando cognitionem illorum, sed non est incipiendum a notioribus naturæ, cognoscendo per illa, sed sic est incipiendum a notioribus nobis, cognoscendo per notiora nobis illa quæ sunt notiora naturæ. Vnde ista non repugnant, scilicet, quod primo est incipiendum a notioribus naturæ, inquirendo cognitionem istorum & quod non est incipiendũ a notioribus naturæ, cognoscendo per illa. Item dubitatur super hoc, quod dicitur, videlicet, quod in scientia naturali est duplex processus, scilicet, vnus ab effectu ad causam, & alius econuerso, hoc non videtur esse verum, quia causæ rerum naturalium non cognoscuntur, nisi per effectus, ergo cum causa cognoscatur per effectum, effectus erit magis notus, quam causa, sed si effectus cognoscatur per causam, oportet, quod causa sit magis nota, quam effectus, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, &c. ergo idem respectu eiusdem est magis, & minus notum. Vel sic, illa notitia, quæ habetur de causa, per quã notitiam cognoscitur effectus, habetur per cognitionem effectus, ergo cognitio effectus est perfectior, si igitur postea ex cognitione causæ cognoscatur effectus, oportet, quod cognitio causæ sit perfectior, quam cognitio effectus habita per cognitionem causæ. Et tunc arguitur sic, cognitio effectus, quæ est sine causa, est perfectior quam cognitio effectus habita per causam. ergo cognitio effectus habita sine causa est perfectior, quam cognitio effectus habita cum causa, sed hoc est contra prædicta, quia dicitur, quod cognitio effectus per causam est perfecta, & cognitio effectus, non per causam est imperfecta. Dicendum, quod cognitio effectus, per quam habetur cognitio causæ, non est sufficiens causa cognitionis causæ, sed habita aliqua notitia causæ per effectum, intellectus negotiatur inuestigando perfectiorem cognitionem causæ. & ideo dico, quod cum causa cognoscitur per cognitionem effectus, cognitio effectus non est perfectior, quam cognitio causæ. Et cum dicitur, propter vnumquodque tale, &c. dico, quod illud habet intelligi in causis efficientibus, non autem in causis occasionalibus, nunc autem cognitio effectus est occasio cognitionis causæ, ideo &c. Et per hoc patet sufficienter ad vtramque formam factam.

Aliud dub.

Respõsio.

Iccirco ex uniuersalibus ad singularia proficiscamur oportet. Ipsum namque totum sensu notius est. Vniuersale uero totum est quoddã, quippe cum multa complectatur, ut partes. Sic etiam & nomina quodammodo sese habent ad diffinitionem. Totum enim quoddam, indistinctumque significant, ceu circulus. At ipsius diffinitio in partes singulas diuidit. Pueri quoque primum quidẽ uiros omnes patres, quas uis mulieres matres appellant. Posterius autem horum utrunque discernere, distinguereque uidentur.

Tex cõ. 4. *Unde ex uniuersalibus ad singularia oportet procede*
Tex. cõ. 5. *re. Totum enim secundum sensum notius est. Vniuersale autem totum quoddam est. Multa enim comprehendit, vt partes vniuersale. Sustinet autem idem hoc quodammodo, & nomina ad rationem. Totum enim quodammodo, & indistincte significat: vt puta circulus. Diffinitio autem ipsius diuidit in singularia. Et pueri primum appellant omnes homines patres, & matres fæminas, posterius autem determinant horum unumquodque.*

A HÆc est secunda particula huius secundæ partis principalis huius capituli, in qua Philosophus probat tertiã conclusionem huius libri, videlicet, quod ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium deueniendum est, procedendo a principijs vniuersalibus, ad principia specialia, hæc conclusio via doctrinæ probatur sic. In hac scientia est deueniendum a nobis magis notis ad minus nobis nota, sed magis vniuersalia sunt nobis magis nota, quam minus vniuersalia, ergo ad cognitionem principiorum, causarum, & elementorum rerum naturalium est deueniendum in hac scientia, procedendo a principijs vniuersalibus vsque ad principia specialia, seu minus vniuersalia. Concl. 3. huius lib. Huius rationis primo ponitur conclusio. Secundo probatur minor ibi [Totum enim] maiorem vero non ponit, quia patet ex præcedentibus, & etiam est de se nota, ponit igitur conclusionem dicens. Vnde hoc est, quia est procedendum ex nobis magis notis, ex vniuersalibus in singularia, idest, in specialia, oportet procedere. Notandum hic secundum Comment. quod Phylosophus per vniuersalia intelligit vniuersalissima, quæ possunt inueniri in istis rebus naturalibus, scilicet, materiam in communi, & formam in communi. Et cum dicit particularia, vel singularia, vt habet alia litera, non indiuidua intendit, sed species vltimas, aut illa, quæ sunt quasi vltimæ species. Vnde per vniuersalia intelligit vniuersalissima, scilicet materiam in communi, & formam in communi, vt sunt communia ad omnem formam, & omnem materiam, & per singularia intelligit principia in speciali, vt materiam hominis, uel formam hominis, & materiam plantæ, vel formam plantæ, & sic de alijs. Deinde, cum dicit. [Totum enim secundum sensum, &c.] Phylosophus probat minorem, scilicet, quod magis vniuersalia sunt nobis notiora, quam minus vniuersalia tripliciter, & primo sic, sicut totum integrale se habet ad sensum, ita totum vniuersale se habet ad intellectum, sed totum integrale est notius apud sensum, quã suæ partes, ergo totum vniuersale est notius apud intellectũ, quam suæ partes, minor huius rationis est de se nota, maior vero probatur, dando modum similitudinis inter totum vniuersale, & indiuiduum compositum, seu totum integrale, quæ similitudo est ista, quia sicut illud indiuiduum compositum, vel totum integrale cõtinet multas partes integrales indistincte, sic totum vniuersale continet sub se multas partes subiectiuas indistincte. Notandum secundum Commentatorem hic, quod causa in hoc, quod totum vniuersale est notius apud intellectum, quam suæ partes, est, quia totum integrale sensibile est notius apud sensum, quam suæ partes. Sed dubium est, in quo genere causæ notioritas totius integralis apud sensum est causa notioritatis totius uniuersalis apud intellectum. Non enim videtur bene possibile assignare. Dico, quod notioritas totius sensibilis apud sensum, est causa in genere causæ efficientis respectu notioritatis totius vniuersalis apud intellectum. Vnde per hoc, quod totum integrale sensibile est notius apud sensum, quam suæ partes integrales, cognoscimus, quod totum vniuersale est notius apud intellectum, quam suæ partes subiectiuæ, est igitur causa in cognoscendo, non autem in essendo, quia cognoscimus, quod totum integrale est notius, quam suæ partes integrales apud sensum, propter hoc cognoscimus, tanquam per causam effectiuam, siue occasionalem, quod totum uniuersale est notius apud intellectum, quam suæ partes subiectiuæ. Deinde cum dicit. [Sustinet autem idem.] Ponitur secunda ratio probans minorem, quæ talis est. Illud, quod est magis indistinctum, est nobis magis notum, sed magis vniuersale est magis indistinctum, quam minus vniuersale, quia magis vniuersale continet plura indistincte, quam minus vniuersale, ergo magis vniuersalia sunt nobis notiora, quam minus vniuersalia, minor huius rationis est nobis manifesta, maior uero probatur exemplariter sic. Illud, quod significat nomen speciei, vt significatur per nomen speciei, est aliquid indistinctum in partes, ut circulus, sed illud, quod significat diffinitio, vt per diffinitionem significatur, est aliquid distinctum in partes, vt patet per hanc diffinitionem circuli, figura, intra quam est punctus, a quo omnes lineæ eius ductæ ad circumferentiam sunt equales, sed illud, quod significat nomen speciei est magis, & prius notum apud nos, vt per nomen speciei significatur, quam illud, quod significat diffinitio, vt per diffinitionem significatur. Pueri enim primo cognoscunt rem, prout significatur per nomen speciei, quam prout significatur per diffinitionem, vnde si puero dicatur, quæras mihi circulum, vel equum, puer intelliget, & quæret equum, vel

Com. 4.

Proba. minoris.

Com. 4.

B

C

Secũda ratio Philosophi probans mi.

D

vel circulum, si vero exprimatur diffinitio circuli, vel equi, & dicatur puero. Quære mihi figuram, in qua est punctus, a quo omnes lineæ rectæ, &c puer non intelliget, & sic patet maior, scilicet, quod illud, quod est magis indistinctum, vt significatur magis indistincte, est nobis prius notū, huius rationis ponitur in litera solum probatio maioris, dicit igitur Phylosophus sic, quod specierum nomina sunt nobis hoc idem ad rationem, hoc est in comparatione ad diffinitionem, scilicet, quod sunt prius nota, quam diffinitiones, & est secunda pars probationis maioris. Deinde ponit Phylosophus probationem minoris pro prima parte dicens, quod nomen speciei, vt puta circulus significat quoddam totum, scilicet ipsum diffinitum indistincte, hoc est secundum, quod non distinguitur in partes. Diffinitio autem ipsius, scilicet, speciei, vt circuli, diuiditur in singularia, idest significat rem, vt distincte diuiditur in partes, vt patet in diffinitione circuli superius posita, & hæc est prima pars probationis maioris. Intelligēdum hic, quod illud, quod significat nomen diffiniti, vt per nomen diffiniti significatur, est prius nobis notum, quam illud, quod diffinitio significat, vt per diffinitionem significatur, & hoc uia generationis, & in cognitione imperfecta, vt patet exemplo iam exposito. Pueri enim prius cognoscant rem, vt significatur nomine diffiniti, quam, vt significatur nomine diffinitionis, sed tamen in cognitione perfecta illud, quod significatur per diffinitionē, est prius notum via perfectionis, quam illud, quod significa-

B

Tertia rō Phylosophi idem probans.

tur nomine diffiniti, vt significatur nomine diffiniti. Deinde cum dicit. [Et pueri primum.] Hic ponitur tertia ratio probans eandem minorem, scilicet, quòd magis vniuersalia sunt nobis magis nota, & prius nota, quam minus vniuersalia, & hæc probatio est per quoddam signum tale, quia nos vid務 in pueris comprehensionem communem precedere comprehensionem propriam, quoniam pueri in principio comprehensionis existimant omnem virum esse patrem, & omnem fœminam matrem, & cum vigoratur intellectus cognoscunt patrem inter ceteros viros, & matrem inter cæteras mulieres. Vnde puer in principio cognoscit, quòd uir est suus pater, & tamen non cognoscit, quis vir sit suus pater, & sic puer prius cognoscit vniuersale, quam singulare, & hoc est signum, quòd vniuersalia sunt nobis prius nota. Sed hic sunt quædam notanda, & quædam dubitanda. Primo est notandum, quòd

Primū notandum. Cōfusum est quadruplex.

confusum est quadruplex, quoniam confusum, & totum idē sunt vnum, vbi nos habemus confusa, alia translatio habet tota. Nunc autem totum est quadruplex, vt totum essentiale, idest compositum ex materia, & forma, totum integrale, idest compositum ex partibus quantitatis, totum quidditatiuum, siue totum diffinibile, ut homo, & asinus, &c. Aliud uero, est totum vniuersale. Et ideo sicut totum est quadruplex, ita, & confusum, est quadruplex, vt confusum essentiale, confusum integrale, confusum quidditatiuum, seu diffinibile, & confusum vniuersale, & de omnibus his fecit Phylosophus mentionem in textu. Vnde de toto essentiali secundum Commentatorem loquitur Phylosophus, cum dicit. Sūt autem primum nobis manifesta, & certa confusa magis. De confuso vero toto integrali, cum dicit. [Totum enim notius est.] De toto autem confuso vniuersali dicit. [Vniuersale autem totum.] De confuso vero quidditatiuo dicit. [Sustinet autem idem.] Et secundum Phylosophum quocunque modo accipiatur totum semper est uerum, quòd magis confusa sunt nobis prius nota, sed qualiter hoc sit

Secundū notandū.

verum, apparebit in dubitationibus. Secundo est notandum secundum Commentatorem, quòd tres sunt modi compositionis, scilicet compositio speciei ex suis causis, compositio generis ex suis speciebus, & vtraque istarum compositionum est notior apud intellectum, quam partes. Tertia compositio est compositio indiuidui ex suis partibus, & ista compositio est notior apud sensum, quam suæ partes, & ideo alij duo modi compositionis sunt notiores apud intellectum. Sed hic concurrunt quinque dubia. Primum dubium est Commen-

Primum dub.

tatoris, & est illud. Nam Phylosophus prius dixit, quòd mixta composita ex elementis sunt nobis prius nota, & nunc dicit, quod illud, quod significat nomen diffiniti, est prius notum, quam illud, quod significat diffinitio. Quærit igitur Commenta. quid Phylosophus intelligat in prima auctoritate per res mixtas, quia, aut intelligit indiuidua composita, aut species indiuiduorum compositorum. Non enim potest intelligere per res mixtas indiuidua, quia ex indiuiduis non proceditur in doctrina demonstratiua ad elementa, & principia intellecta, cum indiuidua non sint partes syllogismi, sed ex specie composita proceditur ad elementa, & non ex indiuiduo, igi-

A

tur intellectus illius primæ auctoritatis erit, quod species compositæ notiores sunt apud nos, quam sua principia, & per consequens Phylosophus nihil nouum dicit in illa auctoritate, quando dicit, quod illud, quod significat nomen diffiniti est notius apud nos, quam illud, quod significat diffinitio, quia illud, quod significat nomen, est species. Ad hāc dubitationem

Resp. cō.

respondet Commentator dicens, quòd illud dictum Phylosophi, mixta composita sunt notiora apud nos, potest intelligi tam de speciebus compositis, quam de indiuiduis. Et quando dicitur, quòd indiuiduum non est principium in doctrina demonstratiua, dicendum, quòd quamuis indiuiduum non sit principium in scientia demonstratiua, est tamen principium inquisitionis vniuersalis, quod est principium doctrinæ demonstratiuæ. Et quando dicitur, quod si prima auctoritas intelligatur de speciebus compositis, tunc nihil nouum dicit Phylosophus in secunda auctoritate, respondet Commentator intelligendo vtranque auctoritatem de speciebus compositis respectu suarum causarum, dicens, quòd in prima auctoritate Phylosophus fecit comparationem inter species, & suas causas secundum fidem, & dicit, quod species compositæ ex causis secundum fidem sunt notiores apud nos ipsis causis, & quod ex istis speciebus procedimus in cognitionem causa-

B

rum mediantibus dispositionibus accidentalibus existentibus in eis, & in secunda auctoritate fecit comparationem inter species, & suas causas secundum imaginationem, dicens, quod illa, quæ significant nomina, sunt notiora apud nos, & sic aliquid nouum dicit in secunda auctoritate, quia in secunda auctoritate comparat speciem ad aliam, quam fecit in auctoritate prima. Sed est dubium, quid Commentator intelli-

Secūdum dub. quid intelligat cō. p causas, sed fidem &c.

gat per causas secundum fidem, & per causas secundum imaginationem. Dicendum, quod per causam secundum fidem intelligit causas naturales, scilicet materiam, & formam, quæ secundum veritatem absque omni opinione intellectur sunt partes speciei, per causas uero secundum imaginationem intelligit genus, & differentiam, quia quamuis genus, & differentia sint partes reales speciei, vt posterius videbitur, tamen inquantum constituunt diffinitionem sunt partes secundum imaginationem, idest secūdum operationem intellectus, quia intellectus facit diffinitionem ex genere, & differentia, siue ex nominibus, vel conceptibus generis, & differentiæ. Vnde quāuis genus, & differentia sint partes diffiniti reales, conceptus tamen, vel nomen generis, & differentiæ sunt partes diffinitionis, & hoc fit per operationem intellectus. Vel forte per partes secundum imaginationem intelligitur conceptus, & nomi-

C

na eorum, quæ sunt partes diffinitionis, & appellantur causæ secundum imaginationem, quia huiusmodi conceptus non sunt veræ causæ, sed secundum imaginationem tantū. Si quis tamen vellet dicere, quod genus, & differentia non sunt partes reales speciei, vt communiter ponitur, tunc esset dicendum, quod Phylosophus per causas secundum fidem intelligit causas, seu partes reales, & naturales, vt sunt materia, & forma, & per partes secundum imaginationem intelligit partes diffinitionis, vt sunt genus, & differentia, quæ non sunt partes, nisi secundum intellectum. Sed adhuc dubitatur, de hoc, quod dicit

Dub. sup dicto Phylos. hic.

Phylosophus. Nam dicit, quod illud, quod significatur per nomen diffiniti est notius, quam illud, quod significat diffinitio, illud non videtur verum, quia nomen diffiniti, & diffinitio idem significant, ergo illud, quod significatur nomine diffiniti non est prius notum, quam illud, quod significat diffinitio. Item diffinitio datur causa innotescendi, ergo videtur, quod illud, quod significat diffinitio, sit nobis prius notum. Ad primum horum dicitur, quod illud, quod significat nomen diffi-

D

niti, prout per nomen diffiniti significatur, est prius nobis notum, quam illud, quod significatur per diffinitionem, quia diffinitio significat rem diffinite, sed nomen diffiniti significat eandem rem indiffinite, nunc autem non est inconueniens, quod idem uno modo sit notius seipso alio modo. Vnde idem est prius notum cognitione confusa seipsa cognitione distincta. Ad aliud, quando dicitur, quod diffinitio datur causa innotescendi, verum est in cognitione perfecta, vnde via perfectionis illud, quod significatur per diffinitionem, prout significatur per diffinitionem, est prius notum seipso, vt significatur nomine diffiniti, ideo, &c. Sed adhuc dubitatur, quia Commentator ponit tres modos

Com. 4.

compositionis, vt compositionem speciei ex suis causis, compositionem generis ex suis speciebus, & compositionem indiuidui ex suis partibus, ideo dubitat de duobus primis modis compositionis. Primo, an species componatur ex genere, & differentia, tanquam ex causis. Secūdo dubitatur,

au ge-

Circa dictum cõdu dupliciter sol. quæ undã pri. du.

an genus componatur ex suis speciebus. Quo ad primum dubium, dicunt quidam, quod species non est composita ex genere, & differentia, quod probant per hoc, quia omne compositum ex genere, & differentia est diffinitio, sed species non est diffinitio, ergo &c. Item non possit componi species ex genere, & differentia, nisi in intellectu, & per consequens quicunque haberet speciem haberet in intellectu suo genus, & differentiam, quia nunquam potest esse totum sine suis partibus, & sic quilibet sciret assignare differentiam cuiuslibet speciei, quam intelligit. Unde dicunt isti, quod species nihil aliud est, quã quidam conceptus simplex existens in mente, quia extra intellectum non est, nisi singulare, & sic species non est composita ex suis causis, nec ex genere, & differentia, & quod Commentator dicat hic speciem compositam esse, non loquitur hic de partibus secundum fidem, sed solum de partibus secundum imaginationem. Unde non loquitur, ut dicunt, proprie, sed metaphorice. Sed illa opinio videtur esse falsa, quia ponit, quod nihil est extra animam, nisi singulare, & quod species, & genera, & omne universale est conceptus in anima, & quamvis ista materia de universalibus sit plenius alibi perscrutata, tamen quia isti tangunt hanc materiam hic, ideo ipsis aliqualiter obviando, arguo, & pono duas conclusiones. Quarum prima est, quod aliquid est extra animam, quod non est singulare. Secunda conclusio est, quod non omne universale est conceptus animæ. Prima conclusio probatur tripliciter, & primo sic. Illud, quod natura primo intendit, non est singulare, sed illud, quod natura primo intendit, est aliquid extra animam, ergo aliquid est extra animam, quod non est singulare, minor patet, quia illud, quod natura primo intendit, producitur a natura, sed quod producitur a natura, est res naturalis extra animam, ergo &c. maior patet per Auicen. primo suæ physicæ dicentem, quod natura non intendit primo genus, nec indiuiduum, sed intendit primo speciem. Huic rationi dicunt isti, quod natura intẽdit primo rem singularem, & determinate intendit illam rem, quam producit. Et ad Auic. dicunt, quod ipse errauit in hoc, quia dixit speciem primo intendi a natura. Sed contra illud arguo dupliciter per rationem Aui. Intentio naturæ agentis particularis inanimatæ. s. huius ignis, semper manet eodem modo, quia non variatur de una intentione ad aliam, ut variatur agens a proposito, igitur si iste ignis generans. s. a, intenderet istum ignem signatum. s. b, sequitur, quod producto b, nihil a, intenderet producere, & sic producto b, destrueretur intentio naturæ, vel si a, aliquid intenderet producere, intenderet ipsum b, & sic intentio naturæ esset frustra, quia postquam b, est productum, impossibile est, ipsum iterum produci per naturam, & hæc ratio potest elici ex verbis Auicen. Item in illa mensura, in qua agens producit unum indiuiduum, in eadem mensura potest producere aliud indiuiduum eiusdem speciei, tanquam effectum totalem, & adæquatum, unde in eadẽ mensura, in qua iste ignis a, potest producere ignem b, in eadem mensura põt producere ignem c, si ignis in illa mensura intenderet b, determinate, sequitur, quod si in illa mensura produceret c, in illa mensura ageret frustra, quia non produceret illud, quod intendit, & sic agens naturale produceret casualiter indiuiduum eiusdem speciei cum eo, quod est impossibile. Alij vero dicunt, quod natura nõ intendit hoc singulare, puta Sortem, inquantum huiusmodi, sed inquantum homo, quod est nomen speciei. Sed illud non valet, quia qua ratione natura intenderet Sortem, inquantum homo, eadem ratione intenderet omnem hominem, inquantum homo, & cum non possit per aliquam actionem producere omnem hominem, inquãtum homo, sequitur, quod in omni actione sua ageret frustra. Item quæro, quid natura intendit primo producere. s. aut universale, vel particulare, si universale, habetur propositum, si singulare, tunc qua ratione intendit unum singulare, eadem ratione intenderet, & quodlibet aliud. Et sequitur, quod natura in omni actione sua intendit producere quodlibet singulare, & cum nõ producat quodlibet singulare in omni sua actione, deficeret a prius intento, quod est impossibile. Item si natura intendit primo producere Sortem, inquantum homo, ergo prius intendit producere hominem, & sic intendit primo speciem, quod est propositũ, consequentia patet, quia illud, quod intenditur, sic, quod omne aliud intenditur sub eius ratione, illud primo intenditur. Secundo probo eandem conclusionẽ sic. Illud, quod appetitur, appetitu naturali ad conseruandum indiuiduum in esse, est, res extra animam, vel saltem potest esse sinali operatione intellectus circumscripta, sed aliud a singulari appetitur appetitu naturali ad conseruandum indiuiduum in esse, ergo &c. maior est manifesta, & minor probatur, quoniam fames, & esuries sunt appetitus naturales, quibus appetuntur cibus, & potus, quibus conseruatur indiuiduum in esse. sed fames, & sitis non sunt respectu huius cibi, vel huius potus, quoniam, qui esurit non appetit illum cibum determinate, nec illum, & similiter, qui sitit non appetit istum potum, nec illum, quia supposito, quod nullum cibum, vel potũ cognosceret, non minus esuriret, vel sitiret. Unde si esset animal creatum, ita perfectum, sicut si esset in ætate perfecta, ita quod animal nunquam cognouisset cibum, nec potum, adhuc esuriret, & appeteret cibum, & tamen non appeteret istum cibum, nec illum potum, ergo esuries, & sitis, quæ sunt naturales appetitus, non sunt respectu indiuidui, & tamen sunt respectu alterius rei extra animam potentis conseruare indiuiduum in esse, ergo extra animã est alia res ab indiuiduo. Tertio probatur eadem conclusio sic, illud est extra animam, circa quod fiunt promissiones, & contractus reales, ut emptio, vẽditio, donatio, stipulatio, & huiusmodi, sed contractus non sẽper fiunt circa indiuidua, ergo extra aĩam est aliqua res alia a natura indiuiduali, maior patet, minor probatur, quia dicendo, promitto tibi bouem, aliqua res extra animam tibi promittitur, & tamen nullum indiuiduũ tibi promittitur, quia virtute huius promissionis non potes vendicare istum bouẽ singularem, nec illum, ergo aliqua res extra aĩam alia ab indiuiduo tibi promittitur. Et eodem modo potest argui de emptione, & venditione, ut si emas a me vnũ quarterium frumenti soluendo mihi pecuniam præ manibus, certum est, quod aliquid extra animam emisti, & tamen nullum indiuiduũ emisti, quia nec illud quarterium, nec istud. Eodem modo si obligeris mihi in vno floreno ex quacunq; cã sit, illud, in quo obligaris mihi nõ est indiuiduũ, quia non obligaris mihi in hoc floreno, vel in illo. Istæ tamen rationes non essent hic ponẽdæ, nisi quia quidam asserentes se scire logicam super omnes mortales, respondent ad istam rationem dicentes, quod sic dicendo, promitto tibi bouem, promitto tibi vnam rem singularem extra animam, sed non promitto istum bouem, vel istum, quia in ista, promitto tibi bouem, ille terminus bos stat confuse tantum, & ideo non supponit distributiue pro bobus singolaribus, sed supponit disiunctim, ergo. Sed sine dubio hoc non valet, quia si promitto tibi bouẽ, aliquid extra animam tibi promitto, sed per te nullum singulare tibi promittitur, si igitur nihil sit extra animam, nisi singulare, sequitur, quod nihil extra animã tibi promittitur, ergo secundum responsionem tuam ista erunt simul vera, aliquid extra aĩam tibi promittitur, & nihil extra aĩam tibi promittitur. Quia aũt tu dicis, quod in illa, promitto tibi denarium, aut bouẽ, ille terminus denariũ, aut bos supponit cõfuse tantũ, non verum est, quia terminus cõis non habet a se, quod supponat cõfuse, sed hoc habet a syncathegoremate præcedente importante multitudinem, ut oẽs logici dixerunt vsque ad diem hodiernam sed hic nullum tale syncathegorema præcedit, ergo &c. Itẽ idem est dicere, promitto tibi bouẽ, & dicere bouem, tibi promitto, sed certum est, quod in ista indefinita, bouẽ tibi promitto, non stat iste terminus bos confuse tantũ, quia est indefinita æquipollens huic particulari, aliquẽ bouem promitto tibi, & hic supponit personaliter. Item ex parte diffinitionis, & ẽt diuisionis põt idem argui, ut alibi argutum est sic. Illud, qđ simpliciter, & proprie diffinitur est, res extra animam, quia nihil proprie diffinitur, nisi substantia, ut patet septimo meta. sed substantia est res extra animam, & singulare non proprie diffinitur, ergo extra animam est alia res, quam res singularis. Patet ẽt idem ex parte diuisionis, quoniam aliquid extra animam, ut animal per se diuiditur in rationale, & irrationale, quia si conceptus in aĩa diuideretur, sic non esset diuisio per se, quia esset diuisio accidẽtis in substãtiã, sed nullũ singulare diuiditur in rationale, & irrationale, ergo extra animam est alia res a singulari. Alias rationes multas feci ad hanc conclusionem in tractatu de nouẽ generibus accidentiũ, sed ista cã breuitatis sufficiant ad præsens. Secunda conclusio hic probanda est, quod vniuersalia, ut species, & genera non sunt conceptus in aĩa, quam conclusionem, probo per quinq; media, & primo sic. Si nihil sit vniuersale, nisi conceptus, tunc genus generalissimũ de genere substantiæ erit conceptus in anima, sed ois conceptus in anima est in genere, & habet genus supra se, ergo genus generalissimum haberet genus superueniẽs. Et non solũ sequitur hoc impossibile, sed etiam sequitur, quod genus generalissimum de genere substantiæ continetur sub aliqua specie specialissima de genere qualitatis. quod est absurdum, consequentia patet, quia omnis conceptus in anima est accidens singulare, & omne tale continetur sub specie spe-

Contra p̃di conclusionẽ ponẽs duas conclusiones. Prima cõclusio proba. trip.

Quomodo intelligitur dictum Aui.

Rũ Auic.

Opi. aliquorum. Confuta. tio talis opinionis.

Iterũ probat suam conclusionem.

Iterũ alia probatio eiusdẽ conclusionis.

T.c. 16.

Vniuersalia, ut genus & species non sunt conceptus in anima, probatur quinque rationibus.

Proba. prima.

specialissimum. Et si dicatur, quòd non sit inconueniens, quòd genus generalissimum, quod est intentio, habeat genus supra se, & sit in determinata specie. Contra, quia secundum hoc sequitur, quòd qualitercunque accipiatur genus generalissimum semper erit verum dicere, quod genus generalissimum habet genus supra se, & est in determinata specie, quia accipiendo genus generalissimum pro re, sic per se non est, nisi singulare, siue indiuiduum, & omne tale habet genus superueniens, & est in determinata specie, accipiendo etiam genus generalissimum pro intentione, sic habet genus superueniens, & est etiam in determinata specie. Philosophus igitur, & Porphyrius somniauerunt, quando dixerunt, quòd genus generalissimum non habet genus superueniens.

Proba. secunda.

Secundo arguo ad eandem conclusionem sic, alius est conceptus generis generalissimi in intellectu tuo, & alius in intellectu meo, quia idem accidens numero non simul est in diuersis subiectis, sed isti duo conceptus conueniunt in conceptu communi, secundum quem contingit abstrahere ab istis duobus conceptibus, & talis conceptus abstractus est alius in mente tua, & alius in mente mea, cum isti conceptus sint omnino similes, contingit ab his duobus conceptibus abstrahere, unum conceptum communem, & ille conceptus numeratur ad numerationem intellectuum, ergo adhuc contingit abstrahere ulterius, & sic in infinitum, & si ille conceptus abstractus a duobus conceptibus omnino similibus, prædicetur in quid de eis, sequitur, quòd in prædicatis in quid esset procedere in infinitum, quod est impossibile, quia sic nihil contingeret scire, ut probat Philosophus primo Poster. & secundo Meta. Hoc potest etiam argui in terminis sic. In intellectu meo est conceptus generis generalissimi substantiæ, & similiter est in intellectu tuo, & isti sunt diuersi conceptus, & tantum conueniunt, vel magis, quam conueniant Sor. & Plato, possibile est igitur, quòd ego abstraham unum conceptum communem, qui prædicetur in quid de eis, in quo immediate conueniunt, & sit ille cõceptus a, possibile etiam est, quòd tu abstrahas unum conceptũ communem eis, in quo immediate conueniunt, qui sit b, igitur a, & b, sunt conceptus similes, & similiter adhuc contingit, quod tu abstrahas ab eis conceptum similem prædicabilem in quid de eis, & ego alium, qui sint c, & d, & adhuc contingit abstrahere conceptum communem eis a te, & a me, qui sint e, & f, & sic in infinitum, & ita in prædicatis in quid erit procedere in infinitum, quòd est absurdum. Et si dicatur forte, quod nõ est inconueniens procedere in infinitum in conceptibus. Contra. Philosophus probat, quòd non est procedere in infinitum in prædicatis in quid, & ibi non loquitur, nisi de conceptibus, quia in rebus per se non est ordo secundum sub, & supra; igitur Philosophus habet pro inconuenienti, quòd in conceptibus ordinatis secundum sub, & supra sit processus in infinitum. Item in ordine prædicamentali non contingit procedere in infinitum, sed illi conceptus ordinantur in linea prædicamentali, sicut indiuiduum ordinatur sub specie, ergo. Similiter isti conceptus sunt essentialiter ordinati secundum superius, & inferius, igitur si in eis proceditur in infinitum, sequitur, quòd in essentialiter ordinatis sit procedere in infinitum, quod est impossibile. Item sequitur, quòd tot erunt genera generalissima in genere substantiæ, quot sunt homines habentes notitiam illius generis, quia quot sunt conceptus communes omnibus, qui sunt in prædicamento substantiæ, tot erunt genera generalissima, & sic genera generalissima erunt innumerabilia.

Probat. tertia.

Tertio arguitur sic, species, & indiuiduum semper debent esse in eodem genere, sed Sor. est in genere substantiæ, igitur, & species, quæ prædicatur in quid de Sorte erit in prædicamento substantiæ, & tamen est accidens per se, quia conceptus animæ est accidens. Si dicas, quòd hæc species homo bene est in prædicamento substantiæ, quia supponit pro substantiis. Contra, si hæc species homo sit in prædicamento substantiæ, tunc genus generalissimum prædicamenti substantiæ prædicatur in quid de Sorte, & de ista specie homo, ergo aliquod erit genus æquiuocum substantiæ, & accidentis, quod est impossibile. Item dicendo sic, nulla substantia est qualitas fit distributio pro omni per se contento sub substantia secundum sic dicentes, ergo hic fit distributio pro generibus subalternis, & etiã pro speciebus specialissimis contentis sub substantia, cum igitur ista sit vera, & immediata secundum Philosophum primo posteriorum, nulla substantia est qualitas, & hic fit distributio pro generibus subalternis, & speciebus specialissimis, & sequitur, quod nec genera subalterna, nec species sunt qualitates, cuius contrarium dicunt isti, nam dicunt, quòd genera, & species sunt conceptus in anima, & per consequens sunt qualitates. Item arguitur sic. Illud, quod datur in responsione ad quæstionem quærentem, quid est de substantia prima, illud est substantia, & non accidens, secundum Philosophum in prædicamentis, sed genera, & species dantur in responsione ad quæstionem quærentẽ, quid est de substantia prima, ergo &c. maior est manifesta, & minor patet, quia si quæratur quid est Sor. conuenienter respõdetur, quod est homo, & quod est animal, ergo, &c.

ca. de substantia.

Item si conceptus in anima in esse separantur a singularibus existentibus in re, ergo si uniuersalia non essent, nisi conceptus in anima, sequitur, quòd uniuersalia essent in esse separata a singularibus, cuius contrarium volunt Philosophus, & Commentator, ut patet 7. meta. commen. 47. vbi ait, quòd mixtio intentionis uniuersalis cum particularibus est fortior mixtione accidentium cum suis subiectis, quod non est, nisi uniuersale esset separatum in esse a suis singularibus. Alias rationes adduxi alibi plurimas contra illam opinionem.

T. cõ 47.

Dico igitur ad istam dubitationem, quod species est composita ex causis, scilicet ex genere, & differentia, quæ sunt causæ intrinsecæ speciei, ut patet per Philosophum 7 meta dicentem, quòd partes diffinitionis significant partes rei. Et Commentator dicit, quòd nomina generum, & specierum assimilantur uniuersali, inquantum continet causas, ex quibus constituitur species. Dicit etiam, quod illud, quod significat nomina, est aliquid uniuersum diuisum in causis, ex quibus constituitur species. Et etiam dicit, quod tres sunt modi compositionis, scilicet, compositio speciei ex suis causis, & compositio generis ex suis speciebus, & compositio indiuidui ex suis partibus, & sic patet, quod species est composita ex suis causis. Non est igitur dicendum, quod Philosophus, & Commentator loquantur metaphorice, vel singulariter, ut isti exponunt, reducendo totam Philosophiam ad secundum modum amphibologiæ, quia Philosophus reprehendit modum loquendi figuratiue, vel metaphoricè in doctrina demonstratiua. In isto autem libro procedit Philosophus demonstratiue. Non est ergo dicendum, quod ipse loquatur hic metaphorice, sicut loquuntur poetæ in suis fabulis.

T. cõ. 33. & 36. 42. 54. & primo phy. com 30.

Tu dices, si species componitur ex suis causis, tunc species erit res extra animam, quod est falsum propter multa. Primo, quia intellectus agens facit uniuersalitatem in rebus, ut vult Commentator primo de anima. Secundo, quia omne, quod est extra animam est unum numero, quia de illo, & de quocunque est verum dicere, quod illa sunt duo, sed unum numero, & singulare sunt idem, ergo nihil est extra animam, nisi singulare. Tertio, quia si esset extra animam, esset pars indiuidui, & sic Sor. non componeretur sufficienter ex hac materia, & ex hac forma, immo ex omnibus uniuersalibus, quæ prædicantur in quid de eo, & tunc non posset Sor. annihilari, nisi annihilarentur genus, & species, & omnia prædicata, quæ in quid de Sor. prædicantur, sed annihilato superiori annihilatur quodlibet inferius, ergo non posset Sor. annihilari, nisi annihilarentur, & destruerentur omnes species, quæ sunt in genere substantiæ, quod est absurdum.

Primum argumentum contra deter. Secundũ.

Tertium.

Ad primum istorum, quando dicitur, quod intellectus facit uniuersalitatem in rebus, debet intelligi, sicut Plato posuit, uniuersalitatem in re extra animã, quoniam Plato posuit uniuersale existere per se seorsum a singularibus. Intellectus vero agens facit uniuersale intelligi per se seorsum absque hoc, quòd eius singulare intelligatur. Dico igitur, quòd intellectus agens facit uniuersalitatem intelligi non inesse suis singularibus, & hoc intelligit Commentator, ut patet primo de anima.

Ad primum.

Ad secundum dico, quod unum numero accipitur dupliciter, uno modo prout distinguitur contra multa numero. Alio modo prout distinguitur contra unum specie, & contra unum genere. Primo modo, omne illud est unum numero, quod cum alio ponit in numerum sic, quòd de eis sit verum dicere, quòd ista sunt duo, & sic unum numero, & singulare non sunt idem, sed se habẽt, ut superius, & inferius, nam omne singulare est unum numero, sed non omne unum est singulare, & isto modo sumendo unum numero, concedo, quod uniuersale est unum numero extra animam, sed accipiendo unum numero, prout distinguitur contra unũ specie, & contra unum genere, sic dico, quòd uniuersale, non est unum numero, sed est unum specie, vel unum genere, nec est verum, quòd omne, quod cum alio ponit in numerum, sit unum numero, prout unum numero distinguitur contra unum specie, & contra unum genere.

Ad secundum.

Ad tertium dico, quòd quamuis uniuersale sit res extra animam, tamen non est pars indiuidui, quia effectus particulares sunt causæ particulares,

Ad tertium.

& sic

& sic dico, quòd quamuis genus sit pars speciei, tamen species non est pars indiuidui, quia indiuiduum sufficienter constituitur ex causis particularibus, dico tamen, quod vniuersale est de quidditate indiuidui, vel quòd est intum respectu indiuidui, accipiendo quidditatem pro eo, quod significatur per diffinitionem, siue pro eo, quod datur in responsione ad quæstionem quærentem, quid est ipsum indiuiduum, vt quid est Sortes, & sic de alijs, & ita patet, quod Deus potest annihilare Sortem, quamuis non destruat totum genus substantiæ, quia ad hoc, quòd Sortis annihiletur, sufficit annihilare principia intrinseca Sortes ex quibus constituitur Sor. vt hanc materiam, & hanc formam. Si autem dicatur, quòd si vniuersale sit res extra animam, tunc est alia res a singulari, & per consequens homo in communi, & Sort. erunt duæ res, & cum tam homo, quam Sort. sint, corpus, sequitur, quòd duo corpora erunt simul. Item. Qua ratione oportet ponere, vnum commune reale, in quo Sort. & Plato conueniunt, eadem ratione oportet ponere, vnum commune reale, in quo hoc commune homo, & Sortes conueniat, & sit illud commune a. adhuc homo in communi Sort. & a. conueniunt in alio communi, & sic proceditur in infinitum.

Aliud argumentũ contra determ. præceden.

Secundũ argumentum.

B

Ad primum.

Ad primum horum dico, quòd homo commune homo, & Sor. sunt duæ res, sed non sunt duæ substantiæ, neq; duo corpora. Pro quo est sciendum, quòd sicut signum vniuersale additum termino communi non transcendenti, communi dico tam vniuersalibus, quã indiuiduis, distribuit ipsum solum pro indiuiduis, vel pro omnibus supponentibus personaliter pro indiuiduis, verbi gratia, sic dicendo, omne animal currit, fit distributio solum pro indiuiduis, sic, quòd ad veritatem illius propositionis sufficit, quòd prędicatum insit cuilibet indiuiduo contento sub subiecto, ita terminus vniuersalis additus termino communi non transcendenti numerat ipsum solum in indiuidua, & ideo ista est falsa, hoc commune homo, & Sortes sunt duæ substantiæ, vel duo corpora, quia denotatur, quòd sunt duo indiuidua substantiæ, vel corporis. Dico igitur, quòd hoc commune homo, & Sor. sunt duæ res, quia istud prærogatiuum habet terminus transcendens, scilicet, quòd potest distribui tam pro vniuersalibus, quam pro indiuiduis, & etiam potest numerari tã in vniuersalia, quam in indiuidua. Sicut enim terminus transcendens secundum causalitatem, habet aliqua priuilegia specialia, quæ alijs non competunt, ita terminus transcendens secundum prædicationem habet priuilegia, quæ nulli inferiori conueniunt, quorum vnum hoc est, quod dictum est, scilicet, quòd ipsum distribuitur tam pro vniuersalibus, quam pro indiuiduis, & numeratur tam in vniuersalia, quam in indiuidua.

C

Ad secundum.

Ad secundum dico, quòd ad hoc, quòd aliqua conueniant, oportet, vel ꝙ ipsa conueniant in aliquo tertio, quod est eis commune, vel quòd vnum contineatur sub altero, & non oportet, ꝙ quæcunque conueniunt, conueniant in vno tertio eis communi, sed sufficit, quòd vnum contineatur sub altero.

Ad rationes principales.

Ad rationes principales, ad primam, quando dicitur, quòd omne compositum ex genere, & differentia est diffinitio, dico, quòd illud est falsum, quia diffinitio est sermo indicans, quod quid est esse rei, ideo diffinitio componitur ex vocibus, vel conceptibus generis, & differentiæ. Vnde quando dicitur, quòd diffinitio componitur ex genere, & differentia, illud sic habet intelligi, scilicet, quòd diffinitio componitur ex nominibus, vel conceptibus generis, & differentiæ, & ita ista ratio non valet.

Ad secundam.

Ad secundam, quando dicitur, quòd species, non posset componi ex genere, & differentia, nisi in intellectu, illud est simpliciter falsum, imo dico, quòd species existens extra animam realiter componitur ex genere, & differentia, sicut est alibi demonstratum.

D

Secunda du. super dicto Cõmen.

Alia est hic dubitatio, scilicet de hoc, quod Commentator dicit, quòd quædam est compositio generis ex suis speciebus. Et pono dubitationem sub hac forma, an genus componatur ex suis speciebus, & dico, quòd non, quia si genus componeretur ex suis speciebus, sequitur, quòd genus non prædicatur de aliqua specie, consequens est falsum, igitur & antecedens, consequentia patet, quia compositum ex omnibus speciebus generis, non prædicatur de aliqua vna specie.

Responsio.

Huic respondeo, & dico, quòd genus componitur ex omnibus suis speciebus, vt Commenta. hic innuit, cuius ratio est, quoniã species sunt partes subiectiuæ illius generis, vt concedunt omnes, nunc vero absurdum uidetur, dicere, quòd aliquid sit pars alicuius, & quòd non cõponat illud.

Compositio est dupliciter.

Intelligendum tamen est, ꝙ compositio, quantũ ad propositum spectat, est duplex, scilicet, actualis, & potentialis, compositionem actualem uoco illam, vbi compositum

A

actu, & copulatiuè ponit omnes suas partes, sicut homo ponit actu caput, & cor, & sic de alijs partibus principalibus, compositionem uero potentialem voco illam, vbi compositum non ponit omnes partes actualiter, sed solum sub disiunctione, & illo modo uniuersale ponit suas partes subiectiuas, & sic componitur ex suis partibus subiectiuis compositione potentiali. Ad rationes igitur in contrarium dico, quòd non sequitur, genus componitur ex omnibus suis speciebus, ergo non prædicatur de aliqua specie. Et quando dicitur, quòd aggregatũ ex omnibus suis speciebus, &c. dico, quòd aggregatum ex omnibus suis speciebus sub disiunctione sumptis, bene prædicatur de una specie, quia hæc est uera, homo est asinus, uel bos, vel leo, & sic de alijs.

Dubium an magis vniuersalia sint prius nota quam minus uniuersalia.

Sed adhuc occurrit, quædam dubitatio multum perscrutabilis, scilicet, vtrum, magis uniuersalia sint nobis prius nota, quam minus vniuersalia, uel quam singularia, & uidetur, quòd non, quia per Philosophum primo posteriorum, particularia sunt nobis prius nota, igitur non magis uniuersalia.

Primum.

Item per Philosophum hic composita sunt nobis magis nota, & prius quam simplicia, sed minus vniuersale est compositius, quam magis uniuersale, quia minus vniuersale actu includit magis uniuersale, & etiam includit differentiam, quam addit super magis vniuersale, ergo minus vniuersale est nobis magis notum, quam magis uniuersale.

B

Secundũ.

Tertium.

Item magis vniuersalia sunt causæ minus vniuersalium, sicut genus, & differentia sunt causæ speciei, sed causæ rerum naturalium sunt nobis minus notæ, quam ipsæ res naturales, ergo magis vniuersalia sunt nobis minus, & posterius nota.

Quartũ.

Item intellectus, est æqualiter dispositus ad recipiendũ speciem magis vniuersalis, & minus vniuersalis, ergo non per prius recipit speciem magis vniuersalis, quam minus vniuersalis, & per consequens magis uniuersalia non sunt nobis primo nota, quia illud est nobis primo notum, cuius speciem primo recipit intellectus.

Quintũ.

Item uniuersalia sunt magis nota naturæ, ergo sunt minus nota nobis, patet consequentia, quia non eadem sunt nobis, & naturæ primo nota, antecedens patet, quia vniuersalia sunt maioris entitatis, quam singularia, quia vniuersalia sunt perpetua, & incorruptibilia, & illud, quod est maioris entitatis est prius notum naturæ. In oppositum videtur esse Philosophus hic.

Respõsio quorundam.

Huic dubitationi dicunt quidam, quòd magis vniuersalia sunt nobis prius nota, quam minus vniuersalia, cuius ratio ponitur talis, quia intellectus noster in acquirendo cognitionem rerum procedit de potentia ad actum, & de pura ignorantia ad perfectam notitiam, sed cognitio rei in suo vniuersali est media inter puram ignorantiam, & notitiam perfectam illius rei, uerbi gratia, cognitio de equo inquantum est corpus, vel inquantum est animal est media inter cognitionẽ, quæ potest haberi de equo sub propria ratione equi, & puram ignorantiam de equo, sed transiẽs ab extremo in extremum prius deuenit ad medium, quã ad extremum, oportet igitur, quòd antequam res cognoscatur perfecte, & in speciali, ꝙ cognoscatur prius in suo vniuersali, & sic magis vniuersalia sunt nobis prius nota.

C

Confutatio dictæ responsionis.

Attamen ista ratio non uidetur cõcludere, quia si concluderet, tunc ad hoc, quod aliquid cognoscatur in speciali, oporteret, prius cognoscere omnia superiora, quæ prædicantur de eo, quia cognitio cuiuslibet superioris est medium inter puram ignorantiam, & cognitionem rei in speciali, ergo ad hoc, quod aliqua res cognoscatur in speciali, oportet, cognoscere omnia superiora, quæ prædicantur de eo, sed hoc est falsum, quia cognoscens equum sub ratione equi, non oportet, quod cognoscat omnia vniuersalia, quæ prædicantur de equo, quia, aliquod est genus proximum equo ignotum cognoscenti equum, sub ratione equi, quoniam equus est in aliquo genere, in quo non est serpens, & equus, & asinus sunt in aliquo genere subalterno, in quo non est bos. Vnde possum cognoscere equum in speciali, quamuis non cognoscam genus equi subalternum proximum.

D

Et si dicatur, quòd ad hoc, quod cognoscatur equus in speciali, oportet, cognoscere omnia genera subalterna. Contra cognoscens aliqua finita potest cognoscere numerum illorum, ergo si cognoscentem equũ in speciali, oportet cognoscere omnia genera prædicabilia in quid de equo, sequitur, quòd ipse posset cognoscere, quot sunt genera subalterna ad equum, sed hoc est falsum, quia non credo, quod sit homo, qui sciret me certificare, quot sunt genera subalterna ad equum, uel ad quãcunque aliam speciem, quia equus est in aliquo genere cum una specie, in quo non est cum alia specie, & cum illa alia specie est in aliquo genere, in quo non est cum alia specie data. Vnde ad cognoscendũ, oĩa gña subalterna

terna oportet cognoscere omnes, vel fere omnes species animalis, & nõ solum animalis, sed etiam substantiæ. Item ratio non concludit, quia si concluderet sequeretur, quòd materia prima necessario, primo reciperet formas imperfectas, & postea formas perfectas, quoniam materia prima procedit a priuatione formæ ad formam sed forma imperfecta est media inter priuationem, & formam perfectam, ergo materia prima semper reciperet primo formam imperfectam, postea perfectam & sic non reciperet omnes formas immediate, quod est falsum. Item inter formam terræ, & formam ignis, sunt multæ formæ mediæ scilicet, forma aeris, & forma aquæ non solum secundum locum, sed etiam secundum perfectionem. Si igitur transeundo ab extremo ad extremum oportet transire per omnia media, sequitur, quod materia prima non posset immediate transmutari a forma terræ ad formam ignis, quod est contra Philosophum dicentem, quòd omnia elementa sunt immediate adinuicem transmutabilia. Item non posset aliquid transmutari de nigro in album, nisi prius transmutaretur per omnes colores medios, quod falsum est, & contra sensum. Item cognoscere venientem a remotis, inquantum est hoc corpus, est medium inter omnino ignorare venientem, & cognoscere venientem, inquantum hoc animal, uel hic homo, ergo si ratio cõcluderet, oporteret, quod ad hoc, quod sensus cognosceret uenientem, inquantum est hic homo, cognosceret ipsum, inquantum est, hoc corpus, & hoc animal, sed hoc est falsum, quia si aliquis, cuius notitiam habui prius, veniat multum de propinquo, non prius cognosco, uel saltem non oportet prius cognoscere, quod hoc est corpus, quam quod est homo animal, nec oportet prius cognoscere, quod est hoc animal, quam hic homo.

Quod rõ sic dicentium non concludit probat tribus medijs. — Primo. — Secundo. — Tertio. — Quarto.

Solutio principalis rationis. Ad rationem igitur dico, quod transiens de extremo in extremum debet transire per omnia media, uel saltem per aliqua media essentialiter ordinata. Et dico, quod notitia magis vniuersalis non est medium essentialiter ordinatum ad notitiam minus vniuersalis, sicut nec notitia venientis, inquantum est hoc corpus, est essentialiter ordinata ad notitiam venientis, inquantum est hic homo, licet quandoque accidat, quod hæc notitia præcedat illam.

Respõsio aliorum. Alij autem dicunt, quod magis vniuersalia sunt nobis prius nota, hoc est, sunt nota prius toti communitati, quam minus vniuersalia, quia magis vniuersale cognoscitur per cognitionem cuiuscunque inferioris ad ipsum, modo apud aliquos vnum est inferius, & apud alios aliud, sed non apud quoscunque est vnum inferius, apud eosdem est idem inferius. & sic magis vniuersale facilius cognoscitur a tota communitate, quam minus vniuersale, verbi gratia. omnes homines habent notitiam huius communis animalis, quia apud omnes gentes est aliqua species animalis, scilicet bouis, vel capræ &c. sed non omnes homines habent notitiam huius speciei leonis, nec forte huius speciei capræ, & sic de alijs, & tamen aliquis ita nouit hanc speciem leo sicut hoc commune animal, & ita est de alijs speciebus, & sic a tota communitate prius, & facilius cognoscitur vniuersale, quam particulare, vnum tamen particulare facilius cognoscitur ab aliquo, quam suum vniuersale, & aliud particulare facilius cognoscitur ab alio, quam suum vniuersale. Dicunt igitur, quod Philosophus loquitur hic de vna notitia tradenda toti communitati humanæ per doctrinam, & quia toti communitati vniuersalia sunt prius nota, vt visum est. Ideo, dicit Philosophus, quod magis vniuersalia sunt nobis prius nota, quia primo sunt nota toti communitati, cui hæc doctrina est tradenda, sed tamen apud aliquem erit magis, & prius notum particulare ipso vniuersali.

Confutatio dictæ responsionis. Sed in rei veritate hoc nihil ualet, quia secundum glosam illam, nullus homo posset deuenire in cognitionem principiorum rerum naturalium, secundum doctrinam, quã Philosophus hic tradit, & ideo prædicta opinio non valet. Nam Philosophus hic tradit doctrinam dicens, quod est procedendum a nobis magis notis ad nobis minus nota, & nobis magis nota, sunt magis vniuersalia, aut igitur iste homo loquitur de cognitionẽ principiorũ rerum naturalium, procedit a magis vniuersalibus ad minus vniuersalia, vel non, si detur, quod sic, & cum magis vniuersalia sint sibi minus nota, quam minus vniuersalia, vel particularia, per te sequitur, quod ipse procedit a minus notis ad magis nota, cuius contrarium dicit Philosophus, si vero detur, quod non procedit a magis vniuersalibus, ad minus vniuersalia, tunc non procedit secundum doctrinam, quam Philosophus tradidit hic, & sic nullus homo potest acquirere cognitionem rerum naturalium, secundum doctrinam Philosophi hic positam.

Primum arg. cõtra eandem. Hoc potest argui sic. Quæro aut nullus homo potest acquirere cognitionem rerum naturalium, per hanc doctrinam, vel aliquis potest. Si detur, quod nullus homo per hanc doctrinam potest acquirere cognitionem rerum naturalium, sequitur, quod hæc doctrina nulli homini sit vtilis, si vero detur, quòd aliquis potest per doctrinam Philosophi acquirere cognitionem rerum naturalium, sequitur, quòd ille debet procedere, ex magis vniuersalibus ad minus vniuersalia, & quod debet procedere ea magis sibi nota, & sic magis vniuersalia non sunt prius, & magis nota communitati solum, immo cuilibet personæ singulari potenti, secundum doctrinam Philosophi, hic traditam acquirere cognitionem rerum naturalium.

Secundũ. Item ridiculum est, dicere aliquid esse magis, & prius notum toti communitati, tamen nulli personæ communitatis, cum communitas nullam habeat notitiam, nisi notitiam personarum de communitate. Et confirmatur, quia communitas est quædam relatio, quæ non habet cognitionem aliquam, in quantum est relatio, ergo &c.

Tertium. Item secundum illam glosam omnia magis vniuersalia essent per prius, & facilius nota communitati, quam minus vniuersalia, & cum sit aliquod genus subalternum hominis, in quo continetur homo, & simia, uel alia species animalis, maximam conuenientiam habens cum homine, sequeretur, quòd toti communitati esset illud genus subalternum magis notum, quã hæc species homo, quod est falsum, quia hæc species est omnibus hominibus nota, & illud genus proximum est ignotum.

Quartũ. Et si dicatur, quod non est verum, de quocunque vniuersali, respectu, cuiuscunque minus vniuersalis Contra. Philosophus docet hic, qualiter deueniendum est vniuersaliter in cognitionem rerum naturalium, igitur hæc doctrina se extendit ad cognitionem naturalem habendam de homine.

Quintũ. Item multæ sunt res naturales, quæ sunt præsentes apud totam communitatem hominum, vt sunt quatuor elementa, vt terra, aqua, aer, & ignis, & cælum, & tamen sunt prius, & magis nobis nota, quam sua genera, ergo non est verum, quòd semper toti communitati sint magis, & prius nota vniuersalia.

Cognitio ẽ duplex. Circa quam dubitationem est intelligendum, quod cognitio est duplex, scilicet, confusa, & distincta, siue perfecta & imperfecta. Ideo videndum est, quid est primo cognitum ab intellectu nostro, via generationis in ytraque cognitione.

Conclusio principalis. Et dico, quòd prius cognitum ab intellectu nostro, cognitione confusa via generationis est singulare, quod fortius mouet sensum.

Primo probatur. Ad quod probãdum, primo suppono, quod intellectus noster intelligit singulare, quod patet, quia intellectus noster cognoscit differentiam inter vniuersale, & singulare sub propria ratione singularis, & per consequens cognoscit vtrumque extremum, sub ratione, qua extremum.

Secundo. Item si intellectus noster non intelligeret singulare, non posset facere hanc propositionem, scilicet. Sor. est homo, quod est falsum.

Tertio. Item operationes artis, & prudentiæ sunt circa singularia sub proprijs rationibus, sed operationes artis, & prudentiæ, cum sint habitus intellectuales, solum sunt circa illa, quæ intelliguntur ab intellectu nostro, ergo &c.

Quarto. Supposito igitur, quod intellectus noster intelligat singulare, sub propria ratione singularis, probo, quòd intellectus via generationis primo intelligit singulare, quia si ad hoc, quod intellectus intelligat singulare, oportet, quòd primo intelligat vniuersale, sequeretur, quod intellectus, nunquam posset intelligere singulare, consequens est falsum, ergo & antecedẽs, probo consequentiam, quia vniuersale est æqualiter indifferens ad omnia sua singularia, ergo non magis ducit in cognitionẽ vnius singularis, quam alterius, aut igitur duceret in cognitionem omnium simul, quod est impossibile, aut in cognitionem nullius, igitur non intelligit primo vniuersale sic, quod a cognitione vniuersalis procedat ad cognitionem singularis.

Quinto. Hoc potest argui sic, si uniuersale ducit in cognitionem singularis, aut igitur per se, sine addito, vel per aliquod sibi additum, non primo modo, quia cum æqualiter respiciat omnia singularia non magis ducet in cognitionem vnius, quam alterius, nisi determinetur per aliquod sibi additum, siue per aliquod determinans, & illud additum, oportet esse cognitum ab intellectu, & tunc quæro, aut illud determinans est vniuersale, aut particulare, non uniuersale, quia uniuersale non magis ducit in cognitionem vnius singularis, quam alterius, si vero detur, quod illud determinans sit singulare, quæro, qualiter intellectus deuenit in cognitionem illius singularis, aut prius cognoscendo suum uniuersale, uel non. Et si detur, quod prius cognoscendo suum uniuersale, tunc quærendum est, ut prius, scilicet, quare uniuersale potuit ducere in cognitionem illius singularis, aut per se, aut per additum, sicut prius, & proceditur in infinitum, si autem detur, quod intellectus cognoscat illud singulare non præcognoscendo suum uniuersale, habetur propositũ, scilicet, quod singulare prius

Sexto. In proœ.

cognoscitur, quam vniuersale. Item per Phylosophum primo metaphys. vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, vel ad intelligendum, quia sunt a sensu remotissima, remotio igitur a sensu est causa, quare aliquid de difficili cognoscitur, & per consequens propinquitas ipsi sensui est causa, quare aliquid de facili cognoscitur, sed sensibile singulare est propinquissimum sensui, ergo facillime cognoscitur, & per consequens primo cognoscitur via generationis.

Septimo.

Item secundum communem opinionem, nihil est extra animam, nisi singulare, sed illud, quod est extra animam, primo intelligitur, quia anima non intelligit se, nec aliquid in ipsa, nisi per reflexionem, vt communiter dicunt omnes, ergo singulare primo intelligitur ab intellectu nostro.

Octauo.

Item intellectus noster non intelligit vniuersale, nisi abstrahendo a singularibus, sed intellectus non abstrahit, nisi a noto, ergo singulare, a quo abstrahit, est primo notum intellectui, quam vniuersale, quod abstrahitur.

Contra distinctiones principales.

Sed contra hoc videntur occurrere multa. Primo, quia Phylosophus tertio de anima videtur dicere, quòd singulare non intelligitur, nisi per lineam reflexam, & indirecte, sed illud, quod intelligitur indirecte, non intelligitur primo.

Primo.

Secundo.

Item Boetius dicit, vniuersale est dum intelligitur, singulare autem dum sentitur, & per consequens vniuersale primo intelligitur.

B

Tertio.

Item illud, quod primo intelligitur, est primum obiectum intellectus, ergo secundum istam opinionem singulare esset primum obiectum intellectus, quod est contra Phylosophum.

Quarto.

3. de aña. t. com. 9.

Item inter obiectum, & potentiam debet esse proportio, sed inter singulare sensibile, & intellectum, qui est immaterialis, non est proportio, ergo singulare non intelligitur primo.

Quinto.

Item si singulare intelligitur primo, sequitur, quòd non oportet ponere intellectum agentem, quia intellectus agens non componitur, nisi ad abstrahendum quidditatem a rebus, & a conditionibus indiuiduantibus, quæ impediunt cognitionem intellectus. Si igitur conditiones indiuiduales essent primo cognitæ ab intellectu, sequitur, quòd non impedirent cognitionem intellectus, & sic oporteret, ponere intellectum agentem, propter illas conditiones remouendas.

Ad primum.

Ad primum horum dico, quòd intellectus intelligit singulare primo, & directe, & vniuersale indirecte, & quasi per modum lineæ reflexæ, & hæc est intentio Phylosophi, tertio de anima,

Tex. cõ. 9.

cap. quod sic incipit. Quoniam autem aliud est magnitudo, & magnitudinis esse, vbi secundum expositionem Commentatoris, & omnium expositorum Phylosophus per magnitudinem, & carnem intelligit indiuidua, & per magnitudinis esse, & carnis esse, intelligit quidditates, & vniuersalia. Vnde ibi dicit Phylosophus, quod anima alia virtute, scilicet, sensu cognoscit carnem, idest, indiuiduum carnis, & alia virtute discernit carnes esse, idest quidditatem carnis, & intelligit quidditatem carnis, per illam virtutem, aut separatam, hoc est habentem similitudinem lineæ rectæ, aut sicut circumflexam, hoc est habentem similitudinem lineæ reflexæ. Vnde vult, quòd quidditas, seu vniuersale cognoscatur ab alia virtute, quam virtute sensitiua, videlicet ab intellectu, & illa virtus in comprehendendo quidditates, habet dispositionem lineæ rectæ, vel dispositionem lineæ reflexæ. Et hæc etiam est intentio Comment. 3. de anima, commen. 10. vbi dicit, quòd intellectus in

Com. 10.

comprehendendo quidditates, quandoque habet dispositionem similem lineæ rectæ, & quandoque dispositionem similem lineæ reflexæ. Vnde dicit, quòd quando intelligit primã formam, idest, proximam formam vniuersalem existentem in indiuiduo, in comprehendendo illam habet dispositionem similem rectæ lineæ, sed cum postea quærit quidditatem illius formæ, & quidditatem illius quidditatis, quousque deueniat ad formam simplicem non habentem quidditatem, in comprehendendo illas quidditates, habet dispositionem similem lineæ reflexæ. Et sic patet, secundum Phylosophum, & Commentatorem, quòd intellectus vario modo se habet, intelligendo vniuersalia, quia aliquando intelligit directe, & aliquando indirecte, sed non inuenitur, vbi dicant, quòd singulare indirecte, vel reflexe intelligatur. Sed si quæras, si singulare intelligitur primo, vel intelligitur per propriam speciem, vel non. Dico, quòd cum intellectio fiat per assimilationem intellectus ad intelligibile, oportet, quod singulare intelligatur per propriam speciem, quoniam manifestum est, quòd species vniuersalis non ducit in distinctam cognitionem singularis.

Ad secundum.

Ad aliam rationem, cum dicitur, quòd vniuersale est, dum intelligitur, dico, quòd intellectus dicitur vniuersalium, quia solus intellectus cognoscit vniuersalia, non quòd intellectus sit solum vniuersalium, & sensus particularium, dicitur, non quia solum sensus cognoscit par-

A

ticularia, sed quia solum singularia cognoscuntur a sensu. Et hæc est intentio Ioannis Grammatici, 3. de anima super illam partem, videlicet. Quoniam autem aliud est magnitudo, &c.

Ad tertiũ.

Ad tertium, quando dicitur, quòd singulare esset primum obiectum intellectus, dico, quòd aliquid esse primum obiectum intellectus, potest quadrupliciter intelligi, scilicet, uel quòd sit primum obiectum primitate generationis, & sic singulare est primum obiectum intellectus accipiendo ly primum negatiue, ita quòd dicatur primum, quia nullum est prius eo, non quia ipsum sit prius quocunq; alio. Vnde quodlibet singulare immutans, primo fortiter sensum est primum obiectum primitate generationis.

Aliquod esse primũ obiectũ intellectus põt quatuor modis intelligi.

Secundo dicitur primum primitate adæquationis, & sic ens, est primum obiectum intellectus accipiendo ens in sua maxima communitate, & ut habet hanc passionem, scilicet, intelligibile cum ipso conuertibile, & sic dicitur ens de omni intelligibili, sicut & ille terminus, uidelicet, intelligibile. Tertio modo aliquid dicitur esse, primum obiectum intellectus primitate perfectionis, & sic Deus est primum obiectum intellectus. Quarto vero modo illud, dicitur primum obiectum primitate exclusionis, scilicet, quo obiecto cognoscendo excludit

B

alias potentias, & isto modo vniuersale, dicitur primum obiectum intellectus, quia nulla alia potentia cognoscit uniuersale.

Ad quartum.

Ad quartum argumentum dico, quòd inter intellectum possibilem, & singulare materiale, est talis proportio, qualis requiritur inter mobile, & mouens, & illo modo est proportio inter intellectum, & singulare materiale, & hæc proportio sufficit.

Ad quintum.

Ad vltimum vero dico, quòd necessitas ponendi intellectum agentem, est non ad remouendum conditiones indiuiduales, uel materiales, vt communiter ponitur, sed tota necessitas ponendi intellectum agentem est, quia intentiones existentes in potentia alias virtute imaginatiua solæ non sufficiunt ad mouendum intellectum possibilem, & ad causandum intentiones intellectas in actu in intellectu possibili, & ideo simul cum intentionibus imaginariis, requiritur intellectus agens, non ad aliquid remouendum, sed ad causandum intentiones intellectas in actu in intellectu possibili, cum intentionibus imaginatis, & hæc est intentio Commen. tertio de anima, com. 14. & sic patet, quid est primo cognitum ab intellectu via generationis in cognitione confusa, & perfecta.

Com. 14.

C

Tunc est vlterius videndum, quid est primo cognitum uia generationis in cognitione distincta, & perfecta. Vnde breuiter dico, quòd quanto aliquid est communius, tanto est prius cognitum, uia generationis in cognitione distincta. Cuius ratio est, quia inferius non cognoscitur distincte, nisi cognoscantur omnia superiora, essentialiter inclusa in eo. Vnde hic intelligo per cognitionem distinctam, cognitionem, per quam res distinguitur, & resoluitur per cognoscentem in omnia, in quæ ipsa est resolubilis, vel saltem plurima. Ad distinctissimam vero cognitionem rei requiritur cognitio omnium, in quæ est resolubilis, vel distinguibilis, & quia inferius est distinguibile, & resolubile in omnia superiora essentialiter inclusa in eo, ideo ad distinctam cognitionem inferiorum requiritur, & præsupponitur cognitio omnium superiorum essentialiter inclusorum, & hoc si sit cognitio distinctissima. Quod pro tanto dico, quia si res cognoscatur, quantum ad multa vniuersalia inclusa in ea, & inquantum distinguitur in illa, tunc illa res cognoscitur distincte, sed non distinctissime, & sic apparet, quòd in cognitione distincta, magis vniuersalia sunt priue nota uia generationis, quam minus uniuersalia, & etiam quã singularia.

Responsio propria ad dubiũ principale.

D

Et quia Phylosophus, in hoc libro intendit inuestigare distinctam, & perfectam cognitionem principiorum rerum naturalium, ut postea per cognitionem distinctã principiorum inuestigetur perfecta cognitio compositorum naturalium, ideo dicit Phylosophus, quòd vniuersaliora sunt nobis prius nota, & hac cognitione distincta, quam tradere hic intendit.

Confutatio dictæ responsionis.

Et si dicitur, quod videtur, quòd Phylosophus velit, quòd magis vniuersalia sint nobis prius nota cognitione confusa, quia pueri non habent nisi cognitionem confusam, & tamen prius cognoscunt magis uniuersalia, cum primum appellent omnes uiros patres &c.

Iterũ nostra responsio pro sua opinione.

Dicendum, quòd illa auctoritas non est ad propositum, quia ideo pueri primo appellant istum virum patrem, & intelligunt istum virum, quia intelligunt, & opinantur istam propositionem, iste uir est pater meus, sed non intelligunt istum uirum cognitione distinctiua, seu discretiua, quia non discernunt istum uirum ab alio, quoniam cognitio distinctiua, siue discretiua, acquiritur per hoc, quia aliquid percipitur in uno, quod non apprehenditur in alio, vel aliquid apprehenditur in uno, cuius

contra-

contrarium apprehēdit in alio. Dico igitur, quòd puer primo apprehendit singulara cognitione apprehensiua, sed nō cognitione distinctiua seu discretiua, & ita intelligit Philosophus dicens, quod cognitio apprehensiua præcedit cognitionem distinctiuam. Sed dubitatur qualiter tunc secundum illum, illud signum pueri appellant primum omnes uiros patres, &c. sit ad propositum Philosophi. i. ad ostendendum, quòd uniuersalia sint nobis prius nota, cum illa notitia, quam puer habet, sit notitia singularis, & non uniuersalis. Item quando uigoratur intellectus pueri discernendo hunc virum ab illo, tunc habet cognitionem distinctam, quia tunc discernit patrem a non patre, & tūc non cognoscit omnia uniuersalia inclusa in illo uiro, ergo ad cognitionem distinctam de aliqua re nō oportet prius cognoscere omnia uniuersalia inclusa in illa.

Primū dubium per verba Arist. posita in textu. Secundū.

Ad primū. Dico ad primum, quòd cum puer habet notitiam imperfectam non discernendo inter unum uirum, & aliū virū cognoscit vtrūque inquātū est uir, quia cognoscit vtrunque in eo, quòd cōueniunt, nō inquantum distinguuntur, & sic prius cognoscit vniuersale. s. uirum, quam cognoscat singulare cognitione distinctiua, seu discretiua, & hoc est satis ad propositum Philosophi. s. quòd vniuersalia sint prius nota, quā sua inferiora cognitione distincta.

Ad secundum. Ad secundum cū dicitur, quòd cum puer distinguit, &c. habet cognitionem distinctam &c. dico, quòd per cognitionem distinctam possumus duo intelligere, videlicet, uel cognitionem distinctiuam, in qua una res distinguitur diuersa ab alia re, vel per cognitionem distinctam possumus intelligere cognitionem alicuius rei quātū ad omnia intrinseca inclusa in ea, quæ satis cōuenienter pōt appellari cognitio resolutoria. Dico tunc, quòd cum puer distinguit patrem a non patre, hēt cognitionem distinctam, quæ est cognitio discretiua, & ad talem cognitionem nō requiritur cognitio omniū, quæ includuntur in re, sed tunc non habet puer cognitionē distinctā, quæ est cognitio resolutoria rei in oīa īclusa in ipsa re.

Quod res extra animam non intelligaē primo. 5a. meta. com. 51. Secūdum.

Sed adhuc arguitur probādo, quòd res extra aīam non intelligitur, primo, quia effectus rerum naturalium sunt nobis primo noti, sed intentione existentes in intellectu sunt effectus reru naturalium existentium extra animam, ut patet per Commē. 1. Metaphy. ubi dicit, quòd scia nostra causatur a rebus, ergo intentiones in anima sunt primo cognitæ a nobis, &c. Itē intētiones in aīa sunt minus notæ naturæ, ergo sunt magis notę nobis.

Ad primū. Ad primum dicitur, quòd nō quicunque effectus rerū naturalium sunt nobis magis noti, sed effectus materiales, & sensibiles.

Ad secundum. Ad secundū dico, quòd nō sequitur. Intentiones sunt minus notæ naturæ, igitur sunt magis notæ nobis, nec est verū, quòd omnia minus nota naturæ sint magis nota nobis, sed intelligit illud esse uerum in bis naturalibus materialibus.

Ad rōnes principales. Et ad rōnes principales ad primā cum arguitur particularia, &c. Dico, quòd particularia sunt nobis nota cognitione confusa, & hoc intelligit Philosophus primo posteriorum.

Ad secundum. Ad secundum cum dicitur, quòd compositum est nobis prius notum, dico, quòd nō est uerū in cognitiona distincta, & perfecta, sed bene imperfecta, quia in illa, quæ est perfecta, & distincta cognitio, dicimus simplicia esse prius nota.

Ad tertiū. Ad aliud cum dicitur, quòd vniuersalia sūt causæ inferiorum, & cāæ sunt nobis minus notæ, dico, quòd causæ rerū naturaliū sunt nobis prius notę in cognitione distincta, & sunt posterius, & minus notæ in cognitione cōfusa.

Ad quartum. Ad quartam cum dicitur, quod intellectus est æqualiter dispositus, &c. Dico, quòd quāuis intellectus sit æqualiter dispositus ad recipiēdū spēm magis uniuersalis, & minus uniuersalis, tn̄ illud, quòd imprimit spēm in intellectu est natum per prius imprimere spēm unius quā alterius, unde oē sensibile singulare est natum per prius imprimere speciem singularis, quàm speciem uniuersalis.

Ad quintum. Ad quintam concedo, quòd vniuersalia sunt posterius nota nobis in cognitione confusa, quam singularia, & hoc est quod illa ratio probat, quare.

TRACTATVS SECVNDVS primi libri. Circa principia rerum naturalium. Capitulum primum destruens errores non naturaliter loquentium de principijs rerum naturaliū, scilicet Parm. & Mel.

Necesse est itaque aut unū esse principium, aut plura, Et si sit unum, aut immobile, ut Parmenides Melissusq. dicit, aut mobile esse oportet, ut naturales censere uidentur, quidam aerem, quidam aquam primum principium esse dicentes. Si plura sint, aut finita, aut infinita esse necesse est. Et si finita sint pluraq; uno duo, uel tria, uel quatuor, uel in alio quodā numero esse oportet. Si infinita, aut genere quidem unum, figura uero, uel forma diuersa, perinde atque Democritus asserebat, aut contraria etiam necesse est esse. Pari modo quærere uidentur, & hi qui quærunt, quotnam sint ea, quæ sunt. Nam ea primum quærunt, ex quibus constant ea, quæ sunt, utrum unū an plura sint, & si sint plura, vtrum sint finita, an infinita. Quare principium quærunt, ac elementum, vtrum sit vnum an plura.

Necesse autem est, aut unum esse principium, aut plura, & si vnum, aut immobile, sicut dicunt Parme. et Mel. aut mobile, sicut Physici, hi quidem aerem dicentes esse, alij vero aquam primum principium. Si autem plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autem uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium aliquem numerū. Et si infinita, aut sicut dixit Democritus unum, figura autem, & specie differentia, aut etiam contraria. Tex. cō. 6.

Similiter autem quærunt, & quę sunt quærentes quot sunt, ex quibus enim sunt quæ sunt. Quærunt primum post hoc, vtrum unum aut plura sint. Etsi multa, aut finita aut infinita. Quare principium, & elementum quærunt vtrum unum, aut multa. Tex. cō. 7.

Finito prologo incipit Phil. perscrutari de principijs cōibus omnium rerum naturalium. Vnde in hoc secūdo tractatu destruit opiniones antiquorum errantium circa principia rerum naturalium & continet iste tractatus duo capitula, quoniam in primo Phil. destruit opiniones nō naturaliter loquentiū de principijs rerū naturalium. In 2. ib. [Sicut aūt Phil. dicunt.] Destruit opiniones erroneas naturaliter loquentiū de eisdem. Primum capitulū continet duas partes, quia in 1. ostenditur, ad quē Phil. nō ptinet disputare cum Parme. & Mel. quia non ad Physi. In 2. ibi. [Sed qm̄ de natura &c.] Disputat cōtra eos Metaphysice. Prima pars continet duas particulas, quarū prima est narratiua, secunda declaratiua, quæ incipit ibi. [Illud igitur quidē.] In prima igitur particula huius partis Phil. enumerat modos sm̄ quos pōt poni plura principia, uel unum, & ponit talē diuisionē dicens. Quod necesse aut unū esse principiū tm̄, aut plura, & si sit tm̄ unū, aut illud unū principiū est immobile, ut dixerunt Parme. & Mel, aut mobile, ut dixerunt Physici. Quorū quidā dixerunt illud aerē esse, quidā āt aquā: quidā uero ignem. Sed si principia sunt plura, aut sunt finita, aut īfinita, si finita, aut sunt duo, uel tria, uel quatuor, & sic de alijs. Si uero sunt infinita, aut sunt eiusdem generis, & differunt secundū spēm, & figuram, ut ponit Democri. qui ponit athomos indiuisibiles infinitos esse principia rerū, quos ponit cōuenire in gn̄e, & differre in spē, & figura, quoniam quosdā athomos ponit rotundæ figuræ, & quosdā quadratæ figuræ, & de alijs figuris. Ponit et eos differre spē, quia ponit quosdam athomos calidos, & quosdam frigidos, & quosdam leues, & quosdā graues, aut eadē spē erant diuersa quantitate. i. in numero. Et nota secundū Cōm. hic quòd multitudo, aut est rerū secundū formā, aut rerū secundū quantitatē, & has duas multitudines dixerūt antiqui de principijs. Et si quæratur quare Phil. nō ponit hāc diuisionem, uidelicet, si sunt plura principia, aut sunt mobilia, vel immobilia. Rn̄det Cōmentator, quòd hoc iō est, quia nullus dicit plura principia quiescentia esse. [Similiter aūt quęrunt] & in hunc modum inquisitionis de principijs diuiditur eorū inquisitio, qui perscrutantur de entibus, quot sunt, & sunt illi qui utuntur hoc nomine ens, pro hoc nomine principium, æstimant enim sola principia esse entia, & sunt illi qui solummodo perceperunt principium materiale. Isti enim nō fecerunt differentiam inter principium, & ens: isti aūt perscrutantur de entibus, utrū sint plura, aut unū, & si sit unū ens: aut est mobile, vel immobile, si uero sunt plura, aut sunt finita, aut infinita, &c. & sic perscrutatio eorum de ente in nullo differt a perscrutatione eorum de principio. Sic igitur sunt quin- Notabile.

que diuisiones, siue quæstiones de principijs rerũ naturaliũ. Quarum prima est, vtrum principium sit tantum unum aut plura. Secunda quæstio, supposito, q sit tantum vnum, vtrum illud principium sit mobile vel immobile. Tertia quæstio, supposito, q sunt finita aut infinita principia, an sint plura. Quarta qõ. supposito, q principia sint finita; vtrũ sint tantum duo, aut tria, aut quatuor, & sic de alijs. Quinta qõ. supposito, q principia sint infinita, vtrum sint eiusdem generis, & differentia secundũ speciem, aut sint eiusdem speciei, & differẽtia solo numero. Et eędẽ qões, & diuisiones sunt de ente, & hoc apud eos, qui vtũtur hoc noĩe ens pro hoc noĩe principiũ, & sunt illi qui posuerũt solum principium materiale. Intelligẽdum, q illi qui posuerunt solum principiũ materiale habuerunt dicere, q ex illo principio nihil nouum fit secundũ veritatẽ, sed solum secundum apparentiam. ita, q illud secundũ veritatem non erat principium, sed solũ apparebat esse principium, & q ipsi non possent ponere aliquod nouum fieri secundum veritatem apparere, quia illud nouum aut esset solũ principium illud materiale, aut includeret aliquid aliud, si solum sit illud principium materiale: tunc non est nouum, cũ principium materiale non sit nouum, & ita non est principiũ nisi apparenter, si uero includit aliquid aliud, q̃ principiũ materiale, tunc illud erit principiũ illius rei, & cã quare illa res est noua, & p cõsequens oportet ponere aliud principium q̃ principiũ materiale. Vñ intelligẽdũ est, q sicut isti antiqui posuerunt solum principiũ materiale in rebus naturalibus, ita quidam moderni ponũt, q in rebus artificialibus non est nisi principiũ materiale. Nam dicunt, q cum ex ligno fit statua non est aliqua res totaliter noua in ligno, sed ex hoc, quia aliquæ partes remouentur, & aliquæ remanent, illud lignũ dicitur esse statua sine aduentu cuiuscunque alterius rei. Sed

Tex. cõ. 81. 8. meta. t. cõ. 9. & 12 tex. cõ. 14.

hoc expsse est cõtra Philosophũ q in hoc libro, & in 3. de aĩa, & in alijs multis locis dicit res artificiales esse compositas ex materia, & forma, & q formæ rerum artificialium sunt accidẽtia. Item isti habent ponere, q per artem artificis nihil fit nouum omnino. Et sic huiusmodi artes, quarum fines sunt res operatę, ut patet 10. ethicorũ sunt ociosę, quia non pñt ad fines suos, in quos ordinatur, attingere. Itẽ isti habent dicere, q omnes res artificiales, quæ solum sunt per ablationem, uel per transfigurationem, ut sunt serra, gladius, & huiusmodi, sunt res mere naturales, quod est absurdum, quia ars, & natura sunt agẽtia multũ diuersa, & p consequẽs hñt effectus diuersos. Item isti hñt dicere, q in quolibet lapide ex quo põt fieri diuersæ res artificiales, omnes illæ res in actu sunt in illo, & ita in quolibet lapide essent infinitæ statuæ, & infinita uasa, & breuiter omne illud est tam in actu in eo, quod ex eo potest fieri. Dicendum igitur est, quod cum ex ære fit statua & ibi, est aliquod nouum quod nõ præfuit, ut noua figura, & noua superficies, & nouæ lineæ, & sic de alijs multis, aliter operatio artificum ad nihil terminaretur, quare, &c.

Considerare igitur si id quod est, unũ sit atq; immobile nõ ad naturalem physicũ pertinet. Nã ut geometræ nõ est ad eũ rõ qui geometriæ principia tollit, sed aut ad aliam sciẽtiam attinet, aut ad cõmunem omniũ facultatem, & sic, & illi nulla est ad eũ rõ qui principia tollit. Nõ est n. principium si vnũ est tantũ, atq; vnũ hoc modo Principiũ. n. alicuius aut aliquorũ principiũ eẽ cõstat.

Tex. cõ. 8.

Id quidẽ igitur si unum, & immobile sit qđ est intẽdere non de natura est intendere. Sicut. n. geometriæ non amplius rõ est ad destruentem principia, sed est aut alterius scientię, aut omnibus cõmunis sic neq; alicui de principijs. Nõ. n. amplius principiũ est si unũ solũ, et sic unum est, principium enim cuiusdam aut quorundam.

HAec est 2. particula primæ partis principalis huius capituli, quæ est declaratiua. In qua declaratur, q ad naturalem nullo modo pertinet disputare cum dicentibus omnia esse unũ, & immobile, vt sunt Par. & Mel. & primo pbatur, q ad naturalẽ nõ ptinet arguere cõtra opinionẽ Parm. & Mel. 2. pbatur, q ad naturalẽ non ptinet soluere rões eorũ. Primo igitur pbatur, q ad naturalem non pertinet arguere con-

4. conclu. huius lib.

tra opinionem Parme. & Mel. & hæc est 4. cõclusio huius lib. quæ probatur dupliciter, & primo sic. Ad naturalem non pertinet arguere contra opinionem negãtium sua principia, sed Parme. & Mel. negabant principia scientiæ naturalis, ergo ad naturalem nullo modo pertinet arguere contra opiniones

A eorum, huius rationis primo ponitur conclusio 2. ponitur pbatio maioris ibi, [Sicut. n. geometriæ.] 3. ponitur pbatio minoris ibi, [Non. n. amplius.] maior probatur sic. Nulla sciẽtia spãlis hẽt pbare sua principia esse, ut patet de geo. & de alijs scientijs specialibus, sed probare principia scientiæ specialis, uel est alterius sciẽtiæ. i. scientiæ subalternãtis, uel sciẽtiæ communis omnib. ut sunt Meta. & Logica, & tñ nulla scientia specialis habet arguere contra negantes sua principia, & per cõsequens Phil. non habet arguere contra negãtem sua principia, minor pbatur sic Parme. & Mel. dixerũt unum ens tñ eẽ sic, q tñ unum ens est, & nullũ aliud. Modo sequitur, si vnũ ens tñ est, nullum principium est, quia ex opposito cõsequẽtis sequitur oppositũ antecedentis, qm̃ si principiũ est, & principiatum est. & sic sunt multa s. principiatum, & principiũ, & per consequens ens non est tñ unum, sed modo sequitur, nullum principium est, ergo nullum principium scientiæ naturalis est, & cum Parme. & Mel. habeant concedere, q nullũ principium sciæ est, sequitur, q ipsi habeant concedere, q nullum principium scientiæ naturalis est, & sic patet maior. s. q Parme. & Mel. negabãt principia sciæ naturalis. Vnde circa maiorẽ huius rationis est notandum, q nulla scientia specialis põt

Probatio maioris.

B pbare sua principia esse, nec demonstratione, p p quid, nec demonstratione quia, quia omnis probatio debet esse per notiora, sed principijs scientiæ nihil est notius in illa scientia, tamẽ artifex specialis habet probare principia sui subiecti esse demõstratione quia, ut vult commen. 2. huius idẽ patet in hoc primo, vbi Philosophus pbat materiam, & formam esse, quæ sunt principia sui subiecti. Notandum etiam secundo, q principia scientiæ spãlis possunt probari uel a sciẽtia superiori, ut a scientia subalternante, vel a scientia communi, ut sunt Logica. & Meta. Sed dubium est alias qualiter, & quare artifex communis, ut Logicus, & Metaphysicus arguit contra negãtẽ sua principia, & artifex specialis non põt arguere cõtra negantem sua principia. Istud. n. non uidetur uerum, quia artifex communis non potest arguere contra negãtes sua principia, nisi ex concessis, ex quibus sequitur principium negatũ, sed illo modo potest artifex specialis arguere contra negantes sua principia, ut si in illa scientia aliqua concedantur, ex quibus sequuntur principia illius scientiæ, quæ principia ipsi negant: igitur uidetur, q eodem modo potest artifex spãlis arguere contra negantes sua principia, sicut artifex communis.

Nulla scientia specialis potest pbare sua principia.

C Dicendum, q quamuis artifex scientiæ spãlis posset in aliquo casu arguere contra negantes sua principia, ut si ille negans principia scientiæ spãlis aliqua concedat in illa scientia, ex quibus principia negata talis scientiæ sequuntur, tamen artifex specialis non potest in quocunque casu arguere contra negãtes sua principia, ut supposito, q nihil tale concedatur in illa scientia, ex quo principia sequuntur, tunc non põt contra eũ arguere in illa scientia, sed artifex cõmunis in oĩ casu potest arguere contra negantes sua principia, quia si ipsi volunt loqui, & aliquid concedere, artifex communis qui cõsiderat ens in sua communitate, potest ex illo arguere, & probare principium negatum, & sic potest magis artifex communis arguere contra negantes sua principia quã artifex spãlis. Sed circa minorem est notandum secundum Commentatorẽ, q cũ dicitur, q Parme. & Mel. negabant principia scientiæ naturalis esse, accipitur principium p principio cognitionis, & eẽ. Isti enim negabant vtrunque istorum principiorum. Vbi principia cognitionis tñ scientiæ naturalis sunt illa. s. plura eẽ entia, & aliqua entia esse mobilia. Principiũ cognitionis & esse scientiæ naturalis est, q entia naturalia habent principia, quę sunt cãæ motus, & quietis in eis. Hoc igitur nomen principiũ

Quare artifex cõis põt probare sua principia.

Notabile.

D usitatur hic pro ambobus modis, & exposuit modum, in quo sequitur, q dicens ens esse unum negat principiũ esse, & cognitionis, & tacuit modum ex quo contingit dicentem ens esse unũ negare principia cognitionis, & est pluralitas, & motus, qm̃ qui negat principiũ cognitionis, & esse, negat pluralitatem, & motum. Principium. n. cognitionis, & esse est cã ad vtrunque. Notandum ẽt circa probationem minoris, q quia principium refertur ad principiatũ, ideo sequitur si principiũ est, & principiatum est, & sic sunt plura, & sic patet, q illa propositio, tantũ principiatũ est, includit opposita, qa sequitur. tãtũ principiũ est, igitur principiũ est, & si principiũ est, principiatũ est, ergo non tñ principiũ est, igitur a primo ad vltimũ si tñ principium est, non tantum unum est. Et similiter sequitur tantum principium est, igitur nihil aliud a principio est, & per consequens, nullum principiatum est, & sic illa propositio, tantum principiũ est, includit illa duo opposita s. principiatum est, & nullum principiatum est, & ideo infert suũ oppositũ: nã sequitur, tñ principiũ est, igitur nõ tñ principiũ est.

Circa probationem minoris.

Vnde

A Vnde est regula necessaria quòd omnis propositio includens opposita infert suum contradictorium.

Simile est itaque si hoc modo sit vnum considerare: & de alia quauis positione differere quæ sermonis causa dicitur qualis est Heracliti: uel quispiam id quod est vnum hominem esse dixerit.

Tex. cō. 9

Simile igitur intendere est: si sic unum est, & ad aliā positionē quālibet disputare, verbi gratia, ad dictā aut Heraclitanā, aut si aliqs dicas hominē unū qd est esse.

Probatio eiusdem conclusionis.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Ad naturalem nō pertinet arguere contra opinionem, quæ est manifeste falsa, quia nullam probabilitatem habet nec rationem: vt est opinio Heracliti qui posuit omnia esse in cōtinuo motu, aut omnia esse vnum hominē: sed opinio Parme. & Mel. qui ponunt omnia esse vnum: est fatua, & manifeste falsa, nā non est differentia quantum ad probabilitatem inter hunc sermonem, & dicentes omnia esse vnum equum: aut vnum hominem, igitur, &c.

B

Aut contentiosam soluere rationem: quod quidē ambę rationes habent. & Parmenidis, & Mel. Nam falsa sumunt: & forma sunt vitiosæ. Inepta autem magis est ratio ipsius Melissi: nec dubitationem habet: sed uno absurdo dato cætera accidunt Hoc vero nullam habet difficultatem.

Tex cō. 10

Aut soluere rationem litigiosam: quod sane vtręque quidē habent rōnes, & Melissi, & Parmenidis. Etenim falsa recipiunt: & non syllogizantes sunt. Magis autem Mel. onerosa ratio, & non habens defectum. Sed uno incōuenienti dato alia contingunt. Hoc autem nihil difficile.

Quinta conclusio huius libri.

PRobato, quòd naturalis non habet arguere contra opinionem Parme. & Mel. probat Philosophus, quod naturalis non hēt soluere rationes Parme. & Mel. & hæc est quinta conclusio huius libri quæ probatur dupliciter, & primo sic. Ad naturalem non pertinet soluere rationem litigiosam manifeste peccantem in materia, & forma. Sed rationes Parme. & Mel. manifeste peccant in materia, & forma: ergo, circa hanc rationem sic procedit Philosophus: quia primo ponit rationem dicens, aut soluere rationem litigiosam: supple non pertinet ad Philosophicum: sicut nec arguere contra opinionem fatuam, & friuolam: & huius ratio est: quia Philosophicus cum sit artifex realis non habet soluere rationes debiles, & friuolas ex non naturalibus factas: nec circa eas insistere. Secundo autem ponit minorem cum sua probatione dicens, quod sane, idest certe vtriusque rationes habent hic, scilicet, quod sunt litigiosæ, & sophisticæ: cuius probatio est, quia illæ rationes quæ peccant in materia, & forma sunt litigiosæ, & sophisticæ: sed rationes Parme. & Mel. peccant in materia, & forma, ergo, &c. Etenim falsa recipiunt. & sic peccant in materia. Et non syllogizantes sunt. & sic peccant in forma. Tertio uero comparat rationes Parmeni. & Mel. adinuicem dicens, quod ratio Mel. est magis onerosa idest magis vana quam ratio Parme. Et non habens defectum: hoc est non inducens dubitationem. sed licet ratio Parme. non sit ita uana, sicut ratio Mel. tamen ad eam sequuntur multa inconuenientia: quia vno inconuenienti dato multa sequuntur, hoc autem videre non est difficile. Notandum secundum Commentatorem hic, quod ratio Mel. est magis vana quam ratio Parme. quia ratio Mel. nullam conclusionem concludit: quia minor est negatiua in prima figura: sed ratio Parme. aliquam conclusionem concludit: quamuis non concludat conclusionem, quam ipse intendebat: & tamen vtraque ratio peccat in materia, & forma. Vnde Mel. intendebat probare, quod est tantum unum ens: & illud est infinitum, & immobile. Et eius ratio fuit illa. Omne quod generatur habet principiū, ergo omne, quod non generatur non habet principium: sed quod nō habet principium, est infinitum: & quod est infinitum est tantum unum: quia non permittit secum aliud: & est immobile, quia ex quo infinitum occupat totum locum: & non est aliquis locus extra ipsum ad quem possit moueri. Vnde ar. suum in forma fuit illud. Omne, quod generatur habet principiū: sed ens non generatur, ergo ens non habet principium. & si non habet principium, ergo est infinitum, & vnum, & immobile.

Notabile.

Ratio Melissi.

A bile. Vnde ista ratio peccat in materia; quia concedit illam propositionem falsam, scilicet omne, quod non generatur non habet principium: instantia est in corpore cœlesti; & etiā peccat in forma quia si ratio sua sit propositio hypothetica: tunc ibi est fallacia consequentis: quia arguitur a destructione antecedentis ad destructionem consequentis cum minor sit negatiua in prima figura, & sic ratio Mel. nihil concludit. Ratio autem Parme. fuit ista, Quicquid est præter ens est non ens: sed non ens est nihil, ergo quicquid est præter ens est nihil. sed ens, & unum conuertuntur, ergo quicquid est præter unum est nihil, ergo tantum unum est, & quamuis ista ratio sit uana: quia peccat in materia, & forma, ut postea patebit, tamen est minus uana quam ratio Mel. & hoc ideo: quia minor non est negatiua in prima figura: & etiam quia concludit aliquam conclusionem, scilicet illam: non tantum unum est: ut postea dicetur: quamuis non concludat illam conclusionem, quā Parme. intēdebat: sed minor in ratione Mel. est negatiua in prima figura: & ideo eius ratio nullā conclusionē cōcludit.

Ratio Parme.

At nobis ea quæ natura constant: aut oīa aut aliqua moueri subjiciatur. quod quidem patet inductione Et insuper nec oīa sunt soluenda. Sed ea tantum quæ quispiam ex principijs ostendit falsa. Quæ uero hanc conditionem egrediuntur: nō sūt soluenda. Veluti quadrationē eā quidē q̄ p partes extruitur: ad geometrā dissoluere ptinet. Antiphōtis aūt: nō ad geometrā redarguere spectat.

B

Tex. c. 11.

Nobis autem subijciātur quę sunt natura aut omnia, aut quædam moueri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Similiter autem neque soluere omnia conuenit: sed aut quæcunque ex principijs aliquis demōstrās mentitur. Quæcunque uero non, minime: ut tetragonismum eū quidem qui per decisiones geometrici est dissol uere. Illum autem qui Antiphontis non geometrici est.

Probatio quintę cōclusionis.

SEcundo probatur eadem conclusio, scilicet, quòd naturalis non habet soluere rationes Parmenidis, & Mel. & hoc probatur sic. Naturalis non habet soluere, nisi rationes concludentes falsum: suppositis tamen principijs scientię naturalis: sed Parme. & Mel. non supponebant principia sciētiæ naturalis, ergo, &c. Huius rationis primo ponitur pbatio minoris, quæ est illa. principium apud naturalē est: aut oīa, aut q̄dā moueri, & sic principiū apud naturalem est motū esse: sed Parme. & Mel. negabāt motū esse: ergo ipsi non supponebant principia scientiæ naturalis. & sic patet minor: deinde ibi [Similiter aūt neq; soluere.] Ponitur maior cū sua probatione, quæ est per simile in alijs scientijs; quoniam geometra habet soluere rōnē Brissonis quæ per decisiones probat quadratum adequari circulo; quia Brisso supponit principia geome. sed rationem Antiphontis non habet geome. soluere; quia non supponit principia geometriæ. Sed circa probationem minoris sunt duo notanda, & unum dubitandum. Primo notandū esse secundum Commen. quòd cum Philosophus dicit [Subijciatur autem nobis omnia aut quædam moueri.] dixit q̄dā propter secundo se ab aīa, & a formis naturalibus. Etenim est dubium vtrū sint mobiles uel immobiles, sed licet non moueantur, tamen sunt naturales secundum, quòd sunt in motu, uel in mobili; aut dixit hoc; quia dubitatur de partibus quę sunt apud centrum terræ utrum possint moueri aut non; & similiter est dubium; vtrum terra possit moueri aut non. Secundo est notandum secundum Commē. quòd intentio prima Philosophi non est, hic contradicere opinionibus falsis in hac scientia, sed declarare substantias, & quidditates rerum naturalium, & ex hoc notādum habetur, quòd naturalis habet determinare de quidditatibus rerum naturalium, & q̄ non solus metaphysicus hēt declarare, & cōsiderare q̄dditates rerum naturalium, &c. Sed dubitatur utrū naturalis habeat supponere motū esse, aut possit aliquo mō pbare motum esse. Et videtur, quod naturalis possit probare motum esse, quoniā motus est passio mobilis, & habet causam in mobili per quam potest probari de mobili naturali, ergo potest pbare motū esse in ipso mobili, si motum esse in ipso mobili, est motū eē, cum accidentia esse sit inesse subiecto, ergo naturalit pōt probare motum esse. Huic dubitationi potest dici dupliciter, uno modo, quod motum esse potest probari a naturali propter rationem dictam, scilicet, quia hēt causam in mobili, & tamē motū esse est supponendum a naturali, sed al in mō motū esse

C

Notabile primum.

D

Notabile secundū.

Dubium.

Responsio.

Deus est primum verum, quia verum dicitur vniuoce de primæ causa, & de alijs veris, & quia prima causa est causa omniũ verorum in eo, quod sunt vera, ideo prima causa est primum verum, quia quod dicitur vniuoce de causa, & causato, prius dicitur de causa, & patet sic, verũ dr̃ vniuoce quamuis dicatur, secundũ prius, & posterius, sed hæc vniuocatio est communiter dicta. Propriè vero illud dicitur vniuocũ, quod importat vnum conceptũ conuenientẽ pluribus æqualiter, & sic loquitur Algazel tractatu primo suæ meta. vbi vult, ꝙ dicatur vniuocum, quod dicitur de pluribus, sine differẽtia prioris, & posterioris, & sine differentia potentiæ, & debilitatis. Vniuocũ aũt magis propriè, est illud, quod solum dicitur de pluribus differentibus numero, solũ quæ non differunt per differentias essentiales, nec secundũ magis perfectum, & minus perfectũ. Et illo modo loquitur Philosophus de uniuoco. 7. huius, vbi vult, quod genus non sit vniuocum, sed æquiuocũ, nam dicit Philosophus, ꝙ in genere latent multæ æquiuocationes, i. multæ diuersitates specificæ, & formales. Eodem etiam modo dicitur, æquiuocum tripliciter, videlicet, cõiter propriè, & magis propriè, vnde cõiter loquendo, omne illud est æquiuocum, quod importat vnum conceptum conuenientem differentibus specie, & sic loquitur Philosophus 7. huius dicens, ꝙ in genere latent multæ æquiuocationes, & illo modo dicimus, quod generatio est æquiuoca qñ generans, & generatum non sunt eiusdẽ speciei specialissimæ. Et propriè illud est æquiuocum, quia importat vnũ cõceptum non æqualiter, & æque primo conuenientem eis quibus competit. Sed æquiuocum magis propriè dicitur illud, quod non importat vnum cõceptum sed plures. Cum igitur quæritur vtrũ ens sit æquiuocum vel vniuocum, dico, quod communiter loquendo, de vniuocatione, sic ens est vniuocum, quia importat vnum conceptum, vt probant rationes in oppositum, sed non est vniuocum propriè, quia nõ competit æqualiter omnibus, vel illis de quibus dicitur, quia in æquiuocis non est comparatio, nec est vniuocũ magis propriè, quia non dicitur solum de differentibus numero solo, sed etiam de differentibus genere, & specie. Dico etiam quod ens est æquiuocum cõiter, & propriè. Est enim æquiuocum communiter, quia importat vnum conceptum cõuenientem pluribus differentibus specie. Et est æquiuocum propriè, quia importat unum conceptum qui non competit æqualiter, quibus competit, sed non est æquiuocũ magis propriè, quia non importat plures conceptus. Et per hoc soluuntur argumenta.

Algazel.

Philos. 7. phys. t. ca. ...

Respõsio.

Nã si est substantia, & qualitas, atq; quantitas, siue separata, seu innexaq; sint ea quæ sunt, non vnũ, sed plura profecto sunt. Sin vero qualitas sint uniuersa, uel quantitas, siue sit substantia, siue nõ sit, absurdum est sane, (si id quod esse non potest, absurdum oporteat appellare.) Nihil enim cæterorum præter substantiam separatum per se, idest sunt in subiecto esse potest. Vniuersa enim hæc de subiecto dicuntur, de substantia quidem ipsa.

Tex. co. 4.

Siquidem enim erunt, & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue resoluta adinuicem, siue non: multa sunt quæ sunt; si vero omnia, aut quale, aut quantum sunt, siue cum sit substantia, siue cum non sit, inconueniens est, si oportet incõueniens dicere impossibile. Nullum autem alterum separabile est extra substantiam. Omnia namque de subiecta dicuntur substantia.

Sexta conclusio huius libri.

POsito primo principio arguendi contra Parmen. & Mel. & posita diuisione entis. Nunc tertio Philosophus ex diuisione entis arguit contra Parmen. & Mel. probando, quod eorum conclusio est falsa, scilicet, quod ens sit tantum vnum, & hæc est sexta conclusio huius libri, scilicet, quod ens nõ est tantum vnũ, sic intelligendo conclusionem, scilicet, ꝙ nõ est vnũ ens tñ: ita, ꝙ non sit aliquid aliud, hæc igitur conclusio probatur sic, primo, aut illud vnũ ens est substãtia, aut q̃titas, vel qualitas, &c. aut est vnũ illorũ tñ, si detur primũ, sequitur, quod multa sunt, scilicet substantia, & accidens, & hoc sequitur, siue ponant substãtia, & accidens esse separata abinuicẽ, siue nõ, & sic sequitur, ꝙ ens nõ est tñ unum. Si vero detur, ꝙ nullum illorum tñ sit, aut illud est accidẽs, aut substãtia, si sit accidens, aut igitur substãtia hẽt esse, aut nõ, sed siue sit, siue nõ, sequitur inconueniẽs, & impossibile, quia si esset substantia, sequitur, ꝙ multa sunt, & si nõ esset substãtia, sed accidens, sequitur ẽt impossibile, scilicet ꝙ accidens sit separatum a substantia, quod est impossibile, quia nullũ accidẽs est separabile a substãtia, sed omnia accidentia dicuntur de substantia tanquam de subiecto.

Atqui Melissus id, quod est, infinitũ asserit esse. Id ergo, quod est, quantitas est quædam. Infinitũ enim in quantitate nimirũ est. Substantia aũt infinita, aut qualitas, aut affectus ĩfinitus esse nõ põt, nisi ꝑ accidens, si simul, & quãta sit quædã. Infiniti namq; ratio quantitate vtitur, nõ substantia, nõ qualitate. Si igitur, & substantia sit, & quãtitas id quod est, non vnũ, sed duo esse videntur. Sin vero sit solum substantia, infinitũ sane non est, neq; magnitudinẽ vllã habebit, erit.n. quantitas quædam.

Melissus autẽ, quod est, infinitum dicit esse. Quantũ itaq; aliquid est, quod est. Infinitum enim in quantitate est, substantiã autẽ infinitam, aut qualitatẽ, aut passionẽ esse non contingit, nisi secundũ accidens, si simul, & aliqua quantitates sunt. Infiniti autem ratio quantitati cõgruit: sed nõ substãtiæ, neq; qualitati. Si quidem igitur substantia est, & quantum, & duo, & non vnum est, quod est, si vero substantia solum, nõ infinitum est, neq; magnitudinẽ habebit vllã, quantũ enim quoddam erit. Tex. com. 15.

PRobato, qđ illud ens, qđ ipsi ponũt, tñ esse, nõ pt esse tñ accidens, eo, ꝙ accidẽs nõ est separabile a substantia, ꝓbat Philosophus, quod illud ens nõ põt esse substantia, quia si nihil sit ens, nisi sola substãtia cum substantia de se nec est finita nec infinita, sequitur, ꝙ illud ens, quod ipsi ponunt esse, nec est finitũ nec infinitũ, quod est contra eos, quia Me. dicit illud esse infinitũ. Parme. vero dicit illud eẽ finitũ. Vñ notãdũ scd̃m Cõmẽ ꝙ illa contradictio est secũdũ nomẽ, nõ aũt scd̃m rẽ, quõ illa nõ est fundata sup cõcessis ab eis. Notãdũ ẽt scd̃m Philosophũ hic, ꝙ nec substãtia, nec qualitas, nec aliqđ ꝑdicamẽtũ ꝑter q̃titatẽ est finitũ vel infinitũ, nisi scd̃m accidẽs, s. rõne q̃titatis. Dicit ẽt, ꝙ rõ finiti, & infiniti congruit q̃titati. Et dicit Cõmẽ. ꝙ finitũ, & infinitũ sunt dfiæ quantitatis, & iterum dicit, ꝙ diffinitio infiniti est quãtũ nõ terminatũ. q̃tũ igitur est genus infiniti. Sed hic dubitatur, quia secundum Philosophũ infinitũ nõ est ens, sed q̃titas est ens, & ens non est genus nõ entis, ergo quãtitas nõ est genus infiniti. Dicendũ, ꝙ infinitũ est duplex, vt patet ꝑ Philosophũ. 6. huius, s. infinitũ scd̃m diuisionẽ, & infinitũ scd̃m extrema, s. illud, qđ caret terminis. Dico igit, ꝙ q̃titas est genus ĩfiniti scd̃m diuisionẽ, & tale infinitũ est ens, sed si loquamur de infinito scd̃m extrema, sic vel possumus loq; de infinito ꝑmanẽte, vel de infinito successiuo. Primo mõ infinitũ est nõ ens, & q̃titas nõ est genus talis infiniti scd̃m veritatẽ, sed solũ scd̃m existimationẽ, sed si loquamur de infinito successiuo, sic q̃titas bñ est genus infiniti, quia totũ est tps infinitũ scd̃m opinionẽ Philosophi, & quãtitas ẽ genus totius tpis, & sic dico, ꝙ q̃titas est genus infiniti existẽtis scd̃m veritatẽ, & est genus infiniti nõ entis scd̃m existimationẽ, & nõ scd̃m veritatẽ. Ex dictis Philosophi, & Cõmẽ. hic apparẽt tria q̃ cõtradicũt his Modernis. Primũ est, q̃titati ꝑ se cõuenit hẽre finẽ, vel carere fine cũ tã rõ finiti q̃ infiniti, si infinitũ ponat cõperat q̃titati, & cũ finis sit aliud ab eo cuius ẽ finis, sequit, ꝙ quãtitas finit, & terminat ꝑ aliud a seipsa, cuius contrarium dicunt Moderni. Nã dicunt, ꝙ pũctus, qui cõiter ponitur terminus lineæ, nõ est alia res a linea, nec linea ẽ alia res a sup̃ficie, nec sup̃ficies est alia res a corpore, sed quodlibet quantũ seipso formaliter finitur, & terminatur: nec requirit aliud terminans ab ipsa re q̃ terminat. Scd̃m est, ꝙ q̃titas est res alia a substãtia. Et tertiũ est, ꝙ q̃titas ꝑ se habet partes. De primo, s. ꝙ punctus vel linea, aut sup̃ficies nõ sit alia res a corpore, ꝓbatur multipliciter. Primo: q̃a si esset alia res, aut esset substãtia, vel accidẽs: nõ substãtia, vt oẽs concedũt, nec ẽt accidẽs: q̃a oẽ accidens hẽt aliqđ subiectũ, sibi adæquatũ: sic, ꝙ illud accidẽs perficit totũ subiectũ, qđ sibi adæquat, sed pũctus nõ hẽt subiectũ sibi adæquatũ: q̃a punctus est indiuisibilis nõ hñs finẽ, & sic non põt perficere adæquare subiectũ diuisibile, cũ non possit secundũ se totũ esse simul in diuersis partibus illius subiecti. Nec põt punctus esse in subiecto indiuisibili tanq̃ in subiecto adæquato, quia tunc oporteret ponere in cõtinuo ĩfinitas substãtias indiuisibiles: sicut ponunt infinita pũcta ĩ cõtinuo, qđ ẽ absurdũ. Eodẽ mõ, nec linea, nec sup̃ficies põt hẽre subiectũ adæquatũ, q̃a cũ linea habeat lõgitudinẽ sine latitudine,

Notabile.

Com. 15.

Dubium.

Philos. 6. phys. tex. cap. 18.

Respõsio.

Opinio aliquorũ ꝙ pũctus non est alia res a linea &c.

Primum argum.

A dine, vt communiter ponitur, sequitur, quod esset aliqua substantia longa, quæ non esset lata, quod est impossibile. Et eodē modo ar. de superficie, quia cum superficies non habeat profunditatem, vt communiter ponitur, sequitur, quod esset aliqua substantia longa, & lata, quæ non hēret profunditatem, quod est impossibile, quia talis substātia nec posset poni corporea nec incorporea. In hoc igitur cōsistit tota ista ratio. s. quod quia non pōt poni aliqua substantia simpliciter indiuisibilis in ipso continuo, nec etiā pōt poni in ipso continuo aliqua substantia quin sit corporea habens tres dimēsiones: ideo non pōt poni aliqđ accidēs in cōtinuo simpliciter indiuisibile carēs longitudine, latitudine, & profunditate, quia omne accidens habet subiectum adequatum sibi ergo, &c. Illa ratio confirmatur specialiter arguendo de puncto, & hoc sic. Si pūctus esset ens positiuū cum non sit substantia, oportet, quod sit, accidēs, & per consequēs esset q̃titas, vel qualitas, & sic de alijs, sed nō potest poni qualitas, nec relatio, & sic de alijs a quātitate, ergo si pūctus est accidens, oportet, quod sit q̃titas, sed hoc non pōt poni, quia omnis quātitas hēt partes, ergo, &c. Secūda ratio, impossibile est, quod sint infinitæ res in actu secundum se totas distinctæ, quarum nulla sit pars alterius, nec ex illis fiat unum, sed si punctus esset res distincta a linea, & a corpore, essent infinita pūcta in actu, sicut cōmuniter ponitur, & nullus pūctus esset pars alterius, nec ex punctis constitueretur aliqđ vnum, ergo, &c. Tertio sic per solam diuisionem continui non causatur aliqua res positiua absoluta, sed si punctus esset res distincta a corpore, superficie, & linea, sequeretur, quod per solam diuisionem causaretur aliqua res positiua absoluta probatur. q̃ diuidatur continuū & quæro de punctis terminantibus, aut prius fuerunt, vel nō: si fuerint certū est, quod non distabant situ, & sic punctus fuit immediatus puncto, si vero nunc sunt, & non fuerunt prius, igitur per solā diuisionē continui causatur noua res absoluta, quod est falsum. Hoc idem ar. ex parte vnionis sic, per solam unionem partium aquæ, vel alterius cuius partes prius separatæ erant in continuo non generatur aliqua res noua positiua absoluta, nec corrumpitur. Sed si pūctus esset talis res indiuisibilis necessario quandocūq; tales partes vnirētur, generarentur & corrūperentur infinitæ res nouæ, quia infinita puncta cōtinuātia generarentur, & prius terminantia corrūperentur. Idem probatur per rōnes Theologicas, & primo sic. Omnem rē absolutā, & distinctam secundum se totam ab alia re absoluta pōt Deus creare sine alia, igitur si punctus esset res distincta absoluta a linea posset Deus facere lineam sine puncto, & tūc q̃ro vtrū illa linea esset finita, vel nō: si finita, & per positum in eu non est punctus, igitur linea pōt terminari sine pūcto, igitur punctus nō ponitur, ut sit terminus lineæ, si vero detur, quod illa linea carens punctis, non sit finita, igitur est infinita, quod est falsum, quia linea non est maior ex hoc, quia ab ea aufertur punctus, non igitur oportet ponere punctū, vt sit terminus lineæ. Eodem modo probatur, quod nō oportet ponere punctū, vt cōtinuet lineam, quia Deus pōt auferre a linea oīa puncta, quibus ablatis q̃ro utrum illa linea sit continua, vel non; si sic, frustra ponitur punctus, vt cōtinuet lineā, si vero non, q̃ro an aliqua pars eius sit cōtinua vel nulla, si aliqua pars est cōtinua, & in nulla parte est pūctus: per positū, sequitur idē quod prius, videlicet, quod continuatio lineæ non est punctus, nec per pūctū; si vero detur, quod nulla pars illius est continua sequitur, quod aliqua erit linea, q̃ nō cōponitur ex cōtinuis quod est impossibile. Et cōfirmatur, quia q̃ro an illa linea, q̃ est sine punctis est cōtinua vel discreta, si continua, & sine pūcto, habetur propositū, si vero discreta, ergo q̃libet pars est diuisa ab alia, & p cōsequēs illa linea esset actu diuisa in infinitū, quod est impossibile. Vn̄ ista ratio vult probare, quod linea est sufficienter continua, & infinita per naturam suā sine alia re sibi addita. Item Philosophus primo huius dicit, quod q̃titas per se est finita vel infinita, ergo sine omni alia re sibi addita est finita, vel infinita. Vnde propter istas rationes dicunt isti, quod nihil est simpliciter indiuisibile in rebus per carentiam omnium partium realiter distinctarum præter substantias separatas a materia, & præter aīam intellectiuā, & sua accidentia. Vnde dīt, quod punctus nō est aliqua res indiuisibilis positiua, & absoluta distincta a linea, & ab oī quantitate, nec linea est res distincta positiua a superficie, nec superficies a corpore, nec oportet hæc distincta ponere, vt sint termini quantitatis, quia quælibet res diuisibilis seipsa formaliter est finita, & terminata, & continua siue omni alia re sibi addita. Et si quæratur quid sit punctus, dicunt, quod punctus est quantitas tantæ, uel tantæ longitudinis, vel quod punctus est quantitas, vel linea non vlterius protensa, sed ista opinio plenius perscrutabitur in 6. huius. Attamen nunc eidem aliqualiter obuiando arguo contra eam, & soluo rationes in contrarium. Probo igitur primo, quòd in rebus est aliquid habens latitudinem, indiuisibile tamen secundum profunditatem, & aliquid habens longitudinem, indiuisibile tamen secundū latitudinem, & aliquid simpliciter indiuisibile carens omni diuisione quantitatiua vt punctus. Probo igitur, quòd est aliquid habens latitudinem indiuisibilem secundum profunditatem, & arguo sic. Omnis terminus vlterius est indiuisibilis ex ea parte, qua terminat; sed profunditas siue corporeitas habet terminum vltimum, aliter esset infinita, ergo terminus corporeitatis uel profunditatis est indiuisibilis secundum profunditatem; sed certum est quòd terminus profunditatis habet latitudinem, quia profunditas est lata, ergo in rebus est aliquid habens latitudinem sine profunditate: maiorem probo, quia si vltimus terminus ex ea parte, qua terminat esset diuisibilis, cum omne diuisibile finitum habeat terminum, sequeretur, quod ultimus terminus ex ea parte, qua esset vltimus terminus haberet terminum ulteriorem, & sic non esset ultimus terminus, minor autem patet de se. Huic rationi forte dicerent isti, quòd corporeitas non habet terminum nisi seipsam, quia ex seipsa formaliter terminatur, & finitur. Vel forte dicerent, quod quælibet pars vltra quam non protēditur corpus, est vltimus terminus corporis. Sed contra, ex quo corpus est magnitudo finita, & omnem magnitudinem finitam contingit pertransire, possibile est, quod aliquid quod est mobile pertranseat aliquam talem magnitudinem præcise sic, quod maiorem nō pertranseat, & cum peruenerit ad extremum magnitudinis quiescat, & sit magnitudo a, & mobile b, tunc b, mouetur super a, ipsum pertranseundo, & quæro vtrum dum b, mouetur continue uel est in ultimo termino magnitudinis, uel non; si detur, quòd sic, tunc mobile semper dum mouetur super magnitudinē est in extremo magnitudinis, & sic b, prius deuenit ad extremum magnitudinis, quàm ad medium magnitudinis, quod est absurdum, & etiam quia per positum b, debet præcise pertransire magnitudinem a, ergo cum b, est perueniens ad ultimum terminum ipsius a, debet quiescere, & sic simul quiesceret, & moueretur, quod est absurdum. Si uerò detur, quòd b, non semper dum mouetur sit in ultimo termino seu extremo magnitudinis a, cum b, semper dum mouetur est super magnitudinem a, & super aliquam partem ipsius a, ultra quam non protenditur ex illa parte, uersus quam b, mouetur: sequitur, quod nec a, nec aliqua pars ipsius a, est secundum se totam ultimus terminus ipsius a. Confirmatur hæc ratio, quia nulla pars ipsius a, est secundum se totam terminus ipsius a, quia quacunque parte data, aliqua pars ipsius non est terminus, quia a, protenditur vltra aliquam partem cuiuscunque partis datæ. & tunc arguo sic, ultimus terminus simpliciter, & totaliter secundum se totum est terminus, sed nec a, nec aliqua pars ipsius a, est vltimus terminus ipsius a, ergo, &c. Tertio arguitur ad eādem conclusionē sic. Figura corporis finiti est lata, & nō profunda, ergo in rerū natura est aliquid latum carens profunditate. Probo antecedens, quia possibile est, quod aliquod corpus manens idem secundum quālibet partem suam, sic, quod nulla pars eius deperdatur, nec aliqua pars noua addatur, transferatur de una figura in aliam, utpote de rotunditate ad figuram triangularem, tunc certum est per positum, quod ibi noua est aliqua profunditas, uel corporeitas noua, ergo illud quod secundum se totum est nouum caret profunditate, & tamen habet latitudinem, ut satis manifestū est, ergo, &c. Huic forte dicerent isti, quod figura nihil est in re nisi ipsum corpus figuratum. Vnde cum dicimus corpus transferri a figura in figuram nihil nouum, & absolutū, & permanēs acquiritur, ergo, &c. Sed illud est irrationabiliter dictum, quia certum est, quod idē corpus numero manēs idē numero, & specie est, tunc figuræ rotūdæ, & postea alterius figuræ differētis secundū spēm. s. figuræ quadratæ, uel triangularis, figura igitur, est alia spē, & tamen idem est corpus numero, & spē, ergo figura est alia res a corpore figurato. Item secundum istud artifices operantes transfigurando nihil facerent, quia nihil est nouū per operationē eorū nisi figura, sed per te figura nō est noua, ergo huiusmodi artifices frustra laborarēt, quia ad nullum finem intentum deuenirent. Tertio ad eandem conclusionem arguitur sic, illud quod uidetur oculo corporali, est aliquid in re, sed oculo corporali uidetur aliquid latum carens profunditate, ergo aliquid tale est in re, maior patet de se, minorem probo sic, cum oculus videt corpus solidum carens diaphaneitate aliquid est ibi, quod secundum se totum uidetur, sic quod quælibet pars eius uidetur secundum se totam, sed nec corpus, nec pars corporis, uidetur secundum se totum sic, quod quælibet eius pars uideatur, quia tunc aliquid interius infra profunditatem uideretur, quod est falsum,

Cōfirmatio primæ rationis.

Cōfirmatio eiusdē.

Probatur idem per rationes theologicas.

Te. cō. 15. & lib. præd. l. 9. 10. & lib. sex. prin. le. 7. 16.

Opinio huius Cō.

Prima rō quod sit aliqđ habens latitudinē.

Rñsiones quæ possent dari contra rōnes.

Secunda ratio.

Cōfirmatio secundæ rōnis.

Tertia rō.

Respōsio aduersa.

sum quia illud corpus per positum undique caret diaphaneitate, ergo illud, quod secundum se totum videtur caret profunditate, & tamen habet latitudinem, aliter non videretur, ergo in re est aliquid habens latitudinem sine profunditate. Si dicatur huic, ꝙ cum oculus videt corpus solidum carens diaphaneitate non est ibi aliquid secundum se totum visum, sic ita, ꝙ quaelibet pars eius videatur. Sed contra, in omni motu est dare primum mouens distinguendo primum contra secundam partem, vt patet quinto, & septimo huius, & etiam patet per rationem, quia si sit aliquod mouens aut mouet secundum se totum, & tunc est primum mouens distinguendo primum contra secundam partem, aut mouet secundum partem tantum, & tunc quaerendum est de ista parte, aut mouet sicut prius secundum se totum, & tunc est primum mouens, aut mouet secundum partem, & tunc quaerendum est de illa parte sicut prius, & sic vel procedetur in infinitum in mouentibus essentialiter ordinatis, vel oportebit dare primum mouens, & loquor de mouente permanente, cuius omnes partes sunt simul. Et tunc arguo sic, visibile mouet visum, & visus mouetur a visibili, igitur in illa motione est dare primum mouens quod secundum se totum mouet visum, & per consequens secundum se totum videtur. Probatur igitur, ꝙ in re est aliquid habens latitudinem sine profunditate.

Quia in re est aliquid hns long. sine latitudine

Probo, ꝙ in re est aliquid habens longitudinem sine latitudine, & hoc probatur sic, vltimus terminus latitudinis caret latitudine, quia si haberet latitudinem, cum non habeat latitudinem infinitam, terminaretur ex parte latitudinis, & sic non esset vltimus terminus ex ea parte, qua terminaret. Vnde sicut probatum est prius vltimus terminus ex ea parte, qua terminat est indiuisibilis, illud igitur, quod est vltimus terminus latitudinis est indiuisibile secundum latitudinem, & tamen certum est, ꝙ habet longitudinem, ergo in re est aliquid habens longitudinem sine latitudine. Item tres sunt dimensiones distinctae, vt patet primo cae. & mun., sed vna est dimensio, quae est profunditas, igitur erunt duae aliae dimensiones carentes profunditate, vel saltem non includentes profunditatem, quae non sunt nisi latitudo, & longitudo, sed si longitudo est lata, vel latitudo profunda, non esset nisi vna dimensio, videlicet profunditas. Et haec ratio probat tam de superficie, ꝙ de linea, ꝙ superficies caret profunditate, & linea latitudine.

Prima rō.

Quia in re est aliquid simpliciter indiu.

Tertio vero probo, ꝙ in re est aliquid simpliciter indiuisibile quod est terminus continui, ita, ꝙ punctus est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & ꝙ instans est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & ꝙ punctus sit aliquid in re simpliciter indiuisibile, probo, quia illud quod est in re carens longitudine est simpliciter indiuisibile, quoniam omne terminatum habet longitudinem, sed punctus caret longitudine, ergo, maior patet, minor vero probatur, quia punctus est vltimus terminus longitudinis: igitur punctus caret longitudine, consequentia patet, quia vltimus terminus ex parte, qua terminat est indiuisibilis. Vnde quia superficies terminat corpus, uel profunditatem, ideo superficies caret profunditate. & quia linea terminat superficiem sine latitudine, ideo linea caret latitudine, & quia punctus terminat longitudinem: ideo punctus caret longitudine; & haec est ratio Philosophorum ꝓ quam ponunt huiusmodi indiuisibilia.

Secunda ratio.

Secundo probo eandem conclusionem sic. illud secundum quod sphaera tangit planum est aliquid in re, quia si esset nihil secundum illud non esset aliquis tactus, sed sphaera tangens planum tangit planum secundum punctum indiuisibile omnino, vt probatur in geometria, igitur in re est aliquid simpliciter indiuisibile, maior est manifesta, & minor est demonstrata in geometria, patet & eadem minor de se, quia illa secundum quae aliqua se tangunt sunt simul adaequata, & per consequens sunt eiusdem figurae, ergo si sphaera tangeret planum secundum aliquid diuisibile, sequeretur, ꝙ illa indiuisibilia sphaerae, & plani secundum quae se tangerent essent eiusdem figurae planae, & sic aliqua portio circuli esset plana, & sic sequitur, ꝙ idem esse figurae planae, & figurae circularis, quod est impossibile.

Tertia rō.

Tertio arguitur ad idem sic. illud quod est centrum circuli est aliquid in re punctus simpliciter indiuisibilis est centrum circuli, ergo, maior patet, quia centrum est de ratione circuli cadens in eius diffinitione, non ens autem non cadit in diffinitione non entis permanentis, nec est de ratione eius, minor uero patet, quia centrum circuli est a quo omnes lineae rectae exeuntes ad circumferentiam sunt aequales, sed hmōi est punctus indiuisibilis, nec potest poni aliud nisi ponatur corpus sphaericum. & tunc quaerendum est de suo centro, aut est simplex, & habetur propositum, aut est diuisibile, & quaerendum est de suo centro sicut prius, & sic proceditur in infinitum, & per consequens hō non posset certificari de aliquo corpore, utrum sit in figura circularis, vel non: quia non certificatur de aliquo quod est circularis figurae nisi per hoc, quia omnes lineae rectae exeuntes a suo centro ad circumferentiam sunt aequales, quoniam haec est eius diffinitio per quam cognoscitur, sed per hoc non potest cognosci, nisi ponendo centrum indiuisibile, quia ponendo centrum diuisibile oportebit quod illud sit sphaericum, & quod cognoscatur esse sphaericum. & hoc cognosci non potest, nisi per suum centrum, & si illud sit diuisibile, oportet ꝙ sit sphaericum, quod cognosci nō pōt nisi per suum centrū, & eadem ratio erit de illo, & sic nisi ponatur centrū indiuisibile non pōt cognosci de aliquo corpore, utrū sit sphaericum uel non, & haec est intentio Philosophi 7. ethic. dicentis, ꝙ quia centrū est diuisibile, ideo attingere centrum est difficile, sed recedere a centro est facile.

Philos. 7. ethi. lc. 7. cap. 6.

Quod instans in aliquid in re sim. di.

Quarto probo ꝙ instans est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & hoc sic. Omnis contradictio habet referri ad eandem mensuram, vt patet per diffinitionem contradictionis, sed pro quacunque mensura diuisibili non repugnat contradictoria esse simul uera, quia unū contradictoriorum potest esse uerum in alia parte mēsurae diuisibilis, & aliud contradictoriorum potest esse uerū pro una parte illius mensurae diuisibilis, immo ita est ꝙ pro omni tempore quantumcunque paruo, uel pro omni mensura diuisibili successiue sunt aliqua contradictoria uera. f. unum in una parte illius mensurae, & aliud in alia parte, ergo cum repugnet cōtradictoriis ꝙ sint simul uera pro aliqua una mensura, oportet ꝙ hoc repugnet eis pro mensura indiuisibili simpliciter, sed huiusmodi est instans igitur instās est aliquid in re simpliciter indiuisibile.

Cōfirmat.

Haec ratio confirmatur sic, haec propositio est uera, uidelicet, qñcunq; unum contradictoriū est uerū, tunc reliquum nō est uerum, & tunc quaero utrū hic fiat distributio pro mēsura indiuisibili, uel pro mensura diuisibili, si pro mēsura indiuisibili hr̄ propositum. f. ꝙ talis mensura est, & illa non est nisi instans, si uero dicitur ꝙ fit distributio solum pro mensura diuisibili, tunc erit haec falsa. f. qñcunq; &c. quia qñcunq; pro mensura diuisibili unum contradictorium est uerum. pro tunc non repugnat reliquo ꝙ sit uerum, immo pro quacunq; mensura diuisibili unum est uerum, pro eadem mensura reliquum potest esse uerum.

Secūdo ad idem.

Secundo probo eandem conclusionē sic. Omne ꝙ qñq; fuit, & qñq; nō est, habuit esse in aliqua mēsura sibi adaequata, ita ꝙ non ante illā mēsurā nec post ipsam, sed multae sunt res habentes esse subito sic ꝙ non permanent per aliquod tempus totum, cuiusmodi sunt radij solis in medio aeris, & incessus luminis, & huiusmodi. Non enim manet idem radius numero per aliquod tempus totum, quia radius sit continue in alia, & alia parte aeris quiescentis, & accidens manens idē numero non mouetur quiescente subiecto, igitur radius habet mensuram adaequatam, sed huiusmodi non est tempus, cum non duret per tempus, ergo erit instans, uel aliqua mensura indiuisibilis secūdum durationem quae non potest esse nisi instans, sed quod est mēsura rei existentis est in re existens, ergo instans est in re aliquid simpliciter indiuisibile.

Respōsio quae dari posset.

Sed forte huic dicerent isti quod instans non est mensura in qua res est, nec est uerum de uirtute sermonis ꝙ generatio subita sit in instanti, uel ꝙ radius est in instanti sicut una res in alia, sed dicitur esse aliquid in instāti, quia una eius pars post aliā non generatur, nec est ante aliam.

Obuiatio huius rationis.

Sed illud nihil est, quia oē quod est, aliqñ est, & omne quod fuit, aliqñ fuit. Iste igitur radius praeteritus aliquando fuit, sed aliqñ est aduerbium, & secundum grammaticos aduerbium aequipollet propositioni cū suo casuali, sicut esse hic aequipollet ei, ꝙ est esse in hoc loco, & eodem modo esse, uel fuisse in tali instanti, uel in tali tempore. Vnde esse nunc est esse in hoc instanti praecise, ergo radius qui est nunc praecise est in hoc instanti praecise. Similiter siue ponatur ꝙ radius est in instanti siue non, semper oportet ponere ꝙ est aliqua mensura adaequata sui esse, quia aliter nō contingeret soluere istam quaestionem quae quaerit quandiu iste radius fuit, uel qñ iste radius fuit. Ad probandum istas quatuor conclusiones sunt auctoritates innumerabiles, sed quia isti nullam auctoritatem admittunt nisi propriam, sufficiāt ad pñs istae rationes.

Rñsio ad primā rationem in contrariū.

Ad rationes uero in contrarium. Ad primam qñ dicitur ꝙ omne accidens habet subiectum sibi adaequatum, dico ꝙ illa propositio est falsissima, immo nullum accidens ꝙ est terminus alterius accidentis habet subiectum sibi adaequatū, quia omne accidens ꝙ est terminus est in eodem subiecto in quo est illud cuius est terminus, & quia terminus non adaequatur ei cuius est terminus: iō terminus non adaequatur suo subiecto. Vnde illa propositio est uniuersaliter falsa, uidelicet: Omne accidens hēt subiectū sibi adaequatū, loquendo de accidēte ꝙ est vltimus terminus alterius accidentis.

Respōsio ad confir.

Ad confirmationē uero qñ dicitur ꝙ si punctus est, uel est substantia, uel accidens, dicitur ꝙ est accidens. Et qñ dicitur si est accidens aut

sunt est quantitas vel qualitas &c. Dico quod non sequitur, quia est fallacia consequentis, nec est verum quod omne accidens est quantitas vel qualitas &c. Sed bene sequitur quod est quantitas vel qualitas, vel aliquid quantitatis, vel qualitatis. Vnde quamuis punctus non sit quantitas, vel qualitas &c. Est tamen aliquid intrinsecum quantitati, quia est terminus intrinsecus quantitatis. Et ista responsio probatur, quia eodem modo quo accidens diuiditur in ix. prædicamenta, eodem modo ens diuiditur in substantiam, & accidens, sed accipiendo substantiam, prout est genus generalissimum, sic illa est falsa. Omne ens est substantia vel accidens, quia principiũ substantiæ, vt materia prima vel forma substantialis, nec est substantia accipiendo substantiam vt est genus, nec accidens, quoniam substantia quæ est genus generalissimum non prædicatur in recto de materia & forma, quia nulla species substantiæ prædicatur in recto de materia & forma, sed de quocunque prædicatur genus de eodem prædicatur aliqua species generis, vt patet diuidendo genus in species, & sic descendendo ad species specialissimas, sed bene substantia quæ est genus, prædicatur in obliquo de materia & forma, quia materia & forma sunt ipsius substantiæ, quia sunt principia intrinseca eius, & eodem modo quantitatis prædicatur de puncto in obliquo, quoniam punctus est aliquid quantitatis, quia est finis, vel terminus eius intrinsecus.

Rñsio ad secundam rationem.

Ad secundam rationẽ quando dicitur, quod impossibile est quod sint infinitæ res in actu &c. Dico quod impossibile est quod sint infinitæ res in actu per se, & seorsum existentes, tamen non est inconueniẽs quod sint infinitæ in actu actualitate præsentiæ, inexistentes tamen alteri rei cuiusmodi sunt principia terminantia, vel continuantia, & sic de cunctis, ideo &c.

Rñsio ad tertiã rationem.

Ad tertiam rationem quando dicitur quod per solam diuisionem continui nõ causatur aliqua res positiua noua, quæ prius non fuit, dicendum quod hoc est falsum, immo per solam continui diuisionem causantur nouæ res, scilicet, noui termini partium adinuicem diuersarum, & ideo assumptum est manifeste falsum. Et eodem modo, dico quod per vnionem omnium partium alicuius, cuius partes quæ prius erant separatæ possunt continuari, generatur noua res absoluta, quia nouus punctus continuans, & etiam corrumpuntur puncta prius terminantia & infinita puncta generantur, & infinita corrumpuntur, nec hoc est inconueniens, sed magis necessarium.

Ad rõnes theologi.

Ad rationes vero theologicas. Ad primam dicitur quod illud principium est falsissimum, & contradictionem includens, scilicet, quod Deus possit omnem rem absolutam distinctam ab alia re absoluta facere sine ea, sic intelligendo quod faciat eam sine omni tali re, quoniam non potest Deus facere substantiam corporeã sine omni quantitate, nec quantitatem sine omni figura, nec albedinem sine omni gradu albedinis, & sic de aliis infinitis. Et ita dico quod Deus non potest facere lineam sine omni puncto ad quem est terminatio lineæ quamuis possit facere lineam sine hoc pũcto terminatiuo, & sine illo diuisim.

Ad secundam rationem.

Et eodem modo dico ad aliam rationem theologicam, scilicet, quod Deus non potest facere lineam sine puncto continuatiuo, quã uis possit facere lineam sine isto puncto, & sine illo diuisim, non tamen potest facere sine illis coniunctim, quod patet, quia punctus cadit in diffinitione lineæ, & prædicatur de linea primo modo per se, & hoc in obliquo, vt patet per Linconiẽsem primo Post. & Deus non potest auferre ab aliquo illud quod prædicatur de ipso in primo modo dicendi per se.

Ratiõ contra prædictã rñsionem.

Sed contra hoc arguunt aliqui sic. Illud quod natura potest facere diuisim. Deus potest facere coniunctim & simul: sed natura potest facere hanc lineam sine hoc puncto terminatiuo, & sine illo: & sic de singulis diuisim, ergo Deus potest facere hanc lineam sine omni puncto coniunctim. Ita quod linea aliquando sit sine omni puncto terminatiuo: & tunc arguitur sicut prius: aut illa linea est finita aut infinita; & patet deductio.

Solutio dictæ rationis.

Ad hoc dicendum est, quod assumptum est falsum, scilicet, quod omne illud quod natura potest facere sine aliquibus, & diuisim. Deus potest facere illud sine omnibus illis coniunctim: ita quod sit sine quolibet illorum. quoniam natura potest facere illam esse veram, scilicet, alterum istorum contradictoriorum est verum absque veritate illius contradictorij, & absque veritate illius; & demonstro contradictoria quæ sunt in potestate naturæ: & tamen non potest Deus facere, quod hæc sit vera: alterum contradictoriorum est verum sine veritate vtriusque coniunctim.

Rñsio alteri rationis.

Vnde dico quod omne illud quod agens creatum potest facere sine aliquibus diuisim: omne illud potest Deus facere sine illis coniunctim nisi illud esse sine illis coniunctim, claudat contradictionem: & sic est in propositio, ideo ratio nihil valet. Ad vltimum quando dicitur, quod

A quantitas est per se finita, vel infinita: dico quod verum est sic per se quod sine omni extrinseco alterius generis: non tamen sic per se sine termino intrinseco proprij generis, secundo patet ex dictis Philosophi hic, quod substantia, & quantitas sunt res distinctæ, quia dicit Philosophus. Si substantia, & quantitas est: sequitur quod multa sunt, quod non essent nisi substantia, & quantitas essent multa, & per consequens diuersa. Item Philosophus dicit quod quantitati per se competit finitas, vel infinitas: sed substantiæ qualitati, & cuilibet alteri prædicamento non competit finitas, vel infinitas nisi per accidens, ergo &c. Vnde isti moderni dicunt, quod substantia est eadem res cum quantitate: quod probant per rationem theologicam talem. Omnem rem absolutam priorem alia re absoluta potest Deus de potentia sua absoluta conseruare, & posteriorem destruere non mutando rem priorem localiter, vel situaliter: si igitur hæc substantia sit quanta, ut puta lapis, potest Deus de potentia sua absoluta conseruare illam substantiam, & destruere illam rem posteriorem quæ ponitur quantitas non mutando substantiam illius lapidis localiter, vel situaliter: sed illa substantia quiescente, quia non videtur necessarium: ita quod eius oppositum claudat contradictionem, scilicet, quod conseruando rem priorem, & destruendo posteriorem transferat priorem de loco ad locum: quo facto B illa substantia occupat eundem locum quem prius, & per consequens est quanta: & tamen non per illam rem posteriorem quæ est destructa; igitur substantia de se est quanta, sed illud quod per se est quantum, & non per aliam rem illud est quantitas, ergo, substantia est quantitas. Illud etiam potest argui Philosophice sic. Nam contingit intelligere substantiam lapidis quiescentis in eodem loco circumscripta per intellectum a substantia lapidis quacunque re posteriori; sed non contingit substantiam existentem in eodem loco circumscripta quacunque quantitate per intellectum intelligi, ergo quantitas non est posterior in esse quam substantia; sed si esset res distincta, sequeretur, quod esset res posterior in esse. Hoc tamen est contra Philosophum, & Commen. hic expresse; quoniam Philosophus dicit, quòd esse finitũ vel infinitum, nec conuenit substantiæ, nec qualitati, nisi per accidẽs; sed quantitati per se, si vero quantitas esset substantia tunc illud quod per se competit quãtitati per se cõpeteret substãtiæ. Item Philos. dicit, quod si sola substantia est, non erit aliqua magnitudo: sed hoc non sequitur si magnitudo, & substantia essent idem. Item Philosophus dicit, quòd si substantia, & quantitas sunt: multa sunt quæ sunt: sed istud non sequeretur, nisi substantia, & quantitas essent multa. Item Commen. dicit, quod indiuidua cæterorum prædicamentorum existunt in indiuiduis substantiæ: igitur indiuiduum quantitatis existit in indiuiduo substantiæ; & per consequens substantia, & quantitas non sunt idem. Item Commen. dicit, quod omnia prædicamenta alia a substantia dicuntur esse in subiecto: igitur quantitas est in substantia, sicut in subiecto: sed nihil est in seipso, sicut in subiecto ergo, &c. Aliæ auctoritates sunt ad idem quasi infinitæ.

Eodẽ Cõ.

Tex. com. 15.

Cõ. eod.

Cõ. eod.

Prima rõ.

Adhuc arguo contra istam opinionem per rationes; primo sic. Si quantitas sit substantia, aut est materia, aut est forma substantialis, aut substantia composita. Non materia; quia materia est pura potentia, & quantitas est actus. Nec forma substantialis; quia tunc motus ad quantitatem esset motus ad formam substantialem; & tunc non esset eadem forma substantialis in principio motus ad quantitatem & in fine, & ita non esset idem compositum in principio augmentationis & in fine, & sic nõ esset idem homo primo puer & postea vir, quod est absurdum. Nec est substantia composita propter D idem, quia tunc sicut non manet eadem quantitas in principio augmentationis, & in fine, ita non maneret eadem substantia composita in principio augmentationis, & in fine, quod est impossibile.

Secunda ratio.

Item in diuersis substantiis secundum speciem est eadem quantitas secundum speciem, quoniam eadem quãtitas secundũ speciem, est in vno pugillo aeris, & in vno pugillo terræ, vel in ligno, aut in panno æquali ligno. Ex hoc igitur arguo sic. Manente eadem quantitate secundũ speciem, variatur substantia secundum speciem, ergo substantia, & quantitas sunt diuersæ res. Sed si dicatur quod quantitas est alia secundum speciem in diuersis subiectis secundum speciẽ, æqualibus tamen secundum quantitatem. Contra per Philosophum 5. meta. Æqualitas est vnitas in quantitate. Vnde æqualitas fundatur super vnitatem specificam quantitatis secundum Philosophum, ergo omnia æqualia secundum quantitatem habent vnam quantitatem secundum speciem.

Tex. cõ. 2.

Secundo probando conclusionem arguo sic. Augmentatio est motus ad quantitatem, & non est motus ad substantiam quia ad

sub-

substantiam non est motus, vt motus, vt patet quinto physic. Tex. c. 64. ergo quantitas non est substantia. Itē arguitur sic. Quantitas est ꝑ se sensibilis: q̄a sc̄d̄m Philosophū sc̄d̄o de aīa. dī, ꝙ magnitudo est per se sensibilis: sensibile. n. cōe est magnitudo: & sensibilia cōia sunt per se sensibilia, & substantia non est per se sēsibilis, sed ꝑ accidēs, vt patet per Philosophū ibidē. ergo, &c. Itē rō huius opinionis nō valet, q̄a si valeret, tūc per eandē rō nē posset probari, ꝙ materia prima esset q̄titas, & forma substātialis extensa esset q̄titas, & ꝙ color esset q̄titas, quod si isti concedant, tunc cōtra eos sequeretur, quod plura corpora essent simul adæquate, quod est impossibile, quia oē corpus hēt dimensiones, & multæ trinæ dimensiones non pñt esse simul nisi vndiq; penetrarent se. Secundo arguo sic. Oīs q̄titas adueniēs alteri q̄titati faciūt totū maius q̄titatiue, sed qualitates aduenientes q̄titati faciūt nō totū maius q̄titatiue, ut patet manifeste, igitur qualitas non est quantitas. Quare dicendum est cum Philosopho, ꝙ substantia, & quantitas sunt res distinctæ. Et ad rationes in contrariū cum dicitur. Oēm rem absolutam priorem a lia re absoluta potest Deus conseruare in eodē loco destruendo posteriorē, &c. Dico per interēptionē, quia Deus non potest supplere vicē cāæ formalis, quia Deus non pōt facere album sine albedine, nec potest facere hominem sine aīa, nunc vero substantia non habet partem extra partem formaliter nisi per quantitatem, & ideo Deus nō potest conseruare substantiam a quantitate, sic, quòd habeat partem extra partem, destructa quantitate, quia hoc esset conseruare effectum causæ formalis sine causa formali, & cum substantia nō occupet locum nisi per hoc, quia habet partem extra partem, sequitur, quod Deus non potest cōseruare substantiam in loco destructa quantitate. Et eodem modo dico ad aliam rationem, quando dicitur, quod contingit intelligere substantiam quiescentem in eodem loco illa circumscripta per intellectum, &c. Dico per interemptionem, quia non contingit intelligere substantiam occupantem locum nisi intelligatur quantitas, & ēt locus, quæ sunt tamen res posteriores in esse. Nec est verum, quod contingat aliquem intelligere substantiam existentem Tex. c. 15. in loco circumscripta re posteriori, idest ipsa quantitate. Tertio patet ex dictis Philosophi hic, & etiam Commentatoris, ꝙ quantitas de se habet partes quantitatiuas, quoniam illud, quod de se est finitum, vel infinitum de se habet partes quantitatiuas, sed quantitas est huiusmodi secundum Philos. & Cōmentatorē hic, ergo, &c. Sed, quod quantitas sit diuisibilis, & habeat partes, & non solum sit illud quo aliquid hēt partes ꝑ probari, & primo sic. Quia manifestum est, ꝙ partes substātiæ cōpositæ sunt diuisibiles, & quātæ, vt manus, pes, brachiū, &c. Et tūc quæro, an brachiū aut manus, vel pes, &c. hēant eandē q̄titatem numero per quam extenduntur, aut aliā, & aliā. Nō est dare primū, q̄a sic eadē q̄titas numero esset in manu, & pede, qđ est impossibile. si vero detur secundū, sic habetur propositum, quia ex quantitatibus partium constituitur tota quātitas, ergo tota quantitas substantiæ compositæ habet partes, Tex. c. 8. quia quantitates partium sunt partes quantitatis totius Et eodem modo posset argui de quantitate cuiuscunque partis. Itē indiuisibile carens partibus non facit maius secundum Philosophum sexto huius, si ergo quantitas est indiuisibilis carens partibus, sequeretur, ꝙ per quantitatem non efficeretur aliquid maius, quod est falsum, quia vna substantia non est maior alia, nisi quia hēt maiorē quantitatē, & ēt est certū, ꝙ per augm̄ auctu sit maius. Et per augmentationem nō acquiritur nisi quātitas, ergo quantitas efficit aliqd maius, qđ non esset Tex. c. 37. 60. 61. si quantitas foret indiuisibilis. Item ad illud, quod consistit in indiuisibili non est motus, sed ad quantitatem est motus, ergo quantitas non cōsistit in indiuisibili, maior patet septimo huius. & eius ratio potest esse ista, quia omne quod mouetur est diuisibile, vt patet sexto huius, sed motus extenditur ad extensionem mobilis, quia in alia, & alia parte mobilis est, alia, & alia pars motus: cum igitur cuilibet parti motus existenti in parte mobilis correspondeat pars termini ad quem, quoniam cuilibet, quod mouetur acquiritur aliquis terminus motus, sequitur, quod sicut motus extenditur in mobili, ita terminus extenditur in mobili, & sic patet maior, minor vero est manifesta quinto huius, vbi vult Philosopus, quod ad quantitatem sit motus, Item omne per se sensibile est diuisibile, sed magnitudo quæ est quantitas est sensibilis per se, ergo, maior est demonstrata in libro de sensu, & sensato, & mi- 2. c. 61. nor est nota secundo de anima, vbi vult Philosophus, quod sensibilia communia, de quorum numero est magnitudo, sunt sensibilia per se. Item si quantitas esset indiuisibilis per se, tūc suppositiones geometricæ essent falsæ, videlicet, quod a puncto ad punctum contingit rectam lineam ducere, sed illud esset

A falsum, quia non contingit indiuisibile ducere, & similiter illa essent falsa, videlicet, angulus rectus est maior acuto, quia indiuisibile non est maius nec minus. Item etiam illa conclusio esset falsa, videlicet triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quia triangulus est quantitas, & si quantitas est indiuisibilis, & indiuisibile non habet partes, & ita nec triāgulus haberet tres angulos. Et eodem modo est de omnib. conclusionibus arithme. & geom. quia istæ scientiæ sunt de quantitate, & ita si quantitas non haberet partes tota mathematica, vel maior pars, esset falsa. Quare dico, quod quantitas est diuisibilis habens partem extra partem, & hoc, videlicet habere partem extra partem competit quantitati per se, & primo, quod patet. quia passio, quæ in multis non subalternatim positis competit alicui primo, mediante quo inest multis, quorum nullum ponitur sub alio, quia inest qualitati, & quantitati, quorum nullum est sub alio, ergo ista passio inest alicui primo, sed non inest primo nisi quantitati, quia cæteris prædicamentis solum inest secundum accidens, vt patet per Philosophum, ergo, &c. Et si dicatur, quod habere partes primo inest quanto, sed non inest primo quantitati. Contra, quæro quid intelligis per quantum, quia aut intelligis quātitatem, aut in- B telligis substantiam quantitatis, aut totum aggregatum ex subiecto, & quantitate. Si intelligis primum habetur propositum, videlicet, quod quantitas habet partem extra partē, nec est dare secundum, quia substantia quantitatis non est diuisibilis nec habens partem extra partem nisi per accidens. Nec est dare tertium quia totum aggregatum ex subiecto, & quantitate non est vnum ens per se, & per consequens non hēt aliquam per se passionē. Præterea. Si hēc per se partem extra partem inesset primo aggregato ex subiecto, & quantitate oporteret, qđ inesset ei, vel ratione subiecti, vel ratione partis subiecti, vel ratione quantitatis, non primum, quia substantia non hēt per se partē extra partem, nec ratione partis subiecti, quia substantia per accidens hēt partem extra partē, & per consequens parte subiecti, nec ratione quantitatis, quia secundum illam positionem quantitas non hēt partem extra partē: Præterea. Illud, quod si esset separatum, & per se existens occuparet locum habet partem extra partem, sed quantitas est huiusmodi, ergo, maior de se patet, & minor est nota quarto huius, vbi dicit Philosophus, ꝙ si esset corpus cubū separatum, & poneretur in aqua faceret tm̄ de aqua recedere quantum est cor- C pus cubum, quod non esset nisi corpus cubum occuparet locū, vt dicit Commen. primo de generatione. c. de tactu, ꝙ formæ mathematicæ non abstrahunt a loco sicut ab aliis accidētibus, quia si essent separatæ adhuc occuparent locum: Propter igitur ista, & multa alia videtur mihi, quod quantitas de se habeat partem extra partē, & hoc vult Philosophus expresse in libro prædicamentorum. ca. de quantitate. d. quod quantitas continua est illa cuius partes copulantur ad vnum terminum cōem, ergo quantitas continua hēt partes. Item quarto huius Philosophus vult, quod si quātitas esset separata a subiecto adhuc repleret locum, & faceret distare, vt si cubum foret separatum, & poneretur in aqua tantum faceret distare de aqua quantum est cubum. & ideo Commen. primo de generatione vult, ꝙ si mathematica essent separata adhuc replerent locum, qđ non esset nisi essent diuisibilia. Ex his igitur auctori- Com. primo de generatione tatibus est cōcludendum, ꝙ quantitas hēt partem extra partē, sed ex hoc nō sequitur, ꝙ sit alia diuisibilitas quantitatis, & substantiæ, immo quantitas est diuisibile, & substantia ēt est diuisibile, aliæ sunt partes quantitatis, & aliæ substantiæ siue subiecti, & tñ est eadem partibilitas, & diuisibilitas quantitatis, & D subiecti, aliter. n. sequeretur, ꝙ duæ partibilitates essent simul, s. duæ corporeitates. Sed cōtra hoc arguitur probando, ꝙ quātitas non habet partem extra, quia si sic, tunc quantitas esset quanta, & linea esset quanta, quod est falsum, quia idem non denominat seipsum, nec genus prædicatur demonstratiue secundum Philosophum in Topicis de sua specie. Dicendum est igitur, ꝙ denominatiuum est illud, quod importat aliquā formam tanquam eius accidens, vt patet per Simplicium in prædicamentis. Vnde quia album est denominatiuum, ideo albū significat albedinē tanq̄ eius accidens. Et ideo dico, quod per quantum possumus duo intelligere, videlicet, vel habens partem extra partem, & sic quantum prædicatur de quantitate, & sic non est demonstratiuum quantitatis, possumus etiam quātum intelligere habens quantitatem tanquā accidens, & isto modo quantum est demonstratiuum quantitatis, & ita non prædicatur de quantitate, & ideo si quantitas sit diuisibilis, ex hoc non sequitur, quòd idem prædicetur de se denominatiue, nec quòd genus prædicetur de sua specie denominatiue.

Præterea

Præterea cũ multipliciter & ipsum vnum: sicut & id quod est dici soleat: considerandum est quonam modo ipsum vniuersum vnum asserunt esse. Atque vnum dicitur: partim continuum ipsum: partim indiuisibile: partim ea quorum eadẽ, atque vna est ratio: vt temetum ac vinum. Si igitur est continuum ipsum vnum: multa profecto est Continuum enim in infinitum est diuisibile.

Te.cõ.16. *Amplius quoniam & ipsum vnum multipliciter dicitur: quemadmodum & quod est: intendendum quomodo dicunt vnum esse omne. Dicitur enim vnum aut continuum aut indiuisibile: aut quorum ratio vna & eadẽ: quæ aliquid erat esse: quemadmodum vappa, & vinum.*

Te.cõ.17. *Si quidem igitur continuum multa sunt quod est: in infinitum enim indiuisibile est continuum.*

HÆc est tertia pars primæ particulæ, secunde partis principalis huius capituli. In qua Philosophus destruit conclusionem illorum diuidendo omnes intentiones de quibus dicitur vnum quod est prædicatum conclusionis eorum. Et hæc est septima conclusio huius libri, videlicet quod ens non est tantum vnum. Quæ conclusio probatur per diuisionem vnius sic. Si ens est tantum vnum, aut igitur est tantũ vnum continuum, aut est tantum vnum indiuisibile, aut est tantum vnũ secundum diffinitionem, sed ens nullo horum modorum potest esse vnum, ergo maior huius rationis est manifesta, & minor declaratur in litera. Et primo probatur, quod ens non est tm̃ vnum vnitate continuationis. Secundo probatur, quod ens non est tantum vnum vnitate indiuisibilitatis, & hoc ibi. [Si enim est diuisibile.] Tertio autem probatur, quod ens non est tantum vnum vnitatem diffinitionis, & hoc ibi. [Aut vero si ratione vnum.] Adhuc in prima parte Philosophus facit duo, quia primo probat quod ens non est tantum vnum vnitate continuationis, secundo vero ibi. [Habet autem dubitationes.] Mouet & soluit quoddam dubium. Probat igitur primo quod ens non est tantum vnum vnitate continuationis, & hoc sic. Si ens est tantum vnum vnitate continuationis, tunc est vnum continuum, & si est continuum est diuisibile, quia omne continuum est diuisibile in infinitum, & ita sequitur quod multa sunt, quod est contra illorum opinionem, qui negant multa esse.

Septima concl. huius libri.

Qđ ens non sit vnum vnitate continuationis.

Existit autem dubitatio de parte ac toto nõ ad sermonem fortassis accomodata: sed per ipsam consideranda: vtrum vnum an plura sint pars, atq; totum, & quo pacto sint vnum vel plura & si sint plura quonam modo sint plura Et de partibus nõ continuis eadem sunt quærenda. Et si vtraq; pars & ipsum totum sint vnum perinde, atque indiuisibile: ipse profecto partes vnum identidem erunt.

Habet autem dubitationem de parte et toto. Fortassis autem non hanc rationem, sed ad ipsam secundum seipsam. Vtrum vnum aut plura pars & totum: & quomodo vnum aut plura: & si plura quomodo plura: & de partibus non continuis et si toti vnum: vtrumque est sicut indiuisibile: quoniam, & eadem eisdem erunt.

SEd quia accidit in continuo, & in omni habente partes, vt eius multitudo non sit tantum secundum diuersitatem partium inter se, sed secundum diuersitatẽ partium a suo toto, ideo Philosophus mouet dubitationem dicens, vtrum partes sint idem toti, vel eædem toti, siue diuersæ a toto. Et quamuis ista quæstio non sit multum ad propositum, tamen secundum seipsam est vtilis & perscrutabilis per se, & habet hæc quæstio locum non solum in continuis, sed etiam in contiguis. Deinde Philosophus soluit quæstionem istam, & intendit probare, quod partes non sunt eadem toti. Et hæc est octaua conclusio huius libri quæ probatur sic. Si partes essent eædem toti, tunc totum esset quoddam indiuisibile, consequens

Octaua concl. huius libri. s. quod partes non sunt eadẽ toti.

A est falsum ergo & antecedẽs, consequentia probatur. Si partes sunt eædem suo toti, & quæcunque sunt eadem eidem numero, illa sunt eadem inter se, tunc sequitur quod omnes partes sunt eædem inter se, & per consequens totum non habet aliquam diuersitatem partium, sed illud quod non habet aliquam diuersitatem partium est indiuisibile, ergo totum est indiuisibile, igitur si partes essent eædem toti, sequitur quod totum erit quoddam indiuisibile. Vnde ista ratio probat quod non omnes partes simul sumptæ sunt eædẽ toti, quia omnes partes simul sumptæ essent eædem inter se. Notandum est secundum Commentatorem quod sermo oppositus isti non exprimitur propter eius famositatem, scilicet, sermo probans, quod partes sunt eædem toti. Et ratio hoc probans est ista, secundũ Comment. Si omnis pars est aliud a toto, tunc omnes partes essent aliud a toto, sed totum nihil aliud est, quam quædam aggregatio partium, ergo totũ est aliud a se, vnde dicit Comment. quod hoc est sophisma cõpositionis, & diuisionis: quia vnaquæque partium dicitur esse aliud a toto, sed omnes in simul non possunt dici esse aliud a toto. Sed hic dubitatur, videlicet, vtrum omnes partes simul sumptæ sint idem quod ipsum totum. Circa quod probo primo, quod non omnes partes simul sumptæ sint idem quod totum, secundo vero respondebo rationibus in contrarium. Probando igitur primum, suppono primo, quod illa nõ sunt eadem, quorum vnum affirmatur de vno, quod vere negatur de alio; quæ suppositio patet per primum principium, quia idem non simul affirmatur, & negatur de eodem, patet etiam per Philosophum 7. Topi. & in prædicamentis probat Philosophus, quod cæcum esse, & cæcitas non sunt idem, quia de aliquo affirmatur cæcum esse, de quo vere negatur cæcitas, quo supposito arguo sic. Aliquid affirmatur de toto, quod vere negatur de partibus simul sumptis, & econuerso, ergo partes simul sumptæ nõ sunt idem toti, consequentia patet per primũ principium, antecedens vero probatur, quia ista est vera, compositum ex materia & forma est per se causatum ex materia, & forma. Et hæc similiter est vera, materia & forma simul sumptæ nõ sunt per se causatum ex materia & forma. Et ista similiter est vera, materia & forma simul sumptæ constituunt totum, idest, compositum. Et hæc similiter est vera, cõpositum non constituit cõpositum, quia idem non constituit seipsum, ergo materia & forma simul sumptæ non sunt ipsum compositum, vnde potest fieri ratio ducens ad impossibile sic, materia & forma simul sumptæ constituunt compositum, sed materia & forma simul sumptæ sunt idem, quod compositum, ergo compositũ constituit compositum, & per consequens idem erit causa suiipsius, sed conclusio est impossibilis, & maior est necessaria, igitur minor est impossibilis, scilicet, quod materia & forma simul sumptæ sint idem quòd compositum. Item totum est aliquid, sed materia & forma simul sumptæ non sunt aliquid, igitur partes simul sumptæ non sunt idem, quòd ipsum totum, maior est manifesta, minor autem patet, quia si materia & forma simul sumptæ coniunctim essent aliquid, aut igitur essent aliquid causatum aut incausatum, non sunt aliquid incausatum, quia tunc non essent ipsum totum, quia totũ est causatũ, nec ẽt sunt causatũ, quia sunt primæ causæ compositi, & ẽt q̃a si essent catũ, aut igitur a se, aut ab alijs: non a se, q̃a sic non essent primæ causæ, & ẽt quia nihil causat seipsum, nec ab alijs, quia eadem quæstio esset de illis alijs, & sic procederetur in infinitum, & etiam quia primæ causæ non causantur ab alijs. Item propria passio hominis, nec inest materiæ, nec formæ coniunctim, nec diuisim, & tamen primo inest homini, ergo materia & forma hominis simul sumptæ nõ sunt idẽ quòd homo. Secundo probatur idem sic, si materia & forma simul sumptæ essent idem, quod ipsum compositum, sequeretur, quod tota entitas compositi maneret dissolutis partibus, quoniam ponendo tantum vnam formam substantialem in homine, tunc dissolutis corpore & anima maneret tota entitas & tota essentia hominis, quoniam manet anima intellectiua & materia prima, & ita homine destructo maneret homo. Si vero dicatur contra hoc, videlicet, quod non manet tota entitas hominis, quia non manent partes vnitę hominis. Cõtra illud arguitur sic. Illud non valet, quoniam in dissolutione animæ intellectiuæ a corpore nihil corrumpitur nisi vnio animæ ad corpus, sed ista vnio cum sit relatio non est de essentia hominis, ergo tota essentia hominis manet, vnde ex quo omnes causæ essentiales intrinsecæ hominis manent dissolutis partibus, si istæ causæ sint idem quod totum, sequitur quod totum manet dissolutis partibus: vnde ista ratio confirmatur sic. Dissoluta anima intellectiua a corpore: anima intellectiua & corpus sunt illud idem quod prius erant quando

B

C

D

Oppositũ habent 7. met. 57. & 6. c. & 3. de aïa com. 5 in solutione s. quæ. sed 4. phy. c 43. habetur consimile ut hic & et. 3. cæca. 8. 7. top. c. 3.

erant

erant vnita, quoniam illa eadem quæ prius erãt vnita, postea sunt diuisa, si igitur, quando erant vnita erant idem, quod homini, sequitur quod quoniam sunt diuisa, sunt etiam idem q homo, sed quando sunt diuisa certum est quod manet, ergo homo manet diuisis, & dissolutis partibus. Tertio vero probatur propositum per rationem Aristo. & hoc sic. Quæcunque sunt eadem eidem numero, sunt etiam eadem inter se, si igitur omnes partes simul sumptæ sunt idem eidem toti, illæ etiã sunt eædem inter se, & sic sequitur quod omnes partes simul sumptæ sunt eædem inter se, ergo sequitur quod cõpositũ est indiuisibile. Hæc ratio confirmatur sic, si materia & forma, simul sumptæ sunt ipsum compositum, & ipsum compositum est vnum numero, sequitur quod materia & forma sunt vnum numero sed hoc est impossibile, quia si sint vnum numero non differunt, & sic compositum erit indiuisibile, quia non habet diuersitatem in partibus. Hæc ratio confirmatur, quia si totum vniuersum est vnum numero: nam iste mundus est indiuiduum vnum, & vnum numero, si igitur partes simul sumptæ sunt ipsum totum, tunc sequitur quod omnes partes huius mundi, simul sumptæ sunt iste mundus, & iste mundus est vnum numero, ergo omnes partes huius mundi essent vnum numero, & sic sequitur opinio Parme. & Me. videlicet, quod omnia sunt vnum numero, & sic Deus, & Diabolus essent vnum numero, & etiam substantia, & accidens erunt vnum numero, quia substantia, & accidens constituunt aliquid vnum numero, & albedo, & sortes constituunt sortem album, & sortes albus est vnum numero; si igitur sortes, & albedo simul sumpta sint idem, quod sortes albus, sequitur quod sortes, & albedo sunt idem numero. & sic substãtia, & accidens erunt idem numero, & ita illa quæ differunt genere erunt idem numero, quod est impossibile. Quarto probo propositum, quoniam accipiamus vnum continuum, vt vnam virgã, & signentur in ea duæ medietates eius, tunc illæ duę medietates eius sunt illa virga. Deinde assignentur quatuor quartæ, tunc illæ quatuor partes sunt ista virga, & eodem modo omnes partes constituentes perfecte illam virgam erunt illa virga, si igitur omnes partes constituentes totum sufficienter sunt ipsum totum, sequitur q duæ medietates sunt quatuor partes, & etiam quod sunt mille, & sic duo essent mille, q est impossibile. Iuxta eandem materiam arguo sic, nam certum est, q ista virga habet partes essentiales, vt puta materiã & formam, & etiam partes quantitatiuas, vt duę medietates & quatuor quartas & sic deinceps, si igitur partes sunt eædem toti, tunc materia & forma illius virgæ sunt illa virga, qa certum est, quod materia & forma constituunt virgam illam sufficienter, Et similiter partes quantitatiuę illius virgæ sunt eædem illi virgæ, & sic simplicia erunt composita, & etiam partes essentiales erunt partes quantitatiuæ, quod est impossibile. Propter igitur ista & multa alia dico quod, nec partes coniunctim, nec diuisim sunt eædem toti. Attamen concedendum est, quod partes constituunt totum, & negandum, quod partes sint ipsum totum, quia eo ipso quod partes constituunt totum, sequitur quod partes non sunt ipsum totum, quia idẽ respectu eiusdem non est constituens & constitutum. Et dico generaliter quod nulla propositio affirmatiua est vera de virtute vocis, in qua affirmatur terminus communis in numero singulari supponens pro suppositis de aliquo termino sumpto in numero plurali, & supponente pro suppositis, quia terminus acceptus in numero plurali supponens pro suppositis supponit pro multis simul acceptis, sic quod non verificatur, nisi de multis simul acceptis, sed terminus communis acceptus in numero singulari supponens pro suppositis accipitur p aliquo vno numero, & ideo talis affirmatiua est falsa, quia denotatur quod diuersa numero sunt vnũ numero, vel econuerso, & ideo ista est falsa partes sunt totum, & hæc similiter partes sunt aliquid. Nec obstat dictum Porphy. dicentis, quod participatione speciei plures homines sunt vnus homo, nec etiam illud Philosophi dicentis in textu, quod vnum in actu est multa in potentia. Vnde sermones authentici sunt intelligendi in sensu in quo dicuntur, & non in sensu quem faciunt, & dictum Porphy. sic est intelligendum, quod participatione speciei plures homines conueniunt in natura humana. Et illud Philosophi quod vnum in actu constituitur ex multis in potentia. Nec concedit Comment. illam affirmatiuam, scilicet, quod omnes partes insimul sunt idem numero toti, sed concedit illam negatiuam, scilicet, quod omnes partes insimul non sunt aliud a toto, quæ negatiua bene est vera, quia omnes partes insimul nõ sunt aliquid, & aliquia. & ideo, nec sunt idem toti, nec aliud a toto, sed qualiter intelligitur illud quod Comment. dicit, scilicet, quod illud est sophisma

A compositionis & diuisionis est dubium. Ideo dicendum quod hæc ratio, scilicet, omnes partes non sunt aliud a toto, non est multiplex secundum compositionem & diuisionem, sed magis secundum æquiuocationem, ex eo quod ly omnes, potest teneri collectiue, vel diuisiue, sed hæc oratio. hęc pars, & illa, & illa, & sic de alijs non sunt aliud a toto est multiplex secundum compositionem, & diuisionem, & in sensu composito est vera, & in sensu diuiso est falsa. Sed nunc restat videre circa hanc determinationem, vel dubitationem, quomodo & per quid totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, quia aut se toto distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, aut per aliquam eius partem, non est dare primum, quia quod se toto distinguitur ab aliquo non hẽt conuenientiam cum illo. Si igitur totum distinguitur se toto ab omnibus partibus simul sumptis, sequitur quod totum nullam habet conuenientiam cum omnibus partibus simul sumptis. Nec est dare, q totum per aliq̃ vnam partem eius distinguatur ab oibus partibus simul sumptis, quia nõ est maior rõ quare magis per vnã partem distinguatur q̃ per aliam. Item quicquid est in toto est in omnibus partibus simul sumptis, & ecõuerso, quic-

B quid est in oĩbus partibus simul sumptis est in toto, ergo totũ & oẽs partes simul sumptæ nullo mõ distinguuntur. Dicendũ igitur q totũ distinguitur ab omnib suis partibus simul sumptis per vnitatem eius, quia totum habet vnitatem & oẽs partes simul sumptæ non habẽt vnitatem, quia quæcunque partes ponãtur, simul non habent maiorem vnitatem quam vnitas lapidis in sacco, quia ex hoc q partes sunt simul nihil est tibi, nisi hoc, & hoc, & sic non est maior vnitas q̃ vnitas aceruus. Et si quæratur quid est illa vnitas per quam totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis. Vtrum sit ipsum totum, vel aliqua pars totius. Dicendum, q illa vnitas est ipsum totum, & concedo, quòd totũ distinguitur ab oibus partibus, simul sumptis se toto, accipiendo totum cathegorematice, & nõ syncathegorematice, quia totum non distinguitur ab omnibus partibus, simul sumptis p aliquam partem. Et cũ dicitur, q illud qđ se toto distinguitur ab aliquo in nullo conuenit cũ illo, dico quòd verũ est si distingueretur se toto sumẽdo totũ syncathegorematice. Ad aliud cum dicitur quòd quicquid est in toto, est in omnibus partibus, simul sumptis potest dici, quòd illud non est verum, quia vnitas est in toto, quę nõ

C est in omnibus partibus simul sumptis, vel concedo, quòd quicquid est in toto sit in omnibus partibus simul sumptis & ecõuerso, ex hoc tamen non sequitur, quòd totũ non distinguatur ab omnibus suis partibus, sed solum sequitur, quod totum per nihil, quod est in eo distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, sed cum hoc stat, quòd totũ seipso distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, igitur &c. Aliter tamen põt dici. s. quòd totũ distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis per omnes partes, quia totum per vnam partẽ differt ab alia parte, & per aliam partẽ ab alia parte, & sic de singulis, ideo totum differt ab oĩbus partibus simul sumptis per omnes partes simul. Exemplum huius, si accipiatur aliquod diffinitũ, quòd per oẽs particulas positas in diffinitione sua distinguitur ab oibus alijs. v. g. sicut nomen distinguitur ab oĩbus alijs per particulas positas in sua diffinitione diuersas, vt patet per hoc, quòd est vox, distinguitur a non voce, & per hoc quod est vox significatiua differt a voce non significatiua, & sic per aliam, & aliam particulam diffinitionis differt ab omni alio, & alio. Et si tunc quæratur de tali diffinito per quid distinguatur ab omnibus alijs simul sumptis. Dicendum quod per oẽs

D partes suæ diffinitionis simul, & coniunctim, quia per vnam partem distinguitur ab vno, & per aliam ab alio reddendo singula singulis, & eodem modo potest dici, quod totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis per omnes partes insimul sumptas. Viso igitur, quomodo totum distinguitur ab omnibus partibus, uidendum est, qualiter etiam totum distinguatur, vel differat ab vna parte, & qualiter pars distinguatur a toto. Vnde dico quod totum distinguitur ab vna parte per aliam partem, immo per quamcunque partem differt ab alia parte. Nam homo distinguitur a suo capite per manum & per pedem, & sic de alijs partibus, & compositum ex materia & forma per formam distinguitur a materia, & per materiam distinguitur a forma. Sed magis dubium est per quid pars distinguatur a toto, & videtur mihi, quòd pars non distinguitur a toto per aliquod positiuum, quod sit in parte, quia si aliquod positiuum sit in parte, illud etiam est in toto, sed pars distinguitur a toto per aliquam priuationem aliarũ partium, quas totũ habet, & pars non: v. g caput distinguitur a toto per priuationem manus & pedis, & eodem modo est de omnibus alijs. Et si dicatur quod omne ens positiuum di-

distinguitur

Quõ totũ distinguatur ab omnibus partib. simul sumptis.

Quõ totũ distinguitur ab vna parte, & qualiter pars distinguitur a toto.

Sexto. cognoscitur, quam vniuersale. *In prolog.* Item per Phylosophum primo metaphys. vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, vel ad intelligendum, quia sunt a sensu remotissima, remotio igitur a sensu est causa, quare aliquid de difficili cognoscitur, & per consequens propinquitas ipsi sensui est causa, quare aliquid de facili cognoscitur, sed sensibile singulare est propinquissimum sensui, ergo facillime cognoscitur, & per consequens primo cognoscitur via generationis. *Septimo.* Item secundum communem opinionem, nihil est extra animam, nisi singulare, sed illud, quod est extra animam, primo intelligitur, quia anima non intelligit se, nec aliquid in ipsa, nisi per reflexionem, vt communiter dicunt omnes, ergo singulare primo intelligitur ab intellectu nostro. *Octauo.* Item intellectus noster non intelligit vniuersale, nisi abstrahendo a singularibus, sed intellectus non abstrahit, nisi a noto, ergo singulare, a quo abstrahit, est primo notum intellectui, quam vniuersale, quod abstrahitur.

Contra distinctiones principales. Sed contra hoc videntur occurrere multa. *Primo.* Primo, quia Phylosophus tertio de anima videtur dicere, quòd singulare non intelligitur, nisi per lineam reflexam, & indirecte, sed illud, quod intelligitur indirecte, non intelligitur primo. *Secundo.* Item Boetius dicit, vniuersale est dum intelligitur, singulare autem dum sentitur, & per consequens vniuersale primo intelligitur. *Tertio.* Item illud, quod primo intelligitur, est primum obiectum intellectus, ergo secundum istam opinionem singulare esset primum obiectum intellectus, quod est contra Phylosophum. *Quarto.* *3. de ãia. t com 9.* Item inter obiectum, & potentiam debet esse proportio, sed inter singulare sensibile, & intellectum, qui est immaterialis, non est proportio, ergo singulare non intelligitur primo. *Quinto.* Item si singulare intelligitur primo, sequitur, quòd non oportet ponere intellectum agentem, quia intellectus agens non ponitur, nisi ad abstrahendum quidditatem a rebus, & a conditionibus indiuiduantibus, quæ impediunt cognitionem intellectus. Si igitur conditiones indiuiduales essent primo cognitæ ab intellectu, sequitur, quòd non impedirent cognitionem intellectus, & sic non oporteret ponere intellectum agentem, propter illas conditiones remouendas.

Ad primum. Ad primum horum dico, quòd intellectus intelligit singulare primo, & directe, & vniuersale indirecte, & quasi per modum lineæ reflexæ, & hæc est intentio Phylosophi tertio de anima, cap. quod sic incipit. *Tex. cõ. 9.* Quoniam autem aliud est magnitudo, & magnitudinis esse, vbi secundum expositionem Commentatoris, & omnium expositorum Phylosophus per magnitudinem, & carnem intelligit indiuidua, & per magnitudinis esse, & carnis esse, intelligit quidditates, & vniuersalia. Vnde ibi dicit Phylosophus, quod anima alia virtute, scilicet, sensu cognoscit carnem, idest indiuiduum carnis, & alia virtute discernit carnis esse, idest quidditatem carnis & intelligit quidditatem carnis, per illam virtutem, aut separatam, hoc est habentem similitudinem lineæ rectæ, aut sicut circumflexam, hoc est habentem similitudinem lineæ reflexæ. Vnde vult, quòd quidditas, seu vniuersale cognoscatur ab alia virtute, quam virtute sensitiua, videlicet ab intellectu, & illa virtus in comprehendendo quidditates, habet dispositionem lineæ rectæ, vel dispositionem lineæ reflexæ. Et hæc etiam est intentio Comment. 3. de anima, commen. 10. *Com. 10.* vbi dicit, quòd intellectus in comprehendendo quidditates, quandoque habet dispositionem similem lineæ rectæ, & quandoque dispositionem similem lineæ reflexæ. Vnde dicit, quòd quando intelligit primã formam, idest, proximam formam vniuersalem existentem in indiuiduo, in comprehendendo illam habet dispositionem similem rectæ lineæ, sed cum postea quærit quidditatem illius formæ, & quidditatem illius quidditatis, quousque deueniat ad formam simplicem non habentem quidditatem, in comprehendendo illas quidditates, habet dispositionem similem lineæ reflexæ. Et sic patet, secundum Phylosophum, & Commentatorem, quòd intellectus vario modo se habet, intelligendo vniuersalia, quia aliquando intelligit directe, & aliquando indirecte, sed non inuenitur, ubi dicant, quòd singulare indirecte, vel reflexe intelligatur. Sed si quæras, si singulare intelligitur primo, vel intelligitur per propriam speciem, vel non. Dico, quòd cum intellectio fiat per assimilationem intellectus ad intelligibile, oportet, quod singulare intelligatur per propriam speciem, quoniam manifestum est, quòd species vniuersalis non ducit in distinctam cognitionem singularis.

Ad secundum. Ad aliam rationem, cum dicitur, quod vniuersale est, dum intelligitur, dico, quòd intellectus dicitur vniuersalium, quia solus intellectus cognoscit vniuersalia, non quòd intellectus sit solum vniuersalium, & sensus particularium, dicitur, non quia solum sensus cognoscit par-

A ticularia, sed quia solum singularia cognoscuntur a sensu. Et hæc est intentio Ioannis Grammatici, 3. de anima super illam partem, videlicet. Quoniam autem aliud est magnitudo, &c.

Ad tertiũ. Aliquod esse primũ obiectũ intellectus põt quatuor modis intelligi. Ad tertium, quando dicitur, quòd singulare esset primum obiectum intellectus, dico, quod aliquid esse primum obiectum intellectus, potest quadrupliciter intelligi, scilicet, vel quod sit primum obiectum primitate generationis, & sic singulare est primum obiectum intellectus accipiendo ly primum negatiue, ita quòd dicatur primum, quia nullum est prius eo, non quia ipsum sit prius quocunq; alio. Vnde quodlibet singulare immutans, primo fortiter sensum est primum obiectum primitate generationis. Secundo dicitur primum primitate adæquationis, & sic ens, est primum obiectum intellectus accipiendo ens in sua maxima communitate, & ut habet hanc passionem, scilicet, intelligibile cum ipso conuertibile, & sic dicitur ens de omni intelligibili, sicut & ille terminus, videlicet, intelligibile. Tertio modo aliquid dicitur esse, primum obiectum intellectus primitate perfectionis, & sic Deus est primum obiectum intellectus. Quarto vero modo illud, dicitur primum obiectum primitate exclusionis, scilicet, quo obiecto cognoscendo excludit B alias potentias, & isto modo vniuersale, dicitur primum obiectum intellectus, quia nulla alia potentia cognoscit vniuersale.

Ad quartum. Ad quartum argumentum dico, quòd inter intellectum possibilem, & singulare materiale, est talis proportio, qualis requiritur inter mobile, & mouens, & illo modo est proportio inter intellectum, & singulare materiale, & hæc proportio sufficit.

Ad quintum. Ad vltimum vero dico, quòd necessitas ponendi intellectum agentem, est non ad remouendum conditiones indiuiduales, uel materiales, vt communiter ponitur, sed tota necessitas ponendi intellectum agentem est, quia intentiones existentes in potentia alias virtute imaginatiua solæ non sufficiunt ad mouendum intellectum possibilem, & ad causandum intentiones intellectas in actu in intellectu possibili, & ideo simul cum intentionibus imaginatis, requiritur intellectus agens, non ad aliquid remouendum, sed ad causandum intentiones intellectas in actu in intellectu possibili, cum intentionibus imaginatis, & hæc est intentio Commen. tertio de anima, com. 14. *Com. 14.* & sic patet, quid est primo cognitum ab intellectu via generationis in cognitione confusa, & perfecta.

Respõsio propria ad dubiũ principale. Tunc est vlterius videndum, quid est C primo cognitum uia generationis in cognitione distincta, & perfecta. Vnde breuiter dico, quòd quanto aliquid est communius, tanto est prius cognitum, uia generationis in cognitione distincta. Cuius ratio est, quia inferius non cognoscitur distincte, nisi cognoscantur omnia superiora, essentialiter inclusa in eo. Vnde hic intelligo per cognitionem distinctam, cognitionem, per quam res distinguitur, & resoluitur per uirtutem cognoscentem in omnia, in quæ ipsa est resolubilis, vel saltem plurima. Ad distinctissimam vero cognitionem rei requiritur cognitio omnium, in quæ est resolubilis, vel distinguibilis, & quia inferius est distinguibile, & resolubile in omnia superiora essentialiter inclusa in eo, ideo ad distinctam cognitionem inferiorum requiritur, & præsupponitur cognitio omnium superiorum essentialiter inclusorum, & hoc si sit cognitio distinctissima. Quod pro tanto dico, quia si res cognoscatur, quantum ad multa vniuersalia inclusa in ea, & inquantum distinguitur in illa, tunc illa res cognoscitur distincte, sed non distinctissime, & sic apparet, quòd in cognitione distincta, magis uniuersalia sunt prius nota uia generationis, quam minus uniuersalia, & etiam quã singularia. Et quia Phylosophus, in hoc libro intendit inue- D stigare distinctam, & perfectam cognitionem principiorum rerum naturalium, ut postea per cognitionem distinctã principiorum inuestigetur perfecta cognitio compositorum naturalium, ideo dicit Phylosophus, quod vniuersaliora sunt nobis prius nota, & hoc cognitione distincta, quam tradere hic intendit.

Confutatio dictæ responsionis. Et si dicitur, quod videtur, quòd Phylosophus velit, quòd magis vniuersalia sint nobis prius nota cognitione confusa, quia pueri non habent nisi cognitionem confusam, & tamen prius cognoscunt magis uniuersalia, cum primum appellent omnes uiros patres &c. *Iterũ alia responsio pro sua opinione.* Dicendum, quòd illa auctoritas non est ad propositum, quia ideo pueri primo appellant istum virum patrem, & intelligunt istum virum, quia intelligunt, & opinantur istam propositionem, iste uir est pater meus, sed non intelligunt istum uirum cognitione distinctiua, seu discretiua, quia non discernunt istum uirum ab alio, quoniam cognitio distinctiua, siue discretiua, acquiritur per hoc, quia aliquid percipitur in uno, quod non apprehenditur in alio, vel aliquid apprehenditur in uno, cuius contra-

contra-

contrarium apprehēditur in alio. Dico igitur, ꝙ puer primo apprehendit singulare cognitione apprahensiua, sed nō cognitione distinctiua seu discretiua, & ita intelligit Philosophus dicens, quod cognitio apprahensiua præcedit cognitionem distinctiuam.

Primū dubium per verba Aristo. posita in textu.

Sed dubitatur qualiter tunc secundum illum, illud signum pueri appellant primum omnes uiros patres, &c. sit ad propositum Philosophi. I ad ostendendum, ꝙ vniuersalia sint nobis prius nota, cum illa notitia, quam puer habet, sit notitia singularis, & non vniuersalis.

Secundū.

Item quando vigorātur intellectus pueri discernendo hunc virum ab illo, tunc habet cognitionem distinctam, quia tunc discernit patrem a non patre, & tūc non cognoscit omnia uniuersalia inclusa in illo uiro, ergo ad cognitionem distinctam de aliqua re nō oportet prius cognoscere omnia uniuersalia inclusa in illa.

Ad primū

Dico ad primum, quòd cum puer habet notitiam imperfectam non discernendo inter unum uirum, & aliū virū cognoscit vtrūque inquātū est uir, quia cognoscit vtrunque in eo, ꝙ cōueniunt, nō inquantum distinguuntur, & sic prius cognoscit vniuersale. S. uirum, quam cognoscat singulare cognitione distinctiua, seu discretiua, & hoc est satis ad propositum Philosophi. S. ꝙ vniuersalia sint prius nota, q̃ sua inferiora cognitione distincta.

Ad secundum.

Ad secundum cū dicitur, ꝙ cum puer distinguit, &c. habet cognitionem distinctam &c. dico, ꝙ ꝑ cognitionem distinctam possumus duo intelligere, videlicet, uel cognitionem distinctiuam, in qua una res distinguitur diuersa ab alia re, vel per cognitionem distinctam possumus intelligere cognitionem alicuius rei quātū ad omnia intrinseca inclusa in ea, q̃ satis cōuenienter pōt appellari cognitio resolutoria. Dico tunc, ꝙ cum puer distinguit patrem a non patre, hēt cognitionem distinctam, q̃ est cognitio discretiua, & ad talem cognitionem nō requiritur cognitio omniū, q̃ includuntur in re, sed tunc non habet puer cognitionē distinctā, quæ est cognitio resolutoria rei in oīa īclusa in ipsa re.

Quod res extra animam non intelligat primo.

Sed adhuc arguitur ꝓbando, ꝙ res extra aīam non intelligitur, primo, quia effectus rerum naturalium sunt nobis primo noti, sed intentione existentes in intellectu sunt effectus rerū naturalium existentium extra animam, ut patet per Commē. 1. Metaphy. ubi dicit, ꝙ scia nostra causatur a rebus, ergo intentiones in anima sunt primo cognitæ a nobis, &c.

2a. meta. com. 51.

Secūdum.

Itē intētiones in aīa sunt minus notæ naturæ, ergo sunt magis notę nobis.

Ad primum dicitur, ꝙ nō quicunq; effectus rerū naturalium sunt nobis magis noti, sed effectus materiales, & sensibiles.

Ad primū

Ad secundum.

Ad secundū dico, ꝙ nō sequitur. Intentiones sunt minus notæ naturæ, igitur sunt magis notæ nobis, nec est verū, ꝙ omnia minus nota naturæ sint magis nota nobis, sed intelligit illud esse uerum in his naturalibus materialibus.

Ad rōnes principales.

Et ad rōnes principales ad primā cum arguitur particularia, &c. Dico, ꝙ particularia sunt nobis nota cognitione confusa, & hoc intelligit Philosophus primo posteriorum.

Ad secundum.

Ad secundum cum dicitur, ꝙ compositum est nobis prius notum, dico, quòd nō est uerū in cognitione distincta, & perfecta, sed bene imperfecta, q̃a in illa, q̃ est ꝑfecta, & distincta cognitio, dicimus simplicia esse prius nota.

Ad tertiū.

Ad aliud cum dicitur, quòd vniuersalia sūt causæ inferiorum, & cāæ sunt nobis minus notæ, dico, quòd causæ rerū naturaliū sunt nobis prius notę in cognitione distincta, & sunt posterius, & minus notæ in cognitione cōfusa.

Ad quartum.

Ad quartam cum dicitur, quòd intellectus est æqualiter dispositus, &c. Dico, quòd q̃uis intellectus sit æqualiter dispositus ad recipiēdū spēm magis uniuersalis, & minus uniuersalis, tñ illud, quòd imprimit spēm in intellectu est natum per prius imprimere spēm unius q̃ alterius, unde oē sensibile singulare est natum per prius imprimere speciem singularis, quàm speciem uniuersalis.

Ad quintum.

Ad quintum concedo, quòd vniuersalia sunt posterius nota nobis in cognitione confusa, quàm singularia, & hoc est quod illa ratio probat, quare.

TRACTATVS SECVNDVS primi libri. Circa principia rerum naturalium. Capitulum primum destruens errores non naturaliter loquentium de principijs rerum naturaliū, scilicet Parm. & Mel.

Necesse est itaque aut unū esse principium, aut plura. Et si sit unum, aut immobile, ut Parmenides Melissusq. dicit, aut mobile esse oportet, ut naturales censere uidentur, quidam aerem, quidam aquam primum principium esse di-

A

centes. Si plura sint, aut finita, aut infinita esse necesse est. Et si finita sint pluraq; uno duo, uel tria, uel quatuor, uel in alio quodā numero esse oportet. Si infinita, aut genere quidem unum, figura uero uel forma diuersa, perinde atque Democritus asserebat, aut contraria etiam necesse est esse. Pari modo quærere uidentur, & hi qui quærunt, quotnam sint ea, quæ sunt. Nam ea primum quærunt, ex quibus constant ea, quæ sunt, utrum unū an plura sint, & si sint plura, vtrum sint finita, an infinita. Quare principium quærunt, ac elementum, vtrum sit vnum an plura.

Tex. cō. 6.

Necesse autem est, aut unum esse principium, aut plura, & si vnum, aut immobile, sicut dicunt Parme. et Mel. aut mobile, sicut Physici, hi quidem aerem dicentes esse, alij vero

B

aquam primum principium. Si autem plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autem uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium aliquem numerū. Et si infinita, aut sicut dixit Democritus unum, figura autem, & specie differentia, aut etiam contraria.

Tex. cō 7.

Similiter autem quærunt, & quę sunt quærentes quot sunt, ex quibus enim sunt quæ sunt. Quærunt primum post hoc, vtrum unum aut plura sint. Et si multa, aut finita aut infinita. Quare principium, & elementum quærunt vtrum unum, aut multa.

Finito prologo incipit Phil. perscrutari de principijs cōibus omnium rerum naturalium. Vnde in hoc secūdo tractatu destruit opiniones antiquorum errantium circa principia rerum naturalium & continet iste tractatus duo capitula, qm̄ in primo Phil. destruit opiniones nō naturaliter loquentiū de principijs rerū

C

naturalium. In 2. ibi. [Sicut aūt Phil. dicunt.] Destruit opiniones erroneas naturaliter loquentiū de eisdem. Primum capitulū continet duas partes, q̃a in 1. ostendit, ad quē Phil. nō ꝑtinet disputare cum Parme. & Mel. quia non ad Physi. In 2. ibi. [Sed qm̄ de natura &c.] Disputat cōtra eos Metaphysice. Prima pars continet duas particulas, quarū prima est narratiua, secunda declaratiua, q̃ incipit ibi. [Illud igitur quidē.] In prima igitur particula huius partis Phil. enumerat modos s̄m quos pñt poni plura principia, uel unum, & ponit talē diuisionē dicens. Q̄ necesse aut unū esse principiū tm̄, aut plura, & si sit tm̄ unū, aut illud unū principiū est immobile, ut dixerunt Parme. & Mel, aut mobile, ut dixerunt Physici. Quorū quidā dixerunt illud aerē esse, quidā āt aq̄: quidā uero ignem. Sed si principia sunt plura, aut sunt finita, aut īfinita, si finita, aut sunt duo, uel tria, uel quatuor, & sic de alijs. Si uero sunt infinita, aut sunt eiusdem generis, & differunt secundū spēm, & figuram, ut ponit Democri. qui ponit athomos indiuisibiles infinitos esse principia rerū, quos ponit cōuenire in gñe, & differre in spē, & figura, qm̄ quosdā athomos ponit rotundæ figuræ, & quosdā quadratæ figuræ, & de alijs figuris. Po-

D

nit ēt eos differre spē, q̃a ponit quosdam athomos calidos, & quosdam frigidos, & quosdam leues, & quosdā graues, aut eadē spē erunt diuersa quantitate, i. in numero. Et nota secundū Cōm. hic quòd multitudo, aut est rerū secundū formā, aut rerū secundū quantitatē, & has duas multitudines dixerūt antiqui de principijs. Et si quæratur quare Phil. nō ponit hāc diuisionem, uidelicet, si sunt plura principia, aut sunt mobilia, vel immobilia. R̄ndet Cōmentator, quòd hoc iō est, q̃a nullus dicit plura principia quiescentia esse. [Similiter aūt quęrunt] & in hunc modum inquisitionis de principio diuiditur eorū inquisitio, qui perscrutaorur de entibus, quot sunt, & sunt illi qui utuntur hoc nomine ens, pro hoc nomine principium, ęstimant enim sola principia esse entia, & sunt illi qui solummodo perceperunt principium materiale. Isti enim nō fecerunt differentiam inter principium, & ens: isti aūt perscrutantur de entibus, utrū sint plura, aut unū, & si sit unū ens: aut est mobile, vel immobile, si uero sunt plura, aut sunt finita, aut infinita, &c. & sic perscrutatio eorum de ente in nullo differt a perscrutatione eorum de principio. Sic igitur sunt quin-

Notabile.

Quæstiones de principijs rerũ naturalium.

que diuisiones, siue quæstiones de principijs rerũ naturaliũ. Quarum prima est, vtrum principium sit tantum unum aut plura. Secunda quæstio, supposito ꝙ sit tantum vnum, vtrum illud principium sit mobile vel immobile. Tertia quæstio; supposito, ꝙ sunt finita aut infinita principia, an sint plura. Quarta qõ. supposita, ꝙ principia sint finita, vtrũ sint tantum duo, aut tria, aut quatuor, & sic de alijs. Quinta qõ. supposito; ꝙ principia sint infinita, vtrum sint eiusdem generis, & differentia secundũ speciem, aut sint eiusdem speciei, & differentia solo numero. Et cędē qõnes, & diuisiones sunt de ente, & hoc apud eos, qui vtũtur hoc nõie ens pro hoc nõie principiũ, & sunt illi qui posuerũt solum principium materiale. Intelligendum, ꝙ illi qui posuerunt solum principiũ materiale habuerunt dicere, ꝙ ex illo principio nihil nouum fit secundũ veritatē, sed solum secundum apparentiam. ita, ꝙ illud secundũ veritatem non erat principium, sed solũ apparebat esse principium, & ꝙ ipsi non possent ponere aliquod nouum fieri secundum veritatem apparet, quia illud nouum aut esset solũ principium illud materiale, aut includeret aliquid aliud, si solum sit illud principium materiale: tunc non est nouum, cũ principium materiale non sit nouum, & ita non est principiũ nisi apparenter, si vero includit aliquid aliud, q̃ principiũ materiale, tunc illud erit principiũ illius rei, & cã quare illa res est noua, & ꝑ cõsequens oportet ponere aliud principium q̃ principiũ materiale. Vñ intelligẽdũ est, ꝙ sicut isti antiqui posuerunt solum principiũ materiale in rebus naturalibus, ita quidam moderni ponũt, ꝙ in rebus artificialibus non est nisi principiũ materiale. Nam dicunt, ꝙ cum ex ligno fit statua non est aliqua res totaliter noua in ligno, sed ex hoc, quia aliquæ partes remouentur, & aliquæ remanent, illud lignũ dicitur esse statua sine aduentu cuiuscunque alterius rei. Sed

Tex. cõ. 81. 8 meta. t. cõ. 9. & 12 tex. cõ. 14.

hoc expsse est cõtra Philosophũ q in hoc libro, & in 3. de aĩa, & in alijs multis locis dicit res artificiales esse compositas ex materia, & forma, & ꝙ formæ rerum artificialium sunt accidẽtia. Item isti habent ponere, ꝙ per artem incisionis nihil fit nouum omnino. Et sic huiusmodi artes, quarum fines sunt res operatę, ut patet in. ethicorũ. sunt ociosę, quia non põt ad fines suos, in quos ordinatur, attingere. Itẽ isti habent dicere, ꝙ omnes res artificiales, quæ solum sunt per ablationem, uel per transfigurationem, ut sunt serra, gladius, & huiusmodi, sunt res mere naturales, quod est absurdum, quia ars, & natura sunt agẽtia multũ diuersa, & ꝑ consequẽs hñt effectus diuersos. Item isti hñt dicere, ꝙ in quolibet lapide ex quo pñt fieri diuersæ res artificiales, omnes illæ res in actu sunt in illo, & ita in quolibet lapide essent infinitæ statuæ, & infinita uasa, & breuiter omne illud est iam in actu in eo, quod ex eo potest fieri. Dicendum igitur est, quod cum ex ære fit statua & ibi, est aliquod nouum quod nõ præfuit, ut noua figura, & noua superficies, & nouæ lineæ, & sic de alijs multis, aliter operatio artificum ad nihil terminaretur, quare, &c.

Considerare igitur si id quod est, unũ sit atq; immobile nõ ad naturalem physicũ pertinet. Nã ut geometræ nõ est ad eũ rõ qui geometriæ principia tollit, sed aut ad aliam sciẽtiam attinet, aut ad cõmunem omniũ facultatem, & sic, & illi nulla est ad eũ rõ qui principia tollit. Nõ est n. principium si vnũ est tantũ, atq; vnũ hoc modo Principiũ. n. alicuius aut aliquorũ principiũ eẽ cõstat.

Tex. cõ. 8.

Id quidẽ igitur si unum, & immobile sit qd est intẽdere non de natura est intendere. Sicut. n. geometriæ non amplius rõ est ad destruentem principia, sed est aut alterius scientię, aut omnibus cõmunis sic neq; alicui de principijs. Nõ. n. amplius principiũ est si unũ solũ, et sic unum est, principium enim cuiusdam aut quorundam.

HAec est 2. particula primæ partis principalis huius capituli, quæ est declaratiua. In qua declaratur, ꝙ ad naturalem nullo modo pertinet disputare cum dicentibus omnia esse unũ, & immobile, vt sunt Par. & Mel. & primo ꝓbatur, ꝙ ad naturalẽ nõ ptinet arguere cõtra opinionẽ Parm. & Mel. 2. ꝓbatur, ꝙ ad naturalẽ non ptinet soluere rõnes eorũ. Primo igitur ꝓbatur, ꝙ ad naturalem non pertinet arguere contra opinionem Parme. & Mel. & hæc est 4. cõclusio huius lib. que probatur dupliciter, & primo sic. Ad naturalem non pertinet arguere contra opinionem negãtium sua principia, sed Parme. & Mel. negabant principia scientiæ naturalis, ergo ad naturalem nullo modo pertinet arguere contra opiniones

4. conclu. huius lib.

A eorum, huius rationis primo ponitur conclusio 2. ponitur ꝓbatio maioris ibi, [Sicut. n. geometriæ.] 3. ponitur ꝓbatio minoris ibi. [Non. n. amplius.] maior probatur sic. Nulla sciẽtia spãlis hẽt ꝓbare sua principia esse, ut patet de geo. & de alijs scientijs specialibus, sed probare principia scientiæ specialis, uel est alterius sciẽtiæ. s. scientiæ subalternãtis, uel sciẽtiæ communis omnib. ut sunt Meta. & Logica, & tñ nulla scientia specialis habet arguere contra negantes sua principia, & per cõsequens Phil. non habet arguere contra negãtem sua principia, minor ꝓbatur sic Parme. & Mel. dixerũt unum ens tñ eẽ sic, ꝙ tñ unum ens est, & nullũ aliud. Modo sequitur, si vnũ ens tñ est, nullum principium est, quia ex opposito cõsequẽtis sequitur oppositũ antecedentis, qm̃ si principiũ est, & principiatum est. & sic sunt multa s. principiatum, & principiũ, & per consequens ens non est tñ unum, sed modo sequitur, nullum principium est, ergo nullum principium scientię naturalis est, & cum Parme. & Mel. habeant concedere, ꝙ nullũ principium sciæ est, sequitur, ꝙ ipsi habeant concedere, ꝙ nullum principium scientiæ naturalis est, & sic patet maior. s. ꝙ Parme. & Mel. negabãt principia sciæ naturalis. Vnde circa maiorẽ huius rationis est notandum, ꝙ nulla scientia specialis põt

Probatio maioris.

B ꝓbare sua principia esse, nec demonstratione, ꝓꝑ quid, nec demonstratione quia, quia omnis probatio debet esse per notiora, sed principijs scientiæ nihil est notius in illa scientia, samẽ artifex specialis habet probare principia sui subiecti esse demõstratione quia, ut vult commen. 2. huius idẽ patet in hoc primo, vbi Philosophus ꝓbat materiam, & formam esse, quæ sunt principia sui subiecti. Notandum etiam secundo, ꝙ principia scientiæ spãlis possunt probari uel a sciẽtia superiori, ut a scientia subalternante, vel a scientia communi, ut sunt Logica. & Meta. Sed dubium est alias qualiter, & quare artifex communis, ut Logicus, & Metaphysicus arguit contra negãtẽ sua principia, & artifex specialis non põt arguere cõtra negantem sua principia. Istud. n. non uidetur uerum, quia artifex communis non potest arguere contra negãtes sua principia, nisi ex concessis, ex quibus sequitur principium negatũ, sed illo modo potest artifex specialis arguere contra negantes sua principia, ut si in illa scientia aliqua concedantur, ex quibus sequuntur principia illius scientiæ, quæ principia ipsi negant. igitur uidetur, ꝙ eodem modo potest artifex spãlis arguere contra negantes sua principia, sicut artifex communis.

Nulla sciẽtia specialis potest ꝓbare sua principia.

C Dicendum, ꝙ quamuis artifex sciẽtiæ spãlis posset in aliquo casu arguere contra negantes sua principia, ut si ille negans principia scientiæ spãlis aliqua concedat in illa scientia, ex quibus principia negata talis scientiæ sequuntur, tamen artifex specialis non potest in quocunque casu arguere contra negãtes sua principia, ut supposito, ꝙ nihil tale concedatur in illa scientia, ex quo principia sequuntur, tunc non põt contra eũ arguere in illa sciẽtia. sed artifex cõmunis in õi casu potest arguere contra negantes sua principia, quia si ipsi volunt loqui, & aliquid concedere, artifex communis qui cõsiderat ens in sua communitate, potest ex illo arguere, & probare principium negatum, & sic potest magis artifex communis arguere contra negantes sua principia quã artifex spãlis. Sed circa minorem est notandum secundum Commentatorẽ, ꝙ cũ dicitur. ꝙ Parme. & Mel. negabant principia scientiæ naturalis esse, accipitur principium ꝓ principio cognitionis, & eẽ. Isti enim negabant vtrunque istorum principiorum. Vbi principia cognitionis tñ scientiæ naturalis sunt illa. s. plura eẽ entia, & aliqua entia esse mobilia. Principiũ cognitionis & esse scientiæ naturalis est. ꝙ entia naturalia habent principia, quę sunt cãæ motus, & quietis in eis. Hoc igitur nomen principiũ

Quare artifex cõis põt probare sua principia.

Notabile.

D usitatur hic pro ambobus modis. & ea posuit modum, in quo sequitur, ꝙ dicens ens esse unum negat principiũ esse, & cognitionis, & tacuit modum ex quo contingit dicenti ens esse unũ negare principia cognitionis, & est pluralitas, & motus, qm̃ qui negat principiũ cognitionis, & esse, negat pluralitatem, & motum. Principium. n. cognitionis, & esse est cã ad vtrunque. Notandum ẽt circa probationem minoris, ꝙ quia principium refertur ad principiatũ, ideo sequitur si principiũ est, ẽt principiatum est, & sic sunt plura, & sic patet, ꝙ illa propositio, tantũ principiatũ est, includit opposita, q̃a sequitur tãtũ principiũ est, igitur principiũ est, & si principiũ est, principiatũ est, ergo non tñ principiũ est, igitur a primo ad vltimũ si tñ principium est, non tantum unum est. Et similiter sequitur tantum principium est, igitur nihil aliud a principio est, & per consequens, nullum principiatum est, & sic illa propositio, tantum principiũ est, includit illa duo opposita s. principiatum est, & nullum principiatum est, & ideo infert suũ oppositũ. nã sequitur, tñ principiũ est, igitur nõ tñ principiũ est.

Circa probationem minoris.

Vnde

Vnde est regula necessaria quòd omnis propositio includens opposita infert suum contradictorium.

Simile est itaque si hoc modo sit vnum considerate: & de alia quauis positione disserere quæ sermonis causa dicitur qualis est Heracliti: uel quispiam id quod est vnum hominem esse dixerit.

Tex. cō. 9 *Simile igitur intendere est: si sic unum est, & ad aliā positionē quālibet disputare, verbi gratia, ad dictā aut Heraclitanā, aut si aliqs dicat hominē unū qd est esse.*

Probatio eiusdem conclusionis. SEcundo probatur eadem conclusio sic. Ad naturalem nō pertinet arguere contra opinionem, quæ est manifeste falsa, quia nullam probabilitatem habet nec rationem: vt est opinio Heracliti qui posuit omnia esse in cōtinuo motu, aut omnia esse vnum hominē: sed opinio Parme. & Mel. qui ponunt omnia esse vnum: est fatua, & manifeste falsa, nā non est differentia quantum ad probabilitatem inter hunc sermonem, & dicentes omnia esse vnum equum: aut vnum hominem, igitur, &c.

Aut contentiosam soluere rationem: quod quidē ambæ rationes habent. & Parmenidis, & Mel. Nam falsa sumunt: & forma sunt vitiosæ. Inepta autem magis est ratio ipsius Melissi: nec dubitationem habet: sed uno absurdo dato cætera accidunt. Hoc vero nullam habet difficultatem.

Tex. cō. 10 *Aut soluere rationem litigiosam: quod sane vtreque quidē habent rōnes, & Melissi, & Parmenidis. Etenim falsa recipiunt: & nonsyllogizantes sunt. Magis autem Mel. onerosa ratio, & non habens defectum. Sed uno incōuenienti dato alia contingunt. Hoc autem nihil difficile.*

PRobato, quòd naturalis non habet arguere contra opinionem Parme. & Mel. probat Philosophus, quod naturalis non hēt soluere rationes Parme. & Mel. & hæc est quinta conclusio huius libri quæ probatur dupliciter, & primo sic. Ad naturalem non pertinet soluere rationem litigiosam manifeste peccantem in materia, & forma. Sed rationes. Parme. & Mel. manifeste peccant in materia, & forma: ergo, circa hanc rationem sic procedit Philosophus: quia primo ponit rationem dicens, aut soluere rationem litigiosam: supple non pertinet ad Philosophicum: sicut nec arguere contra opinionem fatuam, & friuolam: & huius ratio est: quia Philosophicus cum sit artifex realis non habet soluere rationes debiles, & friuolas ex non naturalibus factas: nec circa eas insistere. Secundo autem ponit minorem cum sua probatione dicens, quod sane, idest certe vtrinsque rationes habent hic, scilicet, quod sunt litigiosæ, & sophisticæ: cuius probatio est: quia illæ rationes quæ peccant in materia, & forma sunt litigiosæ, & sophisticæ: sed rationes Parme. & Mel. peccant in materia, & forma, ergo, &c. Etenim falsa recipiunt. & sic peccant in materia. Et non syllogizātes sunt. & sic peccant in forma. Tertio item comparat rationes Parmeni. & Mel adinuicem dicens, quod ratio Mel. est magis onerosa idest magis vanaquam ratio Parme. Et non habens defectum: hoc est non inducens dubitationem: sed licet ratio Parme. non sit ita vana, sicut ratio Mel. tamen ad eam sequuntur multa inconuenientia: quia vno inconuenienti dato multa sequuntur, hoc autem videre non est difficile. Notandum secundum Commentatorem hic, quod ratio Mel. est magis vana quam ratio

Quinta conclusio huius libri.

Notabile. Parme. quia ratio Mel. nullam conclusionem concludit: quia minor est negatiua in prima figura: sed ratio Parme. aliquam conclusionem concludit: quamuis non concludat conclusionem, quam ipse intendebat: & tamen vtraque ratio peccat in materia, & forma. Vnde Mel. intendebat probare, quod est tantum vnum ens: & illud est infinitum, & immobile. Et eius ratio fuit illa. Omne quod generatur habet principiū, ergo omne, quod non generatur non habet principium: sed quod uō habet principium, est infinitum & quod est infinitum est tantum unum: quia non permittit secum aliud: & est immobile, quia ex quo infinitum occupat totum locum: & non est aliquis locus extra ipsum ad quem possit moueri. Vnde ar. suum in forma fuit illud. Omne, quod generatur habet principiū: sed ens non generatur, ergo ens non habet principium. & si non habet principium, ergo est infinitum, & vnum, & immo-

Ratio Melissi.

A bile. Vnde ista ratio peccat in materia; quia concedit illam propositionem falsam, scilicet omne, quod non generatur non habet principium: instantia est in corpore cœlesti: & etiā peccat in forma quia si ratio sua sit propositio hypothetica: tunc ibi est fallacia consequentis: quia arguitur a destructione antecedentis ad destructionem consequentis cum minor sit negatiua in prima figura, & sic ratio Mel. nihil concludit. Ratio autem Parme. fuit ista, Quicquid est præter ens est non ens: sed non ens est nihil, ergo quicquid est præter ens est nihil: sed ens, & unum conuertuntur, ergo quicquid est præter unum est nihil, ergo tantum unum est, & quamuis ista ratio sit uana: quia peccat in materia, & forma, ut postea patebit. tamen est minus uana quam ratio Mel. & hoc ideo: quia minor non est negatiua in prima figura: & etiam quia concludit aliquam conclusionem, scilicet illam: non tantum unum est: ut postea dicetur: quamuis non concludat illam conclusionem, quā Parme. intēdebat: sed minor in ratione Mel. est negatiua in prima figura: & ideo eius ratio nullā conclusionē cōcludit. Ratio Parme.

B At nobis ea quæ natura constant: aut oīa aut aliqua mouet subjiciatur. quod quidem patet inductione. Et insuper nec oīa sunt soluenda. Sed ea tantum quæ quispiam ex principijs ostendit falsa. Quæ uero hanc conditionem egrediuntur: nō sūt soluenda. Veluti quadrationē eā quidē q̄ p partes extruitur: ad geometrā dissoluere ptinet. Antiphōtis aūt: nō ad geometrā redarguere spectat.

Tex. c. 11. *Nobis autem subijciatur quæ sunt natura aut omnia, aut quædam moueri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Similiter autem neque soluere omnia conuenit: sed aut quæcunque ex principijs aliquis demōstrās mentitur. Quæcunque uero non, minime: ut tetragonismum eū quidem qui per decisiones geometrici est dissoluere. Illum autem qui Antiphontis non geometrici est.*

Probatio quintę cōclusionis. SEcundo probatur eadem conclusio, scilicet, quòd naturalis non habet soluere rationes Parmenidis, & Mel. & hoc probatur sic. C Naturalis non habet soluere, nisi rationes concludentes falsum: suppositis tamen principijs scientię naturalis: sed Parme. & Mel. non supponebant principia sciētiæ naturalis, ergo, &c. Huius rationis primo ponitur ꝓbatio minoris, quæ est illa principium apud naturalē est: aut oīa, uel q̄dā moueri, & sic principiū apud naturalem est motū esse: sed Parme. & Mel. negabāt motū esse: ergo ipsi non supponebant principia scientiæ naturalis. & sic patet minor: deinde ibi [Similiter aūt neq; soluere.] Ponitur maior cū sua probatione, quæ est per simile in alijs scientijs, quoniam geometra habet soluere rōnē Brissonis quæ per decisiones probat quadratum adequari circulo; quia Brisso supponit principia geome. sed rationem Antiphontis non habet geome. soluere; quia non supponit principia geometriæ. Sed circa probationem minoris sunt duo notanda, & unum dubitandum. Primo notandū esse secundum Commen. quòd cum Philosophus dicit [Subijciantur autem nobis omnia aut quædam moueri.] dixit q̄dā pia seruādo se ab aīa, & a formis naturalibus. Etenim est dubium utrū sint mobiles uel immobiles, sed licet non moueantur, tamen sunt naturales secundum, quòd sunt in moto, uel in mobili; aut dixit hoc; quia dubitatur de partibus quę sunt D apud centrum terræ utrum possint moueri aut non; & similiter est dubium; utrum terra possit moueri aut non. Secundo est notandum secundum Commē. quòd intentio prima Philosophi non est, hic contradicere opinionibus falsis in hac scientia, sed declarare substantias, & quidditates rerum naturalium, & ex hoc notādum habetur, quòd naturalis habet determinare de quidditatibus rerum naturalium, & q̄ non solus metaphysicus hēt declarare, & cōsiderare q̄dditates rerum naturalium, &c. Sed dubitatur utrū naturalis habeat supponere motū esse, aut possit aliquo mō ꝓbare motum esse. Et videtur, quod naturalis possit probare motum esse, quoniā motus est passio mobilis, & habet causam in mobili per quam potest probari de mobili naturali, ergo potest ꝓbare motū esse in ipso mobili, si motum esse in ipso mobili, est motū eē, cum accidentis esse sit inesse subiecto, ergo naturalis pōt probare motum esse. Huic dubitationi potest dici dupliciter, uno modo, quod motum esse potest probari a naturali propter rationem dictam, scilicet, quia hēt causam in mobili, & tamē motū esse est supponendum a naturali, sed alio mō motū esse

Notabile primum.

Notabile secundū.

Dubium.

Responsio.

Deus est primum verum, quia verum dicitur vniuoce de primo causa, & de alijs veris, & quia prima causa est causa omnium verorum in eo, quod sunt vera, ideo prima causa est primum verum, quia quod dicitur vniuoce de causa, & causato, prius dicitur de causa, & patet sic, verū dr̃ vniuoce quamuis dicatur, secundū prius, & posterius, sed hæc nominatio est communiter dicta. Proprie vero illud dicitur vniuocū, quod importat vnum conceptū conuenientē pluribus æqualiter, & sic loquit

Algazel. Algazel tractatu primo suæ meta. vbi vult, q̃ dicatur vniuocum, quod dicitur de pluribus, sine differētia prioris, & posterioris, & sine differentia potentiæ, & debilitatis. Vniuocū aūt magis proprie, est illud, quod solum dicitur de pluribus differentibus numero, solū quæ non differunt per differentias essentiales, nec secundū magis perfectum, & minus perfectū. Et illo modo loquit̃ Philosophus de vniuoco. 7. huius, vbi vult,

Philos. 7. phys. t. ca. 3. quod genus non sit vniuocum, sed æquiuocū, nam dicit Philosophus, q̃ in genere latent multæ æquiuocationes, i. multæ diuersitates specificæ, & formales. Eodem etiam modo dicitur, æquiuocum tripliciter, videlicet, cõiter proprie, & magis proprie, vnde cõiter loquendo, omne illud est æquiuocum, quod importat vnum conceptum conuenientem differentibus specie, & sic loquitur Philosophus 7. huius dicens, q̃ in genere latent multæ æquiuocationes, & illo modo dicimus, quod generatio est æquiuoca qñ generans, & generatum non sunt eiusdē speciei specialissimæ. Et proprie illud est æquiuocum, quia importat vnū cõceptum non æqualiter, & æque primo conuenientem eis quibus competit.

Respõsio. Sed æquiuocum magis proprie dicitur illud, quod non importat vnum cõceptum sed plures. Cum igitur quæritur verū ens sit æquiuocum vel vniuocum, dico, quod communiter loquendo, de vniuocatione, sic ens est vniuocum, quia importat vnum conceptum, vt probant rationes in oppositum, sed non est vniuocum proprie, quia nō competit æqualiter omnibus, vel illis de quibus dicitur, quia in æquiuocis non est comparatio, nec est vniuocū magis proprie, quia non dicitur solum de differentibus numero solo, sed etiam de differentibus genere, & specie. Dico etiam quod ens est æquiuocum cõiter, & proprie. Est enim æquiuocum communiter, quia importat vnum conceptum cõuenientem pluribus differentibus specie. Et est æquiuocum proprie, quia importat unum conceptum qui non competit æqualiter, quibus competit, sed non est æquiuocū magis proprie, quia non importat plures conceptus. Et per hoc soluuntur argumenta.

Nā si est substantia, & qualitas, atq; quantitas, siue separata, seu iunctaq; sint ea quæ sunt, non vnū, sed plura profecto sunt. Sin vero qualitas sint uniuersa, uel quantitas, siue sit substantia, siue nō sit, absurdum est sane, (si id quod esse non potest, absurdum oporteat appellare.) Nihil enim cæterorum præter substantiam separatum per se, idest sunt in subiecto esse potest. Vniuersa enim hæc de subiecto dicuntur, de substantia quidem ipsa.

Tex. co. 4. *Siquidem enim erunt, & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue resoluta adinuicem, siue non: multa sunt quæ sunt: si vero omnia, aut quale, aut quantum sunt, siue cum sit substantia, siue cum non sit, inconueniens est, si oportet incõueniens dicere impossibile. Nullum autem alterum separabile est extra substantiam. Omnia namque de subiecta dicuntur substantia.*

Sexta conclusio huius libri. POsito primo principio arguendi contra Parmen. & Mel. & posita diuisione entis. Nunc tertio Philosophus ex diuisione entis arguit contra Parmen. & Mel. probando, quod eorum conclusio est falsa, scilicet, quod ens sit tantum vnum, & hæc est sexta conclusio huius libri, scilicet, quod ens nō est tantum vnū, sic intelligendo conclusionem, scilicet, q̃ nō est vnū ens tm̃: ita, q̃ non sit aliquid aliud. hæc igitur conclusio probat̃ sic, primo, aut illud vnū ens est substãtia, aut q̃titas, vel qualitas, &c. aut est vnū illorū tm̃, si detur primū, sequit̃, quod multa sunt, scilicet substãtia, & accidens, & hoc sequit̃, siue ponant substãtia, & accidens esse separata abinuicē, siue nō, & sic sequitur, q̃ ens nō est tm̃ unum. Si uero detur, q̃ nullum illorum tm̃ sit, aut illud est accidēs, aut substãtia, si sit accidens, aut igitur substãtia hēt esse, aut nō, sed siue sit, siue nō, sequitur inconueniēs, & impossibile, quia si esset substãtia, sequit̃, q̃ multa sunt, & si nō esset substãtia, sed accidens, sequitur ēt impossibile, scilicet q̃ accidens sit separatum a substantia, quod est impossibile, quia nullū accidēs est separabile a substãtia, sed omnia accidentia dicuntur de substantia tanquam de subiecto.

Atqui Melissus id, quod est, infinitū asserit esse. Id ergo, quod est, quantitas est quædam. Infinitū enim in quantitate nimirū est. Substantia aūt infinita, aut qualitas, aut affectus īfinitus esse nō pōt, nisi p accidens, si simul, & quāta sit quædā. Infiniti namq; ratio quantitate vtitur, nō substantia, nō qualitate. Si igitur, & substantia sit, & quātitas id quod est, non vnū, sed duo esse videntur. Sin vero sit solum substantia, infinitū sane non est, neq; magnitudinē vllā habebit, erit.n. quantitas quædam.

Melissus autē, quod est, infinitum dicit esse. Quantū itaq; aliquid est, quod est. Infinitum enim in quantitate est, substantiā autē infinitum, aut qualitatē, aut passionē esse non contingit, nisi secundū accidens, si simul, & aliqua quantitates sunt. Infiniti autem ratio quantitati cōgruit: sed nō substātiæ, neq; qualitati. Si quidem igitur substantia est, & quantum, & duo, & non vnum est, quod est, si vero substantia solum, nō infinitum est, neq; magnitudinē habebit vllā, quantū enim quoddam erit. Tex. com. 15.

PRobato, q̄d illud ens, q̄d ipsi ponūt, tm̄ esse, nō pt esse tm̄ accidens, eo, q̃ accidēs nō est separabile a substantia, pbat Philosophus, quod illud ens nō pōt esse substantia, quia si nihil sit ens, nisi sola substātia cum substantia de se nec est finita nec infinita, sequitur, q̃ illud ens, quod ipsi ponunt esse, nec est finitū nec infinitū, quod est contra eos, quia Me. dicit illud esse īfinitū. Parme. vero dicit illud eē finitū. Vō notādū scd̄m Cōmē q̃ illa contradictio est secūdū nomē, nō āt scd̄m rē, qm̄ illa nō est fundata sup cōcessis ab eis. Notādū ēt scd̄m Philosophū hic, q̃ nec substātia, nec qualitas, nec aliqd̄ pdicamētū pter q̃titatē est finitū uel infinitū, nisi scd̄m accidēs, r̃ōne q̃titatis. Dicit ēt, q̃ rō finiti, & infiniti congruit q̃titati. Et dicit Notabile.

Cōmē. q̃ finitū, & infinitū sunt dr̃æ quantitatis, & iterum dicit, q̃ diffinitio infiniti est quātū nō terminatū, q̃tū igitur est genus infiniti. Com. 15. Sed hic dubitatur, quia secundum Philosophū infinitū nō est ens, sed q̃titas est ens, & ens non est genus nō entis, ergo quātitas nō est genus infiniti. Dubium. Dicendū, q̃ infinitū est duplex, vt patet p Philosophū. 6. huius, s. infinitū scd̄m diuisionē, & infinitū scd̄m extrema, s. illud, qd̄ caret terminis. Philos. 6. phys. tex. cap. 18. Dico igit̃, q̃ q̃titas est genus īfiniti scd̄m diuisionē, & tale infinitū est ens, sed si loquamur de infinito scd̄m extrema, sic vel possumus loq de infinito pmanēte, vel de infinito successiuo. Respõsio. Primo mō infinitū est nō ens, & q̃titas nō est genus talis infiniti scd̄m veritatē, sed solū scd̄m existimationē. sed si loquamur de infinito successiuo, sic q̃titas bñ est genus infiniti, quia totū est tps infinitū scd̄m opinionē Philosophi, & quātitas ē genus totius tpis, & sic dico, q̃ q̃titas est genus infiniti existētis scd̄m veritatē, & est genus infiniti nō entis scd̄m existimationē, & nō scd̄m veritatē. Ex dictis Philosophi, & Cōmē. hic apparēt tria q̄ cōtradicūt his Modernis. Primū est, q̃titati p se cōuenit hēre finē, vel carere fine cū tā rō finiti q̄ infiniti, si infinitū ponat̃ cōpetat q̃titati, & cū finis sit aliud ab eo cuius ē finis, sequit̃, q̃ quātitas finit̃, & terminat̃ p aliud a seipsa, cuius contrarium dicunt Moderni. Nā dicunt, q̃ pūctus, qui cōiter ponitur terminus lineæ, nō est alia res a linea, nec linea ē alia res a supficie, nec supficies est alia res a corpore, sed quodlibet quantū seipso formaliter finitur, & terminatur: nec reqrit̃ aliud terminans ab ipsa re q̄ terminat̃. Opinio aliquorū q̃ pūctus non est alia res a linea &c. Scd̄m est, q̃ q̃titas est res alia a substātia. Et tertiū est, q̃ q̃titas p se habet partes. De primo, s. q̃ punctus vel linea, aut supficies nō sit alia res a corpore, pbatur multipliciter. Primo: q̃a si esset alia res, aut esset substātia, vel accidēs: nō substātia, vt oēs concedūt, nec ēt accidēs: q̃a oē accidens hēt aliqd̄ subiectū, sibi adæquatū: sic, q̃ illud accidēs perficit totū subiectū, qd̄ sibi adæquat̃, sed pūctus nō hēt subiectū sibi adæquatū: q̃a punctus est indiuisibilis nō hñs finē, & sic non pōt perficere adæquate subiectū diuisibile, cū non possit secundū se totū esse simul in diuersis partibus illius subiecti. Primum argum. Nec pōt punctus esse in subiecto indiuisibili tanq̄ in subiecto adæquato, quia tunc oporteret ponere in cōtinuo īfinitas substātias īdiuisibiles: sicut ponunt infinita pūcta ī cōtinuo, qd̄ ē absurdū. Eodē mō, nec linea, nec supficies pōt hēre subiectū adæquatū, q̃a cū linea habeat lōgitudinē sine latitudine,

dine, vt communiter ponitur, sequitur, ꝙ esset aliqua substantia longa, quæ non esset lata, ꝙ est impossibile. Et eodẽ modo ar. de superficie, quia cum superficies non habeat profunditatem, vt communiter ponitur, sequitur, ꝙ esset aliqua substantia longa, & lata, quæ non hẽret profunditatem, ꝙ est impossibile, quia talis substãtia nec posset poni corporea nec incorporea. In hoc igitur cõsistit tota ista ratio. s. ꝙ quia non põt poni aliqua substantia simpliciter indiuisibilis in ipso continuo, nec ẽt põt poni in ipso continuo aliqua substantia quin sit corporea habens tres dimẽsiones: ideo non põt poni aliqđ accidẽs in cõtinuo simpliciter indiuisibile carẽs longitudine, latitudine, & profunditate, quia omne accidens habet subiectum adequatum sibi ergo, &c. Illa ratio confirmatur specialiter arguendo de puncto, & hoc sic. Si pũctus esset ens positiuũ

Cõfirmatio primæ rationis.

cum non sit substantia, oportet, ꝙ sit, accidẽs, & per consequẽs esset q̃titas, vel qualitas, & sic de aliis, sed nõ potest poni qualitas, nec relatio, & sic de aliis a quãtitate, ergo si pũctus est accidens, oportet, ꝙ sit q̃titas, sed hoc non põt poni, quia omnis quãtitas hẽt partes, ergo, &c. Scđa ratio, impossibile est, ꝙ sint infinitæ res in actu secundum se totas distinctæ, quarum nulla sit pars alterius, nec ex illis fiat unum, sed si punctus esset res distincta a linea, & a corpore, essent infinita pũcta in actu, sicut cõmuniter ponitur, & nullus pũctus esset pars alterius, nec ex punctis constitueretur aliqđ vnum, ergo, &c. Tertio sic per solam diuisionem continui non causatur aliqua res positiua absoluta, sed si punctus esset res distincta a corpore, superficie, & linea, sequeretur, ꝙ per solam diuisionem causaretur aliqua res positiua absoluta. probatur, qa diuidatur continuũ & quæro de punctis terminantibus, aut prius fuerunt, vel nõ: si fuerũt certũ est, ꝙ non distabant situ, & sic punctus fuit immediatus puncto, si vero nunc sunt, & non fuerunt prius, igitur per solã diuisionẽ continui causatur noua res absoluta, ꝙ est falsum. Hoc idem ar. ex parte vnionis sic, per solam unionem partium aquæ, vel alterius cuius partes prius separatæ erant a continuo non generatur aliqua res noua positiua absoluta, nec corrumpitur. Sed si pũctus esset talis res indiuisibilis necessario quandocũq; tales partes vnirẽtur, generarentur & corrũperentur infinitæ res nouæ, quia infinita puncta cõtinuãtia gñarentur. Et prius terminantia corrũperentur. Idem

Cõfirmatio eiusdẽ.

Probatur idem per rationes theologicas.

probatur per rõnes Theologicas, & primo sic. Omnem rẽ absolutã, & distinctam secundum se totam ab alia re absoluta põt Deus creare sine alio, igitur si punctus esset res distincta absoluta a linea posset Deus facere lineam sine puncto, & tũc q̃ro vtrũ illa linea esset finita, vel nõ: si finita, & per positum in ea non est punctus, igitur linea põt terminari sine pũcto, igitur punctus nõ ponitur, ut sit terminus lineæ, si vero detur, ꝙ illa linea carens punctis, non sit finita, igitur est infinita, ꝙ est falsum, quia linea non est maior ex hoc, quia ab ea auferuntur puncta, non igitur oportet ponere punctũ, vt sit terminus lineæ. Eodem modo probatur, ꝙ nõ oportet ponere punctũ, vt cõtinuet lineam, quia Deus põt auferre a linea oĩa puncta, quibus ablatis q̃ro utrum illa linea sit continua, vel non, si sic, frustra ponitur punctus, vt cõtinuet lineã, si vero non, q̃ro an aliqua pars eius sit cõtinua vel nulla, si aliqua pars est cõtinua, & in nulla parte est pũctus: per positũ, sequitur idẽ qđ prius, videlicet, ꝙ continuatio lineæ non est punctus, nec per pũctũ; si vero detur, ꝙ nulla pars illius est continua sequitur, ꝙ aliqua erit linea, q̃ nõ cõponitur ex cõtinuis ꝙ est impossibile. Et cõfirmatur, quia q̃ro aut illa linea, q̃ est sine punctis est cõtinua vel discreta, si continua, & sine pũcto, habetur propositũ, si vero discreta, ergo q̃libet pars est diuisa ab alia, & p cõsequẽs illa linea esset actu diuisa in infinitũ, ꝙ est impossibile. Vñ ista ratio vũ probare, ꝙ linea est sufficienter continua, & infinita per naturam suã sine alia re sibi addita. Item Philosophus primo

Te. cõ. 15. & lib. prædi. l. 9. in. & lib. lex. prin. te. 7. a 3.

huius dicit, ꝙ q̃titas per se est finita vel infinita, ergo sine omni alia re sibi addita est finita, vel infinita. Vnde propter istas rationes dicunt isti, ꝙ nihil est simpliciter indiuisibile in rebus per carentiam omnium partium realiter distinctarum præter substantias separatas a materia, & præter aĩam intellectiuã, & sua accidentia. Vnde dñt, ꝙ punctus nõ est aliqua res indiuisibilis positiua, & absoluta distincta a linea, & ab uĩ quantitate, nec linea est res distincta positiua a superficie, nec superficies a corpore, nec oportet hæc distincta ponere, vt sint termini quantitatis, quia quælibet res diuisibilis seipsa formaliter est finita, & terminata, & continua sine omni alia re sibi addita. Et si quæratur quid sit punctus, dicunt, quod punctus est quantitas tantæ, vel tantæ longitudinis, vel quod punctus est quantitas, vel linea non vlterius protensa, sed ista opinio plenius perscrutabitur in 6. huius. Attamen nunc eidem aliqualiter obuiando arguo contra eam, & soluo rationes in cõ-

trarium. Probo igitur primo, quòd in rebus est aliquid habẽs latitudinem, indiuisibile tamen secundum profunditatem, & aliquid habens longitudinem, indiuisibile tamen secundũ latitudinem, & aliquid simpliciter indiuisibile carens omni diuisione quantitatiua vt punctus. Probo igitur, quòd est aliquid habens latitudinem indiuisibilem secundum profunditatem, & arguo sic. Omnis terminus vlterius est indiuisibilis ex ea parte, qua terminat; sed profunditas siue corporeitas habet terminum vltimum, aliter esset infinita, ergo terminus corporeitatis uel profunditatis est indiuisibilis secundum profunditatem; sed certum est quòd terminus profunditatis habet latitudinem, quia profunditas est lata, ergo in rebus est aliquid habens latitudinem sine profunditate: maiorem probo, quia si vltimus terminus ex ea parte, qua terminat esset diuisibilis, cum omne diuisibile finitum habeat terminum, sequeretur, ꝙ ultimus terminus ex ea parte, qua esset vltimus terminus haberet terminum vlteriorem, & sic non esset ultimus terminus, minor autem patet de se. Huic rationi forte diceret isti, quòd corporeitas non habet terminum nisi seipsam, quia ex seipsa formaliter terminatur, & finitur. Vel forte dicerent, ꝙ quælibet pars vltra quam non protenditur corpus, est vltimus terminus corporis. Sed contra, ex quo corpus est magnitudo finita, & omnem magnitudinem finitam contingit pertransire, possibile est, ꝙ aliquid quod est mobile pertranseat aliquam talem magnitudinem præcise sic, ꝙ maiorem nõ pertranseat, & cum peruenerit ad extremum magnitudinis quiescat, & sit magnitudo a, & mobile b, tunc b, mouetur super a, ipsam pertranseundo, & quæro vtrum dum b, mouetur continue uel est in ultimo termino magnitudinis, uel non; si detur, quòd sic, tunc mobile semper dum mouetur super magnitudinẽ est in extremo magnitudinis, & sic b, prius deuenit ad extremum magnitudinis, quàm ad medium magnitudinis, quod est absurdum, & etiam quia per positum b, debet præcise pertransire magnitudinem a; ergo cum b, est peruentum ad ultimum terminum ipsius a, debet quiescere, & sic simul quiescet, & mouebitur, quod est absurdum. Si uerò detur, quòd b, non semper dum mouetur sit in ultimo termino seu extremo magnitudinis a, cum b, semper dum mouetur est super magnitudinem a, & super aliquam partem ipsius a, ultra quam non protenditur ex illa parte, uersus quam b, mouetur: sequitur, ꝙ nec a, nec aliqua pars ipsius a, est secundum se totam ultimus terminus ipsius a. Confirmatur hæc ratio, quia nulla pars ipsius a, est secundum se totam terminus ipsius a, quia quacunque parte data, aliqua pars ipsius non est terminus, quia a, protenditur vltra aliquam partem cuiuscunque partis datæ, & tunc arguo sic, ultimus terminus simpliciter, & totaliter secundum se totum est terminus, sed nec a, nec aliqua pars ipsius a, est vltimus terminus ipsius a, ergo, &c. Tertio arguitur ad eãdem conclusionẽ sic. Figura corporis finiti est lata, & nõ profunda, ergo in rerũ natura est aliquid latum carens profunditate. Probo antecedens, quia possibile est, ꝙ aliquod corpus manens idem secundum quælibet partem suam, sic, ꝙ nulla pars eius deperdatur, nec aliqua pars noua addatur, transferatur de una figura in aliam, utpura de rotunditate ad figuram triangularem, tunc certum est per positum, ꝙ ibi non est aliqua profunditas, uel corporeitas noua, ergo illud quod secundum se totum est nouum caret profunditate, & tamen habet latitudinem, ut satis manifestũ est, ergo, &c. Huic forte dicerent isti, ꝙ figura nihil est in re nisi ipsum corpus figuratum. Vnde cum dicimus corpus transferri a figura in figuram nihil nouum, & absolutũ, & permanẽs acquiritur, ergo, &c. Sed illud est irrationabiliter dictum, quia certum est, ꝙ idẽ corpus numero manẽs idẽ numero, & specie est, tunc figuræ rotãdæ, & postea alterius figuræ differẽtis secundũ spẽm. s. figuræ quadratæ, uel triangularis, figura igitur est alia spẽ, & tamen idem est corpus numero, & spẽ, ergo figura est alia res a corpore figurato. Item secundum illud artifices operantes innosfigurando nihil facerent, quia nihil est nouũ per operationẽ eorũ nisi figura, sed per te figura nõ est noua, ergo huiusmodi artifices frustra laborarẽt, quia ad nullum finem intentum deuenirent. Tertio ad eandem conclusionem arguitur sic, illud quod uidetur oculo corporali, est aliquid in re, sed oculo corporali uidetur aliquid latum carens profunditate, ergo aliquid tale est in re; maior patet de se, minorem probo sic, cum oculus videt corpus solidum carens diaphaneitate aliquid est ibi, quod secundum se totum uidetur, sic quod quælibet pars eius uidetur secundum se totam, sed nec corpus, nec pars corporis, uidetur secundum se totum sic, quod quælibet eius pars uideatur, quia tunc aliquid interius infra profunditatem uideretur, quod est falsum,

Opinio huius Cõ.

Prima rõ ꝙ sit aliqd habens latitudinẽ.

Rñsiones quæ possent dari contra renentibus.

Secunda ratio.

Cõfirmatio secundæ rõnis.

Tertia rõ.

Respõsio aduersa.

sum quia illud corpus per positum undique caret diaphaneitate, ergo illud, quod secundum se totum videtur caret profunditate, & tamen habet latitudinem, aliter non videretur, ergo in re est aliquid habens latitudinem sine profunditate. Si dicatur huic, quod cum oculus videt corpus solidum carens diaphaneitate non est ibi aliquid secundum se totum visum, ita, quod quaelibet pars eius videatur. Sed contra, in omni motu est dare primum mouens distinguendo primam contra secundam partem, ut patet quinto, & septimo huius, & etiam patet per rationem, quia si sit aliquod mouens aut mouet secundum se totum, & tunc est primum mouens distinguendo primam contra secundam partem, aut mouet secundum partem tantum, & tunc quaerendum est de ista parte, aut mouet sicut prius secundum se totum, & tunc est primum mouens, aut mouet secundum partem, & tunc quaerendum est de illa parte sicut prius, & sic vel proceditur in infinitum in mouentibus essentialiter ordinatis, vel oportebit dare primum mouens, & loquor de mouente permanente, cuius omnes partes sunt simul. Et tunc arguo sic, visibile mouet visum, & visus mouetur a visibili, igitur in illa motione est dare primum mouens quod secundum se totum mouet visum, & per consequens, secundum se totum videtur. Probatur igitur, quod in re est aliquid habens latitudinem sine profunditate. Probo, quod in re est aliquid habens longitudinem sine latitudine, & hoc probatur sic, ultimus terminus latitudinis caret latitudine, quia si haberet latitudinem, cum non habeat latitudinem infinitam, terminaretur ex parte latitudinis, & sic non esset ultimus terminus ex ea parte qua terminatur. Unde sicut probatum est prius ultimus terminus ex ea parte, qua terminat est indiuisibilis, illud igitur, quod est ultimus terminus latitudinis est indiuisibile secundum latitudinem, & tamen certum est, quod habet longitudinem, ergo in re est aliquid habens longitudinem sine latitudine. Item tres sunt dimensiones distinctae, ut patet primo cae. & mun., sed una est dimensio, quae est profunditas, igitur erunt duae aliae dimensiones carentes profunditatem, vel saltem non includentes profunditatem, quae non sunt nisi latitudo, & longitudo, sed si longitudo est lata, vel latitudo profunda, non esset nisi una dimensio, videlicet profunditas. Et haec ratio probat tam de superficie, quam de linea, quod superficies caret profunditate, & linea latitudine. Tertio autem probo, quod in re est aliquid simpliciter indiuisibile quod est terminus continui, ita, quod punctus est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & quod instans est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & quod punctus sit aliquid in re simpliciter indiuisibile, probo, quia illud quod est in re carens longitudine est simpliciter indiuisibile, quoniam omne terminatum habet longitudinem, sed punctus caret longitudine, ergo, maior patet, minor vero probatur, quia punctus est ultimus terminus longitudinis: igitur punctus caret longitudine, consequentia patet, quia ultimus terminus ex parte, qua terminat est indiuisibilis. Unde quia superficies terminat corpus, vel profunditatem, ideo superficies caret profunditate, & quia linea terminat superficiem sine latitudine, ideo linea caret latitudine, & quia punctus terminat longitudinem, ideo punctus caret longitudine, & haec est ratio Phylosophorum propter quam ponunt huiusmodi indiuisibilia. Secundo probo eandem conclusionem sic. Illud secundum quod sphaera tangit planum est aliquid in re, quia si esset nihil secundum illud non esset aliquis tactus, sed sphaera tangens planum tangit planum secundum punctum indiuisibile omnino, ut probatur in geometria, igitur in re est aliquid simpliciter indiuisibile, maior est manifesta, & minor est demonstrata in geometria, patet etiam eadem minor de se, quia illa secundum quae aliqua se tangunt sunt simul adequata, & per consequens sunt eiusdem figurae, ergo si sphaera tangeret planum secundum aliquid diuisibile, sequeretur, quod illa indiuisibilia sphaerae, & plani secundum quae se tangerent essent eiusdem figurae planae, & sic aliqua portio circuli esset plana, & sic sequitur, quod idem esse figurae planae, & figurae circularis, quod est impossibile. Tertio arguitur ad idem sic. Illud quod est centrum circuli est aliquid in re punctus simpliciter indiuisibilis est centrum circuli, ergo, maior patet, quia centrum est de ratione circuli cadens in eius diffinitione, non ens autem non cadit in diffinitione non entis permanentis, nec est de ratione eius, minor uero patet, quia centrum circuli est a quo omnes lineae rectae exeuntes ad circumferentiam sunt aequales, sed huiusmodi est punctus indiuisibilis, nec potest poni aliud nisi ponatur corpus sphaericum, & tunc quaerendum est de suo centro, aut est simplex, & habetur propositum, aut est diuisibile, & quaerendum est de suo centro sicut prius, & sic proceditur in infinitum, & per consequens homo non posset certificari de aliquo corpore utrum sit figurae circularis, vel non: quia non certificatur de aliquo quod est circularis figurae nisi per hoc, quia omnes lineae rectae exeuntes a suo centro ad circumferentiam sunt aequales, quoniam haec est eius diffinitio per quam cognoscitur, sed per hoc non potest cognosci, nisi ponendo centrum indiuisibile, quia ponendo centrum diuisibile oportebit quod illud sit sphaericum, & quod cognoscatur esse sphaericum, & hoc cognosci non potest, nisi per suum centrum, & si illud sit diuisibile, oportet quod sit sphaericum, quod cognosci non potest nisi per suum centrum, & eadem ratio erit de illo, & sic nisi ponatur centrum indiuisibile non potest cognosci de aliquo corpore, utrum sit sphaericum vel non, & haec est intentio Phylosophi 7. ethic. dicentis, quod quia centrum est diuisibile, ideo attingere centrum est difficile, sed recedere a centro est facile. Quarto probo quod instans est aliquid in re simpliciter indiuisibile, & hoc sic. Omnis contradictio habet referri ad eandem mensuram, ut patet per diffinitionem contradictionis, sed pro quacunque mensura diuisibili non repugnat contradictoria esse simul uera, quia unum contradictoriorum potest esse uerum in alia parte mensurae diuisibilis, & aliud contradictoriorum potest esse uerum pro una parte illius mensurae diuisibilis, immo ita est quod pro omni tempore quantumcunque paruo, uel pro omni mensura diuisibili sunt, et sunt aliqua contradictoria uera. Unum in una parte illius mensurae, & aliud in alia parte, ergo cum repugnet contradictoriis quod sint simul uera pro aliqua una mensura, oportet quod hoc repugnet eis pro mensura indiuisibili simpliciter, sed huiusmodi est instans igitur instans est aliquid in re simpliciter indiuisibile. Haec ratio confirmatur sic, haec propositio est uera, uidelicet, quandocunque unum contradictoriorum est uerum, tunc reliquum non est uerum, & tunc quaero utrum hic fiat distributio pro mensura indiuisibili, uel pro mensura diuisibili, si pro mensura indiuisibili habetur propositum. Et quod talis mensura est, & illa non est nisi instans, si uero dicitur quod sit distributio solum pro mensura diuisibili, tunc erit haec falsa. Quandocunque &c. quia quandocunque pro mensura diuisibili unum contradictorium est uerum, pro tunc non repugnat reliquo quod sit uerum, immo pro quacunque mensura diuisibili unum est uerum, pro eadem mensura reliquum potest esse uerum. Secundo probo eandem conclusionem sic. Omne quod quandoque fuit, & quandoque non est, habuit esse in aliqua mensura sibi adaequata, ita quod non ante illam mensuram nec post ipsam, sed multae sunt res habentes esse subito sic quod non permanent per aliquod tempus totum, cuiusmodi sunt radii solis in medio aeris, & incessus luminis, & huiusmodi. Non enim manet idem radius numero per aliquod tempus totum, quia radius fit continue in alia, & alia parte aeris quiescentis, & accidens manens idem numero non minuetur quiescente subiecto, igitur radius habet mensuram adaequatam, sed huiusmodi non est tempus, cum non duret per tempus, ergo erit instans, uel aliqua mensura indiuisibilis secundum durationem quae non potest esse nisi instans, sed quod est mensura rei existentis est in re existens, ergo instans est in re aliquid simpliciter indiuisibile. Sed forte huic dicerent isti quod instans non est mensura in qua res est, nec est uerum de uirtute sermonis quod generatio subita sit in instanti, uel quod radius est in instanti sicut una res in alia, sed dicitur esse aliquid in instanti, quia una eius pars post aliam non generatur, nec est ante aliam. Sed illud nihil est, quia omne quod est, aliquando est, & omne quod fuit, aliquando fuit. Iste igitur radius praeteritus aliquando fuit, sed aliquando est aduerbium, & secundum grammaticos aduerbium aequipollet propositioni cum suo casuali, sicut esse hic aequipollet ei, quod est esse in hoc loco, & eodem modo esse, uel fuisse in tali instanti, uel in tali tempore. Unde esse nunc est esse in hoc instanti praecise, ergo radius qui est nunc praecise est in hoc instanti praecise. Similiter siue ponatur quod radius est in instanti siue non, semper oportet ponere quod est aliqua mensura adaequata sui esse, quia aliter non contingeret soluere istam quaestionem quae quaerit quandiu iste radius fuit, uel quando iste radius fuit. Ad probandum istas quatuor conclusiones sunt auctoritates innumerabiles, sed quia isti nullam auctoritatem admittunt nisi propriam, sufficiant ad praesens istae rationes. Ad rationes uero in contrarium. Ad primam quando dicitur quod omne accidens habet subiectum sibi adaequatum, dico quod illa propositio est falsissima, immo nullum accidens quod est terminus alterius accidentis habet subiectum sibi adaequatum, quia omne accidens quod est terminus est in eodem subiecto in quo est illud cuius est terminus, & quia terminus non adaequatur ei cuius est terminus: ideo terminus non adaequatur suo subiecto. Unde illa propositio est uniuersaliter falsa, uidelicet: Omne accidens habet subiectum sibi adaequatum, loquendo de accidente quod est ultimus terminus alterius accidentis. Ad confirmationem uero quando dicitur quod si punctus est, uel est substantia, uel accidens, dicitur quod est accidens. Et quando dicitur si est accidens aut

Quia in re est aliquid habens long. sine latitudine

Prima ratio.

Quia in re est aliquid simpliciter indiu.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Phylos. 7. ethi. lec. 7. cap. 6.

Quod instans in aliquid in re sim. di.

Confirmat.

Secundo ad idem.

Responsio quae dari posset.

Obuiatio huius rationis.

Responsio ad primam rationem in contrarium.

Responsio ad confir.

substantiam non est motus, vt motus, vt patet quinto physic. Tex. c. 64. ergo quantitas non est substantia. Itē arguitur sic. Quantitas est per se sensibilis; quia secundum Philosophū secundo de aīa. dī. quod magnitudo est per se sensibilis: sensibile. n. cōe est magnitudo: & sensibilia cōia sunt per se sensibilia, & substantia non est per se sēsibilis, sed per accidēs, vt patet per Philosophū ibidē, ergo, &c. Itē rō huius opinionis nō valet, quia si valeret, tūc per eandē rōnē posset probari, quod materia prima esset q̄titas, & forma substātialis extensa esset q̄titas, & quod color esset q̄titas, quod si isti concedant, tunc cōtra eos sequeretur, quod plura corpora essent simul adæquate, quod est impossibile, quia oē corpus hēt dimensiones, & multæ trinæ dimensiones non psūt esse simul nisi vndiq; penetrarent se. Secundo arguo sic. Oīs q̄titas adueniēs alteri q̄titati faciūt totū maius q̄titatiue, sed qualitates aduenientes q̄titati faciūt nō totū maius q̄titatiue, vt patet mani feste, igitur qualitas non est quantitas. Quare dicendum est cum Philosopho, quod substantia, & quantitas sunt res distinctæ. Et ad rationes in contrariū cum dicitur. Oēm rem absolutam priorem alia re absoluta potest Deus conseruare in eodē loco destruendo posteriorē, &c. Dico per interēptionē, quia Deus non potest supplere vicē cāæ formalis, quia Deus non pōt facere album sine albedine, nec potest facere hominem sine aīa, nunc vero substantia non habet partem extra partem formaliter nisi per quantitatem, & ideo Deus nō potest conseruare substantiam a quantitate, sic, quod habeat partem extra partem, destructa quantitate, quia hoc esset conseruare effectum causæ formalis sine causa formali, & cum substantia nō occupet locum nisi per hoc, quia habet partem extra partem, sequitur, quod Deus non potest cōseruare substantiam in loco destructa quantitate. Et eodem modo dico ad aliam rationem, quando dicitur, quod contingit intelligere substantiam quiescentem in eodem loco illa circumscripta per intellectum, &c. Dico per interemptionem, quia non contingit intelligere substantiam occupantem locum nisi intelligatur quantitas, & etiam locus, quæ sunt tamen res posteriores in esse. Nec est uerum, quod contingat aliquem intelligere substantiam existentem Tex. c. 15. in loco circumscripta re posteriori, idest ipsa quantitate. Tertio patet ex dictis Philosophi hic, & etiam Commentatoris, quod quantitas de se habet partes quantitatiuas, quoniam illud, quod de se est finitum, vel infinitum de se habet partes quantitatiuas, sed quantitas est huiusmodi secundum Philos. & Cōmentatorē hic, ergo, &c. Sed, quod quantitas sit diuisibilis, & habeat partes, & non solum sit illud quo aliquid hēt partes probatur, & primo sic. Quoniam manifestum est, quod partes substātiæ cōpositæ sunt diuisibiles, & quātæ, vt manus, pes, brachiū, &c. Et tūc quæro, an brachiū aut manus, vel pes, &c. hēant eandē q̄titatem numero per quam extenduntur, aut aliā, & aliā. Nō est dare primū, quia sic eadē q̄titas numero esset in manu, & pede, quod est impossibile. si vero detur secundū, sic habetur propositum, quia ex quantitatibus partium constituitur tota quātitas, ergo tota quantitas substantiæ compositæ habet partes, Tex. c. 8. quia quantitates partium sunt partes quantitatis totius. Et eodem modo posset argui de quantitate cuiuscunque partis. Itē indiuisibile carens partibus non facit maius secundum Philosophum sexto huius, si ergo quantitas est indiuisibilis carens partibus, sequeretur, quod per quantitatem non efficeretur aliquid maius, quod est falsum, quia vna substantia non est maior alia, nisi quia hēt maiorē quantitatē, & cū est certū, quod per augm̄ auctu sit maius. Et per augmentationem nō acquiritur nisi quātitas, ergo quantitas efficit aliqd maius, quod non esset si quantitas foret indiuisibilis. Item ad illud, quod consistit in Tex. c. 37. 60. 21. indiuisibili non est motus, sed ad quantitatem est motus, ergo quantitas non cōsistit in indiuisibili, maior patet septimo huius. & eius ratio potest esse ista, quia omne quod mouetur est diuisibile, vt patet sexto huius, sed motus extenditur ad extensionem mobilis, quia in alia, & alia parte mobilis est, alia, & alia pars motus: cum igitur cuilibet parti motus existenti in parte mobilis correspondeat pars termini ad quem, quoniam cuilibet, quod mouetur acquiritur aliquis terminus motus, sequitur, quod sicut motus extenditur in mobili, ita terminus extenditur in mobili, & sic patet maior, minor vero est manifesta quinto huius, vbi vult Philosophus, quod ad quantitatem sit motus. Item omne per se sensibile est diuisibile, sed magnitudo quæ est quantitas est sensibilis per se, ergo, maior est demonstrata in libro de sensu, & sensato, & minor est nota secundo de anima, vbi vult Philosophus, quod 2. c. 61. sensibilia communia, de quorum numero est magnitudo, sunt sensibilia per se. Item si quantitas esset indiuisibilis per se, tunc suppositiones geometricæ essent falsæ, videlicet, quod a puncto ad punctum contingit rectam lineam ducere, sed illud esset falsum, quia non contingit indiuisibile ducere, & similiter illa essent falsa, videlicet, angulus rectus est maior acuto, quia indiuisibile non est maius nec minus. Item etiam illa conclusio esset falsa, videlicet triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quia triangulus est quantitas, & si quantitas est indiuisibilis, & indiuisibile non habet partes, & ita nec triāgulus haberet tres angulos. Et eodem modo est de omnib. cōclusionibus arithme. & geom. quia istæ scientiæ sunt de quantitate, & ita si quantitas non haberet partes tota mathematica, vel maior pars, esset falsa. Quare dico, quod quantitas est diuisibilis habens partem extra partem, & hoc, videlicet habere partem extra partem competit quantitati per se, & primo, quod patet. quia passio, quæ in multis non subalternatim positis competit alicui primo, mediante qua inest multis, quorum nullum ponitur sub alio, quia inest qualitati, & quantitati, quorum nullum est sub alio, ergo ista passio inest alicui primo, sed non inest primo nisi quantitati, quia cæteris prædicamentis solum inest secundum accidens, vt patet per Philosophum, ergo, &c. Et si dicatur, quod habere partes primo inest quanto, sed non inest primo quantitati. Contra, quæro quid intelligis per quantum, quia aut intelligis quātitatem, aut intelligis substantiam quantitatis, aut totum aggregatum ex subiecto, & quantitate. Si intelligis primum habetur propositum, videlicet, quod quantitas habet partem extra partē, nec est dare secundum, quia substantia quantitatis non est diuisibilis nec habens partem extra partem nisi per accidens. Nec est dare tertium quia totum aggregatum ex subiecto, & quantitate non est vnum ens per se, & per consequens non hēt aliquam per se passionē. Præterea. Si hēre per se partem extra partem inesset primo aggregato ex subiecto, & quantitate oporteret, quod inesset ei, vel ratione subiecti, vel ratione partis subiecti, vel ratione quantitatis, non primum, quia substantia non hēt per se partē extra partem, nec ratione partis subiecti, quia substantia per accidens hēt partem extra partē, & per consequens pars subiecti, nec ratione quantitatis, quia secundum illam positionem quantitas non hēt partem extra partē. Præterea. Illud, quod si esset separatum, & per se existens occuparet locum habet partem extra partem, sed quantitas est huiusmodi, ergo, maior de se patet, & minor est nota quarto huius, vbi dicit Philosophus, quod si esset corpus cubū separatum, & poneretur in aqua faceret tm̄ de aqua recedere quantum est corpus cubum, quod non esset nisi corpus cubum occuparet locū, vt dicit Commen. primo de generatione. c. de tactu, quod formæ mathematicæ non abstrahunt a loco sicut ab aliis accidētibus, quia si essent separatæ adhuc occuparent locum. Propter igitur ista, & multa alia videtur mihi, quod quantitas de se habeat partem extra partē, & hoc vult Philosophus expresse in libro prædicamentorum. ca. de quantitate. d. quod quantitas continua est illa cuius partes copulantur ad vnum terminum cōem, ergo quantitas continua hēt partes. Item quarto huius Philosophus vult, quod si quātitas esset separata a subiecto adhuc repleret locum, & faceret distare, vt si cubum foret separatum, & poneretur in aqua tantum faceret distare de aqua quantum est cubum, & ideo Commen. primo de generatione vult, quod si mathematica essent separata adhuc replerent locum, quod non esset nisi essent diuisibilia. Ex his igitur auctoritatibus est cōcludendum, quod quantitas hēt partem extra partē, Com. primo de generatione sed ex hoc nō sequitur, quod sit alia diuisibilitas quantitatis, & substantiæ, immo quantitas est diuisibile, & substantia etiam est diuisibile, aliæ sunt partes quantitatis, & aliæ substantiæ siue subiecti, & tn̄ est eadem partibilitas, & diuisibilitas quantitatis, & subiecti, aliter. n. sequeretur, quod duæ partibilitates essent simul, s. duæ corporeitates. Sed cōtra hoc arguitur probando, quod quātitas non habet partem extra, quia si sic, tunc quantitas esset quanta, & linea esset quanta, quod est falsum, quia idem non denominat seipsum, nec genus prædicatur denominatiue secundum Philosophum in Topicis de sua specie. Dicendum est igitur, quod denominatiuum est illud, quod importat aliquā formam tanquam eius accidens, vt patet per Simplicium in prædicamentis. Vnde quia album est denominatiuum, ideo albū significat albedinē tanq̄ eius accidens. Et ideo dico, quod per quantum possumus duo intelligere, videlicet, vel habens partem extra partem, & sic quantum prædicatur de quantitate, & sic non est denominatiuum quantitatis, possumus etiam quātum intelligere habens quantitatem tanquā accidens, & isto modo quantum est denominatiuum quantitatis, & ita non prædicatur de quantitate, & ideo si quantitas sit diuisibilis, ex hoc non sequitur, quòd idem prædicetur de se denominatiue, nec quòd genus prædicetur de sua specie denominatiue.

Præterea

A erant vnita, quoniam illa eadem quæ prius erãt vnita, postea sunt diuisa, si igitur, quando erant vnita erant idem, quod homo, sequitur quod quoniam sunt diuisa, sunt etiam idem ꝙ homo, sed quando sunt diuisa certum est quod manet, ergo homo manet diuisis, & dissolutis partibus. Tertio vero probatur propositum per rationem Aristo. & hoc sic. Quæcunque sunt eadem eidem numero, sunt etiam eadem inter se, si igitur omnes partes simul sumptæ sunt idem eidem toti, illæ etiã sunt eædem inter se, & sic sequitur quod omnes partes simul sumptæ sunt eædem inter se, ergo sequitur quod cõpositũ est indiuisibile. Hæc ratio confirmatur sic, si materia & forma, simul sumptæ sunt ipsum compositum, & ipsum compositum est vnum numero, sequitur quod materia & forma sunt vnum numero sed hoc est impossibile, quia si sint vnum numero non differunt, & sic compositum erit indiuisibile, quia non habet diuersitatem in partibus. Hæc ratio confirmatur, quia si totum vniuersum est vnum numero: nam iste mundus est indiuiduum vnum, & vnum numero, si igitur partes simul sumptæ sunt ipsum totum, tunc sequitur quod omnes partes huius mundi, simul sumptæ sunt iste mundus, & iste

B mundus est vnum numero, ergo omnes partes huius mundi essent vnum numero, & sic sequitur opinio Parme. & Me. videlicet, quod omnia sunt vnum numero, & sic Deus, & Diabolus essent vnum numero, & etiam substantia, & accidens erunt vnum numero, quia substantia, & accidens constituunt aliquid vnum numero, & albedo, & sortes constituunt sortem album, & sortes albus est vnum numero: si igitur sortes, & albedo simul sumpta sint idem, quod sortes albus, sequitur quod sortes, & albedo sunt idem numero & sic substãtia, & accidens erunt idem numero, & ita illa quæ differunt genere erunt idem numero, quòd est impossibile. Quarto probo propositum, quoniam accipiamus vnum continuum, vt vnam virgã, & signentur in ea duæ medietates eius, tunc illæ duę medietates eius sunt illa virgo. Deinde assignentur quatuor quartæ, tunc istæ quatuor partes sunt ista virga, & eodem modo omnes partes constituentes perfecte illam virgam erunt illa virga, si igitur omnes partes constituentes totum sufficienter sunt ipsum totum, sequitur ꝙ duæ medietates sunt quatuor partes, & etiam quod sunt mille, & sic duo essent mille, ꝙ est impossibile. Iuxta eandem materiam arguo sic, nam certum est, ꝙ ista virga habet partes essentiales, vt puta materiã

C & formam, & etiam partes quantitatiuas, vt duę medietates & quatuor quartas & sic deinceps, si igitur partes sunt eædem toti, tunc materia & forma illius virgæ sunt illa virga, quia certum est, quod materia & forma constituunt virgam illam sufficienter, Et similiter partes quantitatiuę illius virgæ sunt eædem illi virgæ, & sic simplicia erunt composita, & etiam partes essentiales erunt partes quantitatiuæ, quod est impossibile. Propter igitur ista & multa alia dico quod, nec partes coniunctim, nec diuisim sunt eædem toti. Attamen concedendum est, quod partes constituunt totum, & negandum, quod partes sint ipsum totum, quia eo ipso quod partes constituunt totum, sequitur quod partes non sunt ipsum totum, quia idẽ respectu eiusdem non est constituens & constitutum. Et dico generaliter quod nulla propositio affirmatiua est vera de virtute vocis, in qua affirmatur terminus communis in numero singulari supponens pro suppositis de aliquo termino sumpto in numero plurali, & supponente pro suppositis, quia terminus acceptus in numero plurali supponens pro suppositis supponit pro multis simul acceptis, sic quod non verificatur, nisi de multis simul acceptis, sed terminus communis acce-

D ptus in numero singulari supponens pro suppositis accipitur ꝓ aliquo vno numero, & ideo talis affirmatiua est falsa, quia denotatur quod diuersa numero sunt vnũ numero, vel econuerso, & ideo ista est falsa partes sunt totum, & hæc similes partes sunt aliquid. Nec obstat dictum Porphy. dicentis, quod participatione speciei plures homines sunt vnus homo, nec etiam illud Philosophi dicentis in textu, quod vnum in actu est multa in potentia. Vnde sermones autheotici sunt intelligendi in sensu in quo fiunt, & non in sensu quem faciunt, & dictum Porphy. sic est intelligendum, quod participatione speciei plures homines conueniunt in natura humana. Et illud Philosophi quod vnum in actu constituitur ex multis in potentia. Nec concedit Comment. illam affirmatiuam, scilicet, quod omnes partes insimul sunt idem numero toti, sed concedit illam negatiuam, scilicet, quod omnes partes insimul non sunt aliud a toto, quæ negatiua bene est vera, quia omnes partes insimul nõ sunt aliquid, sed aliqua. & ideo, nec sunt idem toti, nec aliud a toto, sed qualiter intelligitur illud quod Comment. dicit, scilicet, quod illud est sophisma-

A compositionis & diuisionis est dubium. Ideo dicendum quod hæc ratio, scilicet, omnes partes non sunt aliud a toto, non est multiplex secundum compositionem & diuisionem, sed magis secundum æquiuocationem, ex eo quod ly omnes, potest teneri collectiue, vel diuisiue, sed hæc oratio, hęc pars, & illa, & illa, & sic de aliis non sunt aliud a toto est multiplex secundum compositionem, & diuisionem, & in sensu composito est vera, & in sensu diuiso est falsa. Sed nunc restat videre circa hanc determinationem, vel dubitationem, quomodo & per quid totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, quia aut se toto distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, aut per aliquam eius partem, non est dare primum, quia quod se toto distinguitur ab aliquo non hẽt conuenientiam cum illo, si igitur totum distinguitur se toto ab omnibus partibus simul sumptis, sequitur quod totum nullam habet conuenientiam cum omnibus partibus simul sumptis. Neç est dare, ꝙ totum per aliq̃ vnam partem eius distinguatur ab oĩbus partibus simul sumptis, quia nõ est maior rõ quare magis per vnã partem distinguatur q̃ per aliam. Item quicquid est in

B toto est in omnibus partibus simul sumptis, & ecõuerso, quicquid est in oĩbus partibus simul sumptis est in toto, ergo totũ & oẽs partes simul sumptæ nullo mõ distinguuntur. Dicendũ igitur ꝙ totũ distinguitur ab omnib suis partibus simul sumptis per vnitatem eius, quia totum habet vnitatem & oẽs partes simul sumptæ non habẽt vnitatem, quia quæcunque partes ponãtur, simul non habent maiorem vnitatem quam vnitas lapidis in sacco, quia ex hoc ꝙ partes sunt simul nihil est ibi, nisi hoc, & hoc, & sic non est maior vnitas q̃ vnitas acerui. Et si quæratur quid est illa vnitas per quam totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis. s. vtrum sit ipsum totum, vel aliqua pars totius. Dicendum, ꝙ illa vnitas est ipsum totum, & concedo, quòd totũ distinguitur ab oĩbus partibus, simul sumptis se toto, accipiendo totum cathegorematice, & nõ syncathegorematice, quia totum non distinguitur ab omnibus partibus, simul sumptis ꝑ aliquam partem. Et cũ dicitur, ꝙ illud qđ se toto distinguitur ab aliquo in nullo conuenit cũ illo, dico quòd verũ est si distingueretur se toto sumẽdo totũ syncathegorematice. Ad aliud cum dicitur quòd quicquid est in toto, est in omnibus partibus, simul sumptis potest dici, quòd illud non est verum, quia vnitas est in toto, quę nõ

C est in omnibus partibus simul sumptis, vel concedo, quòd quicquid est in toto sit in omnibus partibus simul sumptis & ecõuerso, ex hoc tamen non sequitur, quòd totũ non distinguatur ab omnibus suis partibus, sed solum sequitur, quod totum per nihil, quod est in eo distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, sed cum hoc stat, quòd totũ seipso distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis, igitur &c. Aliter tamen põt dici. s. quòd totũ distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis per omnes partes, quia totum per vnam partẽ differt ab alia parte, & per aliam partẽ ab alia parte, & sic de singulis, ideo totum differt ab oĩbus partibus simul sumptis per omnes partes simul. Exemplum huius, si accipiatur aliquod diffinitũ, quòd per oẽs particulas positas in diffinitione sua distinguitur ab oĩbus aliis. v.g. sicut nomen distinguitur ab oĩbus aliis per particulas positas in sua diffinitione diuersas, vt patet per hoc, quòd est uox, distinguitur a non uoce, & per hoc quod est vox significatiua differt a voce non significatiua, & sic per aliam, & aliam particulam diffinitionis differt ab omni alio, & alio. Et si tunc quæratur de tali diffinito per quid distinguatur ab omnibus aliis simul sumptis. Dicendum quod per oẽs

D partes suæ diffinitionis simul, & coniunctim, quia per vnam partem distinguitur ab vno, & per aliam ab alio reddendo singula singulis, & eodem modo potest dici, quod totum distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis per omnes partes insimul sumptas. Viso igitur, quomodo totum distinguatur ab omnibus partibus, videndum est, qualiter etiam totum distinguatur, vel differat ab vna parte, & qualiter pars distinguatur a toto. Vnde dico quod totum distinguitur ab vna parte per aliam partem, immo per quamcunque partem differt ab alia parte. Nam homo distinguitur a suo capite per manum & per pedem, & sic de aliis partibus, & compositum ex materia & forma per formam distinguitur a materia, & per materiam distinguitur a forma. Sed magis dubium est per quid pars distinguatur a toto, & videtur mihi, quod pars non distinguatur a toto per aliquod positiuum, quod sit in parte, quia si aliquod positiuum sit in parte, illud etiam est in toto, sed pars distinguitur a toto per aliquam priuationem aliarũ partium, quas totũ habet, & pars non: v.g. caput distinguitur a toto per priuationem manus & pedis, & eodem modo est de omnibus aliis. Et si dicatur quod omne ens positiuum distinguitur

Qño totũ distinguatur ab omnibus partib. simul sumptis.

Qño totũ distinguit ab vna parte, & qualiter pars distinguit a toto.

stinguitur a quocunque ente positiuo per aliquod positiuum. Dico quod verum est, nisi habeat se sicut pars, & totum, pars enim non potest dici distingui a toto per aliquod positiuum, quia nihil positiuum est in parte, quod non sit in toto. Et si quæratur, vtrum aliquo modo debeat concedi totum esse idē parti vel pars eadem toti dicitur, quod totum est idem parti secundum partem, & non secundum totum. A

Atqui si vnum est, vt indiuisibile, nulla sane quātitas: nulla qualitas erit. Neque igitur infinitum est id, quod est, vt dicit Melissus, neque finitum, vt Parmenides asserit. Ipse neque finis est, vt patet indiuisibile non ipsum finitum.

Tex. c. 18. *At vero si est indiuisibile, nullum erit quantum neque quale, neque iam infinitum, quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum, sicut & Parmenides. Terminus enim indiuisibilis finitus non est.*

B Probato, quòd ens non est tantum vnum continuū, probatur, quod ens non est tantum vnum diuisibile, quia si ens esset tantum vnum indiuisibile, tunc nō erit quātum, neque quale, neque substantia, neque aliquod aliorum prædicamentorum, quoniam omnia talia sunt diuisibilia aut per se, vt est quantum, aut per accidens, ita quod in quolibet prædicamento est reperire aliquod diuisibile, vel per se, aut per accidens, & adhuc sequitur inconueniens contra Parmen. & Mel. quia si ens est tantum vnum indiuisibile, tunc ens non erit infinitum, vt dicit Mel. neque finitum, vt dicit Parme. quoniam finitum, & infinitum non dicuntur nisi de quantitate, & non de aliquo sine quantitate.

At vero si omnia quæ sunt ratione sunt vnum, vt vestimentum ac tunica, fit, vt Hæracliti sententiam dicant. Eadē enim erit boni malique ratio, & non boni ac boni. Quare idem erit bonum atque non bonum, & homo ac equus idem, & homo atque non homo. At sermo ipsorum, non vnum ea quæ sunt, sed nihil asserit esse. Et eadem insuper ratio qualitatis ac quantitatis erit. C

Tex. c. 19. *At vero si ratione vnum sunt quæ sunt omnia, sicut est tunica, & indumentū. Heracliti rationem contingit dicere, idem .n. erit, & bono, & malo, & non bono esse, & bono. Quare idem erit bonum, & non bonum, & homo, & equus. Et non de eo, quod vnum sunt quæ sunt, ratio erit, sed de eo, quod nihil. Et tali igitur esse, & tanto idē.*

Nunc Philosophus probat, quòd ens nō est tantū vnū secundum diffinitionem, quoniam hoc dato Philosophus ducit ad quinque inconuenientia. Primū incōueniens est, quòd, si ens est tantum vnum secundum diffinitionem, sequitur, quòd contraria sunt idem secundum diffinitionem. Secundum inconueniens est, quòd bonum, & malum erunt idem secundum diffinitionem, & sic idem erit bonum, & non bonum. Tertium inconueniens est, quòd disperata, vt homo, & equus erunt idem secundum diffinitionem. Quartū inconueniens est, quòd ens, & nihil erunt idem secundū diffinitionem, quia ipsum nihil aliquo modo est ens, quia est intelligibile. Quintum inconueniens est, quòd quale, & quantum erunt idem secundum diffinitionem, quod est falsum, quia quæ differunt genere nō sunt idem secundū diffinitionē. D

At enim posteri quoque perinde, atque veteres turbabantur, ne ipsis eueniat, vt res eædem simul sint vnum, & plura. Quapropter alij est ipsum auferebant, vti Licophron, alij dictionem transformabant, hominem non album esse dicentes, sed albere, neque ambulantem esse, sed ambulare, ne ipsum est adiungentes id quod est vnum.

Tex. c. 20. *Conturbati sunt autem et posteriores quemadmodū* A *& antiqui, ne forte contingat simul idem vnum esse, & multa. Vnde alij quidem est auferebant, quemadmodum Licophron. Alij autem dictionem mutabant, vt quoniā homo nō albus est, sed albatur, neq; ambulans est, sed ambulat, vt non est adijcientes multa faciant esse vnum.*

Cvm Philosophus destruxit conclusionem Parmen. & Mel. ponis, & destruit opinionem quorundam consentientium conclusioni Parmen. & Mel. quidam enim posteriores Parmen. & Mel dicentes ens esse tantum vnum, quod est substantia, videntes, quòd hoc verbum est copulat inter diuersa, & hoc maxime quando prædicatur accidens de subiecto, ne dicerent multitudinem siue diuersitatem esse, vel vnum esse multa auferebant hoc verbum est a propositionibus, quia si hoc verbum est poneretur in propositionibus per propositiones affirmatiuas denotaretur aliquid esse aliud a seipso: & ita, quòd vnum esset multa, & quidam horum omnino auferebant hoc verbum est dicendo non esse dicendum, quod homo est albus, sed quoniam homo albus. Sed aliqui alij vi- B dentes, quod hæc oratio, homo albus non significat verum nec falsum. mutabant hoc verbum est, in aliam dictionem dicendo, quòd non est dicendum, quòd homo est albus, sed, quod homo dealbatur, nec est dicendum, quòd homo est ambulans, sed, quod homo ambulat, & hoc faciebant ne dicerent multa esse vnum tanquam simpliciter vnum.

Aut id, quod est vnice diceretur. Multa vero sunt ea quæ sunt. Aut ratione, nam aliud est albū, aliud musicum ratione: idem autem est vtrunque, ipsum igitur vnum plura nimirum est. Aut diuisione, vt totū ac partes. Sed hoc loco iam hæsitabāt, atque ipsum vnum multa esse iam fatebantur, proinde quasi non posset vnum ac plura esse, non tamen ea, quę opponuntur. Est enim ipsum vnum, & potentia, & etiam actu. Hoc igitur modo nobis aduersus hanc sententiam proferentibus, ea quæ sunt non posse vnum esse videntur. C

Tanquam singulariter dicto vno aut ente. Sed multa sunt quę sunt, aut ratione, vt aliud albo esse, & musico. Si idem vtraq; multa itaque vnum. Aut diuisione, quēadmodum totum & partes, hic autem iam deficiebant, & confitebantur vnum multa esse, tanquam non conuenire idem vnum & multa esse, non opposita autem, est .n. vnum, & potētia, & endelechia, idest actu, hoc igitur modo facientib. impossibile videtur, quæ sunt vnum esse. Tex. c. 21.

Posita ista opinione Philosophus improbat eam, & primo narrat, quod ipsi fundantur super hoc, quod ens, & vnum dicuntur vno modo tantum. Et dicit Commen. quod sermo eorum fundatur super hoc, quia hoc nomen vnum, & hoc nomē ens, semper significant idem, quod tā non est verum. Et pōt intelligi sic, videlicet, quod sermo eorū fundatur super hoc, quod hoc nomen vnum, & hoc nomen ens, semper significant idem, ita, quod vnum istorum in vna determinata significatione significat idem, & reliquum in omni significatione: quod non est D verum, nunc .n. ens acceptum in quacunque significatione est idem, quod vnum acceptum in vna terminata significatione, vnum .n. dr̄ de vno secundum rationem, & de vno indiuisibili, modo ens non est vnū semper, hoc est non in qualibet significatione sua est idē, quod vnum secundum rōnem, nec ēt est in qualibet significatione idē, quod ens simpliciter indiuisibile, &c. Deinde Philosophus improbat eorum opinionem, & probat, quod illud, quod ipsi hēbant pro inconuenienti non est inconueniens, scilicet quod vnum sint multa, & hæc est nona cōclusio huius lib. scilicet quod vnum est multa, quæ tripliciter probatur, & primo sic, vnum secūdum substātiam est multa secūdum diffinitionē, ergo vnū est multa, cōsequentia patet, & antecedēs probatur, quia albū, & musicum sunt vnum secūdum substantiam, & sunt multa secūdum diffinitionē. Secundo probatur, quia vnum secundū continuationem est multa secundū diuisionem, ergo, vnū est multa, antecedens patet, quia oē continuum est vnū secundū continuitatē, & multa secundum diuisionē. Vnde totum, & partes sunt vnū hoc mō, nec sunt opposita vnū, & multa, quia vnum Nona cōclusio huius libri. Secundo probatur.

vno

Tertio probas. uno modo, & multa alio modo non sunt apposita. Tertio probat, quia unum in actu est multa in potentia, igitur unum est multa. Intelligendum quod hæc prædicatio de virtute sermonis est falsa, scilicet; unum est multa, sed oportet, quod intelligatur sic, videlicet, quod de uno prædicatur multa, vel oportet intelligere numerum pluralem pro singulari, & tunc erit intellectus conclusionis, quod unum est multum, vel dicitur, quod est prædicatio materialis, & talis prædicatio est falsa de virtute sermonis, quamuis sit uera secundum intellectum dicentis.

Atqui neque difficile est ea soluere, quibus illi homines hanc suam sniam ostendebant. Vterque enim contendendo rõcinatur, & Parmenides, & Melissus. Nã falsa sumunt, & rónes forma uitiosas efficiunt. Melissi tamẽ rõ magis est inepta, neque nullã dubitationẽ hẽt profecto. Sed uno absurdo dato: cætera accidunt, quod quidẽ nullã hẽt difficultatem. Patet itaque vitiose Melissum argumentari. Putat.n sumpsisse Si omne quod factum est, principium habet, id quod factũ non est, principium non habere. Deinde hoc etiam est absurdum cuiuslibet esse principium rei, & non temporis, & generationis, non simplicis, sed etiam alterationis. quasi non fieret nulla mutatio simul.

Tex. c. 22. *Et ex quibus demonstrant soluere non difficile est: vtrique.n. sophystice syllogizant, & Parmenides, & Melissus. Nanque falsa recipiunt, & non syllogizantes: est autem magis Melissi onerosa ratio, & non habens defectum. Sed uno inconuenienti assignato aliæ*

Tex. c. 23. *contingunt: hoc autem nihil graue est. Quod quidẽ igitur Melissus male paralogizat, manifestum est. Opinatur.n. accipere si qđ factũ est, habet principium omne, quoniam & quod non factum non habet principiũ: postea, & hoc inconueniens: oĩs esse principium rei, & non temporis, & generationis non simplicis, sed alterationis tanquam non momentaneæ factæ mutationis.*

HAec est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus contradicit argumentis Par. & Mel. & continet quatuor partes, quia primo contradicit argumento Mel. Secundo ibi [Et ad Parmenidem contradicit argumento Par.] Tertio ibi [Neque igitur magnitudo.] Contradicit conclusioni Parme. & Mel coniunctim. Quarto ibi [Sed quod uere est.] Ponit aliam rationem Parm. per quã quidam consentiunt conclusioni suæ. Alij uero propter primam rationem suam consentiunt conclusioni Parme. In prima igitur parte huius particulæ Philosophus narrat, quod nõ est difficile soluere rationes Par. & Mel. quia sunt sophysticæ peccantes in materia & forma, sed rõ Mel est magis onerosa. i. uana, quã rõ Par. & non habens defectum. i. dubitationem, nã rõ Par. est falsa, & multa inconuenientia ad eam sequuntur, eo quia uno inconuenienti dato multa sequuntur, & hoc nihil est graue, sed ualde leue est. i. dato uno inconuenienti dũcere ad alia &c. Vnde notandum secundum Commen. quod ratio Melissi est magis uana quam ratio Par. quia ratio Melissi nihil concludit, sed ratio Parme. aliquid concludit, sed non concludit, illud quod ipse intendebat. Vnde ratio Parme. fuit ista. Quicquid est præter eos est non ens, sed non ens est nihil, ergo quicquid est præter ens est nihil, sed ens, & unum sunt idẽ, ergo quicquid est ens præter unum est nihil, igitur ens est tãtum unum. Ista enim ratio bene concludit aliquid, quia concludit istam conclusionem, tantum unum est ens, & hæc est uera, quia uniuersalis de terminis transpositis cum qua conuertitur est uera, nã ista est uera: omne ens est unum, ex qua sequitur, quod tantum unum est ens, sed hanc conclusionem non intendebat Par sed istam. Ens est tantum unum numero sic intelligendo, quod aliquod unum numero est ens, & nihil aliud est ens, nisi illud unum numero, & ista conclusio non sequitur ex præmissis Parm. Quod quidam igitur paralogizãt. Cũ Philosophus narrauit, quod facile est soluere rationes Parm. & Mel. incipit soluere rationem Mel. contradicendo eius argumento, & probat quod ratio Melissi est sophystica, & hæc est decima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illa ratio

Quod nõ sit difficile soluere rationes Parme. & Melissi.

Rõ Parm.

Decima conclu. huius libri.

A quæ peccat in materia, & forma est sophystica, sed ratio Melissi peccat in materia, & forma, ergo, maior est nota, & minor probatur, & primo quod peccet in forma, quia illa ratio peccat in forma, quæ arguit a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, sed ratio Melissi est huiusmodi, ergo, minor patet, quia ipse arguit sic. Si ens est factum, ens habet principiũ, igitur si ens non est factum, ens nõ hẽt principiũ, sed hoc arguitur a destructione antecedẽtis ad destructionem consequentis. Item intelligendũ, quod ratio Mel. fuit ista, si ens est factum habet principium, ergo si ens non est factum non habet principium, sed ens non est factum, ergo non hẽt principium, sed quod non hẽt principium est infinitum saltem ex ea parte qua non hẽt principium, ergo ens est infinitum. Et ex hoc concludebat ulterius, quod ens est unum & immobile, quia si ens est infinitum, oportet, quod sit unum, quia non permittit secum aliquid aliud, & etiam si ens est infinitum est immobile, quia occupat omnẽ locum, & non est aliquis locus ad quem possit moueri. quod aũt ens non generetur, probatur, quia si ens generatur aut ex ente, uel ex non ente, non ex non ente, quia tunc non ens mutaretur in naturam entis, nec ex ente, quia

Rõ Mel.

B tunc non esset antequam generaretur. Tria igitur posuit Mel. scilicet, quod ens est unicũ infinitum, & immobile. Deinde probat Phylosophus quod ratio Mel. peccat in materia, quia hoc nomen principium dicitur de principio magnitudinis, & rei, & de principio alterationis successiuæ non momentaneæ, & de principio temporis, si igitur utitur principio pro principio tẽporis, tunc præmissæ sunt ueræ. s. si ens est factum, habet principium temporis, & si ens non est factum, non habet principium temporis, & sic non sunt utiles ad concludendum illud, quod intendebat concludere. s. quod ens est unum infinitum, & immobile. Vnde accipiendo principium pro principio temporali, sic aliquæ propositiones Mel. sunt ueræ, & una falsa. s. ista. Quod non habet principium temporale est infinitũ secũdum magnitudinem. ista.n. est falsa, quia instantia est de corpore cœlesti, si uero utatur principio pro principio alterationis, sic etiam ista est falsa, omne quod generatur habet principiũ, scilicet alterationis; quia alteratio subita generatur, quia habet esse post non esse, & tamen non habet principium alterationis. Si uero utatur principio pro principio magnitudinis, tunc ista est falsa, omne quod non generatur nõ hẽt principium. s. magnitudinis, uel si aliquod non generatur non ha-

Tria posuit Mel. principiũ capit multipliciter.

Mel. deceptus est, quia accepit hoc nomen principiũ uno mõ.

C bet principium magnitudinis, ista est falsa, instantia est de corpore cœlesti, ideo ista est falsa, quoniam corpus cœleste non generatur & tamen habet principiũ in substantia. s. principiũ magnitudinis, & ita quocunque modo accipiatur principium semper aliqua propositio est falsa de ratione Melissi.

Præterea cur si est unum immobile est? Cor enim & uniuersum oon periude atque pars quæ quidem est unum: hæc inquam, aqua in eodem loco mouetur. Deinde cur alteratio non erit? At uero neque specie unum esse potest, nisi eo ex quo fit ortus: hoc autem pacto nonnulli etiam naturales unum esse omnia dicunt. Sed illo modo esse non potest: homo namque specie differt ab equo, & contraria inter sese simili modo.

Tex. c. 24. *Postea propter quid immobile, si unum est: sicut.n. et*

D *pars una cũ sit hæc aqua mouetur in ipsa, quare, non & oĩs. Postea pp quid alteratio non erit. At uero nec specie possibile est unũ esse, sed sicut ex quo. Sicut.n. et Physicorũ quidam unũ dicunt. Illo aũt modo nõ. Homo namque ab equo alterum est specie, & contraria adinuicẽ.*

ADhuc quod rõ Mel. peccet in materia, probatur, quia accipit, quod si ens est unum & infinitum, oportet quod sit immobile, & posset hoc assignari una conclusio, s. quod nõ sequitur. Quod si ens est unum & infinitum, quod sit immobile, ita quod nihil sit mobile, Attamen non assigno hanc conclusionem pro eo, quod hic ponitur particularis probatio conclusionis, hęc igitur conclusio particularis probatur dupliciter, primo, quia quamuis ens esset unũ & infinitũ, adhuc posset hẽre motũ localẽ in suis partibus, quia totũ põt manere in eodẽ locu, & tamen partes moueri secundum locum, ut patet de toto aere, uel de aqua, quæ sẽm se totũ semper manet in eodẽ loco, & tñ partes mouentur sẽm locũ. Secũdo, quia posito, quod ens sit infinitũ &

 immo-

immobile secundum locũ adhuc pôt esse motus alterationis, quod patet, qa impossibile est existimare, quod oia entia sint unũ nisi secundum materiã, ut plures antiq; opinabantur: qui ipsi ponebãt, quod oia entia sunt ignis, aut terra, aut aer: sed quod oia entia sint vnũ in forma est impossibile opinari, nam manifestũ est, quod homo est alius ab equo in forma, & manifestum est, quod contraria differunt a seinuicem secundum formam, cum igitur illa, quæ differunt secundum formam, & sunt contraria alterent seinuicem mutuo, apparet, quòd motus alterationis

Tex.c.15. & c.16. & pri.eg.c.1. sit, quia ens esset infinitũ, & immobile motu locali. Sed hic dubitatur an quiescẽte toto cõtinuo possit pars moueri secũdũ locũ. Et videtur, quod nõ, qa per Philosophũ 5. meta. quod continuũ est, cuius motus est unus, ergo mota una parte cõtinui mouebitur totũ continuũ. Sed contrarium huius videtur, quod Philosophus innuit hic. Dico, quod motus localis est duplex, videlicet, motus localis purus nõ permixtus cũ motu alterationis, & motus localis mixtus cũ motu alterationis, ut est motus rarefactionis, & condẽsationis. Et adhuc motus localis purus est duplex, scilicet motus directus, & motus indirectus, siue motus lateralis, & tunc dico, quod pars continui potest moueri motu locali mixto cum motu rarefactionis, & condensationis manẽte continuitate, & altera parte quiescente, & sic toto non existente moto, quia certum est, quòd vna pars aeris potest calefieri altera non calefacta, & per consequens potest una pars rarefieri altera non rarefacta, sed illud quod rarefit mouetur localiter, sic, quòd sit in maiori loco quam prius, sed si loquamur de motu locali puro, & directo, sic dico, quòd impossibile est, quod una pars continui moueatur altera quiescente, & hoc manente continuitate, cuius ratio est, quia partium cõtinuatarum ad seinuicem est idem vltimum: quoniam cõtinua sunt illa quorum vltima sunt vnum, sed moto aliquo corpore motu locali puro, & directo mouetur omne, quod est in eo, & eodẽ mõ quiescẽte aliquo corpore secũdũ locũ quiescit oẽ, quod est in eo, si igitur duæ partes essent adinuicem continuatæ, & una illarũ moueretur directe, & alia quiesceret, sequeretur, quod vltimum continuans illas partes simul moueretur, & quiesceret, quia ex quo idem est vltimum utriusque partis motę sequeretur, quod moueretur ad motũ partis motæ, & quod quiesceret ad quietem partis quiescentis, si uero loquamur de motu locali laterali, sic est possibile, quòd una pars moueatur altera parte quiescente manente continuitate, ut patet in uirga flexibili, vel in simili, & forte talis motus non est pure localis, sed est coniunctus motui condensationis. Cum.n. flectitur uirga fit condensatio, & depressio in aliquam partem. Et si dicatur, quod idẽ argumentũ videtur esse de motu locali coniuncto motui alterationis, quia si partes sunt continuæ, & una pars moueatur, & alia quiescat, tunc vltimum continuans illas partes simul mouetur, & quiescit. Dicendum, quod non est uerum, quia in motu condensationis, & rarefactionis, non oportet, quod moto aliquo moueatur quodlibet, quod est in eo, aer n. potest condensari uersus parietem, ita, quod quælibet pars eiusdem condensetur, & tamen superficies aeris, quæ est immediata parieti stabit immobilis, potest etiam aer rarefieri, & stabit superficies immobilis, & si aliquis aer rarefiat secundum se totum una medietas mouetur uersus unam differentiam positionis, & alia uersus aliam, & superficies media ad quam illæ partes copulantur stabit immobilis.

Idem & ad Parmenidem modus est rationum, & siqui alij proprij sunt.

Tex.c.21. *Et ad Parmenidem autem idem modus rationũ est, & si aliqui alij proprij sunt.*

HAec est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Philosophus contradicit rationi Parme. & primo narrat, quod eodẽ modo est contradicendum Parme. quo contradictum est Mel. scilicet, ex eo, quod sua ratio peccabat in materia, & forma, & etiam sunt aliqui modi proprij contra Parme. qui non sunt contra Mel. quia contradicendo Parme. utitur Philosophus aliqua propositione posita in ratione Parme. ut apparebit, sed in contradicendo Mel. non utitur Philosophus aliqua propositione posita in ratione Melissi. Deinde cum dicit.

Atque solutio est partim ex eo, qa falsa sumit: partim ex eo, quia non concludit. Nam falsa quidem sumit, quia id quod est, pluribus modis dicitur, ipse uero simpliciter illud accipit dici.

A *Et solutio partim quidem, quia falsa est, partim autem quia non concluditur, falsa quidem, quod simpliciter accipit, quod est dici multipliciter dicto.*

COntradicit Philosophus argumento Parme. probãdo, quod eius rõ est sophystica, & primo contradicit argumẽto Parme. secũda uero ibi [Necesse igitur est accipere.] Contradicit eius conclusioni. Primo igitur Philosophus contradicit rõni Parme. & probat, quod ratio eius est sophi. & hęc est undecima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illa rõ quæ peccat in materia, & forma est sophystica, sed rõ Parme. est huiusmodi, ergo, minor declaratur in litera, & primo, quod peccat in materia, quia accipit falsum, nam accipit quod ens dicitur uno modo tantum, cum tamen dicatur multis modis. Vnde cum ens dicatur de substantia, & qualitate, & quãtitate, &c. nõ ens similiter de non substantia non qualitate non quãtitate, &c. Et cum tamen accipitur in argumento Parmen. quicquid est præter ens est non ens, sed non ens est nihil, si per ens intelligu substantiam, aut quantitatem, est propositio falsa. Et quod nõ ens est nihil, siue non ens accipiatur, eo, quod nõ est quantitas, siue Vndecima concl. huius lib.

B pro eo, quod non est substantia, & secũdũ opinionẽ Parm. oportet, quod nõ ens accipiatur pro negatione alicuius entis tñ cum ens sit tñ unum secundum ipsum, & sic patet, quod rõ Parm. peccat in materia, quia aliqua propositio accepta in ratione Parme. est falsa. Notandũ secundũ Comm. hoc, quod hoc nomen ens, & non ens dicuntur de 10. prædicamentis, quod sic intelligo, quod ens in communi, & non ens tale dicantur de 10. prædicamentis, sed non ens uniuersaliter sumptum non dicitur de aliquo prædicamento, sed solum non ens tale, ut nõ substantia dicitur de quantitate, & non quantitas dicitur de substantia, & sic de aliis. Item notandum secundum Commen. quod propositiones Parme non sunt verę, nisi cum intendimus per hoc nomen ens omnia 10. prædicamenta scilicet unum commune omnibus 10. prædicamentis, uel 10. prædicamenta sumpta sub disiunctione, sed tunc non concludit, quod intẽdebat concludere, scilicet, quod tantum unum numero est ens, & nihil aliud ab illo, tamen concludit conclusionem illam, scilicet tantum unum est ens, ut supra dictum est.

Non concludit autem. quia si sola alba sumantur, ipso albo unũ significãte, nõ minus alba plura

C erunt, & non unũ. Nam albũ ipsum nec continuatione erit unũ, nec ratione. Alia namque rõ erit albi, alia eius, quod album suscepit. Atque nõ erit præter album ipsum separabile quicquam. Nõ. n. hoc rõnem propriã habet, quo separabile est, sed albi ratio, & eius in quo est, non est eadem, sed diuersa. At Parmenides nondum idipsum videbat.

Non concluditur autem, quia si sola alba recipiantur significante unum albo, nihilominus multa alba sunt, & non unum. Non enim continuatione erit unum albũ neque ratione. Aliud enim erit esse albo, & susceptibili, & non erit extra album nihil diuisum. Non enim in quantum est separabile, sed esse alterum est albo, & ei cui inest. Sed hoc Parmenides nondum uidit.

D PRobato, quòd ratio Parme. peccat in materia, probat Philosophus modo, quòd peccat in forma. & hoc sic. Ratio tenens ex forma est bona in omni materia, sed rõ Parme. non tenet in omni materia, ergo minor huius rõnis declaratur in litera sic. Ponamus, quod omnia entia sint alba, & quòd album significet unum, & tunc loco entis, ponamus album, & arguamus sic. Quicquid est præter album est non album, sed non album est nihil, ergo quicquid est præter albũ est nihil, ergo album est unum tantum, ita, quod nihil est præter unum album numero, & certum est, quod illa coclusio nõ sequitur, quia illo casu posito præmissę sunt uerę, & conclusio falsa, quoniam multa alba sunt, & non solum album secundum numerum, quia aliquando non erit unum secundũ continuationem, neque secundum diffinitionem, non enim erit unum secundum continuationem, ut manifestum est, immo erunt multa alba non continua, neque erit unum secundum diffinitionem, quia alia erit diffinitio subiecti, alia albedinis, sed quamuis albedo, & subiectum albedinis sint diuersa secundum diffinitionem, ex hoc non sequitur, Quod rõ Parm. peccat etiã in forma.

quod

ꝙ sint separata in esse, qm̃ albedo nõ est in esse separata a suo subiecto, sed solum secundum diffinitionem, sed illæ intentiones non erant famosæ tempore Parme. & Mel. scilicet, quod aliquid sit unum secundum substantiam, & diuersum secundum diffinitionem. Notandum secundum Cõmen. hoc, ꝙ sermo cõcludẽs ꝑ se dẽt cõcludere in oĩ materia. Sed tñ intelligẽdum est, ꝙ aliquis sermo siue aliqua consequentia concludit ꝑ se rõne ipsius totius cõplexionis, ut syllogismus, uel conuersio simplex, & huiusmodi, & aliquis sermo est concludens per se ratione incomplexorum, & hoc potest esse, uel ratione duorum terminorum, ut ho currit, igitur aĩal currit, uel rõne triũ terminorum, ut pater est, igitur filius est, nõ. n. est ista cõsequẽtia solũ rõne istorum terminorum, q sunt pater, & filius, quia tũc eodẽ mõ sequeretur, pater currit, igitur filius currit, ꝙ nõ est uerũ, uel potest esse ratione quatuor terminorum, ut sol. currit, igitur hõ mouetur. Dico igitur, ꝙ ista ꝓpositio, sermo, uel consequentia concludens per se debet concludere in omni materia, est intelligenda de consequentia, quæ cõcludit ratione totius complexionis, ut est syllogismus, uel conuersio, sed non est vniuersaliter uerũ de consequẽtia cõcludẽte rõne incõplexorum.

Primũ notandum. Itẽ notãdũ ẽm Comen. hic, ꝙ illud qđ signãt hoc nomẽ albũ nõ est unũ solũ in diffonẽ, q̃a albũ signãt albedinẽ, & recipiẽs albedinẽ.

Secundũ notandũ. Iterũ notãdũ sed m Auic. & Algazelẽ, ꝙ significatio est triplex s significatio parilitatis, significatio cõtinentiæ, & significatio cõcomitantiæ, illud significatur significatione parilitatis, qđ est totum, & adęquatum significatum, & isto modo terminus concretus accidentalis significat, totum aggregatum ex accidente, & subiecto, unde significatione parilitatis album significat albedinem, & habens albedinem, ut dicit hic Commen. sed significatione concomitantiæ significatur omne illud, cui nomen principaliter non imponitur, sed illud, quod necessario concomitatur illud, cui imponitur nomen principaliter, & sic hoc nomen homo significat risibile, significatione autem continẽtiæ significatur illud quod continetur in eo cui nomen imponitur, & sic totum significat partem, & talis significatio est duplex, quia quædam est actualis, & quedam potentialis, significatione actualis continentiæ inferius significat suum superius, quia actu continet ipsum, & sic nomen concretum significat substantiam, & eiũ formam, sed significatione continentiæ potentialis superius significat inferius, quia superius continet potentia suum inferius.

Tertium notandũ. Et si quæratur quid significatur primo per nomen cõcretum accidentis, aut substantia, aut accidens. Dico, qđ primum significatum continentiæ actualis potest esse dupliciter, scilicet, uel quod sit primum in constituendo, & sic primo significat substantiam siue materiam, & hoc vult Cõmen. 2. de anima, scilicet, quòd in artificialibus nomen concretũ primo significet substantiam, & materiam, quia res artificiales constituuntur in esse per materiam, & sic terminus concretus primo significat substantiam, quia totum aggregatum, quod est significatum adequatum primo constituitur in esse per substantiam, alio modo potest accipi primum distinguendo, & hoc modo terminus concretus primo significat formam accidentalem, quia per illam principaliter distinguitur ab oĩ alio, ut album per albedinem, & sic loquitur Commentator. 9. meta. dicens, quòd nomen concretum primo significat formam accidentalem, & secundario substantiam. & sic põt apparere responsio ad quæstionem quærentem, quid primo significet terminus concretus accidentalis.

Necesse est igitur eos sumere, qui id quod est unũ inquiunt esse, non soluo vnum significare id, quod est, de quo prædicabitur: sed etiam, qđ proprie est ens, & quod proprie unũ est. Accidens. n. de subiecto aliquo dicitur. Quare illud cui id, qđ est accidit, non erit, est enim aliud ab eo, quod est. Erit ergo quippiam, quod non est. Non ergo id, quod proprie est ens alij inerit. Non enim rationem entis subibit, nisi id, quod est plura significet, hoc pacto, ut quodque quippiam sit. At id, quod est unum significare supponitur.

Tex. c. 26. *NEcesse igitur accipere non solũ unum significare qđ est, de quo utique prædicetur: sed, & qđ uere est, & qđ uere unũ est. Accidens. n. de subiecto quodã dicitur. Quare cui accidit, qđ est, nõ erit, alterũ enim est*

A *ab eo qđ est, erit itaq; aliquid cũ nõ sit, non itaq; inerit alij existens, quod uere est, non. n. erit ens aliquod ipsi, nisi multa quid est significet, sic, quod sit aliquid unum quodque, sed supponitur, quod est significare unum.*

CVm Philosophus contradixit argumento primæ, contradicit conclusioni eius ex propositionibus. quas posuit in syllogismo suo, & huiusmodi contradictio est redargutio, unde Philos. intendit probare conclusionem prius positam, videlicet, quòd ens non est tantum vnum. Et ratio quã intendit est ista. Si ens significat tantum unum, aut igitur significat accidens tm̃, aut substantiã tm̃, nõ põt poni, ꝙ significet accidens tm̃, q̃a accidens dicitur de subiecto, ut dicẽdo, homo est albus, si igitur ens significat accidens tm̃, tunc substãtia est non ens, & accidens est ens, & prædicatur de substantia, igitur ens uere prædicatur de non ente, quod est impossibile, quia sic ens esset non ens, uel si dicatur, quod substantia est ens, & accidens similiter est ens, tunc sequeretur, quod multa sunt quæ sunt, quod tamen non concessit Parme. **Quod ens significat accidens tantum.**

B Si igitur id, quod proprie est ens, non accidit cuique, sed aliquid illi aliud accidit, cur id, quod est ens proprie ens significat potius quã nõ ens? Nam si id, quod proprie est ens: erit etiam albũ. Album aũt nõ est proprie ens. Neque enim id, qđ est, ipsi accidere potest, nihil est enim ens, quod nõ est proprie ens. Album ergo non est ens. Atq; non hoc quidem pacto, ut quippiam non sit, sed, ut omnino non sit. Si igitur uti diximus id, quod est proprie ens: erit etiam album: fit ut id non sit ens, quod est proprie ens. Vere enim dicemus, si illud album esse dixerimus. At hoc non ens, uti supponebatur, significabat. Quare si album etiã proprie ens significat, non unum id, quod est, sed plura sane significat.

C *Si igitur, quod uere est nulli accidit, sed illi aliqđ, magis, quod uere est significat, quòd est, quam qđ non est. Si. n. erit, quod uere est idẽ, & album, albo aũt esse non est, qđ uere est, neque. n. accidere ipsi possibile est, quod est. Neq; enim, quod est, est quod non uere est: non ergo qđ est, est quod albũ est, non sic aũt sicut cum aliquid non sic, sed omnino non sit. Quod uere itaque est, non est, uerum enim est dicere, quoniam album est. Hoc autem non quod est significauit. Quare si, & album significat, quod uere est, multa ergo significat quod est.* Tex. c. 27.

PRobato, quòd ens non potest significare accidens tantum, probat Philosophus, quod non potest significare substãtiã tantum, quia si nihil sit ens nisi substantia, tũc accidens esset non ens. & accidens prædicatur de substantia, sic dicẽdo, homo est albus, ergo nõ ens prædicatur uere de ente, & per cõsequens isto modo illud, quod est ens erit nõ ens. **Quod ens non significat substantiam tantum.**

D Hæc tñ accipit aliam propositionem acceptam in syllogismo Parme. scilicet istam quicquid est præter ens est non ens, aut ergo quicquid est præter accidens est non ens, aut quicquid est præter substantiam est non ens, si detur, quod quicquid est præter accidens est non ens, tunc substantia est nõ ens, & accidens est ens, & accidens uere prædicatur de substantia, igitur ens uere prædicatur de non ente, & per consequens non ens est ens, si autem detur, quòd quicquid est præter substantiam est non ens, tunc accidens est non ens, & substantia est ens, & accidens uere prædicatur de substantia, igitur non ens uere prædicatur de ente, & per consequens est non ens, uel oportebit dicere, qđ accidens non prædicatur de substantia, & sic oportebit dicere, ꝙ substantia nec est alba, nec nigra, nec finita, nec infinita, quod est contra Parme. & Mel. quia Melissus ponit ens infinitum: Parmenides uero finitum. Ista litera. [Si igitur, quod uere est] est difficilis ad construendum, ideo pro constructione est sciendum, quod per illud, quod uere est, & per quid est, intelligit Philosophus substantiam, & per illud, quod est intelligit ens, dicit igitur Philosophus. Si igitur qđ uere est. i. substantia nulli accidit, sed illi aliquid. i. aliquid ei **Constructio literæ.**

accidit quod uere est: magis quod uere est significat ꝙ est, i. ens magis significat quod uere est, i. substantiam, quam accidens. Si enim erit quod uere est, idest, substantia idem & album, albi autem esse non est quod uere est, idest, albedo non est substantia: neque enim accidere ipsi possibile est quod est, idest, nec est possibile accidens accidere ipsi quod est quid. i. substantia: neque enim quid est, idest, substantia est quod non uere est, idest, alba, uel nigra. Ex quo concludit dicens: neque igitur quid est, idest, substantia est quod album est, idest, substantia non erit alba, nec supple finita, nec infinita, cuius contrarium concesserunt Parmenides, & Mel. Vel sic, quia substantia est ens, & accidens est non ens, supposito, ꝙ sola substantia sit ens: tunc accidens est non ens, & non solum erit accidens non ens tale, ut puta non homo non lapis: sed & omnino erit non ens, idest, purum nihil, cum igitur accidens sit omnino nihil, & accidens prædicetur de substantia, tunc sequitur, quod uere est, idest, substantia erit non ens, quia de substantia quæ uere est ens prædicetur accidens, quod est non ens dicendo: homo est albus, & hoc est quod dicit, quod uere itaque est non ens, idest, substantia, quæ uere est, est non ens, quod probat dicens: uerum enim est dicere: quoniam album est, idest, uerum est dicere, quoniam substantia est alba, hoc autem non est, quod est significat, idest, album significat non ens, quare si album significat, quod uere est, i. si ens significat album, sequitur, quod illud quod est, idest, ens significet multa, cuius contrarium dixerunt.

A sequitur, ꝙ multa sunt, quia si substantia sola est carẽs magnitudine, oportet ꝙ illa substãtia habeat diffinitionẽ, ex qua intelligatur substãtia sua, ita ꝙ oportet, ꝙ hẽat aliquid tanquam genus, & aliquid tanquam differẽtiã, sed partes diffinitionis substãtiæ sunt substãtia, ergo si substãtia sola sit ens carens magnitudine, adhuc sequitur, ꝙ plures substantiæ sunt. s. partes suæ diffinitionis, & sic sequitur ꝙ si sola substantia sit carens magnitudine, ꝙ multa sunt. i. partes secũdũ rõnẽ, uel scd'm diffinitionẽ in quas diuiditur. v.g. si ponatur, ꝙ nihil sit, nisi homo, oportet ꝙ habeat diffinitionẽ suã, & sic sua diffinitum, aĩal bipes, ex quo igitur homo est substantia, oportet ꝙ sit animal, & bipes quæ sũt substantiæ, & sic sequitur, ꝙ multæ sunt substantiæ. & hoc est, qđ dicit, qđ aũt illud, ꝙ uere est. s. substantia, diuidatur in aliquid aliud, ꝙ uere est, i. in aliquam aliã substantiam, manifestum est ratione, i. manifestum est per diffinitionem, & exemplificat, & est litera plana. Vnde. Com. dicit hic, ꝙ si posuerimus, ꝙ ens quod est unum apud eos sit homo, necesse est, ut animal, ꝙ est genus hominis, & bipes quod est differẽtia eius entia sint in rei ueritate, quoniam partes rei quæ sunt secundũ diffinitionẽ procedunt rem in esse, & sic apparet expresse secundum Com. quod genus, & differentia quæ sunt partes B diffinitionis substantiæ necessario debent esse substantiæ cum in esse præcedant substantiam diffinitam.

Neque igitur magnitudinem habebit id quod est: si id sit, quod est proprie ens. Ratio namque partis utriusque diuersa nimirum est.

Tex. c. 18. *Neque igitur magnitudo erit qđ est: siquidẽ, qđ uere est: est quod est: utrique. n. alterum est esse partium.*

HAec est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua cum Philosophus contradixit Parme. & Mel. diuisim hic contradicit eis coniunctim, & ponit rationem probantem conclusionem sextã superius positam, quæ est, quod ens non est tantum unum, ita quod non sint plura entia, oportet quod illud sit substantia, quia dignius est, quod substãtia sit ens quam accidens; sed nõ potest poni, ꝙ ens sit tantum unum, s. substãtia sic ꝙ sola substantia sit ens, quia si unum ens tantum sit. s. substantia, aut igitur illa substantia est corporea habens magnitudinem, aut est incorporea carens magnitudine, nõ est dicere, ꝙ sit corporea habens magnitudinem, nec ẽt quod sit incorporea carens magnitudine, igitur nullo modo potest concedi, ꝙ ens est tantum unum. s. substantia, maior est manifesta per sufficientem diuisionem; substantia enim sufficienter diuiditur per corporeum & incorporeũ, minor uero probatur in litera, & primo probatur prima pars minoris. s. ꝙ illa substantia, quæ sola est ens non potest poni corporea habens magnitudinem, quia omnis magnitudo habet partes, quarum una differt ab alia, ergo si substantia corporea sola est, sequitur ꝙ multa sunt, scilicet partes illius substantiæ, cuius contrarium ipsi dicunt, & hoc est, quod dicit neque igitur quod est, idest, ens erit magnitudo. i. substantia corporea habens magnitudinem. Si ꝙ uere est, idest, substantia sit, quod est, idest, sit ens solum, quod probat, utrique enim alterum est esse partium, idest, partes erunt diuersæ, & sequitur quod multa sunt.

Nam si ita non sit, accidentia erunt profecto. Aut igitur homini, aut alij subiecto cuipiã accidunt. At neutrum esse potest. Accidens. n. aut dicitur, quod inesse põt, ac non inesse, aut id cuius in ratione id cui accidit sumitur. Ceu sessio quidẽ est ut illud, ꝙ separatur. Simitas aut id cuius in ratione sumitur nasus; cui simitatem dicimus accidisse. Præterea in eorum ratione quæ in diffinitiua rõne cuiuspiam insunt, aut eorum ex quibus quippiam constat: nunquam ipsius totius ratio inest ceu in bipede ratio hominis, aut in albo ratio hominis albi. Si hæc igitur ita sunt, atque homini bipes accidit: separabile ipsum esse ne-C cesse est. Quare fieri potest, ut homo bipes nõ sit. Vel in ratione bipedis inerit ipsius hominis ratio. At fieri nequit. Illud enim in ratione hominis inest. Quod si bipes ac animal alij cuipiam accidunt: & neutrum est, quod proprie ens, homo quoque ex his erit profecto quæ alij accidunt.

Si enim non qđ uere est aliquid est: accidentia erũt. Aut igitur homini, aut alij alicui subiecto: sed impossibile est, Accidens. n. dicitur hoc: aut qđ contingit esse, et nõ esse: aut cuius est in rõne hoc cui accidit: ut sedere qdẽ sicut separabile. In simo aũt est rõ naris: cui dicimus accidere simum. Amplius quęcunq; in diffinitiua rõne insunt, aut ex quibus insunt in ratione alicuius horum non est idem totius, ut in bipede rõ hominis: aut in albo quæ est albi hominis, si igitur hæc hunc habet modum, & homini accidit bipes: necesse est separabile esse ipsũ. Tex. c. 19.

Diuidi autem id quod est proprie ens in aliquid aliud proprie ens: ex ratione etiam patet. Veluti si homo ens proprie quippiam est, & animal necesse est proprie quid esse, & itidem bipes.

Quod autem diuiditur, quod uere est: in quod uere est aliquod aliud ratione manifestum est: ut homo si est quod uere est aliquid: necesse est: & animal quod uere est aliquid esse & bipes.

DEinde Philosophus probat secundam partem minoris, scilicet, ꝙ non potest poni, ꝙ aliqua substantia sola sit incorporea carens magnitudine, quia ex hoc sequitur, quod multa sunt, cuius contrarium ipsi dicũt, probat, ꝙ hoc sequatur, quia si aliqua substantia sola est carens magnitudine, ex hoc

D *Quare continget utique nõ bipedẽ esse hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio: sed impossibile est. Illud enim in illius ratione inest: si autem alij accidunt bipes, & animal, & non est utrumque, quod uere est aliquid, & homo utique erit accidentium alteri.*

ET qđ adhuc oporteat, ꝙ partes diffinitionis sint substantiæ, probat Phil. sic, quia si partes diffinitionis substãtiæ nõ sint substãtiæ, oportet, ꝙ sint accidẽtia, sed hoc est impossibile, quia si partes diffinitionis substantię, ut puta hominis sũt accidentia, aut igitur accidit homini, aut alteri ab homine, sed nõ pt dici, ꝙ accidãt homini, quia si sic, aut essent accidentia separabilia ab hoĩe, aut inseparabilia Non est dicendũ, ꝙ partes diffinitionis accidant ipsi diffinito inseparabiliter ab eo, quia accñs inseparabile diffinitur per suum subiectum, sicut simitas diffinitur per nasum, igitur si partes diffinitionis essẽt accidentia ipsi diffinito inseparabilia ab eo, sequeretur, quod ipsum diffinitum caderet in diffinitione partiũ suæ diffinitio-

nis.

nis: sed hoc est impossibile, q͠a q͠n aliq͠d cadit in diffinitione alicuius, illud aliud nõ cadit in eius diff͠one, ut si a cadat in diff͠one b, b, nõ cadit in diff͠one ipsius a. Ex quo igit͠ p͠tes diff͠onis cadũt in diffinitionẽ ipsius diffiniti nõ p͠t dici, ꝙ ipsũ diffinitũ cadat in diffinitione partiũ suæ diffinitionis, & p͠ consequens p͠tes diffinitionis nõ sunt accidẽtia ipsi diffinito inseparabilia. Nec est dicere, ꝙ partes diffinitionis sint accidẽtia ipsi diffinito separabilia ab eo, quia tunc diffinitum posset esse sine sua diffinitione, & sine partibus suæ diffinitionis, & sic contingeret hominem esse non bipedem, & esse non animal, q̃ sunt impossibilia. Nec etiam est dicere, quod partes diffinitionis substantiæ accidant alicui alteri a diffinito, quia tunc oportet, quod ipsum diffinitum accidat alicui alteri, cum cuicunque accidit diffinitio, vel partes diffinitionis eidem accidit ipsum diffinitum. sed hoc est impossibile, quia quod uere est, idest substantia nulli accidit: litera plana est. Notanda sunt hic duo, primo, quod substantia diffinibilis cõponitur ex genere, & differentia, & diuiditur in genus, & differentiam tanquam in partes essentiales, & quod genus, & differentia sunt res diuersæ. Nam dicit Philosophus, quod illud, quod uere est, diuiditur in aliquid, quod uere, & in aliquid, quod uere est, sicut homo diuiditur in bipedem, & animal, ergo animal, & bipes sunt diuersæ partes hominis, & sunt uere substantiæ. Item genus, & differentia in suo substantiæ, quæ diffinitur, aut igitur sunt substantiæ, & sic habetur propositum, aut sunt accidentia, & hoc improbat hic Philosophus ex intentione, quia nec accidunt ipsi diffinito nec alteri. Item Commen. dicit hoc, quòd partes entis in rei veritate, scilicet substantiæ sunt entia in rei ueritate, & dicit, quod partes rei, quæ sunt secundum diffinitionem procedunt rem in esse, ex quibus apparet manifeste secundum intentionem Philosophi, & Commen., quòd genus, & differentia, quæ cadunt in diffinitione substantiæ, sunt substantiæ, & quod species componitur compositione vera ex genere, & differẽtia tanq̃ ex partibus realiter realiter diuersis, cuius t͠n contrariũ dicũt moderni, & quia dicunt etiã hi, ꝙ Philosophus loquit͠ hic improprie, & figuratiue, ita, ꝙ sermones sui sunt hic similes huic sermoni, videlicet, lupus est in fabula: quod valde absurdũ est dicere de Ari. scilicet, quòd ipse in scientia demonstratiua, ut est ista scientia, loquatur abusiue, & improprie, huiusmodi.n. modũ loquẽdi in scientia demonstratiua ipsemet rep͠hendit, nec obstat, ꝙ dicit Philosophus 7. meta. s. ꝙ uniuersalia non sunt substãtię, q͠m ipse ibi p͠bat, ꝙ uniuersalia nõ sunt substantiæ, sicut Plato posuit. s. ꝙ uniuersalia nõ sunt substantiæ primę, & hoc sonat textus, q͠ dicit, primum.n. substantia.i. prima substantia vniuscuiusque est sibi propria. Et expositor sanctus Thomas in principio quarti meta. dicit hanc fuisse intentionem Philosophi 7. meta. Sc͠dñ est notandũ ex dictis Philosophi hoc, ꝙ idẽ respectu eiusdẽ nõ p͠t eẽ diffiniẽs, & diffinitũ, vñ si a, cadat in diffinitione ipsius b, impossibile est, ꝙ ipsum b, cadat in diffinitione ipsius a, q͠a tunc idẽ esset magis, & minus notũ respectu eiusdẽ, & idem esset prius, & posterius respectu eiusdem. Nam partes diffinitionis sunt priores diffinito, Item quando cũque in diffinitione alicuius ponitur aliquod diffinibile ponendo loco ipsius diffinibilis suam diffinitionẽ erit diffinitio uerior, & expressior, ut patet per Philosophũ in multis locis, ergo si in diffinitione ipsius b, cadat a, ponendo diffinitionem ipsius a, loco ipsius a, diffinitio ipsius b, erit uerior, si igitur in diffinitione a, cadat b, sequitur, ꝙ in verissima, & expressa diffinitione ipsius b, debet poni b, q͠d est impossibile, igit͠ impossibile est, ꝙ b, diffiniat͠ per a, & a, p͠ b, q͠a sic idem diffiniretur p͠ seipsum. Et si dicitur, quòd Philosophus, & Commen. 7. meta. volunt vtrunque correlatiuorum diffiniri per reliquum, vt patet de potentia, & actu, quorum vtrũque diffinitur per reliquum. Et similiter Porphy. dicit, ꝙ q͠a genus, & spẽs sunt relatiua, ideo unum diffinitur per reliquum. ergo idem respectu eiusdem potest esse diffiniens, & diffinitum, &c. Hoc etiam videtur per rationem diffinitionis, quoniam diffinitio est cã innotescẽdi, sed unũ correlatiuorũ cognoscit͠ p͠ reliquum, ergo unũ correlatiuorũ diffinitur per reliquũ. His t͠n non obstantibus dicendum est cum Philosopho hic, quod idẽ non potest esse diffiniens, & diffinitum respectu eiusdem, & hic in diffinitione cõpleta, q͠a per diffinitionẽ rei completam certificatur omnis quæstio quærens quid est de ipso diffinito, si igitur in diffinitione completa patris poneretur filius, & econuerso, tunc si quæratur quid est pater, & respondeatur, quòd pater est q͠ genuit filium, adhuc contingit quærere quid est filius, quia non magis notus est filius quam pater, & si respondeatur, ꝙ filius est qui habet patrem, adhuc contingit quærere quid est pater, & sic non cessabit quæstio, & sic nunquam erit certificatio, attamen forte in diffinitione incompleta potest unum relatiuorum diffiniri per reliquum, & hoc uolunt Philosophus, Commen. & Porphy. Si uero quæratur, qualiter ergo debet relatiuum diffiniri diffinitione completa, dico, quòd vel non diffinitur diffinitione completa, uel si diffinitur complete non diffinietur per suum correlatiuum, vnde pater potest sic diffiniri, vel describi, & hoc sine suo correlatiuo. pater est ille qui de sua substantia genuit sibi simile in specie. Et quando dicitur, quòd unum correlatiuorum cognoscitur per reliquum, igitur unum correlatiuorum diffinitur per reliquum, dico, quòd nullum correlatiuorum cognoscitur per reliquum. Vnde dicit sicut dicit Aui. in logica sua, quod unum correlatiuorum cognoscitur cum reliquo, sed non per reliquum, quoniã aliud est cognosci cum alio, & aliud est cognosci per aliud. Et si dicitur, quòd Philosophus in prædicamentis dicit, quòd q͠ diffinite cognoscit unum relatiuorum diffinite cognoscit & reliquum, igitur unum relatiuorum cognoscitur, & diffinitur per reliquum, dico quòd non sequitur, q͠uia uerum est, ꝙ relatiua simul cognoscuntur diffinitiue, & hoc vult Philosophus, tamen non cognoscitur nec diffinitur unum per reliquum, unde aliud est simul cognosci cum alio: & aliud est cognosci per aliud.

At quod proprie est: nulli sit accidens: & de quo ambo dicuntur atque vtrunque dicatur: & id, quod ex illis ponitur. Ipsum igitur uniuersum ex indiuisibilibus constat.

Sed quod uere est sit accidens nulli, & de quo ambo & vtrunque, & quod est ex his dicatur. Ex indiuisibilibus itaque est omne. Tex. c. 30.

HAec est quarta pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli. In qua Philosophus pertractat secundam rationem Parme. quæ probat, quod una substantia sola est, & indiuisibilis, & continet tres particulas, quoniam in prima ponit secundam rationem Parme. In secunda ibi. [Quidam autem rationibus.] Ponit respõsionem quorundam ad unam rationem Parme. In tertia ibi [Manifestum autem est.] Repræhẽdit responsionem ad unam rationẽ Parme. Ratio igitur secunda Parme. fuit ista. Illud, quod uere est, idest substantia nulli est accidens, aut igitur illud, quod vere est, est diuisibile, uel indiuisibile non est dare, quòd sit diuisibile, quia sic tunc esse diuisibile diceretur de ambabus partibus ipsius, & de utraque diuisim, & etiam de toto composito ex partibus, & sic utraque medietas erit diuisibilis, & eadem ratione utraque medietas medietatis erit diuisibilis, & sic in infinitum: sed hoc est impossibile, ergo impossibile est, quòd illud, quod uere est, scilicet substantia sit diuisibilis, ergo est indiuisibilis, & per consequens est una sola substantia, & sic non erunt multa, sed tantum unum. Vnde breuiter hæc est ratio. Illud quod est, scilicet ens est substantia, quia dignius est, ꝙ sit substantia quã accidens: sed ipsa substantia nõ potest esse diuisibilis: quia tunc eadem ratione utraque medietas esset diuisibilis, & utraque medietas medietatis, & sic in infinitum: uel saltem deueniretur ad indiuisibilia, idest ad puncta, & sic corpus componeretur ex punctis, & sic omne, quod est erit ex indiuisibilibus, & sic relinquitur, quòd illud, quod uere est, scilicet substantia sit indiuisibilis, & per consequens tantum unũ est, & sic non erunt multa. Dicit igitur Philosophus sic. Sed si, quod uere est, scilicet substantia sit accidens nulli, & supple illud, quod uere est sit diuisibile in partes, tunc illud, scilicet esse diuisibile, de quo dicuntur ambo, idest ambæ partes coniunctim de eodem diceretur utrunque, idest utraque pars diuisim, & quod est ex his, scilicet cõpositum, & sic erunt partes diuisibiles, & totum diuisibile, uel procederetur in infinitum, uel tandem deueniretur ad indiuisibilia, sed procedere in infinitum est inconueniens secundum eos, igitur substantia diuideretur in indiuisibilia, & componeretur ex indiuisibilibus, & omne quod est erit ex indiuisibilibus, quod est impossibile, ergo substantia quæ ponitur ens est indiuisibilis, & per consequens est tantum una.

Quidam autẽ utrisque rõnibus concesserunt. Ei quidem quæ oĩa unum esse cõcludit, si id quod est: unum significat: id q͠d haud est esse dicentes.

A *Quidam autem rationibus vtrinsque acquiescunt. Huic quidem: quoniam omnia vnum sunt: si quod est vnum significat: quoniam est: & quod non est.*

HAec est secunda particula quartæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli. In qua ponuntur responsiones quorundam ad rationes Parme. & dicit quod quidam consenserunt primæ rōni Parme. Vnde propter primam rationem Parme. concesserunt, q omnia sunt idem vnum, & quòd non sunt multa entia, & sic respondebant acquiescendo conclusioni illius rationis. Ro uero prima Parme. est superius posita. s. quicquid est præter ens est non ens, & hanc rationem probant isti sic. Si omne ens est vnum, ut probat ratio Parme, tunc si multa sunt, sequitur, quod illud quod est non est, & sic contradictoria verificarentur de eodem: quod est impossibile, & quod hoc sequatur ipsi probant sic. Si quod est i. ens vnum significat: ita supple, quod omne ens est vnum, si detur quod multa sunt: sequitur, quod aliquid est præter illud vnum cui soli competit esse, ergo illud quod non est illud unum est, ex quo multa sunt: & illud etiam non est ex quo non est illud vnum, cui soli competit esse. & sic sequitur quod si omne eos est unum, & multa sunt, quod idem simul est, & non est.

B Ei uero quæ ex partitione procedit indiuiduas magnitudines facientes.

Et autem quæ decisionis indiuiduas facientes magnitudines.

RAtioni vero secundæ Parme respondebant aliqui concedentes, quod corpora componantur ex indiuisibilibus. Vnde isti posuerunt aliquas magnitudines indiuisibiles, ex quibus cōponūtur corpora, & hæc fuit opinio Democriti. Istam igitur responsionem ad secundam rōnem Parme. non improbat hic Philosophus: sed in primo de generatione, & etiam tertio cœli, & mundi, quare hoc pertransco.

Patet autem & uerum non esse, si id q est vnū significat, & fieri non potest, ut simul sit cōtradictio: non fore quicquam non ens. Nihil n. obstat: ut id q non est: non sit absolute non ens, sed non ens quippiam sit. Dicere quoque non quippiam illud erit præter id ipsum q est: unum omnia fore: per absurdū est sane. Quis n ipsum qđ est aliud quicquam esse intelligit quā id q est proprie ens? Quod & si ita est: nihil tamen prohibet multa esse ea, quæ sunt, ut diximus. Patet igitur impossibile esse, ut id quod est hoc modo sit unum.

Tex. cō. 31 *Manifestum autem est: & quoniā non uerū est: qđ si unum significat qđ est: & non possibile est simul contradictionē esse non erit nihil: quod non est. Nihil. n. prohibet, quod non est non simpliciter esse: sed non ens aliquid esse: qđ non est. Dicere igitur extra ipsum quod est nihil aliquid erit aliud: unum omnia esse inconueniens est. Quis enim addiscit ipsū quod est: nisi quod uere est: aliquid sit: si autem hoc nihil, tamen prohibet multa quæ sunt esse: sicut dictum est. Quod quidem igitur sic unum esse quod est: impossibile sit: manifestum est.*

C HAec est tertia particula quartæ partis, tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli. In qua Philosophus repræhendit responsionem ad primam rationem Parme. Vnde responsio ad primam rationem Parme. fuit concedendo conclusionem. s. quod ens est tantū unum, & ratio responsionis est, quia si ens significat tantum vnum: sic, q omne ens est unum: & non est possibile contradictoria simul inesse eidem: necesse est, q illud quod nō est illud unū quod ens significat sit non ens: & sic uel erit ens præter illud vnum. Vñ dicit Philosophus repræhendendo istā rōnem, q manifestum est, q non est uerū: nec sequitur, q si ens significat unum, hoc est, si hæc sit uera, omne ens est unū, & hæc similiter: impossibile est contradictoria simul uerificari de eodem, quamuis omne ens sit unum, quod p p hoc non sequitur, q illud, quod non est illud vnum non sit ens, vel quia nihil prohibet illud, quod non est aliquid, i. illud, a quo negatur aliquod contentum sub ente. sicut substantia negatur ab accidente esse ens simpliciter. Nam accidens est ens: & tamen aliquid contentum sub ente. i. substantia uere negatur ab accidente, quamuis illud, quod non est illud ens non sit aliquod ens. i. quamuis illud a quo negatur substantia non sit illud ens accipiendo ens simpliciter. i. pro substantia: est tñ ens simpliciter prout opponitur ei quod est purum nihil dicere igitur omnia esse unum. & quòd non sunt multa: uel quod aliquid est, quod non est simpliciter aliud ab ente est: & si omne ens sit unum est inconueniens. Vnde ista consequentia non valet: omne ens est unum: & idem non simul est & non est, igitur omnia sunt unum. sic q non sunt multa, nec ualet ista consequentia, omne ens est unum, & multa sunt, igitur aliqđ quod non est: est ens. hæc igitur est repræhensio istius responsionis, scilicet quòd non sequitur: omne ens est unū, & multa sunt, ergo idem simul est & non est, similiter quamuis ens significet unum principaliter, scilicet, substantiam: ex hoc tamen non sequitur, quod illud, q non est illud ens, scilicet, substantia sit purum nihil. Et confirmat istam responsionem dicens per simile, quod nullus potest intelligere uere illud, qđ uere est, nisi illud quod uere est sit aliquid, & hoc non obstante nihil prohibet multa esse: quorum quodlibet est aliquid, ergo eodem modo, quamuis non possit intelligi illud, quod uere est, nisi illud quod uere est sit unum, tamen hoc non obstante possunt multa esse quorum quodlibet est unū. Deinde Philosophus infert contra prædictos Philosophos, quod omnia esse unum sicut ipsi dixerunt, scilicet, ita quod nō sunt multa, nec multitudo aliqua, est impossibile. Intelligendum quod dictum Philosophi hic consistit in hoc, scilicet, quòd non sequitur, omne ens est unum, ergo non sunt multa entia: quorum quodlibet est unum, nec sequitur, omne ens est unum, igitur illud quod non est illud unum est non ens: sicut non sequitur; omnis homo est animal, ergo omne quod non est illud animal, non est homo, & hoc ideo, quia prædicatum in vniuersali affirmatiua habet suppositionem confusam tantum, sed cum additur ly illud facit terminum, cui additur stare determinate, & sic est fallacia figuræ dictionis in commutando unam suppositionem in aliam, quare &c.

CAPITVLVM SECVNDVM TRACTAtus secundi: in quo destruuntur errores naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium.

VT naturaliter autem dicunt: duo sunt modi. Quidam enim id quod est: unum subiectum corpus fecerunt: aut trium unum: aut aliud, quod igne quidem spissius aere uero subtilius est.

SIcut autem physici dicunt: duo modi sunt: hi quidem enim unum facientes quod est corpus subiectum aut trium aliquod, aut aliud, quod est igne densius: aere autem subtilius. Tex. c. 32.

D ISstud est secundum capitulum huius tractatus secundi. In quo ponuntur & reprobantur falsæ opiniones antiquorū naturaliter loquentiū de principijs rerum naturalium, & cōtinet tres partes principales, quarum primæ duę sunt solum narratiuæ. Tertia uero est declaratiua, & in prima parte narrantur opiniones antiquorum naturaliter loquentium. In secunda ibi [Videtur autem Anaxagoras] Ponuntur motiua, & euasiones Anax. In tertia ibi [Si igitur infinitum] Improbantur falsæ opiniones naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium, & specialiter improbatur opinio Anaxagoræ. Prima pars continet tres particulas: quia in prima narrat Philosophus opiniones diuersas ponentium vnū principium materiale tantum. In secunda ibi [Alia autem generant.] Narrat modos diuersos generationis entium ex illo uno principio. In tertia ibi. [Quod autem dicunt.] Ponit opinionem ponentium quodammodo unum principiū. & quodammodo multa, & modum generationis entium ex illo Opinio naturali-

uno

ter loquē tium quā diffusius inuenies in procemio met. c. 2.

vno principio, vel ex illis principiis. In prima igitur particula huius partis narrat Philosophus diuersas opiniones ponentium vnum principium materiale tantum dicens, quod sicut naturales dicunt, duo sunt modi ponendi principium, quoniam aliqui dicunt, quòd est vnum principium naturale omnium, & qood illud est corpus, & aliqui dicunt, quòd sunt plura principia naturalia, & dicentium vnum principium materiale omnium, quidam dicunt aquam esse principium omnium, quidam aerem, quidam ignem, quidam vero aliquod medium inter aerem, & ignem, vt densius igne, & subtilius aere. Vnde notandum, quòd isti dicuntur naturaliter loquentes, eo solum, qoia concesserunt motum esse. Notandum etiā secundum Commentatorem, quod qui dicunt principium esse vnum tantum, dicunt ens esse vnum tantum, & qui dicunt principia plura esse, dicunt entia esse plura, & econtra, qui dicunt plura esse entia, dicunt plura esse principia. Et ratio huius est, quia qui dixerunt vnum principium naturale tantum, non poterant dicere plura entia esse, quia entia non distinguntor nisi per sua principia, sed qui dixerunt plura principia esse poterant propter distinctionem principiorum ponere plura entia esse, & econuerso, qui posuerunt plura entia esse cum pluralitas non sit sine distinctione principiorum ipsi habuerunt ponere plura principia esse.

Notabile.

B

Cætera autem generari dicunt densitate raritateque multa facientes. Hæc autē sunt contraria, & vniuersaliter excessus atq; defectus, quēadmodū Plato magnum dicit, & paruum. Verum hic quidē hæc materiam facit ipsum autem vnum formam. Illi vero vnum quidem ipsum inquam subiectum materiam, contraria vero differētias atq; formas.

Alia autem generant densitate, & raritate multa facientes. Hęc autem sunt contraria, vniuersaliter autem excellentia, & defectus, sicut magnum dicit Plato & paruum: nisi, quòd hic quidem hæc facit materiam: vnū autem speciem. Alij vero vnum quidem subiectum materiam contraria autem differentias, & species.

C

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Philosophus narrat diuersos modos generationis entium ex illo vno principio, dicens, quòd quidam posuerunt generationem aliorum ex illo vno principio secundum raritatem, & densitatem. Vnde dixerunt, quòd per hoc solum, quod illud corpus, quod ponitur esse principium si condensatur, generatur terra, & si fiat rarum generatur aqua, & si fiat rarius generatur aer, & si fiat magis rarum generatur ignis, sic, quod idem corpus in actu nulla substantia sibi adueniente fit aliquando terra, aliquando aqua, aliquando aer, aliquando ignis & sic isti posuerunt vnū substantiam, & duo contraria. Alij autem posuerunt generationem rerum ex illo vno principio secundum magnum, & paruum, dixerunt enim, quod ex hoc, quia fit maius vel minus, fit generatio, & quod diuersitas rerum est per hoc, quòd vna est maior, alia vero minor, & hec fuit opinio Platonis de magnū, & paruum esse principia, differentia tamen est inter Platonē, & istos, quia Plato posuit magnum, & paruum esse materiam, & vnum tertium esse formam magni, & parui alij vero posuerunt econuerso, vt puta, quòd vnum substantiam esse materiā, & quòd contraria esse eius formæ illius subiecti.

Opinio Platonis.

D

Quidam autem ex ipso vno contrarietates, quæ quidem in ipso sunt, sequestrari dicunt, vt Anaximander. Et qui vnum, & plura principia inquiunt esse, vt Empedocles ac Anaxagoras. Ex ipsa nāq; congeriæ cætera segregant. Differunt tamen. Alter enim conuersionem horum, alter semel segregationis principium facit. Et alter infinita ea, quæ sunt similium partium atque contrariæ, alter ea, quæ vocantur elementa tantummodo sumit.

Quidam autem ex vno inhærentes contrarietates secant, quemadmodum Anaximander dixit, & quicunque autem vnum, & multa dicunt esse sicut Empe. & Anax. Ex commixtione namque segregant alia, differunt autem ad inuicem in eo; quòd hic circulationem facit horum, hic autem semel, & hic quidem infinitas similes partes, & contrarias, ille vero vocata elementa solum.

A

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur opinio ponentium quodammodo vnum principium, & quodammodo multa, & modus generationis entium ex illo principio, vel principiis, & etiā ponitur diuersitas inter opiniones sic opinantium. Vnde isti posuerunt vnum principium per confusionem, scilicet vnum chaos confusum, & posuerunt plura principia per resolutionem, qui ex illo vno principio dixerunt segregari quædam alia principia, ex quibus res naturales generarentur. Vnde quidam posuerunt vnum principium omnium, & ex illo vno principio segregantur præexistentes cōtrarietates in illo (vno) vt dixit Anaximander, & sui sequaces, & non solum isti, sed etiam multi alij sicut Empe. & Anax. nam isti dixerunt omnia esse mixta, & omnia ista postea segregari ex quorum segregatione dixerunt alia fieri. Attamen Emped. & Anaxagoras differunt primò, quia Emped. posuit omnia esse mixta adinuicem secundum tempus determinatum, & postmodum segregari abinuicem secundum tempus determinatum, & iterum omnia postea redire in mixtionem, & confusionem priorem, & iterum segregari, & sic infinities. Anax. vero posuit, quòd omnia erant insimul confusa per tempus infinitum, sed intellectus postea incepit extrahere, & distinguere illa ab inuicem, sed illa extractio nunquam cessabit, sed durabit in infinitum, & ideo secundum Empe. mundus infinities generatur, & infinities corrumpitur, sed secundum Anax. mundus solum est semel factus, & nunquam corrumpetur. Alia differentia inter eos est, quia Empe. posuit quatuor elementa, s. ignem, aerem, aquam, & terram esse principia omnium aliarum rerum naturalium, vt carnis, & ossis, & sic de aliis corporibus cōsimilium partiū, sed Anax. posuit infinita corpora similium partium esse principia, vt infinitas partes carnis, & ossis. Vnde Anax. posuit, quod corpora consimilium partium, vt caro, os, & medulla sunt principia elementorum, vt ignis, aeris, &c. Et etiam omnium aliorum, sed Empe. posuit quod quatuor elementa sunt principia corporum consimilium partiū, & prioris eis. Vnde sciendum, quòd Ana. posuit infinitas partes tam similes, quàm contrarias in quolibet, & ideo nunquam perfecte segregabuntur, ideo dixit, quod segregatio durat in infinitum. Empe. vero posuit omnia quatuor elementa in quolibet, & quod illa aliquando omnino segregabuntur, & iterum cōmiscentur, & sic in infinitum.

B

Emped. Agrigētinus.

Anax. opinio.

Empe. recte opinatus est principia esse quatuor elementa.

C

Videtur autem Anaxagoras sic infinita esse putasse, quia communem illam opinionem naturaliū veram esse existimabat, nihil inquam ex eo, quod non est fieri atque oriri Quapropter hoc dicunt, modo erant omnia simul, & generationem alterationem inquiunt esse. Quidam vero congregationem ac segregationem.

D

Videtur autem Ana. sic infinita opinari, vt accipiat communem opinionem Physicorum esse veram tanquā non fiat nullum eorum ex eo, quod non est, propter hoc enim sicut dicunt, & erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alij autē congregationem, & segregationem.

Tex. c. 33.

HÆc est secunda pars huius capituli, & est solummodo narratiua, in qua ponuntur motiua, & euasiones Anax. d. quodlibet esse in quolibet, & continet hæc pars duas particulas. In prima ponuntur motiua seu rationes Anax, propter quæ posuit quodlibet esse in quolibet. In secunda particula ibi. [Sed propter paruitatem.] ponuntur duæ euasiones. Anaxa. per quas euasit quædam, quæ videbantur esse contra eum, prima ergo particula ponit duo motiua Anax. primum motiuum fuit, quia secundum communem opinionem omnium Philosophorum ex non ente non fit aliquid, & per cōsequens

Primum motiuum Anaxa.

A sequens ex non igne, non fit ignis, nec ex non aere fit aer. Cũ ergo ex igne fit aer sequitur, q aer erat in igne, & eadem ratio ne in igne est aqua, & sic de omnibus alijs, vnde cum quodlibet corpus fiat ex corpore, vel igne per vnam transmutationẽ, vel plures, vt ipsi dixerunt, & ex nõ ente non fit aliquid: oportet, q quodlibet sit in quolibet, & ita nihil fit simpliciter, quia illud, quod præexistebat non fit simpliciter. vnde Anax. & sui sequaces dixerunt, q omnia erant primo in quodam chaos confuso, & dixerunt, quòd fieri idem est, quod alterari, & ideo nihil fit simpliciter, alij autem dixerunt generationem, & corruptionem nihil aliud esse, quàm congregationem, & segregationem.

Insuper ex eo, quia cõtraria ex sese mutuo fiũt, inerant, ergo. Nam si omne quidem quod fit aut ex entibus, aut ex non entibus fieri necesse est atque oriri, ex non entibus autem nihil fieri potest. De hac enim opinione naturales omnes consentiunt, reliquum iam accidere necessario putauerunt, ex entibus quidem, atq; ex hisce, quæ insunt B fieri quodque, atque oriri.

Te.cõ.34. *Amplius ex eo, quod fiunt ex alterutris contraria. Inerant ergo, si enim omne, quod est fit, necesse est fieri, aut ex his, quæ sunt, aut ex his, quæ non sunt aliquid. Horum autem illud, quod est ex his, quæ non sunt aliquid fieri impossibile est. De hac enim conueniunt opiniones omnes, qui de natura sunt. Reliquum iam contingere ex necessitate putauerunt ex his, quæ sunt, & insunt fieri.*

Secundũ motiuum Anax. Secundum motiuum Anax. propter quod dicit, quodlibet esse in quolibet, & sun hoc vnum contrariorum est in reliquo, sed magis potest te esse in quolibet alio quàm in suo contrario, ergo quodlibet est in quolibet. Quod autem vnum contrariorum sit in reliquo, probatur sic, vnum contrariorum fit ex reliquo, sed quod fit ex alio est in eo, quia aliter fieret ex nihilo, ergo vnum contrariorum est in reliquo.

C Ex insensibilibus vero nobis ob paruitatem molis, vt dicunt. Quapropter inquiunt, quodque in quolibet esse mixtum, quia quodlibet ex quouis oriri videbant. Videri vero atque dici diuersa ex eo plane, quod in mixtione infinitorũ maxime ob multitudinem suam excedit. Nam totum album, aut nigrum, aut dulce, aut os aut carnem sincere non esse quicquam, sed cuius plurimum habet quodque, id ipsius rei videri naturã esse dicebãt.

Sed propter prauitatem magnitudinum ex insensibibus nobis, vnde dicunt esse in omne misceri, propter id, quod omne ex omni videbant fieri. Apparere autẽ differentia, & appellari altera abinuicem ex magis superabundanti propter multitudinem in mixtura infinitorũ, D *sincere quidem enim totum album aut nigrum, aut carnem, aut os non esse, quod plus vnumquodque habet hoc videri esse natura rei.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli. In qua ponuntur duæ euasiones Anax. per quas euasit quædam, quæ videbantur esse contra eum quarum prima est, quia posset aliquis dicere, quòd ad sensum apparet, q in aere non sit ignis, nec caro, & ita apparet ad sensum, q caro fit, & tamen non ex aere, & sic cõtra sensum, q caro fit ex aere, & sic contra sensum est, quòd quodlibet sit in quolibet. Ad hoc respondet Anax. d. quòd quodlibet est in quolibet, sed propter paruitatem partium latet sensum, & hæc est eius prima euasio, secunda eius euasio est posset enim aliquis dicere, q si infinitæ partis carnis, & ossis sint in aere, nõ erit maior ratio, quare dicatur aer, quam caro, vel os. Ad hoc respondet, d. q hoc est, quia denominatio fit a su-

Prima euasio Anax. Secunda euasio.

A perabundanti. vnde in aere plus est de aere, quàm de carne, ideo vnum dicitur aer, & non caro, & aliud dicitur caro, & nõ aer. Vnde dicunt, quod nihil est totum purum album, vel nigrum, aut caro pura, sed quælibet pars existimatur de natura illius, quod magis est in ea. Sed hic dubitatur, quia si in carne sint infinitæ partes aeris, cum vnum infinitum non sit maius alio, nec infinita sint plura infinitis, sequitur, q in carne non est plus de carne, quàm de aere, & sic non magis dicetur caro, quàm aer, & sic contingit arguere de quolibet alio, quia in quolibet sunt infinitæ partes cuiuslibet, & per consequens non est aliquid in aliquo per prædominium, & sic vnumquodque nominabitur nomine vniuscuiusque. Dicendum, q partes sunt duplices. s. actuales, & potentiales, & voco partes actuales illas, quæ possunt esse in actu separato sic, q possit per se existere, & partes potentiales voco illas partes, quæ non possunt separatim existere, sed inexistunt toti. Et tunc dico, q partes actuales infinitæ, quarum quælibet est extra aliam totaliter non sunt in aliquo finito, sed plures tales partes sunt in vno, quàm in alio, & a pluribus partibus actualibus denominatur res secundum Anax. Illud enim in quo sunt plures partes actuales carnis, quàm ossis dicitur caro, & B non os, sed a pluralitate partium potentialium non fit denominatio, quia infinitæ partes cuiuslibet sunt in vnoquoq; secundum Anax. & ideo in nulla re sunt plures partes vnius rei quã alterius, & sic fit denominatio a superabundantia talium partium secundum Anax.

Dubium.

Si infinitum, igitur quo infinitũ est, eo est ignotum. Infinitum quidem multitudine, aut magnitudine, quantum quoddam ignotum erit. Infinitum autem forma quale quoddam ignotum. Cum igitur principia rerum tã multitudine quàm specie sint infinita, fieri profecto nequit, vt ea, quæ ex hisce constant sciantur. Nondum enim compositũ scire putamus, cum ex quibus, & quot ipsum constat haud cognoscimus.

Te.cõ.35. Idem 2. Met. c.11.

C *Si igitur infinitum secundum, quòd infinitum ignotũ est secundum multitudinem quidem, & magnitudinem infinitum ignotum, quantum est quoddam. Secundum speciem autem infinitum ignotum quale quoddam est. Principijs autem infinitis existentibus, & secundũ multitudinem, & secundum speciem, impossibile est, quæ sunt ex his cognoscere. Sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quantis sit.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, & est declaratiua, in qua Philosophus contradicit falsis opinionibus naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium, & continet quinque particulas, quoniam in prima declaratur, quòd principia rerum naturalium non sunt infinita. In secunda ibi. [Amplius si omnia.] Probatur, quod nõ quodlibet est in quolibet. In tertia ibi. [Adhuc si esset] Probatur, q non quodlibet potest segregari a quolibet. In quarta vero ibi. [Non recte autem.] Probatur, q non quodlibet generatur ex suo simili secundum speciem. In quinta ibi [Dignius autem.] Probatur, quòd melius est ponere principia finita quam D infinita. In prima igitur particula huius partis improbatur opinio Anax. & Demo. & aliorum ponentiũ principia infinita, & probat, q principia rerum naturalium nõ sunt infinita, & est vndecima conclusio. huius libri, q̃ probatur dupliciter, primo sic. Omne compositum ex principijs infinitis est ignotum, ita, q non potest sciri, sed res naturales non sunt ignotæ, cum de eis possit esse scientia, igitur res naturales non sunt compositæ ex principijs infinitis, & per consequens non sunt infinita principia rerum naturalium, maior declaratur, quia omne compositum ex principijs non scibilibus est ignotum, quod patet, quia res habens principia non cognoscitur perfecte, nisi ex cognitione suorum principiorum, sed omne compositum ex principijs infinitis est compositum ex principijs non scibilibus, ergo omne compositum ex principijs infinitis est ignotum, minor huius prosyllogismi declaratur, quia infinitum secundum, quòd infinitum ignotum est, & non scibile, quoniam infinitum secundum multitudinem, aut magni-

Prima 16 improbãs opinionẽ Anaxa. & est 11. cõc. huius lib.

A tinuum est quantum ignotum, & infinitum secundum formam, aut quidditatem est quale ignotum, huius rationis primo ponitur probatio minoris huius pro syllogismi, tertio ponitur maior principalis syllogismi cum sua declaratione. Notandum secundum Commen. φ hæc ratio est Logica, quia in hac ratione accipiuntur propositiones declaratæ in Logica, quoniam primo Poste. declaratum est, φ principia nō sunt in finita, quia infinita sunt ignota & etiam quia, si principia essent infinita non contingeret aliquid sciri: pro tanto igitur dicitur hæc ratio Logica, quia in ea sunt acceptæ propositiones

Idem 8. Phys. c. 70 & 2. met. cō. 15. idē 7. meta. com. 2.

declaratæ in Logica. Notandum etiam secundum Commen. hoc, φ Logica vtitatur dupliciter, vno modo secundum quòd est instrumentum diuidens verum a falso, & iste modus est proprius. Alio modo vtitatur Logica in scientiis secundum φ illa, quæ declarata sunt in Logica accipiuntur, pro maxima in destruendo, aut construendo aliquid, & ista consideratio cum vtitatur in artibus particularibus est non propria. In arte vero vniuersali.i. in prima Philosophia est propria, & istam eadem sententiam Commen. narrat. 7. meta. commen. 2. Circa quod dictum est intelligendum, φ Logica vtitatur in scientiis multipliciter. vno modo secundum φ Logica dirigit intellectum in actum syllogizandi, vel demonstrandi, & B hoc in quacunq; materia indifferenter. Vnde si fiat demōstratio mathematica, vel naturalis in propriis terminis mathematicæ, vel scientiæ naturalis, φ intellectus recte, & artificialiter syllogizet vel demonstret, hoc habet a Logica dirigente intellectum, & sic vtitatur Logica tanquam instrumentum, & iste modus vtiandi Logicam est proprius modus Logicæ, quia sola Logica dirigit hominem in actum arguēdi. alio modo, vtitatur Logica in scientiis secundum φ aliqua propositio declarata in Logica accipitur maior, vel minor in probando aliquid in aliis scientiis, vt si in mathematica, vel in scientia naturali negetur aliqua propositio, quæ potest probari per declarata in Logica, tunc ratio sumens aliquid declaratum in Logica ad aliud probandum est ratio Logica, & iste modus arguendi ex declaratis in logica non est proprius in scientiis particularibus, quia scientiæ particulares procedunt ex propriis. Illa autem quæ sunt declarata in logica sunt communia, sed quia sicut logica, ita & prima philosophia est de communibus: ideo cum aliquid declaratum in Logica assumitur in prima philosophia ad probādum aliquid, est modus C proprius, quia proprium est primæ philosophiæ procedere ex communibus, cuiusmodi sunt illa, quæ declarata sunt in logica, nec est imaginandum, quod logica vt est instrumentū, siue vt est viens seu declarans sit alia, & alia res: immo eodem habitu quem didici, vel docui vtor cum syllogizo vel demon-

Dubium.

stro in aliis scientiis. Sed dubitatur super hoc: quod dicitur, scilicet, quòd omne compositum ex principiis infinitis est ignotum, istud non videtur verum, quia omne continuum componitur ex partibus infinitis, cum continuum sit diuisibile in infinitum, sed partes sunt principia totius, ergo si omne quod componitur ex principiis infinitis sit ignotum, sequi-

Tertia rō.

tur quòd omne continuum est ignotum, & sic de continuo non posset esse scientia, quod est falsum, igitur &c. Dicendum quòd quædam sunt partes qualitatiuæ, & quædam sunt partes quantitatiuæ, partes qualitatiuæ sunt partes diuersarum rationum, vt sunt materia, & forma. de quibus partibus verificatur illud commune dictum, scilicet quod ad hoc, quòd ex aliquibus duobus fiat vnum per se: oportet quòd alterum sit actus, & reliquum potentia, sed partes qualitatiuæ sunt partes eiusdem rationis, & tales sunt duplices, quoniam quædam sunt actuales, & quædam potentiales, partes actuales vo-D co illas, quæ possunt perfectu existere separatim, vt sunt minima naturalia, vel partes maiores partibus minimis naturalibus, partes potentiales voco illas, quæ non possunt separatim existere, vt est pars minor minimo naturali eiusdem speciei, vt caro minor carne minima potente per se existere, modo dico, quod omne compositum ex principiis, vel partibus infinitis qualitatiuis est ignotum, quia ad hoc quòd totum cognoscatur oportet cognoscere omnes suas partes qualitatiuas; si vero loquamur de partibus quantitatiuis actualibus, sic etiam dico quòd ad hoc, quòd cognoscatur, oportet præcognoscere omnes tales partes quantitatiuas actuales, sed ad hoc quòd totum cognoscatur, non oportet cognoscere om-

Respōsio.

nes suas partes quantitatiuas potentiales. Ad rationem igitur dico, quod omne continuum est compositum ex principiis, vel partibus infinitis quantitatiuis potentialibus, sed nullum continuum componitur ex infinitis partibus qualitatiuis, nec ex infinitis partibus quantitatiuis actualibus, & ideo non sequitur, quod de continuo non possit esse scientia, quia partes continui ex quarum cognitione dependet cognitio totius non sunt infinitæ.

Præterea si necesse est ipsum molę quantumuis esse posse cuius pars magnitudine paruitateque quantauis esse potest dico autem aliquam talium partium quæ insunt, & in quas totum ipsum diuiditur. Esse vero potest planta vel animal dicto modo quantumuis molæ patet; neque partium vllam identidem molæ quantamuis esse posse. Erit enim & totum quantumuis simili modo. At os, & caro, & istiusmodi cætera, partes sunt animalium, & fructus plantarum. Patet igitur neque os, neque carnem, neque aliud quicquam eo modo, quem diximus molæ quantumuis esse.

Amplius autem si necesse est cuius pars contingit quātumcunque esse, secundum magnitudinem, & paruitatē & ipsum totum contingere. Dico autem talium aliquā partium in quam cum insit diuiditur totum. Si autē impossibile est animal, vt plantam quantacunque esse, secūdum magnitudinem et paruitatem, manifestum est; quoniam neque partium quamlibet, erit.n.totum partibus simile. Caro autem, & os, & huiusmodi partes sunt animalis, et fructus plantarum. Manifestum igitur, quoniā impossibile est carnem aut os, aut aliquid aliud quātumcunque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus. Tex. c. 36.

SEcundo probatur eadem conclusio sic, totum, & partes consequuntur se in magnitudine, & paruitate finitate, & infinitate terminatione, & interminatione, sed nullum compositum naturale est infinitum, vt patet inducendo, in omnibus igitur nullius compositi naturales sunt partes infinitæ, nec principia infinita, igitur principia rerum naturalium nō sunt infinita, vnde quia animal, & planta, & sic de aliis rebus naturalibus sunt terminata in magnitudine, & paruitate, ideo partes rerum naturalium, vt caro, os, medulla, & huiusmodi sunt terminata in magnitudine, & paruitate. Notandum secūdum Com. hic, φ quædam sunt partes secundum quantitatē, & quædam secundum qualitatem, & partes secundum quātitatem sunt duplices, quia quædam sunt in toto in potentia, & quædam sunt in toto in actu, partes in potentia sunt partes in existentes, quæ non possunt separatim existere, sed partes in actu sunt partes, quæ possunt separatim existere, cum igitur dicit Philosophus, φ partes, & totum sequuntur se in mensura siue in magnitudine, & paruitate, istud est intelligendum de partibus secundum quantitatem, quæ actu existunt in toto, & hoc intelligit, P.d. Dico autem talium partium in quas cum insint diuiditur totum, vnde partes in quas totum diuiditur, quæ possunt existere postquam diuisæ sunt a toto dicuntur partes in actu, non quia sint in actu diuisæ a toto, sed quia possunt manere post actualem diuisionem a toto, & in nullo finito sunt huiusmodi partes infinitæ. Intelligendum tamen φ partes, quæ non possunt separatim existere dicuntur partes in potentia distinguendo potentiam contra actualitatem separationis non contra actum existendi, nam huiusmodi partes actu existunt, sed non existunt separatim, nec etiam possunt separatim existere, & ideo dicuntur partes in potentia, quia nunquam possunt habere actum separatum.

Præterea, si talia omnia in cunctis insunt, neq; generatur quicquam, sed inest ac segregatur, atq; appellatur ab eo qđ in ipso magis abūdat, ex quouis deniq; fit quodlibet segregatione, velut aqua ex carne, & caro ex aqua. Cum oē corpus finitum ablatione finiti corporis consumatur atq; tollatur constat non posse in vnoquoque quodque inesse. Ablata.n. ex aqua carne, rursusq; ex aqua reliqua segregata, & si semper minor ea quæ secernitur erit, nō tñ omni magnitudine minor euadet. Quare si segregatio stabit, non in quolibet qđuis erit,

In reliqua

In reliqua.n.aqua nihil inerit carnis Si vero nullus segregationis exitus erit sed semper sequestratio fiet finita in magnitudine sane æqualia finita erũt multitudine infinita. Quod quidẽ est impossibile.

Tex. c. 37. *Amplius si omnia insint quidem huiusmodi inuicẽ, & non fiunt, sed segregantur cum insint. Dicuntur autẽ & a plurimo. Fit autem ex quolibet quodlibet: ex carne aqua segregatur & caro ex aqua: omne autẽ corpus finitum resecatur a corpore finito, manifestum est quòd non contingit in vnoquoque vnumquodque esse. Remota.n. ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua segregabitur, quamuis semper minor erit segregata, sed tamen nõ excellit magnitudo a paruitate: Quare si quidem stabit segregatio: non omne in omni inerit. In reliqua.n aqua non inerit caro. Si vero non stabit: sed habebit semper remotionem infinita magnitudine æqualia finita inerunt, B infinita secundum multitudinẽ. Hoc aũt impossibile est.*

Tertia rõ improbãs opinio. Anax. HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua destruitur aliud dictum Anax. scilicet, quodlibet esse in quolibet, vnde probatur, quod non quodlibet est in quolibet, & hæc est vndecima conclusio huius libri ad quam probandam Philosophus primo recitat in breui totam opinionem Anax. dicit, quod si quodlibet sit in quolibet, & res non fiat de nouo, sed solum segregentur ea, quæ prius fuerunt in actu, & res denominetur a superabundanti in ea. & quodlibet fiat ex quolibet, hæc omnia sunt de opinione Anax. Idem. 6. Phil. t. c. 20. Cum his assumit Philosophus quoddam necessarium, & est, quòd a corpore finito non potest segregari corpus infinitum, sed solum corpus finitũ, & finities, ex quo patet, ꝙ omne corpus finitũ potest consumi per ablationẽ corporis finiti ab eo multotiens accepti. Et tunc arguitur sic, accipiatur corpus finitum vt aqua, & ex ea segregetur caro, & iterum ex aqua residua segregetur caro, & tunc quæro, aut illa segregatio stabit. i. terminabitur, aut nunquam stabit. i. nunquam terminabitur, C si ista segregatio stabit, ergo tandem in aqua non erit aliqua caro. In illa enim aqua, ex qua non potest segregari caro non erit aliqua caro, & tunc habetur propositum. s. ꝙ non quodlibet est in quolibet, si vero ista segregatio nũquam stabit, cum aliquando per segregationem sit deuenire ad carnem minimam, qua carne non potest minor per se existere, post segregationem illius carnis non segregabitur caro minor, & cum illa segregatio procedat in infinitum per te in illa aqua erunt infinitæ partes carnis æquales vel maiores, quam sit caro minima, ergo in magnitudine finita sunt partes infinitæ eiusdem quantitatis, sed hoc est impossibile, ergo, & illud ex quo sequitur. s. ꝙ quodlibet sit in quolibet. Intelligendum, quòd impossibile est, quòd in magnitudine finita sint infinitæ partes secundum numerum eiusdem quantitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliam, quia illa magnitudo excelleret, quamlibet illarum partium in infinitum sine omni proportione, & per consequens illa magnitudo esse infinite parua, cum in omni magnitudine quantacunque parua sint infinitæ partes eiusdem proportionis, similiter in qualibet magnitudine finita sunt infinitæ partes eiusdem q̃titatis, D quæ sic se habent, quòd pars vnius ẽst pars alterius, quod patet, quia si aliquod mobile moueatur super aliquam magnitudinem continue in quolibet instanti temporis mensuranti motum mobile est in parte magnitudinis sibi equali: quoniam si in duobus instantibus esset in eadem parte magnitudinis quiesceret in tempore intermedio, sed nos supponimus, quod continue moueatur, cum igitur in quolibet tempore quantumcũque paruo sint infinita instantia: sequitur, ꝙ in magnitudine super quã fit motus sint infinitæ partes æquales mobili, & per consequens infinitæ partes eiusdem quantitatis, sed illæ partes sunt vnitæ, & copulatæ, quoniã pars vnius est pars alterius, nec est quælibet aliarum partium totaliter extra aliam, &c.

Pręterea, si corpus omne parte aliqua ab eo sublata fieri se minus necesse est, carnis autem quantitas definita est ad molem vtranque, patet minima A ex carne nullum omnino corpus secerni posse, alioquin minima minor erit:

Tex. c. 38. *Adhuc autem si omne quidem corpus remoto quodã minus necesse est fieri, carnis autem determinata est quantitas, & magnitudine, & paruitate. Manifestum est, quòd ex minima carne nullum segregabitur corpus. Erit enim minus minima.*

Tertia rõ improbãs rationes Ana. & est 13. concl. huius lib. HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, quod non quodlibet potest segregari a quolibet, & hæc est decimatertia conclusio huius lib. quæ quadrupliciter probatur, & secundum hoc hæc particula continet quatuor partes, quæ patebunt suis locis, primo igitur probatur conclusio sic. Si quodlibet posset segregari a quolibet, tunc a minima carne posset segregari aliud corpus, sed per segregationem corporis ab aliquo finito fit illud, a quo fit segregatio, minus, igitur si a carne minima posset segregari corpus, sequeretur, ꝙ erit caro minor carne. B minima, quod est impossibile. Dubium. Sed hic est dubium, quia ista ratio videtur supponere quoddam falsum. s. quòd sit dare carnem minimam, quia quælibet caro hẽt partẽ, & quælibet pars carnis est caro & pars est minor suo toto, ergo quacunque carne data est dare carnẽ minorẽ, & per consequens non est dare carnẽ minimã, & hæc est dubitatio specialiter de homogeneis .s. an in illis sit dare minimũ. Huic dubio dupliciter videtur. Huic dubitationi potest dupliciter responderi, primo, ꝙ forma carnis, & quælibet forma naturalis tam homogenea, quam etherogenea determinat sibi certum terminum in magnitudine, & paruitate, ita quòd talis forma secundum speciem non potest per se perficere materiã minorem, & sic est dare minimam carnem minimã inexistentẽ, quia quacunque carne data illa hẽt partẽ, quæ est caro, & pars est minor suo toto, ergo, &c. Igitur breuiter est dicendum, ꝙ in homogeneis est dare minimum naturale per se existens, & non tamen est dare minimum inexistens, ꝙ non sit dare minimum existens in homogeneis, probat ratio dubitationis inducta, & quod in homogeneis sit dare minimum per se existens, hoc accipitur a Philosopho hic, qui ponit carnem minimam, & et accipitur ca li. de sen. & sen. & est expressa intentio C Commen. tertio huius, vbi dicit, ꝙ minimũ de oĩ generato est terminatæ q̃titatis. v. g. vt minima pars, quæ põt esse ignis est terminatæ quantitatis, scilicet, minima pars, quæ potest esse ignis in actu. & commento secundo, septimi huius, dicit Commen. quòd corpora naturalia non diuiduntur in infinitum in eo, quod sunt corpora naturalia, verbi gratia: quoniam primũ motum in igne est minima pars, quæ potest esse ignis in actu. Ex quibus apparet, quòd de intentione Commen. est, quod in naturalibus homogeneis est dare minimum, quo minus non potest per se existere. Dubium. Sed ponendo hoc, est dubium, an istud sit ex natura intrinseca rei: vt scilicet propter hoc sit minimũ dandum, quia natura formæ talis speciei repugnet reperiri in minori materia per se: ita quod terminus in paruitate sit ex ipsa forma specifica, vel hoc est propter aliquam causam extrinsecam, vt scilicet propter hoc sit dare minimum, quia minus non posset resistere continenti, sed statim conuerteretur in continens, vt communiter dicitur. Respõsio. Dicendum est, vt mihi videtur, quod in homogeneis sit dar minimum, quod oportet quod, hoc sit ex causa intrinseca, quia, scilicet, repugnat tali formæ reperiri per se in minori materia, quia si solum esset ex causa extrinseca, tunc si sit dare minimum, quod potest per D se resistere huic continenti sibi contrario, si detur continens minus cõtrarium in duplo, medietas illius minimi posset per se resistere illi continenti, quod minus in duplo sibi contrariatur, & sic cum sit dare continens minus, & minus contrarium in infinitum, sequitur quod non est dare simpliciter minimũ propter causam extrinsecam, idest, propter contrarietatem cõtinentis. Item minimum naturale potest corrumpi a continẽte sibi contrario, sed omnis corruptio quæ fit a contrario est finis alterationis, ergo & omnis alteratio fit in tempore, illud minimum corrumpendum a continenti contrario per tempus resistit illi continenti, sed minimum continue debilitatur a suo contrario, ergo in medio illius temporis mensurantis alterationem per quam corrumpitur est illud minimum debilius, quam fuit in principio, & tamen post illud minimũ resistit continenti per secundam medietatem temporis, ergo minor virtus quam virtus minimi potest resistere continenti, quia quacunque virtute data minor virtus eiusdem speciei potest resistere continenti per tempus quamuis non per tantum

tum tempus. Vnde potest argui sub hac forma, detur minimū naturale, quod sit a, & designetur aliqua pars ipsius, quæ si esset separata a toto esset tantæ virtutis quantæ virtus erit a, in medio alterationis per quam a, corrumpitur, & sit illa pars b, tunc b, in principio alterationis si esset separata esset tantæ virtutis quantæ virtus erit a, in medio alterationis, sed quæcunque sunt æqualis virtutis possunt æqualiter resistere suis cōtrarijs, cū ergo virtus ipsius a, in medio dictæ alterationis possit adhuc per tps resistere cōtinenti, sequit. q b, si separaretur a toto posset resistere continenti, & per consequens a, non est minimum, quod pōt per se resistere continenti. Et ideo si aliquis dicat, quod non est dare minimum in homogeneis nisi p p causam extrinsecā, ipse habet dr̄e, q non est dare simpliciter minimum, sed dēt dr̄e, q est dare minimū circūstantionatum, scilicet minimum, quod potest per se resistere continenti in tantum sibi contrario, & per tantum tempus, & isto modo q̄ libet hōt contrariū erit minimū, q a quocunque dato est dare certum tempus vltra, qd̄ non potest durare in continente tanta contrarietate sibi contraria, & p p hoc ponendo simpliciter minimū in homogeneis melius, vt mihi videtur est dicere, q illud sit ex natura intrinseca ipsius formæ, quam, quod sit propter causam extrinsecā idest p p contrarietatē continentis. Veruntamen si auctoritates non obstarent probabiliter posset dici, quod in homogeneis non est dare simpliciter minimum, quia ex quo homogenea sunt eiusdē speciei in toto, & in qualibet parte, tunc sicut toti non repugnat per se existere, ita nulli parti repugnat per se existere, quia quicquid positiuū per se repugnat alicui indiuiduo alicuius speciei, & repugnat cuilibet indiuiduo eiusdem speciei, vt patet, quia omne positiuum repugnans huic albedini repugnat cuilibet albedini, Cum ergo per se existere sit quoddam positiuum, & non repugnat toti homogeneo non repugnabit alicui parti, cum quælibet pars sit eiusdem naturæ cum toto. Et confirmatur, quia repugnantia formalis de qua nunc loquimur hic est rōne formæ, & naturæ, & ideo cum eadem natura sit omnium indiuiduorū eiusdem speciei, sequitur, quod omne, quod repugnat formaliter alicui indiuiduo alicuius speciei repugnat omni indiuiduo eiusdem speciei. Item si detur minimum, illud potest diuidi cum sit continuum. Quæro tunc aut partes manebūt post diuisionem, vel non, si sic, & cum pars sit minor suo toto, sequitur, quod est dare minus minimo, quod est impossibile, si vero, detur, quod partes non maneant post diuisionem, tunc corrūpentur statim completa diuisione, & sic corrumpentur completa diuisione nulla alteratione præcedente, quod est impossibile, quia corruptio substantiæ semper est finis alterationis, igitur non est dare minimum. Ad auctoritatem Philosophi hic potest dici, quod Philosophus supponit tāquam concessum hic ab Anax. quod est dare minimum, Anax. enim posuit infinitas partes cuiuslibet speciei in quolibet, & ideo ratio vadit sufficienter contra eum, quia ipse concessit, q est dare minimū. Et si dicatur, q Philosophus secundo de aīa dicit, q omnium natura constātiū determinata est rō magnitudinis, & augmenti, cum igitur caro sit res naturalis, oportet dare minimā carnē. Dico, q Philosophus secundo de aīa loquitur solum de his, quę per se augentur, vt sunt aīata per se existētia, in illis. n. est dare maximū, & minimū sed caro nō est animatum per se existens, sed est inhærens alteri. In alijs vero rebus naturalibus non est dare maximum, & minimū, quia Philosophus ibidem dicit, quod ignis crescit in infinitum per appositionem combustibilium, & sic non est dare maximum ignem, quoniā si daretur maximus ignis, qui potest esse in specie ignis, tunc quæro an ille ignis posset conuertere combustile sibi approximatum in ignem vel non, si detur, quod sic, cum combustibili conuerso in igne sit ignis maior quam prius, sequitur, quod est dare maius maximo, quod est impossibile, si vero detur, quod non potest conuertere combustibile sibi approximatum in ignem, istud videtur mirabile, & etiam impossibile, q quāto ignis est maior, tanto est maioris virtutis, & per consequens magis potest agere in passum sibi approximatū, nō est ergo dare ignem maximū, & per eandē rōnem non est dare minimum ignē, quia eadē est rō de maximo, & minimo, vt patet secūdo de anima. Sed dubiū est de etherogeneis, videlicet de animatis, non enim videtur, quod in illis sit dare maximum, & minimum, quia si esset dare maximum hominem, iste non posset fieri pinguior quam prius, quia si fieret pinguior, fieret maior, & sic esset dare maius maximo, quod est impossibile. Similiter si esset maximus homo, aliquis posset eum percutere sic, quod caro elcuaretur, & sic fieret maior, aliter quacunque inflatione, vel eleuatione carnis facta moreretur, quod est impossibile. Et eodem modo probatur, quod non est dare minimum hominē, quia sic ablata quacunque parte ab eo quātumcunq; parua statim moreretur, alioquin esset dare minus minimo. Dicendum igitur, q in homogeneis non est dare maximū tn̄ nec minimum possibile in tali specie, tamen in etherogeneis, vt in animatis est dare maximum, & minimum possibile in tali specie, sic, q per augmentationem naturalem in qua quælibet pars aucti augetur non potest fieri indiuiduum maius in illa specie, nec per diminutionem naturalem in qua quælibet pars diminuti est diminuta pōt fieri indiuiduum minus in illa specie. Tū credo, quod non sit dare maximum, & minimum quin per violentiam possit fieri maius, vel minus, & et per impinguationē, & eius oppositum possit fieri maius vel minus, q impinguatio non est augmentatio, nec eius oppositū est diminutio, quia augmentatio, & diminutio non fiunt nisi quando fit maioratio vel minoratio in partibus solidis vt in ossibus, & neruis secundum quod vult Aui. sed per impinguationē & macrefactionem non fit maioratio, vel minoratio in partibus solidis, vt patet manifeste. Si quis tamen vellet sustinere Commentatorem oporteret dicere, q tam in homogeneis quam in etherogeneis est dare minimum per se existens, & tunc oporteret dicere, q hoc est a natura intrinseca, & non solum propter contrarietatem continentis. Ad rationes vero in cōtrarium pōt responderi inter modo assumpta.

Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita sanguis cerebrumq; inesset. Vnumquodque tamen esset ab alijs separatum, & nihilominus infinitum. Hoc autem metas egreditur rationis.

Amplius autem infinitis corporibus inest vtiq; iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum. Separata tamen abinuicem, nihil autem minus entia sunt quæ sunt, & infinitum vnumquodque hoc autem irrationabile est.

SEcundo probatur eadem conclusio. s. q non quodlibet potest segregari a quolibet, quia si sic, tūc ista segregatio nūquam cessaret, sed procederet in infinitum, & per consequens in quolibet esset infinita caro, & infinitus sanguis, & infinitū cerebrum, & ista sunt abinuicem separata secundum locum, cum ergo vnum infinitum non sit minus alio infinito, sequitur, quod infinita caro non erit minor quam totum infinitū compositum ex infinita carne, & infinito sanguine, & infinito cerebro, & sic de infinitis, & sic pars non erit minor suo toto, quod est inconueniens. Vnde notandum, quod Commē. deducit ad hoc inconueniens, scilicet, quod in infinito erunt infinities infinita, quod est contra rationem, scilicet infinita multiplicari per infinita. Sed hic dubitatur, quia vbicunque sunt infinita, ibi sunt infinities infinita, vt patet, quia in linea sunt infinita puncta, ideo in linea sunt infinities infinita puncta, quia ablatis duobus punctis, adhuc remanent infinita puncta, & sic quibuscunque finitis ablatis semper remanent infinita, & sic infinita sunt infinities infinita. Item in quacunque linea sunt infinitæ partes, & in qualibet parte sunt infinita puncta, igitur in tota linea sunt infinities infinita puncta. Itē dubitatur super hoc, quod dicitur esse inconueniens, scilicet, quod pars non sit minor suo toto, hoc enim non est inconueniens ponendo infinitum esse, quoniam si ponatur tēpus esse infinitum, oportet dicere, quod totum tempus præteritū terminatum ad primum instans huius diei non sit minus toto tempore præterito terminato ad vltimum instans huius diei, & sic non est inconueniens, quod pars non sit minor suo toto. Ad primum igitur dicendum, quod infinitum quantū ad propositium spectat est duplex, scilicet, infinitum secūdum compositionem, & infinitum secundum extensionem. Si enim quodlibet esset in quolibet, quodlibet corpus esset infinitum secundum compositionem, quia componeretur ex infinitis diuersis secundum speciem, non tamen esset infinitum secundum extensionem, quia non componitur ex infinitis secundū extensionem, & tunc dico, quod illud est inconueniens, scilicet, quod in infinito secundū extensionem sint infinitæ partes secundum extensionem, siue, quod in infinito secundum compositionem, finito tamen secundum extensionem sint infinities finita corpora æqualia distincta secū dum locum, quia in nullo finito secundum extensionem sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliā, vt supra dictum est, modo si quodlibet esset in quolibet, tunc in quolibet corpore esset infinitus sanguis, idest, infinitæ partes secundum eos, quia infinitas partes sanguinis æquales sanguini minimo, & eodem modo de cerebro, & sic de alijs, & sic in corpore finito secundum extensionem, & infinito secun-

dum

Tex. c. 41.

Quid sit rō illa per quā improbās ratione Anax.

dum compositionem essent infinitæ partes eiusdem quantitatis, quod est impossibile. Sic enim in infinito secundum compositionem, finito tamen secundum extensionem erunt infinities infinita æqualia occupantia loca distincta, quod est impossibile. Et cum arguitur, quod in linea sunt infinities infinita puncta, dico, quod nõ est inconueniens, quòd in infinito sint infinities infinita indiuisibilia. Ad secundum dico, quòd in his, quæ occupant locum inconueniens est partem non esse minorem suo toto, similiter inconueniens est, quod in infinitis secundum extentionem quæ occupant locum, quod pars non sit minor suo toto. In infinitis autem secundũ successionem, quæ non occupant locum cuiusmodi est tempus non est inconueniens, quod pars non sit minor suo toto.

Id vero, quod asseritur, nũquam segregata omnia fore, non scienter quidem dicitur, rectè tamẽ. Affectus enim inseparabiles sunt. Cũ igitur colores, atque habitus mixti sint, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum profectò, quod non aliud quicquam erit, nec in subiecto.

Nequaquam autem segregandum esse nescientis dicitur rectè autem dicitur. Passiones enim inseparabiles sunt. Si igitur mixti sunt colores, & habitus si segregentur, erit aliquid album, & sanatiuum non alterum aliquid cum sit, neque de subiecto.

TErtio probatur eadem conclusio, scilicet, quòd nõ quodlibet potest segregari a quolibet, primo tamen Phyl narrat quid veritatis fuerit in opinione. Anax. d. quòd dicere, q̃ res nequaquam segregentur, & distinguantur est dictum nõ scientis, sed dicere, q̃ non omnia separantur, & segregantur est rectè dicere. Nam passiones sunt inseparabiles a suis subiectis, conclusionem igitur Phyl. probat sic. Si quodlibet sit mixtum cũ quolibet, & possit ab eo segregari, tunc colores, & habitus, & scientiæ essent mixti cũ suis subiectis & possent ab eis segregari, quod est impossibile, quia tunc aliquid esset album, & sanatiuũ, & nihil esset subiectum eius de quo diceretur q̃ esset albũ, vel sanatiuũ. q̃ est impossibile, ergo, &c. Vel breuiter ratio consistit in hoc, q̃ accidentia nõ possunt segregari a suis subiectis, ergo non quodlibet potest segregari à quolibet.

Quare ipsa mens absurda est sane, ea quærens, quæ fieri nequeunt, si separata quidem reddere vult, hoc autem efficere nequit tam quantitatis, quam qualitatis etiam ratione. Quantitatis quidem, quia non est minima magnitudo. Qualitatis autem, quia affectus inseparabiles sunt.

Quare inconueniens est impossibilia quærens intellectus si vere velit quidem segregare, hoc autem facere est impossibile, & secundum quantitatem, & secundum qualitatem. secundum quantitatem quidem, quoniam non est minima magnitudo, secundum qualitatem autẽ, quoniam inseparabiles sunt passiones.

Secundo quia non quodlibet potest separari a quolibet.

QVarto probatur, q̃ non quodlibet potest segregari a quolibet, quia si [illegible] tunc segregatio nunquam cessaret, quia si cessaret, [illegible] posset quodlibet segregarĩ a quolibet, qd̃ est contra [illegible] si ista segregatio nũquam cesset nec compleatur, sequitur [illegible] intellectus quærens istã segregationem complere, & [illegible] complerat [illegible] distinguere erit vanus & vilis, quia nũq[illegible] complebit [illegible] suam actionem, nam cõpleta segregatio abinuicem est impossibilis secundũ quantitatem, quia non est minima magnitudo, & nunquam complebitur segregatio quousq; deueniat ad minimam magnitudinẽ, quia quælibet magnitudo, quæ non est minima põt diuidi in minorem. cum aũt nunq̃ possit deuenire ad minimam magnitudinẽ, sequitur, q̃ segregatio secundum quantitatem nunquam cõplebitur, & ẽt segregatio rerum abinuicem secundum qualitatem nunquam potest compleri, quia passiones, & qualitates nunquam possunt complere segregari a suis subiectis.

Notabile. Notandum secundum Commen. q̃ Phil. hic per partes secundũ quantitatẽ intelligit partes consimiles, quæ sunt eiusdẽ speciei, & tales secundũ Anax. sunt mixtæ mixtione infini-

A ta. In omni enim parte, quam intellectus diuidit sunt partes infinitæ, & sic nitetur distinguere secundum quantitatem, qd̃ nunquam distinguet. Intelligendum etiam, q̃ non est dare magnitudinem minimam, vt magnitudo est, & inquantũ est quid mathematicũ, quia non hẽt contrarium, cum hoc tamen stat, q̃ est dare minimam magnitudinem naturalem, vt minimam carnem. Sed dubitatur, q̃ ratio Phil. non valeat, per quã probat, q̃ intellectus est vilis per hoc, quia potest complere suam actionem. Nam istud non videtur sequi, quia sic motor cæli esset vilis, quia nunquam potest complere motum suum. Dico igitur, q̃ agens intendens implere actionem suam, & nõ potest eam complere est vilis, & iste intellectus, quem posuit Anax. intendebat complere segregationem rerum abinuicẽ, quam tamen complere non potuit, sed motor cæli non intendit complere, & terminare motum suum, & ideo non sequitur, quòd vilis sit & ociosus.

Quod nõ sit dare magnitudinẽ minimam.

Dubium sup dicto Philos.

Neque etiam rectè generationem eorum, quæ partiũ sunt conformium capit. Lutum namq; tũ in luta, tum non in luta diuiditur. Nec vt lateres
B ex domo, & domus ex laterib. fit, sic aqua, & aer ex sese mutuo sunt, & fiunt.

Non rectè autem generationem accipit similium speciarum. Est enim vt lutum in luta diuiditur, vt autem vt non: & non idem modus est, vt lateres ex limo, & domus ex lateribus. Sic autem aqua, & aer ex alterutris, & sunt & fiunt.

Tex. c. 40.

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phil. improbat Ana. in hoc, qd̃ dicit, q̃ quodlibet fit ex suo simili s̃m speciem. Nã p̃p̃ hoc dixit, q̃ quodlibet est in quolibet, quia quodlibet potest fieri ex quolibet, quãuis vnum contrarium de quo minus vĩ fit ex suo contrario: cum igitur quodlibet, qd̃ fit, fiat ex suo simili s̃m spẽm, s̃m eũ sequitur, q̃ quodlibet sit in quolibet, probat igit̃ Phil. contra ipsum, q̃ non quodlibet fit ex suo simili s̃m spẽm, & hæc est decimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur vnico medio sic, lateres fiunt ex luto, & domus ex lateribus, & ideo
C lũ ex capro, & aqua ex aere, sed in istis illud, q̃ fit non est eiusdem speciei cum eo ex quo fit, ergo non quodlibet fit ex suo simili secundum speciem: vnde quamuis aliquando simile fiat ex suo simili, vt lutum ex luto, tamen non semper simile fit ex suo simili. Dubitatur, nã septimo met. Phil. dicit, q̃ omne, qd̃ fit, fit ex suo simili secundum speciem. Dicendũ, q̃ fieri ex aliquo potest intelligi, vel tanquam ab agẽte, vel tanquam a materia. Vnde Phil. septimo met. loquitur de fieri ab aliquo sicut ab agente. Vnde vt in pluribus res fiunt ab agẽtibus sibi similibus s̃m spẽm, sed loquendo de fieri ex aliquo tanq̃ ex materia, sic raro simile fit ex suo simili secundum speciem, imo loquẽdo proprie de fieri, qd̃ est finis alterationis nunquam fit simile ex simili secundũ speciem, tanquam ex materia, loquendo tamen de factione, quæ est aggregatio sic bene fit simile ex simili secundum speciem tanquã ex materia, vt aqua ex aquis, & lutum ex lutis.

Decimaquarta cõclu. huius libri.

Tex. c. 41.

Melius autem est potiora principia, finitaq; sumere, quod quidem Empedocles facit.

D *Melius autem est minora, & finita recipere, quod vere facit empedocles.*

Tex. c. 42.

HÆc est quinta particula tertiæ partis principalis huius capituli. In qua Phil. comparat opinionem Ana. ad opinionẽ Emp. intendẽs, q̃ opinio Emp. ponentis principia finita. s. quatuor elementa, & litem, & amicitiam est melior opinione Ana. ponentis principia infinita, quia ponendo principia finita vt ponit Empe. possunt res cognosci, & sciri per sua principia, & possunt dari causæ entium naturalium, ponẽdo vero principia infinita non possunt res cognosci p̃ suas causas, nec possunt dari causæ entium naturalium, igitur opinio Empe. est melior quam opinio Anax. & potest hoc poni decimaquinta conclusio huius libri, videlicet, q̃ melius, & dignius est ponere principia finita, quam ponere principia infinita, hæc conclusio probatur sic, melius, & dignius est illud ponere per quod melius possunt res naturales cognosci, & causæ rerum naturalium assignari, sed melius possunt res naturales cognosci, & earum causæ assignari ponendo principia finita

Cõparat opinionẽ Anaxa. & Empe. dicens q̃ minus male opinatus fuerit Emped.

15. concl. huius libri.

finita quàm ponẽdo ea infinita, ergo maior est manifesta, & probatur minor, nam Empe. ponẽs principia finita melius assignauit causas rerum quæ fiunt ex principijs per illa principia finita, quam fecit Anax. ponens principia infinita. Et causa huius est, quia per principia finita res possunt cognosci, sed non per principia infinita cum infinita, sm, quòd infinita sint ignota.

TRACTATVS TERTIVS DE PRINCIPIIS in generali in quo secundum veritatem perscrutatur qualia, quot, quæ, & quomodo sunt principia.

CAPITVLVM PRIMVM IN QVO DECLAratur qualia sunt principia.



Omnes igitur contraria principia faciũt, & qui vniuersum vnum esse atque immobile dicunt. Parmenides enim calidum frigidumque principia facit, atq; hæc ignem terramque appellat, & qui rarũ, & densum principia inquiũt esse. Democritus quoq; plenum ipsa atq; vacuum asserit esse, quorũ alterum vt ens, alterum, vt non ens esse dicit. Insuper & hasce differentias affert, positionem inquam figurã ac ordinem, hæc autem contrariorũ genera sunt: Positionis enim supra, & infra, ante, & retro Figuræ vero, angulis constans atq; non cõstans, rectũ, & circunflexum species sunt. Patet igitur omnes contraria quodammodo principia facere rerum.



Omnes igitur contraria principia faciunt, & dicentes, quòd vnum sit omne, & immobile. Et Parmenides enim calidum, & frigidum principia facit. Hoc autem appellat ignẽ, & terram. Et quidam rarum, & densum. Et Democritus firmum, et inane, quorum aliud quidem sicut, quod est, aliud autem sicut quod non est esse dicitur, adhuc positione, figura, & ordine, hæc autem genera contrariorum sunt positione, sursum, & deorsum, ante, & retro. Figura angulus rectum, circulatũ. Quodquidem igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia manifestum est.

Iste est tertius Tractatus huius libri in quo determinatur de qualitate, & numero, & modo principiandi ipsorum principiorum secundum veritatem, & continet tria capitula, quia in primo declaratur qualia sunt principia, quoniam cõtraria. In secundo ibi. [Consequens autem vtique, &c.] Declaratur quot, & quæ sunt principia, quoniam tria, scilicet materia, forma, & priuatio. In tertio autem ibi. [Sicut igitur nos dicimus.] Declaratur quomodo sunt principia, quoniam tanquam diuersa, & necessaria in omni transmutatione. & quod quædam sunt per se principia, & quædam per accidens. Primum capitulum continet duas partes principales, quoniam prima est declaratiua, in qua probatur, quòd principia sunt contraria, secũda vero ibi. [Vsque quidam igitur.] Est narratiua in qua narratur qualiter antiqui conueniunt, & differunt in ponendo principia esse contraria. Prima pars continet duas particulas, quoniam in prima probatur, quòd principia sunt contraria per testimonium antiquorum. In secunda ibi. [Et hoc rationabiliter.] probatur idem per rationem. In prima igitur particula huius partis Phylosophus probat per testimonium antiquorum principia rerum naturalium esse contraria, & secundum Linco. hæc est prima conclusio huius scientię, & verum est, quod est prima de conclusionibus principalibus, sed computando in generali, omnes conclusiones probatas est decimasexta cõclusio huius libri, quam ponit Linco. sub hac forma. Cuiuslibet facti sunt principia contraria, hæc igitur conclusio probatur dupliciter, primo per testimoniũ antiquorum. Vnde Phylosophus ponit tres opiniones dicentium principia esse contraria prima est opinio Parme. & Mel. de quibus minus videtur, quia ipsi posuerunt omnia esse vnum, & immobile, & tamen ipsi posuerunt principia esse contraria, quia posuerunt

Conc. 16. huius lib.

A calidum, & frigidum, quæ ipsi vocabant ignem, & terram, esse principia, sed manifestum est, quòd frigidum, & calidum sunt contraria, & sic Parme. & Mel. posuerunt principia esse contraria. Sed dubium est, cum enim ipsi posuerunt tãtum vnũ esse, quomodo igitur posuerunt principia esse contraria. Dicendũ secundum Commen. quòd ipsi opinabantur, quòd entia essẽt duobus modis, scilicet, entia vera, & entia existimabilia, vel sensibilia. Ens verum secundum eos est tantum vnum, sed entia existimabilia sunt plura, & istorum entium existimabiliũ posuerunt duo principia existimabilia, scilicet calidum, & frigidum, seu ignem, & terram, & sic patet prima opinio. Secunda opinio dicentium principia esse contraria, fuit opinio Anax. & sequentium ponentium omnia fieri ex vno corpore per cõdensationem, & rarefactionem, & ipsi posuerunt raritatem, & densitatem quæ sunt contraria esse principia. Tertia vero opinio fuit Democriti, qui posuit firmum, & inane, idest, vacuũ, & plenum esse principia rerum, & vacuum, & plenum sunt cõtraria, sed istorum vnum posuit esse ens, scilicet, plenum, & aliud non ens, scilicet, vacuum. Et Commen. dicit vacuum esse contrarium pleno, secundum contrarietatem quæ est inter esse, & non esse, plenum enim est ens, vacuum vero est nõ ens.

Dubium.

B Item notandum secundum Commen. quod hoc nomen contrarium vsitatur hic largè, scilicet, pro vero contrario, & pro priuatione, & habitu, siue sit in rei veritate, siue secundum famam. Ex quo est notãdum, quòd contrarietas est duplex, quædam est strictè accepta, quæ scilicet, est inter formas positiuas contrarias, vt contrarietas quæ est inter calidum, & frigidum, & quædam est contrarietas largè dicta sibi opposita inter priuationem, & habitum, & talis est duplex, scilicet, quædam quæ est vera, vt oppositio inter visum, & cæcitatem, & quædam famosa, vt oppositio quæ est inter vacuum, & plenum. Et per hoc patet responsio ad quasdam obiectiones per Phylosophũ primo cę. si vnum contrariorum sit in natura, & reliquum, sed vacuum, & plenum sunt contraria, & plenum est in natura, igitur, & vacuum. Respondeo, quòd maior debet intelligi de contrarijs proprie acceptis, quorum vtrunque est ens positiuũ, sed vacuum, & plenum non sunt huiusmodi. Sed adhuc potest obijci sic, priuatiuè opposita nata sunt fieri circa idem subiectum, sed vacuum, & plenum sunt priuatiuè opposita, ergo, quod est plenum est natum, vel possibile est esse vacuum. Respondeo, maior debet intelligi de priuatiue oppositis, & non

Cõtrarietas est dupliciter.

C secundum veritatem, & de priuatiue oppositis secundum famositatem tantum, cuiusmodi sunt vacuum, & plenum. Adhuc Democritus non solum posuit principia esse contraria in ponendo vacuũ, & plenum esse contraria, immo posuit alias contrarietates inter principia, quia Democritus posuit omnia fieri ex corporibus indiuisibilibus, & posuit entia differre positione, figura, & ordine, hæc autem, idest, positio figura, & ordo, sunt genera contrariorum, sicut positio diuiditur per sursum, & deorsum, ante, & retro, quæ sunt contraria & figura diuiditur per habẽs angulos, & carens angulis, & per rectum, & circulare, quæ videntur contraria. Ordo vero diuiditur per differentias contrarias quæ sunt prius, & posterius. Vnde notandum secundum Comment. quòd figura non diuiditur in contraria propriè dicta, quia diuisio figuræ in habens angulos, & carens angulis est per contraria secundum esse, & non esse, & similiter rectum non est contrarium rotundo in rei veritate, sed solum primo aspectu, & secundum famam.

Idq; non sine ratione. Principia namque: neq; ex sese mutuo, neq; ex alijs, & ex ipsis omnia esse

D oportet, cõtrarijs aũt primis hæc insunt Quia nãque sunt prima, iõ non ex alijs sunt. Quia vero cõtraria sunt, iõ non ex sese mutuo fiunt. Verũ idipsum quo pacto fit, & rõne consideremus oportet. Sumendum est igitur primum, non quiduis eorũ, quæ sunt in quoduis agere, neq; quduis pati a quouis aptum esse, neq; ex quibuscunq; quiduis fieri, nisi quis per accidens sumpserit. Quo nãque pacto fiet album, vel nigrum ex musico, nisi albo, vel nigro sit accidẽs musicum. Sed albũ quidem fit e nõ albo, atque ex hoc non quouis, sed e nigro, vel aliquo mediorum. Musicum aũt e non musico, atque ex hoc nõ quouis, sed ex immusico, vel e medio si aliquid inter ipsa medium est. Neq; rursus in qd-

uis primum vnumquodque corrumpitur. Velut album, in non musicum nisi idipsum nonnunquã accidat. sed in non album corrumpitur, atque in hoc non quoduis, sed in nigrum aut in medium. Eodẽ modo musicum etiam in non musicũ, atque in hoc non quoduis, sed in immusicum, vel in medium, si quid inter ipsa medium sit corrumpitur. Similiter fit, & in ceteris. Nam, & ea quæ non simplicia, sed composita sunt, eandem subeunt rationem. Sed latet ipsum ex eo, quia dispositiones oppositæ nominibus carẽt. Etenim oẽ constructum ex instructo, atque inconstructum e cõstructo fiat necesse est. Constructum etiam in inconstructum, & in ipsum non quoduis, sed in oppositum necesse est corrumpatur. Nihil autem interest siue in constructione, siue in ordine, siue in compositione hæc ipsa dicatur. Patet enim eandem rationem in cunctis esse, atque domum, statuam & quoduis aliud similiter fieri. Domus enim ex non compositis, sed hoc mó diuisis, & statua, figuratorumque quod ijs e non sic figurato confici fierique videtur. Atque hæc partim ordine partim compositione constant.

Tex. c. 42. *Et hoc rationabiliter. Oportet. n. principia neq; ex alterutris esse, neque ex alijs, et ex his omnia, contrarijs autem primis insunt hæc, propter id, quod prima quidem non sunt ex alijs. Ob id vero quod sunt contraria nõ sunt ex alterutris. Sed oportet hoc in ratione cõsiderare qualiter contingat. Accipiendum igitur est primũ, quòd oĩm quæ sunt nihil, neque facere aptum natum est, neq; pati contingens a cõtingenti, neque fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat secundum accidens. Qualiter. n. fiet album ex musico, nisi accidẽs sit albo aut nigro musicũ, sed album quidem fit ex non albo, & hoc nõ ex omni, sed nigro, aut medijs. Et musicũ ex non musico, sed nõ ex omni, sed ex inmusico, aut si aliquid ipsis sit medium. Neq; igitur corrumpitur in contingens primum, vt albũ non immusicum, nisi forte secundum accidens, sed in non al-*

Tex. c. 44. *bum, & non in contingens, sed in nigrum, aut mediũ. Similiter autem musicũ in non musicum, & hoc non in contingens: sed in musicum, aut si ipsis aliquid medium est. Similiter autem hæc, & in alijs, quoniam non solũ simplicia eorum quæ sunt, sed, & composita secundum eandem se habent rationem. Sed pp hoc oppositæ dispositiones non denominatæ sunt, latet hoc contingens. Necesse enim omne consonans ex inconsonanti fieri, & inconsonans ex con-*

Tex. c. 45. *sonanti, & corrumpi consonans in inconsonantiam, & hanc non in contingentem, sed oppositam. Differt autem nihil inconsonantia dicere, aut ordine, aut compositione. Manifestum enim est, quòd eadem sit ratio. At vero do-*

Tex. c. 46. *mus, & statua, & quodlibet aliud fit similiter. Domus quidem enim fit nõ ex eo, quod composita sunt, sed ex eo, quòd diuisa sunt hæc, sic, & statua, & figuratorum aliquod ex non figurato, & vnumquodque horum. Alia quidem ordo, alia vero compositio quædam sunt.*

Probatio conclusionis 15. per proprietates primorũ principiorum quæ sunt tres.

HÆc est secũda particula secũdæ partis principalis huius capituli. In qua ꝓbatur prædicta conclusio. s. decimaquinta ꝑ rõnẽ, quæ accipitur a conditionib. siue a proprietatibus primorũ principiorũ, quæ sunt tres. s. non fieri ex alterutris neq; ex alijs, sed oĩa alia, quæ fiũt fieri ex his, prima. n. principia nõ fiunt ex alijs nec ex alterutris, sed oĩa quæ fiũt, fiunt ex eis. Ex his igitur proprietatib. principiorum probatur conclusio sic. Quæcunq; non fiunt ex alterutris neque ex alijs, sed ex ipsis fiunt oĩa, quæ fiunt, sunt principia, sed prima cõtraria

A nõ fiũt ex alterutris, nec ex alijs, sed ex his fiũt oĩa, q̃ fiũt ergo, prima cõtraria sunt principia, ex quo sequitur ꝑ cõuersionẽ simplicẽ, ꝙ principia sunt prima contraria, & per cõsequens prĩ cipia rerũ naturaliũ sunt principia contraria, maior huius rõnis patet ꝑ conditiones principiorũ positas in lr̃a, & põt sic ꝓbari, principia sunt cãæ rerũ, & ex hoc, ꝙ sunt prima nõ fiũt ex alijs, nec ex alterutris, & ex hoc, ꝙ sunt cãæ, alia q̃ fiũt, fiunt ex eis, sed minor hẽt tres ꝑtes, & primo ꝓbatur q̃tum ad duas partes, scd̃o vero probatur tertia pars minoris, quæ est aliqualiter dubia: prima pars minoris. s. ꝙ prima cõtraria non fiant ex alijs probatur ex hoc, quia sunt prima. Illa. n. quæ sunt prima non fiunt ex alijs, quia illud ex quo aliqd fit, prius est eo. Sed prima contraria sunt prima. ergo non fiunt ex alijs, scd̃a pars eiusdẽ minoris. s. ꝙ prima cõtraria, & cõtraria nõ fiũt ex alterutris, ꝓbat ꝑ hoc, q̃a prima cõtraria sũt cõtraria, & cõtraria nõ fiũt ex alterutris, ꝗ prima cõtraria nõ fiũt ex alterutris. Vñ Cõmẽ. istã scd̃am proprietatẽ. s. ꝙ contraria nõ fiunt ex alterutris, glosat dicens sic, contraria nõ gñantur ex suo contrario. i. cõtrarium non mutatur in suum contrariũ, qđ sic intelligo. s. ꝙ contrariũ nõ fit ex contrario tanq̃ ex subiecto manẽte, vnũ. n. cõtrariorũ nunq̃ fit subiectũ alterius, qm̃ albedo nunq̃ fit sub nigredine, ita ꝙ maneat sub ea. Albedo ẽt nunq̃ fit nigredo.

B Illud igitur dictũ. s. ꝙ cõtrariũ nõ mutatur in suũ contrariũ, põt dupliciter intelligi vno mõ, ꝙ cõtrariũ non fit sub suo contrario: alio mõ, ꝙ contrariũ nõ fit suũ contrariũ, vt albedo nunq̃ est subiectum nigredinis, & similiter albedo nunquã nigredo, & vterque intellectus est verus. Sed quia tertia proprietas. s. ꝙ oĩa quæ fiunt, fiunt ex contrarijs non est manifesta: ideo Phylosophus ibi. [Sed oportet hoc in rõne cõsiderare.] intendit probare tertiã proprietatẽ. s. ꝙ oĩa quæ fiunt ex eis, & ad declarandũ declarat qualiter ista proprietas verificatur de contrarijs, & qualiter non, qm̃ contraria quodammodo fiunt ex alterutris, & quodammodo non. Ideo dicit Phylosophus, ꝙ oportet hoc in rõne considerare. s. qualiter contraria fiunt ex alterutris, & qualiter non fiunt ex alterutris. Declarat igitur primo inductiuè, ꝙ oẽ, quod fit, fit ex suo contrario, vel ex medio inter contraria, & oẽ, qđ corrumpitur, corrumpitur in suũ cõtrarium, vel medium extendendo contrarietatẽ ad cõtrarietatem largẽ dictam. s. ad priuationem, & habitum, & primo declarat Phylosophus hoc in simplicibus, scd̃o in compositis, & hoc ibi. [Similiter aũt hoc, & in alijs.] Primo igitur dicit Phylosophus accipiendum est, & supponendum, ꝙ non quodcunque

Quod cõtrariũ nõ mutatur ĩ suũ cõtrariũ dupliciter intelligi potest.

C indifferenter est natum agere in quodcunque, sed determinatum in determinatum, nec quodcunque indifferenter est natum pati a quocunque, sed determinatum a determinato, nec quodcunque indifferenter a quocũque, vt dicit Auer. sed determinatum a determinato, & hoc per se loquendo, quia album non fit ex musico, nisi per accidens, sed per se fit ex non albo, & non ex quocunque non albo, sed ex non albo, quod est nigrum, vel medium inter album & nigrum, & idem patet in priuatione ex opposito, quia musicũ fit ex musico, & non ex quocunque non musico, sed ex inmusico, aut ex medio inter musicum, & immusicum si sit medium. Similiter omne, quod corrumpitur, corrumpitur in suum contrarium, aut in medium, vt patet in eisdem exemplis, & licet est in generatione, & corruptione simplicium, s. ꝙ contrarium fit ex contrario, vel ex medio, vel corrumpitur in contrarium, vel in medium, sed non in quodcunque medium indifferenter. Eodem etiam modo est in generatione, & corruptione compositorum, vbi vnum generatur ex pluribus, aut corrumpitur in plura, s. ꝙ contrariũ fit ex contrario, vel ex medio, & corrumpitur in contrarium, vel in medium, sed hoc latet in compositis pp hoc, quia dispo

D sitiones oppositæ, idest priuationes in compositis non habent nomina, si vero nomina imponantur dispositionibus oppositis in rebus compositis erit manifestum, ꝙ in illis contrarium ex contrario generatur, & corrumpitur in contrarium, quoniam compositum fit ex non composito, sed non ex quocunque non composito, sed ex composito determinato, in quo, scilicet est propria priuatio illius compositi, & eodem modo est de corruptione. Sed huiusmodi compositis, & dispositionibus oppositis imponamus nomina, & sint consonantia, & inconsonantia, manifestum igitur est inductiue, quòd omne consonans fit ex inconsonanti, & corrumpitur in inconsonans, idest omne compositum fit ex illis, in quibus est propria priuatio illius compositi, & etiam corrumpitur in illis, in quibus est propria priuatio illius compositi, & hoc patet vniuersaliter quantum ad omnia composita siue sint aggregata secundum compositionem, vt domus, siue secundum ordinem, vt ciuitas, & exercitus, siue secundum figurationẽ, vt statua, nam domus fit ex his quæ non sunt composita, &

non

non ex quibuscunque non compositis, quia non fit ex secundis intentionibus, sed fit ex non compositis, in quibus est propria priuatio domus, vt ex lapidibus, & lignis. & eodem modo de omnibus alijs cōpositis. s. ꝙ fiunt ex diuersis in quibus sunt propriæ priuationes eorum, & ita apparet ꝙ omne quod generatur, generatur ex suo contrario, vel ex medio, & omne ꝙ corrumpitur, corrumpitur in contrarium vel in medium. Notandum secundum Comment. quod illud in quod aliquid corrumpitur per se, & principaliter est vnum tantum. sed secundario & per accidens nihil prohibet vt aliquid corrumpatur in plura. Et intelligo quod illud in quod aliquid corrumpitur, primo est suum contradictorium, quoniam corruptio est a contradictorio in contradictorium primo & principaliter, & vni non contradicit nisi vnum. & ideo illud in quod aliquid corrumpitur primo est vnum tantum. Item notandum secundum Commen. quod eorum in quæ fit corruptio, aliud est primũ, aliud vero secundum, & est illud in quo fit corruptio mediante primo, & aliud per accidens, & differt per accidens a secundario, quia secundarium quodammodo est terminatum, & illud quod est per accidens non est terminatum, & intelligo quod illud in quod primo aliquid corrumpitur est suum contradictorium. quia corruptio primo est contradictorij in contradictorium, sed illud in quod secundario corrumpitur est contrariũ, vel medium, & illud quodammodo est terminatum, quia non quodcunque indifferenter est medium, vel contrarium, sed aliqua determinata, sed illud in qđ per accidens fit corruptio non erit terminatum, sed est quodlibet indifferenter quod succedit alicui formæ in eodem subiecto, & sic album corrumpitur in musicum, in grammaticum, in calidum, in frigidum, & sic de infinitis.

Primũ notabile.

Secundũ notabile.

Si igitur hæc vera sunt. omne quod fit e contrario perfecto aut e medio fit. & omne quod corrũpitur in contrarium corrumpitur, vel in medium, Media vero sunt ex contrarijs, ceu colores ex albo, & nigro, Quare omnia quę natura fiunt, aut cō traria aut ex contrarijs sunt.

Tex. c. 47.

Si ergo hoc verum est quod omne quod fit: fiat et corrumpatur, quod corrumpitur, aut ex cōtrarijs, aut in contraria, & in horum media, media autem ex contrarijs sunt, vt colores ex albo, & nigro. quare omnia erũt quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs.

PRobato ꝙ omne ꝙ fit, fit ex cōtrario, vel ex medio, & omne, quòd corrumpitur in contrarium, vel in medium corrumpitur, & media sunt ex cōtrarijs, sequitur ꝙ omnia ex quibus fiunt ea, quæ secundum naturam fiunt, aut sunt contraria aut sunt ex contrarijs, sed quæcunque fiunt ex generatis contrarijs fiunt ex contrarijs, vt patet. Nam quæcunque fiunt ex compositis ex aliquibus simplicibus, fiunt ex illis simplicibus, vt quæcunque fiunt ex mixtis, fiunt elementis simplicibus, & quæcunque fiunt ex syllabis, fiunt ex literis, ergo cum omnia quæ fiunt secundum naturam, fiant ex contrarijs, vel ex generatis a contrarijs, sequitur quod omnia quæ fiunt secundum naturam, fiunt ex contrarijs. & hæc est tertia pars minoris principalis. Istam igitur literam. [Quare omnia vnque erunt quæ natura fiunt, aut contraria; aut ex contrarijs.] legas sic. Quare omnia supple ex quibus fiunt, quæ fiunt naturaliter, erunt contraria, aut ex contrarijs, & ex hoc sequitur, vt deductum est, ꝙ omnia ex quibus fiunt, quæ secundum naturam fiunt, fiunt ex contrarijs, & hæc est tertia pars minoris principalis. Notandum ꝙ in hoc capitulo vsque ad illam partem. [Vsque quidem] possunt assignari quinque conclusiones, prima conclusio ꝙ principia sunt contraria, secunda, quòd prima contraria non fiunt ex alijs, tertia, ꝙ prima contraria non fiunt ex alterutris, quarta ꝙ omne quod fit, fit ex suo contrario, vel ex medio, & omne quod corrumpitur, corrumpitur in contrarium, vel in medium, quinta, quod omnia quæ fiunt, fiunt ex contrarijs. Quia tamen prima harum principaliter hic intenditur & aliæ non intenduntur, nec probantur hic nisi propter primam, ideo non assigno hic nisi vnam conclusionem. s. quod prima principia sunt contraria. Si quis tamen voluerit poterit hic assignare quinque conclusiones prædictas. Sed hic sunt quædam notanda, & quædam dubitanda. Primo est notandum circa conclusionem principalem, ꝙ non omnia principia sunt contraria, sed solum duo, vt forma & priuatio. Materia enim quæ est tertium principium non habet contrarium. Secundo notandum circa proprietates principiorum, quod aliquid fieri ex alio est tripliciter, vel tanquam ex suo opposito siue tanquam ex termino a quo fit, vel tanquã ex sua parte ex qua constituitur, vel tanquam ex subiecto in quo recipitur, vt, verbi gratia, vnum contrariorum fit ex alio tanquam ex termino a quo siue tanquam ex opposito, vt album ex nigro, & compositum ex materia, & forma tanquam ex partibus, forma vero fit ex materia quia eo modo quo fit, fit ex materia tanquam ex subiecto in quo recipitur, & de cuius potentia educitur. Ex quibus potest apparere qualiter dictæ proprietates cōpetunt primis principijs. Prima enim proprietas, scilicet, non fieri ex alijs tanquam ex partibus qualitatiuis, seu essentialibus competit omnibus principijs primis, quia omne primum principium est simplex non resolubile in partes essentiales, & sic debet intelligi prima proprietas, scilicet, quod prima principia non fiunt ex alijs tanquam ex partibus qualitatiuis, tamen vnum principium bene fit ex alio, quia forma fit ex materia tanquam ex subiecto in quo recipitur, & forma fit ex priuatione tanquam ex termino a quo, vel tanquam ex opposito. sed materia nullo modo fit ex alio nec tanquam ex subiecto, nec tanquam ex opposito, cum non habeat subiectum prius, & etiam cum non habeat oppositum.

Conſtructio literę.

Primũ notandum.

Secundũ notandũ.

Prima proprietas cō petit primis principijs.

B Vel potest prima prioritas sic intelligi, s. ꝙ prima principia nō fiunt ex alijs in eodē genere principiandi, quia sic principium in aliquo genere haberet prius in eodem genere: attamē primum in vno genere potest fieri ex alio genere, vt forma ex materia. Secunda vero proprietas, scilicet, non fieri ex alterutris, debet intelligi eodem modo, scilicet, quod non fiunt ex alterutris tanquam ex partibus qualitatiuis. Tertia autem proprietas, scilicet, quod omnia quæ fiunt, fiunt ex his, debet sic intelligi, scilicet, quod omnia præter ista principia fiunt ex his, vel tanquam ex partibus, vel tanquam ex opposito, vel tanquam ex subiecto. omnia enim composita fiunt ex materia, & forma tanquam ex partibus, & ex priuatione, & forma, scilicet, ex vno tanquam ex termino a quo, & ex alio tanquã ex parte, & forma eodem modo quo fit ex priuatione tanquam ex termino a quo, & fit ex materia tanquam ex subiecto in quo recipitur, & sic omne quod fit, fit aliquo modo ex his principijs. Istæ vero eædem proprietates competunt primis contrarijs, & intelligo per prima contraria contraria simplicia cuiusmodi sunt forma simplex, & priuatio sibi opposita. Dico igitur quod contraria prima nō fiunt ex alijs tanquam ex partibus, nec ex alterutris tanquam ex partibus, nec tanquam ex subiecto, quoniam vnum contrariorum nō est pars alterius, nec etiam eius subiectum, quia nunquam vnum contrariorum recipit alterum, tamen contraria prima fiunt ex alterutris tanquam ex opposito, vel tanquam ex termino a quo. Ex his apparet quod Phylosophus non contradicit sibi, cum dicit quod contraria non fiunt ex alterutris, & cum dicit quòd semper contrarium fit ex contrario, intelligit enim quod contraria non fiunt ex alterutris, ita quod vnum fiat ex alio tanquam ex subiecto, vel tanquam ex parte, semper tamen vnum contrariorum fit ex alio tanquam ex termino a quo, vel tanquam ex opposito, & ista non opponuntur. Tertia etiam proprietas inest primis contrarijs, quoniam omnia quæ fiunt, fiunt ex primis contrarijs, videlicet, ex vno tanquam ex termino a quo, & ex alio tanquam ex parte. Vnde nihil proprie fit nisi compositum, vt patet octauo meta. omne enim compositum fit ex forma tanquam ex parte, & ex contrario, vel ex priuatione illius formæ tanquam ex termino a quo, siue tanquam ex opposito. Et hanc eandem sententiam dicit Linconien. hic sub alijs verbis dicit. Omne factum fit ex forma perfectiua facti, vt ex manente in facto, & ex contrario formæ, vt ex transeunte, hæc Linconien. Vnde omne quod fit, fit ex vno contrariorum tanquam ex manante in eo. & illud est pars eius, & ex reliquo tanquam ex transeunte, & illud est terminus a quo. Sed dubitatur scilicet. An omne quod generatur generetur ex suo contrario, & videtur quod non, quia substantia generatur, & non generatur ex suo contrario, quia substantiæ nihil est contrarium. Item Phylosophus postea in hoc primo dicit quod omne quod fit, ex ante in potentia, sed ens in potentia non contrariatur enti in actu, quia idem est primo ens in potentia, & postea ens in actu, igitur falsum est dicere quod illud quod fit, fit ex suo contrario, &c. Dicendum igitur quod contrarietas potest accipi large, scilicet pro contrarietate vera, & pro oppositione, quæ est inter priuationem, & habitum, & potest accipi stricte solum pro oppositione inter formas positiuas, si igitur accipiatur contrarietas stricte, sic non est vniuersaliter verum, ꝙ omne, quod fit, fiat ex contrario, quia multa fiunt quæ proprie non habent contrarium tamen omne habens per se proprie contrarium

Secũda proprietas cō petit primis principijs.

Tertia proprietas cō petit principijs.

Istæ eædẽ proprietates cōpetũt primis cōtrarijs.

Tertia proprietas inest primis cōtrarijs.

Tex. c. 36.

Tex. c. 47.

Primum dubium.

Secundũ dubium.

Cōtrarietas duplex accipitur.

A

si ad ipsum fit per se alteratio fit per se ex contrario proprie dicto, sed accipiendo contrarietatem large, sic omne, quod fit, fit ex priuatione suæ formæ.

Ad primum.

Ad primum igitur in contrarium dico, quòd substantia generatur ex suo contrario large loquendo, quia generatur ex priuatione suæ formæ sic substantia habet contrarium, scilicet priuatiue oppositum.

Ad secundum.

Ad secundum dico, quòd omne, quod fit, fit ex ente in potentia, tanquam ex subiecto, & illud non est contrarium ei, quod fit, simul tamen cum hoc stat, quod omne quod fit, fiat ex contrario tanquam ex termino a quo, & tanquam ex opposito, & sic patet, quod ratio non concludit.

Aliud du.

Sed iterum dubitatur, an mediũ inter contraria componatur ex contrarijs, & videtur, quod non, quia contraria non compatiuntur se in eodem, quod probatur per hoc, quia omnia contraria includunt contradictionem, & per consequens impossibilitatẽ, sed illa quæ sunt incompossibilia non possunt esse simul in eodem, & illa ex quibus aliquid componitur simul sunt in ipso composito, ergo medium inter contraria non componitur actu ex contrarijs.

Respõsio.

Dicendum igitur, quod medium inter contraria non componitur actu ex contrarijs, ita, quòd contraria actualiter, & formaliter existant in medio, quia quæ sic, & adequatæ sunt in eodem compatiuntur se simul, sed contraria non compatiuntur se cum sint incompossibilia, hoc tamen magis habet videri infra quinto huius, sed illud, quod Philosophus dicit hic, scilicet, quòd media fiunt ex contrarijs non tanquam ex partibus, sed tãquam ex terminis, quia aliquando ex vno aliquando ex altero, vel si intelligit, quod fiant ex contrarijs tanquam ex partibus, illud est intelligendum ex partibus virtualibus, & non ex partibus actualibus, & hoc videtur melius dictum.

Plurimi igitur, & cæterorũ hucusque profecti pene cõsentiunt, quemadmodum diximus antea. Nam omnes elemẽta, & ea quæ ab ipsis principia nuncupantur, quanquam sine ratione tamen contraria ponunt, quasi ab ipsa veritate compulsi.

Tex. c. 40.

Vsque quidem igitur hoc fere secuti sunt, & aliorũ plurimi, quemadmodum diximus prius. Omnia enim elementa, & ab ipsis vocata principia, & vera sine ratione ponentes tamen contraria dicunt tanquam ab ipsa veritate coacti.

C

HÆc est secunda pars principalis huius capituli. In qua Phylosophus narrat in quibus antiqui conueniunt, & differunt ponendo principia esse contraria, & continet tres particulas. Quia in prima narratur qualiter antiqui conueniunt cum ista veritate, quæ ponit principia esse contraria. In secunda ibi [Differunt tamen abinuicẽ.] Narratur quõ antiqui differunt in ponendo principia esse contraria. In tertia ibi [Quare est eadem differentia.] Narratur eorum differẽtia, & conuenientia. In prima igitur particula huius partis dicit Phylosophus, quòd omnes fere antiqui cõueniunt in hoc, quia ponunt principia esse contraria, sed hoc ponunt sine ratione ipsa veritate coacti, quia vel illa veritas, scilicet, quod principia sunt contraria erat eis per se nota, & veritas per se nota cogit intellectum sibi assentire, vel saltem illa veritas fuit eis nota sine ratione demonstratiua, & solum per inductionem.

Qualiter omnes antiqui conueniebãt, quod principia erant contraria.

Differunt tamen quia quidem priora, quidam posteriora, & alij ratione, alij sensu notiora accipiunt. Quidam enim calidum frigidumque. Quidam humidum, atque siccum. Alij par & impar. Nonnulli concordiam discordiamve causas generationis esse dixerunt. Hæc autem inter sese dicto differunt modo.

D

Differunt tamen abinuicem, in eo, quod alij quidem priora, alij posteriora accipiunt. Et, quòd hi quidem notiora secundum rationem, illi autem secundum sensum. Hi quidem .n. calidum, & frigidum, illi autem humidum, et siccum, alij autem imparem, & parem. Quidam autem concordiam, & discordiam causas ponunt generationis. Hæc autem abinuicem differunt secundum dictum modum.

A

HÆc est secunda particula, secundæ partis principalis huius capituli, in qua narratur quomodo isti differunt in ponendo principia esse contraria. Et differunt in hoc, quia diuersi diuersa ponunt principia contraria. Vnde videtur, quod Phylosophus ponat duas differentias inter antiquos. Prima est, quia quidam ponunt contraria priora esse principia, vt calidum, & frigidum, & quidam ponunt contraria posteriora esse principia, vt humidum & siccum. Secunda differẽtia est, quòd quidam ponunt contraria notiora secundum sensum esse principia, vt calidum & frigidum, humidum, & siccũ, rarum, & densum. Alij vero ponunt contraria notiora secundum intellectum esse principia, vt par, & impar, concordia, & discordia sunt principia.

Qualiter antiq. differunt in ponendo principia esse cõtraria.

Secundum tamen expositionem Cõmentatoris antiqui differunt tripliciter in ponendo principia esse contraria secundum tres modos prioritatis secundũ quos dicunt principium esse illud, quod est prius, quoniam quidam dicunt principium esse illud quod est prius in cognitione secundum argutionem, & isti ponunt concordiam, & discordiã esse principia per collationem, & argutionem. Vnde Empe. probauit concordiam, & discordiam esse principia. Et quidam dicunt illud esse principium, quod est prius secũdum sensum, & illi dicunt calidum, & frigidum esse principia. Alij vero ponunt illud esse principium, quod est prius secundum intellectum, idest, quod statim intellectui absque argumentatione, & isti ponunt par, & impar esse principia. Istę positiones differunt secundum dictum modum, vel possunt poni istę differentiæ in hoc, quod quidam ponunt calidum, & frigidum esse principia, quidam vero ponũt humidum, & siccum esse principia, quidam autem ponunt par & impar esse principia, & quidam ponunt cõcordiam, & discordiam esse principia, & sic isto modo differunt isti antiqui.

Triplex differ. inter ponentes princ. esse cõtraria.

B

Quare eadem quodammodo, diuersa quoque dicunt. Diuersa quidem, sicut & plurimis videtur. Eadem autem, similitudine rationis, ex eadem nãque serie sumunt. Contrariorum enim alia continet, alia continentur. Hoc igitur pacto eodem modo diuersoque & deterius, ac melius dicunt. Et quidam ratione quidam sensu notiora sumunt, vt antea diximus.

C

Tex. c. 46.

Quare est eadem dicere quodãmodo, & altera ad inuicem. Altera quidem quemadmodum videbitur pluribus, eadem autem secundum analogiam. Accipiunt enim ex eadẽ coordinatione, hæc quidẽ enim continentur. Alia autem continentia contrariorum. Sic igitur similiter dicunt, & aliter, & peius, & melius, & quidem notiora secundum rationem sicut dictum est prius, illi autem secundum sensum.

HÆc est tertia particula secundę partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus narrat eorum conueniẽtiam, & differentiam insimul, & primo dicit, quòd antiqui dicunt eadem de principijs, & quodammodo dicunt altera quemadmodum videtur pluribus alia, & alia contraria esse principia. n. conueniunt in hoc quia dicunt eadem secundum quandam analogiam contraria dici, hoc est secundum quandam proportionem, idest, cõueniunt in hoc, quia ponunt easdem proprietates secundum portionem competere principijs, & hoc tripliciter, primo, quia omnes accipiunt principia ex eadem coordinatione proportionabiliter sic, quòd omnes dicũt quidam contraria esse continentia, & communiora, & quædam contenta, & minus communia, & quod contraria contenta, & posteriora reducuntur ad contraria continentia, & priora, vt illi qui dicunt calidum, & frigidum esse principia, dicunt, quòd omnia alia contraria reducuntur ad ista. Illi vero qui dicunt, quòd par, & impar sunt principia, reducunt omnia alia contraria ad ista, & etiam vtuntur eadem argumentatione reducendo posteriora ad priora. Secundo conueniunt in hoc, quia omnes posuerunt vnum contrariorum esse melius, & aliud peius, vt illi qui dicunt calidum, & frigidum esse principia, dicunt calidum esse melius, & frigidum peius. Similiter qui dicunt par, & impar esse principia, dicunt par melius, impar vero peius esse, & sic de alijs. Tertio conueniunt in hoc,

Antiqui ponentes principia esse cõtraria conueniebãt, & differ. tripliciter.

D

Prima cõuenientia.

Secunda.

Tertia. hoc quia dicunt principia quæ sunt cõtraria esse notiora principiatis, vel in hoc, q dicũt semp vnum principiorũ contrariorum esse notius altero. sed differunt in hoc, quia quidã ponũt principia esse notoria principiatis sm rationem, siue secundũ intellectum, vt illi qui dicunt concordiã, & discordiam, vel par, & impar esse principia, & isti etiã dicunt, q vnum principium principiorum contrariorum est notius alio apud intellectum. Alii vero dicunt principia notiora principiatis secundum sensum, & etiam vnum principiorum esse notius alio secundũ sensum, vt illi qui ponunt calidum & frigidum, vel humidum, & siccum, vel rarum, & densum, & sic dicunt, quòd principia sunt notiora principiatis secundũ sensum, vel quòd vnum principiorum est notius alio secundum sensum.

Etenim vniuersale quidem notius est ratione. Singulare autem sensu. Ratio nanque ipsius est vniuersalis, sensus vero particularis. Veluti magnum quidem & paruum ratione, rarum autem, & densum sensu sunt notiora. Patet igitur oportere contraria principia rerum esse.

B *Vniuersale quidem enim secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum. Ratio quidem. n. vniuersalis est, sensus autem particularis, vt magnũ, & paruum secundum rationem est, rarum autem, & dẽ-* Tex. c. 50. *sum secundum sensum. Quod quidem igitur contraria oportet esse principia, manifestum est.*

CVm Phylosophus narrauit, q aliquid est notius apud intellectũ, & aliquid apud sensum, declarat quid est notius apud sensum, & quid est notius apud intellectum, declarat enim, q vniuersale est notius secundum rõnem, & singulare sedm sensum, & hæc est decimaseptima conclusio huius li- Conclus. decimaseptima huius libri. bri, quæ probatur per rõnem, & exemplũ. Per rõnem sic. Illud est sedm rõnem notius cuius tanq obiecti primi est ipsa rõ, illud vero est notius sedm sensum, cuius est sensus tanq subiecti primi, sed rõ est vniuersalis tanq primi obiecti, & sensus sin- Ratio. gularis, ergo vniuersale est notius sedm rõnem, & singulare sedm sensum. Huius rõnis primo ponitur cõclusio, deinde minor ibi. Ratio quidẽ igitur &c. Secũdo probatur eadem cõclusio, per exẽplũ sic, magnum, & paruum sunt magis vniuersalia C q rarum, & densum, & magnum, & paruum sunt magis nota Exemplũ. secundum sensum, ergo, &c. Notandum secundum Commentatorem hic, q magnum, & paruum sunt magis vniuersalia q rarum, & densum, quia magnum, & paruum reperiuntur tã in corporibus naturalibus q in mathematicis, sed rarum, & densum comprehenduntur solum in corporibus naturalibus sensibilibus. Sed hic est dubitatio, quia in proœmio huius dictum est, q singulare est primo cognitum ab intellectu via generationis, non igitur est vniuersale notius secundum intellectũ. Dubium. Dicendum igitur, q in cognitione distincta, & in cognitione scientifica, vel demonstratiua vniuersale est notius, quia scien- Respõsio. tia primo est de vniuersalibus, & Phylosophus hic per rationẽ intelligit cognitionem sciẽtificam vel cognitionem distinctã, cũ hoc tñ, q singulare sit primo notum ab intellectu via generationis in cognitione confusa, & indistincta, quare, &c.

CAPITVLVM SECVNDVM TRACTATVS secundi, De numero principiorum, motuum, & corporum physicorum.

Deinceps vero considerandum est, vtrum duo, an tria, an plura principia sint. Vnum n. principiũ esse non potest, quia non sunt ipsa contraria vnũ.

COnsequens autem vtique erit dicere, vtrum duo, aut tria, aut plura sint, vnum quidem enim impossibile est, quoniam non vnum contraria.

POstquam determinatum est in præcedenti capitulo de cõtrarietate principiorum. In hoc capitulo Philosophus determinat de numero principiorum, & cõtinet sex partes principales, quoniam in prima probatur, q non est tñ vnũ principiũ. In secunda vero ibi. [Infinita aũt, &c.] probatur, q principia nõ sunt infinita. In tertia ibi. [Quoniam aũt finita, &c.]

A probat, q non sunt tñ duo principia. In quarta ibi. [Tria quidem igitur,] concludit Phylosophus, q principia sunt tria. In quinta ibi. [Plura aũt tribus,] declaratur, q sunt plura principia quam tria. In septima. [Quot quidem igitur.] Recapitular declarata in hoc capitulo. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus proponit intentionem suam, & etiã probat, q principia, nec sunt vnum tñ, nec infinita, proponit igitur Philosophus intentionem suam d. q postq declaratum est, q principia sunt contraria, consequens est dicere, & inquirere, an principia sint duo, vel tria, aut plura, & primo declarat intentum suum d. quod non est tantum vnum principium, & hæc est decimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic, Concl. 18. huius lib. principia sunt contraria, vt prius probatum est, sed in vno solo non potest saluari contrarietas, quia sic idem esset sibiipsi cõtrarium, igitur non est est ponere tantum vnum principium.

Nec etiam infinita, quia id quod est sub scientiam sanè non cadet.

Infinita autẽ non quoniam neq; scibile, quod est erit.

B HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phyl. declarat, q non sunt infinita principia, & hæc est vna conclusio prius probata. s. conclusio undecima superius posita, tñ Phylosophus probat eã quadrupliciter, & sm hoc ista pars cõtinet quatuor particulas, particulę patebunt in suis locis. Primo igitur probat conclusio per rationem ducentem ad impossibile sic. Si principia sunt infinita nihil contingit scire, consequens est impossibile ergo, & antecedens. Istã consequentiam facit Philosophus in littera, sed non probat eã hic, põt tamen probari ex dictis Phylosophi alibi sic. Res perfectæ non sciuntur nisi per sua principia, si igitur principia sunt infinita, & infinita non possunt pertransiri: intellectus nonquã poterit pertrãsire principia ea cognoscendo, & per consequẽs intellectus non potest cognoscere principia, & per consequẽs non potest cognoscere aliquid, quod est ex principiis, ex quo sequitur, q nihil contingit scire, quia nec contingit scire principia, nec principiata, & sic nihil est scibile, qđ est impossibile.

Vna quoq; contrarietas est in omni genere vno. Substantia vero genus est quoddam vnum.

C *Et vna contrarietas in omni genere vno, substantia autem vnum quoddam genus est.*

SEcundo probatur eadem conclusio. In oĩ genere vno est vna prima contrarietas, sed genera sunt finita, ergo contrarietates primę sunt finitæ, cuiuslibet aũt contrarietatis sunt duo extrema tñ, quæ sunt contraria, ergo cõtraria prima sunt finita, sed solum illa contraria, quæ sunt prima, sunt principia, ergo contraria quæ sunt principia sunt finita, sed semp duob. contrariis correspondet vnum subiectũ, ergo oĩa principia sunt finita, & Commentator format illam rationem iuxta textum sic, in oĩ genere vno vna est contrarietas, sed substantia est genus vnum, igitur substantia est vna contrarietas, sed vnius cõtrarietatis sunt tñ duo extrema, igitur in genere substantiæ sunt tñ duo prima contraria, sed solum contraria de genere substantiæ sunt principia cum illa sint causæ aliorum entium, igitur prima contraria sunt finita, quia non sunt nisi duo principia contraria in genere substantiæ. Ex quo potest vlterius deduci, q oĩa principia sunt finita, quia sp duobus contrariis correspondet tñ vnum subiectum. Sed hic sunt quatuor notãda. Primo, q Philosophus hic per primam contrarietatẽ in- D telligit oppositionẽ quæ est inter priuationem, & habitũ, qm̃ Primum notandũ. contrarietas proprie dicta quæ est inter formas positiuas hẽt reduci ad oppositionem quæ est inter priuationem, & habitũ, vt patet to. met. Secundo est notandũ, q ista prima contrarie- Secundũ. tas, de qua Philosophus hic loquitur est contrarietas in genere substantiæ. s. oppositio inter formam substãtialem, & priuationẽ formæ substantialis, quia sicut substantia est primum genus & cã oĩum aliorum generum, ita contrarietas in substãtia est omnino prima contrarietas, & cã cõtrarietatũ in aliis generibus, &c. Tertio notandũ, q ista contraria de quibus hic loqui- Tertium notandũ. tur Philosophus sunt contraria prima secundum prædicationem, quia sunt cõia oĩbus contrariis de genere substantiæ, & sunt illa duo contraria. s. forma substãtialis, & priuatio formæ substãtialis, qm̃ ista pdicãtur de oĩbus contrariis in genere substantiæ, & verius possent ista duo dici gña contrariorũ quam contraria. Vnde in quolibet genere vno sunt duo cõtraria tñ sm genus, siue duo genera cõtrariorum. Vñ Phylosophus hic

scientificè loquitur solum de vniuersalibus, quia scientia non est nisi de vniuersalibus. Illa autem vniuersalia, quæ Philosophus hic nominat prima contraria sunt ista communia, forma substantialis substantiæ generabilis & corruptibilis, & primario formæ substantialis generabilis & corruptibilis, quoniã Philosophus solum hic loquitur de principijs transmutationis, & substantiæ transmutabilis. Quarto est notandum, quod (Quartum notandũ.) contraria in genere substantiæ sunt principia & causæ aliorũ in genere causæ finalis, sed vtrum etiam sint causæ eorum in alio genere causæ alias declarabitur.

Et quia generatio ex finitis fieri potest, atque præstabilius est ex finitis: vt opinatur Empedocles, quam ex infinitis fieri generationem existimare. Cuncta enim quæ ad generandas res pertinet: ex finitis perinde, atque Anaxagoras ex infinitis reddere putat.

Et quod contingit ex finitis, melius ex finitis: quemadmodum Empedocles: quam ex infinitis: omnia namque assignare opinatur: quẽadmodũ Anax. ex infinitis.

(Tertia probatio eiusdem conclusionis. vide consimile 1. phys. t.cõ. 48. 2. cæli. t.com. 35. Idem iof. cõm. 56. & primo cę. 32. Idẽ 3. de anima 45. Idem 2. physic. 78. & 79.) Tertio probatur eadem conclusio sic. Si natura potest facere ex principijs finitis illud quod ponitur facere ex principijs infinitis, melius & rectius est, vt faciat ex principijs finitis, quam ex principijs infinitis, sed natura potest omnia facere ex principijs finitis, quæ ponitur facere ex principijs infinitis, ergo melius est ponere principia finita, quam infinita, & per consequens principia non sunt infinita, maior patet, quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, & æque bene. Vnde Commentator dicit hic quod sicut in actione artificiali si aliquis potest agere modica actione & laborauerit multa actione, ociosè agit superflue, & omnino, eodem modo est in actione naturæ maior patet, quia Empe. ponens principia finita complectit causas omnium, sicut Anax. ponens principia infinita.

Præterea alijs alia priora contraria sunt, & ex alijs alia fiunt, ceu dulce, & amarum, & album, & nigrum. Principio vero manere semper oportet. Ex his igitur neque vnum, neque infinita principia esse constat.

Amplius sunt alia alijs priora contraria, & fiunt altera ex alterutris: vt dulce, & amarum, & album, & nigrum principia autem semper oportet manere. Quod quidem igitur neque vnum, neque infinita sunt manifestum est ex his. (Tex. c. 51.)

(Quarta probatio eiusdem conclusionis.) Quarto probatur eadem conclusio sic. Non omnia contraria sunt principia, sed solum contraria prima, sed prima contraria non sunt infinita, ergo principia contraria non sunt infinita, & supple si principia communia non sunt infinita, sed finita, cum.n. semper duobus contrarijs respondet tantum vnum subiectum, sequitur quod omnia principia sunt finita, maior huius rationis patet ex præcedentibus, quia est tantum vna prima contrarietas, scilicet, prima contrarietas in genere substantiæ. & solũ extrema primæ contrarietatis sunt prima contraria, & sic prima cõtraria sunt duo tantum, & nõ sunt infinita, maior vero declaratur sic: principia non fiunt ex alijs nec ex alterutris, quia oportet principia semper manere sed aliqua contraria fiunt ex alijs, vt contraria posteriora fiunt ex contrarijs prioribus, vt sapores medij ex dulci, & amaro, & colores medij ex albo, & nigro, & etiam aliqua contraria fiũt ex alterutris, vt album ex nigro, & dulce ex amaro, ergo non omnia contraria sunt principia, sed solum contraria prima, quæ non fiunt ex alijs, nec ex alterutris. Intelligẽdum hic quod omnia contraria inter quæ potest esse transmutatio sunt, principia illius transmutationis, nec Philosophus dicit hic contrariũ huius, sed intendit quod non omnia contraria, sunt prima primitate vniuersitatis, secundum prædicationem, quia non omnia contraria verificantur de omnibus principijs secundũ trãsmutationem, sed solum principia prima primitate vniuersalitatis secundum prædicationem. Sed dubium est qualiter dictũ (Dubium.) Philosophi habet veritatẽ, scilicet, ꝙ principia prima semper maneant, hoc enim non vr verum, quia omne habens contra-

A rium aliquando corrumpetur, sed prima principia sunt contraria. ergo nõ possunt semper manere. Aliqui dicunt, ꝙ prin- (Resp̃sio al.) cipia prima semper manent secundum speciem, vel secundum (Replica contra sic dicen.) genus, & hoc intelligit Philosophus. Sed sine dubio hoc non valet, quia sicut prima principia semper manent secundum speciem, vel secundum genus, ita contraria posteriora semper manent secundum speciem, vel secundum genus, & sic non magis manerent semper principia contraria, q̃ contraria posteriora, cuius contrarium dicit Philosophus hic, Linconiensis vero dicit ꝙ duo prima principia rerum naturalium sunt (Expositio Lincon.) prima forma corporis, & eius priuatio. Vnde vult dicere, ꝙ est quædam forma substantialis inseparabilis a materia, scilicet, forma corporeitatis, & illa semper manet, & prima forma inter formas materiales, & eius priuatio semper manet, & de istis principijs intelligit hic Philosophus dicens, ꝙ principia debent semper manere. Sed contra se obijcit Linconiensis sic. (Arg. Lincon. contra se.) Nullum corpus est vacuum a prima forma, scilicet, forma corporeitatis, ergo impossibile est, ꝙ in aliquo corpore sit priuatio prima, scilicet priuatio corporeitatis, quæ ponitur prima (Eius solutio.) forma materialis. Ad quam dubitationem respondet Linconiensis
B sic dicens, ꝙ impossibile est primam formã simpliciter, & eius priuationem simpliciter esse in eodem, tamen vtrunque istorum est aliquo modo in quolibet corpore mutabili. Vnde impossibile est priuationem primæ formæ scilicet, corporeitatis simpliciter esse in aliquo corpore, tamen priuatio primæ formæ est aliquo modo cum suo habitu non actu, sed potentia, & hæc priuatio quæ est primæ formæ materialis est impuritas, & defectio a suo esse purissimo completo & inclinatio in illius ad suam originem, idest ad nihil; quoniam ex se omnis res in nihilum tendit. & hæc priuatio scilicet impuritas formæ, quæ est priuatio secundum quid actu est cum suo habitu incompleto, & est principium, & radix priuationum omnium sequentium, sicut suus habitus est primus, & radix omnium habituũ sequentiũ. Et hæc est responsio Lincon. quæ satis est intelligibilis, & addit Linconiensis d. ꝙ a prima forma quæ lux est gignitur omnis forma substãtialis, & accidentalis, & a priuatione ipsius omnis priuatio. Sed quia ista opinio ponit aliquam formam substantialem perpetuam in materia, quod est contra Commentatorem, & contra veritatem, quia si materia haberet aliquam formam inseparabilem ab ea non posset materia aliam recipere, & sic destrueretur omnino generatio simplex. (Quõ prima principia semp maneant.)
C Ideo dico, ꝙ primum principium materiale semper manet cũ sit omnino incorruptibile, prima autem principia contraria semper manent, non quia semper existãt in rerum natura, sed quia semper manent termini cuiuscunque transmutationis, nam priuatio, & forma sunt termini cuiuscunque transmutationis, & verificantur de terminis cuiuslibet transmutationis, quoniam cuiuslibet transmutationis vnus terminus est priuatio, & alius terminus est forma, sed non est sic de contrarijs posterioribus. Vel potest illud, scilicet, ꝙ principia semper manent, sic intelligi, scilicet, ꝙ principia prima sic manent semper, ꝙ non fiunt ex aliquibus in eodem genere principij, nec corrumpuntur in aliqua in eodem genere principij sic, quod principium primum formale non fit ex aliquo tanquam ex causa formali sicut compositum fit ex causa formali, quia sic prima forma haberet priorem formam, de qua fieret, & quæ esset eius pars, quod est impossibile. Simpliciter prima formã non corrumpitur in aliquam priorem formam, nec prima materia generatur ex aliqua materia, nec etiam corrumpitur in aliam materiam, prima autem forma, idest, forma simplex quę non resoluitur in priorem formam, potest fieri ex aliquo in alio genere principij nodi, quia esse formæ eo modo quo fit. fit
D ex materia, sed contraria posteriora non sic semper maneat, quia fiunt ex alijs in eodem genere principij nodi aliquo modo et autem.

Cum autem sint finita non facere duo solum: rationem aliquam habet. Dubitauerit.n. non incongrue quispiam: quoniam pacto densitas apta est facere raritatem, aut raritas densitatem, & alia quæuis contrarietas simili modo. Non enim concordia discordiam, neque econtra discordia concordiam congregat & aliquid facit ex ipsa, sed aliud quid tertium ambæ.

Quoniam autem finita facere duo tantum, quã non facere duo tãtum, habet quandam rationem. Dubitaret.n.

aliquis

aliquis qualiter densitas rationem facere aliquid apta nata sit, aut hæc densitatem. Similiter autem & alia quæcunque contrarietas. Non enim concordia discordiam conducit, & facit aliquid ex ipsa; neque discordia ex illa, sed vtraque: alterum quidem tertium.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Philosophus inquirit vtrum principia sint tantum duo vel plura duobus, & continet quatuor particulas secundum numerum quatuor rationum, quas facit. Primo tamen ponit dubitationem dicit, quod cum principia sint finita, vt probatum est, habet quandam rationem, hoc est quandam dubitationem vtrum sic facere, i. ponere ea, s. principia duo tantum, vel non facere, idest, ponere principia non duo tantum. Deinde probat intentionem suam declarans, quod non sunt tantum duo principia, & hæc est decimanona conclusio huius libri, quæ probatur quadrupliciter, & primo sic. Vnum contrariorum non recipit alterum, nec a seipso, nec ab altero, quia densitas non facit raritatem in se ipsa, nec etiã recipit eam ab alio, nec e conuerso, similiter concordia non conducit discordiam, hoc est non recipit in seipsa discordiam, nec etiam transmutat ipsam ad recipiendum aliquid aliud, sed oportet ponere aliquod tertium, quod recipiat vtrumque, & transmutetur ab vtroque, ergo præter principia contraria oportet ponere tertium principiũ: quod recipit vtrumque & transmutatur ab vtroque. Vnde ratio consistit in hoc, quòd in omni transmutatione oportet, quòd sit aliquid manens sub vtroque termino trãsmutationis, quia ea quo transmutari est aliter se habere nũc quàm prius, oportet, quod in omni transmutatione sit aliquid aliter se habens nunc quàm prius, & illud debet manere, sed neutrum contrariorum manet sub vtroq; terminorum transmutationis, quia neutrum contrariorum manet sub reliquo, ergo præter principia contraria oportet ponere tertium principium, scilicet, quòd manet, & transmutatur de vno contrario in aliud contrarium, & per consequens sunt tantum duo principia. Notandum secundum Commentatorem hic, quòd si principia essent duo contraria tantum, tunc generatum esset simplex, non compositum, hæc consequentia Commentatoris potest patere sic, duo contraria non possunt simul esse in eodem, nec potest aliquid constitui ex duobus contrarijs, si igitur tantum duo contraria essent principia tunc in re generata nihil esset nisi vnum illorum contrariorum, & sic generatum esset simplex, & non compositum.

Decimanona conclusio huius libri.

Idem cap. 54. & 57. idẽ supra cap. 42. Idẽ 8. Physic. 4. 12. met. com. 53. Et 5. Phy. 14. & primo cæ. c. 106.

Notandũ.

Atqui sunt qui plura etiam sumunt, ex quibus eorum quæ sunt secundum naturam conficiunt.

Quidam autem, & plura recipiunt ex quibus parant eorum quæ sunt secundum naturam.

IDem probatur ex testimonio antiquorum, quoniam quidam antiquorũ ponunt plura principia quam duo, ex quibus parant, hoc est componunt naturam eorum, quæ sunt, & potest poni talis ratio. Aliqua entia sunt composita ex pluribus principijs, sed nihil componitur ex contrarijs, ergo præter contraria oportet ponere principium tertium, ex quo & altero contrariorum constituuntur entia composita. Notandum secundum Commentatorem, quòd alteratio contrariorum in inuicem coegit omnes ponere, quod omnia corpora sunt cõposita non simplicia, & quod in eis sunt aliqua plura vno, & maxime prima corpora s. quatuor elementa. Ista enim principia, de quibus perscrutatur, sunt communia simplicibus, & compositis corporibus. vnde intelligendum, quod omne quod alteratur alteratione corruptiua est compositum ex duabus naturis. s. ex vna, quæ per alterationẽ corrumpitur, & ex alia natura, quæ recipit terminum alterationis, sed loquendo de alteratione perfectiua. s. quæ est salus, & perfectio alterati sic non est verum, quod omne quod est alteratum sit compositum, quoniam corpora cælestia, & etiam intellectus alterantur hoc modo, & tamen non sunt composita.

Secũda probatio. com.

Idẽ infra ca. 13. Idẽ primo cæli. 20. 7. met. cõ. 4. phil. 14. 8. met. cõ. 12

Insuper, & id quispiam dubitauerit nisi quispiã aliam quandã contrarijs naturam subiecerit Nullius enim eorum, quę sunt, substantiam cõtrariam esse videmus, principium autem de nullo subiecto dicatur oportet. Alioquin principij principium

A erit. Subiectum enim principium, & prius prædicato esse videtur.

Adhuc autem amplius, & de hoc aliquis dubitabit, nisi aliquis supposuerit contrarijs naturã, nullius enim videmus eorum, quæ sunt substantiam contrariam, principium autem non de subiecto oportet dici aliquo. Erit enim principium principij. Subiectum enim principium, & prius videtur esse prædicato. Tex. c. 52.

TErtio probatur eadem conclusio. s. quod non sunt tantum duo principia, & hoc sic. Aliqua principia sunt contraria, vt probatum est prius, & aliqua principia non sunt contraria, sed de duobus solis principijs non possunt verificari ista duo. s. esse contraria, & non esse contraria. nam falsum est dicere de duobus, quod illa sunt contraria, & non sunt contraria, ergo non sunt tantum duo principia, & quòd aliqua principia sint contraria, probatum est prius, sed probatur, quod aliqua principia non sunt contraria, & hoc dupliciter, primo sic. Nulla contraria sunt substantiæ, sed principia substantiæ sunt substantiæ, ergo principia substantiæ non sunt contrariæ, maior patet, quia contraria dicuntur esse in subiecto, vel de subiecto, sed substantia nõ dicitur de subiecto, ergo, & quod substantia vel principium substantiæ non dicantur de subiecto probatur, quia subiectum est principium, & prius prædicato, si igitur principium substantiæ diceretur de subiecto, sequeretur, quòd principium haberet aliquid prius eo, & sic principij esset principium, quod est inconueniens, minor declaratur, quia si principia substantiæ non essent substantiæ, cũ principia substantiæ sint priora principiatis, sequitur, quod non substantię erunt priores substantijs, quod est impossibile concluditur igitur, quod principia substantiæ sint substantiæ. Vel sic, & magis iuxta literam. nullius eorum, quæ sunt videmus substantiam esse contrariam, hoc est nihil de substantia alicuius entis contrarium est alicui, sed principia sunt de substantia principiandi, ergo principia non sunt contraria, maior probatur, quia nullum principium dicitur de subiecto, nec est in subiecto, quia sic haberet prius esse eo, sed contrarium semper est in subiecto, vel dicitur de subiecto, ergo, &c. Et commẽtator dicit, quòd ista consecutio non est recta, cum appareat, quod prima contraria sint priuatio, & forma. Et intelligo, quod ista consecutio i. ista ratio non est recta, quia accipit duo falsa. Primo enim accipit, quod nullum contrarium est de substantia alicuius, & hoc est falsum, quia forma est contraria priuationi, & tamen est de substantia alicuius, similiter accipit aliud falsum, scilicet, quòd nullum principium est in subiecto, hoc est falsum, quia forma est principium, & est in subiecto, quia in materia, ergo. Sed dubium est, quoniam Philosophus in demonstrando vtitur falsis, cum demonstratio non fit ex falsis. Respondeo, & dico, quod si ratio Philosophi intelligitur secundum quod est ad propositum suũ non vtitur aliqua propositione falsa, quoniam ipse intendit hic probare, quod aliqua principia non sunt contraria, quia materia, & forma, quæ constituunt compositum non sunt contraria, & tunc si ratio fiat sub hac forma, nulla contraria sunt substantiæ, sed principia substantiæ sunt substantiæ, ergo, maior est vniuersaliter vera, quamuis enim forma contrarietur priuationi, tamen forma non contrariatur substantiæ, quia priuatio nõ est substantia, & minor, scilicet principia substantiæ sunt substantiæ est vera de principijs constituentibus substantiam, cuiusmodi sunt materia, & forma. Si vero fiat ratio sic. Nihil de substantia alicuius entis est contrarium alicui, sed principia sunt de substantia principiati, ergo, maior debet intelligi sic, quod est de substantia alicuius entis est contrariũ alicui, quod est de substantia illius entis, & tunc totum est verum, vel sic, nihil quod est de substantia materiali alicuius entis est contrarium alicui, & hoc vniuersaliter est verum loquendo de materia remota, & de hac loquitur Philosophus dicens, quod principium non dicitur de subiecto, hoc est principium materiale non dicitur de subiecto. & hoc prædicatione proprie dicta, & directa. Vnde intelligendum, quòd illud dictum, scilicet, subiectum est prius prædicato, est intelligendum in prædicatione propria, & directa. vnde forma prædicatur de materia denominatiue in prædicatione directa. hæc enim est prædicatio directa, materia est formata, sed materia non prædicatur de forma nisi indirecte, nunc autem materia est prior forma, scilicet, via generationis. vel via originis, quãuis enim forma sit prior materia via perfectionis; & vniuersaliter in omni

Tertia probatio eiusdem cõcl.

Idem 12. met. c. 22.

Quõ debet intelligi subiectum est prius prędicato.

omni prædicatione directa subiectum est prius prædicato aliqua prioritate. Intelligendum tamen, quòd Phylosophus non dicit, quòd vniuersaliter subiectum sit prius prædicato, sed dicit, quòd subiectum primum, id est, materia est prius prædicato de ipso, id est, forma, & hoc intelligo in prædicatione directa. A

Præterea substantiam non esse contrariam substantiæ dicimus: Quonam igitur pacto substantia ex non substantijs, aut non substantia, substātia prius erit.

Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ. Qualiter igitur ex non substantijs substantia vtique erit: aut quomodo prius non substantia substantia erit.

SEcundo probatur, quòd aliqua principia non sunt contraria, & hoc sic. Nulli substantiæ contrariatur substantia, ex quo sequitur, quòd nullæ substantiæ sunt contrariæ, sed principia substantiæ sunt substantiæ, ergo principia substantia non sunt contraria, & per consequens aliqua principia non sunt contraria, maior patet ex libro prædicamentorum, & minor probatur, quia si principia substantiæ non essent substantiæ, cum principium sit prius principiato, sequitur, quod substantia erit ex non substantijs, & sic non substantia erit prius, quàm substantia. Notandum, quod Commen. dicit hic, quòd nihil prohibet, vt substantiæ sint contrariæ secundum formas, & non contrariæ secundum subiectum, & sic dicere, quòd substantia non est contraria substantiæ, verum est secundum subiectum, & quòd substantia sit contraria substantiæ secundum formam est verum, & hoc innuit Alex. d. quòd in substantijs simplicibus potest esse contrarietas, non autem in compositis, & Alexan. intelligit hoc, quod dicit Phylosophus in prædicamentis, quòd est proprium substantiæ non habere contrarium de substantijs compositis non de simplicibus, & illud quod Phylosophus dicit in libro de generatione, quòd corpora simplicia sunt contraria. Intelligendum, quod contrarietas quantum ad propositum spectat est duplex, quædam large dicta, & hæc contrarietas extendit se ad oppositionem inter priuationem, & habitum, & isto modo forma substantialis, & priuatio contrariantur. veruntamen isto modo substantia non contrariatur substantiæ, quia priuatio, quæ est alterum extremum istis contrarietatibus non est substantia. Alio modo accipitur contrarietas strictè, quæ, scilicet, est oppositio inter formas, videlicet, positiuas absolutas sic, quod altera non dicitur in respectu ad alteram, & talis oppositio est duplex, quædam inter formas positiuas, quæ habent fieri non circa idem subiectum ens in actu non simul, sed successiue, & talis contrarietas non est inter formas substantiales, quia forma substantialis non aduenit composito enti in actu tanquam primo perfectibili. Alia est oppositio inter formas positiuas absolutas, quæ habent fieri circa idem subiectum ens in potentia non simul, sed successiue, & talis contrarietas bene est inter formas substantiales elementorum, & hoc intelligit hic Commentator. Et si dicatur, quòd isto modò est contrarietas inter formas substantiales mixtorum, quia formæ substantiales mixtorum habent fieri circa subiectum ens in potentia non simul, sed successiue. Dico, quod Commentator non negat hic talem contrarietatem esse inter formas mixtorum, sed Alexan. hoc bene negauit, vt dicit hoc Commentator. Quia autem Phylosophus dicit in prædicamentis, quòd substantia non contrariatur substantiæ, illud potest intelligi de contrarietate, quæ est inter formas, quæ habent fieri successiue circa idem subiectum ens in actu. Intelligendum etiam, quòd quamuis substantia contrarietur substantiæ aliquo modo secundum formam, eo quòd formæ substantiales aliquo modo sunt contrariæ, tamen substantia non contrariatur substantiæ secundum subiectum, quia subiecto formæ substantialis, vt primæ materiæ nihil est contrarium. B C D

Oppositū 5. Phy. cō. 30. Et 8. met. c. 5.

Secundo de ge. tex. com. 49.

Duplex ē contrarietas.

Quamobrem necesse est eum, qui priorem atque hanc rationem veram esse existimauerit, si ambas seruare voluerit, tertium aliquod contrarijs ipsis subijcere.

A *Vnde si aliquis, & priorem veram putabit esse rationē, & hanc, necessarium est, si debet saluare vtrasque, subesse quoddam tertium.* Tex. cōm. 53.

PRobato, quod aliqua principia sunt contraria, vt probatum est in capitulo præcedenti, & probato, quod aliqua principia non sunt contraria, vt probatum est hic. Phylosophus ex his concludit conclusionem intentam, videlicet, quod non sunt tantum duo principia, & bene sequitur, quòd non sunt tantum duo principia, quia de solis duobus non potest verificari, quod sint contraria, & quod non sint contraria, sed loquendo de materia, & forma, sic est verum, quod principia non sunt contraria, quia materia, & forma non sunt contraria.

Quemadmodum dicunt hi, qui solam vnam quandam naturam vniuersum asserunt esse, vt aquam, aut ignem, aut medium, quòd inter hæc collocarunt. B

Quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes omne, vt aquam, aut ignem, aut medium horum.

QVarto probatur per testimonium antiquorum, quòd non sunt tantum duo principia, quia ferè omnes antiqui præter principia contraria posuerunt aliquod tertium subiectum contrarijs, & primo narrat, qualiter ipsi ponunt vnum subiectum, secundo qualiter quidam posuerunt melius & quidam peius, quoniam aliqui antiquorū dixerunt omnia esse aquam, alij dixerunt omnia esse ignem, aliqui dixerunt omnia esse aliquod medium inter elementa, & simul cū hoc, quod illi subiecto competunt contraria successiue.

At videtur ipsum medium magis. Nam ignis, terra, aer, & aqua, cum contrarietatibus sunt annexa. Ideirco non sine ratione agunt, qui subiectum ipsum aliud ab his faciunt. Cæterorum autem quidam aerem ponunt. Aer, enim minime respectu cæterorum differentias sensibiles habet: atque hunc sequitur aqua. C

Videtur autem medium magis, ignis enim & terra, & aer, & aqua cum contrarietatibus complexa sunt. Vnde non irrationabiliter faciunt subiectum alterum ab his facientes, aliorum autē quidam aerem, aer enim minime habet aliorum differentias sensibiles. Consequenter autem aqua. Tex. com. 54.

QVidam tamen istorum posuerunt melius, & quidam peius, quoniam dicentes istam naturam subiectam esse medium inter elementa, melius dixerunt, quam dicentes illud subiectum esse aliquod elementorum, quoniam illud subiectum commune debet esse sine contrarietate, ita, quod ei nihil contrarietur cum recipiat omnia contraria, & contrariū non recipit suum contrarium, sed omnia elementa cum contrarietatibus sunt complexa, item omnia elementa habent contraria eis coniuncta, quia igitur medium inter elementa, magis est remotum ab omni contrarietate, quam aliquod elementorum, melius dixerunt ponētes illud subiectum tertium esse medium inter elementa, quam dicentes illud esse aliquod elementorum. Et, adhuc ponentes illud subiectum commune contrarijs esse aerem melius dixerunt, quàm dicentes illud subiectum esse ignem aut terram, quia differentiæ contrariæ sensibiles pauciores sunt in aere, quam in aliis elementis, & adhuc ponentes illud subiectum esse aquam melius dixerunt, quam dicentes illud esse ignem, aut terram, quia contrarietas in elementis medijs est minor, & magis latet, quam contrarietas in elementis extremis. Vnde ex hoc loco est notandum, quod terra est frigidior, quam aqua, quia qualitates aquæ sunt minus sensibiles, quam qualitates terræ, vt dicit Phylosophus. D

Idem 1. 6. gen. tex c. 19. Idē 2. de aīa. tex. cap. 113.

Contrarietas in elemētis, & idem 5. Phy. tex. c. 52. Oppositū vide 2. d' ge. tex. c. 25.

Verum enim omnes hoc vnum in figuras contrarijs vertunt, densitate inquam raritateque, & intésione remissioneve, quæ quidem excessus omnino, defectusq; sunt, vt antea diximus. Hæc etiã opinio vetus quædam esse videtur. Vnum inquã, & excessum, atque defectum principia rerum esse. Attamen non eodem modo. Sed prisci duo quidem agere, vnum autem pati dicebant. At posteriorum quidam econtra. Vnum quidem agere duo vero pati potius asserunt.

Tex. c. 55. *Sed omnes vnum hoc contrarijs figurant, vt densitate, & raritate, & eo quod maius, & minus. Hæc autem sunt omnia: excellentia, videlicet, & defectus, sicut dictum est prius. Et videtur antiqua esse opinio, quod vnũ, & superabundantia, & defectus principia rerũ sunt, sed non eodem modo, sed antiqui duo quidem facere, vnum autem pati, posteriorum autem quidam contrariorum vnum quidem facere, duo vero pati magis dicunt.*

NVnc Phylosophus narrat, quomodo cum isto principio materiali posuerunt principia contraria. d. quòd omnes isti antiqui figurant, hoc est informant illud subiectum contrariis successiue, ita, quod dicunt contraria inesse illi subiecto successiue, diuersi tamen dicunt contraria esse principia, & figurare istud subiectum, quod enim figurant illud primum subiectum, quoniam quidem figurant illud subiectum raritate, & densitate, quidam vero magno, & paruo, & vniuersaliter superabundantiam, & defectum. vnde iam ponentes rarum, & densum esse principia, quam etiam ponentes magnum, & paruum esse principia, conueniunt in hoc, quia dicunt superabundantiam, & defectum esse principia. Plato vero, & multi alij antiquorum dixerunt magnum, & paruum esse principia rerum. sed Plato differt ab alijs in hoc, quia alij considerantes, quòd vna materia variatur per diuersas formas posuerunt duo ex parte formæ, quæ est principium agendi, & vnum ex parte materiæ, quæ est principium patiendi, sed Platonici considerantes, quòd in vna specie distinguuntur multa indiuidua per diuisionem materiæ posuerunt vnum ex parte formæ, quæ est principium agendi, scilicet, vnam ideam, & duo ex parte materiæ, quæ est principium patiendi.

Tria igitur elementa rerum esse putare ex his, & istiusmodi aliis animaduersis, videbitur aliquã rationem habere, sicut antea diximus.

Tex. c. 56. *Tria quidem igitur dicere elementa esse, & ex his; & ex huiusmodi alijs intendentibus videbitur vtique habere quandam rationem, sicut diximus.*

Vigesima conclusio huius lib. HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua cõcluditur ex præcedentibus conclusio vigesima huius libri, scilicet, quod tria sunt principia rerum naturalium, quæ probatur sic. Quorumcunque sunt plura principia quam duo illorum sunt tria principia ad minus, quia plura duobus non possunt esse pauciora quam tria, sed rerum naturalium sunt plura principia quam duo, vt probatum est, ergo ad minus sunt tria principia rerum naturalium.

Sed tribus ponere plura nullam. Ad patiendum enim sufficiens est vnum ipsum.

Plura autem tribus non amplius. Ad patiendum quidem enim sufficiens est vnum.

Vigesima prima cõclusio huius libri. HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua probatur vigesimaprima cõclusio huius libri, videlicet, quod non sunt plura principia rerum naturalium, quàm tria, & hæc pars continet duas particulas, secundum quod dupliciter Phylosophus probat conclusionem intentam. prima igitur ratio est illa, quod posset fieri per pauciora, superfluum est fieri

A per plura, sed per tria potest producere omnem rem naturalem, quia in omni transmutatione sufficiunt duo contraria quæ sunt termini transmutationis cum vno subiecto, vnum enim subiectum sufficit ad patiendum: sed vnum subiectum, & duo contraria sunt tria, ergo, &c.

Si vero quatuor cõtrariis sumptis, duæ contrarietates ponantur, vtrisque seorsum alia quædam natura media subijciatur oportet Quod si ex sese vicissim generare possunt, supernacanea nimirum altera contrarietas erit.

Si autem quatuor existentibus duo erunt contrarietates oportebit seorsum vtrisque esse alteram quandam naturam. Si autem ex inuicem poterit generare ociosa vtique altera contrarietatum erit.

B ET quod non sint plura principia contraria; quam duo probat Phylosophus sic. Si sint plura principia contraria, quàm duo, igitur ad minus erunt duæ contrarietates, quia vna sola contrarietas non est nisi inter duo contraria, & si sunt duæ contrarietates vtrique contrarietati oportet, quòd correspondeat alia, & alia natura subiecta. Sed hoc est inconueniens, & superfluum, quia vnum par contrariorum cum vna natura subiecta sufficit in omni transmutatione, potest enim subiectum transmutari de vno contrario in aliud absque hoc, quod idem subiectum vel aliud transmutetur secundum aliam contrarietatem, igitur alia contrarietas est ociosa nihil faciens ad illam transmutationem, & quod vnum par contrariorum cum vno subiecto sufficiat in omni transmutatione naturali, probat Commenta. per hoc, quia prima principia sunt communia omnibus rebus naturalibus, cuius signũ est, quod omnes res naturales sunt transmutabiles adinuicem. Vnde intelligendum, quod non est intentio Phylosophi hic probare, quod non sunt plura principia, quàm tria, quia hoc est falsum, quia plura sunt principiata, quàm tria, & etiam sunt plures transmutationes, quàm res, & plura sunt principia quam principiata, & etiam transmutationes, & ideo C sunt multo plura principia, quam tria, sed intentio Phylosophi est hic probare illa duo, scilicet, quod non cuiuslibet vnius transmutationis sunt plura principia, quam tria, & hoc probat ratio immediate præcedens, & probat etiam, quod sunt tantum tria principia secundum genus siue tantum tria genera principiorum, scilicet, ista tria communia. Materia, forma, & priuatio, de quolibet enim principio rei naturalis vel transmutationis prædicatur aliquod istorum trium. Sed dubitatur de illa consequentia Phylosophi, duæ sunt contrarietates, ergo, duæ sunt naturæ subiectæ istis duabus contrarietatibus, hoc enim non videtur sequi, quia idem potest esse subiectum duarum contrarietatum siue duorum pariũ contrariorum, quoniam illud idem subiectum quod est susceptiuum albedinis, & nigredinis est susceptiuum dulcedinis, & amaritudinis, & illud idem, quod est susceptiuum caliditatis, & frigiditatis, est susceptiuum raritatis, & densitatis, non igitur oportet quod si sint duæ contrarietates quod propter hoc sint duæ naturæ subiectæ. Dicendum igitur est, quod non est consequentia Phylosophi ista, videlicet, duæ sunt contrarietates, ergo, sunt duæ naturæ subiectæ illis contrarietatibus, sed illa est consequentia Phylosophi, si ad vnam transD mutationem requiruntur duæ contrarietates seu quatuor contraria, oportet quod illis quatuor contrariis correspondeant duæ naturæ subiectæ, consequentia patet sic, impossibile est idem subiectum simul transmutari per se, vnica transmutatione ad duos terminos, quia vna transmutatio numero requirit vnum terminum numero, sed si in vna transmutatione essent duæ contrarietates, & per consequens quatuor contraria, oporteret quòd duo extrema istarum contrarietatum essent termini a quo, vel a quibus, & alia duo extrema essent termini ad quem vel ad quos, cum igitur idem subiectum non moueatur simul per se vnica mutatione ad duos terminos, sequitur, quod illius mutationis sint duo subiecta, sic & duo termini, & si principia vnius transmutationis sint quatuor contraria siue duæ contrarietates, oportet quod illis duabus contrarietatibus correspondeant duo subiecta. Notandum, quod super illud dictum Phylosophi, scilicet, quòd si sint duæ contrarietates oportebit seorsum vtrisque esse naturam alteram quandam mediam, dicit Comment. quod Phylosophus

phos. d. hic istam naturam subiectam esse mediam, quia subiectum est simile medio quoquo modo, quia subiectum est in potentia vtrunque extremum sicut medium, sed tamen subiectum & medium differunt, quia subiectum est vtrunque extremum potentia pura, & medium est vtrunque extremum non potentia pura, sed aliqua potentia, quoniam in medio est vtrunque extremum in actu, sed non est in vltima perfectione, quia medium est in potentia ad vtrunque extremum quodammodo, & in actu aliquo modo, & subiectum est potentia pura vtrunque extremum. Vnde secundum, quòd medium inter contraria magis participat naturam vtriusque extremi contrariorum, quam subiectum, quod est in potentia pura ad vtrunque contrariorum, quia medium inter contraria vel est medium secundum compositionem vel est medium secundũ comparationem, sic enim distinguit Commen. in locis multis, si medium inter contraria sit medium secundum compositionem, vel videtur dicere, quòd tunc medium habet vtrunque extremum in actu, sub gradibus tamen remissis, & sic non est in vltima perfectione, sed si medium inter contraria sit medium secundum comparationem tantum, vt verius credo, tunc medium est vtrunque extremum in actu non absoluto, sed comparato, quia medium secundum comparationem comparatum vtrique extremorum est vtrunque extremum, vt tepidum comparatum calido est frigidum, & comparatum frigido, est calidum. Et si dicitur sic, medium differt specifice ab extremis, Igitur nullo modo extrema prædicantur de medio. Dicendum, quòd siue medium differat specifice ab extremis, siue non, extrema absolute sumpta non prædicantur de medio, sed tamen extrema vel nomina extremorum respectiue accepta verè prædicantur de medio. Nam sic non supponit nomẽ extremi pro extremo absolute, sed pro medio, quod est extremum in comparatione.

Differẽtia inter subiectũ, & mediũ, sũ oppositũ hẽs 1. Physi. c. 82.

Et insuper fieri nequit vt primæ contrarietates sint plures. Substantia namque vnum quoddam est genus eius, quod est, vt patet. Quare non genere. sed antecedendo sequendove duntaxat inter sese principia different. Semper enim vna est contrarietas in genere vno: atque omnes contrarietates ad vnum reduci videntur.

Idem sup. Tex. c. 50. Idẽ 10. metaphysic. Tex. c. 15.

Similiter autem impossibile est contrarietates primas substantia enim vnum quoddam genus est entis, quare in eo quod prius, & posterius sunt, differunt abinuicem principia tantum, sed non genere, semper enim in vno genere contrarietas est vna. Omnes enim contrarietates reduci videtur in vnam.

HÆc est secunda particula quintæ partis principalis huius capituli, in qua adducitur secunda ratio probans, quòd non sunt plura principia, quam tria, quæ ratio est ista. In vno genere est tantum vna prima contrarietas, sed substantia est vnum genus, ergo, in genere substantiæ est tantum vna prima contrarietas, & per consequens in genere substantiæ sunt tantum duo prima contraria, & prima principia contraria sunt prima contraria primi generis, scilicet, generis substantię, ergo, tum in genere substantiæ sint tantum duo prima contraria, scilicet, extrema primæ contrarietatis, sequitur, quòd non sunt nisi tantum duo principia contraria, & duobus contrarijs correspondet tantum vnum subiectum, ergo, non sunt plura principia, quam tria. quia non sunt alia principia prima, nisi duo prima contraria de genere substantiæ, & vnum subiectum eis: vnde subdit Phylosophus, quòd quamuis sint tantum tria principia prima, sunt tamen alia principia posteriora, principia igitur differunt abinuicem secundum prius, quia quædam sunt principia priora, & quædam posteriora, sed non differunt secundum genus. Notandum, quòd Commentator illam literam, scilicet, principia differunt secundum prius, & posterius, & non secundum genus exponit dupliciter. vno modo, quòd per principia. P. intelligit prima principia contraria in vnoquoq; genere prædicamentorum, quia in quolibet prædicamento sunt quædam prima principia contraria illius prædicamenti, scilicet, illa communia, forma talis prædicamenti, & priuatio talis formæ vt in prædicamẽto qualitatis forma de genere qualitatis, & priuatio formæ de genere qualitatis, & sic de alijs generibus, & ista prima principia

Prima expositio. Commẽ.

A contraria in vnoquoque prædicamentorum differunt secundum prius, & posterius, quia contraria in genere substantiæ sunt priora contrarijs aliorum prædicamentorum, sed ista contraria in vnoquoque prædicamentorum non differunt secundum genus, & hoc, vt mihi videtur, potest dupliciter intelligi. vno modo loquendo simul de omnibus contrarijs cuiuscunque prædicamenti, alio modo diuisim loquendo de contrarijs cuiuscunque prędicamenti diuisim: primo modo adhuc potest intelligi dupliciter. vno modo, quod non differunt secũdum genus principij, alio modo, quod non differunt secundum genus prædicamenti. Primo modo sic intelligitur, quòd ista omnia contraria in singulis prædicamentis non differunt secundum genus principij, quia forma de genere substantiæ, & formæ aliorum prædicamentorum sunt in eodem genere principij, quia continentur sub hoc communi forma, quod est vnum genus, vel vnum generale ad omnes naturales formas, & similiter omnes priuationes cuiuslibet prædicamenti continentur sub hoc communi priuatio, & sic principia contraria cuiuscũque prædicamenti non differunt secundum genus principij. Alio modo potest intelligi, quod non differũt secundum genus, quia omnia principia contraria cuiuscunq; prædicamẽti sunt

Secũda expositio Commẽ.

B in prædicamento substantiæ per reductionem, quoniam cõtraria de generibus accidentium reducuntur ad cõtraria de genere substantiæ, & sic per reductionem sunt in eodem genere cũ contrarijs de genere substantiæ. Adhuc aliter põt hoc intelligi, quod contraria in vnoquoque genere diuisim accepta non differũt secundũ genus, quia forma, & priuatio in genere substãtiæ nõ differunt secundũ genus, quia sunt in eodẽ genere substãtiæ, & similiter forma, & priuatio de genere qualitatis nõ differũt secundum genus, quia sunt in eodẽ genere. s. in genere qualitatis, & similiter eodẽ modo est de contrarijs aliorũ generum prædicamentorũ & iste intellectus videtur magis conueniens dictis Commẽtatoris. Secundo vero exponit Cõmentator illud intelligendo per principia contraria solũ principia de genere substãtiæ, & tunc intelligitur sic, quod principia contraria, quæ sunt in genere substãtiæ, licet sint plura, tñ non differunt secundum genus, sed solum secundum prius, & posterius, quia oĩa contraria in genere siue sint priora, siue posteriora, non differunt secundũ genus, sed secundũ prius, & posterius, & contraria posteriora in genere substantiæ reducuntur ad contraria prima in genere substantiæ, & sic oĩa contraria alia a primis contrarijs de genere substantię reducuntur ad prima contraria de genere substantiæ, quoniam contraria de genere accidentium reducuntur ad

C contraria de genere substantiæ, & contraria posteriora de genere substantiæ reducuntur ad prima contraria in substantia. Notandũ secundũ Cõm. hic, quod prima cõtraria in genere substantiæ sunt causæ omniũ contrariorũ in alijs generibus. Vñ ipse sic dicit, si prima contraria in vnoquoque genere sint opposita secundũ esse, & non esse, tunc opposita in substantia secundum esse, & non esse, sunt causæ aliorum oppositorũ existentium in alijs prædicamentis, & illa. s. contraria in substantia debent esse prima contraria. Vnde Cõm. etiam hic per esse intelligit formam, & per non esse intelligit priuationem. Sed dubium est quomodo, & in quo genere causæ contraria in genere substantiæ sint causæ contrariorum in alijs generibus.

Ea ex hoc patet, quod prioritas causæ ad causatum tollit equiuocationem.

Dicendum est, quod forma in genere substantiæ est causa finalis omnium formarum in alijs generibus, & est causa materialis partialis in qua respectu omnium accidentium, quoniam accidentia oĩa sunt in substantia cõposita, sed priuatio formæ substantialis non est propria causa priuationis aliarum formarum, nisi large loquendo appellando oẽ illud causam alicuius ad quod illud sequitur, & illud potest dici causa in consequendo, & nõ

D in essendo, & sic priuatio formæ substantialis est causa priuationis omnium formarum accidentalium propinquarum illi formæ. Item notandum secundum Cõm. hic, quod hoc nomẽ prima contraria existentia in vnoquoque generum nõ oportet, ut dicatur ęquiuoce uel uniuoce, sed secundum prius, & posterius, & est unus modorum nominis ambigui. Circa quod est sciendum, quod in vnoquoque prædicamento sunt duo prima contraria. s. illa contraria forma, & priuatio talis prædicamẽti, quæ sunt prima secundum prædicationem dicta de qualibet forma, & de qualibet priuatione illius generis, uerumtamen quamuis sint prima contraria illius prædicamenti, tamen nõ sunt simpliciter prima contraria, quia prima contraria simpliciter solum sunt contraria de genere substantiæ. Dico igitur, quod hoc nomen prima contraria dicitur analogice de primis cõtrarijs in substantia, & de primis contrarijs aliorum generum, quia primo, & principaliter dicitur de primis contrarijs in genere substantiæ, & secundario dicitur de primis contrarijs in genere aliorum prædicamentorum.

Patet

Patet igitur neque vnum elementum neque plura duobus vel tribus esse. Horum autem vtrum sit afferendum magnam dubitationem nimirum habet.

Tex. c. 52. *Quod quidem igitur neque vnum sit elementum neque plura duobus vel tribus manifestum est. Horum autem, vtrum sit verum, quemadmodum diximus, dubitationem habet multam.*

HÆc est sexta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus epilogat declarata, dicens, ꝙ manifestum est ex declaratis, ꝙ non est tantum vnum elementum, siue vnum principium, nec plura duobus vel tribus, horum autem. s. vtrum principia sint tria multam habet dubitationem, licet aliqualiter fuerit hic declaratum. Vnde notandum, quòd Commentator ponit hic rationem huius dubitationis, quæ ratio est ista. illud, quod recipit formam compositi, aut est subiectum, aut contrarium, si fuerit contrarium contingeret contrarium alterari in suum contrarium: ita, ꝙ non esse alteretur in esse, & mutetur in illud, ꝙ est valde improbabile, & si posuerimus, ꝙ subiectum est recipiens, & contrarium recedat, cum istud sit aliquid demonstratum: vt aliqua substantia, sequitur, ꝙ generatio non erit in substantia, quia subiectum generationis non debet esse aliquid demonstratum, sequitur etiam, ꝙ si subiectum seu substantia demonstrata recipit formam, ꝙ ens non generatur nisi ex ente, & sic ens esset antequam generaretur. vnde ista ratio vt dicit Commentator coegit plures antiquos ad negandum generationem. Et ex ista ratione videtur, ꝙ non sint tria principia, quia non videtur, ꝙ sit aliquod subiectum receptiuum contrariorum. Intelligendum, ꝙ illud quod recipit formam compositi est subiectum, sed non est aliquod demonstratum in actu habens formam de sua essentia, quia tunc cum omne habens formam in materia sit generabile, & corruptibile in generatione illius subiecti, præsuit idem subiectum, & sic illud subiectum generaretur ex se ipso tanquam ex subiecto, & sic aliquod esset ens antequam generaretur. sed ponendo, quòd illud subiectum sit ens in potentia non habens formam in sua essentia, nullum sequitur inconueniens: quia illud subiectum est ingenerabile, & incorruptibile: vt postea ostendetur, &c.

Ratio dubitationis

CAPITVLVM TERTIVM TRACTATVS tertij. Quomodo prædicta tria, scilicet, materia, forma, & priuatio, sunt principia.

HOc igitur modo nos dicimus primo de omni generatione simpliciter pertractantes. Est enim naturæ accommodatum primum communia dicere, deinde ea, quæ circa vnumquodq; sunt propria contemplari.



Ic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes. Est enim secundum naturam communia prius dicere, & sic circa vnumquodq; propria speculari.

IStud est tertium capitulum huius tractatus, in quo ostenditur quomodo materia, forma, & priuatio sunt principia, & quomodo differunt, & continet quinque partes principales. Quoniam in prima ponitur differentia inter materiam, & priuationem. In secunda ibi. [Determinatis autem his, &c.] ostẽditur necessitas materiæ, & priuationis in omni generatione, & diuersitas inter illa. In tertia ibi. [Multipliciter autẽ.] ostenditur diuersitas, & necessitas trium principiorum in omni generatione. In quarta ibi [Manifestum autem igitur.] ostenditur quomodo materia, & forma sunt principia, & quomodo sunt principia per se, & quomodo priuatio est principiũ, quoniam per accidens tantum. In quinta ibi. [ꝙ quidem igitur.] recapitulat declarata. Prima pars continet duas particulas, quia in prima ponitur intentio, & ordo intentionis. In secunda ibi. [Dicimus enim fieri, &c.] Ponitur differentia inter materiam, & priuationem. In prima igitur particula huius partis Phylosophus proponit intentionem suam, & ordinem procedendi. d. Nos aggredientes in scientia naturali de omni natu-

A rali generatione primo debemus considerare de rebus vniuersalibus communibus sicut prius diximus, deinde debemus circa vnumquodq; propria speculari, & sic patet intẽtio, & ordo intentionis, quoniam intentio est determinare de omni generatione, & de oĩbus rebus generabilibus, sed ordo intentionis est primo considerare communia. s. generationem omnium generabilium in cõi, & talis est consideratio in hoc libro. deinde perscrutari propria vt generationes diuersorum corporũ naturalium vt animalium, & plantarum, & sic de aliis, & ipsa generata in speciali, & talis est consideratio in specialibus libris scientiæ naturalis. vnde causam propter quam prius determinãda sunt communia, quàm propria assignat Commentator, & est quòd si proprium prius diceretur idem bis diceretur.

Nam quippiam a quopiam, ac aliud ex alio fieri dicimus, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hoc pacto, Fit enim homo musicus, & non musicus, musicus aut non musicus homo, musicus homo. Simplex itaque dico ipsum

B fiens, hominem inquam, & non musicum, & id etiam quod fit, id est musicum. Compositum vero, & id quod fit, & ipsum fiens etiam, cum non musicum hominem musicum hominem fieri dicimus. Horum autem alterum non solum hoc aliquid, sed etiam ex hoc fieri dicitur, ceu è non musico musicus. Alterum non hoc in omnibus dicitur, modo. Non enim ex homine musicus, sed homo fit musicus dicitur.

Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterũ, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autẽ sic hoc: est enim hoc fieri hominem musicum. Est autem non musicum aliquod fieri musicum. Aut non musicum: hominem musicum. Simpliciter quidem igitur dico quòd fit homo, & non musicum, & quòd simpliciter fit musi- Tex. c. 58.

C *cum. Compositum autem, & ꝙ fit, & ꝙ factum est, cũ non musicum hominem dicamus fieri, aut musicũ, aut musicum hominem: horum autem quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex non musico musicus. Hoc autem non dicitur in omnibus, vt ex homine factus sit musicus, sed homo factus sit musicus.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur duplex differentia inter subiectum, & priuationem. Primo tamen narrat quot, & quibus attribuitur generatio, & vult, quòd generatio tribus attribuatur. s. subiecto, & opposito. i. priuationi, & composito ex ambobus, & hoc est quod dicit, quod quando dicimus ex aliquo fieri aliud vel ex altero alterum, aut dicimus simplicia vel composita, si simplicia dicimus, simplex fieri simplex, aut ex simplici fieri simplex. cum dicimus hominem fieri musicum, aut immusicum fieri musicum aut ex immusico fieri musicum, sed cõposita dicimus, vt cum dicimus compositum fieri simplex, vel compositum etiam fieri compositum, vel etiam ex simplici fie-

D ri compositum, vel etiam ex composito fieri simplex, vel compositum, vt cum dicimus hominem immusicum fieri hominẽ musicum, aut ex immusico fieri hominem musicum, aut ex homine immusico fieri hominem musicum, & sic de aliis, & ita apparet, quod generatio attribuitur tribus, scilicet, subiecto, opposito, & composito. Deinde ponitur duplex differentia inter subiectum, & oppositum, quarum prima est secundum vocem, secunda secundum rem. Prima differentia, quæ est secundum vocem est ista. nam in opposito vtimur duobus modis loquendi, quoniam loquendo de opposito dicimus, quod hoc, fit hoc, & quod ex hoc, fit hoc, nam dicimus, quod ex immusico fit musicum, & dicimus, quod immusicum fit musicum, sed in subiecto vtimur, vno modo loquendi tantum dicendo, quod fit hoc, & non dicendo, quod ex hoc, fit hoc, nam dicimus, quod homo fit musicus sed non dicimus, quod ex homine fit musicus. Notandum secundum Commenta. quod iste vsus loquendi secundum idioma Græcorum est non secundũ idioma Arabicorum, quoniam ista propositio ex in Arabico

est com-

est communis, ita, quòd quandoque notat oppositum, & quandoque subiectum, & si hæc præpositio ex, magis large vtitur in lingua Arabica, quàm in lingua Græca, quia in lingua Arabica vtimur hac præpositione ex, tam in subiecto quam in opposito sed in lingua Græca ea vtimur in opposito solum, & non in aliquo subiecto. Item dicit Commen. quòd ista præpositio ab, notat ista duo, scilicet, causam agentem, & subiectũ, vt istud fit ab hoc, illud transmutatur ab hoc subiecto. Item dicit Commen. quòd in nostro idiomate, scilicet, Arabico loquendo de composito, non dicitur hoc fieri hoc, sed hoc tantum dicitur de subiecto. Item dicit Commen. quod hæc præpositio post, in nostro idiomate, scilicet, in Arabico proprie dicitur de opposito, & non de subiecto, quoniam dicimus, quod post non musicum fit musicum, sed non dicimus post hominem fieri musicum.

At vero eorum quæ vt simplicia fieri dicimus, alterum permanens fit, alterum non permanens. Nam homo quidem permanet cum fit musicus homo. Non musicum autem & immusicum, neq; simplex, neque compositum permanet.

Tex. c. 59. *Eorum autem quæ fiunt sicut simplicia dicimus fieri aliquid quidem permanens fit, aliud vero non permanens. Non quidem enim permanet musicus factus: & homo est, sed non musicum, & immusicum, neque simpliciter, neque compositum permanet.*

Secunda differentia quæ est secundũ rem.

CVm Phylosophus posuit differentiam inter subiectum, & oppositum secundum vocem, ponit inter ea differentiam secundam quæ est secundum rem. quæ est ista. In trãsmutatione ad formam subiectum manet sub forma ad quam est transmutatio, sed oppositũ nõ permanet, sed destruitur, & hoc siue oppositum accipiatur singulariter, siue per se, siue accipiatur, vt componitur cum subiecto. Vnde cum ex immusico fit musicum, vel cum ex homine immusico fit musicum homo manet, sed non manet immusica, nec homo immusicus. Et adhuc Commentator mouit aliam differentiam, quæ est, quod subiectum est pars generati, & oppositũ non est pars generati.

Quæ cum ita sint, hoc est ex omnibus quæ fiunt accipiẽdum, si quis inspexerit vti diximus, aliquid semper subijci oportere, ipsum inquam fiens.

Tex. c. 60. *Determinatis igitur his ex omnibus quæ fiunt: hoc est accipere si aliquis intenderit, sicut diximus, quoniam oportet aliquid semper subijci quod fit.*

HÆc est secũda pars principalis huius capituli, in qua determinatur necessitas istorum principiorum, & continet duas particulas, quia in prima declaratur, quòd subiectum, & oppositum sunt necessaria in omni generatione. In secunda ibi. [Et hoc si numero est vnum.] declaratur, quod subiectum, & oppositum sunt diuersa, siue distincta. In prima igitur particula ostenditur, quod subiectum, & oppositum, s. priuatio sunt necessaria in omni generatione, & hæc est vigesima secunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnis motus indiget subiecto, & opposito ipsi termino motus, sed omnis generatio est motus, ergo omnis generatio indiget subiecto & opposito ipsi termino motus, de illa ratione non ponitur in textu nisi cõclusio, quia præmissæ satis apparent ex prædeterminatis, de opposito etiam non fit expressa mentio, quia conclusio concluditur in textu, sed per subiectum debet intelligi, tam subiectum, quàm oppositũ, quia ista sunt quodammodo idem numero, vt postea dicetur, maior huius rationis patet, quia omnis motus indiget subiecto, quod per motũ aliter se habet nunc, quã prius, & quia nihil mouetur ad illud, quod habet, ideo oportet, quod illud subiectũ dum mouetur sit sub priuatione termini motus, & sic omnis motus indiget subiecto, & opposito ipsi termino motus, minor vero apparet, scilicet, quod omnis generatio est motus accipiendo motum largè pro quacunque transmutatione indifferenter. Notandum secundum Commen. hic, quod omne generatum indiget aliquo subiecto, & est illud quod in rei veritate dicitur generari. Sed dubium est, quia materia prima est subiectum generatio-

Vigesima secũda cõclusio huius libri.

nis, & prima materia non generatur, vt postea approbat Phylosophus, ergo, non videtur verum illud, quod dicit Comment. id est, quod subiectum generationis in rei veritate generetur. Dicendum, quod aliquid dicitur generari dupliciter, scilicet, subiectiuè & terminatiuè. Generari subiectiuè est idem, quod per transmutari, & isto modo subiectum generationis generatur, id est, per generationem transmutatur, & hoc modo loquitur hic Comment. sed generari terminatiuè est accipere esse post non esse per generationem, & sic solus terminus generationis generatur, & isto modo non generatur materia prima, vt probatum est. Item notandum secundum Comment. quod hoc est vniuersaliter verum in omnibus prædicamentis, scilicet, quod omne generatum semper indiget aliquo subiecto, & opposito, & quia subiectum generationis substantialis est minus manifestum, & etiam oppositum Commentator declarat quomodo hoc sit verum in generatione substantiæ, dicens quod in spermate, quod fit homo necesse est, vt sit aliquod oppositum generato, & est illud, quod dicitur sperma, quoniam ratio hominis, qui fit est opposita rationi spermatis, & necesse est, vt in eo sit aliquid recipiens formam hominis, & est in rei veritate illud, quod dicitur generari, id est, illud in quo inuenitur iste motus, motus enim illius debet esse in subiecto, sicut diximus, & impossibile est, vt sit in illo cuius partes successiuæ destruuntur per generationem, quod est illud, quod est oppositum generato, & si non esset subiectum non esset hic aliquid deferens illum motum, nec aliquid, quod diceretur moueri, neque aliquid, quod esset in potentia aliquid, & sic auferretur natura possibilitatis. Sed hæc ignorant Moderni propter consuetudinem. Sic igitur apparet, quod in transmutatione substantiali necesse est, quod sit aliquid oppositum formæ generati, & est forma substantialis præcedens generatum, uel priuatio formæ generati, & etiam est necesse, ut sit aliquod subiectum, quia aliter motus non haberet subiectum, & per consequens non moueretur, nec esset aliquid, quod esset in potentia ad aliquam formam: illud autem subiectum non est substantia composita præcedens ipsum generatum: quia partes substantiæ compositæ præcedentis, uerbi gratia, partes spermatis continuè destruuntur in generatione hominis, & ideo oportet, quod sit ibi aliquid, quod primo sit sub forma spermatis, & postea sub forma hominis.

Quod & si numero vnum est, nõ tamen est specie vnum. Atque pro eodem accipio, specie rationeque differre. Non est enim eadem hominis, & immusici ratio.

Et hoc si numero est vnum. sed specie non vnum est. Specie enim dico & ratione idem. Non enim idem est homini, & immusico esse.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod subiectum, & oppositum sunt diuersa, vel distincta, & hæc est vigesimatertia conclusio huius libri, quæ tripliciter probatur, & primo sic. Illa sunt diuersa quæ habent diuersas diffinitiones, sed obiectum & oppositum habent diuersas diffinitiones, ergo maior patet, quia illa, quæ habent diuersas diffinitiones habent diuersas quidditates, & per consequens diuersas entitates, sed omnia talia sunt diuersa, minor apparet, quia homo, & immusicum habent diffinitiones diuersas, quia alia est diffinitio hominis, & alia est diffinitio immusici, de hac ratione solum minor ponitur in litera, & in ponendo eam dicit Phylosophus, quod si priuatio, & subiectum sint vnum numero, non tamen sunt vnum specie, & exponit quid intelligat per idem specie, & dicit, quod intelligit idem ratione, hoc est ratione diffinitiua, sed certum est nunc, quod non est idem esse homini, & immusico, & intelligit, quod non est eadem diffinitio hominis, & immusici. Intelligendum est, quod ex isto loco accipitur vnum commune, scilicet, quod aliqua sunt eadem numero, seu idem realiter, quæ tamen sunt distincta diffinitione, siue formaliter, sicut priuatio & materia sunt vnum numero, & tamen distinguuntur ratione, vel diffinitione, vt videtur quod Phylosophus hic dicat. Sed sine dubio hoc non possum bene intelligere, scilicet, quod aliqua sint idem numero, & quod tamen sint diuersa secundum diffinitionem, quia quæcunque sunt idem numero, sunt idem specie,

Vigesima tertia conclusio huius libri.

cie,& quæcunque sunt idem specie habent diffinitionem speciei eis communem, & per consequens sunt idem diffinitione,& sic quæcunq; sunt idem numero sunt idem diffinitione: vnde non est bene intelligibile, quod a,& ab, sint idem numero,& tamen, quod aliquid sit diffinitio ipsius a, quod non sit diffinitio ipsius b, quia sic de eodem numero idem prædicatum esset affirmatum, & negatum, quod est contra primum principiũ. Dico igitur, quod de virtute sermonis quæcunque sunt idem numero habent penitus eandem diffinitionem. Sed tamen pro dicto Phy. hic est intelligendum, quod aliqua dicuntur idem numero, quia prædicantur de eodem numero, sicut aliqua dicũtur idem subiecto; vnde est sciendum, quod hoc verbum est exercet prædicationem, & hoc verbum prædicari significat prædicationem, & multotiens accipitur actus exercitus pro acto significato, & sic accipitur in proposito cum dicitur, quod subm, & oppositum sunt idem numero, nam esse accipitur pro prædicari, quoniam de eodem numero prædicantur substantia, & oppositum sicut de Sorte prædicantur homo, & immusicum, de virtute tamen sermonis hæc est falsa .s. subiectum, & oppositum sunt idem numero. Contra Sortes immusicus sunt idem numero, sed Sor.& immusicus sunt subiectum, & oppositum, ergo subm, & oppositum sunt idem numero, dico, quod accipiendo immusicum personaliter, idest, prout supponit pro eo quod denominat, sic illa est opera, Sor. & immusicũ idem numero, quia Sor. & ille qui est immusicus sunt idem numero, sed accipiendo immusicum pro eo, quod significat, sic illa est falsa. Sor.& immusicum sunt idem numero, quia immusicum non significat nisi absentiam musicæ, sed certum est, quod Sor.& absentia musicæ non sunt idem numero, sed si immusicum accipiatur pro eo, quod significat, sic est minor vera .s. Sortes, & musicum sunt subiectum, & oppositum, & sic maior est falsa, si autem immusicum accipiatur pro eo, quod denominat sic minor est falsa .s. illa. Sor. & immusicum sunt subiectum, & oppositum, & sic maior, & minor non sunt veræ in eodem sensu, & ideo non sequitur conclusio.

Atque alterum permanet. Id enim quod non opponitur permanet, homo namque permanet. Non musicum autem, & immusicum non permanet, neque id quod ex utrisque componitur, uelut immusicus homo.

Tex.cõ.61. *Et hoc quidem permanet, illud vero non permanet. Non oppositum quidem permanet. Non enim permanet. Musicum autem, & immusicum non permanet, neque ex ambobus compositum, vt non musicus homo.*

Secundo probatur, quòd subiectum, & oppositum sunt diuersa, & hoc sic, subiectum permanet sub utroq; termino transmutationis, sed oppositum non permanet, ergo subm, & oppositum sunt diuersa, maior patet, quoniam si ex immusico fiat hõ musicus, hõ permanet primo sub immusica, & postea sub musica, si immusicum non permanet, nec permanet musicum sub vtroque termino, nec etiam permanet homo immusicus. Notandum, quod ex hoc loco accipitur, quòd illud quod habet oppositum in generato permanet in fine generationis, & illud quod habet oppositum non permanet, & ideo subiectum manet, quia non habet oppositum in generato, sed priuatio que est terminus a quo generationis non permanet, quia habet oppositum in generato. Et ex hoc potest probari, quod dimentiones, & qualitates singulæ manẽt in termino generationis, quia non habent oppositum in ipso generato.

At vero quippiam e quodpiam, & non hoc fieri in hisce magis dicitur, quæ non permanẽt, ceu ex immusico fieri musicum dicitur. Ex homine uero non dicitur. Verum & in hisce, quæ permanent, interdum eodem dicitur modo. Ex ære nanque statuam, non æs statuam fieri dicimus. In eo tamẽ quod opponitur, & non permanet vtroque dicitur modo, & ex hoc fieri hoc, vt ex musico musicus, & hoc fieri hoc, velut immusicus musicus. Id circo, & in composito similiter dicitur. Ex immusico nanque homine, atque immusicus homo, musicus homo fieri dicitur.

A *Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri aliquid, magis quidem dicitur in non permanentibus, vt ex non musico musicum fieri, ex homine autem non. At vero, & in permanentibus aliquando dicitur similiter. Ex ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam. Hoc autem ex opposito, & non permanenti vtrũlibet dicitur, ex hoc huius, & hoc, hoc. Et nanque ex immusico immusicus fit musicus. Vnde & in composito similiter est. Etenim ex immusico homine, & immusicus homo dicitur fieri musicus.*

Tertio probatur conclusio præcedens, scilicet, quod subiectum, & oppositum sunt diuersa, & hoc ratio sumitur ex vsu loquendi quæ ratio est illa, in opposito magis propriè dicitur ex hoc fieri hoc, quam, quod hoc fit hoc, & minus propriè, quòd hoc fit hoc, sed in subiecto est econtrario, quia in subiecto propriè dicitur hoc fit hoc, & minus propriè, quod ex hoc fit hoc, sed illa sunt diuersa in quibus non utimur uno B modo loquendi, ergo. Intelligendum, quod in utroque, scilicet, tam in subiecto, quam in opposito utimur utroque modo loquendi, nam de subiecto dicimus, quod hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, nam dicimus, quod hoc fit musicus, & ex ære, fit statua, & similiter in opposito utimur vtroque modo loquendi, quia dicimus ex immusico fieri musicum, etiam dicimus, quod immusicum fit musicum, magis tamen propriè dicimus de subiecto, quod hoc fit hoc, & minus propriè, quod ex hoc fit hoc, sed econtrario est de opposito. Sed dubium est, quia prius ponebatur differentia inter subiectum, & oppositum in hoc, scilicet, quod in subiectis utimur uno modo loquendi tantum, in opposito enim vtimur duobus modis loquendi, & hic dicitur, quod in vtroque utimur vtroque modo loquendi, & sic prior differentia non apparet vera. Dicendum, quod illa est differentia, quia in opposito communiter vtimur vtroque modo loquendi, sed in subiecto non vtimur communiter nisi vno modo loquendi, dicendo hoc fit hoc, sed rarissime, & transumptiue vtimur in subiecto alio modo loquendi, dicendo, quod ex hoc fit hoc. Intelligendum tamẽ, quod vterque modus loquendi est bonus tam in subiectis C quam in oppositis, sed est differentia, quia in oppositis ubi dicitur vnum in eisdem terminis dicitur alterum, sed in subiectis vbi dicitur unum, ibi propriè non debet dici alterum, nam dicimus, quod homo fit musicus, sed non dicimus, quod ex homine fit musicus, & etiam dicimus, quod ex ære fit statua, sed non dicimus, quod æs fit statua, sed in eisdem oppositis terminis vtimur vtroque modo loquendi. Dubium. Respõsio.

Cum autem fieri multis modis dicatur, & quædam non absolute fieri, sed hoc aliquid fieri. quædam simpliciter fieri dicantur, quod quidem solis substantijs competit. In cæteris quidem patet aliquid ipsum inquam fiens necessario subijci. Nam & quantum, & quale, & ad aliquid, & quando & vbi, fit aliqua re subiecta. Propterea, quod substantia sola de nullo subiecto dicitur alio, cætera autem vniuersa de substantia ipsa dicuntur. D At subiectum etiam, & quæcunque alia simpliciter sunt ex subiecto fieri aliquo patefiet sane diligenter considerandi. Semper enim est aliquid quod subijcitur, ex quo generatur id quod fit. Plantæ nanque, & animalia ex semine fiunt.

Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidem non simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum est, secundũ quid aliorum: manifestum, quod necesse est subijci aliquid quod fit. Etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & vbi fiunt in subiecto aliquo propter id quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod autem, & substantiæ, & quæcunque alia simpliciter entia ex quod- Te.cõ.62. Fieri simpliciter est substantiarũ sm qd vero accidentium.

dam subiecto fiant consideranti fiet utiq; manifestum. Sēper est .n. aliquid, quod subijcitur ex quo fit quod fit: ut plantę, & animalia ex semine.

Sēper est aliquid quod subijcitur ea quo fit quod fit. Conclusio 24. huius libri.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod prædicta tria principia sunt necessaria in omni gñatione, & continet duas particulas, quia in prima ostenditur, quod in oī gñatione requiritur subiectū. In secunda ibi. [Quare, ostea sum est.] Ostēditur, quod in oī gñatione requiruntur prædicta tria principia. In prima igitur particula huius partis probatur vigesimaquarta conclusio huius libri. s. quod in omni gñatione requiritur subiectū. Hæc conclusio probatur sic. In omni gñatione naturali, & ēt artificiali requiritur subiectū, sed oīs generatio est naturalis, vel artificialis, ergo in oī gñatione requiritur subiectū, minor est nota, & maior declaratur, & primo declaratur prima pars. s. quod in oī generatione naturali requiritur subiectū, secūdo declaratur scd'a pars. s. quod in oī gñatione artificiali requiritur subiectū: secūda ibi. [Fiunt ēt quæ fiunt.]

Duplex ē generatio naturalis.

Et primo adhuc distinguit gñationem naturalem, quæ duplex est, quoniam quædam est gñatio simplex, & quædam est gñatio secundum quid: gñatio simplex est generatio subæ, sed generatio secundum quid est gñatio accidētis, & huius ratio est, quia gñatio terminatur ad esse, & substantia hēt esse simpliciter, & accidens hēt esse secundum quid. & ideo gñatio subæ est gñatio simpliciter, cum terminetur ad esse simpliciter, & generatio accidentis est generatio secundū quid, cum termineiur ad esse secundū quid. In generatione .n. simplici dicimus generatū fieri simpliciter, sed in generatione secundū quid siue accidētis non dicimus rem simpliciter fieri, sed fieri hoc tale. Cum .n. Sortes transmutatur de nigredine ad albedinē non dicimus simpliciter sine additione, quod Sor. fit, sed quod Sor fit albus. Ista igitur distinctione præmissa probatur, quod in oī gñatione naturali requiritur subiectū, & hoc sic. Tam in generatione substantiarum, quā in generatione accidentium requiritur subm, sed omnis gñatio naturalis vel est substantiæ uel accidentis, ergo. Quod aūt in generatione accidentium requiratur substantia probatur inductiue, quoniam cū dicimus fieri quantum, aut quale, aut ad aliquid, & sic de alijs, non dicimus hoc nisi imaginati fuerimus aliquod subm, quod sit quantum aut quale, quoniam ista talia dicuntur de subiecto, & sola substantia non dicitur de subiecto, ergo in generatione accidentium requiritur subiectum. Et quod ēt in generatione substantiæ requiratur subiectum apparet inductiue, quoniam in generatione animalium sperma est substantia, ex quo generantur animalia, & in vegetabilibus semē est substantia ex quo generantur vegetabilia, & sic est in omnibus alijs, ergo in omni transmutatione uel generatione naturali requiritur substantia, quia tam in generatione naturali accidentium, quam substantiarum requiritur subiectum. Notandum, quod Com. declarat hic tria. s. qualiter generatum substantiæ indiget subiecto. & etiam opposito, & qualiter oppositum, & forma generata se habeat in ista generatione subæ, & hoc declarat per similitudinem in generatione accidentium, & primo quantum ad substantiam, dicens, quod perfecte patet, quod in spermate est aliquid cuius proportio ad aliud generatum ex ipso est, sicut proportio substantiæ demonstratæ ad album, & nigrū, & uniuersaliter ad prædicamenta accidentium. Vnde sicut in generatione accidentis requiritur subiectum. ut cū ex albo fit nigrum, requiritur aliquid quod primo est album, & postea nigrum, ita in generatione substantiæ cum ex spermate fit hō requiritur aliquid, quod primo est sub forma spermatis, & postea sub forma hominis. Quantum ad oppositum dicit, quod quemadmodum generatio albi secundum quod motus indiget principio opposito ei, quod generatur, ex quo fit motus, & termino subiecto motui. Similiter est in alijs gñationib. s. in generatione substantiæ quantitatis, &c. Quantum ad tertium. s. qualiter in generatione substantiæ oppositū, & forma generata se hēnt: dicit, quod sicut in generatione accidentium partes oppositi successiue recedunt a subiecto, & fiunt in eo partes generati, similiter est in substantia, & ponit exēplū dicens. In spermate .n. apud generationem hominis nō cessant partes recedere, & partes hominis fieri donec forma humana perficiatur.

Dubium.

Sed dubium est, quoniam forma hominis uidetur esse indiuisibilis, & sic non pōt participabiliter acquiri, ideo Com. huic dubitationi respondens dicit, quod partes formæ substātialis partibiliter acquirantur, & hoc si forma recipit partitionem. s. si forma sit diuisibilis, si autem non, illud necessario accidit in accidentibus proprijs formæ generatæ. Vnde generatio necessario consequitur alterationē. Intendit igitur dicere, quod in generatione substantiæ oppositum, & forma generata ita se habens, quia forma generata successiue partibiliter acquiritur, & oppositū formæ generatæ successiue, & partibiliter deperditur, & hoc si forma generata sit partibilis, sed si forma generata non sit partibilis, tunc illa non acquiritur partibiliter, cum non habeat partes, sed accidentia propria illius formæ acquiruntur partibiliter, ita quod tota successio erit in acquisitione accidentiū propriorū illius formæ, & in alteratione præcedēti inductionē illius formæ. Sed dubitatio est, quia accidentia formæ simul sunt, & non sunt cum ipsa forma, quomodo igitur accidentia propria possunt partibiliter acquiri, nisi forma partibiliter acquiratur, nam quantum generans dat de forma, tantum dat de accidentibus proprijs formę, & econuerso. Dicendum, quod accidentia propria formæ sunt duplicia. s. quædam in fieri, & quædam in facto esse. Accidentia propria formæ in fieri sunt illa, quæ subiectum disponunt ad illam formam, ita quod non ad aliam, & talia accidentia non sunt simul, & non sunt cum forma, immo præcedunt formam, & de talibus accidentibus loquitur hic Com. Accidentia uero propria formæ in facto esse non acquiruntur partibiliter, sicut nec ipsa forma. Intelligendum, quod de intentione Comm. hic est, quod omnis forma substantialis diuisibilis acquiritur partibiliter, & hoc siue sit diuisibilis extensiuè. s. in partes quantitatiuas, siue sit diuisibilis intensiuè. i. secundum magis, & minus, sicut formæ elementorum secundum ipsum sunt diuisibiles. Vnde Commen. 3. cęli ponit, quod formæ substantiales elementorum intenduntur, & remittuntur, & certum est, quod formæ elementorum sunt diuisibiles quantitatiue, & ideo secundum Com. oportet dicere, quod in generatione elementorum acquiruntur formæ partibiliter, & quantum ad partes quantitatiuas, & etiam quantum ad partes qualitatiuas, siue quantum ad gradus, de forma uero hominis non asserit, quod partibiliter acquiratur, sed d. sub conditione. s. quod si sit partibilis acquiritur partibiliter. Sed adhuc est dubium, quoniam si minimum naturale, utpura minimus ignis generetur per se, forma illius ignis est partibilis cum habeat partes, & tamē acquiritur non partibiliter, quia cum per se, & seorsum generetur si partibiliter generaretur medietas prius esset per se generata, quam totum, & tamen cum medietas totius sit minor toto, sequitur, quod est dare minus minimo. Dicendū, quod ponendo minimum naturale, ut ponit Commen. oportet dicere, quod non omnis forma substantialis partibilis acquiritur partibiliter, ita, quod una pars quantitatiua acquiratur ante aliam, sed omnis substantialis forma partibilis in partes actuales, quæ s. possunt existere per se acquiritur partibiliter, sed huiusmodi non est minimum naturale. ideo, &c.

Eorum autem, quæ fiunt simpliciter, quædam transfiguratione fiunt, vt statua. Quædam additione, ut ea quæ incrementa suscipiunt. Quædam ablatione, vt e lapide Mercurius. Quædam compositione, vt domus. Quædam alteratione, vt ea, quæ uertuntur materia. Atque patet ex subiectis omnia fieri, quæ hoc pacto sunt.

Fiūt autem, quę fiunt simpliciter, alia quidem trāsfiguratione vt statua. Alia vero oppositione, vt quę augmentātur. Alia vero abstractione, ut ex lapide Mercurius. Cōpositione aūt vt domus. Alteratione uero, vt quę cōuertuntur secūdum materiam. Omnia autem quę sic fiunt, manifestum est, quoniam ex subiectis fiunt. Te. cō. 63.

DEclarata prima parte maioris. s. quod in omni generatione naturali requiritur subm, declarat secundā partē. s. quod in omni generatione artificiali requiritur subm, & hoc declaratur inductiue sic. Illorum, quę fiunt per artem simpliciter hoc est uniuersaliter accipiendo fieri, quædam fiunt per transfigurationem. i. per transmutationem rei ab una figura in aliam sicut statua, quædam uero fiūt per appositionē, ut fluuius qui fit per hoc, quia concurrunt diuersæ aquæ. Et quædam fiunt per subtractionem partium materialium, sicut Mercurius fit ex lapide. Quædam aūt fiunt secundum compositionē, vt domus fit ex cōpositione lapidum, & lignorum. Et adhuc quędā fiunt per alterationē, & talia non solū fiunt per artem, quamuis ars quandoq; iuuet naturam in generatione talium, huiusmodi aūt sunt illa, quæ trāsmutātur simpliciter, & quorum materia transmutatur de una forma substantiali, in alia. In oībus aūt istis generationibus est aliquod subiectum

vt

A vt patet inductiue, ergo in omni generatione artificiali est aliquod subiectũ, & sic patet, ꝙ in omni generatione requiritur subiectũ. Notandũ est, ꝙ Com. hic cõparat trãsmutationẽ substantialem, & transmutationẽ accidẽtalẽ adinuicẽ ſm differentiã, & conuenientiã, & primo secundum cõuenientiam: secundo secundũ differentiam, & possunt hic decẽ notari.

Primum notan. Primo igitur est notãdũ, ꝙ transmutatio substantialis, & transmutatio accidentalis conueniunt in hoc, qđ vtraq; est alteratio eiusdẽ rei de vna qualitate in aliam, & de vna dispõne in aliam. Et accipit Com. hic alterationem largè, s. tam pro alteratione, cuius finis ẽ de genere illius alterationis, s. cuius finis est qualitas: q̃ pro alteratione, cuius finis est de alio genere, hoc est pro alteratione determinata ad formam substantialem, accipit aũt qualitatem largè, s. tã pro vera qualitate, q̃ etiam pro forma substantiali, conueniunt tamen hę duę transmutationes in hoc, quia vtraque est transmutatio vnius rei de una forma in aliã.

Secũdum notan. Secundo est notandum, quod hæ duæ transmutationes differunt in hoc, quia in transmutatione substantiali illud quod defert transmutationem amittit nomen, & diffinitionem, sed in transmutatione accidentali illud quod defert transmutationem nec amittit nomen nec diffinitionem. Vnde breuiter

Idem 2. c. de substantia orbis, & 2. de aïa cõ. 8. & 7. Phy. com. 35. B subiectum transmutationis substantialis perdit nomen, & diffinitionem per illam transmutationem, sed subiectum transmutationis accidentalis nec perdit nomen nec diffinitionẽ. Intelligendum, quòd quidam per hanc auctoritatem volunt probare, ꝙ Cæsar est hõ; Cæsare non existente, quia in transmutatione substantiali, &c. sed non est ad propositum, quia illud quod amittit nomen, & diffinitionem non est terminus transmutationis secundum subiectum: Cæsar autem non est subiectum transmutationis, sed sola materia prima.

Tertium notan. Tertio notandum est secundum Com. quod illud quod defert vtranque transmutationem est idem numero, & est corpus demonstratum, nam videmus idem corpus in eodem loco transferri de carneitate in terrestreitatem, & de terrestreitate in vegetabilitatem. & mutatur eius nomen, & diffinitio, & etiam videmus idem corpus transferri de albedine in nigredinem, & nec amittit nomen nec diffinitionem. Vnde intelligendum, quòd per corpus demonstratum Com. intelligit aggregatum ex materia prima, & quantitate interminata. Illud. n. aggregatum in transmutatione substantiali amittit nomẽ formæ substantialis, & eius diffinitionem, quæ denominatiue prædicabantur de ipso. Si dicatur, quod sola materia prima sit subie-

C ctum transmutationis substantialis, igitur illud aggregatum ex materia, & quantitate non est subiectum eius. Similiter transmutatio substantialis, & transmutatio accidentalis differunt per subiecta, vt patet primo de genera. igitur non est idẽ subiectum numero vtriusque transmutationis. Ad primum dicendum, quod subiectum per se transmutationis substantialis est sola materia prima, sed quantitas, quæ manet sub vtroque termino transmutationis, & etiam aggregatum ex materia, & quantitate est subiectum per accidens transmutationis substantialis. Et hæc est intentio Com. primo de generatione. Ad secundum dico, quod transmutatio substantialis, & transmutatio accidẽtalis differũt per sua subiecta prima, quia subiectum primum transmutationis substantialis est materia prima, sed subiectum primum transmutationis accidentalis est materia composita, tamen illud quod est primum subiectum transmutationis substantialis bene potest esse subiectũ remotum transmutationis accidentalis.

Quartum notan. Quarto est notãdum secundum Com. quod causa propter quam subiectum transmutationis substantialis amittit nomen, & diffinitionem, & subiectum transmutationis accidentalis non est ita, quia no-

D men, & diffinitio sumuntur a forma substantiali. Sicut enim materia non est in actu nisi per formam substantialem, ita nõ est diffinibilis nisi per formam substantialem, nunc autem in transmutatione substantiali materia prima, quæ est subiectum non manet sub eadem forma substantiali in principio transmutationis, & in fine, sed in transmutatione accidentali manet materia sub eadem forma substantiali, in principio transmutationis, & in fine, ideo in transmutatione substantiali perdit nomen, & diffinitionem, sicut perdit formam substantialẽ, sed quia in transmutatione accidentali forma substantialis manet semper eadem, ideo per illam transmutationem subiectum non amittit nomen, nec diffinitionem. Ex his igitur apparet, quod diffinitio, quam subiectum transmutationis amittit non est diffinitio exprimens solam quidditatem diffiniti, sed est diffinitio data per additamentum, quia est diffinitio data per formam, quæ est extra intrinsecam quidditatem materiæ: diffinitionem vero exprimentem solam quidditatem materiæ, si talem diffinitionem posset habere non amitteret ma-

A teriã per transmutationem substantialem, immo sicut materia manet vna numero sub vtroq; terminorum transmutationis substantialis, ita quidditas materiæ manet eadem numero. & per consequens diffinitio exprimens quidditatem, nec etiam materia perdit proprium nomen materiæ per transmutationem substantialem, idem habet hoc nomen yle, sub vtroq. termino transmutationis, sed perdit nomen formę substantialis, quod nomen prædicatur denominatiue de materia, quia cum materia est sub forma carnis, denominatur a forma carnis, & dicitur carnea, sed cum perdit formam carnis, & acquirit formam terræ, perdit nomen carnis, & acquirit nomen terræ, quia cũ est sub forma terræ, dicitur terrestris, vel terrea.

Quintum notan. Quinto est notandum, ꝙ illud subiectum transmutationis. s. materia prima non est vnum per aliquam formam substantialem existentem in ipsa inseparabiliter, quia tunc nõ amitteret nomen, & diffinitionem in transmutatione substantiali, sed istud subiectum solum est vnum per priuationem cuiuscunq. formæ dantis sibi nomen, & diffinitionem. Vnde materia prima sic est vna, ꝙ est quoddam priuatum omni forma substantiali: sic, ꝙ nulla forma substantialis est de essentia sua, est tñ in potentia ad omnes formas substantiales & accidẽtales. *Idẽ 1. ca. de substãtia orbis, & 7. met. t. c. 8*

Sextum notan. B Sexto est notandum secundum Com. ꝙ tres dimensiones, quæ dicũtur inseparabiles a materia, & semper manere eadẽ numero, sunt accidentia, quia si essent substantię, tunc non mutaretur nomẽ, nec diffinitio istius subiecti in transmutatione substantiali, quia istud subiectum haberet formam substantialem inseparabilem ab eo per quam haberet nomen, & diffinitionem, & tunc esset tota transmutatio in accidentibus. Ex quibus videtur de intentione Com. ꝙ in nulla transmutatione substantiali manet aliqua forma substantialis eadem numero sub vtroq. termino transmutationis, quia si aliqua maneret, tunc in illa trãsmutatione subiectum non amitteret nomen, & diffinitionem, ex quo retineret eandem formam substantialem dantem sibi nomen, & diffinitionem. Potest tñ dici, ꝙ ab vltima forma substantiali subiectum maxime habet nomen, & diffinitionem, nunc autem in transmutatione substantiali eadem forma substantialis non manet vltima sub vtroq. termino transmutationis, & sic non manet eadem diffinitio principalissima, nec idem nomen.

Septimũ notan. Septimo est notandum ſm Com. ꝙ materia, prima nunquam denudatur a corporeitate, quod ipse probat sic, quia si materia prima denudaretur a corporeitate, tunc habe-

C ret in se formam substantialem, & sic haberet nomen, & diffinitionem, sed ista consequentia est mihi dubia, videlicet, si materia prima denudaretur a corporeitate, tunc materia prima haberet diffinitionem vel formam substãtialem. Dico igitur, quod illa consequentia sic est intelligẽda, quod si materia prima denudaretur a corporeitate haberet aliquam formam substantialem inseparabilem ab ea, & sic semper maneret eadem ſm nomen, & diffinitionem. Potest tñ consequentia sic probari supponendo tria, primo, ꝙ materia prima nunquam põt esse denudata ab omni forma substantiali. Secundo suppono, ꝙ ad hoc, ꝙ materia prima recipiat aliquam formam substantialem diuisibilẽ, aut materialem, oportet, ꝙ sit extensa, aliter nõ quantũ reciperet quantum. Tertio suppono, ꝙ materia prima nõ sit extensa nisi per dimẽsiones, quæ dñt corpus. Ex quibus sequitur, ꝙ si materia denudaretur a corporeitate, ꝙ non esset extensa, & per consequens non posset recipere aliam formam substantialem materialem, quia quælibet forma materialis est extensa, & per consequens nullam formam posset materia prima recipere, cum igitur nunquam posset esse sine omni forma, sequitur quod si materia prima denudaretur a corporeitate, quod haberet in se aliquam formam inseparabilem ab

D ea.

Octauum notan. Octauum est notandum ſm Com. quod subiectum istarũ dimensionum inseparabilium est ipsa materia prima, & nõ substantia composita. Vnde dicit Com. quod subiectum istarum dimensionum nec habet nomẽ, nec diffinitionem. Dicit etiã, quod qui ponit hanc materiam esse corpus peccat, & similiter peccat qui ponit illud quod defert transmutationem esse subiectum habens formam in actu, vt existimat Auic. *Contra Auicen.*

Nonum notan. Nono est notandum ſm Commen. hic, quod indiuiduum compositum ex materia, & forma transmutari secundum totum de non esse ad esse, sine aliquo deficiente transmutationem impossibile est omnino: quia si sic: tunc non esse indiuidui compositi mutaretur in esse indiuidui compositi, quod est impossibile.

Decimũ notãdum. idem 8. met. com. 12. & 12. met. c. 10. & 1. ca. de substantia orbis. Decimo est notandum secundum Commen. quod quia corpus celeste non est in potentia ad aliam dispositionem, nec est in potentia ad generationem naturalem quia corpus celeste caret hoc subiecto. i. materia prima, quia ratione materiæ primę est aliquid in potentia ad dispositionẽ substantialem, & quia corpus cæleste caret isto subiecto, ideo caret forma quæ

sustentatur per hoc subiectum, & ideo est necesse, vt forma corporis cælestis sit liberata ab hoc subiecto, nec habet forma corporis cælestis constitutionem per corpus cæleste, sed corpus cæleste constituitur per illam, vt scies alibi.

Quare patet ex dictis: omne, quod fit semper cõpositum esse. Atq; est quidem aliquid quod fit: est autẽ aliquid quod istud fit. Et hoc est duplex. Est enim aut subiectum, aut oppositum. Atque opponi quidem immusicum, subijci autem hominem dico. Et vacuitatem quidem figuræ, & informitatem vel inordinationem oppositum, æs autem lapidem aurumq; subiectum.

Tex. c. 64. *Quare ostensum ex dictis, quoniam, quod fit, semper compositum est. Et est quidem aliquid, quod fit, est autẽ aliquid, quod hoc fit: & hoc dupliciter. Aut enim subiectum, aut oppositum. Dico autem opponi quidem, non musicum, subijci autem hominem. Et infigurationem, & inordinationem, & informationem oppositum, æs autem lapidem, & aurum dico subiectum.*

25. conclusio huius libri.

OStenso, quòd in omni generatione requiritur subiectum, nunc in hac particula ostenditur, quod in omni generatione requiruntur tria principia, scilicet, materia, forma, & priuatio, & hæc est vigesimaquinta conclusio huius libri quæ probatur sic. Omne, quod generatur est compositum, vt patet ex præcedentibus, quia in omni generatione est subiectum, quod recipit formam quæ est terminus generationis, & sic omne, quod fit est compositum ex subiecto, & termino factionis, tunc sic. In omni generatione est aliquid, quod fit secundum se totum, & illud est forma, & aliquid, quod fit hoc, id est, de quo dicitur, quòd hoc fit hoc: sed illud de quo dicitur hoc fit hoc, est duplex, vt patet ex præcedentibus, quia vel est subiectum vel oppositum, ergo in omni generatione requiruntur ista tria ex quibus ipsum generatum componitur, scilicet, vnum, quod secundum se totum fit, & duo quæ fiunt hoc, id est, de quibus dicitur fieri hoc, scilicet, subiectum, & oppositum: verbi gratia, si generaretur musica est ibi aliqd, quod fit, scilicet, musica, & duo de quibus dicitur fieri hoc, quia homo fit musicus & non musicus fit musicus. Vnde alia exempla de subiecto, & opposito ponit Phylosophus, vt patet in textu. Et Commen. mouet hic dubitationem super illud, quòd dicitur, scilicet quod omne generatum componitur ex his tribus, scilicet & subiecto, forma, & priuatione. Ex quo in rei veritate sunt tantum duo principia quæ sunt partes rei generatæ, scilicet, materia, & forma: at quoniam ex priuatione non potest generatum componi, quia priuatio continue recedit. Ad illud dupliciter respondetur: primo, quòd Phylosophus intelligit hic de generato incompleto, scilicet, quod est ens in via generationis, quia in tali generato exiguntur tria, scilicet, materia, forma, & priuatio, quoniam generatum incompletum habet partem de forma, & partem de priuatione formæ sed generatum completum est compositum tantũ, ex duobus, scilicet, ex materia, & forma. Aliter respondetur scilicet, quòd Phylosophus non intelligit, quòd generatum sit compositum ex istis tribus: sed solum componitur ex materia, & forma, sed priuatio est de dispositione generati, quia semper quousque generatum sit complete generatum habet aliquid de priuatione termini ad quem, & sic quodammodo disponitur per priuationem, non quia priuatio sit pars eius. Ex quibus potest intelligi, quòd generatum completum requirit duo principia tantum, vt materiam, & formam, sed generatum incompletum dum est in fieri, requirit tria principia, quod potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd componatur ex tribus, vt vult prima responsio. Alio modo, vt solum cõponatur ex materia, & forma, vel parte formæ, & quòd priuatio requiratur tanquã dispositio, non autem tãquam pars.

Generatũ est compositum ex substãtia, & forma.

Idem septimo. me. ca. 23. a. 27. 31. 13. Idem octauo meta.

Tex. c. 8. e. 12. cõ. 18.

Si igitur eorum quæ natura constant causæ atque principia sunt ex quibus primis constant ac facta sunt non per accidens, sed vnumquodque id, quod per substantiã dicitur, patet omnia fieri ex subiecto ac forma. Musicus enim homo, ex homine quodammodo musicove componitur. Rationes enim in illorum rationes dissolues.

A

Tex. c. 65. *Manifestũ igitur, quòd si quidem sunt causæ, & principia eorum quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & fiunt non secundum accidens, sed vnumquodq; quod dicitur secundum substantiã, quod fit ex subiecto, & forma. cõponitur enim musicus homo ex homine, & musico quodammodo. Resolues enim rationes in rationes eorum.*

Ex isto textu habetur, quod omne cõpositum resoluitur in sua cõponentia. Idem tertio met. c. 15. & tertio cõ. 13.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua ostenditur quomodo materia, forma, & priuatio sunt principia, & continet tres particulas, quia in prima ostenditur, quod solum materia, & forma sunt principia per se. In secunda ibi. [Manifestum igitur est.] Ostenditur quomodo priuatio accidit materiæ, & etiam ponitur differentia inter materiam, & priuationem. In tertia ibi. [Vnde est, quod, &c.] Soluuntur quæstiones circa principia. In prima igitur particula huius partis declaratur, quòd solum materia, & forma sunt principia per se, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Solum illa sunt principia per se ex quibus per se, & primo, & non secundum accidens sunt, & fiunt illa quæ fiunt, sed solum ex materia, & forma per se, & primo, & non secundum accidens sunt, & fiunt illa quæ fiunt, ergo solum materia, & forma sunt principia per se, huius rationis primo ponitur maior secundo minor: tertio vero declaratio minoris, quæ talis est. Ex illis sunt, & fiunt per se, & primo illa, quæ fiunt, in quorum rationes resoluuntur eorum rationes, sed rationes eorum quæ fiunt resoluuntur in rationem materiæ & formæ, igitur ex illis solum sunt, & fiunt illa, quæ fiunt, quia solum resoluuntur in rationes eorum: minor vero huius prosyllogismi patet, quoniam ratio hominis musici resoluitur in rationes hominis, & musici, ideo homo musicus componitur ex homine, & musica. Notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quòd illud exemplum est de forma accidentali, id est, de qualitate. Sed, quod dictum est de qualitate intelligendum est de substantia, induxit tamen exemplum de qualitate, quia notius est. Secundo est notandum secundum Commen. quòd materia, & forma distinguuntur secundum diffinitionem, licet non in esse, quia non separantur a se inuicem in esse, licet separentur ratione. Notandũ etiam, quod P. d. in textu, quòd illa sunt principia per se ex quibus res per se sunt, & fiunt. Et dixit sunt, & fiunt coniunctim, quia licet priuatio sit per se principium ipsius fieri, non tamen est principiũ per se ipsius esse. & sic apparet, quòd materia, & forma sunt principia per se, quia ex his per se componitur res, sed priuatio est principium per accidens, quia non est pars ei.

B

26. conclusio huius libri.

Primum notam.

Secũdum notam.

C

Vniuersa igitur quę fiũt ex hisce porro fieri patet. Atque subiectum ipsum, numero quidem est vnum ratione autẽ duo. Homo nanque, & aurum ac oĩno materia numerabile est. Est enim hoc aliquid magis, atq; id, quod fit, nõ per accidẽs est ex ipso gignitur. At priuatio ipsum inquã oppositũ, accidens, forma autem est vnum. Vt ordo, vel musica, vel eorum aliquid quæ simili modo dicũtur.

Tex. c. 66. *Manifestũ igitur est, quod fiant, quæ fiunt ex his. Est autem subiectum numero quidẽ vnum, specie vero duo. Homo quidem enim, & aurum, & omnino materia numerabilis est. Hoc enim aliquid magis, & non secundum accidens ex ipso fit, quod fit. Priuatio autem, & contrarietas accidens: vnum autem species, vt ordinatio, aut musica, aut aliorum aliquid sic prædicantium.*

D

HÆc est secunda particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur qualiter priuatio accidit materiæ, & dat duas differentias inter materiam, & priuationem. Accidit enim priuatio materiæ, quia materia semper cũ habet aliquam formam priuatur forma opposita, & sic priuatio, & materia sunt vnum secundum subiectum, quia dicuntur de eodem subiecto, & sunt duo secundum speciem, & diffinitionem, sed inter priuationem, & materiam ponitur duplex differentia, prima est, quod materia est numerabilis, & priuatio non, hoc est materia numeratur inter entia, quia est vnum ens, & priuatio non numeratur inter entia, quia est non ens. hæc igitur est prima differentia, scilicet, quòd materia est ens, & priuatio non ens. Vnde dignius est, quòd materia sit aliquod demonstratum quam priuatio: Secunda differẽtia est, quia ex materia fit aliquid per se cum sit pars rei, sed ex

priuatio-

priuatione non fit aliquid per se, sed solum per accidens cum non sit pars rei. Sed hic sunt tria notanda s̃m Com.

Primum notan. primo, ꝙ cum dr̃, ꝙ priuatio est principium per accidens: ibi per accidēs est intelligendum per accidens necessarium, qm̃ illud, quod est per accidens est duobus modis. s. per accidens necessarium & per accidens rarum: priuatio est principium per accidēs non rarum, sed necessarium, quia priuatio est necessaria generationi.

Secūdum notan. Secundo est notandum s̃m Com. ꝙ priuatio semper miscetur cum materia, & nunquam separatur vniuersaliter a materia, sed quantum materia admiscetur cum aliqua forma, tm̃ admiscetur cum priuatione formæ oppositæ. Attamen est intelligendum, ꝙ de virtute sermonis falsum est dicere, quòd priuatio miscetur cum materia, quia priuatio non est aliquid existens in rerum natura, quoniam si priuatio esset aliquid existens in rerum natura, cum illa priuatio sit separabilis a materia: materia posset priuari priuatione, & sic priuationis esset priuatio, & sic in infinitum, & etiā sequeretur, quod priuatio esset quædam forma perficiens materiam, quod est inconueniens.

Materia nō habet formā propriam, neque priuationē propriam. Dico igitur, quòd priuatio est sola carentia formæ in subiecto apto nato, & ideo non miscetur realiter cum materia, sed solum secundum denominationem. Cum enim materia caret aliqua forma denominatur a priuatione illius formæ, & dicitur priuata illa illa forma. Sic igitur sunt intelligenda, quæ dicuntur de priuatione, scilicet, quod est in materia & quòd est coniuncta cum materia, & quòd miscetur cum materia, omnia

Idem sup. c. 63. idem tertio cę. com 67. ista sunt intelligenda secundum denominationem tantum, quoniam priuatio ita denominat materiam, ac si esset aliquid existens in materia, vel coniunctum seu mixtum cum materia.

Tertium notan. Tertio notandum secundum Com. hic, quòd materia non habet in se formam propriam, nec priuationem propriã, quia si haberet priuationem propriam, aut formam propriam nō reciperet omnem formam.

Quapropter ipsa principia, tum duo, tum tria dicenda sunt. Et tum cōtraria. Veluti si quispiam dicat musicum, & immusicum, aut calidum, & frigidum, aut constructum, & inconstructum. Tum non contraria: Fieri enim nō potest, vt mutuo contraria patiantur. Soluitur autē, & hoc, quia aliud est ipsum subiectum. Hoc enim non est (vt patet) contrarium. Quare principia neque plura contrarijs quodammodo sunt, sed duo (vt ita dicam) numero. Neque rursus penitus duo, quia ipsorū ratio est diuersa, sed tria. Diuersa enim est hominis ratio, & immusici, & vacantis figura, & æris.

Tex.c.67. *Unde est, quòd sicut duo dicenda sunt esse principia, est autem sicut tria. Et est quidem sicut communia, vt si aliquis dicat musicum, & immusicum, aut calidum & frigidum, aut consonans, & inconsonans, est autem sicut non. Ab alterutris enim pati contraria impossibile est. Soluitur autem propterea, quòd aliud est subiectum, hoc enim non est contrarium. Quare neque plura contrariorum sunt principia quodammodo, sed duo, vt est dicere numero, neque iterum penitus duo propter id quod alterum est esse ipsis, sed tria. Alterum enim est esse homini, & non musico esse, & infigurato, & æri.*

HÆc est tertia particula, quartæ partis principalis huius capituli, in qua per prædicta soluuntur quæstiones circa prædicta principia variando qualiter est dicendum principia esse duo, & qualiter est dicendum principia esse tria, & qualiter est dicendū principia esse contraria, qm̃ si quæratur quot sunt principia, dicēdum est, ꝙ si non fiat distinctio inter principium per se, & principiū per accidens, sic principia sunt tria, vt materia, forma, & priuatio, & si quærantur de principijs per se quot sunt, sic est dicendum, ꝙ sunt tm̃ duo, vt materia, & forma, & si quæratur an principia sint contraria, dicendum est, ꝙ quædam sunt contraria, & quædam non. Illa enim principia sunt contraria quæ habent istas tres conditiones, s. quòd non fiunt ex alijs, nec ex alterutris, & etiam quòd omnia alia fiant ex eis. Vnde non omnia principia sunt contraria, quia aliqua principia patiuntur a seinuicem, nam materia recipit formā, & sic patitur ab ea, sed contraria non patiuntur abinuicem. Et addit Com. dicens, quod patiens debet esse simile non contrarium.

A Aliqua igitur principia non sunt contraria, quia materia non contrariatur alicui, sed priuatio, & forma sunt contraria, & ita apparet, ꝙ tot sunt principia cōtraria quot sunt principia per se, & econuerso qm̃ solum duo sunt principia contraria. s. forma, & priuatio. & solum duo principia sunt principia per se. s. materia, & forma. Sed circa illud dictum Phylosophi, scilicet impossibile est contraria pati ab alterutris est intelligendum, quòd pati est dupliciter: vno modo per corruptionem, alio modo per receptionem. Dico igitur, quòd contraria patiuntur a seinuicem per corruptionem, quoniam contraria agunt, & patiuntur abinuicem corrumpendo se mutuo, sed contraria non patiuntur abinuicem per receptionem, quia contrarium nunquam recipit suum contrarium. Et ita debet intelligi illud, quod hic dicitur, scilicet, quod contraria non patiuntur ab alterutris, scilicet per receptionem, scilicet, quòd vnum reliquum recipiat.

Quot igitur principia sunt naturalium rerum quibus generatio competit, & quonā modo sunt tot, satis iā explicauimus. Atq patet aliquid ipsis contrarijs subijci oportere, & ecōtraria duo esse. Modo autem quodam alio non necessarium esse. Erit. n. sufficiens contrariorum alterum ad faciendum absentia præsentiaque sui mutationem.

Quot quidem igitur principia circa generationē physicorum, & quomodo tot sint, dictum est, & ostensum est, quoniam oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse. Sed quodammodo alio non necessarium. Sufficiens enim erit alterutrum contrariorum facere absentia, & præsentia mutationem. Tex.c.68.

HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus recapitulat declarata: dicens, quòd dictum est quot sunt principia, dictum est etiam quomodo sūt principia, quoniā sunt principia diuersa, & necessaria in omni generatione, & quędam sunt principia per se, & quædam per accidens, quæ omnia declarata sunt in hoc capitulo. Declaratum est etiam, ꝙ oportet aliquid subijci contrarijs, & declara-

C tum est, quod duo principia sunt contraria, scilicet forma, & priuatio, vno tamen modo alterum contrariorum, scilicet priuatio non est necessarium in esse rei cum non sit pars rei, sed alterum contrariorum, scilicet, forma sufficit in generatione, & corruptione, quoniam esse formæ sufficit in generatione, & non esse formæ sufficit in corruptione, ideo, &c.

TRACTATVS IIII. DE PRINCIPIIS in speciali, scilicet, materia, priuatione, & forma.

De principio materiali. Cap. I.

NAtura autem ea quæ subijcitur, similitudine rationis sub scientia cadit. Nā, vt ad statuam ęs, aut ad lecticam lignum, aut ad aliquid aliud eorum quæ formā habent materies atq; informę sese habet antequā suscipiat formam, sic ad substantiam, & hoc ali-

D quid, atque id quod est hæc sese habere videtur.

SVbiecta autem natura scibilis est secundum analogiam. Sicut enim ad statuam æs, aut ad lectulū lignum, aut ad aliorum aliquod habentium formam in materia, & informæ se habet priusquam accipiat formam, sic ipsa se ad substantiam habet, & hoc aliquid, & quod est. Tex.c.69.

ISte est quartus tractatus huius libri continens duo capitula, qm̃ primum est de natura ipsius materiæ, secundum vero est de priuatione cum determinatione aliquali de forma, & executione a perscrutatione de forma separata, & est totaliter narratiuum, & incipit ibi. [Tangentes quidem.] primum capitulum continet duas partes principales, quoniam in prima determinatur de materia, & de conditionibus materiæ. In secūda ibi. [Quod aūt figuratur.] Ex prædictis soluūtur dubia antiquorū ꝑꝑ quę negauerūt gñationem, & corruptio-

 nem,

nem, & multitudinem rerum. Prima pars continet quatuor particulas, quoniam in prima terminatur de cognoscibilitate materiæ. In secunda ibi. [Vnum quidem.] determinatur de vnitate, vel entitate materiæ. In tertia ibi. [Primum quidē.] epilogat determinata. In quarta ibi. [Vtrum autem.] excusat se Phylosophus a quadam quæstione. Prima igitur particula huius partis est narratiua, in qua narratur, quod natura subiecta. i. materia prima est scibilis secundum analogiam. i. comparationem ad materiam accidentium rerum artificialium, quoniam cum volumus declarare eius naturam dicimus ipsam esse aliquid, cuius proportio est ad substantiam nobis notam. i. ad substantiam compositam, & sic ad naturam compositam vel ad formam, & est sicut proportio cupri ad idolum, aut ligni ad scannum, & vniuersaliter sicut vniforme se habet priusquam suscipiat formam, ita ipsa materia se habet ad substantiam. Et exponit substantiam, cui cōparatur ista natura subiecta. d. q̃ est substantia. i. forma, aut hoc aliquid. i. compositum, & ita apparet qualiter materia prima cognoscitur, quia non cognoscitur nisi per comparationem ad materiam accidentium, & artificialium, ita, q̃ si debeat notificari dicetur, q̃ materia prima est vnum intelligibile, q̃ sic se habet ad substantiam compositam, & ad formam substātialem, sicut homo B se habet ad hominem album, & ad albedinem, & sicut lignum se habet ad scannum, & ad formam scāni. Notanda sunt hic duo

Primum notan.

secundum Commen. primo, q̃ materia prima non potest intelligi per se cum non sit aliquid in actu habens quidditatem: sed intelligitur secundum comparationem propter latentiam suæ substantiæ, hoc Com. Vnde est intelligendum, quòd illa,

Idem 1. c. de substā. orbis. & 7. meta. c. com. 35. 4. Phy. 16. 2. Phy. 63.

quæ sunt nobis primo nota sunt accidentia sensibilia, & substantia nō cognoscitur a nobis nisi per sua accidentia, quia accidentia sensibilia determinata consequuntur formam, & distincta accidentia distinctam formam, sed materiam non consequuntur aliqua accidentia sensibilia determinata, ideo forma substantialis est nobis magis nota, quàm materia prima, & hoc ratione qualitatum sensibilium, quæ determinate consequuntur formam. Quod igitur dicat Commen. quòd materia prima non est aliquid in actu habens quidditatem non debet sic intelligi. s. quòd materia prima non habet entitatem distinctam a forma, quia illud est falsum, sed debet sic intelligi. s. quòd materia prima non est aliquid in actu habens in se formam substantialem propriam: vnde per quidditatem debet intelligi forma substantialis. Secundo est notandum se- C cundum Com. quòd substantia per comparationem ad quam

Secūdum notan.

cognoscitur materia prima est forma substantialis, & etiam substantia composita, & hoc innuitur in textu. Vnde dicit Comment. quod Phylosophus exposuit substantiam cui comparatur hæc natura, scilicet natura materiæ, quoniam substantia dicitur de congregato ex hac natura, & forma, & etiam dicitur de forma: & ista natura dicitur in respectu substantiæ congregatæ ex hac materia, & ex forma, & etiam dicitur in respectu formæ, & est illud per quod substantia est demonstrata in actu. Vnde est intelligendum, quòd materia prima cognoscitur per analogiam ad substantiam compositam, & ad formam, & forte magis intelligitur per comparationem ad substantiam compositam, quàm per comparationem ad formā, quoniam materia prima cognoscitur per hoc, quia est aliquid sic se habens ad substantias compositas, vel ad formas substantiales, sicut substantia composita se habet ad artificialia, & formas artificiales, & sic in cognoscendo materiam primam comparamus ipsam ad substantias compositas, quæ sunt materiæ artificialium.

Vnum igitur hæc principium est. Non tamen D est vnum, neque ens perinde atque hoc aliquid. Vnum etiam principium est ratio, & insuper id quod est contrarium huic, ipsa inquam priuatio. Hæc autem quo nam pacto duo sunt atque plura, paulo antea diximus.

Te. cō. 70.

Vnum quidem igitur principium est, non sicut vnum existens, neque sic vnum sicut hoc aliquid, vnum autem secundum, quod ratio. Amplius autem contrarium huic priuatio est, hæc autem quomodo duo, & quomodo plura dictum est.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua narratur qualem vnitatem seu entitatem habet materia prima. Vnde dicit Phyl. quòd materia pri- A ma est vnum principium cōmune omnibus entibus transmutabilibus quæ alterantur inuicem, sed non est sic vnum, quod sit substantia simplex existens in actu sicut forma, nec est sic vnum sicut substantia composita ex materia, & forma, sed est vnum ens in potentia ad omnes formas substantiales, & accidentales generabilium, & corruptibilium, & præter hoc principium est aliud principium quod est forma, & ratio cui priuatio est contraria, sed qūo ista duo s. forma, & priuatio se habeant dictum est. Sed notandum, q̃ Com. probat hoc tripliciter, quod materia prima non est aliquid in actu habens formā propriā, & rō eius prima est ista, si materia prima haberet formam propriam, tunc ipsa permanente non reciperet aliā formam, sed statim corrumperetur quam cito alia forma generetur. Secunda ratio eius est hæc, materia prima recipit omnes formas materiales, sed non recipit aliquid secundum quod habet illud, sed secundum, quod est in potentia ad illud, ergo materia prima est in potentia ad oēs formas materiales, & per cōsequens nullā hēt in actu. Tertia vero eius ratio est ista, q̃ a oīs transmutatio esset alteratio, quia oīs transmutatio quæ est circa substantiā in actu, siue circa substantiam compositam est alteratio, si igitur materia prima esset ens in actu habēs formā, B sequitur, quod generatio in substantiā esset alteratio, sequitur etiam, quod omnes formæ aduenientes essent accidentia, quia omne aduenients enti in actu est accidens. Ex quibus rationibus consequens uidetur, quod materia non potest simul informari diuersis formis substantialibus, quia si materia haberet aliquam formam propriam non posset aliam recipere manente priori, sed hoc non sequeretur si duæ formæ substantiales possent esse simul in eadē materia. Sed alibi uidetur, quòd Com. dicat contrariū, quia tertio cæli, dicit, quod materia recipit formas mixtorū mediantibus formis elementorū, & sic simul in materia sunt forma mixti, & forma elementi. Dicit, q̃ formæ elementorū manēt in mixto, & cū quælibet pars mixti sit mixta, sequitur, quod formæ elementorū simul sunt in eadem parte materiæ. Ideo dicendū est s̃m intentionem Com. quòd duæ formæ substantiales non remissæ, sed completæ in actu non possunt esse simul in eadē parte materiæ, sed tā plures formæ remissæ, vel quarum aliqua est remissa, & aliqua in actu cōpleto, bene possunt esse simul, nunc uero si materia haberet formā substantialē propriā consequentem ipsam vel necessario ei coniunctam, illa forma non posset intendi, & remit- C ti, quia tunc esset corruptibilis, & per consequens materia prima esset corruptibilis, cuius oppositum patebit inferius, & sic si materia prima haberet propriam formam illa esset ens in actu completo non remisso, & per consequens materia nunquam reciperet aliam ipsa permanente, & oīs alia forma adueniens esset accidens, quia omne adueniens enti in actu cōpleto non remisso, sed ultima actualitate existens in actu, est accidens, materia igitur existens in actu completo per formā non remissam sed completam, & perfectam non potest recipere aliquam formam nisi accidentalem. Intelligendum est, quòd cū P. d. quòd materia prima non est ens in actu, non debet intelligi, quod materia non sit aliqua res existens in mundo determinata distincta ab omni alio, ita, quod non sit in rerum natura actualiter existens, immo materia est æternaliter in actu actualitate potentiæ, seu existentiæ, sed intelligit, quod materia non est in actu formali, ita, quòd sit in actu secundum formam, vel habēs formam determinatam inseparabilem ab ea.

Hēs 3. de aīa com. 4. idem. 2. de aīa 67. & 1. P 4. c. idē 1. capite de substantia orbis. idē. c. 64.

Primū igitur dictum est, contraria solum principia esse. Deinde necessarium esse quoddā & aliud D subijci, triaq; esse. Ex hisce uero, quæ nunc diximus patet, quænā est differētia contrariorum, & qūo principia se habēt, & q.d est ipsum subiectū.

Primū quidem igitur dictum est, quod principia contraria sunt. Posterius autem, quod necesse est, & aliud quoddam subijci, & esse tria. Ex his autem nunc manifestum est, quę differentia contrariorum, & quomodo se habent adinuicem principia, & quod sit subiectum.

HAec est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phy. epilogat. d. quod dictū est, q̃ principia sunt contraria, & postea est dictū, quod præter contraria, oportet ponere subiectum, & sic, q̃ tria sunt principia, dictum est ēt, quæ est differētia cōtrariorū, quia dictū est, q̃ forma est principiū per se, & q̃ priuatio est principiū p accidēs, & dictū est qūo se hēnt adinuicē principia, & q.d est subm cōtrariorū.

Notanda

Notanda sunt hic tria ſm Com. circa subiectum contrariorum, primo q modus existẽtiæ eius, s. materiæ primæ est, q nõ est quid demonstratum in actu, sed est quasi medium inter nõ esse simpliciter, & esse in actu, unde intelligo per non esse purum simpliciter nihil. s. q non est in potentia, nec in actu. Et per esse in actu intelligo formã, vel habens formam, & est verum, q materia prima est medium per abnegationem inter ens & non ens, quia materia prima, nec est purum nihil, nec est ens in actu, cum non sit forma, nec habens formam, vnde non ens simpliciter, & esse ens in actu non sunt contradictoria, vt hic patet. Secundo est notandum q accidit substãtiæ eius. s. materiæ primæ, q sit in potentia ad omnes formas, non q potentia sit in substantia eius, ita q sit pars diffinitionis eius, qđ probatur dupliciter, primo sic, quia si potentia esset in substantia eius, tunc eius esse destrueretur ablatione potentiæ. & præsentia formæ ad quam habet potentiam, ut reciperet eã: & vniuersaliter si potentia esset in substantia eius, tunc substantia eius corrumperetur apud generationem. Secũdo probatur idem sic, potentia est in prædicamẽto ad aliquid, si igitur potentia esset de substantia materiæ, materia esset in prædicamento ad aliquid, & non in prædicamento substantiæ. Intelligendum ſm Com. hic, q in materia est quædam potentia, quæ est respectus ad formam, quæ potentia corrumpitur in aduentu formæ, & ista potentia non est de essentia materiæ, quia materia manet in aduentu formæ, & potentia corrumpitur, & causam ꝓp quam oportet ponere talẽ potentiã in materia quæ corrumpitur in aduentu formæ, innuit Cõ. 12. meta. cõ. 13. & est quia si nulla potentia existens in materia corrumperetur in aduentu formæ, tunc materia postq̃ recepisset formã esset in potentia ad eandẽ formã, sicut prius erat, & sic materia postquã recepisset formã posset eã recipere sicut prius, & sic corruptum posset redire idem numero, & sic idẽ bis generaretur, q est impossibile. Relinquitur igitur q in aduentu formæ corrũpitur potentia ad illam formam. ſm Com. si materia fuerit una, & generans unũ, & potentia una, tunc illud q fit erit nouum, & Commen. 12. meta. cõ. 13. ostendit quod nisi esset talis potentia quæ corrumpitur in aduentu formæ, difficile aut impossibile esset vitare quin corruptũ posset redire idem numero, quia si non esset talis potentia quæ corrumperetur in aduentu formæ, tunc post corruptionem alicuius formæ materia se haberet omnino eodem modo in habitudine ad illam formam quomodo se habebat ante generationem eiusdem formæ, sicut igitur ante generationem formæ fuit in potentia naturali ad illam formã, ita post corruptionem illius formæ esset materia in potentia naturali ad illam formam sicut prius, sed omnis potentia põt reduci ad actum, igitur forma corrupta posset naturaliter iterum generari, qđ est impossibile. Dicẽdum igitur, q duplex est potentia. s. receptiua, & respectiua, prima potentia. s. receptiua manet semper, sed põt ẽtia respectiua corrumpitur in aduẽtu formæ. Tertio est notandum ſm Commen. hic q materia, & formæ dependent a seinuicem, sic q neutra põt esse sine reliqua, unde dicit Com. q subiectum sustentat formam, quia forma ſm q forma non potest esse sine subiecto, sed forma sustentat subiectum secundum quod est eius complementum, & sic secundum quod subiectum non potest denudari a forma.

Primum notandũ.

Secũdum notandũ.

Tex.cõ.2.

Tertium notandũ.

Sed vtrum forma substantia sit an subiectum, nondum emersit. Patet tamen tria principia rerũ esse, & quonam pacto, atque quis ipsorum sit modus Quot igitur, & quæ sint principia rerum ex hisce, quæ diximus sit perspectum.

Tex.c.71. *Vtrum autẽ substantia species aut subiectum, nondũ manifestum est. Sed quod principia tria, & quomodo, & quis modus eorum dictum est. Quot quidem igitur, & quæ sunt principia ex his consideretur.*

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus excusat se a determinatione istius quæstionis. s. utrũ forma sit magis substantia quam materia, aut compositum, & Comm. assignat duplicem causam huius prima est, quia in primo lib. istud non est declaratum. s. utrum forma sit magis substantia quam materia, sed in secundo uidebitur hoc. Secunda causa est, quia illud non declaratur in hac scientia, sed in scientia diuina, & hoc est melius.

Post hæc autem & dubitationem veterum unice, hoc pacto solui dicamus. Primi namque Phylosophi veritatem, atque naturam eorum quæ sunt

A quærentes, exorbitarunt quasi ad aliam uiam quandam a ruditate depulsi. Atque asserunt, neq; fieri quicquam eorum quæ sunt, neque corrumpi, propterea quod necesse est quidẽ omne quod fit, aut ex ente, aut ex non ente fieri generarique. Neutrum autem esse potest. Neque enim fit id quod est, iam enim est. Et ex non ente nihil fieri potest Aliquid enim subijciatur oportet.

Tex.c.72. *QUod aũt singulariter sic soluitur, & antiquorum defectus dicamus post hęc. Quęrẽtes. n. secundum phylosophiam primi ueritatem, & naturam rerum diuerterunt, ut in uiã quandam aliam abscendentes ob infirmitatem & dicunt, neque fieri eorum, quę sunt nullum, neq; corrumpi propter id quod necessarium est fieri quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est. Ex his autem utrisque impossibile est esse. Neque enim quod est fieri*

B *contingit. Est enim iam, neque ex eo, quod non est nihil utique fieri. Subijci enim aliquid oportet.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ex determinatis circa naturam materiæ docet Phylosophus soluere rationes antiquorum, propter quas negabant principia, & generationem, & transmutationẽ, & multitudinem rerum, hæc pars continet tres particulas, quia in prima ponitur error antiquorum, & ratio erroris. In secunda ibi. [Nos autem dicimus.] Ponitur una responsio ad interrogationem antiquorum. In tertia ibi. [Vnus quidem igitur modus.] Ponitur alia solutio. In prima igitur particula huius partis. P. proponit intentionem suam, & etiam ponit positionẽ antiquorum cum ratione positionis dicit, q per prædicta singulariter, i. tantummodo soluitur defectus, idest, dubitatio antiquorum qui tanquam primi phylosophantes, scilicet, Parmenides, & Melis, quærentes perscrutari naturam rei secundum phylosophicam ueritatem, & non ualentes eam propter defectum exercitij in Logica inuenire, recedentes a uia

C ueritatis propter infirmitatem, & ignorantiam suam in Logica diuerterunt in quandam aliam uiam, scilicet, in falsam, & erroneam dicentes q nullum ens potest fieri, uel corrumpi, & hoc ꝓp hanc rationem, quia si aliquid fieret necesse est q fiat aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est, sed utrumque illorum est impossibile. nam non potest fieri ex eo quod est, quia iam esset antequam fieret, nec ex eo, quod non, quia ex eo, quod non est, nihil potest fieri, cum sit declaratum, qđ in omni generatione requiritur subiectum. Et Com. format eorum rationem sic, si aliquid gñatur aut gñatur ex ente, aut ex non ente. sed illud qđ generatur nec generatur ex ente, nec ex non ente, ergo nihil generatur, & qđ generatio non fiat ex ente ꝓbat sic, generatum dum generatur est illud quod non est, sed ens est illud quod est, ergo non generatur aliquid ex ente, & similiter, qđ generatio non fiat ex non ente probat sic, omne, quod generatur est aliquid dum generatur, sed non ens non est aliquid, ergo non ens non generatur, nec est generatio ex non ente, quia semper oportet aliquid subijci ei quod fit, ut ostensum est sup. Vnde intelligendum, quod cognita natura materię primæ soluitur illa dubitatio, quia per Commẽ. hic sermo demonstratiuus est natus soluere omnes

D quęstiones accidentes in re, Intelligẽdum etiam, quòd sermo demonstratiuus perfectissimus, qui est per potissimam diffinitionem rei tanquam per medium, innatus est soluere omnes quæstiones accidentes in re, quia talis diffinitio est principiũ cognitionis omnium accidentium essentialium illius rei, non tamen quælibet demonstratio est nata soluere omnes quæstiones accidentes in re, quia possum scire aliquid de re. s. prædicatum per diffinitionem acceptum ab una causa, quod quidẽ prædicatum inest ei per illam causam, & errare circa aliud prędicatum, quod inest eidem rei ratione alterius causæ, sed diffinitio completa, quæ compręhendit omnes causas ducit in cognitionem omnium accidentium essentialium.

Atq. hoc pacto id qđ deinceps accidit augẽtes, neq. multa inquiũt esse. Sed solũ ipsum qđ est. Illi igitur ob ea, q̃ dicta sunt hãc habuerũt opinionẽ.

Et sic itaq. quod consequenter accidit augentes, neq. esse multa dicunt; sed tantum ipsum quod est. Illi vero

talem

talem opinionẽ habuerunt, nõ vt Medicus, sed vt niger. Medicatur autẽ, & non medicus fit inquantũ est medicus. Quoniam autem maxime proprie dicimus medicũ aliquid facere, aut pati, aut fieri ex medico non secundum quòd medicus hoc patiatur, aut faciat manifestũ est ex eo: quod non est fieri: & hoc significat inquantũ non est. Quod illi quidem non percipientes deliquerunt, & propter hanc ignorantiam intantum ignorauerunt quòd nihil opinati sunt fieri, neque esse aliorum, sed auferre omnem generationem.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit vnam solutionem ad rationem prædictam, hæc igitur particula continet tres partes: quia in prima Phylosophus ponit unam distinctionem. In secunda ibi [Nos autem sicut & ipsi.] Per distinctionem positam soluit dictam rationem quo ad hoc quia probat nihil posse fieri ex non ente. In tertia ibi. [Similiter autem nec ex eo.] Soluit istam rationem quo ad hoc, quod probat nihil posse fieri ex ente. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus ponit talem distinctionem: ex ente vel ex non ente fieri aliquid contingit dupliciter, scilicet vel per se vel per accidens. Sicut enim medicum facere aliquid, aut pati aliquid contingit dupliciter, eodem modo ens vel non ens facere aut pati aliquid contingit dupliciter. siue ex ente vel ex non ente fieri aliquid, sed medicum facere aut pati aliquid contingit dupliciter, uel per se, uel per accidens: illud enim facit medicus per se. quod facit secundum quod medicus, & illud facit medicus per accidens, quod facit non secundum quòd medicus, ut medicus per se curat vel medicatur: quia curat & medicatur secundum quod medicus, sed medicus per accidens ædificat: quia non ædificat secundum quod medicus, sed secundum quod ædificator. Et eodem modo ex ente vel ex non ente fieri aliquid. vel ens aut non ens facere, vel pati aliquid est dupliciter, scilicet, uel per se, vel per accidens: illud fit ex ente per se, quod fit ex ente secundum quod ens, & illud fit ex ente per accidens quod fit ex ente non secundum quod ens, & eodem modo est de non ente. Istam igitur distinctionem non percipientes antiqui deliquerunt, & propter ignorantiam huius distinctionis opinati sunt nihil fieri, & sic omnem generationem auferebant. Sed hic sunt tria notanda. Primum notandum est circa distinctionem quam Phylosophus hic ponit. Secundum est circa per se. Tertium uero notandum est circa inquantum. Circa igitur primum est notandum, quod illa distinctio quã Phylosophus ponit hic non est distinctio alicuius termini incomplexi, nec est distinctio in ens per se, & in ens per accidens, vt aliqui dicunt, sed est per distinctionem propositionum. Vnde Commen. d. hic quod debemus distinguere propositiones earum, idest antiquorum, scilicet ex ente fit aliquid, ex non ente fit aliquid: medicus ædificat, & medicus curat, & huiusmodi: quia possunt accipi de uirtute sermonis, uel secundum vsum loquendi, & ista distinctio est penè secundum modum amphibologiæ: quia uno modo accipiuntur istæ propositiones propriè, & de uirtute sermonis, alio modo secundũ quod soliti sumus dicere, idest secundum usum loquendi auctorum: quoniam secundum, quod accipiuntur de uirtute sermonis solum denotatur, quod prædicatum insit ei pro quo subiectũ supponit, & isto modo est illa uera, scilicet medicus ædificat, & hoc si idem homo sit medicus & ędificator: unde sicut illa est uera, ædificator ędificat: quia ille homo ędificat, pro quo supponit ille terminus ædificator, eodem modo illa est uera, medicus ędificat, quia ille homo ędificat. pro quo supponit ille terminus medicus. unde de uirtute sermonis illa propositio medicus ędificat, non significat nisi quod ille idem qui est medicus ędificat, & hęc est uera ponendo, quod idem homo sit medicus & ędificator, sed si huiusmodi propositiones accipiantur non secundum primariam significationem, sed secundum usum loquendi auctorum, vt frequenter sumuntur: sic propositio affirmatiua denotat prædicatum inesse subiecto cum reduplicatione subiecti, & sic illa: medicus ędificat est falsa: quia significat quod medicus inquantum medicus ędificat: certum enim est quod illa, medicus edificat, de uirtute sermonis non significat idẽ quod illa medicus inquantum medicus ędificat. Dico igitur quod illa distinctio est penè secundum modum amphibologię: quia tota oratio est multiplex: eo quia potest accipi pro eo, quod significat de uirtute sermonis, & pro eo, quod significat secundum usum loquendi, & impropriè. Et eodem modo

Primum notandũ.

A sunt omnes orationes distinguendæ quæ sũt in uno sensu, & faciunt alium eiusmodi sunt multæ propositiones auctenticæ. Sed quòd ista multiplicitas non sit in dictione, sed in oratione, patet per Commen. dicentem, quod Phylosophus incipit numerare modos secundum quos dicitur quod medicus agit hoc, aut patitur, & notificare quod sunt duo modi, scilicet vnus per se, & alius per accidens, & sic apparet, quod tota oratio potest sumi diuersimode, idest per se, vel per accidens. Intelligendũ etiam quod cum dicitur, medicus per se curat, accipitur curare pro primo actu, & tũc est idem dicere medicus per se curat, quod medicus est per se curatiuus. Secundo est intelligendum, quod ly per se, in exemplo de medico & ędificatore. scilicet cum dicitur medicus per se curat: ædificator per se ædificat: dicit perseitatem quarti modi positi ab Aristot. in lib. Poster. qui modus est modus causandi, ut patet per I. incon. & est quartus modus quando subiectum uel in subiecto est causa effectiua prædicati, vt patet in exemplo Phylosophi, videlicet interfectus interijt vel moritur propter interfectionem, aut interfectus vel vulneratus interijt per se in quarto modo: quia in subiecto est causa effectiua prædicati: nam transmutans est causa termini transmutationis in genere causæ efficientis, nunc B autem cum medicus curet per artem medicinæ, subiectum huius est causa effectiua prædicati, & intelligo quòd ad hoc quod sit perseitas quarti modi: oportet quòd illud quod principaliter significatur per subiectum sit causa effectiua illius quod significatur principaliter per prædicatum: sicut est in istis interfectus interijt medicus curat: forte tamen in ista ex materia fit aliquid per se. ly per se, dicit perseitatem secundi modi, & quotiens dicitur per se totiens per oppositum dicitur per accidens. Tertio est notandum circa inquantum, quod potest teneri dupliciter: vt reduplicatiue uel specificatiue, quando tenetur reduplicatiue: tunc importat duo. s. causalitatem, & vniuersalitatem: quia si talis propositio sit vera: oportet quòd illud supra quod cadit reduplicatio sit causa prędicati, & etiam quòd prædicatum dicatur vniuersaliter de illo supra quod cadit reduplicatio. v. g. si illa sit uera homo inquantum medicus est curatiuus. oportet quòd medicus sit curatiuus, & quòd medicus sit per se causa curationis, & etiam quod omnis medicus sit per se causa curationis, Et adhuc ad ueritatem talis reduplicatiuę requiruntur alia duo. s. quòd prædicatum insit subiecto: & etiam quòd illud supra quod cadit reduplicatio insit subiecto. v. g. si illa sit uera, C Sor. inquantum medicus est curatiuus: oportet quod Sortes sit medicus, & quod etiam sit curatiuus. & sic ad ueritatem reduplicatiuę requiruntur quatuor, scilicet quod illud supra quod cadit reduplicatio sit causa prædicati in aliquo genere causę: quoniam reduplicatio potest fieri ratione cuiuscunque causę. Secundo quòd prędicatum insit illi vniuersaliter supra quod cadit reduplicatio. Tertio quod prędicatum insit subiecto. Quarto quòd illud supra quod cadit reduplicatio insit subiecto. Si uero inquantum teneatur specificatiue, sic dicit aliquam rationem specialem circa subiectum secundum quam rationem prędicatum inest subiecto, & sic non oportet quod prędicatum insit uniuersaliter illi supra quod cadit reduplicatio, nec etiam requiritur quod illud supra quod cadit reduplicatio sit causa prędicati, tamen possibile est quod quandoque sit causa, & sic hæc est vera. Ens inquantum ens est subiectum meta. & similiter illa: ens inquantum mobile est subiectum lib. Phy. Sed si quæratur quomodo hæc sit vera, medicus inquantum medicus curat, potest dici quod illa est uera secundum quod inquantum tenetur specificatiue, quia medicus non inquantum albus, nec inquantum ędificator curat, sed curat per rationem medicinę, nec ex hoc sequitur quod omnis medicus curat. D Vnde illa non est uera, medicus inquantum medicus est curatiuus prout inquantum tenetur reduplicatiue, sed ista, medicus inquantum medicus curat, est vera, prout inquantum tenetur specificatiue.

Secundũ notandũ.

Tertium notandũ.

Nos autem & ipsi dicimus nihil quidem fieri simpliciter ex non ente, tamen ex non ente per accidens fieri. Ex priuatione enim quæ est per se non ens, & quæ non inest. fieri dicimus. Atticitur itaque id admiratione. Ac impossibile esse uidetur, ex non ente fieri.

Tex. c. 85.

Nos autem & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter, ex eo qd nõ est, sed tamen fieri ex eo qd nõ est, vt secundum accidens. Ex priuatione. n. quod est quidem

per

per se non ens, non inexistente fit. Mirabile autem videtur & impossibile sic fieri aliquid ex eo quod non est.

A HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus per distinctionem iam positam soluit rationem antiquorum, quando dicunt, si aliquid generetur, aut igitur generatur ex ente, aut ex non ente, sic nec sic, ergo, &c. Rńdet, concedendo cū eis q nec ex ente, nec ex non ente generatur aliquid per se, quia nec ex ente inquantum ens generatur aliquid per se, nec ex non ente inquantum non ens per se, aliquid generatur, licet ex non ente aliquid generetur per accidens, & etiam ex ente generatur aliud per accidens. Mirabile tamen videbatur antiquis qualiter aliquid posset generari, & tamen nec ex ente, nec ex non ente, & quia hanc distinctionē inter per se, & per accidens non perceperunt, ideo simpliciter dixerunt, & sine distinctione quod nihil omnino generatur, quia nec ex ente, nec ex non ente potest aliquid generari. Vnde notandum quod secundum quod inquantum tenetur reduplicatiue sic est manifestum quod nec ex ente inquantū ens fit aliquid, nec ex non ente inquantum non ens fit aliquid, quia si ex ente inquantum ens fieret aliquid tanquam ex subiecto, tunc ex omni ente fieret aliquod ens tanquam ex subiecto, eodem modo si ex non ente inquantum non ens fieret aliquid tanquam ex subiecto, tunc ex omni non ente fieret aliquid tanquam ex subiecto, quorum vtrumque est falsum, & ideo cum per se valeat idem quod inquantum concedendum est, quod nec ex ente, nec ex non ente fit aliquid per se, sed si teneatur specificatiue adhuc, nec ex ente inquantum ens fit aliquid, nec ex non ente inquantum non ens aliquid, quia nec ratio entis est per se causa subiectiua generationis, nec etiam ratio non entis, sed qualiter ex non ente fit aliquid per accidens tanquam ex subiecto, non per se hoc declarat Commen. sic, generatio fit per se ex materia prima tanquam ex subiecto, sed primo materiæ accidit q sit non ens, idest, q sit priuata forma ad quam transmutatur, & ideo ex non ente, idest, ex priuatione fit aliquid per accidēs, tanquam ex subiecto quia ex illo fit aliquid per accidens, quòd accidit illi ex quo fit aliquid per se, & sic ex non ente, idest, ex priuatione non fit aliquid per se tanquam ex subiecto, probat Commen. sic: si aliquid fieret ex priuatione tanquam ex subiecto cum illud ex quo fit aliquid per se, sed per accidens tanquam ex subiecto, & q ex priuatione nō fiat aliquid per se, tanquam ex subiecto sit per se pars rei, & ēt sit subiectum alterationis, sequeretur q ens esset per se ex priuatione tanquam ex parte, & q priuatio posset alterari, q est impossibile. Intelligendum tamen est secundum Commen. q quamuis priuatio sit principium per accidens, quia accidit subiecto ex quo fit generatio, tamen est principium necessarium, quia si priuatio formæ non praecederet in subiecto nihil generaretur ex eo. Item notandum secundum Commen. & inferius in tex. quod priuatio est non ens per se, & materia est non ens per accidens.

Similiter autem neque ex eo quod est, neq; id quod est fieri, nisi per accidens. Sic autem & hoc fieri dicimus eodem modo, ceu si animal ex animali fieret: & aliquod animal ex quopiam animali, vt si canis ex equo fieret. Etenim canis non solum ex animali quodam, sed ex animali etiam fiet. Sed non vt est animal iam enim idipsum est. Si vero quippiam emersurum est animal non per accidens, non erit ex animali. D

Tex. c. 76. Idem supra cō. 64. 65. 66. & 67.

Similiter autem nec ex eo quod est, neque quod fieri, nisi secundum accidens. Sic autem & hoc fieri eodem modo, vt si ex animali animal vtique fiat, & ex quodā, animali quoddam animal, vt si canis ex equo fiat. Fiat quidem enim vtiq; non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali. Sed non inquantum est animal. Est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal non secundum accidens non ex animali erit.

POstquam Phylosophus soluit rationem probantem qđ impossibile est aliquid fieri ex non ente, quoniam verū est per se, tamen bene fit aliquid ex non ente per accidens: nunc in ista tertia parte, secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli Phylosophus soluit istam rationē quo ad hoc, quia probat q impossibile est aliquid fieri ex ente, & solutio consistit in hoc, q ex ente non fit aliquid per se tanquam ex subiecto, tamen per accidens potest aliquid fieri ex ente, cuius ratio est, quia illud ex quo fit aliquid tanquam ex subiecto per se debet priuari illo, vel forma illius quod fit, cum igitur ens non priuetur entitate, non potest ens per se transmutari ad ens, seu ad entitatem, & ideo ens non fit per se ex ente tanquam ex subiecto quia nihil fit ens ex aliquo inquantum habet entitatem, & sic ens non fit per se ex ente tanquam ex subiecto, & hoc declarat Phylosophus exemplariter sic. Ponamus q canis generetur ex equo tanquam ex materia siue ex subiecto, non propter hoc debemus dicere, q animal per se generetur ex animali, idest, ex materia, ut est sub forma animalis, sed per accidens, quia accidit q materia sit sub forma animalis cum ex ea generatur animal, quia ut dicit Commen. si ex animali hoc est ex materia, vt est sub forma animalis per se generaretur animal, contingeret q aliquid mutaretur in materiam illius qđ habet, ita q materia mutaretur in formam animalis secundum q habet eam, quod est impossibile, immo hoc accidit materiæ secundum q mutatur ad formam, vt illam habeat. Vnde hoc animal per se generaretur ex B hoc non animali, idest, ex materia cui accidit, priuatio huius formæ, & ita apparet q nec ex ente per se, nec ex nō ente per se generatur ens, non enim generatur ens ex ente per se tanquam ex subiecto, hoc est ex ente inquantum habet entitatē, quia sic aliquid mutaretur ad aliquid secundum q habet illud, nec etiam generaretur ens per se ex non ente tanquam ex subiecto, quia sic priuatio reciperet formam, cuius est priuatio, qđ est impossibile, ut tamen tam ex ente, quam etiā ex non ente fit aliquid per accidens. Intelligendum tamen secundum Phylosophum, q cum dicimus aliquid fieri ex non ente non intendimus per hoc remouere omnem entitatem ab illo ex quo fit, quamuis enim materia sit priuata entitate, vel forma ad quam transmutatur, non tamen priuatur omni entitate, quia semper habet aliquam formam, & est etiam in se aliquod ens receptiuum omnium formarum materialium.

Et si quid ens orietur non ex ente, neque e non ente fiet. Dictum est .n. quid significat e non ente C fieri, eo namque pacto quo est non ens. Insuper neque hoc esse inquam omne aut non esse tollimus Tex. c. 77.

Et si aliud quod est, non ex eo quod est, neq; ex eo qđ non est. Quod enim est ex eo quod non est, dictum est nobis quid significet quoniam inquantum non est. Amplius autem, & esse omne, aut non esse non remouetur.

SIc igitur apparet quòd nec aliquid generatur ex ente simpliciter, nec non ente simpliciter, vt existimauerunt antiqui. Iam enim declarauimus quid intendimus cum dicimus aliquid generari ex non ente, quia non intendimus remouere omne esse, nec cum dicimus aliquid generari ex ente intendimus affirmare omne esse. Istud autem verbum, scilicet, cum dicimus ex non ente aliquid generari esse omne nō remouetur exponit Commen. dicens, cum dicimus aliquid generari ex non ente, non intendimus negationem totius entis, & cū dicimus aliquid generari ex ente non intendimus affirmationem totius entitatis, hoc est non intendimus q aliquid fit ex omni non ente, nec etiam intendimus quod aliquid fiat ex D omni ente, si tamen aliquid fieret ex ente per se, i. ex ente inquantum ens, illud fieret ex omni ente, & eodem modo est de non ente. Intelligendum est quod illud ex quo aliquid generatur tanquam ex subiecto est materia cui accidit quod sit priuata tali forma, i. forma ad quam transmutatur, & etiam sibi accidit quod sit sub tali forma secundum speciem. Vnde si animal generetur ex animali tanquam ex subiecto accidit materiæ quod sit sub forma animalis, & etiam accidit materiæ q sit priuata forma animalis, nunc autem ex illo generatur, aliquid per accidens, quia accidit illi ex quo de se generatur, & ideo si canis generaretur ex equo non generaretur ex animali, nisi per accidens, quia accidit materiæ quod sit sub tali forma secundum speciem ad quam transmutatur. His visis potest responderi ad formam rationis antiquorum quando dicitur si aliquid generatur, aut generaretur ex ente, aut ex nō ente, verbi gratia, si aer generatur, aut generatur ex non aere tanquam ex subiecto, aut ex aere. Dico quod aer, neque per se generatur ex aere, nec ex non aere, hoc est ex priuatione for- Respōsio ad rationes antiquorum.

me aeris, sed si vnus aer transmutatur in alium aerem, ille aer generatus per accidens fit ex aere, & per accidens fit ex nõ aere, quia per se ex materia prima cui accidit quod sit sub forma aeris, & sub priuatione formæ aeris. Et si tu dicas loquamur de istis propositionibus, vt sunt per accidens vere, per se ex ente fit ens quamuis per accidens, & per consequens aliquid est antequam generetur, & etiam si ex non ente fit ens, sequitur quod non ens alteratur. Dico quod ex vno ente fit aliud ens, vt ex vno animali aliud animal, per accidens tamen, sed ex eodem ente secundum numerum nunquam fit idem ens secundum numerum, tamen ex aliquo ente fit idem ens secundum speciem, sed ex hoc non sequitur quod aliquid est antequam generetur, bene tamen sequitur quod aliquod sit ens ante quam aliud ens generetur. Dico etiam, quod ex non ente fit aliquid per accidens, sed ex hoc non sequitur quod priuatio alteretur, sed solum sequitur quod materia, cui accidit priuatio alteretur. Sed hic dubitatur quoniam aliquid est per se subm generationis, & ex illo fit generatio per se tanquam ex subiecto, & tunc oportet concedere, quod illud ex quo per se aliquid generatur sit ens, vel non ens, quia alterum contradictoriorum dicitur de quolibet, si illud ex quo aliquid per se generatur sit ens, igitur ens est, illud ex quo aliquid per se generatur, & per consequens ex ente per se aliquid generatur, si vero illud, ex quo aliquid generatur sit non ens, sequitur, quod ex non ente aliquid per se generatur, quod in Phylosophus hoc negat. Item si ex materia prima per se fit aliquid, & cum materia prima sit ens, sequitur, quod ex ente per se fit aliquid, quod tamen negatum est. Dicendum igitur, quod ly per se potest esse, vel pars extremi in propositione, vel determinatio compositionis, siue potest dicere unum sensum orationis si sit pars extremi, sic concedo talem propositionem ens est aliquid ex quo per se aliquid generatur, sed est vera per accidens, & sic totum illud est prædicatum, scilicet, aliquid ex quo per se aliquid generatur, si vero dicat modum compositionis, siue sensum propositionis, quod pro eodẽ habeo ad præsens sic dico, quod illa est falsa, scilicet, ens est aliquid ex quo per se aliquid generatur. quia denotatur, quòd hoc est per se: ens est aliquid ex quo per se aliquid generatur, quod est falsum, similiter ista. Illud ex quo aliquid generatur per se est non ens, si ly per se dicat sensum propositionis, sic hæc est falsa, si uero sit pars extremi, sic est uera, per accidens tamen. Et si dicatur, uolo loqui secundum quòd per se determinat compositionem siue secundum quod dicit sensum vnum propositionis, & sic alterum illorum est verum. Illud ex quo per se aliquid generatur est ens, illud ex quo aliquid generatur per se est non ens, quia alterum contradictoriorum dicitur de quolibet. Dicendum, quod utraque illarum est falsa secundum quod ly per se d. modum, uel sensum propositionis. Et cum dicitur, quod alterum contradictoriorum dicitur de quolibet, dico, quod uerum est simpliciter, & absolutè dicendo; quod hoc est ens, vel hoc est non ens: tamen non oportet quocunque modo: uerbi gratia hæc est vera: Sor. est albus, vel hæc. Sor. non est albus, & tamen utraque illarum est falsa: Sor. per se est albus. Sor. per se non est albus. Ad illud quando dicitur, quod ex materia prima per se fit aliquid, concedo secundum, quod per se d. modum, vel sensum propositionis, sed ex hoc non sequitur, quod ex ente per se fit aliquid. Vnde ab inferiori ad superius cum perseitate, ut d. modum, uel sensum propositionis non tenet consequentia, quia non sequitur, homo per se est risibilis, ergo animal per se est risibile, nec ualet consequentia, homo inquantum homo est risibilis, vel animal inquantum animal est risibile, igitur homo inquantum animal est risibile, ergo, &c.

Is igitur vnus est modus solutionis. Alius aũt est per potentiã atque actũ. Dici aũt hæc possunt potentia atq; actu. Hoc autẽ alijs in locis exacte magis determinauimus. Quare, vt dicebamus dubitationes illæ soluuntur, ob quas quædam eorũ quæ dicta sunt compulsi tollunt antiqui. Ob hoc.n. tãtum exorbitarunt ab ea via qua ad generationem corruptionemve atque omnino mutationem accedetur. Hæc.n. natura si uisa fuisset, omnem hanc ipsorum ignorationem utique dissoluisset.

Tex. c. 78. *Vnus quidem igitur modus hic est. Alius aũt quoniam contingit eadem dicere secundum potentiam, & actum. Hoc autem determinatum est in alijs per certitudinem magis. Quare secundum, quòd vere dicimus defectus soluuntur, propter quos coacti remouent prædictorũ quędã, propter hoc.n. intantum destiterũt priores à via in generationem, & corruptionem, & omnino mutationem. Hęc enim utique visa natura omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam.*

Ly per se potest esse, vel pars extremi in propositione, vel determinatio compositionis.

Alius modus soluẽdi rationes antiquorum.

HÆc est materia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit secundam solutionem ad rationem antiquorum d. quod unus modus soluendi defectum antiquorum est modus prædictus, scilicet, per distinctionem inter illud quod est per se, & illud, quod est per accidens, sed alius modus soluendi rationem prædictam est per distinctionem inter ens in actu, & ens in potentia, cum igitur quæritur vtrum ex ente, uel ex non ente fit aliquid tanquam ex subiecto, sic debet intelligi quæstio, ut prius dictum est, respondendum est per distinctionem, quia ens dicitur dupliciter. s. ens in actu, & ens in potentia, & similiter non ens dicitur dupliciter. s. non ens in acto, & non ens in potentia, ideo dicendũ quod ex ente in actu impossibile est aliquid fieri tanquã ex subiecto, quia sic generatio esset antequam generaretur, sed ex ente in potentia fit aliquid tanquam ex subiecto, Similiter ex non ente in actu fit aliquid tã quam ex subiecto, sed ex non ente in potentia ad formam nõ fit aliquid tanquam ex subiecto. In hoc igitur consistit ista secunda responsio. s. quod illud quod generatur ex aliquo, generatur ex illo tanquam ex subiecto, quod est in potentia ad formam generati, sed non generatur ex illo subiectiue, quod actu habet formam generati, quia cum subiectum generationis præcedit ipsum generatum, si generaretur subiectiue ex illo quod habet formam generati, sequeretur, quod generatum esset antequam generaretur, quia cum materia est actu sub forma generati, tunc generatum est actu, igitur si materia habens actu formam generati esset subiectum generationis sequeretur, quod generatum esset antequam generaretur, ista distinctio de ente in potentia, & ente in actu, patet magis per certitudinem in alijs sermonibus, uidelicet, nono meta. Et per istas distinctiones, uidelicet, per se, & per accidens, & per ens in potentia, & ens in actu, soluuntur dubitationes antiquorũ propter quas negabant generationem, corruptionem, & omnem mutationem, sed cognita natura materiæ primæ soluitur omnino ignorantia, & dubitatio eorum circa generationem, & corruptionem. Notanda sunt hic duo secundum Cõmen. primo, quod materia prima est medium inter non esse purum, & esse purum, quod non est intelligendum secundũ, quod ista duo sunt contradictoria, quia certum est, quod inter contradictoria non est medium, sed per non esse purum debet intelligi illud quod non est in rerum natura. s. purum nihil, & per esse purum debet intelligi ens in actu, ut forma, vel de se formam habens. Secundo est notandum secundum Commen. quod si antiqui comprehendissent essentiam istius naturæ. s. materiæ, tunc affirmarent omne, quod ipsi negauerunt in generatione, & hoc significat ipsum. s. Aristotelẽ inuenisse hanc causam. s. materialẽ, & sciuisse eã principaliter. Notandum secundum Linconien. quod ens diuiditur in ens in actu, & ens in potentia, & utrumque istorum. s. tam ens in actu, quam ens in potentia diuiditur vlterius, quia ens in actu dicitur dupliciter, uidelicet, uel quia ens præsentialiter existit, & hoc est esse in actu actualitate præsentiæ, & sic materia prima est ens in actu, quia præsentialiter existit, alio modo dicitur ens in actu, quia est ens completum, quia est forma uel formam habens per partem sui. Et similiter ens in potentia dicitur dupliciter, scilicet, uel illud quod non est præsentialiter, sed possibile est esse, ut dies crastina, & illud est ens in potentia ad existendum. Alio modo dicitur ens in potentia, quod præsentialiter est, sed est incompletum, & imperfectum, & sic materia est ens in potentia, oõ igitur modo est uerum quod ex potentia ente fit actu ens. Alio modo est uerum quod ex actu ente fit ens in potentia, quoniam si per ens in potentia intelligamus ens incompletum præsentialiter tamen existens, & per ens in actu ens perfectum nondum existens, sic ex ente in potentia fit actu ens, & ex semine planta. sed si per ens in actu intelligamus illud quod præsentialiter est, & per ens in potentia illud quod non est, sed potest esse, sic debemus dicere quod ex ente in actu fit potentia ens. quia ex semine, quod præsentialiter est, fit potentia ens, scilicet planta quæ nondum est, quare.

Primum notan.

Secundũ notan.

Notandũ secundũ Linc.

DECLA-

DECLARAT NATVRAM, ET NECESSItatem priuationis cum aliquali determinatione de forma. Tractatus quarti. Cap. II.

Ipsam igitur & alij quidam: sed non suffi cienter vtiq; tetigere. Primum enim ex non ente simpliciter aliquid fieri, atq; oriri fatentur, ea sane ratione qua Parmenidem recte dicere arbitrantur. Deinde si est vna numero, & vna solum potentia ipsis esse videtur. Hoc autem plurimum sanè differt.

Tex. c. 79. *Tangentes quidem igitur & alteri quidem sũt ipsa, sed non sufficienter. Primum quidem .n. confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo quod non est inquantum Parmenidem recte est dicere. Postea videtur ipsis si vere est numero vna potẽtia tantum, & vnam esse, sed hoc differt plurimum.*

Istud est secundum capitulum huius tractatus in quo declaratur natura, & necessitas priuationis, & ẽt determinatur aliqualiter de forma, & continet septem partes principales, quarũ in prima narratur insufficientia antiquorũ in determinando de priuatione, In secunda ibi [Nos quidem.] Ponit Phylosophus veras differentias inter priuationẽ & materiã. In tertia ibi [Quidam aũt.] Narratur ꝑ quã causam quidam antiquorum despexerunt priuationem dicentes eam nullo modo esse principium. In quarta ibi [Existente quodam diuino.] narratur ꝙ priuatio est principium necessarium in generatione. In quinta ibi [Corrumpitur aũt sic.] Declaratur qualiter materia prima est natura ingenerabilis, & incorruptibilis. In sexta ibi [De principio autem.] Ponitur quędã excusatio a consideratione de quibusdam formis ostendẽdo ad quam sciẽtia pertinet determinare de formis illis. In septima ibi. [Quæ quidem igitur sunt principia.] Epilogat continuando se ad sequentia. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus narrat antiquorum insufficientiã in determinando de priuatione, & eorum insufficientia cõsistit in hoc, quia ipsi non distinxerunt priuationem a materia, & in hoc dupliciter defecerunt. Dicit igitur Phylosophus primo ꝙ quidã sunt tangentes ipsam materiã, & aliquo modo ad veritatẽ appropinquauerunt, sed non sufficienter, & innuit Pla. vt dicit Com. quoniam solus Plato fuit propinquus videre uerum in hac natura, sed tamen Platonici de hac natura non dixerunt sufficienter, sed dupliciter defecerunt primo, quia credebant ꝙ materia sit non ens: sicut priuatio, & hoc dixerunt ꝑ rationem Parmenidis quæ fuit illa, quicquid est præter ens est non ens, sed materia non est illud ens præter ꝙ quodlibet est non ens, igitur materia est non ens, & secundum hoc concesserunt ꝙ priuatio est de substantia materiæ, & ideo cõcesserunt ꝙ aliquid fit simpliciter ex non ente inquantũ est non ens. Sicut .n. aliquid fit simpliciter ex materia, ita concesserunt ꝙ aliquid fit simpliciter ex non ente .s. ex priuatione, quia dixerunt priuationem, & materiam esse idem oĩno. Secũdo defecerunt, quia dixerunt ꝙ si materia, & priuatio est vna numero secundum subiectum necesse est, quod sit vna potentia .i. ratione & diffinitione, vt exponit Com. sed ista plurimum differunt .s. esse vnũ numero, & esse vnũ diffinitione. Intelligendum hic ꝙ materia, & priuatio dñr vnum numero, quia prædicantur de eodem numero, quoniam de eodem numero de quo vere dicitur ꝙ est materia, de eodem vere dicitur ꝙ est priuatum forma, & ideo dixerunt antiqui ꝙ materia, & priuatio sunt idem secundum diffinitionem. Nam dixerunt ꝙ quæcunque vere prædicantur de eodẽ numero hñt omnino eandem diffinitionem, & hoc est falsum, veruntamen de virtute sermonis est concedendũ ꝙ quæcunq; sunt idem numero, sunt idẽ specie, & quæcunq; sunt idem specie sunt idẽ secundum diffinitionem, quia quęcunq; sunt idẽ specie habent eandem diffinitionem, & per consequens sunt idẽ secundũ diffinitionem. Vnde cum Phylosophus d. ꝙ quæcunq; aliqua sunt idem numero, & diuersa secundum diffinitionem, ponit actum exercitum pro actu significato. Et intelligit quod aliqua prædicantur de eodem numero, quæ tamen sunt diuersa secundum diffinitionem, & hoc est verum quare; quia ergo, &c.

Nos enim materiam priuationemve, diuersa dicimus esse, atque materiam quidem non ens esse

A per accidens, priuationem vere per se censemus.

Nos quidem enim materiam & priuationem alterã dicimus, sed horum hanc quidem non esse secundum accidens materiam, priuationem autem per se non esse.

Hæc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponit veras differentias inter priuationem, & materiam, & ponit duas differentias, quarum prima est ꝙ materia est per accidens non ens, & priuatio est per se non ens. Vnde intelligendum ꝙ materia dicitur non ens per accidens: quia materia dicitur esse non ens ratione alterius sibi coniuncti .s. ratione priuationis, sed priuatio dicitur non ens per se, quia est non ens: non quia coniungitur alicui non enti, sed per propriam rationem priuationis dicitur esse nõ ens, & sic materia prima dicitur non ens per accidens, quia ratione adiuncti, & priuatio est non ens per se, quia non ratione alterius, sed ratione propria. Intelligendum tamen ꝙ illa propositio .s. materia est non ens de uirtute sermonis, nec est vera, per se, nec per accidens: sed intellectus Phylosophi est ille ꝙ aliquid de quo vere dicitur ipsum esse non ens vere prædicatur de materia denominatiue, quia priuatio cuiuscunque B formę est non ens, quia non existit in rerum natura, sed est sola carentia formæ in subiecto apto nato, nec aliquã entitatẽ ponit in subiecto, vt prius declaratum est, nunc vero priuatio prædicatur de materia denominatiue, quia verũ est, quòd materia est priuata aliqua forma, vt forma aeris, vel ignis, sed tamen est vera per accidens, quia contingit eam esse falsam, cum materia possit esse sub forma qua priuatur. Vnde Phylosophus cum dicit materiam esse per accidens non ens intelligit quod aliquod non ens prædicatur per accidens de materia, & sic ponit actum exercitum pro actu significato, idest, ponit esse pro prædicari.

Materia dicitur non ens per accidens, priuatio vero dicitur non ens per se.

Et illam quidem prope atque quodammodo substantiam, priuationem vero substantiam nullo modo esse asserimus.

Et hanc quidem prope rem, & substantiam aliqualiter materiam, priuationem autem nequaquam.

Secunda differentia inter materiam & priuationem est, ꝙ C materia est prope substantiã quæ est forma, nõ ꝙ sit forma, sed habens formã, sed priuatio non est prope formã, nec habens formã. Intelligendũ est ꝙ materia dicitur esse prope formam, quia materia est susceptiua formæ, ita ꝙ forma põt vniri materiæ, sicut suo perfectibili, sed priuatio non est prope formam, quia forma, & priuatio nunquam possunt simul vniri, nec se possunt simul compati in eodem numero. Notanda sunt hic quatuor secundum Com. primo ꝙ materia est ens in potentia, & est aliquid cui accidit priuatio non in sua substantia, priuatio autem secundum ꝙ priuatio est non ens per se. Secundo est notandum secundũ Com. ꝙ quia priuatio accidit materiæ, ex hoc apparet ꝙ oẽ habens materiam est generabile, & corruptibile, quia in natura materiæ est priuatio formæ, & si in natura sua esset forma non reciperet alias formas, nisi ens generaretur ex ente, quemadmodum si in natura sua esset priuatio simpliciter, tunc omnino nihil generaretur ex ea: est igitur quasi composita ex esse, & non esse, & sic apparẽt hic quinq; primo ꝙ oẽ habens naturam est generabile, & corruptibile, secundo ꝙ in natura materiæ est priuatio formæ, & hoc intelligo denominatiue, uel negatiue, sic ꝙ priuatio inest materiæ non ꝑ aliam causam agentem: sicut non esse D inest cuilibet incantatio ex se, quia non per causam agentem: quoniam nulla est causa agens ꝑ quam non esse inest modo antichristo, & eodem modo non est aliqua causa agens propter quam priuatio antichristi nunc inest materiæ. Et ideo dicit Com. ꝙ in natura materiæ est priuatio formę, nõ quia priuatio sit de essentia materiæ, sed quia priuatio inest materiæ per solum defectum agentis producentis formam. Tertio apparet ꝙ materia in natura sua non est formata, quia nulla forma inest materiæ, nisi per agẽs educens formã de potentia materiæ. Quarto apparet ꝙ si materia in se haberet aliquam formam, tunc ens generaretur ex ente, scilicet in actu per formã tanquam ex subiecto. Quinto apparet quod si in natura materiæ esset priuatio simpliciter, idest, priuatio cuiuslibet formæ nihil generaretur ex materia, quia in materia priuata omni forma non potest recipi actiu, uel actus alicuius agentis naturalis. Tertio principaliter est notandum secundum Commen. quod ex hoc, scilicet, ꝙ in natura materiæ est priuatio formæ, apparet quod corpora cęlestia non habent ma

Primum notan.

Secundũ notan.

Tertium notan.

teriam

A teriam omnino, quia tunc essent generabilia, & corruptibilia propter mixtionem priuationis cum natura eorum. Quarto est notandum secundum Commen. quod nihil aliud est causa generationis, & corruptionis quam materia prima propter non esse, quod est mixtum in eius substantia. Sed intelligendum

Quartum notandum.

est quod Auic. primo suæ phylosophiæ cap. 3. uidetur dicere contrarium, nam dicit quod materia secundum se non est principium corruptionis, sed quia est adiuncta formæ habenti contrarium. Dico igitur quod Comment. intelligit quod nihil aliud est causa subiectiua positiua generationis, & corruptionis quam materia prima. Verum tamen materia prima non est causa sufficiens generationis, & corruptionis, sed requiritur aliquid aliud scilicet agens contrarium formæ perficienti materiam. Vnde in homogeneis habentibus omnino qualitates consimiles in omni parte nunquam est corruptio ab intrinseco, quia in talibus non est, nisi principium passiuum corruptionis, & principium passiuum, sine actiuo non sufficit. Et hoc intelligit Auic. dicit, quod materia prima non est principium sufficiens corruptionis.

Cap. 3.

B At illi, qui id quod non est magnum paruumq; similiter inquiunt esse: aut utrunque simul, aut utrumque seorsum. Quare modus hic trinitatis diuersus ab illo penitus est. Hucusque namque progressi sunt; ut aliquam naturam oportere subijci dicant: hanc tamen unam faciunt. Nam & si quid in dualitatem facit: magnum & paruum ipsam appellans: nihilominus tamen idem facit: alteram enim despexit.

Text. c. 20.

Quidam autem quod non est magnum, & paruum similiter, aut simul vtrunque, aut seorsum utrumq;. Quare penitus alter modus est hic trinitatis, & ille, vsque quidem enim ad hoc perueniunt, quod oportet quandam supponi naturam. Hãc tamen vnam faciunt. Etenim si aliquis dualitatem facit dicens magnum & paruum ipsam: nihilominus idem facit: alteram enim despexit.

C HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua narratur causa propter quam antiqui despexerunt priuationem negantes ipsam esse principium, & continet ista pars duas particulas, quia in prima narratur defectus, seu error Platonicorum circa priuationem. In secunda autem ibi [Subiecta quidem] Ponitur ratio erroris. In prima igitur particula huius partis d. Phylosophus, quod quidam. i. Platonici posuerunt materiam esse principium, & dixerunt magnum, & paruum esse principia materialia rerũ, & simul cum hoc dixerunt non ens. i. priuationem esse magnum, & paruum, & sic non distinxerunt inter priuationem, & materiam, nec posuerunt priuationẽ esse tertium principium. Et supplendum est quod Platonici posuerunt aliud principium scilicet ideam, sed siue Platonici posuerunt magnum, & paruum coniunctim esse principium materiale, ita quod ambo coniunctim constituant unum principium materiale, siue posuerint vtrunque seorsum esse principium materiale, semper aliquo modo posuerunt tria principia, sed alter est modus trinitatis principiorum, quem isti ponunt a modo trinitatis quẽ nos ponimus, quia isti Platonici ponũt illa tria principia. s. magnum, paruum, & ideam, sed nos ponimus materiam, formam, & priuationem esse principia, & sic Platonici quantum ad aliquid bene dixerunt, & D quantum ad aliquid male dixerunt, quia in hoc quod posuerunt quandam naturam subiectam. s. principium materiale tantũ, in hoc bene dixerunt, & quamuis posuerunt duo ex parte principij materialis; tamen illa reducuntur in vnum, & in duas naturas diuersas, quia ambo illa sunt in genere principij materialis, sed in eo quod dixerunt alteram naturam. s. priuationem negantes eam esse de numero principiorum in hoc male dixerunt. Vnde breuiter in hoc bene dixerunt, quia posuerunt principium materiale, sed in hoc male dixerunt, quia posuerũt priuationem non esse principiũ distinctũ a materia.

Etenim materies quidem permanens; vna cum forma causa est eorum quæ fiunt perinde ac mater. Aut contrarietatis altera pars: nec esse omnino persepe ei videbitur. qui mente ipsius maleficium intuetur.

A *Subiecta quidem materia cum forma causa est eorũ quæ fiunt sicut mater: altera vero pars contrarietatis multotiens imaginabitur ad maleficium ipsius protendens intellectum, neque esse penitus, et esse extra omne.*

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur ratio erroris Platonicorũ propter quam posuerunt materiam esse principiũ, & negauerunt priuationem esse principium, & causa propter quod posuerunt materiam esse principium fuit illa, quia materia permanet in generato, & forma non potest esse sine ea & materia sic se habet ad generata, sicut mater ad filios, sicut enim mater est principium passiuum, & receptiuum in productione filiorũ, ita materia prima in productione generati est principium passiuum, & receptiuum formæ. Vnde quia materia permanet in generato. & est causa susceptiua formæ propter hoc posuerunt materiam esse principium, sed causa propter quod negauerunt priuationem esse principium fuit, quia priuatio multotiens machinatur ad maleficium, i. ad non esse rei generatæ, nec permanet in generato, & ideo protendentes intellectum ad hanc conditionem priuationis. s. quia ponit non esse

Priuatio sępe machinatur ad maleficium.

B rei, & quod non est pars geniti, nec permanet in genito, potest uideri quod priuatio non est principium, immo penitus nihil est, & extra omne, idest, extra totum ens. Vnde causa propter quam negauerunt priuationem non esse principium fuit: quia priuatio ponit non esse rei, nec manet in re, & sic magis uidetur destruere generationẽ quod esse necessariã generationi.

Nam cum sit quoddam diuinum, & bonum, ac appetibile: alterum ipsi contrarium esse dicimus. Alterum suapte natura affectat, atq; appetit ipsũ. Illis autem euenit, vt contrarium interitum appetat suum, & tamen fieri nequit, ut aut forma seipsam appetat: quippe cum non indigeat sui, aut contrarium, cum contraria mutuo seipsa corrũpant. Sed hoc est materia perinde appetens illud, atque si fęmina marem, & turpe appetat pulchrum. Verum non est per se, sed per accidens C turpe, nec se fęmina, sed per accidens.

Existente enim quodam diuino, & optimo, & appetibili aliquod quidem contrarium esse ipsi dicimus. Aliud autem natum aptũ esse appetere, & desiderare ipsum secundum ipsius naturam. Quibusdam autem accidit contrarium appetere suipsius corruptionem, & neque suipsius possibile est appetere speciem propter non esse indigens, neque contrarium. Corruptiua enim sunt adinuicem contraria. Sed hoc est materia, sicut si fęmina masculum, & turpe bonum, non quod per se est turpe, sed secundum accidens.

Text. c. 21.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur quod priuatio est principium necessarium in generatione, & hæc est vigesimaseptima cõclusio huius lib. ad quod probandũ determinatur aliqualiter de forma materiali, conclusio igitur probatur sic, illud propter quod materia appetit formam est principium necessarium in generatione, sed D propter priuationem materia appetit formam, ergo priuatio est principium necessarium in generatione, maior declaratur sic, quia existente quodã diuino, & optimo, & appetibili, idest, ipsa forma existente quodam diuino, & optimo, & appetibili quæ est contraria priuationi, materia quæ est aliud principium est apta nata appetere, & desiderare ipsam formã ex hoc habetur, quod materia appetit formam tanquã quoddã diuinum, & optimum, scilicet optimam perfectionẽ eius. Et ex hoc sequitur, quod illud propter, quod materia appetit formam est principium necessarium in generatione, quia nisi materia appeteret formam non transmutaretur naturaliter ad eam, & sic non esset generatio naturalis, quia, quod naturaliter transmutatur ad aliquam perfectionem appetit eam, illud igitur, quod est causa appetitus materiæ est principium necessarium in generatione, quia est illud sine quo non potest esse generatio naturalis, & sic patet maior. minor declaratur s. quod propter priuationẽ materia appetit formã, quia dicebat priuationẽ non esse mixtã cũ materia, accidit hoc inconueniens s. quod.

Vigesima septima conclusio huius lib.

A quod aliquid appetit suiipsius corruptionem, vel quod aliquid appetit illud quod actu habet, quod est inconueniens pro vtraque parte. prima pars est falsa, scilicet, quod aliquid appetit suiipsius corruptionem, quia sic appeteret se non esse, quod est falsum, quia omnia appetunt se esse, & permanere, & similiter altera pars consequentis est falsa, scilicet, quod aliquid appetit illud quod habet in actu, quoniam appetitus non est, nisi propter indigentiam alicuius non habiti, & consequentiam probat Philosophus sic, quia si materia appeteret formam, & sibi non est coniunctura priuatio, vel igitur appetit formam quam habet, vel formam quam non habet. Si formã quam habet, sequitur alia pars disiunctiue, quæ est cõsequens. s. ꝙ aliquid appetit illud quod habet in actu, ꝙ per consequẽs sequitur tota disiunctiua, si vero detur quod appetit formam quam non habet, & quod ei non sit priuatio coniuncta, cum forma quam non habet, contrarietur formæ quam habet, & contraria mutuo se corrumpunt, sequitur quod materia appetit corruptionem formæ quam habet, & si priuatio non sit coniuncta materiæ, tunc materia non est in potentia ad formam contrariam, quia si esset in potentia ad eam esset priuata ea, igitur materia appetit esse sine omni forma, quia appetit corruptionem formæ quam habet, & non est in potentia ad aliam formam; ergo cum materia non possit esse sine forma, sequitur quod si materia appetit esse sine omni forma, quod materia appetit suiipsius corruptionem, & sic aliquid appeteret suiipsius corruptionem, ꝙ hæc est prima pars disiunctiue quæ est consequens, ergo si priuatio non sit mixta cum materia, sequitur quod materia non appetit formam, quia si detur quod appetit formam, sequitur quod aliquid appetit suiipsius corruptionem, vel quod aliquid appetit illud quod habet in actu, quod est inconueniens: priuatio igitur est causa appetitus materiæ, quia sine priuatione materia non potest appetere formam. Ista expositio potest extrahi ex verbis Commen. dicit enim Commen. quod qui non concedunt priuationem esse mixtam cum materia, contingit eis dicere, quod istud desiderium naturale est in entibus naturalibus secundum quod sunt completa existentia in actu ex quo contingit eis appetere suum contrarium corrumpens ipsum, & sic aliquid appeteret se corrumpi. hæc Comm. Ista verba possunt exponi de materia, scilicet, quod si materia appeteret formam, & non esset priuata forma, ipsa materia appeteret suum contrarium corrumpens ipsam, quia appeteret corruptionem formæ quam habet, & non esset in potentia ad aliam formam, & sic appeteret esse sine omni forma, & per consequens appeteret se corrumpi, cum non possit esse sine forma. Vel sic, si materia non haberet priuationem admixtam non esset in potentia ad aliam formam, & cum nõ possit esse sine forma, sequitur quod materia non possit esse sine forma quam habet, igitur si appeteret aliam formam, & non est in potentia ad aliam formam, & etiam alia forma est incompossibilis formæ quam habet, sequitur quod appetit corruptionem formæ quam habet, & cum non possit esse sine ea, sequitur quod appetit se, non esse, quia appetit illud non esse sine quo non potest esse. Sed dubitatur, quia materia non habet contrarium, vt visum est supra, nunc vero in textu dicitur quod si materia non haberet priuationem admixtam, vnum contrariorum appeteret suiipsius corruptionem, ergo illud non potest exponi de materia, scilicet, quod materia appetit suum contrarium, vel corruptionem suam, cum materia non habeat contrarium. Dicendum quod in proposito per contrarium debet intelligi quodcunque corrumpens aliud, vnde si materia non haberet in se priuationem, & ipsa appeteret formam, cum alia forma sit corruptiua formæ quæ est in materia, sequitur quod est corruptiua materiæ, & per consequens est contraria materiæ, largè loquendo de contrario: intelligendo per contrarium indifferenter quodcunque corrumpens, & hoc intelligit Commen. dicit quod contingeret aliquid appetere suum contrarium corrumpens ipsum. Aliter tamen potest deduci ratio probans quod priuatio est principium necessariũ in generatione sic. illud propter quod materia appetit formam, est principium necessarium in generatione, sed propter priuationem materia appetit formam, ergo maior patet, & minor declaratur sic, supponendo primo quod materia appetit formam tanquam diuinam, & optimum, tunc sic, aut materia appetit formam quam habet, aut formam quam non habet: non formam quã habet, quia appetitus non est nisi propter indigentiam alicuius non habiti, ex quo igitur habet formam non appetit eã: si vero materia appetit formam quam non habet, aut igitur materia per se secundum quod materia appetit formam quam

A non habet, aut secundum, ꝙ habet formam appetit aliam formam, aut secundũ, ꝙ est priuata illa forma, non est dare primum, videlicet, ꝙ materia per se. & sm ꝙ huiusmodi appetit formam quam non habet, quia si sic, tunc semper materia appeteret eam manente natura materiæ, & sic quando haberet illam formã appeteret illam, qđ est inconueniens, nec est dicere, ꝙ materia secundum ꝙ est formata, vna forma appetit aliam formam: ita ꝙ per formam quam habet, appetit formã quam non habet, quia forma quam habet, & forma quam nõ habet sunt contraria, & sic, si ratione formæ appeteret aliam formam, sequitur quod materia per istam formam appeteret illam formam corrumpi, & ita aliquid appeteret se corrumpi, qđ est impossibile. Relinquitur igitur, ꝙ materia appetit formam secundum, ꝙ est priuata illa forma, & ita per priuationẽ materia appetit formam. Vel potest illud membrum, videlicet, ꝙ materia non appetit aliquam formam, secundum ꝙ habet aliam formam aliter deduci, quia sic materia, vt est ens in actu appeteret aliam formam, & sic appeteret se corrumpi quã tum ad esse, & actualitatem quam habet a forma perficiente ipsam, qđ est inconueniens, & sic sequitur, ꝙ ratione priuationis appetit formam, & hæc videtur intentio Commen. hic dicentis, ꝙ si non esset hoc aliquid non habens formam non esset hoc aliquid appetens formam post formam, & si sic esset

B tunc natura ageret ociose, quia poneret in entibus potentiam ad corruptionem eorum secundum, ꝙ sunt in actu, & hoc totum est impossibile: omne enim ens, vt est dictum diligit se permanere, sed materia diligit se induere formam post formam propter diminutionem, idest, propter corruptionem cõtingentem ei, hæc Commen. & ita apparet, quod materia secundum quod est in actu per formam appetit aliam formam sibi contrariam, quia secundum quod est in actu diligit se permanere, & ita secundum, quod in actu non appetit aliquid corrumpens ipsam. Sed qualiter appetitus accedit materiæ ex priuatione mixta cum materia docet Philosophus dicit, quod materia appetit formam, sicut fœmina masculum, & turpe bonum: sicut enim fœmina appetit esse virũ per accidens ratione priuationis, & imperfectionis, sic illud quod est turpe appetit bonum non secundum, ꝙ est in se, sed per accidens, quia turpitudo accidit ei ex priuatione mixta cum ipso, & in se non est priuatio. Ita materia appetit formam in ratione priuationis. Fœmina enim non appetit per se virum, sed per accidens ex priuatione. Fœmineitas enim accidit ei ea priuatione, & imperfectione, & ita etiam formam appetit materia ratione priuationis. Notandum tamen, quod forma

C dicitur esse quoddam diuinum, optimum, & appetibile, quia inter omnia principia generabilium, & corruptibilium plus assimilatur Deo, pro eo quia est perfectior omnibus alijs principijs generabilium, & corruptibilium, & ideo est quoddam diuinum, quia magis assimilatur Deo, & est optimum, & appetibile. Item Comment. dicit hic quod omnia entia appetunt assimilari Deo, quod est intelligendum, scilicet, quod omnia entia appetunt esse ita perfecta, sicut conuenit naturæ eorum. Sed hic dubitatur, quia qua ratione materia secundum quod habet formam non potest appetere aliam formam, eadem rationem materia secundum, ꝙ priuata est aliqua forma non videtur appetere eam, quia vt sic appeteret suũ contrarium, & per consequens sui corruptionem. Et cõfirmatur, quia priuatio contrariatur formæ, & vnũ contrarium non est principium appetens reliquum, ergo priuatio non est principium appetendi formam cuius est priuatio, & etiam secundũ hoc videtur sequi, ꝙ priuatio appetit suiipsius corruptionem. Dicendum igitur sec͂m Com. ꝙ si materia sec͂m, ꝙ hẽt formã Idẽ. 2. de aĩa. t. c. 34. & 2. cœli. t. cõ. 64. Respõsio.

D appeteret aliam formam, cũ materia habeat esse in actu a forma sequitur ꝙ materia sec͂m, ꝙ est in actu appeteret formam, & sic sec͂m, ꝙ est in actu appeteret suiipsius corruptionẽ quantum ad illud esse in actu, quod habet a forma, qđ est inconueniens, scilicet, quod materia secundum quod habet esse in actu appetit corruptionem illius esse, quia omne ens in actu secundum quod in actu diligit se semper permanere. Et per hoc patet, quod non est eadem ratio de priuatione, & de forma, quia materia non habet esse in actu a priuatione, sed a priuatione habet esse diminutum, & in potentia, & ideo quamuis materia secundum, ꝙ est priuata aliqua forma appetat eam ex hoc non sequitur, ꝙ materia appetat suum contrariũ, quia in aduentu formæ non priuatur materia aliquo esse in actu, qđ habet a priuatione. Et cum dicitur, ꝙ vnũ contrariorum non est principiũ appetendi suũ contrarium. Dicendũ, ꝙ verũ est de positiuis contrarijs, quorum quodlibet dat esse in actu suo susceptiuo, sed loquendo de contrarijs, idest, de priuatione, & forma, sic dico quod vnũ contrariorum. s. priuatio est prin-

cipium appetendi formam. Et cum dicitur, quod secundum hoc priuatio appeteret suipsius corruptionem, vel esset principium appetendi corruptionem suipsius, dico, quod non sequitur, quia priuatio non potest corrumpi cum semper sit nō ens, & illud quòd debet corrumpi aliquando est ens, & aliquando non ens, sed priuatio non est aliquid existens in rerum natura, sed est sola carentia formæ, & ideo priuatio non corrumpitur sic, quod habeat non esse post esse, sed solum corrumpitur quantum ad denominationem materiæ, quia cum materia non habeat formam denominatur a priuatione formæ, quia verum est tunc dicere, quòd materia est priuata forma, sed cum materia habeat formā non denominatur a priuatione illius formæ, & sic corrumpitur priuatio quantum ad denominationem, sed non corrumpitur simpliciter cum nullum esse habeat. Sed tunc est dubium, scilicet, quomodo priuatio potest esse principium, & quō potest esse causa appetitus materiæ cum sit non ens, & nō ens non videtur esse causa entis. Item quā forma corrumpitur manet materia priuata forma, ergo si priuatio esset causa appetitus materiæ, sequeretur, quòd postquam forma esset corrupta materia appeteret eā, quod est inconueniens, quia appetitus naturalis non est ad impossibile, sed postquam forma est corrupta, impossibile est materiam illam recipere. Dicendum igitur, quod non ens potest esse principium per accidens, & causa per accidens entis, sed non ens non potest esse principium per se nec per se causa entis. Et vlterius, quā dicitur, quod quando forma corrumpitur manet materia priuata forma. Dico quod est verum. sed ex hoc nō sequitur, quod materia appetat illam formam postquā est corrupta, quia priuatio sola non est causa sufficiēs appetitus materiæ, sed priuatio formæ, cum potentia ad formam est sufficiens causa appetitus materiæ ad formam. Vnde nota secundum Commen. hoc quod appetitus est duplex, scilicet naturalis, & sine sensu, & talis appetitus est in plantis ad nutrimentum. Alius vero est appetitus animalis, & est cum sensu, vt appetitus animalium ad nutrimentum, & in materia est appetitus naturalis ad recipiendum omnes formas. Item dicit Commen. quod Phylosophus per appetitum intelligit illud, quod materia habet de motu ad recipiendum formam. Vnde intelligendum, quod appetitus est duplex, scilicet, animalis, & naturalis, appetitus animalis est sequens cognitionem, sed appetitus naturalis est sine cognitione: & appetitus animalis diuiditur in appetitum sensitiuum, & in appetitum intellectiuum. appetitus sensitiuus est sequens cognitionem sensitiuam, sed appetitus intellectiuus est sequens cognitionem intellectiuam. Appetitus vero naturalis est duplex, scilicet, quidam actiuus, & quidam passiuus, & voco appetitum actiuum illum, qui se tenet ex parte principij actiui, & appetitum passiuum voco illum, qui se tenet ex parte principij passiui. Ista distinctio patet, quia secundum Phylosophum secundo huius, natura agit propter finem, quia aliter nunquam accideret error in actione naturæ, sed quod agit propter finem intendit finem, & per consequens appetit finem, ideo in omnibus ordinatis ad aliquem finem a se est appetitus naturalis ipsius finis, & cum tam potentia actiua, quam potentia passiua ordinetur ad finem, sequitur quòd tam potentia actiua, quam passiua appetit finem. Appetitus autem naturalis potentiæ actiuæ est vis, vel inclinatio actiua ad terminum producibilem per potentiam actiuam, verbi gratia, graue existens sursum nititur effectiue se facere deorsum, & ista vis, seu naturalis inclinatio actiua dicitur esse appetitus actiuus, sed appetitus passiuus est quædam habilitas qua perfectibile potest recipere perfectionem suam, perfectio enim est, quodammodo finis perfectibilis, & ideo quodlibet perfectibile perfectione deficiente a sua essentia appetit naturaliter illam perfectionem. Sed dubium est, vtrum appetitus naturalis sit idem cum re appetente, vel non. Et dico, vt videtur mihi quod appetitus includit tria, videlicet, rem ordinatam ad perfectionem, & carentiam perfectionis, & possibilitatem perueniendi ad perfectionem non habitam, & ideo appetitus non est omnino idem cum re appetente, sed includit plus, quia si esset omnino idem cum re appetente, tunc semper manente illa remaneret appetitus, & sic materia appeteret formam, quando actu habet eam, quod est contra Phylosophū, & ideo appetitus vltra rem appetētem addit priuationem rei, quæ appetitus, & adhuc præter priuationem perfectionis desideratæ ad hoc, quòd sit appetitus naturalis, oportet quod sit in potentia acquirendi illam perfectionem desideratam, quia aliter esset appetitus vanus, quia esset respectu impossibilis. Dico igitur quod appetitus grauis ad descendendum deorsum est grauitas, vel natura grauis priuata loco deorsum potens se mouere deorsum quantū est ex parte sui, sed appetitus

Appetit⁹ naturalis, & animalis.

A materiæ ad formam est ipsa materia priuata forma potens eā recipere. Et tunc dico, quod appetitus de quo loquitur Phylosophus est appetitus passiuus, qui appetitus includit carentiam perfectionis, & potentiam recipiendi eam, & hoc intelligit Commen. d. quod Phylosophus per appetitum hic intelligit illud. quod materia habet de motu ad recipiendum formam, intelligendo per motum ad formam priuationem formæ cum possibilitate ad eam. Non enim potest Commen. per motum intelligere ipsam transmutationem solum, quia tunc nunquam appeteret formam, nisi quando transmutaretur ad eam, quod est falsum, intelligit igitur Phyl. per motum, vt dictum est priuationem formæ cum possibilitate recipiendi eam.

At vero tum corrumpitur atque gignitur, tum neque fit, neque corrumpitur. Nam vt est quidem id in quo per se corrumpitur. Id enim quòd corrumpitur in hoc est ipsa inquam priuatio. At suapte potentia: non per se. Sed nec occidat, nec oria- B tur necesse est.

Corrumpitur autem, & fit: est quidem vt sic. Est autem vt non. Secundum quidem enim quod est in quo secundum se corrumpitur. Quod enim corrumpitur in hoc est priuatio. Inquantum autem secundum potentiam non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est esse ipsam. Tex. c. 82.

HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua declarat, quomodo materia prima est generabilis, & corruptibilis, & quō est ingenerabilis, & incorruptibilis, & continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, quod materia est corruptibilis per accidens ratione priuationis. In secunda ibi. [Si enim fiat.] Declaratur, quod materia prima est per se ingenerabilis, & incorruptibis. In prima igitur particula huius partis narrat Phylosophus, quod materia corrumpitur, & fit. d. [corrumpitur autem, & fit,] est quidem vt sic, est C autem vt non. Hoc est, vno modo est verum, quod materia fit, & corrumpitur, & alio modo non est verum, quia est verum per accidens, quod materia fit, & corrumpitur, sed non est verum per se. Deinde cum dicit. [Secundum quidem enim &c.] Probat, quòd materia est incorruptibilis per accidens, & hæc est vigesima octaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omne illud in quo est aliquid secundum se corruptibile, est per accidens corruptibile, sed materia est aliquid in quo est aliquid secundum se corruptibile, ergo materia est per accidens corruptibilis, maior patet, quia quod attribuitur alicui ratione alterius coniuncti cum eo, attribuitur ei per accidens, illud igitur est per accidens corruptibile in quo est aliquod per se corruptibile, & minor apparet, quia priuatio est secundum se corruptibilis, & priuatio est in materia, ergo in materia est aliquid secundum se corruptibile. Notandum est hic, quòd huiusmodi locutiones, scilicet materia est generabilis materia est corruptibilis sunt distinguendæ penes secundum modum amphi. eo quia possunt accipi in significatione propria, vel transumptiua, si accipiātur pro significatione propria, sic sunt propositiones falsæ, huiusmodi materia est generabilis mate- D ria est corruptibilis: quoniam ista propositio, scilicet, materia est generabilis, proprie significat, quòd materia aliquando incipiet esse sic, quod erit vnum ens in mundo postquam fuit non ens, quod est falsum. Et eodem modo illa materia est corruptibilis, significat, quod materia aliquando desinet esse: sic quod erit omnino non ens, postquam fuit ens, quod etiā est falsum, sed in significatione transumptiua significāt, quod aliquid quod est in materia est generabile vel corruptibile, idest aliquid quod est in materia aliquando ens, aliquando non ens, & hoc est verum, & hæc est intentio Commen. hic dicentis, quod illud cui non attribuitur corruptio nisi secundum rē corruptibilem, quæ est in ipso attribuitur per accidens, & transumptiue, vt dicimus, acescit dolium, quia vinum, qd̄ est in eo acescit. Sed dubium est quomodo potest esse, quod materia per accidens sit corruptibilis ratione priuationis, cum priuatio non sit corruptibilis per se: quia priuatio, vt dictum est semper est non ens, & non est aliquando ens, & aliquando non ens, illud autem quod semper est non ens, nō est corruptibile, cum corruptio sit transmutatio ab esse in non esse.

Vigesima octaua cō clusio huius libri.

Notabile.

se. Dicendum, ꝙ corrumpi potest accipi dupliciter. propriè vel transumptiuè, illud ꝙ corrumpitur propriè primo est existens in mundo, & postea est non ens, & isto modo non corrumpitur priuatio transumptiue, dicitur autem illud corrumpi, quod primo denominat aliquod ens, & post a cessat denominare ipsum, & tunc corrumpi idem est, ꝙ primo attribui alicui enti, & postea sibi non attribui, nec ipsum denominare, & isto modo est priuatio corruptibilis, quia quando materia non est informata forma aliqua determinata priuatio, illius formę attribuitur materiæ, & denominat ipsam. Sed cum materia habuit illam formam priuatio eius non attribuitur materiæ, nec denominat ipsam.

Nam si gignitur, subijciatur aliquid primum oportet: ex quo hoc pacto nasceretur, vt insit in ipsa: hoc autem est ipsius natura Quare fit vt sit antea, quam sit orta. Etenim materiam id dico, qđ primum est vniuscuiusque subiectum ex quo quippiam eo fit pacto vt non per accidens insit Si corrumpitur, ad hoc vltimũ sane proficiscetur. Quare erit corrupta antequam sit corrupta.

Si enim fiat subijci aliquid oportet primum ex quo fit: hoc autem est hac natura. Quare erit ante fieri. Dico enim materiam primum subiectum vnicuique, ex quo fit aliquid cum insit, nisi secundum accidens, & si corrũpitur in hoc abibit vltimum. Quare corrupta erit antequam corrumpatur.

Vigesima nona cõc. huius lib.

HÆc est secũda particula quintæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, ꝙ materia nec est per se generabilis, nec corruptibilis, & hęc est vigesimanona cõclusio huius libri, quę probatur quo ad vtranque partem, & primo probatur, ꝙ materia non est per se generabilis, & hoc sic, quia omne per se generabile habet subiectum ex quo fit, quia oẽ generatum habet subiectum existens in potentia, vt prius est ostẽsum: ergo si materia prima per se generaretur haberet aliquod subiectum existens in potentia, sed ipsa materia est subiectum, ex quo fiunt omnia, quæ fiunt, ergo materia prima est illud, ex quo fit prima materia, & cũ illud ex quo fit aliud precedat illud, ꝙ fit ex eo, sequitur, ꝙ prima materia sit antequã fiat, ꝙ est impossibile, & sic patet prima pars conclusionis. ſ. ꝙ prima materia non est per se corruptibilis, potest eodem modo probari, quia omne, ꝙ corrumpitur per se corrumpitur in materiam primam, si igitur materia prima corrũpatur, sequitur ꝙ corrumpitur in materiam primam, sed illud in qđ corrumpitur remanet aliquid post corruptionem illius, quod in ipsum corrumpitur, ergo materia prima erit postquam corrũpitur, ꝙ est impossibile.

Notabile.

Notandum, ꝙ Com. formans illam rõnem sic. omne generatum habet subiectum existens in potẽtia declaratum est superius, ergo si materia prima generaretur haberet subiectum existẽns in potentia, & subiectum, quod est in potentia, est vnum numero omnium generabilium, ergo materia prima, & subiectum suum sunt vnum numero. ſ. vnum subiectum, & omne quod cum subiecto sui ex quo generatur est vnum numero est antequam fit, ergo prima materia, est antequam fit, quod est impossibile, & hoc impossibile, sequitur ex eo, quia ponimus, quod materia prima est generabilis. Et hoc modo argumentationis declaratur ipsam non esse corruptibilem per se, quia si sit corruptibilis per se, sequitur vt sit corrupta antequam corrũpatur, hæc Com. Intelligendum secundũ intentionem Com. quod si materia prima generaretur ipsa esset eadem numero cum subiecto, ex quo generatur, & hoc potest patere sic, nihil potest generari ex aliquo eiusdem rationis vel speciei tanquam ex subiecto, quia si aliqua sint omnino similia, & omnino eiusdem rationis non est maior ratio, quare vnum debeat esse subiectum alterius, quam ecõuerso. vnde ignis non generatur ex alio igne tanq̃ ex subiecto, nec homo generatur ex alio homine tanq̃ ex subiecto. cum igitur materia prima non habeat subiectum alterius rationis prius ea, quia sic non esset materia prima, sequitur, ꝙ si materia prima generaretur ex alio tanq̃ subiecto, cum non possit generari ex aliquo alterius rationis, nec ex aliquo alio a se eiusdẽ rationis, sequitur, ꝙ si generaretur per se, quod ipsa generatur ex seipsa tanq̃ ex subiecto, & sic erit eadem, numero cũ subiecto, ex quo generatur. Vel potest aliter intelligi. ſ. quod per idẽ numero Com. intelligit idem numero per priuationem distinctionis formalis, ita ꝙ omnia illa dicantur idem numero, quæ sunt eiusdem naturæ, & non sunt formæ, nec habentes formas, quibus distinguantur. vnde idem & diuersum sunt opposita, & quotiens dicitur vnũ oppositorum, totiens dicitur, & reliquũ: tunc vero aliqua possunt dici diuersa multipliciter, scilicet, vel formaliter, quia sint formæ diuersæ vel habent formas diuersas, aut essentialiter, quia sunt essentiæ diuersæ. Ita per oppositum possunt aliqua dici idem numero per priuationẽ formarũ. ſ. quia non sunt formæ diuersæ, nec habent in suis naturis formas diuersas, & talia dicuntur idem numero per priuationẽ distinctionis formalis: & isto modo materia prima, quę est sub forma mea, & materia prima, quæ est sub forma asini sunt idem numero per priuationem formalis distinctionis sic. si materia prima generaretur, ipsa generaretur ex materia prima tanquam ex subiecto, cum qua esset eadem numero per priuationem distinctionis formalis. Et eodem modo debet intelligi illud, quod Com. dicit hic. ſ. quod subiectum, quod est in potentia est vnum omnium generabilium, & corruptibiliũ, non quia sit eadem materia numero essentialiter omnium generabilium, & corruptibilium, sed quia materiæ omnium generabilium non includunt formas, quibus distinguuntur formaliter, ideo dicunt vnam per priuationem formalis distinctionis. Vnde est intelligendum, quòd materia prima nõ est vna numero simul in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, quia cum materia prima sit extẽsa secundum extensionem q̃titatis, non potest ipsa eadem numero essentialiter simul esse in sphera ignis, & in sphera terræ, nec potest idem numero simul esse sub formis contrarijs in actu cõpleto, sed qualitates ignis, & qualitates aquę sunt contrariæ: ergo, &c. & etiam nõ potest idem numero essentialiter quiescere sub aliqua forma, & trãsmutari a eadem, & ideo non est possibile, quòd eadem materia numero essentialiter sit simul sub oĩbus formis generabilium, & corruptibilium. Est igitur prima materia eadẽ numero per priuationem distinctionis formalis, vt dictũ est, & hoc vult Com. hic. d. ꝙ subiectum, qđ est potentia est vnum oĩum generabilium, & corruptibilium. Sed tunc occurrunt tria dubia.

Primum dubium.

Primum est, quia si alia sit materia prima sub forma terræ, & sub forma ignis, non videtur inconueniens, quod materia prima generetur, quia vna materia prima potest generari ex alia tanquam ex subiecto: nec ex hoc sequitur, ꝙ aliquid sit anteq̃ generetur, cum illud quod generatur non sit idem cum subiectu ex quo generatur.

Secundũ.

Secundum dubium est, quia cum omnis distinctio sit per formam, non videtur quod vna materia prima distinguatur ab alia, cum non habeat formã in se per quã possunt distingui.

Tertium.

Tertium dubium est, an materia prima sit eadem successiue sub formis omnium generabilium, & corruptibilium, vel non.

Rñsio ad primum.

Ad primum est dicendum, quòd alia est materia prima sub vna forma, & alia sub alia forma, sed illæ materiæ sunt omnino eiusdem rationis, & naturæ, & sic nulla illarum est prior alia, modo omne, quod generatur, habet subiectum ex quo generatur prius eo; & ideo non potest vna materia prima generari ex alia tanquam ex subiecto, cum nõ habeat aliquam materiam priorem ea: vnde non sufficit, ꝙ illud, quod generatur, sit aliud ab eo, ex quo generatur. sed etiã requiritur, quod illud ex quo aliquid generatur sit prius & simplicius eo, quod generatur, sed nunc vna materia prima non est prior alia, quoniam propter hoc dicitur materia prima, quia non habet materiam priorem ea. Sed contra illud quod dicitur per superabundantiam vni soli conuenit, sed primum dicitur per superabundantiam, ergo est tm̃ vnica materia prima. Huic est dicendum, ꝙ superabundantia importata per nomen superlatiui gradus põt dupliciter exponi, vno mõ positiue, alio modo priuatiue, si exponatur positiue sic est verum, ꝙ illud quòd dicitur per superabundantiam vni soli cõuenit, & secundum illam expositionem albissimum significat idem quod excedens omnia alia in albedine, & primũ isto modo significat idem quod iste terminus prius quolibet alio. Sed quando exponitur priuatiue, tunc significat negationem excessus ab alijs, & tunc albissimum est idem quod album quo nihil est albius, & primum idem est quod illud quo nihil est prius, & secundum hunc sensum bene potest nomen in gradu superlatiuo conuenire multis, quoniam si duo homines sint albi in summo gradu albedinis tunc verum est, quod vterque illorum est albissimus exponendo albissimum priuatiue, sed exponendo albissimum positiue non est verum, & tunc dico, quod multæ sunt materiæ primæ exponendo negatiue, quia quodlibet generabile habet materiã, qua nulla materia est prior. Ad secũdũ dico, ꝙ duæ materiæ primæ seipsis distinguun-

stinguuntur, non est verum, quod ois distio sit per formam, sed solum ois distinctio specifica est per formam. Ad secundum. Vnde omnia generabilia, & corruptibilia, quæ distinguuntur specie distinguuntur per formas suas, quia materia prima est eiusdē rōnis in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, ita, quod per materiā primam nō distinguuntur aliqua specifice, & sic intelligendæ sunt auctoritates, quæ vīt dicere, quod omnis distiō est per formā. Ad tertiū. Ad tertium dico, quod materia prima non est eadem numero simul oīum generabilium, & corruptibilium, quia impossibile est eādem materiam numero, simul esse sub formis contrarijs, tñ materia prima eadē numero pōt successiue esse sub formis contrarijs specificis oīum generabilium, & corruptibiliū, & sic materia prima pōt esse eadem numero positiue sub formis generabilium, & corruptibiliū successiue, sed non simul. Alind dubium. Adhuc est vnum dubium, quia vr, quod materia prima sit corruptibilis, quia possibile est, quod aqua & ignis agant simul in aliquem aerē corrumpendo vnam eius medietatem in aquam, & aliam medietatē in ignem, illo igitur aere corrupto materia prima, quæ fuit sub tota forma illius aeris non est sub aliqua vna forma, & per consequens illa materia est corrupta, quia ex quo esse materiæ est a forma. Vnde cum materia non sit sub vna forma ipsa desinit esse. Respōsio. Dicendum est huic, quod corruptio quantum spectat ad propositum est duplex, quædā est per resolutionē in principia rei, quæ corrūpitur, & quædā est corruptio per diuisionem vnius partis ab alia parte, primo modo nihil est corruptibile, nisi cōpositum ex materia, & forma, & isto modo materia prima nō est corruptibilis cum non habeat principia intrinseca in quæ possit resolui, sed scdo modo pōt materia prima corrumpi. s. per diuisionem vnius partis quantitatiuæ ab alia, & hoc probat ratio, tñ postquam materia prima est sic corrupta per diuisionem, possibile est illas partes iterum vniri, & per cōsequens possibile est illam materiam redire eandē numero. Et forte hoc intellexit Phylosophus cum dixit. In quantum autem secundum potentiam non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est ipsam esse, hoc est materia prima est incorruptibilis secundum potentiam, quia non potest aliqua materia sic corrumpi quin possibile sit secundum naturam eandem numero iterum redire. Notabile. Notādum fm Com hic, quod subiectum ex quo generatur res per se est duplex. s. primum, & secundum. conueniunt ista duo subiecta in hoc, quod illud quod generatur inuenitur ex eis per se, & differunt in hoc, quia primum est in potentia, & secūdum est in actu, aut medio modo inter potentiam, & actum, sicut est dispositio in illo, qd generatur ex pluribus vnū subiecto. & dixit hoc, quia si non ponatur in generatione materiæ primum subiectum. s. in potentia, non contingit, vt sit cū materia, vnum numero, & sic non accideret impossibile prædictum, hęc Com. ex quo loco pōt accipi, quod quædam est materia propinqua, & quædam remota, materia propinqua est subiectum secundum. i. compositum ex materia, & forma, & materia remota est subiectum primum, & est omnino simplex simplicitate opposita compositioni ex materia, & forma. Ad talem. n. materiā necesse est deuenire, aliter in genere causæ materialis procederetur in infinitum, qd improbatur 2. me. & si non esset tale subiectū primum Phyl. non haberet hic argm ad probandum aliquam materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilē si materia habeat materiam priorem, & per consequens quælibet materia posset generari ex materia priori ea.

De principio vero formali: vtrum vnum sit an plura, & quodnam sit, aut quę sint, primæ Phylosophiæ diligenter exquisiteque officium est determinare ac pertractare. Quare hæc contemplatio illo in tempore reseruetur. De naturalibus vero formis, quæ oriuntur ac occidunt, in hisce, quæ posterius ostendentur dicemus ac pertractabimus.

Tex. c. 83. *De principio autem secundum speciem vtrū vnum, aut plura, aut quot, aut quæ sunt per certitudinē primę Phylosophię opus est determinare, ergo in illud tempus apponatur: de physicis autem, & corruptibilibus speciebus in posterius demonstrandis dicemus.*

HÆc est sexta pars principalis huius capituli in qua Phylosophus se excusat a quadam consideratione de quibusdam formis simul determinando ad quam scientiā pertinet earum cōsideratio, & sic aliqualiter determinat de eis: d. quod cōsideratio de principio formali. i. de forma abstracta a ma-

A teria. vtrū sit tantū vna vel plures, & quot, & quæ sunt nō pertinet ad Physicum, sed ad primum Phyl. i. ad metaphysicū, ideo vsque ad ips illud deferatur, sed in sequentibus libris sciæ naturalis dicemus de formis generabilibus, & corruptibilibus. Vnde sciendum, quod Phyl. hic nō excusat se ab vlteriori determinatione de forma quæ est principium generationis, & pars rei, sed solum excusat se a cōsideratione de formis abstractis, & adhuc non excusat se a quacunque consideratione de formis abstractis, sed a consideratione, quæ est de numero, & quidditate formarum abstractarum, & hæc consideratio est propria primi Phyl. s. vtrum sit tm̄ vna forma separata vel plures, & posito, quod sint plures quot sunt, & quæ sunt, tamen naturalis hēt considerare de esse formarum abstractarū, quia nullus potest probare formam separatam a materia esse nisi naturalis, vt dicit Com. hic. Notanda sunt hic quatuor secundum Com primo, quod formarū aliæ sunt in materijs, aliæ vero non, vt dictum est in hac scia, & ideo cōsideratio de formis est duarū sciarū, quarū vna. s. naturalis considerat de formis materialibus. Secunda vero cōsiderat de formis simplicibus abstractis a materia, & illa est scientia, quæ considerat de ente simpliciter, hæc Com. Secūdo est notādum fm Com. quod Auic. dicit, quod prima Phylosophia nititur probare entia separabilia esse, sed Cō. arguit contra eū sic, nā declaratū est in posterioribus, quod impossibile est sciam pbare suū subiectū esse, sed cōcedit ipsum, aut quia est manifestū per se, aut qa est demonstratū in alia scia, sed entia separata a materia sunt subiecta primæ phylosophiæ, & ideo in prima phylosophia non possunt probari entia separata a materia esse. Tertio est notandum secundum Com quod illud genus entium. s. separatum a materia esse nō declaratur, nisi in hac scientia naturali. Vnde quod aliquod ens separatum a materia sit non potest probari, nisi in scientia naturali secundum Com. & ideo huius est, quia. quod aliquod ens separatum a materia sit non potest probari, nisi per æternitatem motus: vnde Phyl. nunquam sciuit aliā viā ad probandum aliquid esse separatum a materia, nisi per æternitatē motus. Vnde per æternitatem motus Phyl. probat. 8. huius, quod primus motor est indiuisibilis, impartibilis. i. nullam habēs magnitudinem, & ita, quod est a materia separatus, sed ois probatio, quæ est per motum pertinet ad Phyl. naturalem, & ideo vt credo verum dicit Com. s. quod nullus artifex potest probare ens separatum a materia nisi naturalis. Quarto est notandum hoc secundum Com quod Auic. posuit, quod scia naturalis accipit a primo Phyl. corpora cōponi ex materia, & forma, & primam materiā esse, ita quod Auic. dicit quod primus Phyl. i. metaphy. habet probare, quod corpora cōponūtur ex materia, & forma, & hoc est peius, qd dixit. Vnde arguit Com. cōtra eum. d. quod non est alia via ad sciendum hoc. i. corpora componi ex materia, & forma, & primam materiā esse, nisi ex trāsmutatione substātiali, sed omnis probatio, quæ est per transmutationem pertinet ad physicū, ideo solus Phyl. naturalis potest probare corpora componi ex materia, & forma, & primam materiam esse, & metaphy. supponit ista tanquam probata in scientia naturali, & vlterius declarat alias proprietates de materia, & corporibus, ad quas nō potest Phylosophus naturalis pertingere.

Formarū aliæ sūt in materia: aliæ vero non consimile. 12. met. c. 25. & 2. phys. 26.

B

C

Hoc igitur pacto sint hæc a nobis determinata, principia inquā esse, & quæ. & quot numero sint. Rursus autem alio principio sumpto dicamus.

D *Quod quidem igitur sint principia, & quę, & quot numero determinetur a nobis sic, item autem aliud principium incipientes dicamus.*

HÆc est septima pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus epilogat determinata continuando se ad sequentia. d. quod dictum est, quòd aliqua principia, & quæ, & quot sunt numero. Deinde continuat se ad sequentia. d. quod iterum aliud principium incipientes dicamus, hoc est postquam dictum est de materia, forma & priuatione. nunc incipiamus dicere de alio principio, scilicet, de natura siue de causa efficiente. Notanda sunt hic duo secundum Comm. primo, quod per aliud principium possunt tria intelligi secundū diuersas expositiones quas Com ponit vno modo per illud principium intelligit illud, quòd vult declarare in secundo libro, & sic per aliud principium intelligit naturam quæ est principium efficiens quorundam motuum naturalium. Secundo per aliud principium intelligit primum principiū mouēs, qd declaratur in fine huius libri, qm omne ens de quo loquimur in hoc libro est p. p. hoc principiū. Tertio

tio per alind principium intelligit aliud initiũ doctrinæ, quoniam principium doctrinæ in hoc libro debet esse a secundo tractatu, & dicit Com. ꝙ hoc est euidentius per se apud ipsum, ꝙ forte ideo dicit, quia in secundo libro Phylosophus incipit determinare de rebus naturalibus, & artificialibus, vt per eas perueniat in cognitionem naturæ, nunc vero res naturales, & artificiales sunt nobis notiores, & initium doctrinæ debet esse a nobis notioribus, ideo initium doctrinæ in hoc lib. deberet esse a secundo tract. Secundo est notandum secundum Cõmen. hic ꝙ naturalis cum probauit primum motorem separatum esse a materia ibi cessat, & dimisit aliam considerationẽ de eo, idest considerationem de eius quidditate vsque ad scientiam nobiliorem, quæ considerat de ente inquantum ens, & totum hoc est contrarium illius. quod existimauit Auicen. q̃m si non demonstraretur hic esse modus entium, scilicet, separabilium non esset, nisi scientia naturalis, & doctrinalia, idest, mathematica, & ideo antiqui naturales existimabant ꝙ scientia naturalis esset prior omnibus scientijs dicentes quod subiecta eius sunt priora omnibus entibus. Intelligendum quod ista consequentia, si naturalis non probaret substantias separatas a materia esse, sed metaphy. tunc non esset aliqua scientia, nisi scientia naturalis, & doctrinalis, potest probari sic. Non est via probandi aliquod separatum a materia esse, nisi per motum, ergo si metaph. probaret substantias separatas a materia esse, hoc esset per motum, & tunc metaphysica non differret a physica, quia omnis scientia probans aliquid esse per motum est physica & sic metaphysica, & physica non differrent, & tunc non essent, nisi duæ scientiæ speculatiuæ, scilicet, naturalis, & mathematica. Intelligendum etiam quod quia solum in scientia naturali probantur entia separata a materia esse, & entia separata sunt priora omnibus alijs entibus, ideo antiqui naturales dixerunt quod scientia naturalis est prior omnibus alijs scientijs, quia probat prima entia esse: in hoc tamen male dixerunt, quia scientia considerans de quidditate illorum entium prior est, quam scientia probans ea esse, quare &c.

Vide & cõtra Auic. consimile in 8. phys. c. 3. & 12. met. cõ. 5. & 2. phys. com. 37.

LIBER SECVNDVS

DE HIS, QVÆ SVNT FVNDAMENTA, & principia naturalis scientiæ, quid sit natura, & quid habens naturam, & quid secundum naturam. Cap. I.

EOrum quæ sunt quædam sunt natura: quædã ob alias causas.

Tex. cõ. 1. *EOrum quæ sunt, alia quidem sunt natura: alia vero propter alias causas.*

POSTQVAM in primo libro determinatum est de principijs intrinsecis rerum naturalium. In secundo libro determinat Phylosophus de his, quæ sunt fundamenta, & principia istius scientiæ, & in hoc secundo determinat, tam de principijs extrinsecis, quam intrinsecis, & continet iste liber 6. tractatus, quoniam in primo declaratur quid sit natura, & de quibus dicitur. In secundo ibi. [Quoniam autem determinatum &c.] Declaratur qualis est consideratio naturalis, & de quibus considerat. In tertio autem ibi. s. [Determinatis autem his, &c.] Determinatur de causis per se rerum naturalium. In quarto ibi [Dicitur autem fortuna, &c.] Determinatur de causis per accidens rerum naturalium. In quinto ibi [Quæ aũt sunt causæ.] Declaratur ꝙ oportet naturalem considerare de omnibus quatuor causis. In sexto ibi [Dicendũ quidem igitur principiũ.] Declaratur ꝙ natura agit ꝑ finem, & ꝙ a fine est necessitas in rebus naturalibus. Primus tractatus cõtinet duo capitula, quia in primo declaratur quid est natura, & quid hñs naturam, & quid secundum naturam. In secundo ibi [Videtur autem natura.] Declaratur de quibus dicitur natura. Primum capitulum continet sex partes principales, q̃m in prima ponitur differentia inter naturalia, & non naturalia. In secũdo ibi [Est igitur natura.] Ex differentia inter naturalia, & non naturalia concludit Phylosophus diffinitionem naturæ. In tertio ibi [Naturam autem habent.] Declaratur quid est habens naturam In quarto ibi [Secundum autem naturam.] Declaratur quid est secundum naturam. In quinto ibi [Quod quidem igitur.] Epilogat Phylosophus prius declarata. In sexto ibi [Quod autem natura est.] Declaratur ꝙ naturã esse non potest demonstrari. Prima pars est narratiua, & continet tres particulas, quia in prima narratur quædam diuisio entium. In secunda ibi [Natura quidem sunt.] Enumerat ea quæ sunt a natura. In tertia ibi [Omnia autem, &c.] Ponitur differentia inter corpora naturalia, & non naturalia. In prima igitur particula huius partis dicit Phylosophus quod eorum quæ sunt, scilicet entium, alia sunt a natura, alia vero propter alias causas, & intelligit per alias causas voluntatem, & casum, vt dicit hic Commen. diuisio igitur est illa, quod de numero entium, quædam sunt a natura, & quædam a casu.

Natura quidem sunt animalia, partesque ipsorũ, & plantæ, & simplicia corpora: Vt terra, ignis, aer, & aqua Hæc enim & huiuscemodi res natura dicimus esse.

Natura quidem sunt animalia quæque & partes ipsorum, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua. Hæc enim & huiusmodi esse natura dicimus.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus enumerat ea quæ sũt a natura dicit quod animalia, & plantæ, & partes ipsorum. & corpora simplicia, idest, quatuor elemẽta. s. terra, aqua, aer, & ignis hæc, & huiusmodi a natura esse dicimus.

Omnia autem quæ dicta sunt ab hisce quæ nõ natura constant differre videntur. Nam ea quidẽ quæ natura constant: principium in seipsis vniuersa motus statusve.

Omnia autem quæ prædicta sunt videntur differẽtia ad non natura existentia. Quæ quidem enim natura sunt omnia videntur habentia in seipsis principium motus, & status.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur differentia inter corpora naturalia, & non naturalia, quæ differentia est illa, quod naturalia secundum quod huiusmodi habent in seipsis principiũ motus, & quietis, sed artificialia inquantum huiusmodi non habent in se principium motus, & quietis. Circa hanc differẽtiam sic procedit Phylosophus, quia primo ponit primã partem differentiæ. Secundo vero enumerat modos transmutationum, quatum res naturales habent in seipsis principia. Tertio vero ponit secundam partem differentiæ prædictæ. Secundum ponitur ibi [Hæc quidem igitur.] Tertium vero ponitur ibi [Lectulus quidem.] Dicit ergo Phylosophus primo quod omnia prædicta, scilicet, animalia, plantæ, & corpora simplicia vidẽtur differre a non natura existentibus, quoniam omnia quæcunque a natura sunt videntur esse habentia in seipsis principium motus, & status, hoc est quietis.

Partim eius qui loco accomodatur, partim accretionis decretionisve, partim alterationis habere videntur.

Hæc quidem secundum locum, illa vero secundum augmentum, & decrementum, quædam autem secundũ alterationem.

HIc Phylosophus enumerat modos trãsmutationis quos naturalia habent in seipsis dicit quod hæc quidem, idest, quædam naturalia habent in seipsis principium motus secundum locum, & quietis secundum locum. Et addit Cõmen. & in hoc collocantur quatuor elementa, & habentia animas, & corpora cælestia, & si in his principium dicatur ferè æquiuoce, hæc Commen. & dicit quod principium motus secũdum locum dicitur de istis fere æquiuoce, quia elementa, & habentia animas habent in se principium actiuum suorũ motuum secundum locum, sed corpus cæleste circunscripto motore non habet principium actiuum intrinsecum sui motus. nec proprie habet in se principium passiuum motus localis, cum non componatur ex materia, & forma, sed ipsum corpus cæleste est principium passiuũ motus localis, nec proprie est hñs naturam, sed magis est naturã: vel hoc dicit. s. quod principiũ motus secundũ locum dicitur de istis fere æquiuoce, quia prin-

cipium passiuum, & receptiuũ motus corporis cælestis est substantia simplex, & incorruptibilis, sed principium passiuum receptiuum motus animalis, & elementi est substantia composita, & corruptibilis. Vel dicit hoc, quia motus animalis est motus progressiuus, & motus elementi est motus rectus, & motus corporis cælestis est motus circularis, modo isti motus differũt specie, & sic principium motus in istis dicitur ferè æquiuoce. Alia vero naturalia habent in seipsis principium motus secundum augmentum, & per hoc innuit principium transmutationis in vegetabilibus. Quædam autem naturalia habent principiũ motus secundum alterationem, & addit Commen. dicit quod Phylosophus vtitur hic alteratione large, & intendit per alterationem transmutationem in substãtia, quæ dicitur generatio, & corruptio, & transmutationem in qualitate, quæ dicitur alteratio, & sic omnia corpora naturalia generabilia, & corruptibilia habent in seipsis principium alterationis. Sic igitur patet, ꝙ quatuor elementa, & animalia, & corpora cælestia habent in seipsis principium motus localis, & solum vegetabilia habent in seipsis principium motus augmenti, & omnia corpora naturalia generabilia, & corruptibilia habent in se principium alterationis. Notandum secundum Com. hic, ꝙ illud principium, quod est in alterabili simplici, & trãsmutabili simplici, scilicet, substantiale est aliud secundum genus a principio, quod est in mobili localiter, & in augmento, & in generabilibus, & in alterabilibus compositis, quoniam illud principium, quod est in compositis est secundum formam, & in simplicibus secundum materiam. Sed hoc nomen principium vsitatur hic æquiuocè pro materia, & forma, & hoc est, quia principium alterationis in simplicibus est secundum materiam, & non secundum formam, quoniam nõ inuenitur corpus simplex quod alteretur ex se, aut quod generetur ex se, sicut inuenitur corpus simplex, quod ex se transfertur in loco, sed principium alterationis, quod est in compositis potest inueniri in ipso alterato, scilicet, principium mouens, vt in alteratione, quæ est in animali ab eis quæ adueniunt corpori subiecto, & similiter in plantis, & iam expressit hoc Phylosophus in lib. de generatione, & corruptione. Ista sunt verba Comment. commenti primo. circa quæ sunt septem notanda. Primò quod cum dicitur quod naturalia inquantum huiusmodi habent in seipsis principium motus, & status, ibi hoc nomen principium accipitur communiter pro principio secundũ materiam, idest, pro principio passiuo, & pro principio motus secũdum formam, i. pro principio actiuo. Vnde nõ omnia naturalia habent in seipsis principium actiuum omnium suorum motuum naturalium, vt patebit, sed tamen omnia naturalia inquantum huiusmodi habent in seipsis principium actiuum, vel principium passiuum omnium suorum motuum naturalium. Secundò, est notandum ꝙ principium actiuum, & principium passiuum non differunt secundum genus, vt dicit Comment. Et intelligo, ꝙ non differunt secundum genus prædicamentale, sed secundũ genus principiandi, quoniam materia, & forma sunt in eodẽ genere prædicamentali, tamen differunt secundũ genus principiandi, ita est de principio actiuo, & passiuo. Tertiũ, est notandum, ꝙ corpora simplicia non habent in seipsis principium actiuum, alterationis, & hoc per se, nec transmutationis substãtialis. s. generationis, & corruptionis, sed solum habẽt in seipsis principium passiuum harum transmutationum, & ratio huius est, quia corpus simplex derelictum propriæ naturæ est vniforme in omnibus partibus suis, & ideo nulla eius pars contrariatur alteri parti, sed alterans per se, & alteratum debent esse contraria, vt patet primo genera. & ideo vna pars corporis simplicis non alterat aliam, nec totum alterat totum, quia idem sibiipsi non est contrarium, & ideo corpora simplicia non alterant se per se, & cum generatio, & corruptio sint fines alterationis, & idem est causa transmutationis, & termini transmutationis, sequitur ꝙ corpora simplicia non habent in seipsis principium actiuum generationis, vel corruptionis, dico tamen quod corpus simplex potest per accidens alterare se, vt aer condensatus vltra dispositionem conuenientem naturæ suæ rarefacit se redeundo ad raritatem sibi conuenientem, sed hoc est per accidens, quia cum aer est condensatus vltra propriam dispositionem, sicut aer qui est in vesica, non est in loco sibi conuenienti secundum naturam, quia est in minori loco suo loco naturali, & ideo per se mouet se localiter quærendo maiorem locum, & in mouendo se per se ad maiorem locum per accidens rarefacit se. Quarto, est notandũ, ꝙ omnia corpora naturalia, tam simplicia, quam mixta habent in seipsis secundum quod huiusmodi principium actiuum motus localis naturalis, vt innuit hic Com. nam corpora simplicia secundum ꝙ huiusmodi habent in seipsis principiũ motus localis naturalis, vt hic innuit Com. & corpora mixta mouentur actiue a corporibus simplicibus, quæ sunt in eis per prædominium. Quintò, est notandum, ꝙ corpora naturalia composita. i. mixta habent in seipsis principium actiuum alterationis, vt patet in animalibus, & plantis, quia in ipsis est principium alterationis alimenti aduenientis ab extrinseco, & etiã quia huiusmodi mixta nõ sunt eiusdem complexionis in omnibus, immo aliquæ partes habent qualitates contrarias, vt ossa, carnes, & neruos, & ideo potest vna pars alterare aliam partem, tamen huiusmodi corpora non habent in seipsis principium actiuum respectu cuiuscunque suæ alterationis, quoniã quandoque, & fortè continue alterantur ab extrinseco, nam animal alteratur ab extrinseco ab aere corrupto, & respectu talis alterationis solum habet in se principium passiuum. Dico etiam, quod sicut corpus mixtum habet in se principium actiuum suæ alterationis, ita habet in se principium actiuum suæ corruptionis, quoniam animal quandoque corrumpitur ab intrinseco per hoc, quia vna pars alterat aliam corrumpendo ipsam, vt cum pars egra alterat, & corrumpit partem sanam intelligendum tamen, quod quamuis quædam corpora mixta alterant se, non tamen omnia corpora mixta possunt alterare se, quia corpus mixtum vniforme in omnibus partibus non potest alterari, nec corrumpi ab intrinseco, quia ex quo est vniforme in omnibus partibus nulla eius pars contrariatur alteri, & per consequens nulla pars alterat aliam: nec totum potest alterare totum, quia idem non contrariatur sibiipsi. Vnde impossibile est, quod aliquid mixtum, siue sit vniforme, siue difforme in partibus secundum se totum sit alterans, & alteratum, sed semper cum aliquod mixtum alterat se, oportet, quod vna pars alteret aliam. Sextò, est notandum, quod omnia quæ augmentantur habent in seipsis secundum quod huiusmodi principium actiuũ suæ augmentationis, quia anima vegetatiua, & calor naturalis sunt principia actiua augmentationis, & ista sunt intrinseca ei, quod augmentatur. Septimò, est notandum, quòd omnia corpora naturalia secundum quod huiusmodi habent in seipsis principium passiuum intrinsecum omnium suorum motuum, quia omne mobile recipit motum quo mouetur, & quod recipit aliquid est principium passiuum, vel habet in se principium passiuum eius, quod recipit. Sed circa hoc dubitatur, quia in motu augmentationis alimentum videtur esse principium passiuum, quia patitur ab anima vegetatiua, & a calore, & tamen alimentum non est intrinsecum ei, quod augetur, igitur in motu augmentationis non videtur verum, quod augmentabile habeat in se intrinsecè principium passiuum augmentationis. Ad hoc dicitur, quod materia alimenti manentis sub forma alimenti est principium passiuum alterationis præcedentis augmentationem, & pro illo tunc materia alimenti non est intrinseca ei quod augetur, nec est pars eius, sed post alterationem alimenti incipit motus augmentationis, & tunc materia, quæ fuit sub forma alimenti est intrinseca ei quod augetur, & est pars eius, & sic dico, quòd in motu augmentationis durante augmentatione illud, quod augetur habet in se principium passiuum suæ augmentationis. Sic igitur breuiter recolligendo dicta notabilia dico, quod omnia naturalia secundum ꝙ huiusmodi habent in se principium actiuum, vel passiuum omnium suorum motuum naturalium. Secundo dico, ꝙ principium actiuum, & passiuum differunt secundum genus principiandi. Tertio dico, quòd corpora simplicia nõ habent in se secundũ ꝙ huiusmodi principium actiuum suum suæ alterationis, nec suæ transmutationis substantialis, sed bene passiuum. Quarto dico, ꝙ omnia corpora naturalia tam simplicia, quam mixta, secundum quod huiusmodi habent in se principium actiuum suorum motuum naturalium secundum locum. Quinto dico, quod omnia corpora mixta etheronomia vel non vniformia in omnib. suis partibus habent in seipsis principium actiuum suæ alterationis, sed mixta vniformia solum habent principium passiuum suæ alterationis. Sexto dico, quod omnia, quæ augmentantur secundum quod huiusmodi habent in seipsis principium actiuum motus augmentationis. Septimo dico quod omnia corpora naturalia, secundum quòd huiusmodi habent in seipsis principium passiuum omnium suorum motuum naturalium, & breuiter omnia hæc innuuntur in comm. Ex hoc vltimo notabili apparet, quod de ratione corporis naturalis, secundum, quod huiusmodi est, quod habeat in se principium passiuum cuiuslibet sui motus naturalis, vel quòd ipsum sit principium passiuum motus naturalis, quod dico propter corpus cæleste, quod non habet in se principium passiuum sui motus circularis cum sit corpus simplex

non

Primum notan.

Secũdum notan.

Tertium notandũ.

Quartum notan.

Quintum notan.

Sextũ notan.

Septimũ notan.

Dubium.

Respõsio.

non compositum ex diuersis naturis, sed ipsum corpus cœleste est principium passiuum motus circularis, sed non est de ratione corporis naturalis, secundum quod huiusmodi, quòd habet in se principium actiuum sui motus, quamuis sit de ratione alicuius corporis naturalis, secundum quòd tale, quòd habeat in se principium actiuum alicuius determinati motus: verbi gratia, de ratione grauis, secundum quòd graue est, quòd habeat in se principium actiuum motus localis deorsum, & de ratione vegetabilis, secundum quòd vegetabile est, quod habeat in se principium actiuum augmentationis, vel diminutionis, sed de ratione corporis naturalis in communi, secundum, quòd huiusmodi non est, quod habeat in se principium actiuum omnium suarum transmutationum naturalium, quoniam generatio est transmutatio naturalis, & tamen generabile non habet in se principium actiuum suæ generationis sed passiuum tantum. Ex quo apparet, quòd motus magis dicitur naturalis a principio passiuo intrinseco mobili quā a principio actiuo, secundum quod est actiuum, & intelligo per principium passiuum materiam, & formam indifferenter, quoniam ex hoc, quòd ex parte principij passiui est naturalis inclinatio ad motum, vel ad terminum motus; ex hoc dicitur motus naturalis, quòd autem mobile habeat principium actiuum intrinsecum sui motus, hoc accidit sibi: sicut accidit alicui inquantum sanatur, quòd sit medicus. vel, quòd sit habens

Dubium. in se principium actiuum intrinsecum suæ sanationis. Sed hic est dubium, quia ad hoc, quòd motus sit naturalis non videtur sufficere, quòd mobile habeat principium intrinsecum passiuum illius motus, quia motus violentus, & motus grauis sursum habent in mobili principium passiuum illius motus, ergo, si hoc sufficeret ad hoc, quòd si motus naturalis se-

Rꝭspōsio. queretur, quòd motus violentus esset naturalis. Dicendum, quod motus dicitur naturalis a principio passiuo propinquo intrinseco mobili, vt quia mobile inclinatur passiuè inclinatione propinqua ad talem motum, propter hoc talis motus est naturalis. illud autem principium passiuum propinquum non est sola materia prima, sed est compositum ex materia prima, & aliqua forma inclinante, & determinante ad talem motum. Vnde corpus graue, vel materia grauis, & forma, id est, grauitas, vel aggregatum ex his, est principium passiuum propinquum a quo motus grauis deorsum dicitur naturalis, & tunc dico, quod motus grauis sursum non est naturalis, quia non habet principium passiuum intrinsecum propinquum inclinans ad motum sursum. Et si dicatur, quod grauitas est principium actiuū, & sola materia prima est principium passiuum, igitur grauitas nec est principium passiuum, nec pars principij passiui. Dicendum, quod grauitas est principium actiuum, & est principium passiuum motus deorsum, quia totum graue mouetur deorsum, & recipit motum deorsum, & ideo dico, quod grauitas inquantum est principium passiuū, facit, quod motus grauis deorsum sit naturalis, sed inquantū grauitas est principium actiuum non facit, quod motus grauis deorsum sit naturalis. Sicut enim de ratione naturæ non est, quod illud in quo est moueat, sed magis de ratione naturæ est, quod illud in quo est moueatur, vel quiescat, ita de ratione principij facientis motum esse naturalem non est, quod illud in quo est sit principium motus actiue, sed magis passiue. Ex hoc idem patet, quia a quocunque motore graue moueatur deorsum siue ab agente a proposito, siue ab agente naturali extrinseco, semper motus grauis deorsum est naturalis, quia est secundum propriam inclinationem mobilis, & sic motus grauis deorsum non est naturalis a principio actiuo intrinseco, quia, & si non esset a principio actiuo intrinseco, nihilominus esset naturalis, distinguendo naturalem contra

Dubium circa tertium not. violentum. Sed adhuc circa tertium notabile est vnum dubium, quoniam ibidem dicitur, quod nullum corpus simplex alterat se per se, hoc non videtur verum, quia aqua calefacta derelicta propriæ naturæ redit ex se ad frigiditatem, vt vult Auic. primo suæ Phy. ergo frigefacit se, & per consequens alterat se, & sic corpus simplex potest alterare se, ergo. Dicendū, quod aqua calefacta derelicta propriæ naturæ non frigefacit se tum non contrarietur sibimet, nec aliqua pars eius contrariatur alteri, sed frigefiet a continente. Et si dicitur contra hoc, quia aqua redit ad maiorem frigiditatem quam sit frigiditas continentis, sed minus frigidum non causat maius frigidum, ergo, non frigefit a continente. Item si frigefieret a continente, tunc fieret æqualis frigiditatis, & per consequens non fieret actio vlterius, quia simile non agit in suum simile. Ad primum dicendum, quod minus frigidum potest causare magis frigidum in subiecto habente maiorem aptitudinem, vel inclinationem ad frigiditatem, quoniam sicut paruus ignis po-

A test causare ignem maiorem in subiecto magis combustili, vel magis apto, & dispositio ad formam ignis, sic frigus remissius in subiecto apto minus ad frigiditatem, potest causare frigus intensius in subiecto magis apto ad frigiditatem. Et quia aqua habet maiorem inclinationem ad frigiditatem quam aer continens, ideo aer habens minus de frigiditate potest causare in aqua maiorem frigiditatem quam sit frigiditas in aere. Ad secundum dico, quod cum aer, & aqua deuenerunt ad æqualem frigiditatem, adhoc aer vlterius frigefaciet aquam. & cum dicitur, quòd simile non agit in simile, dico, quod verum est si sit simile tam in forma, quàm in aptitudine ad formam, quod non est verum in proposito.

At lectica, vestis & quicquid sit aliud similis generis, quo quidem huiuscemodi nominibus appellantur, atq; ab arte sunt. Hoc nullum principium mutationis insitum habent. Quo vero ipsis accidit, vt sint lapidea; vel terrea: vel ex his mixta eo motus quietisve principium habent.

B

Lectulus autem, & indumētum, & si aliquid huiusmodi genus est, secundum quod quidem sortitum est in prędicatione vnaquaque, & inquantum est ab arte, neque vnum habet impetum mutationis innatum, secundum autem, quòd contingit ipsis lapideis, aut terreis esse, aut mixtis ex his habet hoc tantum. Tex. cō. 2.

POsita prima parte differentiæ inter corpora naturalia, & non naturalia, quæ est, quod corpora naturalia, secundū quod huiusmodi habent in seipsis principium motus, & status. Phylosophus hic ponit tertiam partem differentiæ, quæ est ista, quod non naturalia secundum, quod huiusmodi non habet in seipsis principium motus, & status, vt lectulus, secundum, quod lectulus, vel indumentum, secundum, quod indumentum non habet in se principium motus deorsum, per accidens tamen lectulus habet in se principium motus deorsum inquantum lectulo accidit, quod sit ligneus, vel lapideus, &

C sic res artificiales non habent in seipsis principium suorū motuum, secundum, quod sunt artificiales, habent tamen in se principium suorum motuum per accidens, scilicet, secundum quod sunt in re naturali. Et hoc est, quod Phylosophus dicit, quod lectulus, & indumentum, & si aliquod aliud genus huiusmodi est, id est, si aliquod aliud artificiale huiusmodi est, secundum, quod sortitum est nomen artificiale in vnaquaque prædicatione artificialium, hoc est secundum, quod habet nomen artificiale, & secundum, quod est ab arte, nec vnum, idest, nullum habet impetum mutationis innatum, id est, in seipso, sed secundum, quod contingit ipsa esse lapideis, aut terreis, aut mixtis ex elementis, sic tantum habent in seipsis principium motus. Notandum, quod ex huiusmodi differentia quā Phylosophus hic ponit inter naturalia, & artificialia apparet manifeste, quod res naturales, & res artificiales realiter differant, & tamen res artificiales includunt res naturales, ideo oportet, quod res artificiales aliquid reale addant super naturalia, quia aliter non haberent aliquid in se, per quod differrent a naturalibus, cum igitur ex re naturali fiat res artificialis, verbi gratia, cum ex ære fit statua, oportet in re artificiali, vt in statua, aliquid nouum fieri, quod non præfuit in re naturali, illud autem nouum est res artificialis, vel forma rei artificialis. Sed circa hoc contingit dubitare, quia moderni phylosophantes dicunt, quod res artificiales non important res, vel formas distinctas a rebus naturalibus tanquam a suis subiectis, & hoc intendunt multipliciter declarare. primo quoniam artificialia, vel fiunt per coniunctionem rerum naturalium ad inuicem, vt scannum, domus, vel castrum, & huiusmodi, vel fiunt per subtractionem partium ab aliquo toto sicut statua, vel fiunt per transfigurationem, vt cum aliquid sine aliqua additione, vel ablatione mutatur de vna figura in aliā, sed quocunque istorum modorum fiant res artificiales nullo modo fit aliqua forma noua, quod probatur multipliciter. Et primo in his, quæ fiunt per coniunctionem rerum naturalium adinuicem, quia si dicis, quod in factione domus fiat aliqua noua forma, quæ non præfuit, quam tu vocas formam domus. Quæro an illa forma est tota in toto suo subiecto, & tota in qualibet parte, aut est tota in toto, aut pars in parte, non potest dari, quod tota illa forma sit in toto, & tota in qualibet

Res naturales, & artificiales realiter differunt.

Prima ratio sic dicentium.

ber parte, quia nullum accidens materiale potest secundum se totum esse simul in diuersis partibus. Si autem detur secundum, scilicet, quòd tota illa forma sit in toto, & pars in parte. Quæro tunc an quælibet pars illius formæ præfuit in suo subiecto, ita, quòd vna pars in parte, & alia pars in alia parte, vtputa, quòd vna pars illius formæ præfuit in lignis, alia in lapidibus, & sic de alijs partibus domus, aut quælibet pars illius formæ fit de nouo in suo subiecto primo, & adęquato, non potest dari primum, quia sic haberetur propositum: videlicet, quòd quando domus fit de nouo, quòd tunc nulla est res noua absoluta quin quælibet eius pars præfuit: nec etiã potest dari secundum, quia tunc quandocunque fieret domus oporteret, quòd quilibet lapis, & quòd quodlibet lignum ex quo fit domus haberet in se vnam formam, quam prius non habuit, quod est manifestè falsum, vt patet inductiuè, quia ille lapis in nullo mutatur, nisi secundum locum, quia ponatur, quòd non incidatur in aliquo penitus, sed simpliciter ipso non mutato, nisi secundum locum, vel etiam non mutato secundum locum, sicut est possibile, quòd concurrat ad constitutionem domus: tunc certum est, quòd nullam formam nouam acquirit. quia nec formam substantialem, nec quantitatem, nec qualitatem, &c. Et qua ratione ista pars nihil in se B nouum recipit, eadem ratione, nec quæcunque alia; sed ideo dicitur domus fieri, quia partes transmutantur tantum secundum locum, & modo determinato localiter ordinantur, nec est plus aliqua pars secundum se totam de nouo facta in factione domus, quam est aliqua res de nouo facta secundum se quando multi homines simul localiter ordinantur vel con-

Secunda ratio.

gregantur, vt fit populus vel exercitus ex eis. Secundo probatur, quòd non fit aliqua res noua secundum se totam, quando fit aliquod artificiale per solam ablationem partium ab aliquo toto, quia per solam diuisionem alicuius totius non fit aliqua res noua secũdum se totam, vel si fieret illa esset res naturalis, sed tale artificiale præcisè fit per talem diuisionem partium abinuicem diuersarum, ergo nihil nouum secũdum se totum est ibi, sed præcisè ex hoc, quòd aliquę res sunt ablatæ a toto &

Tertia ratio.

fit artificiale. Tertio probatur, quòd non producitur aliquid nouum quando producitur artificiale per transfigurationem, & hoc sic, quando aliquid potest fieri aliquale per solum motum localem, non oportet fieri aliquam rem absolutam nouam, sed tale artificiale potest fieri per solum motum localem, C quoniam si talis res secundum partes suas, præcisè moueatur localiter, & partes suæ aliter approximentur vel distent localiter aliter, quam prius fit nouum artificiale, ergo, in tali factione non oportet ponere aliam rem absolutam totaliter

Tex. cõ. 2.

nouam. Sed illud est expresse contra Phylosophum hic, qui vult, quod naturalia secundum, quod huiusmodi habeant in se principium motus, & quietis, & artificialia non, quòd non esset nisi in re artificiali esset aliquid, quod non erat in re naturali ante operationem artificis. Item si statua nullam haberet formam, quæ non præfuit in ære ante factionem statuæ, tunc illa esset vera statua inquantum statua habet in se principium motus, & quietis, & ita statua inquantum statua esset res naturalis. & probo, quod illa esset vera: statua inquantum statua habet in se principium motus, & quietis, quia statua inquantum statua non habet in se aliquam formam a forma æris inquantum est æs per se, ergo sicut illa est vera, æs inquantum æs habet in se principium motus, &c. secundum, quod inquantum reduplicat rationem formæ æris, eodem modo erit illa vera facta reduplicatione ratione formæ: statua inquantum statua habet in se principium motus, &c. cũ ratione eiusdem formæ fiat reduplicatio in vtraque illarum. Vel si tu di- D cas, quod vna illarum est vera, & reliqua falsa. oportet dare aliquam formam, ratione cuius fit reduplicatio in illa: statua inquantum statua, &c. ratione cuius non fit reduplicatio in illa: æs inquantum æs, &c. vnde facta reduplicatione ratione formæ si vna illarum est vera, & altera falsa, oportet, quòd ratione alterius, & alterius formæ fiat reduplicatio in vna, & in alia: & sic forma statuæ inquantum est statua est alia a forma æris inquantum est æs, quod est propositum. Item quæro an artifex facit aliquid aut nihil: non est dare nihil, quia sic ars non esset habitus factiuus, quoniam ille habitus quo nihil potest fieri non est factiuus, quod est contra Phylosophum sexto Ethico. qui ponit artem esse habitum factiuum, si vero detur, quod artifex facit aliquid, aut igitur facit nouum, vel antiquum: non antiquum, quia sic faceret prius factum, quod nihil est facere, relinquitur igitur, quod artifex faciat aliquod nouum, & per consequens res artificialis aliquid nouum includit, quod tamen non includitur in re naturali, quod est propositum. Sed fortè diceretur, quod artifex facit antiquum

A esse aliquale quale non fuit. Verbi gratia, artifex facit, quòd æs sit statua, cum tamen prius non fuit statua, sed illa cauillatio non valet, quia quæro sicut prius, aut facit aliquod nouum, aut antiquum: non antiquum, quia hoc est facere prius facta, ergo, facit aliquid nouum. Item cum artifex facit, quòd æs est statua, aut facit aliquam rem extra animam, vel solum facit illud complexum, videlicet æs est statua, si primum habetur propositum, quia rem extra animam prius non existentem facit: igitur facit rem nouam: si vero facit illud complexum, videlicet æs est statua, sequitur, quod artifex nihil facit nisi nouas propositiones, & noua complexa, quod est valde inconueniens. Si vero dicas, quod ipse facit nouam denominationem, quæro aut illa denominatio est aliqua res extra animam, vel non, si sit res extra animam, aut igitur noua, vel antiqua sicut prius, & si detur, quod nihil est extra animam, sequitur, quod artifex solum facit noua res in anima. Et si dicatur, quod artifex non facit nouas propositiones, sed facit illud, quod significatur per propositionem, vnde artifex facit, quod ita est in re, sicut ista significat, æs est statua. Contra, & quæro, aut illud, quod significatur per illam, æs est statua est aliquid, aut nihil, si nihil tunc artifex nihil facit, si aliquid, aut B igitur nouum, aut antiquum, si nouum habetur propositum, si antiquum tunc artifex nihil, ageret nisi prius facta. Item si illud, quod hæc propositio, æs est statua, sit aliquid, aut est ens in anima, aut extra animam: si sit ens in anima tunc artifex non faceret nisi conceptus, & cognitiones, & sic idem faceret artifex cogitando solum, quod facit manibus operando, quod est absurdum: si vero detur, quod sit extra animam, aut igitur nouum, vel antiquum, & deducatur sicut prius. Sed forte aliquis diceret, quod artifex facit nouum motum, quia contingit aliqua per motum suum, vel remouet aliquid, vel facit aliqua appropinquari quæ prius non erant appropinquata, & sic facit nouum motum. Contra, & quæro aut artifex solum facit motum localem, aut aliquid præter motum, si solum facit motum localem, sequitur, quod solum motus localis est finis intentus ab artifice, quia vbi nihil est actu præter operationem ibi operatio est finis, vt patet primo Ethico. si vero detur, quod facit aliquid aliud, oportet illud esse nouum, quod est propositum. Nec est dicere, quod non solum facit motum, sed etiam motum nouum terminantem non motum, quia sic artifex faceret, nec intenderet nisi loca noua, vel noua vbi; C quod videtur inconueniens. Item naturalia aliquando manent, & non manent artificialia, ergo non sunt idem. Item opinio ponit, quod in factione domus nihil fit nouum, & eodem modo de alijs rebus artificialibus, & sic habent ponere, quod nulla domus est noua, & quod nihil artificiale est nouũ quæ videntur absurda. Dico igitur, quod est artificiale & aliquid nouum addunt super res naturales, quia nouas formas per quas sunt artificiales, vnde artificialis componuntur ex naturalibus tanquam ex materia, & ex formis artificialibus quæ sunt accidentia, cuiusmodi formæ sunt figuræ, vel compositiones seu vniones. Vnde in denario præter argentum est ibi aliqua figura, puta Cæsaris, vel Regis, a qua figura dicitur denarius, qua figura ablata remanet argentum, & non remanet denarius. Ideo ad rationes in contrarium. Ad primam concedo, quod in artificialibus factis per solam compositionẽ

Ad primum.

rerum adinuicem non est ibi aliqua forma secũdum se totam noua cuius nulla pars præfuit, est tamen ibi vna forma noua resultans ex formis partium, & illa forma est forma per quam est domus in actu. Et quod sit talis forma apparet, quia dissolutis partibus manent parietes, & non manet domus, igitur præter illas partes materiales oportet ponere aliam formam D per quam est domus in actu. Sic enim arguit Phylosophus septimo Meta. d, dissolutis b, a, &c. Ad formam igitur rationis cum dicitur, aut illa forma est tota in toto, & tota in qualibet parte, vel est tota in toto, & pars in parte. Dico, quod est tota in toto, & pars in parte, & quod vna pars huius formæ est in lignis, & alia in lapidibus. Et quando quæritur, aut quælibet pars est de nouo in suo subiecto primo, vel non. Dico quod partes istius formæ non sunt de nouo in suis subiectis, immo supposito, quod partes sint incisæ, & dispositæ sufficienter ad formam domus, sic quod nihil restet ad hoc, quod fiat domus, nisi applicatio partium adinuicem, tunc formæ partium præfuerunt ante factionem domus, tamen tota forma resultans ex formis partium non præfuit, quoniam illa forma totalis est resultans ex vnione partium adinuicem quæ vnio non præfuit & ideo forma totius est noua, quia partes de nouo adinuicem vniuntur: & tamen partes præcesserunt. Vnde in his quæ fiunt per vnionem, vel per compositionem totum est nouum, & tamen partes præcesserunt; & sic est de domo

& de

A & de forma domus, verum autem forma domus sit absoluta, vel respectiua non determino ad præsens, sed sufficit ad præsens, quod ibi sit forma noua artificialis a qua res artificialis est talis in actu, & idem dico de exercitu. Ad secundum dico, quod quando fit aliquod artificiale per ablationem partium a toto, ibi fit aliqua forma noua secundum se totam, cuius nulla pars præfuit, quia fiunt nouæ lineæ, & nouæ superficies, & quandoque noua figura differens specie a priori, & quando dicitur, quod vbi est sola ablatio, ibi non est aliquid nouum. Dico, quod cum aliquæ res artificiales fiant per ablationem partium, quamuis ibi sit ablatio partium materialium, tamen ibi est generatio partium formalium, scilicet, figuræ artificialis, & superficiei, & linearum, & ideo non est ibi sola ablatio, nec esse potest sine generatione nouæ formæ. & quod sint tales formæ in rerum natura, scilicet, superficies figura linea, &c. differentes a suis subiectis, probatum est sufficienter in primo huius, sed domino concedente, melius videbitur in sexto. Ad tertium, quando dicitur, quod nihil fit nouum quando fit aliqua res artificialis per transfigurationem. Dico per interemptionem, quia certum est, quod noua figura fit, aliter non esset transfiguratio, quia transfiguratio est ab una forma in

Ad secundum.

Tex. c. 15.

Ad tertiũ.

B aliam formam. Et quando adijcitur, quod cum aliquid potest fieri aliquale per solum motum localem, non oportet fieri aliquam rem absolutam nouam, illud est falsum, quia per solum motum localem duarum aquarum adinuicem concurrentium fit una aqua noua, quæ prius non erat, & multo magis per solum motum localem potest fieri accidens absolutum nouum, dico igitur, quod per transfigurationem fit noua figura, & per consequens forma absoluta noua. Sed tunc dubitatur quoniam si aliquæ formæ artificiales determinant sibi certam materiam. Verbi gratia, formæ serræ determinant sibi ferrum, hæc igitur est uera: serra inquantum serra est ferrea, & per consequens serra inquantum serra est grauis: ex quo sequitur, quod serra inquantum serra habet principium motus, & quietis, & sic hæc differentia quam ponit hic Phylosophus inter res naturales, & artificiales non est uera, quia sicut res naturalis, secundum, quod huiusmodi habet in se principium motus, & quietis, ita res artificialis. Dicendum, quod si fiat reduplicatio ratione materiæ, sic bene concedo, quod aliqua res artificialis, secundum quod huiusmodi habet in se principium motus, & quietis, & hoc concludit ratio, sed si fiat reduplicatio ratione formæ: sic nulla res artificialis, secundum, quod huiusmodi habet in se principium motus, & quietis, sed facta reduplicatione gratia materiæ, & sic res naturalis, secundum, quod huiusmodi habet in se principium motus, &c. & hæc est differentia inter naturalis, & artificialia quam Phylosophus intendit hic. Vnde forma artificialis secundum, quod huiusmodi non habet in se inclinationem actiuam, nec passiuam ad aliquem motum, nec ad maiorem terminum motus.

Dubium.

Respõsio.

C Quæ cum ita sint, patet naturam principiũ esse quoddã, & causam, vt id moueatur atq; quiescat in quo primo: per se, & non per accidens inest.

Tex. cõ. 3. *Est igitur natura principium alicuius, & causa mouendi & quiescendi, in quo est primum per se, & non secundum accidens.*

D HÆc est secunda pars principalis huius capituli in qua Phylosophus ex prædicta differentia iam dicta concludit diffinitionem naturæ. Hæc igitur pars continet duas particulas, quoniam in prima Phylosophus ex prædictis infert diffinitionem naturæ. In secunda ibi. [Dico autem non secundum accidens.] Exponit unam particulam diffinitionis. In prima igitur particula huius partis ex differentia inter naturalia, & non naturalia infert Phylosophus diffinitionem naturæ. d. Est igitur natura principium, & causa mouendi, & quiescendi eius in quo est primo per se, & non secundũ accidens. Et hæc est prima conclusio huius libri, scilicet, quod natura est principium, & causa motus, & quietis in quo est primo per se, & non secundum accidens. Et hæc conclusio probatur ex præcedentibus per syllogismum hypotheticum sic, si naturalia sint illa quæ habent in se principium quo mouentur & quiescunt ex se, & non per accidens, & natura est qua mouentur naturalia, & quiescunt, necesse est, vt natura sit principium quo mouetur, & quiescit illud in quo est per se, & primo, & non secundum accidens. Notandum secundum Lin-

Prima cõclusio huius libri.

Prima diffinitio naturæ.

A co. hic, quod natura habet duplicem diffinitionem, quarum prima est illa, natura est, id quo primo, & per se differunt naturalia inquantum huiusmodi a non naturalibus inquantum huiusmodi, & hæc diffinitio est formalis, & indemonstrabilis. Secunda vero diffinitio est illa, videlicet natura est principium motus, &c. quæ est magis materialis, & demonstrabilis. Demonstrat igitur hic Phylosophus, secundum Lincon. diffinitionem materialem, & demonstrabilem naturę per diffinitionem eius indemonstrabilem, & formatur syllogismus sic. Quęcunque primo, & per se differunt ea quæ sunt naturalia inquantum huiusmodi a non naturalibus inquantum huiusmodi natura est illud, sed ea quæ sunt naturalia inquantum huiusmodi differunt primo, & per se a non naturalibus inquantum huiusmodi principio motus, & status in seipsis habito primo, & per se, & non secundum accidens, ergo, natura est principium, & causa motus, & quietis, &c. Vnde dicit Linco. quod præmissæ huiusmodi demonstrationis sunt indemonstrabiles, & per se notæ non quibuslibet, sed assuefactis in scientia naturali, ergo.

Secunda diffinitio naturæ.

B Dico autem nõ per accidens, quia sibiipsi quispiam medicus sanitatis causa fieri potest. Attamẽ nõ quà sanatur eo medicinam habet, sed accidit, vt idem sit medicus subiensq; sanationem. Quapropter, & separantur nonnunquam. Similiter sese habet, & vnumquodque cæterorum, quæ per artem efficiantur. Nihil enim ipsorum effectionis in se principium habet. Sed quædam in alijs, atque extrinsecus habent. Vt domus, & vnumquodque eorum quæ manu conficiuntur. Quædam in seipsis quidem id habent, non tamen per se, quæcunque causæ per accidens sibi fieri possunt. Id igitur est natura, quod dictum est.

C *Dico autem non secundum accidens, cum fiat vtique ipse sibi aliquis causa sanitatis cum sit medicus, sed tamen non secundum quod sanatur, medicinam habet, sed accidit eundem medicũ esse, & sanari. Vnde & diuiduntur aliquando abinuicem. Similiter autem, & aliorum vnumquodq; quæ fiunt. Nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium. Sed alia quidem in alijs, & ab exteriori, vt domus, & aliorum manu incisorũ vnũquodque. Alia autem in seipsis quidem, sed non secundum seipsa quæcunque secundum accidens causæ fiunt vtique ipsis. Est igitur natura, quod dictum est.* Tex. cõ 4.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli in qua Phylosophus ponit illam particulam non secundum accidens, quia per illam particulam differt natura ab arte quæ agit in subiectum in quo est huiusmodi est ars medicinæ, quia cum medicus sanat seipsum, ars medicinæ est principium illius motus, scilicet, sanationis eius, in quo est primo, & per se, non tamen est natura, quoniam ars medicinæ est primo, & per se in medico, tamen ars medicinæ

Per quid differt natura ab arte.

D est per accidens principium sanationis eius, in quo est, ideo per illam particulam non secundum accidens differt natura ab arte, quæ agit in subiectum in quo est. Dicit, ergo, Phylosophus [dico autem] id est, expono non secundum accidens, quia cum medicus fiat sibiipsi causa sanitatis, supra ars medicinæ est principium motus sanationis eius, in quo est primo, & per se, quoniam ars medicinæ primo, & per se est in medico, sed ars medicinæ non est natura, quia non secundum, quod sanatur medicinam habet, sed accidit eundem medicum esse, & sanari. Et, quod accidat medico sanari, probatur, quia medicus, & recipiens sanitatem aliquando diuiduntur abinuicem, quia aliquando medicus non sanatur, & aliquando ille, qui sanatur non est medicus, & sic apparet, quòd ars medicinæ nõ est natura, quia natura non per accidens est principium motus eius in quo est primo, & per se, sed ars medicinæ est per accidens principium motus eius in quo est primo, & per se, & sicut est de medico, scilicet, quod non habet per se principium suæ sanationis in se, ita est de alijs quæ fiunt secundum artem: quoniam nullum eorum habet principium in seipso secun-

dum

A dum, quod huiusmodi principium, scilicet factionis hoc est principium sui motus: sed quædam artificialia solum habent principium extrinsecum suæ factionis sic, quod nunquam sunt ab intrinseco, vt domus, & vnumquodque aliorum manu incisorum, idest, factorum per manum, vt statua, lectulus, & huiusmodi, sed alia artificialia habent in seipsis principium suorum motuum, sed non secundum seipsa, vt medicus, & quæcunque, secundum accidens sunt causæ sibiipsis, natura igitur est, quod dictum est.

Dubium. Sed dubitatur vtrum illa propositio sit concedenda, medicus per se sanat seipsum & videtur, quod sic, quia medicus inquantum medicus sanat, vt patet primo

Tex. c. 72. Responsio. huius, ergo. Dicendum igitur, quod cum dico medicum sanare seipsum dico duo, scilicet, medicum sanare, & medicum sanari, quorum primum est per se, & secundum accidens, dico igitur, quod medicus non per se sanat seipsum, & tamen per se sanat, quia per se sanat infirmum. Circa igitur hanc diffinitionem naturæ sunt tria scienda, quia primo sunt notanda dicta Commen. secundo est ponendus intellectus diffinitionis, tertio vero soluentur dubia occurrentia circa prædictam diffinitionem.

Primũ notandum. Vnde circa primum sunt septem notanda. Primo est notandum secundum Commenta. hic, quod ista B diffinitio naturæ est manifesta hic, quoniam naturam esse, est manifestum per se, vt postea dicit Phylosophus, & est vnum principiorum huius scientiæ, & non est declarandum a primo Phylosopho, nec est ex eis quæ non sunt nota per se, vt patet ex verbis Auic. vbi intendit, quod Phylosophus primus debet contradicere ei, qui negat hoc principium esse, vt contradicit falsis opinionibus inductis de primis principijs. Sic igitur dicit Commenta. hic tria, primum est, quod diffinitio naturæ est hic manifesta secundum, quod naturam esse est per se notum, & est vnum principiorum istius scientiæ: tertium est, quod naturam esse, non est declarandum a primo Phylosopho, vt existimauit Auic.

Secũdum notand. Fundamẽtum Aui. Secundo est notandum, quod Commen. inducit, & soluit rationem Auicen. propter quam dixit, quod illa diffinitio naturæ non est manifesta hoc dicit sic. Et iste homo, scilicet, Auicenna inducit signum, quod ista diffinitio non est nota hic, quia iam declarauit in septimo, & in octauo, quod omne motum habet motorem, & dicit illic, quod non est dubium in hoc, nisi de corporibus simplicibus. Et potest ratiocinari super hoc, ex hoc, quod Phylosophus dicit in tertio cœli, & mundi, quoniam elementa habent grauitatem, & leuitatẽ.

Prima ratio Auic. C Vnde ex his dictis possunt formari tres rationes probantes, quod hæc diffinitio naturæ non est manifesta, quia primo Phylosophus probat, quod corpora naturalia mota habent motorem, & ita, quod habent principium motus, & tamen notum est, quod habent naturam, ergo, non est manifestum, quod natura sit principium motus, quia si esset notum, quod natura sit principium motus, tunc sicut est notum, quod corpora naturalia habent naturam, ita esset notum, quod corpora naturalia mota habent motorem.

Secunda rõ Auic. Secunda ratio Auicen. est hæc, quia dubium est de corporibus simplicibus, vtrum habeant motorem, & per consequens est dubium, vtrum habeant principium motus, sed non est dubium, vtrum habeant naturam, & hoc est signum, quod naturam esse principium motus non est manifestum per se hic.

Tertia ratio Auic. Tertia ratio, quia Phylosophus tertio cæli, & mun. declarat, quod elementa habent grauitatem, & leuitatem, & sic probat, quod habent principium motus, & quietis, non igitur est manifestum, quod habent principium motus, & tamen est manifestum, quod habent naturam, ergo. Vel forte istæ rationes melius probant, quod naturam esse non est manifestum, primo, quia nos videmus mobile moueri, & ignoramus motorem & per consequens igno- D ramus principium motus esse, & sic ignoramus naturam esse, & propter hoc Phylosophus probauit in septimo, & octauo huius, quod omne motum habet motorem, & sic probauit principium motus esse, & sic probauit naturam esse. Secunda ratio: Phylosophus in octauo huius dicit, quod dubium est in corporibus simplicibus, vtrum habeant motorem, vel non, si tamen notum esse naturam esse, esset notum, quod corpora simplicia haberent motorem, quia motum habere motorem non est dubium, nisi in his, quæ mouentur à natura, vt in corporibus simplicibus. Tertia ratio. Phylosophus probat, quod elementa habent grauitatem, & leuitatem, & sic probat naturam esse.

Impugnatio eiuidẽ. Idẽ sup. c. primo. Idẽ quarto Physic. ... Idẽ se un do Phy. 3a Istis igitur, rationibus respondet Commen. d sic, & hoc non a sit sicut existimauit Auicen. quoniam non dubitatur, quod ista mouentur ex se non ex motore extrinseco, scilicet, quatuor elementa, & omnia corpora mota ex se, sed vtrum motor in eis sit alius a moto perscrutatus est in illo loco, & sic Phylosophus non probat, nec inquirit naturam esse, quia hoc est manifestum per se, sed inquirit an na-

A tura mouens sit eadem res cum moto, vel alia, & causam quare Phylosophus perscrutatus est, vtrum motor sit alius a moto assignat Comment. dicens, & causam in hoc, scilicet, quare Phylosophus hic perscrutatus est, est ista, quod Plato opinabatur, quoniam hic est aliquid, quod mouet se; & sic Plato dixit, quod in aliquibus motor non est aliud a moto. Vnde dixit Comment. quod manifestum est, quod si esset aliquid, quod moueret se, quod illud esset dignius habere hoc nomen natura secundum hanc descriptionem. Idẽ tertio cæ. 28. Idẽ quarto cæ. 22. 24. & 25. primo cæ. com. 81 & 84. & 5. phys. 18.

Tertium notandũ. Tertio est notandum, quod Commen. respondet vni obiectioni, quæ posset fieri contra se, posset enim aliquis dicere, quod diffinitio naturæ non est hic nota, quia diffinitio naturæ est hic probata. Huic respondet Commen. dicens, quod quamuis antecedens per quod probatur, quod natura est primum motus, &c. sit manifestum per se, & per consequens similiter non debet aliquis dicere, quod ista diffinitio propter hoc non est conclusio demonstrationis, quoniam dictum est in prioribus analyticis, quod per huiusmodi syllogismos hypotheticos nullum ignotum declaratur omnino, sed vtuntur ad confirmandum illud, quod per se manifestum cum indiget modicula innuitione, sicut vsitatur diuisio, vel inductio. Primo priorũ in digressiõe d' syllogis. vide 6. phy. c. 41. & primo cæ. c. 2.

B Et per hoc intelligit Commenta. quod ista diffinitio licet per se sit nota simpliciter, & apud naturam, & per consequens nõ potest probari a priori, potest tamen probari a posteriori: vt, scilicet, per ipsas res naturales, quæ sunt posteriores simpliciter ipsa natura nobis tamen notiores. & ista probatio est per syllogismum hypotheticum, vt patet formando eam, vt format Comment. vt patuit prius. Et nota, quod per syllogismum hypotheticum, vt per diuisionem, vel inductionem nullum omnino ignotum declaratur, quia per diuisionem, & inductionem probantur principia, sicut diffinitiones de diffinitis, quæ tamen sunt nota per se.

Quartum notandũ. Quarto est notandum secundum Commen. quod Phylosophus in diffinitione naturæ dicit primum, & per se, quoniam illud, quod est per se est magis vniuersale, quam illud, quod est primum, quoniam omne primum est per se, & non omne, quod est per se est primum, vt dictum est in posterioribus. Verbi gratia, quoniam nauis mouetur ex principio, quod est in ipsa, sed non primo, sed mediante homine, & per hoc vult dicere, quod nauis mouetur per se, quia a principio intrinseco, scilicet, a themone, vel a remis, sed non mouetur primo a principio intrinseco, sed ab C homine, sed natura est illud à quo primo mouetur illud in quo est per se.

Quintum notandũ. Quinto est notandum circa expositionem illius particulæ, non secundum accidens, quia illa particula ponitur ad excludendum artem medicinæ, & alias artes, quæ per accidens agunt in subiectum, in quo sunt, vt supra est expositum. Et dicit Commen. quod ars medicinæ, & aliæ artes sunt paratæ primo, & per se, vt agant in alia subiecta a subiecto in quo sunt artes, igitur sicut diximus, sunt duobus modis aut ars, cuius principium extrinsecum est necessario, vt ars ædificatiua, & aliæ artes, quorum subiectum, in quo agunt est aliud a subiecto, in quo inueniuntur. Idẽ sup. c. 1. & 2. idẽ 5. phy. c. 2. Et dixit, quæ fiunt manu, quia ars medicinæ cui accidit agere in suum subiectum est ars theorica, & non practica, quia nullus sommat in corpore suo, vult igitur Commen. quod nulla ars practica agat in subiectũ in quo est. Sed circa hoc mouetur dubitatio de arte saltandi quæ est practica, & tamen agit in subiectum in quo est. Respõdet Commen. dicens, quod sermo suus non est, nisi de artibus ex quibus proueniunt acta non solum actiones, sed ex arte saltandi solummodo prouenit actio, & similiter est de arte musicæ, quæ est sine instrumento.

Sextũ notandum. Sexto est notandum secundũ Commenta. quod ista diffinitio naturæ non dicitur vniuoce, D nec æquiuoce, sed secundum prius, & posterius, quia per prius dicitur de forma quam de materia, & in talibus est incipiendum a communiori, & veniendum ad propria, sicut facit Phylosophus in diffinitione motus, & loci. Et per hoc intendit Commen. quod præter istam diffinitionem communem naturæ oportet habere propriam diffinitionem materiæ, & propriam diffinitionem formæ. Idem primo cæ. cõ. 5.

Septimũ notan. Septimo est notandum, quod subiectum huius libri est natura, & principia naturalia, quæ cõmunia sunt omnibus rebus naturalibus: & ideo in hoc libro non diffinit corpus, nec alia de quibus considerat naturalis, sicut fecit in libro cæli, & mun. & intelligo, quod natura est hic subiectum, idest suppositum. Visis, ergo, his notabilibus Commentatoris videndus est intellectus diffinitionis. Et, videtur mihi, quod illæ particulæ, scilicet, primo, & per se, & non secundum accidens determinent diuersa, quoniam illa particula non secundum accidens determinat hoc verbum est primo loco positum, & illa particula primum determinat hoc quod dico principium, & illa particula per se determinat hoc

verbum

verbum est secundo loco positum. Intellectus igitur diffinitionis est ille, natura est non secundum accidens primum principium motus, & quietis eius in quo est per se, illa particula non secundum accidens ponitur ad differentiam artium, quæ agant in subiecta in quibus sunt, sed hoc est per accidēs, vnde cum medicus sanat seipsum, ars medicinæ est principiū motus eius in quo est per se, si igitur illa particula non secundum accidens non poneretur, oporteret, quod ars medicinæ esset natura, vt igitur ars medicinæ excludatur, & huiusmodi artes ponitur illa particula, non secundum accidens, quoniam ars medicinæ est secundum accidens primum principium eius, in quo est per se. Illa vero particula principium exponitur dupliciter, quoniam secundum aliquos principium accipitur pro propinquo, & tunc ponitur ad differentiam animæ distinguendo agens a proposito contra agens naturale, quia anima est principium eius in quo est per se, scilicet, motus vegetationis, & motus progressionis, sed non est principium propinquum, sed accidentia mediantibus quibus anima mouet sunt principia propinqua, & hoc modo exponit Auicen. & Linco. intelligendo per primum idem, quod propinquum. Alio modo exponitur primum pro principali, & tunc illa particula primum, ponitur ad differentiam accidentium, quæ sunt principia instrumentalia, & non principalia, quia accidens non natura, sed secundum naturam. Ista autem particula per se, ponitur ad differentiam rerum artificialium, quæ mouentur a principio intrinseco, quod quidem principium non est in eis per se, sed per accidens, quoniam principium motus deorsum non est in scanno secundum, quod scannum, sed secundum, quod est lapideum vel ligneum, vnde nisi illa particula per se poneretur, sequeretur, quod res artificiales, vt scannum per se, & secundum, quod huiusmodi mouerentur deorsum, quoniam tum scannum mouetur deorsum natura non est secundum accidens primum principium illius motus: sed, quia est primum principium motus eius in quo est per accidens, ideo res artificiales, secundum, quod huiusmodi non mouentur naturaliter, & hæc secunda expositio iudicio meo est melior, scilicet, per primum intelligendo principale. Viso igitur intellectu diffinitionis naturæ, nunc tertio soluenda sunt quædam dubia circa dictam diffinitionem. Et primo dubitatur quare Phylosophus dicit principium, & causa, videtur enim, quòd non sit bene dictum, quia principium, & causa idem sunt, igitur posito vno, superfluum est ponere reliquum. Secundo videtur, quod natura non sit principium motus, & quietis, &c. quia motus, & quies sunt opposita, & idem idem non est per se principium oppositorum, vt patet quarto meta. Tertio videtur, quod in diffinitione sit nugatio, quia primum includit per se, & per se includit non per accidens, ergo, posito vno illorum est nugatio ponere alterum. Quarto potest argui contra totam diffinitionem per hoc, quia illa diffinitio non videtur competere omni naturæ, quoniam cælum mouetur naturaliter, & natura qua cælum mouetur non est principium motus, & quietis: quia cælum nunquam quiescit, & similiter tota terra habet naturam, quæ non est principium motus, & quietis, sed quietis tantum. Quinto aliquis posset arguere sic, illa diffinitio non est bona, quæ competit aliis a diffinito, sed hæc diffinitio est huiusmodi, ergo. Probo minorem, quoniam illud principium a quo animal mouetur motu progressiuo est non secundum accidens primū principium motus eius in quo est per se: & tamen non est natura, quia si esset natura, tunc sequeretur, quòd motus progressiuus animalis esset naturalis, & per consequens intenderetur in fine, quod est falsum. Pro his igitur rationibus est intelligendum, quod si illa diffinitio debeat competere omni naturæ, oportet, quod hæc coniunctio, & exponatur disiunctiue, & non copulatiue, ita, quòd sit sensus, natura est primum principium, vel causa motus, vel quietis eius in quo est primum per se, & non secundum accidens, vnde si teneatur copulatiue, non competit omni naturæ, vt argutum est. Vnde intelligendum est, quod quædam sunt quæ semper mouentur, vt corpora cælestia, & in illis natura est principium motus tantum, & quædam sunt, quæ nunquam mouentur motu locali, vt tota terra, & in illa est principium quietis tantum, & quædam sunt, quæ quandoque mouentur, & quandoque quiescūt, & in illis natura quandoque est principium motus, & quandoque quietis, & ideo illa diffinitio intellecta copulatiue non competit omni naturæ, sed si intelligatur disiunctiue sic competit omni naturæ. Ad primum igitur argumentum dico, quòd quia in quibusdam respectu aliquorum motuum natura est principium actiuum, & in quibusdam natura respectu aliquorum motuum est principium passiuum, ideo ponuntur ambo illa, scilicet, principium, & causa, vt per principium intelligatur principium actiuum, & per causam principium passiuum, quare debent accipi sub disiunctione, vt dictum est. Ad secundum dico, quod duplex est quies, scilicet, quies in termino a quo, & quies in termino ad quem, quies in termino a quo contrariatur motui, sed quies in termino ad quem non contrariatur motui, sed magis est perfectio motus, vt patet quinto huius. Dico igitur, quòd quies posita in diffinitione naturæ est quies, quæ est in termino ad quem motus naturalis, & illa non contrariatur motui. Ad tertium dico, quòd illæ particulæ primum per se non secundum accidens non referuntur ad idem, vt dictum est superius, ideo non est nugatio. Ad quartum dicendum, quod natura a qua mouetur cælum est principium motus tantum, & tota diffinitio intellecta sub disiunctione competit illi naturæ. Et si dicatur, quod cælum non mouetur a principio intrinseco, sed a motore extrinseco, & per consequens si diffinitio esset bona motus cæli nō esset naturalis, & etiam si esset naturalis intenderetur in fine. Dicendum, quod motus cæli est naturalis distinguendo naturale contra violentum, & non distinguendo contra voluntarium. Et quando dicitur, quòd non mouetur a principio intrinseco dicitur, quòd mouetur a principio passiuo per se, & hoc sufficit ad hoc, quòd motus sit naturalis, nec propter hoc oportet, quòd motus cæli intendatur in fine, nec est verum, quòd omnis motus naturalis intendatur in fine, sed bene omnis motus naturalis corporum elementatorum, vel motus, qui est ab elemento intenditur in fine cuiusmodi non est motus cæli. Ad quintum dicendum, quòd motus progressiuus animalis non est simpliciter naturalis, est tamen naturalis animali. Pro quo est sciendum, quod motus deorsum est proprius motus corporis: & motus proprius animæ est motus circularis, vt patet per Commen. in de substātia orbis, & ideo proprius motus totius animalis est quasi compositus ex motu deorsum, & motu circulari. Vnde motus progressiuus est quasi mediū inter motum circularem, & motum deorsum, sicut enim animal componitur ex corpore, & anima, ita proprius motus animalis componitur ex motu corporis, & animæ, concedo igitur, quod motus progressiuus animalis est naturalis. Et cum dicitur, quòd tunc intenderetur in fine, dico, quod non sequitur, quia non omnis motus naturalis intenditur in fine, sed ille, qui est elementi, vel ab elemento, vnde motus animalis naturalis inquantum est animal remittitur in fine, quia animal fatigatur in mouendo, & causa fatigationis animalis secundum Commen. est, quia motus corporis cōtrariatur motui animæ, vt ipse vult secundo cæli, & in libro de substantia orbis.

Primum. Secundū. Tertium. Quartū. Quintū. Ad primū. Ad secundum. Ad tertiū. Ad quartum. Ad quintum.

Naturam autem habent quæcunque tale principium habent, atque hæc omnia subiecta sunt. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est semper natura.

Naturam autem habent quæcunque huiusmodi habent principium, & sunt hæc omnia subiecta. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est natura semper. Tex. cō. 4.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit, quid est habens naturam. Et duo facit, quia primo concludit diffinitionem habentis naturam, secundo narrat in quo prædicamento sunt natura, & habens naturam. Dicit igitur Phylosophus primo, quod naturam habent quæcunque habent principium huiusmodi, scilicet motus, & quietis, &c. Et hæc est secunda conclusio huius libri secundum Linconiensem, videlicet, quod habens naturam est illud, quod non secundum accidens habet in seipso primum principium motus, & quietis. Hæc conclusio probatur per diffinitionem naturæ sic: natura est non secundum accidens primum principium motus, & quietis: ergo habens naturam est illud, quod non secundum accidens habet in se principium, motus, & quietis, consequentia tenet per locum a diffinitione ad diffinitum. Hoc habito narrat Phylosophus, quòd hæc omnia, scilicet, natura, & habens naturam sunt substantiæ, quoniam natura, vel est subiectum, vt natura, quæ est materia, vel est in subiecto, vt natura quæ est forma, & vtraque est substantia. Intelligendum tamen, quòd si per subiectum intelligatur subiectum informatum forma substantiali, sic non est vniuersaliter verum, quod natura est subiectum, vel in subiecto, quia natura, quæ est principium motus corporis cælestis, nec est subiectum formæ substantialis. Secunda conclusio huius lib.

lis, nec est in subiecto, quia corpus cæleste est substantia simplex non composita ex diuersis naturis secundum Commen. Intelligendo tamen per subiectum, subiectum motus, sic est verum, quod natura, quæ est principium motus cæli est subiectum ens in actu, est enim quædam forma in se simplex corpore. & est subiectum motus. Sed dubium est an corpus cæleste debeat dici natura, vel habens naturam. Ad hoc dico, quòd propriè loquendo non est habens naturam cum non sit compositum ex diuersis naturis, sed magis propriè dicitur natura quam habens naturam. Intelligendum autem, quòd quamuis natura, & habens naturam principaliter dicantur de substãtia, tamē dicuntur secundario de accidentibus, quoniam accidentia, vt grauitas, & leuitas sunt naturæ cum sint principia motus, & quietis. Vnde notanda sunt hic tria dicta Commen. quorum primum est, quod hoc, scilicet, natura quæ est forma est substãtia: est concedendum a naturali, & accipiendũ a Phylosopho, & vniuersaliter considerare de substãtia non est proprium huic scientiæ, propter hoc, quia substãtia, & accidēs sunt differentiæ entis, secundum, quod ens est. Et Commen. accipit hic differentias large pro per se inferioribus, quoniam ens eo communi non habet propias differentias propriè dictas, tamen habet per se inferiora. Et, quod dicitur, scilicet, quòd huic scientiæ non est proprium considerare de substãtia, illud est intelligendum de substãtia in generali. sed tamen de substantia transmutabili est propium huic scientiæ considerare. Secundo notandum est, quod illic, idest, in metaphysica, apparet, quòd materia est substãtia in potentia, & forma est illa per quam est substantia in actu. Vnde illæ propositiones, materia est in potentia, forma est illud, per quod compositũ est in actu non sunt propositiones physicę, sed metaphysicę. quia actus, & potentia sunt differentiæ entis. Tertium vero notabile sequitur ex hoc, & est, quod compositum est dignius habere hoc nomen substãtia, quam materia, quia compositum est in actu & materia in potentia, & forma est dignius habere hoc nomen substãtia quam compositum, quoniam per formã compositum inest actu, & causa rei dignior est causato. Et dicit Commenta. quòd omnes istæ propositiones sunt essentiales enti, & ideo ponendum est hoc in hac, idest, in sua positione. Sed dubium est, quia videtur, quòd compositum sit dignius habere hoc nomen substãtia, quam forma, quia compositum includit totam perfectionem formæ, & etiam perfectionem super additam, idest, perfectionem materiæ, & sic compositum includit plus de substãtia. Dicēdum, quòd aliquid esse dignius, vel magis ens alio potest dupliciter intelligi, scilicet, vel, quia maiorem perfectionem includit, vel, quia minorem perfectionem includit, primo modo compositum est dignius, & magis ens quam forma, sed secundo modo forma est magis ens quam compositum, quia forma non includit imperfectionem, & potentialitatem materiæ quam compositum includit. Vel potest dici, quòd forma est dignior, & magis ens quã compositum, quia est actualius ens, & hoc intellexit Commē. cum dixit, quod causa rei dignior est causato, idest, causa formalis est dignior, idest, actualior, & vniuersaliter causa inquantum causa est dignior causato, quamuis non oporteat causam esse simpliciter digniorem, quoniam nulla causa intrinseca est simpliciter dignior causato.

Primũ notandum, Idem primo met. c. 15. & 18 idē. 7. m. 5. & 9. & 39. idem. 12. m. primo 5. 6 c. Idē 6. m. c. 1. Idē 4. m. c. 1.

Secũdum notandũ; Tertium notandũ.

Idē 7. m. cap. 7. & 8. meta c. 7. Idem 2. de anima. c. 7

A

B

C

Secundum vero naturam sunt: & hæc ipsa, & etiam ea, quæ hisce per se competunt. Vt igni ferri sursum Hoc enim natura quidem non est, neq; habet naturam, sed competit, & est natura atq; secundum naturam.

D

Tex. cō. 5.

Secundum naturam autem sunt, & hæc, & quæcunque his insunt secundum se, vt igni ferri sursum, hoc enim natura quidem non est, neque habet naturam, sed a natura, & secundum naturam est.

Tertia cōclusio huius libri.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur quid est secundum naturam, & probatur, quod quæcunque secundum se insunt habenti naturam sunt secundum naturam. Et hæc est tertia conclusio huius libri quæ probatur sic, quæcunque secundum se insunt habenti naturam, vel sunt natura, vel sunt habentia naturam, vel secundum naturam, sed quæ secundum se insunt habenti naturam non sunt natura, nec habentia naturam, ergo, sunt secundum naturam. Huius rationis minor ponitur in litera.

A

Vnde sciendum, quòd tam habens naturam quam illud, quod per se inest habēti naturam est secundum naturam, vt innuit Phylosophus in textu, & sic habens naturam est inferius quã ens secundum naturam & sic esset hic distinguendum de hoc quod est esse secundum naturam, quia vno modo esse secundum naturam est idem, quod esse secundum cursum naturalem, & isto modo tam habens naturam, quam proprietas habentis naturam est secundum naturam. Alio modo per secundum naturam potest intelligi sola proprietas, quæ naturaliter inest habenti naturam, & isto modo habens naturam non est secundum naturam.

Dictum est igitur, quid est natura, & quid id quod natura, atque secundum naturam est.

Quid quidem igitur, natura sic dictum est, & quid a natura, & quid secundum naturam. Tex. cō. 6.

B

HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus recapitulat declarata dicens, quod dictum est, quid est natura, & quid est a natura, & quid est secundum naturam.

Eniti autem naturam esse ostendere, ridiculum est. Patet enim tales esse rerum complures. Ostendere vero ea, quæ manifesta sunt, per ea quæ non sunt manifesta: hominis est profecto, qui nequid id, quod est per se notum, & id, quod non est per se notum discernere. Atque id fieri posse non est obscurũ. Ratiocinabitur enim de coloribus, quispiã ortus cęcus? Quare necesse est tales homines de nominibus loqui nihil autem intelligere.

Quod autem est natura tentare demonstrare ridiculum est. Manifestum enim est, quod huiusmodi rerum sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est propter ipsum, & nō propter ipsum cognitum. Quod autē contingat hoc pati nō immanifestũ est. Syllogizet enim aliquis cum natus sit cæcus de coloribus, quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem: nihil autem intelligere.

Consimile. 8. phy. t. ca. 22. & 26. Idem 4. m. 9.

C

HÆc est sexta pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod naturam esse est per se manifestum sic, quod non debeat demonstrari in aliqua scientia. Et hæc est quarta conclusio huius libri, scilicet, quod naturam esse non potest demonstrari quod sic est intelligendum, quod naturam esse non potest demonstrari tanquam aliquid ignotum, vel de difficili cognoscibile. Conclusio igitur, secundum hunc intellectum probatur sic. Illud, quod est per se manifestum modo prædicto non potest demonstrari, sed naturam esse est per se manifestum, ergo. Huius rationis primo ponitur probatio minoris, quæ est illa, manifestum est per se, quod multa, vel plura entia habent in se principia quibus mouentur, & quiescunt ex se, & sic manifestum est, quod huiusmodi principium est, & sic, quod natura est. Vnde Commenta. dicit, quod Phylosophus cum dixit, quod manifestum est, quòd plura entia habent in se principia, quibus mouentur, & quiescunt, dicit plura, quia dubium est de aliquibus vtrum moueãtur a se, aut a causa extrinseca, & forte innuit per hoc, quod existimauit, quod motor in quibusdam rebus est ipsum motum, sed ista, sicut diximus non est dubium, quod mouentur ex se, & vniuersaliter non est dubium, quod sunt plura huiusmodi naturalia, & si non omnia. Deinde Phylosophus cum dicit. [Demonstrare autem] reprehendit volentes demonstrare, & illud tentantes, quod est per se manifestum. Et per hoc confirmatur maior, & dicit, quod demonstrare manifestum per immanifestum est non potentis iudicare, quid est per se ipsum cognitum, & quid non est per seipsum cognitum, & dicit Cōmen. quod iste modus est hominũ, qui nunquã possunt addiscere phylosophiã. nam dicit Com quod nihil est manifestius illo, quod est manifestum per se, quod intelligendum est, quod nihil est manifestius illo, quod est manifestum per se propriissime loquendo, vt videbitur. Quod autem contingit hoc pati, scili

Quarta cōclusio huius libri.

D

Vide 4. me. c. 8.

cet, non posse discernere inter per se notum, & non per se notum non est immanifestum: immo manifestum, quoniam aliquis cum sit natus cæcus syllogizabit de coloribus, sed manifestum est, quod talis non potest iudicare quid est per se notum de coloribus, & quid non, quare est necesse talem solum habere rationem de nominibus nihil autem intelligere. Notandum secundum Commen. hic quod iste, qui est cæcus oculo, vel corde, nihil comprehendit, nisi verba, cum vtrque careat virtute, qua potest comprehendere illud, quod intendit declarare ratione. Cæcus enim, quia caret visu impossibile est comprehendere ipsum colores, & ille qui diminuitur in natura caret virtute intellectus naturalis, quare impossibile est ipsum comprehendere primas propositiones: hæc Comment. Notandum est hic, quod quamuis naturam esse sit per se notum, non tamen est ita per se notum, sicut primum principium complexum, scilicet, de quolibet dicitur esse, vel non esse. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod aliquid dicitur esse per se notum tripliciter, scilicet, communiter, proprie, & maxime proprie. Illud dicitur esse per se notum communiter, quod ad sui notitiam non indiget perceptibiliter aliquo magis noto propter quod fiat notum, & isto modo omne illud est per se notum cui intellectus statim assentit absque argumento, vel discursu perceptibili, & hoc siue illud sit notum per sensum, siue per experientiam, aut discursum perceptibilem, siue etiam sit notum ex terminis, & isto modo niuem esse albam est per se notum, & etiam omne totum esse maius sua parte est hoc modo notum per se, & vniuersaliter omne, quod est notum, absque labore, vel studio est hoc modo per se notum. Sed proprie loquendo illud est per se notum, quod est notum ex terminis, & hoc siue sit notum ex terminis, absque argumento, siue sit ex terminis cum argumento facto tempore imperceptibili, & isto modo omne totum esse maius sua parte est per se notum, quia est notum ex terminis, & cum argumento facto in tempore imperceptibili, quia cognito quid significatur per totum, & quid per partem, vt cognoscendo, quod totum est illud, quod continet partem, & amplius, & quod pars est quæ cum alio constituit totum, intellectus imperceptibiliter facit talem discursum, omne continens partem, & amplius est maius parte, sed omne totum est huiusmodi, ergo, & isto etiam modo est primum principium complexum cognitum per se. Sed propriissime illud dicitur esse per se notum, quod est notum ex sola notitia terminorum absque omni discursu, siue perceptibili, vel imperceptibili, & isto modo primum principium complexum est per se notum, scilicet, de quolibet est affirmatio, vel negatio, &c. Vnde ista tria se habent secundum ordinem, quia omne, quod est propriissime per se notum est etiam proprie per se notum, & omne, quod est proprie per se notum, est etiam per se notum communiter loquendo. Vel in alijs verbis potest dici, quod aliquid dicitur per se notum tripliciter, scilicet, vel per sensum, & experientiam, & sic niuem esse albam est per se notum, & etiam quod calor est calefactiuus. Secundo dicitur aliquid per se notum, quod est notum per rationem imperceptibilem, & sic quod omne totum sit maius sua parte est per se notum. Tertio modo, illud est per se notum, quod est notum ex terminis, vel ex sola notitia terminorum, & isto modo primum principium complexum est per se notum, vnde illud quod est per se notum primo, vel secundo modo bene potest demonstrari cum habeat propositiones priores, sed tamen non oportet tale per se notum demonstrare, cum intellectus ei assentiat absque omni demonstratione perceptibili. Et si quæratur quomodo est per se notum naturam esse, dico, quod non est per se notum propriissime loquendo, sed est per se notum communiter, vel proprie loquendo de per se noto, quia vel est notum per experientiam, vel per discursum imperceptibilem, quoniam cognitio quid significatur nomine naturæ, scilicet, quod isto nomine significatur principium motus, &c. intellectus sic imperceptibiliter arguit. Omne quod aliquando est in aliquo per se, & primo, & aliquando non est in illo per se, & primo habet principium a quo est in illo in quo est per se, & primo, sed motus, & quies sunt huiusmodi; ergo principium motus, & quietis in illo a quo sunt per se, & primo est, & per consequens natura est, illum discursum, vel consimilem facit intellectus, & hoc imperceptibiliter, & omne tale per se notum potest demonstrari, quamuis non oportet ipsum demonstrare, nec eius demonstrationem in processu scientifico ponere, cum intellectus ei assentiat absque omni demonstra-

Notabile.

Vide secūdo met. t. c. 15.

Notabile.

A tione. Et si dicas, quod Phylosophus dicit, quod ridiculum est demonstrare naturam esse, quod non esset si naturam esse posset demonstrari. Dicendum, quod dicit Phylosophus non absolute, quod ridiculum est demonstrare naturam esse, sed dicit, quod tentare demonstrare naturam esse est ridiculum: & hoc est verum, quoniam nullus debet tentare demonstrare aliquid, nisi illa notitia sit de difficili, & laboriose acquirenda, qui enim tentat aliquid facere reputat illud difficile, & laboriosum ad faciendum, & quia non est difficile scire naturam esse, immo facile, quia per discursum imperceptibilem, ideo tentare demonstrare naturam esse est ridiculum, quia hoc est facere difficultatem circa illud, quod non est difficile. Vel potest dici, quod demonstrare naturam esse tanquam aliquid ignotum est ridiculum, cum naturam esse sit permanifestum, ita quod est per se notum imperceptibiliter sine omni perscrutatione laboriosa. Similiter in processu scientifico non debet poni demonstratio probans naturam esse, quia naturam esse est statim manifestum: & in processu scientifico non debet poni demonstratio probans aliquid quod statim, & faciliter est notum, & ideo demonstrare naturam esse, hoc est ponere in scientia

B tradenda communitati demonstrationem probantem naturam esse est ridiculum, quoniam si in processu scientifico poneretur demonstratio cuiuslibet, quod potest demonstrari esset in tali processu nimia, & intolerabilis prolixitas, & ideo solum debent in scientia, seu in libro scientifico poni demonstrationes illorum, quæ non sunt statim, vel faciliter nota. Ex his apparet, quod non sunt idem, scilicet, esse per se verum, & esse per se notum, quia multa sunt per se vera, quæ non sunt per se nota, nec sunt idem esse immediatum, & esse per se notum, quia multa sunt per immediata, quæ non sunt per se nota aliquo trium modorum prædictorum, multa etiam sunt per se nota, quæ non sunt immediata, sed mediata, & demonstrabilia a priori. Intelligendum est, quod hoc nomen natura non imponitur rei absolutæ, sed imponitur rei secundum, quod est principium motus, & sic non est nomen absolutum, sed relatiuum, significat enim substantiam, vt est principium motus, sicut hoc nomen anima imponitur ipsi animæ, quod regit corpora, & refertur ad illa secūdum, quod vult Auicen. 7. 6. naturalium, parte prima, capitulo primo, & quia principium motus esse est per se ma-

C nifestum eo modo quo dictum est, ideo naturam esse est per se manifestum, vnde quamuis illam substantiam esse, quæ est principium motus non sit nobis manifestum, tamen principium motus esse est nobis manifestum, naturalis tamen potest, & debet probare illud esse de quo dicitur natura, quia probat naturam esse, non tamen probat, nec probare debet illud esse secundum, quod significatur hoc nomine natura, nec oportet, quod si naturalis probat materiam esse, quod propter hoc possit, aut debeat probare esse naturam, quia naturam esse est consequens ad materiam esse, nunc vero consequens potest esse manifestum, quamuis antecedens sit dubium, vt patet manifeste.

DE QVIBVS DICITVR NATVRA.

Tractatus primi. Cap. II.

D 

Atura autem substantiamque eorum, quæ sunt natura id quibusdam esse videtur, quod primum cuilibet inest: informe per se. Veluti lecticæ quidem natura: statuæ autem æs. Cuius hoc signum Antiphon esse dicebat. Nam si quispiam lecticam obruerit humo: vimque putredo acceperit, vt germen emittat: non lectica, sed lignum inde emerget, atque pullulabit. Proptereaq; dispositio quidem quæ lege, atque arte conficitur, per accidens est. Substantia vero est illa quæ, & continuæ

dispositiones hasce suscipiens permanet. Quod si A
cuilibet etiam istorum ad aliud quippiã hoc idẽ accidit, vt æri quidem, auroque ad aquam, ossibus autem, atque lignis ad terram, certisque similiter, patet illa naturam ipsorum, atque substantiam esse.

Videtur autem natura, & subiecta eorum, quæ natura sunt, quod primum inest vnicuique non formatũ per
Tex. cõ. 7. *seipsum, vt lectuli natura lignum, statuę autem æs. Signum autem dicit Antiphon, quoniam si aliquis proiecerit lectum deorsum, & accipiat potentiam putrescẽs, vt utique sit germen, non vtique fieri lectum, sed lignũ, tanquam dicat quod secundum accidens esse dispositionem secundum legem, & artem, substantiam autem illã, quę permanet hoc patiens continue. Si autem, et horum* B
vnumquodq; ad alterum aliquid idem hoc substinuit, ut
Tex. cõ. 8. *æs quidem, & aurum ad aquam, ossa autem, & ligna ad terram, similiter autem, & aliorum quodlibet illam naturam esse, & substantiam ipsorum*



Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo declaratur de quibus dicitur natura, & continet tres partes principales, quoniam in prima parte declaratur, quod materia est natura. In secunda ibi. [Alio autem modo] declaratur, q forma est natura. In tertia ibi. [Sed forma, & natura] narratur quot modis natura dicitur de forma. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus probat, q materia est natura. Et hæc est quinta conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. Primo ex testimonio antiphontis. Secundo vero ibi. [Vnde sane hi quidem] probatur eadem conclusio ex testimonio omnium Phylosophorum. Primo igitur Phylosophus
Quinta concl. huius libri.
proponit, quod intendit probare, d. q illud quod inest primo vnicuique non formatum per seipsum videtur esse natura, & substãtia eorum, quæ sunt a natura, & quia materia est huiusmodi, ideo videtur, quod materia est natura, & substantia rerũ naturaliũ, sicut natura lectuli est lignũ, & natura statuæ est æs. inde cum dicitur [Signum autem] Phylosophus probat conclusionem per rationem Antiphontis sic. Sicut se habet materia rerum artificialium ad res artificiales, ita se habet materia rerum naturalium ad res naturales, sed materia rerum artificialium est tota natura, & substantia rerum artificialium, & forma rerum artificialium non est natura, nec substantia earum, sed accidens, ergo, materia rerum naturalium est tota natura, & substantia rerum naturalium, & formæ rerum naturaliũ non sunt naturæ nec substantiæ earum. ergo. Huius rationis Phylosophus ponit primo probationem minoris. secũdo ibi [si autem, & horum] ponit maiorem. Tertio ibi. [illam naturam &c.] concludit conclusionem. Primo igitur probatur minor sic. Illud, quod permanet, & generat sibi simile videtur esse substantia & natura rei & illud, quod non permanet nec generat sibi simile, non videtur esse substãtia, nec natura rei, sed materia rerum artificialium permanet, & generat sibi simile, & forma non: ergo materia rerum artificialium est substãtia, & natura earum, & nõ forma. Maior prosyllogismi probatur, quoniam si lectulus ligneus proijciatur in terram, & putrescens accipiat virtutem germinandi lignum, quòd est materia, & non lectulus, quod est forma, tanquam dicat Antiphõ secundum legem, & artem, hoc est secundum legem artis dispositionem, i. formam esse ens secundum accidens, hoc est accidens, & substantiam entitatem illam, quæ permanet, hoc est patiens continue, i. continuo manẽs, & patiens transmutationem. Deinde ponitur maior rationis principalis dicẽs si autẽ horum vnumquodque, idest, vnumquodque rerum naturalium, hoc idem substinuit ad aliquid alterũ, scilicet, ad primã materiam, quia vnumquodque compositum naturale se habet ad materiam, sicut statua se habet ad æs, & lectulus ad lignum, verbi gratia. Æs & aurum, quæ sunt res naturales se habent ad aquam, quæ est materia eorum, & ossa, & ligna ad terram, quæ est materia eorum, & similiter de alijs rebus artificialibus, sicut statua ad æs, & lectulus ad lignum. Et sic apparet maior principalis rationis, scilicet, quod sicut se habent C D

A materiæ rerum artificialium ad res artificiales, ita se habet materia rerum naturalium ad res naturales. Tertio vero cum dicitur illam naturam esse infert conclusionem dicens, quod illam, scilicet, materiam oportet esse naturam, & substantiam ipsarum, scilicet, rerum naturalium. Notanda sunt hic tria. Primo quod Phylosophus non intendit probare suam conclusionem per istam rationem tanquam per rationem verã, sed magis intendit probare suam intentionem per solam Antiphontis auctoritatem. Secũdo est notandum, quod ratio Primo notan.
Antiphontis probat duo. Primo quod materia rerum naturalium est natura. Secundo quod forma non est natura, quorũ primum est verum. Secundum est falsum, nec intendit Phylosophus ex illa auctoritate Antiphontis accipere, nisi primũ, scilicet, quod materia est natura, & bene probat ratio Antiphontis, quod materia est substantia, & natura, quia illud, qđ Secũdum notandũ.
permanet in transmutatione substantiali deferens transmutationem necessario est substantia, & natura, sed ratio eius de forma intendens concludere, quod forma non est natura non concludit: quia non sequitur, forma non permanet, sed corrumpitur, ergo forma non est natura, quoniam illud est natura rei, ad cuius corruptionem ipsa res corrumpitur, sed huiusmodi est forma. Tertio est notandum, quod maior rationis Antiphontis est falsa, si intelligatur vniuersaliter, B
scilicet, quod non omnino, sicut se habet materia rerum artificialium ad res artificiales, ita se habeat materia rerum naturalium ad res naturales, quia in artificialibus materia est tota substantia, & formæ sunt accidentia, sed in naturalibus forma est magis substantia, quam materia. Tertium notandũ.

Quapropter quidam terram, quidam aquam, quidam horum aliqua, quidam hæc omnia eorũ, quæ sunt naturã esse dixerunt. Quod enim quisque tale esse putauit siue vnum, siue plura, id totque vniuersam substantiam esse dicit. Cętera vero cuncta affectus horum habitus, ac dispositiones.

Vnde sane hi quidem terram, alij vero ignem, alij aerem dicunt, quidam autem aquã, quidam vero quædam Tex. cõ. 9.
C *horum. Sed alij omnia hæc naturam esse eorum, quę sunt. Quot enim aliquis acceperit ipsorum huiusmodi, siue vnum, siue multa, hoc & tanta dicit esse omnem substãtiam: alia autem omnia passiones istorum, & habitus, & dispositiones.*

Secundo probatur quod materia est natura per testimonium omnium antiquorum Phylosophorum, nam omnes antiqui naturales posuerunt materiam esse substantiam, & naturam rerum naturalium, & hoc tam illi, qui posuerunt vnum principium materiale, quam illi, qui posuerunt plura principia materialia, quia illi, qui posuerunt terrã esse materiã omnium rerum, dixerunt terram esse naturam omnium rerum. Et similiter illi, qui dixerunt ignem, vel aliquod aliud elementum esse materiam omnium entium. siue posuerunt vnum elementum esse materiam, siue plura, dicunt illud elementum, seu illa elementa esse naturam omnium, & omnia alia quæ existunt in illa natura dicunt esse passiones, & accidẽtia, & sic sententia eorum in natura entium sequitur sententia eorum in materia.
D

Et horum quidem quoduis perpetuũ esse. Nõ enim ex sese mutationem competere: cætera autem infinities fieri, atque corrũpi. Vno igitur modo natura sic dicitur: prima cuique subiecta materies eorum quæ motus in se, mutationisque principium habent.

Et horum quidem quodlibet esse perpetuum. Non. n. esse mutationem ipsius ex seipsis. Alia autem fieri, & corrumpi infinities. Vno quidem modo natura sic dicitur prima vnicuique subiecta materia habentium in seipsis motus principium, & mutationis. Tex. cõ. 12.

Vnde

VNde motiuum propter quod posuerunt materiam esse naturam omnium entium fuit, quia omnes antiqui cōueniunt in hoc, ꝙ necesse est materiam rerum naturalium esse perpetuam, & non transmutabilem ex se, quia materia prima ex se non habet subiectum. alia vero, quæ sunt in materia dixerunt infinities generari, & corrumpi, quia igitur crediderunt, ꝙ natura rei debet esse permanens non transmutabilis, & inuenerunt materiam esse talem, crediderunt solam materiam esse naturam entis. Sic igitur patet, ꝙ natura dicitur vno modo materia prima subiecta vnicuique habentiū in seipsis principium motus, & mutationis. Vnde Commen. dicit, ꝙ ista materia, quæ est natura est materia prima, quia materia non prima est composita ex materia, & forma, quia vnūquodque entium habēs principium motus proprium necesse est ipsum habere subiectum proprium præter subiectū commune, sed ista non est materia prima, sed compositū, est igitur habens naturam, & non est natura. Sed circa illud dictum Com. videlicet, vnūquodque entium, supple, naturalium, qd' habet principium motus necesse est ipsum habere subiectum proprium præter subiectum commune: est intelligendum, ꝙ per subiectum proprium, siue per materiam propinquam, qd' idem est, possumus duo intelligere, videlicet, compositum ex materia prima, & aliqua forma substantiali, vel compositum ex materia prima, & dispositionibus accidentalibus proprijs formæ, si per materiam propinquam intelligitur compositum ex materia, & forma substantiali, hoc potest adhuc dupliciter intelligi, vno modo ꝙ sit materia manens in genito, & talis materia propinqua non est, nisi in composito habente plures formas substantiales, & isto modo carnes, & ossa sunt materia propinqua hominis, ponendo in homine plures formas substantiales, alio modo potest intelligi, ꝙ sit materia propinqua non manens, & hæc dicitur, materia alterationis, & sic panis est materia propinqua sanguinis, & vinum aceti, & talem materiam propinquam, scilicet, compositum ex materia, & formam substantiali, quæ materia non manet, sed corrumpitur, habet vnumquodque corpus naturale, siue habeat plures formas substantiales, siue vnam tantum, si vero per materiā propinquam intelligitur compositum ex materia prima, & dispositionibus accidētalibus proprijs formæ, sic quodlibet corpus naturale habet subiectum proprium præter subiectum commune, & hoc intelligit Commen. hic, vt mihi videtur.

Cōsimile 3. phy. c. 1. Idem sup. c. præcedēti.

C Alio vero modo ipsa forma, & species quę rationi accomodatur. Nam vt ars dicitur, quod secundum artē extructum est, atque artificiosum: sic & natura dicitur, quod est secundum naturam, & naturale. Atque neque illud habere quicquam secundum artem. Vt artem esse dicimus si lectica potentia tantum est, nōdum autem habet formam lecticæ. Neque in hisce quæ constant natura. Quod.n. est potentia caro, vel os, id nondum habet suā naturam, antequam accipiat formam, quæ ad rationem accommodatur, quam assignantes quid est os dicimus, aut caro, neque constat natura.

Tex. c. 11. *Alio autem modo forma, & species, quę est secundū rationem. Sicut enim ars dicitur, quod est secundum artem, & artificiosum, sic & natura, quod secundum naturam dicitur, & quod naturale.* D *Neq; autem illud adhuc dicimus habere secundum artem nihil, si potentia tantū est, vt lectulus. Nondum enim habet speciem lectuli, neque esse secundum artem, neque in his, quæ natura subsistunt, potentia enim caro, aut os, neq; habet adhuc suiipsius naturam, priusquam accipiat speciem secundum rationem, quam diffinientes dicimus, quid est caro, aut os, neque natura est.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur, ꝙ forma est natura, & continet tres particulas secundum numerum trium rationum quas adducit ad probandum propositum suum. Secunda ibi [Amplius fit ex homine.] Tertia ibi. [Amplius autem natura.] Primo igitur Phylosophus narrat intentionē suam dicēs, ꝙ alio mo- A do de forma, & specie, quæ est secundum rationem, hoc est secundum diffinitionē dicitur natura. Deinde cum dicit [Sicut enim ars.] Ponit primam rationem probante propositum, circa quam ista faciat, quia primo probat, ꝙ forma est natura. Secundo concludit, ꝙ forma est aliter natura ꝗ materia. Tertio vero probat, ꝙ forma est magis natura, quam materia. Primo igitur Phylosophus probat, ꝙ forma est natura. Et hæc est sexta cōclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud est natura a quo res dicitur naturalis in actu, sed a forma res dicitur naturalis in actu, ergo forma est natura. Maior huius rationis est manifesta, & minor probatur in litera, & hoc sic. Sicut ars se habet ad illud, quod est secundum artem: ita natura se habet ad illud quod est ſm naturam. Et addit Commentator dicēs, ꝙ sicut quidditas artificij est in arte, ita quidditas naturæ est in natura, sed non dicimus aliquam rem esse artificialem, vel ſm artem in actu, si solum sit in potentia ad formam artis, verbi gratia. Illud.n. quod est solum in potentia ad formam lectuli habens formam lectuli, non dicitur esse lectulus: nec dr̄ esse secūdum artē, ergo similiter, nec in his, quę sunt a natura dicimus aliquid esse naturale, vel secundum naturam, cum non habuerit formam naturalem in actu, sed solum in potentia. v. g. B Illud, quod est in potentia caro, aut os, nondum habens formā carnis, aut ossis nō dicitur esse caro, aut os, nec dicitur aliquid esse secundum naturam, antequam habeat formam, per quam respondetur ad quæstionem quærentem quid est.

Primo rō. Sexta cōc. huius lib.

Quare alio modo natura, forma, & species est corū, quæ in seipsis motus principium habēt, quæ quidem non est separabilis nisi ratione duntaxat. Id autem quod ex his est compositum, natura quidem non est, sed est, & constat natura, vt homo.

Tex. c. 12. *Quare alio modo natura vtiq; erit habentium in seipsis motus principium forma, & species non separabilis, sed aut secundum rationem. Quod autem est ex his natura quidem non est, sed a natura, vt homo.*

C SEcundo concludit ex dictis, quod forma alio modo est natura, quam materia. Et hæc est septima conclusio huius libri, quæ ex præcedentibus probatur sic: illa natura a qua res dicitur naturalis in actu alio modo est natura, quam illa a qua res non dicitur naturalis in actu, sed solum in potentia, sed a forma res naturalis dicitur in actu, & a materia non dicitur res naturalis in actu, sed solum in potentia, vt probatum est, ergo forma alio modo est natura, quam materia. Vnde subdit Phylosophus, quod forma, quæ est natura, non separabilis a materia secundum esse, vel in esse, sed solum secundum rationem, idest, secundum diffinitionem, non sic intelligendo, quod materia, & forma sint eadem res, & quod solum distinguuntur secundum diffinitionē, vt intelligunt quidam, & male, sed debet intelligi sic, quod tam materia, quam forma materialis nunquam separantur in esse, ita quod materia nunquam est sine forma materiali, nec econtra, sunt tamen diuersæ res, quia habent diuersas diffinitiones, & etiam quia vnum potest intelligi alio non intellecto, ideo ex hoc sequitur, quod sunt diuersæ res. Deinde narrat Phylosophus, quod illud, quod ex his est, i. ex materia, & forma, non est natura, sed est a natura, vel habens naturam. Notandum secundū D Commentatorem hic, quod materia differt a forma, sed nunquam denudatur a forma immediate, sed cū separatur ab vna forma induit aliam. Et hoc probat Commentator dicens sic, quoniam si denudaretur ab omnibus formis, s. materia prima, tunc quod non est in actu esset in actu. Ex quo loco potest accipi, quod materia prima nulla virtute potest esse sine omni forma, quia illud claudit contradictionem, vt dicit Commentator, scilicet, ꝙ illud quod non est in actu esset in actu. & certum est secundum Phylosophum, & Commentatorem quod bene sequitur, materia prima est sine omni forma substantiali, ergo quod non est in actu est in actu, intelligendo consequens sic, quod illud quod non est in actu formali, scilicet, quod non est forma, nec habens formam in se, esset in actu formali, hoc est esset forma, vel formam habens, nam Phylosophi ponunt, quod omne per se, & sensum existens, vel forma, vel formam habens. Si igitur materia prima existeret per se ipsa esset forma, vel formam habens, sed ipsa secundum se est denudata ab omni forma, ergo si ma...

Septima concl. huius libri.

Notabile. Idē 1. cę. c. 92. 8. m. c. 8. & c. 65. tertij phys.

ma existeret per se sequeretur, quod illud, quod nec est forma, nec habēs formam esset in actu formali, & sic debet intelligi illud consequens ad qđ deducit Comm. Veruntamen aliqui Theologi dicerent, quod materia prima virtute diuina potest esse sine forma, & sic negarent consequentiam Commen. hic.

Atque natura magis hæc est quam materies. Vnumquodque enim tum magis dicitur cum est actu quam cum potentia.

Et magis natura hoc est quam materia. Vnumquodque enim tunc dicitur cum endelechia sit, & magis quā cum potentia.

Octaua conclusio huius lib. TErtio probat Phylosophus quod forma est magis natura quam materia. Et hæc est octaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud est magis natura a quo res dicitur esse naturalis in actu quam illud a quo res dicitur naturalis solum in potentia, sed a forma dicitur res naturalis in actu, & materia res naturalis dicitur solum in potentia, ergo.

Præterea ex homine nascitur homo, sed nō e lectica lectica. Quapropter & inquiunt non figurā esse naturam, sed lignum, quia fieret si pullulabit nō lectica, sed lignū. Quod si ita est, & ipsa forma est profecto natura: fit enim ex homine homo.

Tex. c. 13. *Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. Unde dicunt non figuram esse naturam, sed lignū, quoniam fiet vtique si germinet non lectulus, sed lignū. Sic ergo hæc est ars, & forma est natura. Fit enim ex homine homo.*

Secunda ratio. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, quod forma est natura, quæ ratio est illa. Illud quod generat sibi simile est natura, sed forma rei naturalis generat sibi simile, ergo forma rei naturalis est natura. Et intellign. quod illud ratione cuius aliquid generat sibi simile est natura, quā forma non proprie, sed est illud ratione cuius compositum generat sibi simile. Huius rationis primo Phylosophus ponit minorem dicit, quod homo fit ex homine, id est, forma hominis generati fit ex forma hominis generantis, & si forma rei naturalis generat sibi simile, sed forma rei artificialis non generat sibi simile, quia lectulus non fit ex lectulo. Deinde ponit probationem maioris, quæ accipitur ex dictis antiphontis, & aliorum dicens. [Vnde dicunt &c.] Quæ probatio est hæc: figura artificialis, vt figura lecti, vel scamni non est natura secundum antiquos, sed lignum, quod est materia lecti est natura lecti, quia si lectus proijciatur in terram, & germinet fiet lignum, & non lectulus, si igitur est in arte, quod illud quod manet idem secundum speciem, & generat sibi simile sit natura rei artificialis, sequitur, quod eodem modo erit in natura, scilicet, quod illud quod manet idem secundum speciem generans sibi simile erit natura, huiusmodi autem est forma, quoniam homo fit ex homine, ergo, forma est natura. Notādum hic, quod

Notabile. sicut se habet materia in rebus artificialibus, ita se habet forma in rebus naturalibus, quoniam sicut materia rei artificialis est pars principalis eius, & tota substantia rei artificialis, cum forma eius sit accidens, ita forma rei naturalis est principalis pars eius, & idem nomen rei naturalis primo significat formam, & secundario materiam, & nomen rei artificialis, primo significat materiam, & secundario formam, vt vult Com-

Notabile. Secundo de anima. Tex. cō. 8. men, secundo de anima. Notandum etiam quod Commen. ponit hic causam, quare forma naturalis generat sibi simile, & forma artificialis non & est quia formæ artificiales sunt accidentia, & formæ naturales sunt substantiæ. Item dicit Commentator quod licet formæ artificiales sint accidentia in corporibus naturalibus, tamen constituunt res artificiales secundum quod sunt artificiales, sicut formæ naturales constituunt res naturales.

Insuper ea natura, quæ vt generatio dicitur via est ad naturam. Non enim vt medicatio nō ad me

A dicinam, sed ad sanitatem dicitur via, medicationem enim a medicina non ad medicinam esse necesse est: sic ad naturam sese habet natura. Sed id quod nascitur ex quodam ad quoddam (vt nascitur) proficiscitur. Ad quod igitur proficiscendo nascitur: Nempe non ad id ex quo fit profectio. Forma igitur est natura.

Amplius autem natura dicta, sicut generatio via est in naturam. Non enim quemadmodum medicatio dicitur non in medicinam via, sed in sanitatem. Necesse quidem enim est a medicina non in medicinam esse medicationem. Non sic autem natura se habet ad naturam, sed quod nascitur ex quodam in quoddam venit secundum quod nascitur. Quid igitur innascitur non ex quo, sed in quod. Forma itaque natura est. Tex. c. 14. Tex. c. 15.

B

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus duo facit. Quia primo ponit rationem probantem, quod forma est natura. Secundo ponit differentiam inter transmutationem naturaliū, & artificialium. Primo igitur probatur, quod forma est naturalium, & artificialium. Primo igitur probatur, quod forma est natura, & hoc sic. Generatio dicitur esse natura, quia est via in naturam, sed non est via, nisi in formam, ergo forma est natura. Vnde ex quo via ad formam est natura eo, quia est ad naturam, & non est nisi ad formam, sequitur quod forma est natura. Deinde cum dicit. [Non enim quemadmodum.] Hic Phylosophus ponit differentiam inter transmutationem artificialium, & naturalium, quæ differentia est illa, quoniam transmutatio in naturalibus denominatur ab eo, ad quod est transmutatio, idest, a termino ad quem est, vt transmutatio ad calorem denominatur a calore, & dicitur calefactio, sed in quibusdam artificialibus trāsmutatio denominatur ab agente a quo est trāsmutatio, vt medicatio habet nomen a medicina, cum tamen non sit in medicinam, sed medicina. Vnde in naturalibus nomen motus frequenter deriuatur a nomine termini ad quem est, sed in artificialibus nomē motus frequentet deriuatur a nomine agentis, vel principij agendi. Vnde Commen. dicit, & causa in hoc est, quia transmutatio in eis, idest, in artificialibus est de genere eius, ex quo est transmutatio magis, quam de genere eius, ad quod est trāsmutatio, aut ipsam esse de genere eius, ex quo fit transmutatio, est famosius, quam ipsam esse de genere eius ad quod est transmutatio. Intelligendum quod tam in naturalibus, quam in artificialibus potest transmutatio habere nomen ex termino ad quem est, verbi gratia, in naturalibus calefactio habet nomen a calore ad quem est, & in artificialibus, vt transmutatio facta a medico habet nomen a sanitate ad quam est, & dicitur sanatio, & transmutatio ædificatoris, dicitur domificatio. Vnde eadem transmutatio in artificialibus habet nomen ab agente, & a termino ad quem est, quoniam eadem transmutatio, quæ est in comparatione ad artem medicinæ dicitur medicatio in comparatione ad sanitatem dicitur sanatio. Veruntamen transmutatio tam in naturalibus, quam in artificialibus est de genere termini ad quem est secundum veritatem, licet in artificialibus sit famosum, quod transmutatio sit de genere eius, a quo est transmutatio, & propter hoc habet nomen ab eo a quo est, vnde ista est differentia inter transmutationem rerum naturalium & artificialium, quia transmutatio artificialium habet nominationem ab agente a quo est. Et huius ratio est, quia famosum est, quod sit de genere illius a quo est, cum hoc tamen stat, quod habeat nomen ab eo ad quod est, sed in naturalibus transmutatio non habet nomen, a quo est, sed solum ab eo ad quod est, nisi ita sit, quod illud agens a quo est sit eiusdem naturæ cum termino ad quem est. Vnde Commen. dicit hic, quod in naturalibus transmutatio est de genere eius, ad quod est transmutatio, sed in artificialibus transmutatio est de genere eius, ex quo est transmutatio magis, quam de genere eius ad quod est transmutatio, sed differunt secundum magis, & minus, & ex hac differentia inter transmutationem naturalium, & transmutationem artificialium potest probari, quod forma est natura, & hoc sic. In naturalibus nomē transmutationis denominatur a nomine formæ, ad quā est transmutatio, sed nasci quod est nomē transmu-

Tertia rō.

Differ. inter transmutationem artificialium & naturaliū.

C

D

trāsmutationis naturalis deriuatur ab hoc nomine natura, q° est nomen naturæ, ergo forma est natura. Vnde potest sic argui, nasci deriuatur a nomine naturæ, & nō denominatur, nisi a nomine formæ ad quam est, ergo forma est natura.

Forma autem, atque natura dupliciter dicitur, ipsa namque priuatio forma quodammodo est.

Sed forma et natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio species quodammodo est.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, & est narratiua, in qua Phylosophus narrat secundum quot modos natura dicitur de forma, & primo facit hoc. Secundo vero tangit quoddam dubium posterius perscrutandum. Dicit igitur Phylosophus primo, ꝙ forma, & natura dicitur dupliciter, hoc est, tam forma, quam natura dicitur de duobus, quoniam priuatio est quodammodo species, i. forma, & sic forma dicitur de duobus. s. de habitu, & priuatione. vnde illam literam, videlicet, priuatio quodammodo est species: Exponit Commentator dupliciter, vno modo, quòd per priuationem intelligit Phylosophus forma diminutam, & imperfectam: dicit enim Commen. ꝙ natura dicitur de forma duobus modis, quia natura dicitur de formis quibus non coniungitur priuatio sicut de albedine: albedo enim est forma cum qua non cōiungitur priuatio omnino. Alio modo dicitur natura de formis diminutis cum quibus coniungitur priuatio, cuiusmodi est nigredo. nigredo enim est forma cum qua coniungitur priuatio albedinis. Et si dicitur, ꝙ sicut nigredini coniungitur priuatio albedinis, ita albedini coniungitur priuatio nigredinis. Dicit quòd non est simile, quia nigredini sic coniungitur priuatio albedinis, ꝙ in nigredine, nec est albedo virtualiter, nec formaliter, sed sic non coniungitur albedini priuatio nigredinis, quia in albedine virtualiter est nigredo eo modo quo minus perfectum est in magis perfecto virtualiter. Vel dicatur concedendo, ꝙ non plus coniungitur priuatio cum vno contrariorum, quam cum reliquo, quoniam sicut cum nigredine coniungitur priuatio albedinis, ita cum albedine coniungitur priuatio nigredinis. Quod igitur Comm. dicit, priuationem coniungi cum contrario imperfectiori, & cum contrario perfectiori non, illud est sic intelligendum. scilicet, ꝙ cum contrario imperfectiori coniungitur priuatio maioris perfectionis quam sit illud contrarium, sed non est sic de contrario perfectiori, quoniam cum contrario perfectiori coniungitur priuatio minoris perfectionis, quam sit illud contrarium. Item intelligendum est, quod ex hoc loco apparet, ꝙ natura non dicitur solum de forma substantiali, sed etiā dicitur de formis accidentalibus, vt de albedine, & nigredine, licet primo, & principaliter dicatur de formis substantialibus. Aliter tamen exponit Commen. illam literam dicens, ꝙ forte Phylosophus intendit, quod natura dicitur de forma duobus modis, quia dicitur de habitu, & priuatione existente in prima materia: ista enim non est priuatio simpliciter, immo est sicut forma materiæ. Sic igitur apparet duplex expositio dictæ literæ. Prima est quod natura dicitur de forma dupliciter, quia dicitur de forma perfecta, & de forma imperfecta. Secunda expositio est, quod natura dicitur de forma dupliciter, quia dicitur de habitu, & priuatione existente in materia prima, cuiusmodi est priuatio formæ substantialis. Sed dubium est qualiter pura priuatio formæ possit dici forma, & natura, cum pura priuatio sit non ens. Dicendum quod priuatio formæ substantialis potest dici forma, & natura, vel quia semper coniungitur cum forma, quia cum priuatione vnius formæ semper coniungitur alia forma, vel quia in suo intellectu includit formam, nam in non facere intelligitur facere, vt patet secundo elencorum, vel quia est quodammodo forma materiæ, quoniam priuatio denominat materiam ad modum formæ, quoniam sicut materia dicitur formata, ita dicitur priuata. Vel potest dici quando Commen. dicit quod natura dicitur de priuatione existente in prima materia, quod Commen. per priuationem existentem in prima materia intelligit formam substantialem imperfectiorem, & sic forma terræ potest dici priuatio respectu formæ ignis, talis enim priuatio non est priuatio simpliciter, immo est, vt forma materiæ, vt dicit Commen.

Natura dicit̄ de forma duob. modis.

Dubium.

Primu responsio.

Secunda respōsio.

Si vero sit priuatio, & contrarium aliquod circa simplicem generationem necne: posterius considerare oportet.

A

Si autem est priuatio, & cōtrarium aliquid circa simplicem generationem, aut non est, posterius considerandum est.

HIc Phylosophus tāgit quoddam dubium posterius perscrutandum dicens. Quod vtrum circa generationem substantiæ cum priuatione vnius formę coniungatur forma alia vel non, est posterius perscrutandum, scilicet, libro de generatione, & dicit Commen. quod hoc est manifestum in contrarijs quæ sunt in qualitate, scilicet, quod cum priuatione vnius qualitatis coniungitur qualitas contraria, sed hoc non est manifestum in generatione substantiæ, scilicet, vtrum cum priuatione vnius formæ substantialis coniungatur contrarium, aut non, sed hoc declarabitur posterius, scilicet, in libro de generatione, & dicit Commen. quod illic declarabitur, quod priuatio, quæ est in prima materia non diuiditur a primis contrarijs, quæ sunt quatuor qualitates primæ, & quod ista contraria sunt prima contraria omnium quæ generātur, & corrumpuntur.

B

TRACTATVS SECVNDVS, qualiter & de quibus considerat naturalis.

De differentia inter considerationem Phylosophici, & Mathematici. Cap. I.

Cum autem determinatum sit quot modis natura dicitur, post hæc contēplandum est, quo mathematicus a naturali Phylosopho differt. Nam corpora naturalia superficies habent: solida longitudines, atque puncta, de quibus cōsiderat mathematicus. Et insuper si astrologia diuersa sit facultas, an pars scientiæ naturalis. Etenim si ad naturalem Phylosophū spectet quidnam sit Sol, aut quid Luna scire, nullum autem eorum affectuum qui per se illis competit ad eundem scire pertineat, absurdum est sanè.

C

Quoniam autem determinatum est quot modis natura dicitur, post hoc speculandum est quo differt mathematicus a physico. Etenim plana, & firma habent physica corpora, & longitudines, & puncta, de quib. intēdit mathematicus. Amplius astrologia, aut altera est, aut pars physicę. Si.n. physici est qd sit Sol, aut Luna scire, accidentium autē quę sunt per se nullū inconueniēs est. Tex. c.16. Tex. c.17.

ISte est secundus tractatus huius libri, in quo declaratur qualiter, & de quibus considerat Phylosophus naturalis, & continet duo capitula, quia in primo declaratur differentia inter considerationem naturalis, & mathematici. In secundo ibi [Quoniam enim de natura.] Declarans quòd naturalis habet considerare de materia, & de forma. Capitulum primum continet tres partes principales. Quoniam in prima declaratur in quo naturalis, & mathematicus conueniunt. In secunda ibi [De his quidem igitur.] Ponitur differentia inter considerationem naturalis, & mathematici. In tertia ibi. [Latent autem.] Declaratur error Platonicorum separantium formas substantiales a materijs. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus facit tria. Quia primo continuando se ad præcedentia narrat intentionem suam. Secundo narrat in quo conueniunt naturalis, & mathematicus, & geometer. Tertio autem narrat in quo conueniunt naturalis, mathematicus, & astrologus. Primum patet intuenti textum. Quantum vero ad secundum Phylosophus vult quod geometer, & naturalis conueniunt in consideratione corporum superficierum, & linearum, & punctorum. Manifestum enim est quod mathematicus, & geometer de istis considerāt, & ꝙ naturalis de istis considerat apparet, quoniam naturalis habet considerare de his, quæ accidunt corpori physico. nunc vero illa prædicta accidunt corpori physico, ergo &c. Secundo vero Phylosophus narrat in quo cōueniūt naturalis, mathematicus, & astrologus, &

D

vult quod naturalis, & astrologus conueniant in considerando per se accidentia Solis, & Lunæ, & aliorum corporum cælestium. Astrologus enim considerat de istis, idest, de istis accidentibus Solis, & Lunæ, & quod naturalis habeat considerare de istis probatur dupliciter. Primo, quia ad naturalem pertinet considerare de Sole, & Luna quid sunt, ergo habet considerare de per se accidentibus Solis, & Lunæ, quia qui habet considerare de aliquo subiecto habet considerare de per se accidentibus illius subiecti. Secundo probatur idem per quoddam signum tale, quoniam antiqui naturales considerabant de per se accidentibus Solis, & Lunæ, & de terra, vtrum sit spherica, vel non, & etiam de toto mundo vtrum sit sphericus, vel non, & hoc est signum, quod naturalis habet considerare de istis. Sed ex quo tam astrologus, quam naturalis considerat de istis dubium est, an astrologia sit altera a scientia naturali, aut pars eius. Et hæc dubitatio soluitur per diuersitatem modorum considerandi istarum scientiarum, vt patebit. Vnde hic possunt poni duæ conclusiones. Prima quod naturalis, & mathematicus differunt in consideratione, quæ est nona conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnes artifices diuersi secundum speciem considerantes idem differunt in consideratione, sed naturalis, & mathematicus geometer, & astrologus sunt artifices diuersi secundum speciem, & considerant idem, ergo in consideratione differunt, maior videtur manifesta quia artifices non sunt diuersi nisi vel ex diuersitate rerum consideratarum, vel ex diuersitate considerationis: minor probatur, quia naturalis, & geometer sunt artifices diuersi secundum speciem, vt manifestum est, & considerant idem, quia corpus superficies lineas, & puncta. Et similiter naturalis, & astrologus sunt artifices diuersi, vt manifestum est, tamen considerant idem, quia per se accidentia Solis, & Lunæ, ergo &c. Et quod naturalis habeat considerare accidentia Solis, & Lunæ, quæ est decima conclusio huius libri, probatur dupliciter, & primo sic. Quicunque habet considerare subiectum, vt subiectum est, vel quid sit, habet considerare per se accidentia ipsius, sed naturalis habet considerare Solem, & Lunam quid sunt ergo. Vnde nota, quod non oportet, quod qui habet considerare subiectum habeat per se considerare omnia accidentia subiecti, sed solum aliqua, & hoc sonat textus.

Nona conclus. huius libri.

Decima concl. huius libri. Item primo post. t. c. 45. & 2. de aïa. cõ. 3.

A

B

C Præterea videntur hi qui de natura loquũtur, & de Solis ac Lunæ figura dicere, & vtrum terra mundusve rotundus sit, an non sit considerare, ac pertractare.

Et aliter quoniam videtur de natura dicentes: Et de figura Solis, & Lunæ, & vtrum spherica sit terra, & mundus, aut non.

SEcundo probatur eadem conclusio per quoddam signum tale, quoniam antiqui naturales cõsiderabant de per se accidentibus corporum cælestium de quibus considerat astrologus, vt de figura Solis, & Lunæ, & etiam vtrum terra sit sphærica, vel non, & vtrum mundus sit sphæricus, vel non, & hoc est signum, quod naturalis habet considerare de per se accidentibus Solis, & Lunæ. Notandum secundum Commen. commento 16. quòd perscrutatio, scilicet, de differentia inter considerationem naturalis, & mathematici, licet pertineat ad Logicam, tamen mos est, vt illud quod est commune omnibus artibus dicatur in Logica, & illud quod est proprium vnicuique arti dicatur in illa arte. Vnde mihi videtur, quod Commen. per hæc verba intendit dicere, quod ista perscrutatio de differentia inter considerationem naturalis, & mathematici licet pertineat ad Logicam, & non ad scientiam naturalem, tamen secundum consuetudinem auctorum in Logica non ponuntur, nisi ea quæ sunt communia omnibus scientijs, & illa quæ sunt propria in scientijs specialibus quamuis pertineant ad Logicam, tamen secundum consuetudinem ponuntur in illis scientijs specialibus, vnde multæ perscrutationes Logicæ ponuntur in scientia naturali, & in mathematica, & multæ perscrutationes physicæ ponuntur in Logica, quoniam istæ scientiæ sunt quodammodo mixtim traditæ, sed denominantur a pluri. Posset tamen probabiliter dici quod ista perscrutatio de differentia inter considerationem naturalis, & mathematici, nec pertinet ad Logicam vniuersalem, nec ad physicam, nec ad mathematicam, sed pertinet ad Logicam applicatam istis scientijs, scilicet, naturali, & mathematicæ, & hæc scientia est quasi media inter Logicam vniuersalem doctrinam, & istas scientias, & hæc est intentio Linconien. hic, vt mihi videtur. Notandum secundum Commen. hic commen. 17. quod probabile est quod qui perscrutatur de natura alicuius debeat perscrutari de accidentibus eius, & cum hoc, quod hoc est probabile est etiam verum.

Notabile. 16. ca. huius.

Notabile. c. 17.

De his igitur & ipse mathemacus tractat, sed non, vt est, quodque naturalis corporis finis. Nec hoc accidentia contemplatur, quo talibus acidũt, Quapropter, & separat.

Tex. c. 18.

De his quidem igitur negociantur, et mathematicus: sed non inquantum physici corporis terminus est vnũquodque. Neque accidentia speculatur inquantum talibus existentibus accidunt, vnde abstrahit.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponitur differentia inter considerationem naturalis, & mathematici, & primo ponitur hæc differentia. Secundo vero remouetur vnum dubium, ibi [abstracta.] Primo igitur dicit Phylosophus, quòd de his idest, de lineis, & de superficiebus, & de accidentibus Solis, & Lunæ negociantur mathematicus, & supple etiam naturalis. Et per mathematicum intendit geometrum, & astrologum, sed mathematicus non considerat de his inquantum sunt termini corporis naturalis, nec inquantum accidunt corpori naturali, vnde Commẽ. dicit hic, quòd geometer considerat de corpore secundum, quòd est habens tres dimensiones tantum, & naturalis considerat de eo secundum, quòd istę dimensiones sunt vltima existentia in corpore transmutabili, & similiter geometer considerat de superficie secundum, quod est superficies tantum: naturalis vero considerat secundum, quod est finis corporis naturalis, & similiter etiam considerat de lineis, & punctis. Item dicit Commen. quod astrologus non considerat de istis accidentibus secundum, quòd accidens naturæ huius corporis, videlicet cælestis sicut naturalis considerat de eis, scilicet, quoniam naturalis considerat de figura Solis, & Lunæ secundum, quod natura eorum exigit illam figuram, sed mathematicus siue astrologus considerat illa accidentia corporum cælestium secundum quod mens abstrahit ea a motu; & transmutatione quia considerat de figuris eorum secundum, quod sunt figuræ tantum, & non secundum, quod sunt cælestia mobilia. Vult igitur Phylosophus dicere, quod naturalis, & mathematicus differunt in considerando in hoc, quia naturalis considerat lineas, & superficiẽs figuras, & huiusmodi secũdum quod accidunt corporibus naturalibus, hoc est secundum, quod passiones naturales insunt eis, & concluduntur de eis, quoniã superficiẽs, & lineæ considerantur a naturali secundum, quod eis sunt huiusmodi prædicata, idest, secundum quod sunt termini corporis mobilis, vel corporis compositi ex materia, & forma, sed mathematicus considerat illa secundum, quod sunt abstracta per intellectum a corporibus naturalibus, & a motu, & a materia, vnde mathematicus abstrahit ista per intellectũ a corporibus naturalibus considerando illa secundum, quod eis insunt prædicata non pertinentia ad motum, vel materiã. Geometer enim considerat corpus secundum, quod habet tres dimensiones tantum, hoc est considerat illam propositionẽ, videlicet omne corpus est longum, latum, & profundum, & non considerat illam omne corpus est mobile, nec illam, omne corpus est compositum ex materia, & forma.

Oppositum videtur dicere primo m. com. 19.

Idẽ 6. met. co. 2. & 3. m. t. c. 3. & 7. met. t. c. 35. & 1. de aïa. t. c. 17. & 1. cę. 92. & 7. meta.

D

Mente namq; a motu separabilia sunt: Nihilq; interest. Neque cum separant efficitur falsum.

Abstracta enim in intellectu motu sunt, & nihil differt, neque fit mendacium abstrahentium.

Tex. c. 34.

REmouet vnum dubium, quia posset aliquis dicere, quod si mathematicus abstraho huiusmodi accidentia a corporibus naturalibus, & non sunt in esse abstracta extra animam a corporibus naturalibus, tunc videtur, quod mathematicus intelligendo illa sine corporibus naturalibus intelligat falsum, & sic non habebit veram scientiam de eis. Ideo ad remouendum illud dubium dicit Phylosophus, quod illa accidentia abstracta sunt a motu, & hoc quia secundum se, & secũdum naturas suas sunt abstrahibilia per intellectum

a motu

A a motu, & a materia, & ideo mathematicus non abstrahit ea, nisi secundum, quod sunt abstrahibilia, & nihil differunt supple consideratio mathematici & consideratio naturalis, quo ad veritatem, nec tamen reducit ad idem semper: immo ad dispositiones diuersas, nec mathematicus abstrahens illa per intellectum mentitur, nam sicut mathematicus abstrahit ea. s. per intellectum non in esse, ita sunt abstracta, & ideo abstrahentium non est mendacium. Intelligendum, quod abstractio secundum intellectum est duplex, quædam per primam operationẽ intellectus, & quędam per secundam operationem intellectus. Abstrahere lineam vel superficiem a corpore sensibili per primã operationẽ intellectus est intelligere, lineã vel superficiem non intelligendo corpus sensibile, & sic abstrahere non est mentiri, sed abstrahere lineam vel superficiem a corpore sensibili per secundam operationem intellectus est intelligere lineam, vel superficiem esse sine corpore sensibili & sic abstrahere est mentiri, sed huiusmodi abstractio non est mathematica.

Vide cõ. 3 de anima. c. 35.

Notabile. Notandum, secundum Commen. hic, quod aliqua sunt de quibus possibile est considerare, secundum, quod sunt in materijs, & secundum, quod abstrahuntur a materijs, & sunt illa in quibus conueniunt mathematicus, & naturalis, & sunt alia, de quibus impossibile est considerare, nisi cum materia, & ista proprie sunt naturalia.

B

Q̃uo differunt geo. & astr. mathemat. Notandum etiam secundum Commen. quod hoc est commune geometræ, & astrologi, considerare aliquã non secundum, quod sunt in materia, sed consideratio geometræ est magis abstracta, & magis remota a materia, quoniam geometer considerat de figura simplici, & astrologus de figura terminata. s. corporis cælestis. Notandum, secundũ Linco. quod physicus, & purus mathematicus huiusmodi est geometer in hoc differunt, quia illud, quod est prædicatum in conclusione demonstrationis physicæ est subiectum in conclusione demonstrationis puræ mathematicæ, quoniam materia sunt s. corpus physicum, & magnitudines quæ accidunt corporibus physicis, & accidentia magnitudinum. s. corporum superficies, & lineæ, &c. mathematici puri abstrahunt magnitudines a motu, & a materia, & magnitudines a motu, & a materia sic abstractas subijciunt, & de his demonstrant accidentia, quæ accidunt magnitudinibus inquantũ sunt magnitudines, sed physicus demonstrat magnitudines figuratas de corporibus physicis, secundum quod accidunt corporibus physicis inquantum physica sunt, & sic illud, quod est prædicatum in conclusione demonstrationis physicæ scilicet magnitudo, est subiectum in conclusione demonstrationis puræ mathematicæ.

C Alia tamen est consideratio physici & mathematici de magnitudine, vt dictum est, sed naturalis, & astrologus conueniunt in subiecto, & prædicato conclusionis demonstrationis, quoniam astrologus demonstrat de corporibus physicis, & demonstrat magnitudines figuratas, sed non inquantum accidunt corporibus physicis inquantum sunt physica, quia non ostendit sphæricum accidere Lunæ ex ea parte qua Luna est corpus naturale, sed sufficit ei ostendere Lunam esse sphæricam, aut per effectum, aut per causam sphæricitatis, causa autem sphæricitatis cæli naturam simpliciter transcendit, sed physicus demonstrat idẽ prædicatum de eodem subiecto per naturam, sed astrologus non curat, an hoc accidat natura vel non.

Latet aũt id agentes, & hi, qui dicũt ideas, &c. Naturales enim separant formas, quæ minus separabiles sunt, quam mathematicæ formæ.

Tex. c. 19. *Latent autem hęc facientes, & ideas dicentes. Physica enim abstrahunt, cũ scilicet minus sunt abstracta mathematica.*

D

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua declaratur error Platonicorum, separantium formas naturales a materijs, & continet duas particulas, quia in prima declaratur, quod formæ naturales non sunt separatæ in esse a materijs. In secunda vero ibi, [Fiet autem hoc.] Declarat Phyl. quod formæ naturales sunt minus separabiles a materia, quã formæ mathematicæ. In prima igitur particula huius partis Phyl. primo narrat, quod mathematicalia. s. superficies, lineæ, & huiusmodi sunt magis abstrahibilia a sensibilibus secundum considerationem, non secundum esse, hæc supple latent facientes, & dicentes ideas. s. Platonicos, quoniam isti Platonici abstrahũt secundũ esse physica. i. formas naturales a materijs. Vnde Cõdiu, isti Platonici separant formas naturales in esse, quia sunt separatæ ratione, & dicit Com. quod manifestum est, quod quicquid

A separatur in esse separatur ratione, & nõ conuertitur, hoc narrato dicit Phylosophus. [Cum minus sint] vbi probat, quod formæ naturales non sunt separatæ in esse a materijs. Et hæc est cõclusio vndecima tertia huius libri, quæ probatur per locum a maiori sic, formæ mathematicæ non sunt abstractæ secundũ esse a materijs, sed formæ naturales sunt minus abstractæ, quã formæ mathematicæ, ergo formæ naturales non sunt abstractæ secundum esse a materijs, maior huius rationis patet ex præcedentibus, sed minor ponitur in litera.

Vndecima concl. huius lib.

Quod quidẽ esse patebit si quispiã vtrorumq; diffinitiones, ipsarum inquam formarum naturalium, & accidentium dicere entitatur. Etenim par quidem, & impar: rectum, & curuũ: numerus insuper, linea, atq. figura sine motu nimirum diffinietur. At carnis ossis ac hominis diffinitio sine ipso non erit. Sed hæc perinde atque nasus simus, sed non vt curuum concauumq́, dicuntur.

B

Fiet autem hoc manifestum si aliquis vtrorumq; tentauerit dicere terminos, & ipsorum, & accidentium. Impar quidem enim, & par, & rectus, & curuum. Adhuc autem, & linea, & figura sine motu. Caro autem, & os, & homo non adhuc, sed hoc sicut naris sima, sed non sicut curuum dicitur.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in quo declaratur minor rationis præcedentis, scilicet, quod formæ naturales sunt minus separabiles a materia, quam formæ mathematicæ, & hæc est duodecima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illæ formæ in quarum diffinitione cadit materia sensibilis sunt minus separabiles a materia, quam illa in quarum diffinitione non cadit materia sensibilis, & in diffinitione formarum mathematicarum non cadit materia sensibilis, ergo, formæ naturales sunt minus separabiles a materia quam formæ mathematicæ, maior huius rationis est de se nota, & minor declaratur dupliciter. d. igitur

Duodecima concl. huius lib.

C Phylo. primo, quod hæ, idest, formæ naturales sunt minus separatæ, quam formæ mathematicæ, & fiet manifestum si aliquis tentauerit dicere terminos, idest, diffinitiones vtriusque, idest, formæ naturalis, & formæ mathematicæ, & earum accidentium, nam formæ mathematicæ, vt par & impar, rectum, & curuum & linea, & figura, sine motu, & materia sensibili diffiniuntur, sed caro, & os, & homo, quæ dicunt formas naturales, nõ adhuc s. diffiniuntur sine motu, & materia sensibili, sed diffinitio formarum naturalium dicitur, sicut naris sima. i. sicut diffinitio simitatis, in qua necessario ponitur materia sensibilis nasus & non dicitur sicut curuum, in cuius diffinitione nõ cadit materia sensibilis, quia curuitas diffinitur per depressionem superficiei, & in hac diffinitione nõ apparet materia sensibilis primo, quamuis enim superficies sit sensibile commune, nõ tamen est primo sensibilis, potest igitur minor ratio pro syllogismi formari sic. diffinitio formæ naturalis est sicut diffinitio simi, & diffinitio formæ mathematicę est sicut diffinitio curui, sed in diffinitione curui non cadit materia sensibilis, & in diffinitione simi cadit materia sensibilis, ergo in diffinitione formarum naturalium cadit materia sensibilis, & in diffinitione formarum mathematicarum non cadit materia sensibilis.

D

Hoc idem iudicauit, & mathematicarum facultatum hæc quæ magis sunt naturales. Vt Perspectiua, Musica, & Astrologia. Nam cõtra quodammodo sese habent atque Geometria. Geometria namque de naturali quidem linea contemplatur, sed non vt est naturalis; Perspectiua vero mathematicam quidem considerat lineam, at non vt est mathematica, sed vt est naturalis.

Demonstrat autem, & quę magis physica quam mathematica, vt perspectiua, & armonica, & astrologica. Contrario enim quodammodo se habent cum geometria. Geometria quidem enim physicam intendit lineam, sed Tex. c. 20.

non

non inquantum est physica, sed perspectiua quidem mathematicam lineam, sed non inquantum est mathematica, sed inquantum physica.

SEcundo probatur eadem minor, s. quod in diffinitionibus formarum naturalium cadit materia sensibilis, & in diffinitione formarum mathematicarum non cadit materia sensibilis sic. Illæ scientiæ, quæ sunt mediæ inter scientiam pure mathematicam, & inter scientiam naturalem & quæ magis sunt physicæ, quàm metaphysicæ, vt sunt perspectiua, & musica incipiũt suam considerationem ab abstractu a materia, & terminant eã ad non abstractum a materia, & econuerso est de scientiis pure mathematicis, quoniam illæ incipiunt suam considerationem a non abstracto a materia, & terminant eam ad abstractũ a materia, vt arithmetica, & geometria, cum igitur illæ sciẽtiæ mediæ incipiant suam considerationem a formis mathematicis, & terminent eas ad formas naturales, apparet, quòd formę mathematicæ sint abractæ a materia sensibili secundum intellectum, & diffinitionem, & quòd formæ naturales non sint abstractæ a materia sensibili secundum intellectum, & diffinitionem, dicit igitur, Phyl. quod illæ scientiæ, quæ sunt magis physicæ, quàm mathematicæ: vt perspectiua, musica, & astrologia demonstrant hoc. s. quod in diffinitionibus formarum naturalium cadit materia sensibilis, & in diffinitionibus formarum mathematicarum non: nam istæ scientiæ mediæ se habent quodammodo contrario modo cum geometria, quæ est pure mathematica, quoniam vbi geometria incipit suam cõsiderationem istæ scientiæ mediæ terminant suas cõsiderationes, & vbi istæ scientiæ mediæ incipiunt suas considerationes, geometria terminat suam considerationem. Et hoc est, quod Phyl. dicit, quod geometria de physica linea intendit ibi inchoando suam considerationem, sed non inquantum physica. i. non terminat ibi suã considerationem, sed abstrahit lineam a materia physica, & terminat suam considerationem ad lineam abstractam, sed perspectiua lineam mathematicam considerat ibi inchoando suã considerationem, sed non inquantũ mathematica, sed inquantum physica, quia non terminat suam considerationem ad lineam inquantum est abstracta, sed inquantum est in materia.

Primũ notandum.

Notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quod cũ Phyl. dicit, quod perspectiua quodammodo se habet contrario modo cum geometria, dicit quodammodo, & nõ dicit absolute, quia illa, quæ sunt in contraria dispositione simpliciter geometriæ sunt diffinitiones scientiæ naturalis, quoniam geometria considerat de magnitudinibus abstractis a materia, & naturalis cõsiderat de eis, quæ sunt in materia: perspectiua considerat de eis in dispositione media inter illas duas considerationes, non enim considerat de linea, secundum quod linea est simpliciter vt geometer, nec secundum quod linea est lignea aut ænea, vt naturalis, sed secundum quod est visualis, illud enim esse est quasi medium inter naturalem, & mathematicum, & similiter musicus considerat de propositionibus numeralibus non secundum, quod sunt propositiones numerales, sed secũdum, quod sunt sonorum sensibilium.

Idẽ 3. physic. c. 60. & 4. physi. c. 72. & 6. met. t. c. 2. Idem primo de aĩa 16. & 17.

Secũdum notandũ.

Secundo est notandum secundum Comm. quod cum Phyl. dicit hic, quod perspectiua considerat de linea mathematica, non secundum, quod mathematica, sed secundum, quod est naturalis, non debes intelligere, quod consideratio eius sit consideratio naturalis, sed intellige, quod consideratio eius est propinquior considerationi naturali. Ex quo dicto apparet manifeste, quod scientiæ mediæ inter scientias naturales, & mathematicas sunt magis naturales, quàm mathematicæ, quare &c.

QVOD AD PHYSICVM PERTINET considerare de materia, & forma.
Tractatus secundi. Cap. II.

Cum autem natura sit duplex, materia atq; forma, res naturales perinde contemplemur oportet atq; si de simitate quidnam sit consideremus. Quare neq; sine materia, neq; sine ratione materiæ res huiuscemodi considerandæ esse videntur.

Tex. c. 21.

Quoniam autem natura dupliciter dicitur species, & materia, sicut de simo, quid sit intendimus, sic considerandum est. Quare neque sine materia huius, neque secundum materiam.

A ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo declaratur, quod ad naturalem pertinet cõsiderare de materia, & forma, & continet duas partes principales, quia in prima declaratur, quod ad naturalẽ pertinet considerare de forma, & de materia. In secunda ibi, [Vsq. ad quantũ] declaratur ad quẽ terminũ stat consideratio naturalis de forma. Prima pars continet quinq; particulas, quia in prima probatur quod superius determinata, quod ad naturalẽ pertinet cõsideratio de materia, & forma. In secũda ibi, [Etenim iam.] Mouet Phyl. dubitationẽ circa hoc. In tertia ibi, [Si aũt ars.] Inducit nouas rationes probantes, quod naturalis habet cõsiderare de materia, & de forma insimul. In quarta ibi, [Qm aũt faciunt.] Probatur, quod ad naturalem pertinet considerare de materia. In quinta ibi, [Amplius eorũ, q̃ sunt] probatur, quod ad naturalẽ pertinet considerare de forma. In prima igitur particula probatur per præcedentia, quod ad naturalẽ pertinet consideratio de materia, & de forma, & hæc est decimatertia cõclusio huius libri, q̃ probatur per præcedentia, primo sic. Ad naturalẽ pertinet consideratio de omni natura: sed tã materia, q̃ forma sunt natura: vt patet ex præcedentibus, ergo. Huius rõnis minorem ponit Phyl. in textu dicens. Qm natura dicitur dupliciter. i. species. i. forma, & materia. Secundo

Dec̃ma tertia conclusio huius lib.

B probatur eadẽ conclusio sic, consideratio naturalis est sicut cõsideratio de simo, sed consideratio de simo est consideratio de materia, & de forma, & per consequens ad naturalem pertinet consideratio de materia, & de forma, maior huius ponitur in litera, & patet ex præcedentibus, minor aũt apparet, quia simũ dicit formam determinatam, quæ in materia determinata, & per consequens consideratio de simo est consideratio de forma, vt est in materia, sed qui considerat formam, vt est in materia habet considerare de materia, & de forma, ex his rõnibus concludit Phyl. conclusionẽ. d. quare nõ sine materia est hmõi consideratio, neq; secundum materiam tm̃. Vnde Cõm. dicit hic, quod non est dubium, quin ad naturalem pertineat considerare de forma, q̃ est in materia, & hoc non est dubium, nisi de anima. Itẽ dicit Com. quod consideratio materiæ in respectu formæ est consideratio naturalis, & consideratio de illa, vt est vnũ entium est consideratio primi Phyl. i. naturalis, & metaphysicus considerant materiam secundum quod de ipsa prædicantur diuersa, qm̃ naturalis considerat materiam secundum, quod de ipsa prædicantur prædicata hñtia habitudinem ad formã, qm̃ considerat hmõi propositiones, materia est transmutabilis ad formã, & quòd materia non põt denudari a forma, & quòd materia nullã formã de se habet, sed metaphysi. considerat materiã secundũ quod est dña entis. i. secundũ quod ens inest materię, nam met. considerat has propositiones, materia est ens in potentia, materia est de quidditate compositi, materia est substantia, & sic de aliis, & eodem modo naturalis, & meta. cõsiderãt formam in ordine ad diuersa prædicata, vt patet.

Idẽ 7. me. c. 9. & 35 & 2. m. cõ vlt. vide consimile 1. me. c. 15 & 18. 4. m. cõ. 1. & 6. m. cõ. 1 8. met. ca. 4. Idẽ 12. m. 1. 5. & 6. c. Idẽ supra in hoc 2. com. 4.

C

Nam & de hoc ipso quispiam dubitauerit: cum duæ sint naturæ, de vtra considerare ad naturalem phylosophum pertinet, an de eo, quod ex vtrisq; componitur. Quod si de ipso, & de vtraque contemplari ad eundem vtique spectat Vtrum igitur eiusdem sit facultatis, an aduersarum vtrãque cognoscere. Nam respicienti, quidem ad veteres, materiei cognitio ad ipsum videbitur pertinere. Perparum enim Empedocles, & Democritus formam quidditatemq; tetigerunt.

D

Etenim iam, & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, quia duæ naturæ sunt de qua est physica, aut de eo quod ex vtrisque. Sed si de eo, quod ex vtrisque, & circa vtraque. Vtrum igitur eiusdem, aut alius vtriumque cognoscere. In antiquos, quidẽ enim aspicienti videbitur vtiq; esse materiei, ex parua. n. parte quadam Empedocles, & Democritus speciẽ, & quod quid erat esse tetigerunt.

Tex. c. 22.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. mouet dubitationem, & causam dubitationis assignat. Dubitatio igitur est illa, vtrum ad naturalem pertineat considerare de forma tantum, vel de materia tantũ, vel de vtrisque, & si de vtrisq; est alia dubitatio, scilicet, vtrum ad vnam, eandem partem scientiæ naturalis pertineat considerare de materia, & de forma, vel ad vnam partem pertineat

tineat considerare de materia, & ad aliam de forma. [In antiquos enim.] Phyl. assignat causam huius dubitationis. d. quod aspicienti in antiquos videbitur, quòd sola materia sit natura. Emp. enim, & Democri. ex his tangentes, ex quadam enim parua parte, hoc est modicum tetigerunt speciem, & quod quid erat esse, scilicet, formam, alij autem antiqui non percepem or formam, sed solam materiam, ideo cum sola materia sit natura, & substantia rerum naturalium secundum antiquos apparet, quòd aspicienti ad opiniones antiquorum videbitur, quod tota consideratio naturalis, vel maxima pars sit de materia, non de forma.

At si ars imitatur naturam, eiusdem autẽ scientiæ est formam atque materiam vsque ad terminum quendam cognoscere: veluti medici sanitatem, & bilem: atq; pituitam in quibus est sanitas, & ædificatoris similiter formam ipsius domus atque materiam, lateres inquam ac ligna, & cæterorum. Eodem modo naturalis etiam facultatis erit profecto vtrasque naturas cognoscere. B

Si autem ars imitatur naturam, & eiusdem autem scientiæ est cognoscere speciem, & materiam vsque ad hoc, vt medici sanitatem, & choleram, & flegma, in quibus est sanitas, similiter autem, & ædificatoris est speciem domus, & materiam, quoniam lateres, & ligna sunt. Similiter autem, & in alijs, & physici vtiq; erit cognoscere vtrasque naturas.

Prima ratio. HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. inducit duas bonas rationes probantes, quòd naturalis habet considerare de materia & de forma, quarum prima est, ars imitator naturam, sicut igitur est de arte, ita est de scientia naturali, sed eadem ars considerat materiam, & formam vsque ad hoc, idest, vsque ad certum terminum. ergo eadem scientia naturalis habet considerare de materia, & de forma, huius rationis primo ponitur maior, deinde minor ibi, [Eiusdem autem scientiæ.] Tertio infertur conclusio ibi [Physicæ vtique] vnde maior huius rationis est plana, sed minor declaratur in textu sic, quoniam medicina, quæ est quædam ars habet considerare materiam, & formam vsque ad aliquem terminum: ipsius Medici est considerare sanitatem, quæ est forma, & choleram, & flegma, quæ sunt materia propinqua sanitatis. Et similiter ipsius ædificatoris est considerare formam domus, & etiam lateres & ligna, quæ sunt materia propinqua domus, & ita est de aliis artibus, & sic eadem ars considerat materiam, & formam vsque ad certum terminum, & dico hoc, quia ars non considerat materiam primam, sed solum materiam propinquam. & ideo considerat materiam vsque ad certum terminum circa primam materiam. Vnde Commenta. videtur, quod formet hanc rationem sic, ars assimilatur actioni naturæ sed vna ars considerat materiam, & formam, ergo, actio naturæ requirit materiam, & formam, & consideratio naturalis debet conuenire actioni naturæ, adeo, quod illud, quod est notum apud ipsum naturalem est notum apud naturam, quæ est artifex rerum naturalium, sequitur igitur, quod ipsius scientiæ naturalis est considerare de materia, & forma. Intelligendum, quod ars assimilatur actioni naturæ, quia sicut ars, quæ facit res artificiales ex materia & forma, habet cognoscere materiam, & formam, ita actio naturæ, vel natura ponendo, quod cognosceret, haberet cognoscere materiam, & formam, ex quibus facit res naturales, scientia etiam naturalis habet conuenire actioni naturæ, quia scientia naturalis habet cognoscere quomodo fit actio naturæ, vt quod actio naturæ fit subiecto præsupposito, in quo præfuit priuatio formæ inducendæ per actionem naturæ, & ideo scientia naturalis habet considerare illa, ex quibus actio natura dependet, idest, materiam, & formam sicut ipsa natura, vel actio naturæ posito, quod cognosceret haberet illa

Primū notandum. cognoscere, scilicet, materiam, & formam. Notanda sunt hic quatuor secundum Commentatorem. Primo, quod ars considerat formam, & materiam propinquam illius formæ, non materiam remotam, & hoc intelligit Phylosophus dicens, quod ars considerat materiam vsque ad hoc, idest, vsque ad certum terminum, scilicet, vsq; ad materiam propinquam for-

A mæ, sed sic non est de scientia naturali, non enim scientia considerat formam simpliciter, & materiam vsque ad aliquem terminum, sed scientia naturalis cognoscit materiam simpliciter, & formam vsque ad certum terminum, & huius causam assignat Commentator dicens, quod hoc accidit artificiis, quia sunt particularium, scilicet, quod cognoscunt materiam non simpliciter, sed vsque ad aliquem certum terminum. Vnde subdit Commenta. dicit, quod si esset aliqua res, communis omnibus artificiis, necesse esset ipsam peruenire ad vltima subiecta eorum, idest, ad materias primas, & remotas omnium artificialium, quia igitur est vna scientia naturalis communis omnibus naturalibus necesse est ipsam peruenire ad subiectum vltimum entium naturalium, & formam eorum vltimam. Hoc est igitur notabile, quòd ars considerat materiam propinquam non communem, neque remotam, sed scientia naturalis considerat materiam communem, & remotam, & ratio huius est, quia non est aliqua ars communis omnibus artificiis, sed quælibet ars est de rebus particularibus, quoniam si esset aliqua ars communis oporteret volentem addiscere aliquam artem particularem, quod ipse prius addisceret artem communem, quod non videmus, & si esset aliqua ars

B communis illa consideraret de subiecto communi omnibus rebus artificialibus, & quia est vna scientia naturalis communis omnibus rebus naturalibus, vt scientia tradita in lib. physic. ideo oportet, quod illa consideret subiectum commune omnibus rebus naturalibus, idest, aliquod commune ad omnes materias rerum naturalium, vel potest per subiectum cõmune intelligi prima materia, & sic apparet, quod omnis ars habet considerare materiam communem omnibus rebus artificialibus quas considerat, & ideo si esset aliqua ars communis considerans de omnibus rebus artificialibus illa haberet considerare naturam communem ad omnes res artificiales. Secundo est notandum, quod Commenta. ponit hic errorem Secundū notandū.

Auicen. & motiuum erroris, & ipsum remouet: nam Auicen. dicit quod naturalis non loquitur, nisi de materia propria vnicuique, & de prima materia non considerat, nisi primus Phylosophus, & in hoc peccauit, vnde motiuum Auicen. fuit, quod Motiuum Auicen.

cum ipse audiuit in posterioribus analyticis, quod nullus artifex demonstrat causas sui subiecti, de quo considerat, quia si demonstraret eas hoc esset per res priores illis causis, & tunc illæ res essent de genere superiori, quia ista declaratio est de

C alia arte superiori, quæ considerat de genere continente subiectum illius artis, & cum hoc audiuit existimauit hoc esse impossibile in tribus modis demonstrationum, vt in demonstratione simpliciter, & in demonstratione quia & in demonstratione propter quid, hoc igitur, est motiuum Auicen. Si aliqua ars demonstraret principia sui subiecti. hoc esset per priora, sed illa priora pertinent ad scientiam superiorem, ergo, illa scientia, quæ demonstrat est scientia superior. & non illa cuius principia demonstrantur esse. Istum errorem, & suum motiuum remouet Commenta. dicens, & non est ita, quoniam hoc non Dicti motiui remotio.

est impossibile, nisi in demonstratione simpliciter, & in demõstratione propter quid; sed in demonstratione quia non hoc

est impossibile, & hoc probat Commen. dicit, quod aliquis artifex potest demonstrare causas sui subiecti demonstratione Idem tamen cõ. 5.

quia, sicut fecit Phylosophus in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro, & si demonstratio fuerit de & infra hic cõ. 26.

accidentibus propriis entis transmutabilis erit demonstratio naturalis, & si fuerit de accidentibus propriis entis simpliciter erit demonstratio physica, idest, metaphysica. Tertio est notan- Tertium notandū.

dum secundum Commen. quòd videtur, quod materia prima Cõsimile

non possit declarari esse propriè, nisi per signum naturale. pri- 1. phy. cõ.

D mus autem motor impossibile est, vt declaretur esse, nisi per vlt. & 8.

signum naturale: via vero, qua processit Auicen. in probando phy. cõ. 3.

primum principium esse est via loquentium, & sermo eius & 12. met.

semper inuenitur quasi medius inter Peripateticos, & loquen- cõ. 5.

tes, idest, in probando primum principium esse, quod sic intel- Quartum

ligo, scilicet, quod ratio Auicen. est verbosa, & apparens, non notandū.

tamen est vera simpliciter. Quarto est notandum secundum Commenta. quod causæ subiecti, quandoque possunt demonstrari propter quid & quia, dicit enim, sic, cum autem causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum causarum est per demonstrationem simpliciter in arte continente illam artem, & est demonstratio per signum in illa arte, & totum hoc esset, quando causa subiecti artis latuerit, vnde quãdo causæ subiecti alicuius scientiæ habent causas priores, tunc illæ causæ, quæ habent causas priores possunt demonstrari propter quid in arte superiori, idest, in scientia subalternante, & possunt demonstrari a signo, & demonstratione quia in illa arte, & hoc si illæ causæ subiecti artis non fuerint

notæ

Quid intelligit per demonstrationem simpliciter & per quid secundum Commẽ.

A antiæ. Sed hic potest dubitari, quid scilicet, Commenta. intelligat per demonstrationem simpliciter, & quid intelligat per demonstrationem propter quid, & qualiter illæ demonstrationes differunt, & videtur mihi, quod per demonstrationem simpliciter intelligat demonstrationem in suo esse potissimo, & est illa demonstratio cuius medium dicit quid, vel propter quid: vel cuius medium aggregat omnes causas, vel saltem causam potissimam, demonstratio autem propter quid est illa, quæ est per causam propinquam in quocumque genere causæ fuerint: quoniam per omnem causam contingit demonstrare propter quid, & ideo dico, quòd demonstratio propter quid est in plus, quam demonstratio simpliciter, omnis enim demonstratio simpliciter est demonstratio propter quid: sed non omnis demonstratio propter quid est demonstratio simpliciter.

Præterea, facultatis eiusdem est, id gratia cuius, finemque, & ea, quę horum gratia sunt cognoscere. At natura finis est, & id cuius gratia. Quorũ namque motionis, si fit continua, finis aliquis est, eorum is vltimum est, & id cuius gratia. Quapropter, & Poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam afferendam. Extremum ob, quod natus erat factumq; petiuit. Non enim quoduis vltimum finis est, sed id, quod est optimum.

Tex. c.23.

Adhuc quod cuius causa fit, & finem eiusdem, & quæcunque sunt propter hoc. Natura autem finis est, & cuius causa fit. Quorum enim continui motus existentis est finis aliquis motus, hoc vltimũ est, & cuius causa fit, vnde et Poeta derisorie apposuit dicere. Hunc finem cuius quidem causa effectus est. Vult enim non omne esse vltimum finem, sed optimum.

Secunda ratio.

HIc Phylosophus adducit secundam rationem probantem propositum, quæ est illa: eiusdem scientiæ est considerare finem, & illa quæ sunt ad finem, sed forma est finis materiæ, ergo eiusdem scientiæ est considerare de materia, & de forma, sed ad naturalem pertinet consideratio de altero illorum, ergo, ad naturalem pertinet consideratio de vtroque illorum, maior est manifesta, & minor declaratur, quia forma est finis materiæ, & hoc per syllogismum ex duabus affirmatiuis in secunda figura sic, finis est vltimum, & forma est vltimum, igitur forma est finis. sed ex duabus affirmatiuis in secunda figura non sequitur conclusio, nisi in terminis conuertibilibus, & finis, & vltimum non conuertuntur, quoniam non omne vltimum est finis, sed vltimum nobile, quoniam vltimum proueniens ex necessitate materiæ cuiusmodi est mors non est finis: vnde vltimum nobile, & finis conuertuntur, & potest tunc ratio formari sub hac forma, finis est vltimum nobile, & forma est vltimum nobile, ergo, forma est finis. Potest etiam ratio fieri in prima figura sic, omne quod est vltimum in generatione, & nobilius præcedentibus est finis, sed forma est vltimum est in generatione, & nobilius præcedentibus, ergo, forma est finis, & quia non omne vltimum est finis, deridendus est poeta ille, qui dixit, quod mors esset finis hominis, & causa quare factus est homo, quia mors est vltimum, hoc autem nõ est verum, quòd mors sit finis, quia quamuis mors sit vltimum, quia tamen non est vltimum nobile, ideo mors non est finis. Vnde dicit Comm. quod mors, quæ est vltimum, distinguitur ab vltimo, quod est finis in hoc, quia vltimum, quod est vltimum finis est prima quies, ad quam veniunt generata, sed mors venit post illud vltimum, quod est finis, ergo, primum vltimum ad quod peruenit motus generationis est finis, vnde mors sequitur felicitatem, & totam perfectionem rei, & ideo finis est primum vltimum, & mors est postremum vltimum.

Idẽ 4. phy. concl. 33. & 42.

Idẽ 2. cæ. com. 23.

Artes præterea materiam faciunt. Quędam simpliciter, quædam aptam, idoneamq; ad opus Et vtimur quia omnia sunt gratia nostri. Sumus enim, & nos quodammodo finis. Id enim cuius gratia cætera sunt dupliciter dicitur, vt in phylosophia distinximus.

Tex. c.24.

Quoniam autem faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ vero operosam, & vtimur tanquam propter nos omnibus, quę sunt. Sumus enim quodãmodo, & nos finis. Dupliciter. n. est id cuius causa fit. Dictum est autem de his in his, quæ prima phylosophia sunt.

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod ad naturalem pertinet cõsideratio de materia, & hæc est decimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur sic Scientia naturalis in considerando res naturales, & illa quæ ad res naturales pertinent, est similis arti, in producendo res artificiales, hæc satis patet, quoniã sicut ars in producendo res artificiales habet cognoscere illa, ex quibus res artificiales fiunt, ita scientia naturalis in considerando res naturales habet considerare illa, ex quibus res naturales fiunt: vnde scientia naturalis habet considerare omnia illa, ex quibus fiunt res naturales, quę haberet cognoscere supposito, quod haberet producere res naturales, & sic est verum, quod scientia naturalis in considerando est similis operationi artis, vel arti in operando, ratio igitur, formatur sic, sicut se habet ars in operando artificialia, sic se habet scientia naturalis in considerando res naturales, sed omnis ars in operando considerat materiam, ergo, scientia naturalis in considerando res naturales habet considerare materiam, & per consequens ad naturalem pertinet consideratio de materia, maior huius rationis est manifesta, minor declaratur, ad cuius declarationẽ Phylosophus ponit quandam distinctionem artium, quæ est talis, de numero artium quædam est operans simpliciter, & quædam est vtens simpliciter, quædam operans quodammodo & quædam est vtens quodammodo, ars operans simpliciter est duplex, quia quædam est simpliciter factiua materiæ, & quædam est factiua materiæ operosæ, & illa est dispositiua materiæ. Exemplum primi, ars factiua materiæ simpliciter est illa, quæ transmutat materiam de vna specie in aliam, vel de vna qualitate permanente in aliam, vt ars faciens lateres, ex quibus ædificator facit domum, ista enim ars, quæ facit lateres dicitur ars simpliciter factiua materię. Exemplum secundi, vt ars disponens materiam, quæ non transmutat materiam de vna specie in aliam, sed solum remouet aliquas partes materiæ, vt ars dolatiua lignorum, vel quæ componit aliquas partes materiæ adinuicem, uel aliter quocumque modo disponit materiam, talis inquam ars dicitur ars faciens materiam operosã, ars igitur operans simpliciter facit materiam, uel disponit materiam, sed ars utens quodammodo, & operans quodammodo est illa, quæ inducit formam, & dicitur quodammodo utens, quia utitur materia iam facta uel disposita per artem inferiorem. i. per artem operatiuam simpliciter, & dicitur quodammodo operans, quia facit, & operatur formam in materia, & huiusmodi est ars inducens formam nauis in lignis dispositis, & præparatis ad formam nauis, ars uero simpliciter utens est illa, quæ utitur re facta, quæ quidem ars, nec facit, nec disponit materiam, nec etiam inducit formam. cuiusmodi est ars gubernatiua nauis, & eodem modo est in aliis artibus, sed ars factiua, & dispositiua materiæ est infima, sed aliæ duæ artes, ut ars factiua formæ, & ars usualis dicuntur principales artes, tamen ars usualis est principalior, quam ars factiua, uel inductiua formę. Quod autem talis ars usualis, quæ utitur de re facta sit principalior, ostendit Phylosophus dicens, quod nos sumus quodãmodo finis omnium, quę fiunt ab arte, & dicit quodammodo, quia finis dicitur dupliciter, ut habet declarare prima Phylosophia. Vnde dicit Com. quod phylosophus per hoc intelligit, quod finis dicitur dupliciter, aut sicut diximus, quòd forma est finis materiæ, & illud ad quod peruenit res est finis rei. aut sicut diximus, quòd illud cuius est res est finis rei, & secundum hoc dicimus, quod homo est finis rerum creatarum propter ipsum hæc. Commen. Vnde uno modo dicitur finis illud, quod acquiritur per transmutationem, & sic forma est finis materię, & isto modo nos sumus finis rerum artificialium. Alio modo dicitur finis ille cuius est res & propter quem res fit sic, quod aliter non fieret, nisi esset illud, & ille meretur ea, & isto modo nos sumus finis omnium artificialium, quia res artificiales sunt, vt habeamus eas, & utamur eis.

Decimaquarta cõclusio huius libri.

B

C

Vide c. 57 secũdi de anima.

D

Duæ igitur, dominæ sunt materiei, cognoscentesq; artes, ea, quæ vtitur, & ea, quæ præest faciendorum operum facultati ipsa nimirũ architectura. Quapropter, & ea quæ vtitur, architectura quodammodo

dammodo est Sed hoc interest, altera namq; formam cognoscit, altera materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est forma claui cognoscit ac iubet. At architectus extruendæ nauis, quali ex ligno, & qualibus ex motibus erit. A

Tex. c. 25. *Duæ igitur sunt principantes materiam, & cognoscentes artes, qua vtitur, & factiua quæ architectonica. Vnde, & vsualis architectonica quodammodo est. Differunt autem, secundum, quòd hoc speciei quidem cognoscitiua est architectonica, alia autem vt factiua materiæ. Gubernator enim qualis sit species aliqua themonis cognoscit, & instituit. Alius autem ex quo ligno, & qualibus illis erit.*

Idem primo ethic. primo.

POsita ista distinctione artium, cuius duo membra ponuntur in litera præcedenti, scilicet, quod quædam est ars operatiua simpliciter, & hæc est duplex, vt dictum est, & quædam vsualis, hic Phylosophus ponit tertium membrum, scilicet, quod quædam est ars factiua formæ. Dicit igitur, Phylosophus, quod duæ sunt artes principales, & cognoscentes materiam, scilicet, illa quæ nunc dicta est, scilicet, ars, quæ vtitur, hoc est ars vsualis, & illa quæ est factiua, idest, illa quæ est factiua formæ, quarum vtraque est architectonica, sed differunt, quia ars factiua formæ est receptiua respectu materiæ immediatæ, quoniam ars factiua nauis præcipit materiam, quia præcipit qualia debent esse ligna, & qualiter debent disponi, ex quibus debet fieri nauis, sed ars vsualis est præceptiua formæ, quia ars gubernatiua nauis præcepit qualis debet esse forma nauis, & qualis debet esse forma themonis, & sic differunt istæ duæ artes, quia vna est immediate præceptiua materiæ, & alia, scilicet, vsualis est immediate præceptiua formę, & quamuis vtraque istarum artium vocetur architectonica, tamen ars vsualis est principalissima, & maxime architectonica dicitur. Ex quibus omnibus intendit Phylosophus probare minorem suæ rationis, scilicet, quod omnis ars in operando considerat materiam, quoniam certum est, quod ars factiua materiæ, & etiam ars dispositiua materiæ cognoscit materiam, & similiter ars factiua formæ cognoscit materiam, nam præcipit materiam, quia præcipit qualia debent esse ligna, & qualiter debent disponi, quod non esset, nisi cognosceret materiam. Similiter ars vsualis cognoscit materiam, quia vtitur materia, gubernator enim nauis vtitur tota naui, & sic vtitur materia nauis: vnde ex quo vtitur naue, & materia nauis ad effectus determinatus, & vna materia est vtilis, & sufficiens ad tales effectus, & alia non: necesse est, vt cognoscat qualis debeat esse materia nauis: Resumatur igitur ratio principalis sic, sicut se habet ars in operando artificialia, ita se habet scientia naturalis in considerando res naturales, sed quælibet ars in operando cognoscit materiam, ergo scientia naturalis in considerando res naturales habet considerare materiam, & per consequens ad naturalem pertinet consideratio de materia. B C

In his igitur quæ per artem conficiuntur nos operis exercendi causa materiam facimus. In naturalibus autem est. D

In his quidem igitur, quæ sunt secundum artem nos facimus manifestū ppter opus, scilicet in physicis inest.

CVm Phylosophus assimilauit naturam, & artem in hoc quod vtraque cognoscit materiam, ponit differentiam inter artem, & naturam respectu materiæ dicēs, quod in his, quæ sunt secundum artem nos facimus materiam, sicut formam, sed in naturalibus, natura facit formam non materiam, quia materia est æterna, & inest, quia præsupponitur actioni naturæ & addit Commen. dicit quod hoc similiter inuenitur in quibusdam artibus scilicet, quarum materia est naturalis, quoniam ars non facit illam.

Insuper materies est eorū, quæ sunt ad aliquid. Alia enim ad aliam est formam accommodata.

A *Amplius eorum, quæ sunt ad aliquid materia est. In alia enim specie alia materia.* Tex. c. 26.

HÆc est quinta particula primæ partis principalis huius capituli in qua declaratur, quod ad naturalem pertinet consideratio de forma, & hæc est decimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Ad illam scientiam, ad quam pertinet considerare de aliquo relatiuo, pertinet considerare de illo, ad quod refertur, sed materia dicitur relatiua ad formam, cum igitur, ad scientiam naturalem pertineat considerare de materia, sequitur, quod ad scientiam naturalem pertinet considerare de forma, maior huius rationis videtur manifesta, & minor probatur per hoc, quia in alia, & alia specie est alia, & alia materia. materia igitur, diuersificatur a diuersitate formæ, sed illud, quod diuersificatur ad diuersitatem alterius refertur ad illud, ergo. Et Commenta. addit aliam rationem dicēs, quod, quia alia materia est propter formam, & econuerso, oportet considerantem de aliquo considerare de illo propter quod est. Sed hic sunt duo dubia. Primum qualiter materia est ad aliquid. Secundum qualiter sit verum, quod, in alia, & alia specie sit alia, & alia materia. Ad primum dico, quòd esse ad aliquid contingit quadrupliciter: vno modo sicut ipse respectus est ad aliquid, & sic illa, quæ sunt per se in genere relationis per se sunt ad aliquid. Secundo modo illud dicitur esse ad aliquid, quod necessario sequitur ad respectum, & sic illa, quæ sunt in prima specie qualitatis dicuntur esse ad aliquid vt sanitas, & pulchritudo, &c. quia sanitas necessario sequitur debitam commensurationem qualitatum primarum, quæ commensuratio est, quidam respectus. Tertio, illud dicitur esse ad aliquid, quod aggregatum ex relatione, & aliquo absoluto, & sic relatiuum, vt pater dominus, &c. dicuntur esse ad aliquid. Quarto modo illud dicitur esse ad aliquid, quia ipsum est subiectum illius, quod est ad aliquid, vel respectus relatiui, & hoc contingit dupliciter, quia, vel est subiectum per accidens, & sic homo est subiectum dominij, vel similitudinis, quia contingenter accidit sibi, quod ei insit dominium, vel similitudo. Alio modo est, aliquid subiectum respectus per se in secundo modo dicendi per se, & isto vltimo modo est materia ad aliquid: quia materia per se refertur ad formam in secundo modo dicendi per se. Dico igitur, quod materia dicitur ad aliquid non tanquam aliquid per se in genere relationis, sed tanquam aliquid, cui inest relatio per se in secundo modo dicendi per se, quoniam hæc est per se in secundo modo, materia est ad formam, vel materia refertur ad formā, & hoc secundum intentionem Phylosophi, & Commen. Vel potest dici, quod materia potest accipi, vel pro eo, quod significatur per hoc nomen materia, vel pro illo absoluto, quod est altera pars compositi de quo vere prædicatur hoc nomen materia. Primo modo materia est ad aliquid, quia materia est aggregatum ex absoluto, & respectu, & sic loquitur hic Phylosophus, sed secundo modo non est ad aliquid nisi per accidens, sicut homo, vel lapis, cui accidit, quod sit subiectum talis relationis vel talis. Ad secundum dicendum, quod materia quantum ad propositum est duplex, scilicet, materia alterationis, & materia compositionis, materia alterationis est illa, quæ est subiectum alterationis præcedentis generationē rei, & hoc modo panis est materia sanguinis, & vinum aceti, & semen animalis producti ex semine. Materia compositionis est illa quæ est pars rei, ex qua cum forma componitur res, & talis materia est duplex, scilicet propinqua, & remota, v.g. materia propinqua hoīs, ut partes appropriatæ homini, vt pes, & manus, &c. Dico igitur, quod in alia, & alia specie est alia, & alia materia alterationis, quoniam aliud est semen alterationis, ex quo generatur homo, & aliud est semen, ex quo generatur asinus, & similiter in alia, & alia specie est alia materia compositionis propinqua quoniam membra leonis sunt alia secundum speciem a membris hominis, tamen in diuersis speciebus est eadē materia compositionis secundum speciem, sed remota tamen in eadem secundum numerum successiue, de materia propinqua compositionis, & de materia alterationis videtur loqui Phyl. hic secundum expositionem Commen. nam Comment. dicit sic, diuersa in forma diuersificantur in materia, & diuersificantur in materia propter diuersitatem in forma, adeo quod materia animalium est alia a materia vegetabilium, & materia hominis est alia a materia aliarum specierū, quia formæ sunt ulæ, hæc Commen. & hoc potest intelligi de materia compositionis, & de materia alterationis.

Decimaquinta cōclusio huius libri.
B
Duo dubia circa minorē: & ꝓbatio eius.
Ad primū
C
Ad secundum.
D
Idē 2. de aīa. cō. 53. & 2. de aīa com. 60.

At

At quousque naturalem phylosophum formã, & ipsum quid est scire oportet.

Vsque ad quantum ergo physicum oportet cognoscere speciem, & quod quid est.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli: in qua inquiritur ad quem terminum stat consideratio naturalis de formis: vnde Philosophus primo movet quæstionem, secũdo vero soluit cum dicit. [Aut quemadmodũ.] tertio vero cum dicit. [Quomodo autem se habeat,] Narrat, quæ consideratio de formis pertineat ad primũ phylosophũ. Primo igitur Phyl. mouet quæstionem dicens, vsque ad quantum: hoc est vsque ad quem terminum, oportet physicum cognoscere speciem, & quod quid est, idest formam.

An vt medicum neruum, vel fabrum æs: vsque ad quendam terminum considerare oportet. Alicuius namque gratia est vnaquæque, & circa res versari, quæ separabiles quidem sunt ratione. in materia autem sunt. Homo namque generat hominem, atque Sol.

B

Aut quemadmodum ad medicum neruum, & fabrum æs vsquequo. Cuius enim causa vnumquodque. Et circa hæc, quæ sunt separatæ quidem species in materia. Homo enim hominem generat ex materia, & Sol.

HIc Phylosophus soluit quæstionem, d. ꝙ quemadmodũ oportet ad medicum cognoscere neruum, & fabrum æs: vsquequo deueniatur ad vltimam formam existentem in sua materia non separabilem ab illa materia, propter quam formam considerat illam materiam. v.g. medicus considerat formam nerui quousque perueniat ad vltimam speciem, propter quam considerat de neruo, cuiusmodi forma est sanitas: ita oportet naturalem in consideratione de formis peruenire ad formas abstractas existentes in materia, cuiusmodi est, forma hominis, quæ est abstracta a materia secundum esse: existens tamen in materia secundum operationem. Vel forte pro tanto dicitur separata a materia, quia non deducitur de potentia materiæ. In hoc igitur, consistit solutio, quoniam sicut medicus considerat formam nerui, & alias formas quousque perueniat ad vltimam formam, propter quam considerat alias, sic naturalis habet considerare de formis existentibus in materia quousque deueniat ad vltimam formam, propter quam considerat alias formas. Quod autem forma hominis sit de consideratione naturalis probatur, & hæc est decima sexta conclusio huius libri, quæ probatur sic, omnis forma generati ex materia est de consideratione naturalis, sed homo generatur ex materia, ergo, forma hominis est de consideratione naturalis. De ista ratione minor ponitur in litera cum dicitur, homo generat hominem ex materia, & Sol. Et dicit Commentator. quod homo generatur ab homine, & a Sole: & vtrumque est forma in materia. & dicit Commen. quod phylosophus dicit hoc, scilicet, quòd homo generat hominem, &c. quasi contradicendo dicentibus formas separari, & innuendo, quod formæ naturales sunt in materia. Deinde cum dicit.

C

16. concl. huius lib.

Quo vero modo sese habeat separabile & quid sit natura sit: phylosophiæ primæ officium est determinare, ac pertractare.

D

Quomodo autem se habeat hoc separabile, & quid sit phylosophiæ primæ est determinare.

NArrat, quæ consideratio de formis pertinet ad primum Phylosophum. d. [Quomodo autem se habeat forma separabilis] idest, forma abstracta, [& quid sit primæ Phylosophiæ est determinare.] Et Comment. hic d. quod consideratio in dispositionibus formarum abstractarum secundũ quòd sunt abstractæ, & de quidditatibus earum est proprietas primæ phylosophiæ non scientiæ naturalis. Hæc igitur, est intentio huius partis, quia primo quærit ad quem terminum stat consideratio de formis. Secundo respondet, quod consi-

A

deratio de formis naturalibus stat ad vltimam formam existentem in materia, & illam vocat phylosophus separatam a materia existentem tamen in materia: & talis est forma hominis, & quod naturalis habet considerare formam hominis, probatur, quia homo generatur ex materia. Tertio narrat, Phylosophus ꝙ huiusmodi cõsideratio de formis pertinet ad primum Phylosophum. & intendit, quod primus Phylosophus habet considerare de formis abstractis, scilicet, quomodo sunt, & quid sunt. Notanda sunt hic duo secundum Commen. primum, quod consideratio de formis est duplex, scilicet, an sint, & quid sint, vel sub alijs verbis consideratio de formis, quædam est de quidditate formarum, & quędam de esse earum, & quod Phylosophus hic dicat, quod consideratio naturalis stat ad formam humanam, illud debet intelligi de consideratione quidditatis formarum, & non de consideratione esse formarum, quia consideratio naturalis de esse formarum non stat ad formam humanam, quia naturalis considerat de esse formarum abstractarum, quia naturalis habet probare formas abstractas a materia esse, & ideo consideratio naturalis in esse formarum non stat circa primam formam separatam a materia. Secundo est notandum secundum Comm. quòd prima phylosophia non probat substantias separatas esse, sed hoc facit scientia naturalis, & prima phylosophia considerat de quidditatibus formarum abstractarum, & rationem eius assignat. d. sic. & nota, quod consideratio esse istarum formarum est in scientia naturali, non in prima phylosophia. vt Auicen. existimauit, quoniam in ista scientia apparet illud genus formarum esse, deinde prima phylosophia considerat de quidditatibus, & de dispositionibus earum, vnde sola scientia naturalis probat illam conclusionem, scilicet, forma abstracta a materia est, sed metaphysi. habet probare tales conclusiones, scilicet, forma separata a materia est simplex, est intelligens, est actus purus, & huiusmodi, sed metaphysicus non potest probare substantiam abstractam esse, & causam huius Comm. assignat. d. & hoc est rectum, impossibile enim est aliquam sciẽtiam vniuersalem, vel particularem demonstrare suum subiectum esse, siue per signum, siue per demonstrationem, sed non est ita in causis sui subiecti, quoniam declarat eas per signum, & non per demonstrationem simpliciter. Hoc igitur, est notabile, scilicet, quòd scientia naturalis probat substantiam separatam esse, sed prima phylosophia non potest probare substãtiam esse, & ratio huius, quia substantia abstracta est subiectũ in prima phylosophia, & nulla scientia potest demonstrare subiectum suum, nec per signum, nec per demonstrationem propter quid; tamen scientia potest demonstrare causas subiecti demonstratione, quia. Sed hic dubitatur, quia phylosophus, & Comment. sexto metaph. volunt, quod eiusdem scientiæ est scire aliquid, & scire quid sit, ergo si scientia naturalis habeat demonstrare de substantiis abstractis quia sunt, sequitur, ꝙ scientia naturalis habet demonstrare de substantiis abstractis, quid sunt: cuius contrarium volunt Phylos. & Commen. qui dicunt, quod consideratio naturalis de quidditatibus formarum stat ad formam hominis, & non procedit vltra. Dicendum est, quod eiusdem scientiæ est considerare de aliquo quid est, & si est, & quia est, & propter causas: vnde si aliqua scientia habeat considerare de aliquo si est, & hoc propter quid & per causas, sequitur, quod eadem scientia habet considerare de eo, quid est, tamen aliqua scientia considerat de aliquo si est per effectus, & tamen non considerat, quid est. & sic considerat scientia naturalis de esse formarum abstractarum, idest, per signa, & per effectus, ideo &c.

Primum notandũ.

B

Secundũ notandũ. Idẽ primo phy. c. vlt. & 8. phys. c. 2. & 12. me. cõ. 5.

Sciẽtia naturalia ꝑbat substãtiã separatam esse, quod non põt facere prima phĩlusophia.

C

Dubium. Respõsio.

D

DE CAVSIS PER SE RERVM naturalium. Tractatus tertius.

De generibus causarum. Cap. I.

Determinatis autem hisce considerandum est de causis quales, & quot sint numero. Nam cum hæc pertractatio sciendi sit causa, scire autẽ vnũquodque non prius putemus, quam circa vnumquodque propter quid est capiamus, idque sit primam accipere causam: patet, & a nobis hoc esse agendum, & de generatione corruptioneve, & de omni naturali mutatione, vt ipsarum perceptis principijs ad ipsa, quodq; eorum, quæ quærimus reducere enitamur.

Determi-

Tex. c. 27.

A *Determinatis autem his considerandum est de causis, quæ & quot numero sint. Quoniam, enim sciendi gratia hoc negotium est: scire autem non ante opinamur vnumquodque quam vtique accipiamus propter quid est vnumquodque. Hoc autem accipere primam causam manifestum est: quoniam, & nobis hoc faciendum est generatione, & corruptione, & de omni physica mutatione, quatenus scientes eorum principia reducere in ipsa tentemus quæsitorum vnumquodque.*

ISTE est tertius Tractatus huius libri, in quo determinatur de causis per se rerum naturalium, & continet duo capitula, quia in primo determinatur de generibus causarum. In secundo ibi. [Modi autem causarum.] Determinatur de modis causarum. Capitulum primum continet quatuor partes principales, quia in prima ostendit Phylosophus necessitatem determinandi de causis. In secunda ibi. [Vno quidem] determinatur de causis enumerando diuersa genera causarum. In tertia ibi [Contingit autem multipliciter.] Enumerat Phylosophus quasdam dispositiones causarum ad seinuicem, & ad causata. In quarta ibi. [Omnes autem dictæ causæ.] Reducit Phylosophus per inductionem omnes causas ad quatuor genera causarum prius enumerata. B In prima igitur parte principali huius capituli probatur, quod in scientia naturali est determinandum de causis, quæ & quot sunt, & hæc est decimasexta prima conclusio huius libri, quæ probatur sic. In illa scientia quæ est gratia sciendi, oportet determinare de causis quæ & quot sunt, sed hæc scientia est gratia sciendi, ergo in hac scientia oportet determinare de causis quæ & quot sunt, & hoc in generatione, & corruptione, & in omni Physica mutatione, quatenus scientes principia, & causas rerum naturalium, & suarum transmutationum, possimus reducere vnumquodque quæsitorum, scilicet, naturalium in prima principia. Huius rationis primo ponitur conclusio. Secundo minor cum dicitur [Quoniam enim sciendi gratia, &c.] Tertio ponitur probatio maioris cum dicitur. [Scire autem.] Probatio igitur est illa, quoniam nos non opinamur cognoscere aliquid perfecte antequam cognoscamus causas eius, scire autem rem perfecte per causas est accipere primam causam, donec perueniatur ad causas eius propinquas, sed non contingit aliquid scire per causas primas, & propinquas, nisi sciatur numerus causarum, scilicet, quæ & quot sunt, ergo &c. C Quarto concluditur conclusio cum dicitur. [Manifestum est quoniam,] & patet. Et videtur mihi, quod hæc ratio, vel non est demonstratiua, sed tantum probabilis, vel oportet in omni scientia speculatiua determinare de causis, quæ sunt, & quot sunt, & sic in scientia mathematica oportet determinare de causis quæ sunt & quot sunt, vel forte non est simile quia sola hæc scientia demonstrat per omnes causas, & ideo hæc scientia debet considerare de causis quæ & quot sunt, & non oportet, quamlibet aliam scientiam speculatiuam considerare de causis quæ & quot sunt. & tunc maior debet intelligi sic in illa scientia quæ est gratia sciendi per omnes causas oportet determinare de causis quæ & quot sunt, igitur, &c.

Decimasexta prima cōc. huius lib.

Vno itaque modo causa dicitur id, ex quo quippiam fit eo pacto, vt insit: vt æs statuæ argentumque pateræ & horumgenera. Alio modo forma atque exemplar: hæc est autem ratio quidditatis, & huius genera, velut eius concentus qui sonos omnes complectitur, ipsa duorum ad vnum ratio atque omnino numerus, partes itemque, quæ in ratione sumuntur. D Præterea id vnde primum principium est mutationis aut quietis. Qualis est causa is qui consuluit, & pater filij, atque omnino, quod efficit eius, quod efficitur & quod mutat eius, quod mutatur: Insuper vt finis, hic autem est cuius gratia cætera fiunt. Veluti deambulandi sanitas. Cur enim deambulet interrogati, quo valeat respondemus. Atque si hoc pacto, dixerimus, reddidisse causam arbitramur. Et quecunque alio mouente inter ipsum, & finem fiunt, vt inter medicum sanitatemque, macies aut purgatio, aut instrumenta. Vniuersa enim hæc ipsius finis gratia sunt, inter sese autem differunt. Alia nanque sunt opera, Alia instrumenta.

Tex. c. 28.

Vno quidem modo causa dicitur ex quo fit aliquid cum insit: sicut æs statua, & argentum fiale, & horum genera. Alio autem modo species, & exemplum. Hæc autem est ratio ipsius, quod aliquid erat esse, & huius genera, vt eius qui est diapason, duo ad vnum, & omnino numerus, & partes, quæ in diffinitione. Amplius vnde principium mutationis primum aut quietis est, vt consilians causa, & pater filij, & omnino faciens facti, & commutans commutati. Adhuc autem quemadmodum finis. Hoc autem est, quod cuius causa, vt ambulandi sanitas propter quid enim ambulat dicimus, vt sanetur. Et dicentes sic opinamur assignare causam. Et quecunque iam mouente alio intermedia sunt finis, vt sanitatis, macies, aut purgatio, aut potiones, aut organa. Omnia, enim hæc finis gratia sunt. Differunt tamen abinuicem. Quod alia quidem opera, alia vero organa.

Tex. c. 29.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus enumerat genera causarum, & enumerat quatuor genera causarum. d. quod vno modo dicitur, causa illud, ex quo fit aliquid cum insit, & hæc est causa materialis sicut est æs materia statuæ, & argentum fialæ, & horum genera metalla liquefactibilia, quę sunt genera æris, & argenti, quæ dicuntur esse materia fiala, & d. cum insit, ad differentiam priuationis, quæ non inest, vt dicit Commen. Alio modo species & exemplum, idest, forma dicitur esse causa, ita causa forma est causa quam dat ratio ipsius, quod quid erat esse, idest, causa quam significat ratio significans quidditatem, idest diffinitio, & dicit hic Commen. quia diffinitiones componuntur ex forma vniuersali, quæ est genus, & propria, quę est differentia: genera autem istarum formarum sunt formæ, vt diapason quæ est propotio duorum ad vnum, & est quædam forma, & propotio numeri ad numerum. quæ est eius genus est quędam forma communis. Notandum, quod Phylosophus ponit hic duo, scilicet, species, & exemplum propter opiniones diuersorum de formis rerum. Exemplum propter opinionem Platonis, qui posuit formas abstractas, quas dixit exemplaria, & ideas. Speciem posuit propter opinionem naturalium ponentium formas existere in materia. [Amplius vnde principium.] Tertio modo illud dicitur esse causa quod est principium motus, & quietis, sicut consilians consilij dicitur causa, & pater filij, & omnino faciens facti, & commutans commutati, & transmutans transmutati. Notandum secundum expositores, quod quadruplex est efficiens, scilicet perficiens, disponens, adiuuans, & consilians. Perficiens est, quod inducit formam. Disponens; quod præparat materiam. Adiuuans, quod non operatur ad finem proprium, sed ad finem alterius. Consilians autem est in his quæ aguntur a proposito, quod quidem consilians dat agenti formam, per quam agit, quia agens a proposito agit per scientiam, quam dat sibi consilians. Alij vero dicunt, quod causa est duplex, principalis, & secundaria & vtraque est duplex, scilicet vniuersalis, & particularis, quantum ad causam principalem Phylosophus d. quod vna est causa, vnde primum principium mutationis aut quietis, quantum ad causam secundariam dicit, vt consilians, quantum ad causam vniuersalem, & particularem dicit, vt pater, filij, & omnino faciens facti & commutans commutati. pater enim est causa particularis filij, & faciens est causa vniuersalis & commutans est causa vniuersalior, quoniam omne faciens est mouens siue commutans, & non econuerso quia mouere est in plus quam agere, vt patet primo de generatione. [Adhuc autem quemadmodum.] Quarto modo dicitur aliquid causa, vt finis, & cuius gratia aliquid fit, vt sanitas dicitur esse causa ambulationis, & quod finis sit causa probatur, & hęc est decimaoctaua conclusio huius libri quæ probatur sic. Illud est causa propter quod respondetur ad quæstionem factam propter quid, sed finis est huiusmodi ergo, minor huius rationis probatur in litera, quia si quæratur propter quid aliquis ambulat, conuenienter respondetur, vt sanetur, & dicentes sic opinamur assignare causam, & addit Commentator quod quæ-

Idē 7. me. tex. c. 43.

Hoc dicit Aun.

Decimaoctaua cōclus. huius libri.

quæque sunt media inter primum mouentem, & vltimum finem dicuntur esse finis, quia vnumquodque eorum est finis eius, & est ante ipsum & omnia sunt propter vltimum finem, vt macies, purgatio, potio, & organa & flobothomia, ista namque enim omnia huiusmodi sunt gratia finis, vt gratia sanitatis, sed differunt, quia alia sunt opera, vt ambulatio, & alia sunt organa vt flobothomia. Nota, quod magis probat de fine, quod sit causa, quam de alijs causis, quia finis est vltimum, & causa videtur esse primum, & etiā quia aliquis agit propter finem, qui non est, vt ambulans propter sanitatem acquirendam, & ideo minus videtur de fine, quod sit causa quam de alijs.

Tex.c.30. Causæ igitur tot fere modis dicuntur.

Causę quidem igitur ferè tot modis dicuntur.

Ista igitur sunt genera causarum, & d. ferè, quia nondum est declaratum, quod non sint plura genera causarum, & ideo dixit ferè, quod notat dubitationem quousque declaratur per inductionem. vel dixit ferè ad excipiendum causas per accidens, vt dixit Alexan.

Fit autem, vt cum multipliciter causæ dicantur, multæ etiam eiusdem sint non per accidens causæ, ceu statuæ, & statuaria ars, & æs, non per aliud quicquam, sed, vt statua est. At non eodem modo sed æs quidem, vt materia. Ars autem, vt id a quo motio proficiscitur. Sunt præterea quæ sibi sunt mutuo causæ. vt exercitium bonæ habitudinis, & hæc exercitij. Et non eodem modo, sed hæc, vt finis, illud, vt principium motus. Idem insuper contrariorum est causa. Quod enim presens causa cuiuspiam est, id. & absens nonnunquam causam esse contrarijs dicimus. Vt gubernatoris absentiam subuersionis nauis, cuius præsentia causa erat salutis.

Contingit autem multipliciter dictis causis, & multas eiusdem causas esse non secundum accidens, vt statuæ statuifica, & æs, non secundum alterum aliquod, sed secundum quod est statua, sed non eodem modo. Sed hoc quidem, vt materia, illud autem, sicut vnde motus. Sunt autem quædam, & ad inuicem causæ, vt laborare causa est boni habitus, & hoc laborandi. Sed non eodem modo. Sed hæc quidem sicut finis, illa sicut principium motus. Amplius autem eadem contrariorum est. Quæ enim præsens causa huius est: hanc, & absentem causam aliquando contrarij, ut absentia gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.

Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Philosophus ponit quasdam dispositiones causarum, & sūt tres. Prima comparando diuersas causas ad eundem effectum. Secunda comparando diuersas causas inter se. Tertia comparando eandem causam ad diuersos effectus. Prima est, quod cum causæ sint multę, contingit, quod vnius eiusdem effectus sint multæ causæ per se non per accidens, sicut ipsius statuæ ars statuifica, & etiam æs sunt causæ. sed non eodem modo, quia æs est causa materialis statuæ, & ars statuifica est causa vnde principium motus. Secūda dispositio causarum est, quia causæ diuersæ sibinuicem sunt causæ; non tamen in eodem genere causæ, vt labor est causa efficiens sanitatis, & sanitas est causa finalis laboris. Et nota, quod Commen. dicit hic, quod similiter materia est causa formæ secundum hoc, quod forma nō potest inueniri nisi per illam materiam, forma autem est causa materiæ secundum quod materia non potest esse in actu demonstrata, nisi per illam, & præcipue materia prima. Tertia dispositio causarum est, quod eadem est causa contrariorum quandoque, sed duabus dispositionibus diuersis, quoniam causa, quæ per sui præsentiam est causa vnius effectus, per sui absentiam est causa effectus contrarij, vt gubernator nauis per sui præsentiā est causa salutis nauis, & per sui ab-

Prima dispositio.

Secunda dispositio. Cōsimile. 2. phys. c. 71.

Tertia dispositio. Idē. 5. m. cō. 2. & 3. cglu. cō. 92. 19. concl. huius lib.

A sentiam est causa effectus submersionis, & secundum istas tres dispositiones causarum possunt formari tres conclusiones. Prima, quod vnius, & eiusdem effectus sunt plures causæ per se, & probatur probatione exempli sui, quoniā ipsius statuæ sunt multæ causæ per se, scilicet, æs, & ars statuifica, ergo. Secunda conclusio, quod causæ sibi ad inuicem sunt causæ. hæc probatur per exemplum, quia labor est causa sanitatis, & sanitas est causa laboris, ergo. Tertia conclusio, quod idem sub diuersis dispositionibus est causa contrariorum, probatur, quia gubernator per sui præsentiam est causa salutis nauis, per sui absentiā est causa submersionis nauis, ergo. Sed hic sunt duo dubia. Primum dubium est circa dispositionem causarum, vbi dicitur, quod causæ sibinuicem sunt causæ, hoc enim non videtur verum, quia causa est prior causato, & causatum potest per suam causam demonstrari, ergo si duo sic se habeant, quod vtrumq; sit causa reliqui, sequitur, quod idem respectu eiusdē sit prius, & posterius, & sequitur, quod vtrumque potest demonstrare reliquum, & sic esset demonstratio circularis, & sequitur etiā, quod idem sit causa sui ipsius, quia quicquid est causa causæ est causa causati, & hoc potest argui in terminis sic, sint a & b. duo quæ sibinuicem sint causæ, si tunc a. sit causa b. tunc a. est prius

20. concl. huius lib. 21. concl. huius lib.

Primū dubium.

B naturaliter quam b. & quum b. sit causa ipsius a. b. erit prius naturaliter quam a & sic idem respectu eiusdem erit prius natura, & posterius natura, & ex hoc sequitur, quod a. sit prius natura quā a, quia quicquid est prius priori est prius posteriori, & sequitur etiam ex hoc, quod a. potest demonstrari per b. & b. per a. & sic a potest demōstrari per a. & sequitur etiam, quod a. sit causa ipsius a. quia si a sit causa ipsius b. tunc cuiuscunque b. est causa eiusdem est, & a. causa, si igitur b sit causa ipsius a. sequitur, quod a. sit causa ipsius a. quod est impossibile. Secundū dubium est circa tertiam dispositionem causarum, quia non videtur, quod gubernator nauis per sui absentiam sit causa submersionis nauis, quia si esset causa submersionis, hoc non esset nec posset esse nisi in genere causæ efficientis, sed hoc non est verum, quia illud, quod nihil operatur ad submersionem nauis non est causa effectiua submersionis nauis, sed gubernator absens est huiusmodi, ergo. Ad primum dubium dicendum est, quod causæ possunt esse sibinuicem causæ. Et quando dicitur, quod tunc vtraque erit prior reliqua, dico, quod prioritas est multiplex secundum prioritatem causarum, quoniam vna est prioritas materiæ ad formam, alia vero est prioritas

Secūdum dubium

Ad primū

C formæ ad materiam. Prioritas materiæ ad formam est prioritas temporis, vel originis, & prioritas formæ ad materiam est prioritas perfectionis, & non est inconueniens, quod idem respectu eiusdem sit prius, & posterius, accipiendo prius, & posterius nō vt sunt opposita, vt si accipiatur prius cōpositione, & posterius perfectione, ista enim non sunt opposita. Et si dicitur, quod causa naturaliter est prior quam causatum, & ita idem respectu eiusdem erit prius natura, & posterius natura. Dico quod sicut natura dicitur dupliciter, scilicet, de materia, & de forma, ita prius natura dicitur dupliciter, scilicet, vel prius natura materiæ, vel prius natura formæ, & nōn est inconueniens, quod idem sit prius natura, & posterius natura respectu eiusdem, dummodo hoc sit alia prioritate naturæ, vel sub alijs verbis natura dicitur multipliciter, vt patet in procemio primi huius, & accipio duo modos ad propositum, quoniam prius natura dicitur, vel illud quod natura in sua actione præsupponit, & sic materia est prius natura quam forma, vel dicitur prius natura illud quod natura prius intendit, & sic forma est prius natura, quam materia, nec sequitur, quod aliquid sit prius seipso, quia illa propositio, scilicet, quicquid est

D prius priori est prius posteriori, debet intelligi eodem modo prioritatis: & si arguatur a primo ad vltimum non tenet consequentia, quia æquiuocatur prius. Ad illud quod secundo inducitur, scilicet, quod erit demonstrare circulariter, dico quod non sequitur, nec vniuersaliter est verum, quod sit demonstratio circularis, quam Phylosophus negat, quia non est in eodem genere causæ, & talem demonstrationem circularem non negat Phylosophus quoniam si a, demonstrat b, in genere alicuius causæ, & b, demonstret a, in eodem genere causæ, tunc sequitur quod a, demonstret a, & aliter non sequitur. Ad illud vero quod tertio inducitur, scilicet, quod idem erit causa sui ipsius, dico quod nō sequitur, nec est vniuersaliter verum, quod quicquid est causa causæ sit causa causati, sed solum in eodem genere causæ, vnde si a, sit causa ipsius b, in aliquo genere causæ, & b, sit causa ipsius a, in eodem genere causæ, tunc sequitur quod a, sit causa ipsius a, alias non sequitur. Ad secundum dubium circa tertiam dispositionem causarum, dico quod gubernator nauis dicitur esse causa submersionis nauis in genere causæ efficientis per priuationem actionis, quia non

Ad secundum.

agit

agit ad salutem nauis. Vnde causa efficiens dicitur dupliciter, videlicet, vel positiue, vt illud, quod agit applicando virtutem suam ad opus, vel priuatiue, vt illud, quod est natum facere vnum enim contrariorum dicitur esse causa alterius, contrarij per hoc, quod non facit contrarium, quod ipsum natum est facere, & sic gubernator nauis dicitur esse causa submersionis per priuationem actionis ad salutem nauis, non tamen dicitur proprie causa efficiens.

Vniuersæ autem nunc dictæ causæ, quatuor in genera manifestissima cadunt. Elementa namq; syllabarum. Materies conficiendorum operum artæ. ignis & talia corporum: partes totius: suppositiones denique conclusionis, vt id ex quo fit aliquid: causæ sunt. Atque horum quædam sunt, vt subiectum, veluti partes.

Tex.c.31. *Omnes autem nunc dictæ causę in quatuor incidunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, & materia vasorum, & ignis, & huiusmodi corporum & partes totius, & suppositiones conclusionis, sicut ex quo causæ sunt. Harum autem hæ quidem sunt sicut subiectum, & partes.*

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus reducit per inductionem omnes causas ad quatuor genera causarum, & probat Phylosophus, quod omnis causa aut est secundum materiam, aut secundum formam, aut secundum agens, aut secundum finem, & hæc est vigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur inductiue sic, nam elementa, idest, literæ sunt causæ syllabarum, & hoc in genere causę materialis, & illa, ex quibus sunt vasa dicuntur causa vasorum, & hoc in genere causæ materialis, & ignis, & huiusmodi elementa sunt in genere causæ materialis respectu corporum mistorum, & partes sunt materia totius & præmissæ sunt quasi materia conclusionis, quoniam conclusio generatur, ex propositionibus, omnia enim ista conueniunt in hoc, quod sunt causæ sicut ex quo, idest causæ materiales. Vnde addit Commen. d. quod omnia ista conueniunt in hoc, quod sunt materia, sed differunt, quoniam quædam sunt materia secundum compositionem, vt literę syllabarum, & lapides domus, & quædam sunt materia secundum alterationem, vt panis est materia sanguinis, & quædam secundum alterationem, & compositionem, vt acetum, & mel oximellis, & quatuor elementa omnium cõpositorum, & hæc sunt duo fundamenta materiæ, scilicet compositio & alteratio, & tertium compositum ex eis, dicit etiam Commen. quod Phylosophus posuit partes, & totum alium modum materia compositione, vt reputa secundum, quod intendebat partes quæ sunt in potentia, non quæ sunt in actu, aut secundum, quod intendebat vniuersum congregatum tantum, quoniam compositio est aggregatio partium, sit enim ex qualitate, & ordine, & positione. Item dicit Commen. quod propositiones assimilantur materiæ quæ sunt in potentia conclusio: & conclusio est in eis quasi forma. Hæc Commentator.

25.concl. huius lib.

Idē infra com.74.

Quædam, vt quidditas. Totum inquam compositio atque forma.

Aliæ autem sunt sicut, quod quid erat esse, & totum, & compositio, & species.

PHylosophus hic enumerat causas, quæ collocantur sub causa formali. d. quod aliæ sunt causæ, sicut quod quid erat esse, idest, quæ demonstrant quidditatem rei, & sunt tria, videlicet, totum, compositio, & species. Et secundum Commen. Phylosophus intelligit per totum congregationem partium tantum, & intendit per compositionem congregationem istarum rerum dispositionum in partibus, scilicet, figuræ, ordinis, & positionis, & intendit per formam, formam quæ est secundum alterationem tantum. Vnde secundum, quod in nostra translatione vbi ponitur species, in translatione Commen. ponitur forma, & vbi in nostra translatione ponitur totum, in litera Commen. ponitur vniuersum, & sic ex dictis Commen. patet, quod triplex est materia, scilicet, materia secundum compositionem tantum, & sic lapides, & ligna sunt materia domus,

A & quædam est materia secundum alterationem tantum & sic panis est materia sanguinis, & quædam est materia secundum alterationem, & compositionem, & sic acetum, & mel sunt materia oximellis, & sicut est triplex materia, ita est triplex forma, quia quædam est forma secundum compositionem tantũ, & illam vocat Phylosophus totum, vt aceruus lapidũ & quædam est forma secundum alterationem tantum, & illã vocat Phylosophus speciem, & huiusmodi est forma sanguinis, & quædam est forma secundum compositionem, & alterationẽ, & illa vocatur compositio, & etiam totum habens has tres dispositiones in partibus, s. figuram, ordinem, & positionẽ dicitur cõpositio: vt domus, vel forma domus, & nota, quod partes integrales totius dicuntur materia, & totũ dicitur forma, &c.

At semen medicus, quique consuluit & omnino efficiens, omnia sunt causæ vnde est mutationis principium, vel quietis, vel motus.

Semen autem, & medicus, & consilians, & omnino faciens omnes sunt vnum principium mutationis, aut
B *status, aut motus est.*

HIc Phylosophus enumerat causam quæ collocatur sub causa efficiente. d. quod semen animalium, & medicus sanans, & consilians consilij, & omnino faciens facti omnia illa sunt causæ, vt vnde principium motus, & quietis, idest omnia ista sunt in genere causæ efficientis.

Quædam autem causæ sint, vt finis bonumq; ceterorum. Id enim gratia cuius cætera fiũt, optimum esse solet: ac finis illorum. Interfit autem nihil bonum ipsum an apparens bonum dicatur. Tales igitur atq; e tot causæ specie esse videntur.

Aliæ autem sicut finis, & bonũ aliorum. Quæ enim est cuius causa potissima est, & finis aliorũ voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonam, vel videri bonam. Causæ quidem igitur hæ, & tot sunt specie. Tex.c.32.

INducit genus causæ, quod est secundum finem, & d. quod aliæ sunt causæ sicut finis intentus per operationem, & bonum aliarum causarum, & ista est causa potissima, & quod finis sit causa aliarum causarum, & nobilior alijs causis: probat
C Phylosophus, & hæc est vigesimatertia conclusio huius libri quæ probatur sic. Illud cuius causa alia quæruntur est causa aliorũ, & est nobilius illis, sed aliæ causæ, quæ quæruntur, quæruntur propter finem, quoniam agens, & materia nõ sunt nisi propter finem, & similiter formæ non sunt nisi propter vltimum finem, vt dicit Commen. & addit Phylosophus. d. quod nihil differt dicere eandem, scilicet, causam finalem esse bonã simpliciter in rei veritate, & videri bonam, licet non sit in rei veritate. Vnde dicit Commen. quod Phylosophus dicit hoc, vt descriptio finis, s. finis est bonum intentum per illa quæ sunt ante ipsum, vt communis rebus voluntarijs, & naturalibus, qm̃ vltimum intentum in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum, & non est in rei veritate, intentum vero in rebus naturalibus est bonum verum, hæc igitur est descriptio communis finis, scilicet finis est bonum simpliciter, vel apparens intentum per illa verba quæ sunt ante ipsum, &c. Deinde Phylosophus infert conclusionem suam. d. [Causæ igitur hæ, & tot numero sunt] ex omnibus illis potest conclusio probari sic, omnis causa quæ est, vt litera syllabarum, vel vt materia vasorum, vel vt elementa mixtorum, vel partes totius,
D vel vt premissę conclusionis vel totum, vel compositio, vel vt species, vel vt semen, vel vt medicus, vel cõsilians, vel vt aliud cuius gratia est, aut est causa secundum materiam, aut secundũ formam, aut secundum agens, aut secundum finem, sed omnis causa, vel est vt litera respectu syllabarum, vel vt materia vasorum, &c. ergo. Notandum est hic, quod cum Phylosophus dicit, quod finis est bonum, vel apparens bonum, quod in naturalibus semper finis est bonum secundum veritatem, sed in voluntarijs, aliquando est bonum sm veritatem, aliquando apparens bonum, & aliquando nec est bonum secundum veritatem, nec apparens bonum, quoniam quando voluntas sequitur iudicium rationis, tunc finis intentus a voluntate, vel est bonum, vel apparens bonum, sed quando non sequitur iudicium rationis non oportet, q̃ sit bonum, vel apparẽs bonũ. Sed dubitatur de illo, quod dicitur in enumerando illa, quæ sunt in genere causę materialis, ibi enim dicitur, quod propositiones sunt materię conclusionis, hoc non videtur verũ esse,

23.concl. huius lib.

Notabile.

Primum dubium.

quia præmissæ sunt causæ effectiuæ conclusionis: sed materia, & efficiens non coincidunt, ergo non sunt causa materialis conclusionis. Dubitatur etiam de illo, quod dicitur, quod semen est causa efficiens, hoc non videtur verum cum semen sit causa materialis. Ad primum dico, quod præmissæ, vel propositiones secundum se totas non sunt materia conclusionis, sed ratione partium, vt ratione extremitatum, & ideo dicit Com. quod assimilantur materiæ, sed ratione medij sunt causa effectiua conclusionis, vel notitiæ conclusionis, vnde idem secundum idem non est materia, & efficiens, sed tamen respectu diuersorum potest esse materia, & efficiens. Ad aliud dico, quod semen maris est causa efficiens prolis, & semen fœmellæ est causa materialis, & sic non est idem illud, quod est causa efficiens, & causa materialis. Item notandum, quod istæ causæ multipliciter dicuntur, vt patet de quolibet genere causæ, & primo de causa materiali, quoniam materia est multiplex, quia quędam est materia alterationis tantum: vt est illa ex qua res fit tanquam ex termino a quo, & non manet in re, quæ fit ex ea, & vinum est materia aceti, & panis sanguinis, & sperma hominis, & sic de similibus. Alia autem est materia compositionis tantum: & sic partes quę secundum suas naturas manent in toto sunt materia totius, vt caro, & os. manus, & caput sunt hoc modo materia hominis, & sunt materia compositionis tantū, quia non præfuerunt ante totum, nec alterabantur ante constitutionem totius, & quædam est materia alterationis, & compositionis, & talis est duplex, vt propinqua, & remota, propinqua, vt mel, & acetum, oximellis, remota vt materia prima respectu omnium generabilium, & corruptibilium. Adhuc alio modo accipitur materia pro imperfectiori respectu perfectioris, & sic elementa inferiora dicuntur esse materia respectu corporum superiorum, vt patet in libro de cælo. Adhuc autem indiuiduum dicitur materia respectu speciei, & sic loquitur Phylosophus primo celi. d. Quod qui dicit hoc cælum dicit materiam, sed qui dicit cælum dicit formam, & adhuc illud dicitur materia quod est subiectum alicuius transmutationis, & sic cælum dicitur esse materia, vel habere materiam, quia est subiectum motus localis.

Secūdum dubium. — *Ad primū.* — *Ad secundum.* — *Notabile.*

Forma dicitur multipliciter.

Similiter forma dicitur multipliciter, quoniam quædam forma est extra rem, & quædam intra rem, forma extra rem est, vt forma exemplaris, & vniuersalior perfectius respectu minus perfecti, sed forma intra rem est duplex, quia quædam est forma declarans quidditatem, & sic per se superius est forma inferioris, & quædam est forma perficiens materiam, & talis est duplex, quia, vel perficit materiā vnius speciei, vt forma argenti, & tunc dicitur species, aut quia perficit materias diuersarum specierum, & tunc aut illæ materiæ habent vnitatem ordinis tantum, sicut est in ciuitate, & in exercitu, & talis forma dicitur totum, aut vltra vnitatem ordinis & contactus habent alterationem, vt patet in oximelle, & talis forma dicitur mixtio.

Efficiens est multiplex.

Similiter efficiēs dicitur multiplex, scilicet, proprie, & metaphorice. Efficiens metaphorice est idem, quod finis, & est illud propter quod agens agit, sed efficiens proprie est efficiens statuens finem, vel illud quod est medium ad finem, & sic consiliator dicitur esse efficiens, ut in operando, & hoc dupliciter, quoniam aut applicat actiuum passiuo, & sic illud, quod applicat ignem domui dicitur comburere domum, & sic medicus est causa efficiens sanitatis, aut operando circa materiam, & tunc aut disponit materiam, & sic semen masculi dicitur esse causa efficiens prolis, aut inducit formam, & sic Deus dicitur esse causa efficiens, supponēdo, quod natura intellectiua sit a Deo.

Finis est multiplex.

Item finis similiter est multiplex, s. finis euentus, & finis intentus. Finis euentus potest esse malum, & apparere malus, & finis intentus potest esse duplex, scilicet, finis generationis, & finis rei generatæ, finis generationis est forma, & finis rei generatæ est duplex, scilicet, quidam primaria intentione, & quidam secundaria intentione, & vter que est duplex, videlicet, quod, & quo, quo est visio Dei, & quod est ipse Deus, & hoc primaria intentione, secundaria intentione, vt habitus virtutis est finis quo, & operari est quod.

DE MODIS CAVSARVM, ET EST TOTAliter narratiuum. Tractatus tertij. Cap. II.

Modi autem causarum numero quidem sunt multi. Si in capita vero redigantur, & ipsi paucio res euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter, & ipsarum quæ sunt eiusdem generis, alia prior, alia & posterior, vt sanitatis medicus, atque artifex, & concentus eius, qui omnes sonos comple-

A **ctitur, duplum ac numerus, & semper hæ quæ continent ad eas, quæ sunt singulares.**

Modi autem causarum numero quidem sunt multi. Capitales autem, & hi minores. Dicuntur autem causa multipliciter. Et ipsarum similium specierum, & prius, & posterius altera alterius, vt sanitas medicus, & artifex, & diapason, duplum, & numerus, & semper continentia vnumquodque.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo determinatur de modis causarum, & per modos causarum intelligo accidentia causarum, uel causas, quę diuiduntur per accidentia. Istud capitulum continet quatuor partes principales, quia in prima p. enumerat octo modos causarum, videlicet, sex speciales, & duos generales. In secunda ibi. [Sed tamen hæ.] diuiditur sex modos speciales
B per duos modos generales. In tertia autem ibi. [Oportet autem semper.] Narrat quis istorum modorum est quęrendus principaliter. In quarta vero ibi [Amplius autem aliæ.] Narrat duas dispositiones de causis. Prima pars continet quinque particulas, quoniam in prima ponuntur duo modi causarum, qui sunt prius & posterius. In secunda ibi. [Amplius per accidens.] Ponuntur duo alij modi, qui sunt per se, & per accidēs. In tertia ibi [Præter ens.] Ponuntur duo alij modi, qui sunt actus, & potentia. In quarta ibi. [Similiter, & dicuntur.] Narrat, quod idem modi sunt causatorum, qui sunt causarum. In quinta ibi. [Amplius autem complexæ.] Ponit duos alios modos, videlicet, complexum, & incomplexum. In prima igitur particula huius partis d. p. quod modi causarum sunt multi, sed capitales, idest, modi principales sunt minores, idest, pauciores, principales enim modi causarum sunt pauciores, quam sint modi causarum minus principales. Causæ enim dicuntur multipliciter secundum diuersa genera causarum, & in quolibet genere causæ inueniuntur prius, & posterius, verbi gratia, in causis agentibus medicus, & artifex, nam medicus est causa posterior sanitatis, & artifex est causa prior, quia quanto aliquid est communius, tāto est prius. Similiter in causis formali-

In quolibet genere causæ inuenitur prius, & posterius.

C bus, verbi gratia, quoniam forma diapason est duplum, & forma dupli est numerus, & forma numeri est quantitas, & semper illa forma quæ est vniuersalior est prior. Et addit Commen. quod prius, & posterius in materijs manifesta sunt, & similiter in finibus, extenuatio enim est finis exercitij, & finis extenuationis est sanitas, igitur est primus finis, sed alij sunt fines posteriores, isti igitur sunt duo modi causarum, videlicet prius, & posterius. Intelligendum, quod prius, & posterius quantum ad propositum possunt capi dupliciter, vno modo secundum prædicationem sic, quod illud dicatur prius, quod de pluribus est prædicabile, & illud dicatur posterius, quod est prædicabile de paucioribus, & isto modo videtur Phylosophus hic loqui de priori, dicit enim, quod artifex est prior quam medicus, quia certum est, quod artifex de pluribus est prædicabile quam medicus. Alio modo potest accipi prius secundum causalitatem, & in illo modo illud est prius, cuius causalitas ad plures effectus se extendit, & sic sol est causa prior quam homo, quia causalitas solis ad plures effectus se extendit quam hominis causalitas, & videtur, quod Phylosophus etiam isto modo loquatur hic de priori, & posteriori, & non
D solum primo modo, quia causalitas artificis ad plures effectus se extendit quam causalitas medici, plura enim fiunt per artem quam per medicinam, quia plures sunt res artificiales quam res factæ per artem medicinæ.

Prius, & posterius possunt capi dupl.

Præterea, vt accidens, & huius genera. Vt statuę alio modo Polycletus alio statuarius. Accidit enim statuario, vt sit Polycletus. Et ea etiam quæ continent accidens. Veluti si homo sit causa statuę aut omnino animal. Sunt autem, & accidentium alia remotiora alijs, atque propinquiora, ceu si albus ac musicus causa statuæ dicerentur.

Amplius autem sēm accidēs, & horum genera, sicut statuæ, & aliter Polycletus, & aliter statuā faciēs, quoniam accidit statuam facienti Polycletum esse. Et con- Tex.c.33.

tinentes

tinentes secundū accidēs, vt si homo causa sit statuę, aut homo animal. Sunt autē accidentium aliæ alijs longius, & propius, vt si albus, & musicus causa dicūtur statuę.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli in qua Phylosophus ponit duos alios modos, scilicet, per se, & per accidens d. quod quædam causæ dicuntur per se, & quædam per accidens, & genera causarum accidentalium sunt causæ per accidens, vt Polycletus est causa per accidens statuæ, & statuificus siue statuam faciens est causa per se. Illa etiam quæ continent causas per accidens sunt causæ per accidens verbi gratia quia Polycletus est causa per accidens statuæ, ideo homo, & animal sunt causæ per accidens statuæ, quia accidit artifici qui est causa per se, quod sit homo, aut animal. Deinde narrat Phylosophus, quòd in primo qui est per accidens inuenitur propinquum, & remotum, quoniā causarum per accidens quædam sunt propinquiores, quędam vero remotiores, verbi gratia, si faciens statuam sit albus, & musicus, tunc album, & musicum sunt causæ per accidens statuæ, sed album est causa remotior quam musicus, quia album est communius quam musicum, quia reperitur in alijs quam in homine, sed musicum non reperitur, nisi in homine. Intelligendum est cum dicitur quod statuificus per se facit statuam, & Polycletus per accidens, illud potest dupliciter intelligi, vno modo, quod per se, & per accidens referantur ad totā propositionem, ita, quod denotet vnum sensum istius orationis, scilicet, statuificus est causa statuæ, vel facit statuam, sic, quod significet, quod hæc propositio sit per se, statuificus facit statuam, & hoc per accidens, Polycletus facit statuam, & sic intelligit Phylosophus, scilicet, quod determinationes denotent diuersos sensus orationis. alio modo potest intelligi, quod istę determinationes referantur ad terminos positos in propositione, vel etiam ad ipsam compositionem, ita, quod sit sensus, statuificus est causa per se statuæ, vel per se est causa statuæ, & Polycletus per accidens, sic, quod per se, & per accidens non sint prædicata, sed magis se teneant ex parte prædicati, vel compositionis, tanquam determinationes prædicati, vel compositionis, & isto modo non intelligit Phylosophus, quoniam si idem sit Polycletus, & statuificus, sequitur, quod si statuificus sit causa per se statuæ, quod Polycletus sit causa per se statuæ, & si Polycletus sit causa per accidens statuæ, quod etiam statuificus sit causa per accidens statuæ, quia sequitur per syllogismum expositorium, Polycletus est causa per accidens statuæ, & Polycletus est statuificus, ergo statuificus est causa per accidens statuæ. Ideo dico, quod Phylosophus loquitur hic de per se, & per accidens, secundum quod denotant diuersos sensus orationis, & non secundum, quod determinant aliquod extremum, vel compositionem extremorum. Et si quæratur qualiter, & quomodo est hoc per se, statuificus facit statuam, dico, quod est per se, quia subiectum aliquomodo includit prædicatum, quoniam statuificus in suo intellectu includit facere statuam aliquo modo, scilicet, actu vel habitu. Ista tamen, Polycletus facit statuam, est per accidens, quia prędicatum nullo modo est de intellectu subiecti, & si hæc sit per se, statuificus facit statuam aliquando quatuor modorum positorum in posterioribus, credo, quod sit per se perseitate quarti modi, vel quod est reducibilis ad quartum modum, & de hoc est aliqualiter visum in primo huius: tractatu vltimo.

Præter autem omnes quæ accōmodate dicuntur, & quæ per accidens, aliæ, vt potentes, aliæ, vt operantes dicuntur. Velut, vt extruatur domus ædificator causa dicitur, aut ędificans ædificator,

Tex.c.34. *Præter autem omnes, & proprie dictas, & secūdum accidēs, aliæ quidem sicut pōtētes dicuntur, aliæ vero sicut operantes, vt ędificandi domum, ędificator, aut ędificans, ędificator.*

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit alios duos modos causarum. d. quod præter prædictas differentias quædam causæ dicuntur in potentia, & quædam in actu, verbi gratia, ædificans dum actu ædificat est causa in actu domus, & ædificator dum non ædificat est causa in potentia.

Similiter, & in hisce dicetur, quorum causæ

Tex.c.35. sunt ipsæ causæ, vt huius statuæ, aut statuæ, aut

A omnino imaginis & æris huiusce, aut æris, aut omnino materiæ. Et in accidentibus simili modo.

Similiter autem dicuntur, & in quibus causæ quæ sunt causæ in his quæ dicta sunt, vt huiusmodi statuæ, vt statuę, aut & oīno imaginis, & æris huius, vt æris, aut omnino materiei, & in accidentibus similiter est. Tex.c.35.

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus narrat, quòd eædem diuisiones, quæ sunt causarum, sunt etiam causatorum, quoniam sicut quædam causæ sunt propinquæ, & quædam remotæ, & quædam per se, & quędam per accidens, ita est in causatis, verbi gratia faciens hanc statuam est causa huius statuæ, & etiam est causa statuæ, & hæc statua est causatum propinquū, & statua, & imago sunt causata remota, & sic apparet, quod propinquum, & remotum inueniuntur in causatis, & sicut est de istis, ita est de illis alijs modis. Vnde notandum est quod ex isto loco apparet, quod extra animam est res alia quam singu- Notabile.

B laris, quia artifex in vniuersali acceptus est vera causa realis, & statua in vniuersali accepta est vera, & realiter quoddam causatum, vt volunt Phylosophus. & Commen. hic & sic non dependent ab anima, igitur, &c. Dicit igitur Comment. hic, quòd statua huius hominis est causatum propinquum, sed statua simpliciter est causatum remotum, sed certum est, quod vtraque, idest, statua huius hominis, & statua simpliciter est res extra animam, ergo.

Præterea, & hæc coniuncta, ac ille dicentur. Veluti non Polycletus, neque statuarius, sed statuarius Polycletus.

Amplius autem complexę, & istę, & illæ dicuntur, vt nō Polycletus neque statuam faciens, sed Polycletus statuam faciens. Tex.c.36.

C HÆc est quinta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit duos alios modos causarum, quę sunt complexum, & incōplexum, siue simplex, & compositum, causa incomplexa, vt Polycletus, & causa complexa, vel composita, vt Polycletus statuam faciens.

Attamen hæc omnia multitudine quidem sunt sex Dupliciter autem dicuntur. Nam aut, vt singulare, aut, vt genus, aut, vt accidens, aut genus accidentis, aut vt coniuncta hæc, aut, vt seiuncta dicūtur Et insuper omnia, aut potentia, aut actu.

Sed tamen omnes hæ sunt multitudine quidem sex, dictę autem dupliciter. Aut, enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidēs, aut sicut genus accidētis, aut sicut complexæ hæ aut sicut simpliciter dictę. Omnes autem actu operantes, aut secundum potentiā sunt.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus diuidit modos speciales causarum per modos magis generales, qui sunt potentia, & actu. Hæc

D pars continet duas particulas. quoniam in prima facit, quod dictum est, In secunda ibi. [Differunt autem.] Ponit differentiam inter causas in actu, & causas in potentia. In prima igitur particula huius partis Phylosophus primo facit summam de numero modorum causarum. d. quòd omnes hæ dispositiones causarum sunt sex multitudine, & loquitur de modis specialibus, quoniam omnes modi speciales causarum sunt secundum propinquitatem, & remotionem per se, & per accidens, vt secundum compositionem, & diuisionem, idest, secundum complexionem, & incomplexionem. Vnde sunt sex modi speciales causarum videlicet propinquum & remotum, per se & per accidens, simplex, & compositum, & omnes isti modi secundum duas differentias diuiduntur in quibus conueniunt. quoniam vnusquisque istorum modorum diuiditur per actum, & potentiam, vnde causa propinqua quędam est in actu, & quædam in potentia, similiter causa per se quædam est in actu, & quædam in potentia, & sic de alijs, vnde diuidendo omnes sex modos speciales per actum, & potentiam erunt in vniuerso duodecim modi causarum, vt patet intuenti.

Interest autem tantum. Causæ enim actu, & sin A gulares: & ea quorum sunt causæ, simul sunt. & nõ sunt. Vt hic qui medetur: cum hoc qui sanatur: & hic qui ædificat: cum hoc, quod ædificatur. Sed quæ sunt potentia, non semper. Non enim simul domus, & ædificator corrumpitur.

Tex. c. 37. *Differunt autem in tantum, quod operantes quidem, & singulares simul sunt, & non sunt, & quorum sunt causæ, sicut hic medicans cum hoc qui fit sanus: & hic ædificator cum hoc ædificato. Quæ autem sunt secundũ potentiam non semper. Corrumpuntur enim non simul domus, & ædificator.*

Idem 3. met. t. c. 3. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli in qua Phylosophus dat differentiã inter causas quę sunt in actu, & causas quæ sunt in potentia. d. quòd causa in actu, & causa in potentia differunt in hoc, B quia causæ singulares operantes in actu simul sunt, aut non sunt cum illis: quorum sunt causæ sicut hic medicans cum hoc qui fit sanus: & ædificans cum hoc ædificato, sed causæ quæ sunt in potentia nõ simul sunt, & non sunt cum illis quorum sunt causæ, quoniam non simul corrumpitur domus, & ædificans qui est ædificans in potentia. Vnde intelligendum est, quòd per causam in actu possumus duo intelligere, scilicet, vel causam actu existentem, vel causam actu causantem. Et similiter per effectum in actu possumus intelligere duo, scilicet, effectum actu existentem, vel effectum actu in fieri seu causari, & tunc dico, quod illud dictum Phylosophi, causa particularis in actu simul est, & non est cum effectu particulari in actu, debet intelligi de causa particulari actu causante, & de effectu in fieri, seu causari. Adhuc per causam particularem in actu debemus intelligere causam in actu particularem, & contractam in particularem causationem, & eodem modo de effectu particulari in actu, non enim oportet semper dum hic ædificans est in actu ædificans, quòd hoc ædificium sit in ædificari, & econuerso, sed semper dum hoc ædificans est in actu ædificans hac actiua ædificatione hoc ædificium est in ædificari hac ædificatione passiua.

Oportet autem semper causam quærere summam, quemadmodum, & in cæteris. Velut homo ædificat, quia est ædificator. At ædificator est per artem ædificandi. Hæc igitur prior est causa, & in omnibus simili modo.

Tex. c. 38. *Oportet autem semper causam vniuscuiusque summam quærere sicut, & in alijs, vt homo ædificat, quoniã ædificator est, ædificator autem secundum ædificationem. Hæc autem prima causa est, & sic in omnibus.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli in qua Phylosophus cum notificauit numerum modorum causarum narrat quis istorum modorum est principaliter quærendus, scilicet, vtrum principaliter oportet quærere causam propinquam, vel causam remotam. d. quod principaliter oportet D quærere causam summam, & textus quem Commen. exponit

Expositio Commẽt. habet causam vltimam in esse. Et Commen. exponit sic, quod oportet principaliter quærere causam vltimam in quæstione non vltimam in esse, & illa causa est propinqua, vltima enim in esse est causa remota. Illa autem causa quæ est vltima in quæstione est illa ad quam cessat quæstio naturalis, ita, quod non conuenit vlterius quærere in illa scientia. Vnde in scientia naturali debemus principaliter quærere causam vltimam in quæstione, & illa est causa propinqua, sicut in artificialibus, verbi gratia, cum aliquis interroget quare homo ædificat, respondendum est, quia est ædificator, & cum quæritur vlterius, quare est ædificator, respondetur, quia habet artem ædificandi, & ibi cessat quæstio, quia ars ædificandi est causa propinqua ædificationis, & eodem modo est in scientia naturali, & omnibus alijs. Et intelligo per causam propinquam siue per causam vltimam in quæstione causam quæ per se remoto quocunque alio potest causare, & alia non causat nisi mediante illa, & isto modo calor, vel quæcunque alia qualitas quæ per se A posita posset calefacere, dicitur esse causa calefactionis, & est vltima causa in quæstione, qua quæritur de aliquo quare ipsum calefacit, & prima causa in esse, hoc est, causa propinquissima propter quam res est, sed causæ remotæ calefactionis sunt causæ, quibus positis non propter hoc ponitur calefactio, & hoc modo qualitas in communi: & etiam qualitas tangibilis, & etiam forma substantialis sunt causæ remotæ calefactionis. Et si dicatur, quod magis commune est causa prior secundum Philosophum hic, vt patet de artifice, & medico. Dicendum, quod prius dicitur dupliciter quantum ad propositum, scilicet, vel quia est propinquius, & sic loquitur Phylosophus hic dicens, quod causa prima in esse est vltima in quæstione, alio modo dicitur prius, quod est communius, & indeterminatius, cuius causalitas ad plura se extendit, & sic locutus est Phylosophus cum dixit, quod artifex est prior causa, quam medicus.

Præterea generum quidem genera, singulariũ vero singulares dicenda sunt causę, ceu statuarius quidem statuæ, hic autem huius. Et potentia qui- B dem causæ, effectuum potentia, actu autem effectuum actu. Quot igitur sint causæ, & quomodo sunt causæ, satis sit a nobis determinatum.

Amplius autem alię quidem genera sunt generum, alię autem singulares singularium, vt statuam quidem faciens. Hę autem, & huiusmodi, & potentias quidem possibilium, operantes autem ad operata. Quot quidem igitur causę sint, & quomodo causę sint, nobis determinata sint sufficienter. Tex. c. 39.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit duas dispositiones de causis, quarũ prima est, quod causæ vniuersales sunt effectuum vniuersalium, & causæ particulares sunt effectuum particularium, verbi gratia, statuam faciens est causa statuæ simpliciter, & hic faciens statuam est causa huius statuæ simpliciter. Vnde dicit Commen. quod Phylosophus dicit hoc prætextuando se ab opinione Plato. qui dixit, quod vniuersalia sunt causæ singu- C larium, & ex hoc loco apparet, quod vniuersalia sunt extra animam, quia sunt veræ causæ, & vera causata. Alia dispositio causarum est, quod causæ, quæ sunt in potentia sunt causæ eorum, quæ sunt in potentia, & causæ quæ sunt in actu, sunt causæ eorum quæ sunt in actu, & per causam in potentia intelligo causam, quæ aliquando agit, & aliquando non, vt sunt ædificator, & medicus, &c. Deinde Phylosophus recapitulat d. quot quidem igitur causæ, & quomodo causæ sint, nobis determinatum sit sufficienter.

Vniuersalium causæ sunt vniuersales & particularium particulares.

DE CAVSIS PER ACCIDENS, SCILICET, de casu, & fortuna, libri secundi Tractatus III.

De scientijs antiquorum. Cap. I.

Fortuna etiam, & casus de numero causarum esse dicuntur, multaque esse, & fieri ob fortunam, & casum. Considerandum est igitur quomodo sunt in his causis fortuna, & casus, & vtrum D idem sint, an diuersa, atque omnino quidnam sit fortuna, & casus.

Dicitur autem, & fortuna, & casus causarum, & multa, & esse, & fieri propter fortuna, & propter casum. Quo igitur modo in his causis est fortunã, & casus, & vtrum idem sint fortuna, & casus, aut altera, & omnino quid sit fortuna, & casus considerandum est.

ISTE est tractatus quartus huius libri, in quo perscrutatur de fortuna, & casu, & continet quatuor capitula, quia in primo ponuntur opiniones antiquorum. In secundo ibi. [Primum quidem igitur.] Perscrutatur de naturis casus, & fortunæ declarando quid vtrunque sit secundum diffinitionem. In tertio ibi. [Differunt autem.] Perscrutatur differentiam inter fortunam, & casum. In quarto ibi. [Sed modorum, & causarum.]

declaratur

declaratur in quo genere causarum collocantur fortuna, & casus. Capitulum primum continet quatuor partes principales, quarum in prima ponit Phylosophus intentionem suam, & rationem intentionis. In secunda. [Quida enim, & si sunt.] Ponit opinionem, & rationem opinionis destruentium casum, & fortunam esse. In tertia ibi. [Sunt autem quidam] Ponit, & improbat opinionem ponentium casum, & fortunam esse causas totius coeli, & omnium motuum coelestium. In quarta ibi. [Sunt uero quidam.] Ponit opinionem ponentium casum, & fortunam esse quoddam diuinum humano intellectui imaginatum. In prima igitur parte principali huius capituli: Phylosophus primo proponit rationem propter quam determinandum est de causa, & fortuna, & narrat ea quae perscrutanda sunt de eis, dicit igitur Phylosophus primo, quod fortuna, & etiam casus dicitur esse de numero causarum, & multa dicuntur fieri a casu, & a fortuna, & haec est ratio, quare hic est perscrutandum de eis, quia cum casus, & fortuna dicantur esse de numero causarum, ad illam scientiam pertinet considerare de casu, & fortuna ad quam pertinet considerare de causis. Deinde Phylosophus narrat tria perscrutanda de fortuna, & casu d. quod considerandum est quomodo casus, & fortuna sunt in his causis, de quibus prius determinatum est, hoc est ad quod genus causae casus, & fortuna reducuntur. Et considerandum est utrum casus, & fortuna sint idem aut altera, & considerandum est quid sit casus, & fortuna, ista igitur tria sunt consideranda, scilicet, in quo genere causae sunt, vtrum sint idem, vel diuersa, & quid utrumque eorum est.

Tex.c. 40. Quidam enim, & si sint necne, dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt. Sed omnium definitam quandam causam esse, quae fieri dicimus a casu, aut fortuna, ceu profectionis a fortuna cuiuspiam ad forum, inuentionisque eius quem uolebat quidem non putabat autem inuenire, causam hoc aiunt esse, illum inquam profectum illuc emere quippiam uelle. Similiter, & in caeteris, quae a fortuna prouenire dicuntur: semper causam quandam inquiunt esse: quam sumere licet, sed non fortunam. Quod si quippiam esset fortuna, absurdum sane videbitur.

Quidam enim si sint an non, dubitant. Nihil enim fieri a fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causã determinatam quaecunque nos a casu fieri, aut a fortuna, vt veniendi a fortuna in forum, & reperiendi quem volebat quem non est opinatus ante, causa est venientem velle emere. Similiter autem, & in alijs quae fortuna dicuntur, semper est aliquam accipere causam, sed non fortunam. Tex.c. 41. *Quoniam si aliquid erat fortuna: inconueniens vtique videbitur, sicut, & vere est.*

Prima opinio de casu, & fortuna.

HAEc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponitur opinio, & ratio opinionis destruentium casum & fortunam esse, & continet duas particulas, quia in prima ponit opinionem, & rationem opinantis. In secunda ibi. Sed mirabile uidetur.] Contradicit opinionibus istorum eis respondendo. In prima igitur particula huius partis Phylosophus dicit quod quidam dubitant utrum casus, & fortuna sint, vel non, & quod casus, vel fortuna non sint, probant per duas rationes, prima ratio formatur a Commen. sic, si casus, & fortuna sunt, oportet quod sint causae, sed nõ sunt causae, ergo non sunt, maior apparet, quia casus, & fortuna nõ ponuntur esse, nisi quia multa dicuntur fieri a casu, & a fortuna tanquam a causis, minor vero probatur sic, nihil, quod fit, fit a causa determinata, ergo nihil quod fit, fit a casu, vel a fortuna, & per consequens casus, & fortuna non sunt causae: maior huius prosyllogismi videtur esse manifesta, minorem vero declarabat sic, quoniam huius effectus qui est aliquem inuenire debitorem in foro, quem non est opinatus ibi inuenire, quem effectum dicimus esse a casu, huiusmodi effectus est ab aliqua causa determinata, scilicet, venientem uelle emere: similiter est in alijs effectibus qui dicuntur esse a casu ex quo igitur illi effectus qui dicuntur fieri fiunt a causa determinata apparet quod omne quod fit fit a causa determinata, & per consequens nihil fit a casu.

Prima ratio eorum.

A Et dubitabit non iniuria quispiam, cur nam sapientum antiquorum nemo causas generationis, corruptionisve dicens, de fortuna quicquam determinauit. Sed, vt videtur nec illi quicquam esse a fortuna putabant.

Et dubitabit utiq; aliquis propter quid nullus antiquorũ sapientũ causas de generatione, & corruptionẽ dicens de fortuna nihil determinauit. Sed sicut uisum est nihil opinabantur, nec illi aliquid esse a fortuna.

SEcunda ratio destruentium casum, & fortunam est illa, si casus esset dubitabit aliquis propter quid nullus antiquorum sapientum dicentium de generatione, & corruptione aliquid determinauerit de casu, & fortuna, sed sicut apparet antiqui sapientes nihil opinabantur esse a casu, vel fortuna, ratio igitur est illa. Si casus, & fortuna essent, aliqui antiqui sapientes determinantes de causis aliquid determinassent de casu, & fortuna, sed nihil determinauerunt de eis, igitur nihil sunt.

B Verum, & hoc mirabile est. Multa nanq; sunt, & fiunt a fortuna, & casu. Quorum, quodque non ignorantes reduci posse ad aliquam causam, ut ille sermo antiquus dixit, qui fortunam exterminat. Illorum tamen omnes alia a fortuna, alia non a fortuna fieri dicunt.

Sed, & mirabile hoc videbitur sic vere est. Multa n. sunt, & fiunt a fortuna, & a casu, quae non ignorantes quoniam est inferre vnumquodq; in aliquã causam eorũ, quae fiunt: sicut antiqua ratio dixit destruens fortunã, & casum. Tamen horum alia quidem dicunt esse omnes a fortuna, alia non a fortuna.

C HAEc est secunda particula secundae partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus contradicit istis rationibus soluendo eas; & primo soluit primam rationem d. Sed hoc videtur mirabile, sicut vere est mirabile, quod casus, & fortuna non sint, quoniam multa sunt quae fiunt a casu & a fortuna, & in hoc omnes homines conueniunt, tamen non ignoramus nos, nec illi ignorabant, quod illa quae sic facta sunt a casu, & a fortuna, contingit reducere in aliquam causam determinatam eorum, quae sunt sicut dixit, & probauit antiqua ratio supradicta destruens casum, & fortunam, haec igitur est responsio ad primam rationem, scilicet, quod illud, quod fit a casu, uel fortuna fit a causa determinata, sed illa causa non est determinata respectu effectus casualis, sed est determinata respectu proprij effectus. Vnde licet omnia quae fiunt possint reduci ad causam determinatam, tamen de numero eorum, quae habent causam determinatã dicimus aliqua esse a casu, & a fortuna & aliqua non. Vnde ad formam rationis dicendum per interemptionem huius propositionis scilicet, nihil quod fit a causa determinata fit a casu, vel a fortuna, ista tamen est uera, uidelicet nullus effectus qui fit a causa determinata respectu illius fit a casu, quoniam ille effectus qui habet causam determinatam per se intendentem illum effectum non fit a casu. Solutio primae rationis.

D Quapropter, & mentionem aliquam ipsius illos facere oportebat. At vero neque quicquam illorum vt concordiam aut discordiam, aut ignẽ, aut mentem, aut aliquid aliud huiuscemodi fortunam esse arbitrabantur. Absurdum igitur est, siue non esse putauerunt, siue putantes esse omiserunt, praesertim cum interdum utantur. Vt Empedocles, non semper aerem supra inquiens segregati, sed, vt forte accidit. Dicit enim cũ de mundi loquitur extructione: sic tũc huic currenti fortuito contingit, saepe aũt alio modo, partes quoque animalium vt plurimas ortas a fortuna fuisse dicit.

Vnde

Tex.c.43. *Vnde, & quodammodo erat ipsis facienda memoria.* A *At vero neque illorum aliqui opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectũ, aut aliquid talium. Inconueniens igitur est siue non putauerunt esse, siue putantes non reliquerunt, & hac aliquando vtentes sicut Empedocles non semper aërem congregari superius dicit, sed, vt contingit. Dicit enim in mundi creatione, quod sicut collisis se currens, tunc: multotiens autem aliter, & partes animalium ait, a fortuna fieri plurimas.*

SOluta prima ratione Phylosophus soluit secundam rationem. s. quòd ipsis antiquis erat quodammodo facienda memoria de casu, & fortuna, & quòd antiqui non determinauerunt de casu, & fortuna non est ratio probabilis nec demonstratiua ad probandum, quòd casus, & fortuna non sint, sed magis est accusatio antiquorum, quia ponentes causam rerum esse litem, & amicitiam, vt Emp. aut intellectum, vt Anaxa. aut ignem, vel aliquod talium, scilicet, aliorum corporum sicut ponunt illi, qui non concedunt nisi causam materialem tantum, non opinabantur fortunam esse aliquid de B numero causarum, & hoc est inconueniens, scilicet, quòd antiqui nihil locuti sint de casu, & fortuna, & hoc apparet, propter duo, primo: quia aut ipsi putauerunt casum, & fortunam esse aliquid, aut non: si putauerunt casum, & fortunam, esse aliquid, ex quo aliqui credunt casum, & fortunam esse aliquid, & multa fieri a casu, & a fortuna deberent fecisse mẽtionem de eis declarando eas non esse, si vero putauerunt casum, & fortunam esse aliquid, tunc sequitur magis inconueniens ex quo nihil dixerunt de eis, sed ea reliquerunt, secundo apparet hoc inconueniens, scilicet, quòd antiqui nihil locuti sunt de casu, & fortuna, quia ipsi vtebantur casu, & fortuna, igitur inconueniens est, quod nihil declarauerunt de eis, & quòd antiqui vtebantur casu, & fortuna apparet: quoniam Emp. dicit, aërem non semper congregari superius, sed vt contingit, scilicet, a casu, & sic vtebatur casu, nam dicit, quòd aër aliquando mouetur, sicut in mundi creatione currens collisit se, hoc est mouetur aliquando sursum, sicut mouebatur currens in mundi creatione, & multotiens mouetur aliter sic, C quòd a casu mouetur sursum, dicit etiam Emp. plures partes animalium fieri a fortuna. Emp. enim ponit casum esse aliquid aliud a suis principijs, scilicet, a lite, & ab amicitia oportuit igitur ipsum dicere quid sit casus, ista igitur ratio non probat casum non esse, sed magis accusat antiquos.

Tex.c.44. Sunt etiam qui, & huiusce cœli cęterorumq; cælorum omnium casum esse causam asserunt. Nam a casu conuersionem, motionemve fieri dicunt, quæ quidem distinxit, & in hunc ordinem redegit, atque constituit vniuersum.

Sunt autem quidam qui cæli huius, & mundanorum omnium causã esse casum. A casu enim fieri volutationem, & motum discernentem, & statuentem in hunc ordinem omne.

Opposi-tio secũdo ponentiũ casum, & fortunam esse causã totius cęli. HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ponitur, & improbatur opinio ponentium casum, & fortunam esse causas totius cœli, & omnium motuum cę- D lestium, & primo ponit eorum opinionem, secũdo improbat eam. Dicit igitur Phylosophus primo, quòd quidam sunt qui causabantur, idest, conabantur ponere casum causam esse cæli, & omnium mundanorum, & ipsi posuerunt casum esse vltimam causam omnium, vt sonat hic Commen. Deinde cum Improba-tio eiusdẽ opi. dicit. A casu enim improbat Phylosophus illam opinionem ducendo ad tria inconuenientia, vnde Phylosophus probat illam conclusionem suam, scilicet, quòd casus non est causa cæli, & omnium motuum cęlestium, & hæc est vigesimaquar- 24. concl. huius lib. ta conclusio huius libri quæ probatur dupliciter, & primo sic, si cęlum, & volutatio, idest, reuolutio, & motus cęli sint a casu, ex hoc sequitur motum cęli esse discernentem, & statuentem omne, hoc est totum mundum in hunc ordinem, scilicet, in ordinem casualem, & ita sequitur, quòd omne quod fit in vniuerso fit a casu, quod est inconueniens, unde format Commen. hanc rationem sic, omne, quod inuenitur ab illo, quod est a casu inuenitur a casu, sed cęlum, & motus cœli, A sunt causæ omnium entium hic inferius, ergo si casus sit causa cęli, & motuum cęlestium, sequitur, quod omnes res hic inferius sunt a casu. Sed hic est vnum dubium, quia non uidetur, quod sit verum, quod omne illud quod inuenitur ex eo, Dubium. quod est a casu, inueniatur a casu, quòd si aliquis non intendens inuenire debitorem in foro, vadat ad forum, & inueniat debitorem, & recipiat pecuniam ab eo, & de pecunia recepta emat equum, & emptio equi est a receptione pecuniæ, & tamen receptio pecuniæ est a casu, & emptio equi non est a casu, cum sit ex primaria intentione, & etiam si emptio equi esset a casu quicquid proueniret ex emptione equi esset a casu per eandem rationem, & sic numeratio pecuniæ dandæ pro equo esset a casu, & etiam omnis usus equi post illam emptionem esset a casu, sed hoc est falsum, ergo falsum est quod Re spõsio. Commen. dicit hic, videlicet, quod omne illud est a casu, quod fit ex eo, quod est a casu. Huic potest dici, quod intentio Commen. est, quod omne illud, quod inuenitur essentialiter ex eo quod est a casu sic quod non potest inueniri nisi mediante illo, quod est a casu omne tale est a casu: & hoc sufficit ad intentionem Phylosophi, & Commen. nam prima causa quæ est causa motus cęli, & istorum inferiorum non intendit generationem istorum inferiorum nisi mediante motu cęli, si igitur motus cęli a quo omnia ista inferiora generantur, esset B a casu sequeretur, quod omnia ista inferiora essent a casu. Vnde si primus effectus ex quo omnes alij effectus necessario dependent, cuiusmodi sunt corpora cœlestia, & motus eorum sit a casu, sequitur, quod multo fortius omnes alij effectus posteriores sint a casu, sed sic non est in exemplo proposito, quoniã iste effectus, scilicet, emptio equi non solum est natus euenire ex inuentione debitoris, sed etiam a multis alijs causis per se tendentis. Dico igitur, quod illa propositio, scilicet omne, quod inuenitur ab eo, quod est a casu, est a casu, habet ueritatem sub illo intellectu, scilicet, omne illud, quod inuenitur ab eo, quod est casu sic, quod non potest inueniri nisi inueniatur ab illo, omne tale esse casualiter esse oportet. Vel forte posset probabiliter dici, quod prædicto casu posito emptio equi comparata ad inuentionem debitoris est a casu tanquam a causa remota, quoniam ire ad forum est causa remota emptionis equi, & est causa casualis respectu eius, & tamen emptio equi non est causa in respectu receptionis pecuniæ, attamen prima responsio videtur melior.

C Hoc etiam ipsum valde dignum est admiratione. Nam animalia quidem, & plantas neque esse neque fieri a fortuna dicunt, sed aut naturam, aut mentem, aut aliquid aliud tale, causam ipsorum asserunt esse, non enim ex cuiusque semine, quod uis nascitur. sed ex tali quidem oliua: ex tali autem homo. Cælum uero, & diuinissima sensibilium casu orta fuisse asserunt, nullamque ipsorum talem causam esse qualem animalium, atque plantarum inquiunt esse.

Et multum hoc admiratione dignum est, dicentes animalia quidem, & plantas a fortuna, nec esse, nec fieri, sed aut naturam aut intellectum esse aut huiusmodi alteram causam. Non enim quoniam euenit ex semine Tex.c.45. *vno quoque aliquid fit, sed ex tali quidem oliua, ex tali autem homo. Cælum autem, & diuiniora manifestorum* D *nobis a casu fieri, huiusmodi autem causam nullam qualem animalium, & plantarum.*

Secũm in-cõueniẽs. SEcundum inconueniẽns, animalia, & plantæ quæ sunt ultiora corporibus cælestibus non sunt a casu, sed a causa de- Pro hoc vide. 2. cę. c. com. 50. terminata: non enim est a casu, quod ex semine oliuę fiat oliua, nec quod ex semine hominis fiat homo, cum igitur ista inferiora habeant causas determinatas inconueniens est, quod corpora cęlestia quæ largiuntur istis inferioribus ordinem non habeant causas determinatas.

Atq; hoc ipsum si ita sese habeat consideratione est dignum beneq; sese habet si aliquid de hoc ipso dicatur. Et alio nãq; modo absurdũ est id qđ dicitur: & insuper absurdius est hæc illos dicere, in cęlo quidẽ nihil a casu fieri. In his autem equi-

bus

bus fortunam exterminant, multa ab ipsa prouenire videntes, quando tamen contra fieri conueniens erat. A

Tex. c. 46. *Et igitur si sic se habet hoc ipsum dignum est insistere, & bene habet aliquid dicere de hoc ipso. Quomodo. n. eo, quod, & aliter incõueniens est, quod dicitur adhuc inconuenientius dicere hoc: videntes quidem in cælo nihil casu fieri. In his autem quæ non sunt a fortuna multa cõtingere a fortuna, & erat merito econtrario fieri.*

Tertiũ incõueniẽs. **H**Ic Phylosophus adducit tertium inconueniens, sed tamen primo dicit, quod dignum est insistere, & bene se habet dicere aliquid de hoc, scilicet, utrum sic se habeat, scilicet, quod casus sit causa cœli, & omnium quæ sunt in cęlo, & sub cælo, quoniam de hoc est magis necessarium perscrutari quam de natura casus, sed perscrutatio non est propria huic scientiæ. Deinde ponit Phylosophus inconueniens, quod sequitur ad hanc positionem dicens, quod inconueniens est attribuere casum omnibus quæ apparent in cęlo, & istis inferioribus non uere casum, cum tamen plura eorũ sint a casu, sed in cęlo nihil uidemus fieri a casu, sed uidemus multa fieri a fortuna in istis inferioribus quæ secundum ipsos non sunt a fortuna, vnde econuerso deberent dicere, quod in istis entibus inferioribus multa sunt a fortuna, & quod in cęlo nihil est a fortuna, hoc igitur est tertium inconueniens, scilicet, quia negat eorum, nam dicunt ibi esse fortunam, vbi nihil uidemus esse a fortuna, & dicunt in illis esse fortunam, in quibus uidemus multa esse a fortuna, ideo apparet, quod isti male dixerunt. B

Tex. c. 47. Sunt autem quidam quibus fortuna causa quidẽ esse, obscura tamen humana menti videtur, vt diuinum quoddam atq. excellens. Quare quid nã vtrunque sit, fortuna inquam, & casus, & si idem sint, an diuersa, & quomodo in eas causas quas definimus cadant consideramus oportet.

Sunt autem quidam quibus videtur esse quidem causa fortuna. Immanifesta autem humano intellectui tanquam diuinum quoddam ens, & fęlicius. Quare considerandum est quid sit vtrunque, & si idem aut alterum sit, & casus, & fortuna, & quomodo in determinatas causas incidunt. C

Tertia opinio de casu & fortuna. **C**Vm Phylosophus posuit duas opiniones, quarum una destruxit casum, & alia nimis extollebat casum, nunc in quarta parte principali huius capituli ponit Phylosophus tertiam opinionem, quæ ponit, quod casus, & fortuna, habent esse, sed sunt immanifesta intellectui humano cum sint quędam diuina, & fęliciora, quam illa quæ comprehenduntur ab humano intellectu. Vnde dicit Commen. quod Phylosophus tacuit ista, idest, non contradixit illi opinioni, quia sermo ille irrationabilis est, scilicet. vt sit hoc causa cognita omnaliter, & etiam quia contradictio earum est sufficiens in demonstrando eis, quid sit casus, quia ex hoc apparebit, quod casus non est, res immanifesta humano intellectui, igitur considerandũ est, quid sit casus, & quid fortuna, & utrum sint idem, uel diuersa, & in quo genere causæ debeant collocari. Sunt igitur tres opiniones de casu, & fortuna, prima opinio est, quod casus, & fortuna non sunt, & hæc opinio nimis despexit casũ, & fortunam. secunda opinio posuit, quod casus, & fortuna sunt primæ causæ omnium, & hęc opinio nimis extollebat casum, & fortunam. tertia opinio posuit, quod casus, & fortuna sunt quædam diuina humano intellectui immanifesta. D

INQVIRITVR DE CASV, ET FORTVNA quid vtrumque eorum sit. Tractatus quarti. Cap. II.

Primum itaque cum uidemus alia semper eo-
Tex. c. 48. dem fieri modo, alia plerunque, patet horum neutri fortunam causam dici. Neque id quod a fortuna proficiscitur aut ex his esse quæ necessario sẽperque aut ex hisce quæ plerunque sæpeque fiũt. Sed cum quædam etiam præter hæc fiant.

A *Primum quidem igitur quoniam videmus alia quidem semper similiter fieri, alia autem sicut frequenter, manifestum est, quod neutri horum causa fortuna dicitur, neq; quidem a fortuna, neque illius quod est ex necessitate, & semper, neque eius quod est sicut frequenter. Sed quoniam quædam fiunt, & extra hoc.*

IStud est secundum capitulum huius tractatus, in quo inquiritur, & declaratur quid sit casus, & quid fortuna, & continet quatuor partes principales, quia in prima declaratur quid est fortuna, & per hoc potest sciri quid est casus. In secunda ibi, [Infinitas quidem igitur.] Declaratur quid veritatis contineãt opiniones antiquorum de casu, & fortuna. In tertia ibi. [Quare quoniam &c. Mouetur, & soluitur una dubitatio circa casum, & fortunam. In quarta ibi, [Fortuna autem bona.] Determinat Phyl. de quibusdam modis fortunæ. Prima pars continet sex particulas, quoniam in prima ponitur quædam diuisio ex qua habetur, quod casus, & fortuna sunt causæ eorum, quæ sunt raro, & in paucioribus. In secun-
B da uero ibi, [Eorum autem quæ fiunt.] Ponuntur aliæ duæ diuisiones, ex quibus habentur duæ aliæ particulæ diffinitionis fortunæ, In tertia autem ibi, [Huiusmodi igitur.] Ponitur quædam diuisio causæ ex qua habetur alia particula diffinitionis fortunæ In quarta ibi [Per se igitur.] Ponitur differentia inter causam per se, & causam per accidens. In quinta ibi [Ipsorum autem,] Declarantur particulæ ponendæ in diffinitione fortunæ In Sexta ibi, [Manifestum enim itaque.] Concludit Phyl diffinitionem fortunæ. In prima igitur particula huius partis Phylo. declarat quod casus, & fortuna sunt causæ eorum quæ raro, & in paucioribus eueniunt. Vnde Phyl.
primo ponit talem diuisionem: eorum quæ fiunt quædam Casus, &
fiunt semper eodem modo quædam frequenter quędam autẽ fortuna
extra semper, & frequenter. Ex his probatur, quod casus, & for sunt cau-
tuna sunt in his quę fiunt. nec semper, nec frequenter, & hęc sæ eorum
est vigesimaquinta conclusio huius libri, quę probatur dupliciter, quæ raro
& primo sic Casus, & fortuna, aut sunt in rebus neces eueniunt.
sarijs, aut in rebus quę eueniunt in maiori parte, aut in his vigesima
quę nec eueniunt semper, nec frequenter, sed non sunt in re- quinta cõ
bus necessarijs, nec in rebus quę eueniunt in maiori parte, er- clusio hu-
C go casus, & fortuna sunt in rebus, quę nec eueniunt semper, ius libri.
nec frequenter, unde conclusio debet sic intelligi, quod casus, & fortuna sunt causę solum eorum, quę nec eueniunt, semper, nec frequenter.

Atque hæc omnes a fortuna proficisci dicunt, Idem. 2.
perspicuum est fortunam atque casum aliquid es de ge. t. c.
se. Nam, & ea quæ talia sunt a fortuna esse, & ca 36.
quæ fortuna sunt, talia esse scimus.

Et omnes dicunt hoc esse a fortuna manifestum, quod fortuna aliquid sit, & casus, huiusmodi enim a fortuna fieri, & quæ a fortuna huiusmodi esse scimus.

SEcundo probatur eadem conclusio ex testimonio aliorũ, & dicit, quod omnes dicunt illa esse a fortuna, scilicet illa, quę fiunt, nec semper, nec frequenter, & ideo manifestum est, quòd fortuna est aliquid, & etiam casus, quia ex quo sunt aliqua fortuita & casualia, sequitur quod fortuna sit aliquid, & etiam casus, sed huiusmodi quæ fiunt, nec semper, nec
D frequenter sunt a fortuna, & illa quę sunt a fortuna sunt huiusmodi, scilicet, quę nec fiunt semper, nec frequenter, ita, quod illa sunt conuertibilia, scilicet, fieri nec semper nec frequenter, & esse a fortuna & hoc volunt hic Phylosophus, & Commen. Intelligendum est hoc, quod Phylosophus non concludit expresse in textu istam conclusionem, scilicet, quod casus, & fortuna sunt in his quę fiunt in minori parte ut exponit Commen. sed concludit istam conclusionem, scilicet, quod casus, & fortuna sunt in his quę sunt extra hęc, idest extra ea quę fiunt semper & frequenter, idest, casus, & fortuna sunt in
his quę nec fiunt semper, nec frequenter. Sed super hoc Com Circa hãc
men. mouet quęstionem difficilem quę est illa, quoniam ex materiam
quo casus, & fortuna sunt in his quę nec fiunt semper, nec fre Cõ. facit
quenter, & illorum quę nec fiunt semper, nec frequenter quę septem.
dam fiunt in minori parte, & quędam æqualiter, & ad utrunque Primo.
bet est hęc quæstio, uidelicet, utrum casus, & fortuna habeant esse in utrisq; s. tã in contingẽtibus ęqualiter, quam in contingẽtib. in minori parte. Circa quæstionẽ Commentator facit septẽ

quoniam

quoniam primo mouet quæstionem, scilicet, vtrum casus, & fortuna habeant esse solum in contingentibus in minori parte, vel habeant esse indifferenter, tam in contingentibus æqualiter, quam etiam in contingentibus in minori parte. Secundo vero Commen. recitat opinionem Themistij. & etiam rationem opinionis. secundum quod narrat Auic. dicens, quod posteriores Peripatetici, vt narrauit Auicen. dicunt, quod casus inuenitur in his, quæ sunt possibilia in minori parte, & non in eis, quæ sunt æqualiter, & hæc est sententia Themistij. responsio vero Themistij & aliorum sic dicentium, secundum quod narrat Aui. sunt illa, aliqua sunt contingentia æqualiter respectu potentiæ motiuæ, vt motus, & quies, & tamen cum aliquis ambulat, non dicimus, quod ambulat a casu, nec cum quiescit dicimus, quod quiescit a casu, talia igitur contingentia æqualiter non debent dici esse, vel fieri a casu. Tertio Commen. recitat opinionem Aui. & responsionem Aui. ad rationem Themistij, dicens, quod Aui. dicit, quod casus est in vtroque, scilicet, tam in his, quæ sunt possibilia æqualiter, quam in his, quæ sunt possibilia esse in minori parte, possit igitur Auicen. moueri ad hoc, scilicet, ad docendum, quod casus est in vtroque, scilicet, tam in his, quæ sunt possibilia æqualiter, quam etiam in his, quæ sunt possibilia in minori parte, quia Phylosophus inuestigans, in quibus habent fieri casus, & fortuna declarat, quod casus, & fortuna habent fieri solum in his, quæ nec sunt semper, nec frequenter, quod ipse probat per syllogismum diuisiuum sic, causæ quædam sunt necessariæ respectu suorum effectuum, sic, quod semper producunt suos effectus & quædam in maiori parte, & quædam quæ nec semper, nec frequenter. sed casus, nec est causa necessaria, nec etiam in maiori parte, igitur est in tertio membro, ita, quod casus est causa a qua nec semper, nec frequenter prouenit effectus casualis, cum igitur illud, quod euenit in minori parte, & etiam illud, quod euenit æqualiter, nec semper eueniat, nec frequenter, videtur, quod casus sit in vtroque. Vnde Commen dicit, quod si potentia syllogismi Auic. sit potentia syllogismi Hypothetici diuisiui, tunc casus est in vtroque, scilicet, tam in his quæ sunt in minori parte quam in his quæ sunt æqualiter, quoniam si ille syllogismus sit diuisiuus completus, tunc non remanet aliquod membrum vlterius diuidendum, sicut debet esse in diuisione completa, quæ debet esse vsque ad species specialissimas, ergo casus necessario conuertitur cum vltimo membro, ita, quod omne, quod nec fit semper, nec frequenter fit a casu & etiam omnis causa quæ non est necessaria, nec in maiori parte est casus, & cum ita sit, quod causa æqualis, nec sit necessaria, nec in maiori parte, sequitur, quod casus dicatur de causa in minori parte, & hoc potuit fuisse motiuum Aui. Et ad rationem Themistij, vt narrat Commen. respondet Aui. dicens, quod non est impossibile inuenire vnum, quod est necessarium respectu vnius, & casuale respectu alterius, & similiter possibile est inuenire aliquid, quod est possibile in maiori parte respectu alicuius, & possibile in minori parte respectu alterius, & dicit Commen. quod Auic. quasi intendit, quod si ambulatio attribuatur potentiæ motiuæ in loco etiam casualis, quia non est in natura huius potentiæ mouere plus quam quiescere, & si attribuatur ad appetitum, & facit motum non erit casualis. Vnde Aui. dixit, quod illud idem, quod est casuale respectu vnius est necessarium, vel possibile in maiori parte respectu alterius. Quarto Commen. arguit contra Aui. & arguit contra tria quæ dixit Auic. & primo arguit contra illud, quod dixit, quod illud idem, quod est casuale, vel in minori parte respectu vnius est necessarium, vel in maiori parte respectu alterius. Secundo arguit contra illud, quod dixit, quod casus reperitur in contingentibus æqualiter. Tertio arguit contra eum quantum ad differentiam quam assignauit inter contingens, ut in pluribus, & necessarium. Primo igitur Commen. contradicit Auic. in eo, quia dixit quod aliquid est necessarium respectu vnius, & contingens respectu alterius dicens, quod si hoc fieret, scilicet, quod aliquid est contingens respectu vnius, & necessarium respectu alterius, non esset hoc contingens, vt in paucioribus naturaliter, nec, vt in pluribus, nec necessarium, quod est inopinabile, hæc igitur consequentia Commen. potest sic declarari illud, quod inest alicui secundum suam naturam, inest ei respectu cuiuscunque, & propter hoc si aliquid sit necessarium respectu vnius, & contingens respectu alterius, illud nec esset necessarium naturaliter, nec contingens naturaliter, nec esset aliquid naturaliter contingens, vt in paucioribus, nec vt in pluribus. Secundo vero arguit contra illud, quod dicit scilicet quod casus reperitur in contingentibus æqualiter, vt. quod ambulatio respectu potentiæ motiuæ a quo prouenit æqualiter est casualis, vt dicit Aui. & arguit sic. Si ambulatio sit contingens æqualiter respectu potentiæ motiuæ ad hoc, quod ambulatio procedat a potentia motiua, oportet ponere aliquam causam determinantem potentiam motiuam, vt puta appetitum, quia contingenti æqualiter non prouenit aliqua actio, quod statim probatur, quia si non determinatur illa causa quæ æqualiter se habet ad vtrunque oppositorum, neutra actio est dignior, vt sit quam reliqua. Ex hoc igitur concludit Commen propositum suum sic. cum actio non inuenitur ex contingenti æqualiter, nisi ex aliqua causa extrinseca coniuncta cum ea, & illa causa extrinseca non est causa, vt in pluribus illius causationis, quia tunc non ageret a casu, nec est causa contingens æqualiter, quia a causa contingente æqualiter manente æqualitate, nulla actio prouenit, igitur quæcunque proueniunt a casu proueniunt ab illo minori parte. hoc potest breuiter argui sub hac forma sic, si aliquis effectus sit contingens æqualiter respectu alicuius causæ: tunc cum a contingenti æqualiter manente æqualitate nulla actio procedat ad hoc, quod illa causa producat illum effectum, oportet, quod determinetur, & tunc quæro de illo determinante, aut est contingens æqualiter respectu illius effectus, & sic non produceretur effectus magis quam prius, aut est contingens in pluribus, & tunc non produceretur effectus a casu, igitur ad hoc, quod aliquid proueniat ab aliqua causa casualiter, oportet, quod proueniat ab ea in minori parte, unde a causa totali, & determinata potest fieri argumentum, sic quærendum, aut causa totalis, & determinata a qua, producitur effectus casualis semper producit illum effectum, aut frequenter, aut nec semper, nec frequenter, non est dicere, quod causa totalis a qua producitur effectus casualis producat illum effectum semper, uel frequenter, quia quod fit ab aliquo semper, uel frequenter, non dicitur fieri ab eo casualiter, ergo relinquitur, quod cum causa totalis producens effectum casualem producat illum nec, semper, nec frequenter, aut igitur illa causa est æqualiter indifferens ad producendum, & non producendum illum effectum, aut est nata producere illum effectum raro, & in paucioribus, non est dare primum, quia si sit æqualiter indifferens ad producendum, & non producendum, oportet, quod determinetur ad hoc, quod producat, & per consequens non fuit causa totalis, relinquitur igitur, quod causa totalis a qua prouenit effectus casualis producat ipsum raro, & in minori parte, & hæc est conclusio quam Commen. hic intendit contra Aui. Tertio Commen. reprahendit, Auic. quo ad differentiam quam Auic. assignauit inter contingens, vt in pluribus, & necessarium, dixit enim Auic. quod contingens, vt in pluribus, & necessarium solum differunt in hoc, quia contingens, vt in pluribus habet impedimentum, & necessarium non habet impedimentum. Vnde Aui. primo suæ physice, capitulo tertio dicit, quod hæc est differentia inter semper, & sæpe, quia ei, quod est semper non aduersatur contrarium impediens, sed ei, quod est sæpe aduersatur contrarium impediens, unde si ab eo, quod est sæpe, remoueantur ea quæ sunt contraria, & impedientia, sequitur, quod illud quod est sæpe fiat necessarium, Vnde secundum Aui. contingens, ut in pluribus est illud, quod natum est semper, & necessario euenire quantum est ex natura sua, sed, quod non semper eueniat, hoc est propter impedimentum. Sed contra hoc arguit Commen sic, quia secundum illud sequeretur, quod omnia contingentia, ut in pluribus essent naturaliter necessaria quia quantum est, ex eorum natura necessario eueniunt, & talia sunt naturaliter necessaria, ideo Comment. ponit aliam differentiam, inter contingens, & necessarium dicens, quod contingens, vt in pluribus est illud cuius natura est possibilis, vt eius actio deficiat in minori parte, & per hoc, quia in sua natura est possibilitas deficiendi, differt a necessario, & non est sicut Auicen. dixit, quod in sua natura non differt a necessario, sed solum in extrinseco. Et dicit Commen. quod propter hoc inuenitur impedimentum, quia in natura contingentium, vt in pluribus est possibilitas ad deficiendum, & nisi inueniretur impedimentum in contingentibus, ut in pluribus sequeretur, quod possibilitas in illis ad deficiendum esset ociosa, sed quia necessarium non habet hoc in sua natura, scilicet, possibilitatem, vt eius actio deficiat, ideo si inueniretur illud impedimentum, illud impedimentum esset ociosum, sed natura nihil facit ociosè, hæc Comment. vnde ista est natura contingentis, ut in pluribus, ut in ea sit possibilitas ad deficiendum in minori parte, & hæc possibilitas est causa, quare inuenitur impedimentum extrinsecum,

Secundo recitat opi. Themi. & rationem opinionis

Tertio narrat opinio. Aui. & responsionem contra Themistium.

Quarto arguit contra tria dicta ipsius Auicen.

Prima contradictio rationis Auicen.

Secunda contradictio contra secundum dictum Auicen.

Tertia contradictio eiusdem quo ad differentiam assignatam inter contingens, & necessarium.

Differentia inter contingens & necessarium secundum opinio. Auic.

secum, & non conuerso, sed quia necessarium non habet in natura sua possibilitatem deficiendi, ideo non inuenitur impedimentum extrinsecum. Quinto principaliter ex quo casus a nobis inuenitur in contingentibus æqualiter inquirit Commen. in quibus habet fieri contingens æqualiter, & intendit dicere, quod contingens æqualiter reperitur in potentijs passiuis, sicut in materia prima, & in anima concupiscibili, sed non reperitur in potentijs actiuis per se. Vnde Commen. respondendo quæstioni quærenti in quibus habent fieri contingentia æqualiter dicit sic, dicamus ergo, quod materia prima est parata ad recipiendum duo contraria æqualiter & ideo receptio vtriusque contrariorum est illi naturalis, & similiter apparet de anima concupiscibili, scilicet ipsam esse præparatam ad actiones contrarias æqualiter, & quod non sit aliqua causa agens contraria æqualiter probat Commen. ducendo ad impossibile sic, quoniam si esset aliquod agens potens agere æqualiter contraria, sequeretur, quod natura ageret ociose, quod est impossibile, & probo quod hoc sequatur, quia si esset tale agens, sequitur quod potentiæ ad esse, & ad non esse, essent æquales in eodem per se, sed hoc est ociosum in natura, quia impossibile est, quod aliquid æqualiter capiat esse, & non esse, vnde breuiter si esset aliqua causa agens contraria æqualiter, sequeretur, quod potentia ipsius agentis esset ociosa, cum non possit agere contraria simul.

Quinto in quibus habet fieri contingens æqualiter.

Idem 9. met. 17. & 4. ce. 35. & 2. de ge. 51.

Obiectio tacita.

Sed aliquis posset dicere, quod in natura materiæ primæ sunt potentiæ æquales ad esse, & ad non esse & tamen illæ potentiæ non sunt ociosæ, ergo eodem modo possunt esse in agente potentiæ æquales ad esse, & ad non esse, nec propter hoc erunt ociosæ. Ad hoc respondet Commen. dicens, quod cum dicimus, quod potentia quæ est in prima materia ad esse, est æqualis potentiæ ad non esse, intendimus, quod duo contraria inueniuntur in ea in temporibus æqualibus oppositis, vt pluuiam esse, & non esse æqualiter, sed hoc in hyeme, & hoc in æstate, & causarum alternatio agentium hæc duo contingentia æqualiter in temporibus æqualibus est necessaria, & sunt corpora cælestia, & actio eorum in causatis est in maiori parte, & ideo sunt causæ eorum quæ sunt, & non sunt æqualiter, hæc Commenta. vult igitur Commen. dicere, vt mihi videtur, quod in materia prima non est potentia æqualiter ad esse, & ad non esse simul, sed in temporibus diuersis, sed nullum agens potest facere per se duo contraria, nec simul, nec in temporibus diuersis. Sexto Commen. recapitulat dicta sua in hac digressione dicens sic, apparet igitur ex hoc, quod contingens æqualiter non inuenitur in potentijs agentibus per se, sed in potentijs passiuis, non tamen in omnibus potentijs passiuis, sed solum in eis quarum præparatio ad recipiendum duo contraria est æqualis, siue sit anima, siue non anima. In potentijs autem passiuis, quæ dignius recipiunt alterum contrariorum quam reliquum non est contingens æqualiter. Septimo, respondet Commenta. cuidam obiectioni quæ posset fieri contra ipsum, quia aliquis posset dicere, quod cum potentia passiua sit æqualiter indifferens ad recipiendum actiones contrarias, erit in actione contingentia æqualis sic, quod actio erit æqualiter indifferens ad esse, & ad non esse, & sic Phylosophus debuisset hic fecisse mentionem de contingenti æquali, cum tale contingens reperiatur in actionibus naturalibus. Ad illud respondet Commen. dicens, quod cum contingens æqualiter reperiatur in passione non in actione non inueniuntur actiones quæ sunt æqualiter: quoniam passiuum non exit ad actum, nisi a potentia actiua. Vnde responsio Commen. est ista, actio dependet ex passiuo, & ex actiuo, & actiuum non est contingens æqualiter, igitur nec actio erit contingens æqualiter. Vnde quamuis passiuum sit æqualiter indifferens, ad recipiendum actionem, & ad non recipiendum, tamen actiuum non est æqualiter indifferens ad agendum, & non agendum, ideo nec actio erit contingens æqualiter, & hæc est causa, vt dicit Commen. quare Phylosophus dimisit in hoc capitulo contingens æqualiter, sermo igitur dicens, quod omnia sunt necessaria, nullus est, & in metaphysica huic contradicitur, hæc Commen. Sed circa dictum Commen. hic contingit dubitare. Primo an contingens æqualiter reperiatur in potentijs actiuis. Secundo an contingens æqualiter reperiatur in potentijs passiuis. Tertio an aliquid sit necessarium respectu vnius, & possibile in maiori parte respectu alterius, & possibile in paucioribus respectu tertij. Ad primum igitur potest sic argui, potentia motiua est potentia actiua, & se habet æqualiter ad mouendum, &

Responsio.

Sexto recapitulat.

Septimo respondet cuidam tacitæ quæstioni.

Circa dictum Com. occurrunt tria dubia.

A non mouendum, ergo in potentijs actiuis reperitur contingens æqualiter. Item ignis est æqualiter indifferens ad comburendum hoc combustibile, & ad non comburendum hoc combustibile, & potentia combustiua ignis est potentia actiua, ergo. Item si in potentijs actiuis non reperitur contingens æqualiter hoc non esset, nisi quia produceretur vtrunque oppositorum, vel neutrum oppositorum, cum vnum non sit magis dignum produci quam reliquum, & hæc est ratio Commen. Sed illa ratio non valet, quia magis dignum est illud euenire ab agente quod æqualiter est natum prouenire ab eo, & non prouenire, quam quod prouenire illud, quod minus est natum prouenire ab eo, quam non prouenire, verbi gratia, vt si in potentia Sortis sit æqualiter ambulare, & non ambulare, in potentia Pla. sit minus ambulare quam non ambulare, sequitur quod si Sortes non potest ambulare, quod multo magis Plato non poterit ambulare. igitur si a potentia actiua, in cuius potentia est vtrunque oppositorum æqualiter non possit alterum prouenire: sequitur quod a potentia actiua in cuius potentia est vnum oppositorum minus quam reliquum non poterit prouenire illud oppositorum, quod est minus in potentia agentis quam reliquum, & sic ab agente contingenti in paucioribus nihil poterit prouenire: & ita omnis effectus produceretur necessario, vt in pluribus & sic nihil fieret a casu, nec in paucioribus. Ad secundum potest sic argui probando, quod contingens æqualiter non reperitur in potentijs passiuis, & hoc sic, si aliquod passiuum sit in potentia æquali ad duo opposita cum omnis potentia posset reduci ad actum: sequitur quod illud passiuum potest esse simul sub oppositis, quod est impossibile. Ad tertium dubium potest argui probando partem affirmatiuam sic: ambulare est contingens æqualiter in comparatione ad potentiam motiuam, & in comparatione ad appetitum desideratorem motum ambulationis est necessarium uel in minori parte, ergo. Ad primum dubium dicendum, quod agens est duplex, scilicet quoddam cum ratione, & quoddam sine ratione, vt patet nono Meta. si loquamur de agente sine ratione: sic dico quod contingens æqualiter reperiri in potentijs actiuis sine ratione potest dupliciter intelligi, vno modo, quod ipsum agens sit contingens æqualiter ita, quod ipsum approximatum passo non impeditum sit æqualiter indifferens ad agendum, & non agendum, & sic intelligendo dico, quod contingens æqualiter non reperitur in potentijs actiuis sine ratione, quia in his potentia est agens naturale, & huius ratio est, quia agens sine ratione, scilicet, agens naturale determinatur ad vnum per se, vt calor ad calefaciendum, & contingens ad vtrumlibet nullo modo est causa agens naturaliter cum habeat rationem materiæ, alio modo potest dici, vel intelligi, quod contingens æqualiter reperiatur in potentijs actiuis in comparatione ad effectum contingentem æqualiter, sic, quod a potentia actiua proueniat effectus ad vtrumlibet, idest effectus qui de natura sua non est magis natus euenire, quam non euenire, & isto modo est contingens ad vtrumlibet in causis agentibus naturalibus, & hoc intellexit Aui. quamuis Commen. sibi imponat, quod ipse intellexit, quod contingens ad vtrumlibet esset casus, quod tamen ipse non posuit, sed posuit quod illud, quod de natura sua est contingens ad vtrumlibet proueniat ab aliqua causa actiua, quæ causa respectu illius effectus est casus, vt si dicatur intraui ad videndum illum, & casu accidit, vt sederem, & comederem, & hoc est casus per compositionem ad intentum. Vnde vniuersaliter cum res fuerit, nec semper, nec frequenter, ipsa autem sit possibilis euenire, quocunque alio modo dummodo ex causa, ex qua euenit non debuit euenire, nec intendatur per se respectu talis causæ dicitur ens per accidens, & illa causa dicetur casus, vel fortuna. Vnde dicit Aui. quod esse rarissime non ponit rem sub casu, quia cum generatio magni ponderis auri puri, vel rarum excedentis solitam quantitatem esset per accidens, vel eclypsis solis, quod est falsum, quia talia fiunt ex causa naturali per se intendente, & ex abundantia materiæ, sed quando talia comparantur ad causam effectiuam, ex qua non sunt nata euenire per se, nec semper, nec frequenter, nec ab illa causa intenduntur, dicuntur per accidens siue res sit contingens ad vtrumlibet siue raro, & ista sententia Aui. est vera. Sed si loquamur de agente cum ratione, sic dico, quod tale agens potest facere indifferenter vtrunque contrariorum, sed tamen, vt dicit Commentator, nono meta. agentia cum ratione non agunt

Primum dubium.

Secundo circa idem

Tertio circa idem.

Secundũ dubium.

Tertium dubium.

Ad primũ

Tex. cõ. 3.

Quid imponit Cõ. Auicen.

Tex. cõ. 3.

Con-

per se, & primo contraria, quia ut ibi arguit Phylosophus, & Commen. tunc agerent contraria insimul, quod est impossibile. immo ad hoc, quod agant alterum contrariorum concurrit alia causa, quæ ibi notatur primum principium motus, a qua determinatur illa potentia ad agendum, & hoc agens est appetitus respectu alterius contrarii, sic, quod ad hoc, quod agens æqualiter, vel potentia actiua æqualis agat necessario disponitur per aliam causam determinantem eius differentiam. illa igitur causa æqualis non agit per se alterū contrariorum, immo per aliud, ut per appetitum, & hæc est intentio Phylosophi nono meta. & similiter est de corporibus cœlestibus respectu generationis, & corruptionis istorum inferiorum, quoniam determinantur ad generationem per appropinquationem, & per remotionem determinantur ad corruptionem, & per illa duo agunt effectus contrarios in temporibus diuersis. Sic igitur apparet, quod contingens æqualiter non reperitur per se & absolute in agentibus naturalibus, sed in agentibus rationabilibus bene inuenitur contingens æquale, cum agens rationale sit indifferens: non tamen agit alterum contrariorum, nisi determinetur. Sed dubium est de voluntate, scilicet, an voluntas possit in effectus contrarios per se absque hoc, quod determinetur ab alio, & alio. Et dico, quod uoluntas libere potest uelle aliquid, & non velle aliquid vsque hoc, quod determinetur ab aliquo alio: tamen nec homo, nec aliud agens rationale potest in alterum contrariorum, ad quæ est indifferens, nisi determinetur a uoluntate, uel ab appetitu. Et quod voluntas possit, ex se absque hoc, quod determinetur ab aliquo velle aliquid, & non velle aliquid potest probari sic, quia certum est, quod uoluntas potest velle aliquid, & non velle illud: & quæro tunc, aut uoluntas absque quocunque determinante est causa sufficiens ipsius uelle, aut requiritur aliquid aliud determinans, si primum: habetur propositum, scilicet, quod uoluntas existens æqualiter indifferens ad duo opposita potest alterum absque aliqua causa determinante ipsam. si vero dicatur, quod requiritur aliquod aliud determinans, tunc illud aut est causa mere naturalis, & sic nec actio nec determinatio eius est in potestate uoluntatis, & per consequens actus uolendi non esset in potestate voluntatis, cum dependeret ab alia causa, cuius causalitas non est in potestate uoluntatis, & ita non erit uelle magis in potestate uoluntatis, quam calefacere, uel non calefacere in potestate ignis, quod uidetur inconueniens, hoc potest argui sic. Quæro an uoluntas est causa actiua respectu sui actus, uel est passiua tantum: si passiua tantum, tunc actus suus non erit in potestate sua, quia actio agentis naturalis non est in potestate uoluntatis, si uero sit actiua respectu huiusmodi actus, aut igitur est actiua æqualiter sic, quod potest æqualiter agere, & non agere, & tunc habetur propositum, aut est magis determinata ad agēdum, quam non ad agendum, vel econuerso, & tunc non esset in potestate sua agere, uel non agere, quod est inconueniens. Dico igitur, quod uoluntas est æqualiter indifferēs ad actiones contrarias, nec habet aliam causam determinantem ipsam ad alterum contrariorum: sed ipsamet uoluntas determinat se ad alterum contrariorum. Sic igitur dico ad hanc dubitationem, quod contingens æqualiter non reperitur per se in agentibus sine ratione, sed reperitur in agentibus cum ratione, & tale agens est duplex, scilicet, quoddam habens intellectum, & uoluntatem, & quoddam est ipsamet uoluntas, agens igitur cum ratione, quod agens habet intellectum, & uoluntatem, ut homo non agit alterum contrariorum, ad quæ est indifferens nisi determinetur per uoluntatem, sed ipsa uoluntas, quæ pro tanto dicitur agens cū ratione, quia præsupponit rationem, & cognitionem intellectus, potest agere alterum contrariorum, ad quæ est æqualiter indifferens absque hoc, quod determinetur ab alio. Ad rationes uero huius dubitationis. Ad primam dico quod potentia motiua non est sufficiens, nec propinqua causa motus progressiui, sed potentia motiua cum appetitu, unde appetitus determinat potentiam motiuam ad mouendum, unde nulla potentia naturalis est sufficiens, & propinqua ad agendum, & non ad agendum. Ad secundam rationem dico, quod ignis approximatus alicui combustibili non est æqualiter indifferens ad comburendum, & non comburendum quāuis ignis sit indifferens ad comburendum hoc combustibile, & non comburendum: quia potest esse approximatus, uel non approximatus, tamen quando est approximatus de necessitate comburit nisi adsit impedimentum. Et si quæratur utrum agens naturale, ut ignis agat aliquid casualiter. Dico quod agens naturale potest casualiter agere, sed illa casualitas erit ex parte effectus: non ex parte causæ, uerbi gratia, in exemplo Auicen. ignis combussit pannos pauperis a casu, sed illa casualitas non est ex parte ignis, sed ex parte effectus: quia accidit tale combustibile esse ipsius pauperis a casu, sed illa casualitas non est ex parte ignis, sed ex parte effectus. quia accidit tale combustibile esse ipsius pauperis. Unde ubi est agens mere naturale, casualitas non est ex parte agentis, tamen agens naturale potest producere casualiter effectum ratione casualitatis, quæ accidit in effectu. Unde est intelligendum quod casualitas quandoque accidit ex parte causę, & ex parte effectus simul, & quandoque ex parte causæ tantum, & quandoque ex parte effectus tantum, exēplum primi, ut uadens ad forum non intendens inuenire debitorem aliquem inueniat, & accipiat pecuniam, ibi est causa casualis respectu acceptionis pecuniæ a debitore, & sic est hic casualitas ex parte causæ: potest etiam esse casualitas ex parte effectus, ut si debitor non intendat ibi inueniri a creditore. Exemplum secundi, ut si ignis huius hominis comburat hoc combustibile: hic enim est casualitas ex parte materiæ. quia accidit quod ignis sit huius hominis: sed non est casualitas ex parte effectus, exemplum tertii, ut ignis comburit pannos pauperis; ex parte ignis non est casualitas: quia ignis quantum ex parte sua est causa agens per se, sed casualitas est ex parte huius effectus, qui est comburere pannos pauperis. Ad tertiam rationem dico quod illa ratio Commenti. est bona, scilicet neutrum contrariorum est dignius euenire quam reliquum. ergo neutrum eueniet, uel utrunque. Et cum arguitur, quod tunc sequitur, quod si unum contrariorum sit minus dignum, quod eueniat quam reliquum: illud minus dignum non eueniet. dico quod illud quod est minus dignum prouenire non proueniet, nisi illa causa impediatur a producendo magis dignum. Unde quantum est ex parte talis causæ nunquam productus effectus, qui est minus dignus euenire, sed propter impedimentum possibile est, quod illud, quod est minus dignum prius, fiat postea magis dignum, ut proueniat, quia illud, quod est prius magis dignum, & magis in potentia agentis quantum est ex parte sui potest fieri per impedimentum minus in potentia agentis. nec sequitur propter hoc quod nihil proueniat naturaliter ab agente in paucioribus: quia licet omne agens existens in potentia perfecta sit natum agere effectus, ut in pluribus quantum est ex parte sui: quia tamen in natura talis agentis est possibilitas, ut impediatur: ideo naturaliter aliquid prouenit ab agente in paucioribus, non tamen ita naturaliter sicut ab agente in pluribus &c. Ad secundam dubitationem dico quod contingens æqualiter reperitur per se in potentiis passiuis naturalibus: quia materia prima quantum est ex parte sui est æqualiter in potentia ad omnes formas materiales, tamen nullam formam materialem sibi determinat, materia enim prima immediate recipit duo contraria non mediantibus dispositionibus contrariis: quia tunc illas dispositiones contrarias reciperet mediantibus aliis dispositionibus, & sic in infinitum, quod est impossibile. & ideo dico, quod materia prima recipit utrunque contrariorum immediate & per se, & hoc est uerum de primis contrariis, sed non est sic de agente naturali; quia non agit utrunque contrariorum per se, & immediate, & si aliquod agens aliud a uoluntate possit agere contraria, hoc erit mediantibus dispositionibus contrariis, ut patet de anima concupiscibili quæ facit contraria per desideria contraria, vel per appetitus contrarios. Et si dicatur, quod illi appetitus in anima concupiscibili sunt contrarii, aut igitur recipiuntur mediantibus aliis, & tunc erit processus in infinitum, vel recipiuntur immediate, & tunc non erit differentia inter materiam primam, & animam concupiscibilem quam ad contingentiam, uel indifferentiam æqualem. Dicendum quod anima concupiscibilis uno modo est passiua, scilicet secundum quod est receptiua appetituum. Alio modo est actiua, scilicet secundum quod est principium operationis extrinsecæ. Primo modo non differt eius contingentia a contingentia primæ materiæ, & ideo recipit utrunque appetitum contrariorum sine medio, sed secundo modo non est recipiens, sed operans per recepta, & sic determinatur ad operationes contrarias per appetitus contrarios. Ad rationem in contrarium cum dicitur, quod si potentia passiua sit æque indifferens ad duo apposita, tunc

potest

Marginal notes:

A, B, C, D

Tex. c. 31

Dubium.

Responsio.

Ad secundam rationem secundo loco.

Ad tertiam rationem tertio loco.

Ad secundum principale.

potest esse simul sub duobus oppositis, dico, quod potentia passiua est simul in potentia ad duo opposita, sed non est in potentia ad duo opposita simul, quia est impossibile, quod aliquod passiuum simul informetur duobus oppositis, dico igitur, quod aliquod passiuum esse in potentia ad duo opposita simul potest intelligi dupliciter, scilicet, vel secundum, quod est simultas potentiæ: vel secundum, quod est in potentia simultatis, secundum quod est simultas potentiæ sic denotatur, quod aliquod passiuum simul est in potentia ad duo opposita, & hoc est verum, quoniam in hoc instanti ego sum in potentia ad currendum cras, & ad non currendum, & sic simul sum in potentia ad duo opposita, sed secundum quod est potentia simultatis sic denotatus, quod aliquod passiuum sit in potentia ad recipiendum duo opposita simul, quod est impossibile, quia impossibile est, quod aliquod passiuum informetur duobus oppositis simul. Et cum dicitur in argumento, quod omnis potentia potest reduci ad actum: dico, quòd est verum, sed non est necesse, quod omnis potentia possit reduci ad omnes suos actus insimul. vnde potentia passiua simul est in potentia ad omnes suos actus, sed non est in potentia ad omnes suos actus insimul, dico etiam, quod ad diuersos actus sunt diuersæ potentiæ respectiuè, quia alia est potentia respectiua ad vnam formam, & alia ad aliam: vt vult Commen. primo huius, & primo de generatione, & secundo meta. Vnde quamuis sit eadem potentia receptiua oppositorum, tamen non est eadem potentia respectiua oppositorum, quod tamen oportet ad hoc, quod sit aliqua potentia passiua, quæ possit esse simul sub duobus oppositis. Ad tertium dubium dico, quòd aliquid dici necessarium, vel possibile in maiori parte, vel in minori parte potest intelligi dupliciter, scilicet, vel absolutè, ita quod in natura sit natum euenire semper, vel frequenter, vel in paucioribus, & isto modo loquendo: dico, quod impossibile est, quod idem sit necessarium, & possibile in pluribus, vel in paucioribus, secundo modo in respectu, ita quod aliquid dicatur necessarium, vel contingens in paucioribus in comparatione ad causam agentem, siue ad alias causas, & isto modo est possibile, quod idem sit necessarium, scilicet, in comparatione ad aliquam causam, vel ad aliquas causas, & contingens in pluribus, vel in paucioribus in comparatione ad aliquas alias causas, & hoc probauit, argumentum.

Ad tertiū principale

C

Eorum autem, quæ fiunt; alia fiunt: alia non fiunt gratia alicuius. Et horum alia per electionem fiunt, alia non per electionem. Ambo autem in hisce sunt: quæ alicuius gratia fiunt. Quare patet, & in hisce, quæ non necessario, neque plerumque fiunt esse aliqua, circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia, quæ a mente agi possunt: & quæ a natura.

Eorum autem quæ fiunt, alia propter hoc fiunt, alia vero non. Horum autem alia quidem secundum propositum fiunt, alia vero non secundum propositum. Ambo autem sunt propter hoc. Quare manifestum, quoniam in his, quæ sunt præter necessarium, & quod sicut frequenter, sunt quædam, circa quæ contingit, quod est propter hoc. Sunt autem propter hoc quæcumque ab intellectu vtique aguntur, & quæcunque a natura.

D

Hæc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus declarat duas alias particulas ponendas in diffinitione fortunæ, & primo ponit duas diuisiones, quarum prima est, quod de numero eorum, quæ fiunt in minori parte; quædam fiunt propter finem, cuiusmodi sunt actiones, quæ sunt a cognitione, & voluntate, quædam vero non fiunt propter finem, vt actiones ociosæ, aut actiones, quæ fiunt sine cognitione, vt consumptio focularium, & confricatio barbæ, & huiusmodi. Secunda diuisio est, quod de numero eorum, quæ fiunt propter finem, aliqua fiunt secundum propositum, aliqua vero non fiunt

Prima diuisio.

Secunda diuisio.

A

secundum propositum, ex quo apparet, quod in his, quæ sunt præter necessarium, & præter contingentia in pluribus, idest, in his, quæ non sunt necessaria, nec contingentia, vt in pluribus, sunt quædam circa, quæ contingit esse, quod est propter hoc, idest propter finem, & illa quæ fiunt propter finem, sunt quæcumque aguntur ab intellectu, & quæcunque aguntur a natura.

Talia igitur cum per accidens fiunt, a fortuna dicimus esse: Nam vt ens aliud per se: aliud per accidens est, sic & causa esse potest. Vt domus per se quidem causa est ædificatiua, per accidens autem musicum, aut album.

Huiusmodi igitur cum secundum accidens fiant, a fortuna dicimus esse. Sicut enim, & quod est aliud quidem per seipsum est, aliud autem secundum accidens: sic & causam contingit esse, vt domus quidem per seipsam causa est ædificatiua: secundum accidens autem album aut musicum. Tex c. 50.

B

Hæc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit quandam diuisionem causæ, quæ est, quod causarum quædam est per se causa, & quædam per accidens, dicit tamen Phylosophus primo, quod huiusmodi, scilicet, quæ fiunt a proposito, & propter aliquid, & in minori parte cum fiunt secundum accidens a fortuna dicimus ea esse. Quod autem est quædam causa per se; & quædam per accidens probatur, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Sicut est de ente: ita est de causa, sed aliquod est ens per se; & aliquod, per accidens, ergo aliqua est causa per se, & aliqua per accidens, verbi gratia, ars ædificatiua est per se causa domus, sed album, & musicum, quæ accidunt ædificatori, sunt causæ per accidens. Et addit Commen. dicens, quod secundum expositores differentia est inter illud, quod agit a casu, & inter causam per accidēs, quoniam causa per accidens, vt musica, vel medicina non operatur in domum, sed dicitur per accidens, quia accidit causæ agenti, sed casus dicitur causa per accidens, quia ex eo fit aliquid per accidens, non tamen illud propter quod est. Et ex hoc potest elici quædam distinctio de causa per accidens, quoniam quædam est causa, quæ nihil operatur, sed coniungitur accidentaliter causæ agenti, & quædam est, quæ operatur producendo aliquid, non tamen illud propter quod agit casus, & fortuna sunt causæ per accidens secundo modo, quia sunt causæ agentes, quamuis non sint terminatæ, quia effectus casualis potest ab infinitis agentibus per accidens prouenire.

26. concl. huius lib.

Idē 2. huius c. 44. & 8. phy. 15. & 46. commentum.

Ea igitur causa, quæ est per se, definita est, ea vero, quę est per accidens, indefinita. Vni namque infinita accidere possunt. Vt igitur dictum est; cum in hisce, quæ alicuius gratia fiunt id fit, tunc dicitur a casu fieri, atque fortuna.

Per se quidem igitur causa finita est, secundum accidens autem infinita. Infinita enim vni accidunt. Sicut igitur dictum est: cum in his, quę propter hoc fiunt, hoc fiat tunc dicitur a casu, & a fortuna.

Hæc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur differentia inter causam per se, & causam per accidens, quæ est illa, quia causa per se est finita, sed causæ per accidens sunt infinitæ, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illa, quæ accidunt causæ per se, sunt causæ per accidens, sed vni causæ per se accidunt infinita, ergo, si igitur in his, quæ fiunt propter finem, fiat aliquid per accidens, ita quod causæ agentes sunt causæ per accidens, tunc dicitur fieri a casu, & a fortuna.

27. concl. huius lib.

Horum autem ipsorum, quam habent inter se differentiam posterius assignabimus. Nam hoc pateat: ambo, inquam, in his, quæ alicuius gratia sunt; ceu argenti recipiendi gratia venisset accepturus illud si sciuisset. Venit autem non huiusce causa, sed accidit venisse: idque fecisse recipiendi gratia.

Text.c.51. *Ipsorum autem differentia horum adinuicem posterius determinanda: nunc autem hoc sit manifestum, quod vtraque sunt in his, quæ sunt propter hoc, vt causa accipiendi argentum venit vtique delaturus pecuniam, si sciuit, venit autem non huius causa, sed accidit venire, & facere hoc reportandi gratia.*

Hæc est quinta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declarantur particulæ ponendæ in diffinitione fortunæ. Primo tamen Philosophus dicit, quod differentia ipsorum abinuicem, s. casus, & fortunæ est posterius perscrutanda. Deinde declarat Phylosophus particulas ponendas in deffinitione fortunæ declarans primo, quod casus, & fortuna sunt in his, quæ fiunt propter aliquem finem, & hæc est vigesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur probatione exemplari sic. Si aliquis creditor sciuisset debitorem suum esse in foro, & ipse iret ad forum causa recipiendi pecuniam delaturus pecuniam secum a debitore: ponamus igitur, quod ipse creditor venit ad forum ad faciendum aliud, vt ad emendum aliquid, & non causa recipiendi pecuniam, & inuenit debitorem suum in foro, & accipiat ab eo pecuniam, diceretur quod hoc est a casu, & a fortuna, & sic apparet exemplariter quod casus, & fortuna sunt in his, quæ fiunt propter aliquem finem, quia iste inueniens debitorem in foro iuit ad forum propter aliquem finem.

28.concl. huius lib.

Neque plerunque: neq; necessario proficiscentem locum.

Hoc autem neque sicut frequenter veniens ad villam, neque ex necessitate.

29.concl. huius lib. Hic probatur, quod fortuna, & casus sunt in his, quæ sunt raro, & hæc est vigesimanona conclusio huius libri, quæ probatur sic. Reportatio pecuniæ a debitore, quem creditor non est opinatus inuenire, est a casu, & a fortuna, sed talis reportatio pecuniæ non est semper, nec frequenter, sed raro, ergo casus, & fortuna sunt in his, quæ sunt raro.

Finis vero ipsa, inquam, acceptio, non est ex his causis, quæ sunt in ipso, sed ex hisce, quæ sunt eligibilia, atque a mente, & dicitur, a fortuna venisse.

Amplius autem finis est reportatio, non in ipso causarum, sed propositorum, & ab intellectu, & dicitur a fortuna venire.

30.concl. huius lib. Nunc Phylosophus declarat aliam particulam, scilicet, quod fortuna est in agentibus secundum propositum, & hæc est trigesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud agens, quod non est de numero causarum naturalium, est agens a proposito, sed fortuna est huiusmodi, ergo, minor huius rationis ponit in litera. Dicit igitur Phylosophus, quod reportatio pecuniæ, quam dicimus esse a fortuna non est [illegible] causarum in seipso, idest causarum naturalium, quæ in seipsis habent principium motus, & quietis, sed dicitur venisse a fortuna, quod est propositorum, & ab intellectu.

Quod si venerit electione præmissa, & huius gratia, aut semper frequentans, aut plerunque recipiens, non dicitur a fortuna venisse.

Si autem proponens, & huius causa, aut semper veniens, aut sicut frequenter reportat aliquis: non a fortuna.

Declaratur alia particula, scilicet, quod fortuna est causa agens per accidens, & hæc est trigesimaprima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnis causa agens, ex qua prouenit aliquid non intentum ab eo, est causa per accidens respectu illius, sed fortuna est huiusmodi, ergo. probatio minoris. quia si aliquis proponens accipere pecuniam inueniat debitorem, & recipiat pecuniam, tunc illa non est causa per accidens receptionis pecuniæ, sed si non intendit recipere pecuniam, & recipiat, tunc receptio pecuniæ est per accidens, & a fortuna; & sic apparet, quod fortuna est causa, qua prouenit aliquid non intentum: quoniam respectu finis intenti non datur fortuna, nec causa per accidens. 31.concl. huius lib.

Patet ergo fortunam causam esse per accidens in hisce, quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Quapropter circa idem mens, fortunaq; versatur: electio namque absque mente non est.

Manifestum itaque, quod fortuna causa sit secundum accidens in his, quæ minori sunt secundum propositum eorum, quæ propter hoc sunt. Vnde circa idem, & intellectus, & fortuna est, propositum enim non sine intellectu est. Text.c.52.

Hæc est sexta particula, in qua Phylosophus ex præcedentibus concludit diffinitionem fortunæ dicens, quod manifestum est ex prædictis, quod fortuna est causa per accidens in his, quæ sunt secundum propositum, & eorum, quæ sunt propter finem, & per hoc, quod dicit secundum propositum, [illegible], quæ eueniunt raro ab agentibus secundum propositum. diffinitio fortunæ igitur est illa. Fortuna est causa per accidens extra semper, & frequenter eorum, quæ fiunt in minori parte in agentibus a proposito propter finem. Diffinitio fortunæ. Et dicit Commen. quod Phyl. dicit causam per accidens, vt distinguat inter fortunam, & causam per se, & dicit in his, quæ fiunt secundum propositum, vt distinguat fortunam a casu, fortuna enim solum fit in rebus voluntariis, sed casus fit indifferenter in rebus voluntariis, & in his, quæ fiunt a natura, & ideo dicit Phylo. quod intellectus, & fortuna sunt circa idem, quia propositum non est extra intellectum, & propositum, & fortuna sunt circa idem, ergo. Notandum secundum Commen. hic, quod Phylosophus tacuit diffinitionem casus, quia ex deffinitione fortunæ potest intelligi diffinitio casus, quia non oportet ponere, nisi vnam particulam, scilicet propositum [illegible], videlicet. casus est causa per accidens eorum, quæ fiunt in minori parte in agentibus propter finem. Intelligendum hic, quod ille idem effectus, qui est casualiter ab vna causa est, vel esse potest per se ab alia causa, vel ab aliis causis, & potest aliquis effectus esse casualiter a multis causis, ita quod erit a qualibet diuisim per accidens & casualiter, tamen idem effectus est per se ex concursu illarum causarum simul coniunctarum: vt si aliquis vadat in forum causa emendi panem, non credens, nec intendens inuenire debitorem in foro, & contingat, quod inueniat debitorem in foro, quem non est opinatus inuenire, illa inuentio debitoris, est casualis respectu itionis creditoris ad forum. similiter si debitor vadat ad forum non intendens ibi inuenire creditorem, posito, quod ibi inueniatur debitor, illa inuentio est per accidens, & casualis respectu itionis debitoris ad forum, tamen inuentio debitoris in foro fit per se ex istis duobus coniunctim, quoniam ex hoc, quod tam debitor, quam creditor vadit ad forum, creditor inuenit debitorem, & hoc semper, vel frequenter, & sic ista inuentio respectu itionum duorum simul sumptorum nec est casualis, nec fortuna. & sic patet, quod idem effectus potest esse semper, vel frequenter a duabus causis simul sumptis, quia tamen est casualis, & per accidens respectu vtriusque diuisim. Potest etiam idem effectus esse casualiter, respectu vnius causæ, & tamen esse per se respectu alicuius causæ. & posito, quod creditor vadit ad forum causa emendi aliquid, non intendens ibi inuenire debitorem, & quod debitor vadat ad forum, vt inueniatur a creditore, dico tunc, quod inuentio Diffinitio casus.

tio debitoris est casualiter per accidens respectu huius, quod est creditorem ire ad forum, & est per se respectu huius causæ, quæ est debitorem ire ad forum, & sic idem effectus potest esse per accidens respectu vnius causæ, & per se respectu alterius causæ, & ex hoc apparet, quod esse casuale, & fortunium dicuntur in respectu, & quod illa nomina casus, & fortuna non sint nomina absoluta, sed respectiua, quia idem effectus est casualis, & per se respectu diuersarum causarum, sicut idem est duplum, & dimidium respectu diuersorum.

Indefinitas igitur causas eas esse necesse est, a quibus id fiet, quod proficiscitur a fortuna. Vnde fortuna indefinita causa esse videtur, & immanifesta homini.

Tex.c.53. *Infinitas quidem igitur causas necesse est esse, a quibus vtique fiat, quod est a fortuna. Vnde videtur fortuna infinita esse, & immanifesta homini.*

B HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur quid veritatis contineant opiniones antiquorum de casu, & fortuna, & continet tres particulas, quia in prima ostenditur, quomodo habeat veritatem secunda opinio, quæ posuit, quod casus, & fortuna sunt immanifesta humano intellectui. in secunda ibi, [Et est vt nihil.] Ostenditur, quam veritatem habeat opinio prima, quæ posuit, quod nihil fit a casu, vel fortuna. In tertia ibi, [Et dicere aliquid] Ostendit iterum, quomodo secunda opinio habet veritatem. In prima igitur particula huius partis Phyl. dicit, quod necesse est infinitas causas esse, a quibus fiat, quod est a fortuna, & sic videtur, quod fortuna sit infinita, cum igitur infinitum, secundum quod infinitum sit ignotum, sequitur, quod fortuna
Idē 6. me. Tex. cō. 4. 32. concl. huius lib. immanifesta homini, & hoc dixit prima opinio. vnde secundum opinionem Commentatoris Phyl probat hic, quod nulla scientia speculatiua considerat de casu, & fortuna, & hæc est trigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Nulla scientia speculatiua considerat de infinitis, sed causæ per accidens cuiusmodi sunt casus, & fortuna sunt infinitæ, quoniā infinita sunt illa a quibus possunt procedere illa, quæ sunt a C casu, & a fortuna, ergo nulla scientia speculatiua considerat
Dubium. de casu, & fortuna, huius rationis minor ponitur in textu. Sed hic dubitatur, quia Phyl. hic cōsiderat de casu, & fortuna, & tamen ista est scientia speculatiua, ergo aliqua scientia specula-
Respōsio. tiua considerat de casu, & fortuna. Dicendum, quod nulla scientia speculatiua considerat de causis casualibus, & fortunis in speciali, quia tales causæ sunt infinitæ, tamen aliqua scientia speculatiua, vt ista scientia, perscrutatur de casu & fortuna in generali, ostendendo, in quo genere causæ hæc sint, & qualiter sint causæ per accidens.

Atque aliquo modo nihil a fortuna videbitur proficisci. Hæc enim omnia rectè dicuntur, quia rationi consentanea sunt. Nam aliqua quidem ex parte fit aliquid a fortuna, fit enim per accidens.

Tex.c.54. *Et est, vt nihil a fortuna, videbitur vtique fieri. Omnia quidem enim hęc rectè dicunt, quoniam rationabiliter. Est quidem enim, vt sit a fortuna, & secundum* D *accidens enim fit.*

Quid veritatis contineat 1. opinio. HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur, quomodo prima opinio habet veritatem, quæ ponit, quod nihil fit a casu: vnde illa opinio videtur sic habere veritatem, quia a casu, & fortuna nō fit aliquid, nisi secundum accidens, sed quod est secundum accidens non est, nisi secundum quid, ideo a casu, & a fortuna non videtur aliquid fieri, nisi secundum quid. sed quod est secundum quid non videtur esse aliquid, & propter hoc videtur, quod prima opinio aliquo modo contineat veritatem, quæ dicit nihil fieri a casu, vel fortuna.

Atque vt accidens fortuna causa est. Absolute autem nihil. Velut ædium ædificator quidem est causa: per accidens autem modulator. Et profe-

A ctus, infinitæ causæ multitudine esse possunt. Nā & videre aliquem volens, & persequens, & spectaturus ludos, & fugiens.

Et est causa, sicut accidens, fortuna, vt autem simpliciter nullius, vt domus ædificator quidem causa est, secundum accidens autem tibicen: & venientem referendi argentum: non huius causa venientem infinitæ sunt multitudine. Etenim videtur aliquem volens, & persequens, & fugiens, & visurus.

ET quia iam dictum est, quod casus est causa per accidens Phyl. probat hoc sic. Causæ infinitæ sunt causæ per accidens, sed illud, quod est a casu, habet causas infinitas, ergo casus est causa per accidens, maiorem huius rationis notificat Phylo. per exemplum dicens, quod ædificans est per se causa domus, & causæ per accidens sunt infinitæ, vt si ædificator sit tibicen, aut medicus, aut albus, tunc omnia ista sunt causæ per accidens domus, quia accidunt ædificatori, qui est per se B causa domus. Aliud est de debitore, quia huiusmodi effectus, qui est recipere pecuniam a debitore, possunt esse infinitę causæ casuales, quia potest esse, quod vadat ad forum causa emendi aliquid, aut ad vendendum aliquid, vel ad prosequendum, aut ad fugiendum, & sic de infinitis.

Rectè etiam fortuna præter rationem quid esse dicitur. Ratio namque aut eorum est, quæ sunt semper, aut eorum, quæ sunt plerunque. At fortuna in his est, quæ præter hæc fiunt.

Et dicere esse aliquid extra rationem fortunam rectè est. Ratio enim aut est eorum, quæ semper sunt, aut eorum quæ sicut frequēter, fortuna autem in his, quę fiunt præter hæc. Tex.c.55.

HÆc est tertia particula secūdæ partis principalis huius capituli, in qua iterum ostenditur quomodo secunda opi- Quid veritatis contineat 2. opinio.
C nio contineat veritatem quæ ponit, quod casus, & fortuna sunt immanifesta intellectui humano ex quo casus, & fortuna sunt causæ per accidens, & causæ per accidens sunt infinitæ, & de infinitis non est scientia certa. apparet igitur, quod opinio dicens, quod casus & fortuna sunt immanifesta humano intellectui habeat aliquid veritatis.

Quare cum indefinita sint ea, quæ hoc pacto sunt causæ, fortuna etiam indefinita nimirum est. In quibusdam tamen quispiā dubitauerit, si quæuis eius quod a fortuna fit causæ fuerint necne. Vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non capillorum remotio. Causarum enim per accidens propinquiores alijs sunt.

Quare quoniam infinitæ quæ sic causę sunt, & fortuna infinita est, tamen in quibusdam deficiet vtique aliquis. Numquid igitur contingentia causa vtique fiant D *fortunæ, vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non depilari. Sunt autem aliæ alijs proximiores, quæ sunt secundum accidens causarum.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus mouet, & soluit dubitationem circa casum, & fortunam, quæ dubitatio est ista, quoniam dictum est, quod casus, & fortuna sunt causæ per accidens, & causæ per accidens sunt duplices, scilicet, quædam propinquæ, & quædam remotæ. Est igitur dubitatio vtrum casus, & fortuna Dubium. sint causæ per accidens propinquæ, vel remotæ. v.g. cum aliquando sanitas inducatur a casu, ad cuius inductionem cōcurrit aduentus solis, & venti, & etiam euacuatio malorum humorum, vel ablatio capillorum superfluorum, aduentus solis, & venti sunt causa remota sanitatis, sed euacuatio malorum humorum, vel ablatio capillorum superfluorum est causa propinqua sanitatis, est igitur quæstio vtrum aduentus solis, vel Respōsio. venti, an euacuatio malorum humorum sit casus. Istam

dubitationem soluit Phyl. dicens, aut spiritus, aut æstus, sed non depilari. i. ventus aut calor dicuntur casus, sed depilari hoc est ablatio capillorum non dicitur casus, quasi dicat, quod causæ remotæ sunt illæ, quæ dicuntur casus. sed causæ propinquę, non sunt casus, & fortuna, vt si aliquis sit infirmus propter nimiam abundantiam capillorum, vel propter nimiam repletionem malorum humorum, & ipse nō possit se euacuare ab huiusmodi superfluitate nisi exponendo se soli, & vento, & sic exponendo se soli, & vento dipilaret se, aut euacuaret humores, aduentus solis, & venti dicerentur causæ casualis respectu sanitatis, quia adducens solem aut ventum non intendebat sanitatem, sed illa depilatio, vel euacuatio non diceretur causa casualis sanitatis, quia illa depilatio, vel euacuatio fit propter sanitatem. Aliter tamen exponit Themistius. i. quod causæ remotæ, s. quæ sunt per accidens non numerantur in causis casualibus. i. non sunt causæ casuales: abradere enim capillos est causa casualis remota, sed Sol, & ventus sunt causa propinqua, & propter hoc Sol, & ventus sunt causæ casuales sanitatis, sed abradere capillos non est causa casualis, prior tamen expositio est melior.

Expositio Themi.

B

Fortuna autem dicitur bona, cum bonum aliquod: mala cum aduersi quid euenit.

Tex. c. 56. *Fortuna autem bona quidem dicitur cum bonum aliquid euenit, praua autem cum prauum aliquid.*

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur de quibusdam modis fortunæ, vt sunt bonitas fortunæ, & malitia fortunæ, vt eufortunium, & diffortunium, & continet quatuor particulas, quoniā in prima Philosophus narrat, quando est bona fortuna, & quando mala. In secunda ibi, [Eufortunium autem.] Narrat phyl. quando est eufortunium, & quando diffortunium. In tertia ibi, [Amplius autem incertum.] Declarat, quod eufortunium est incertum. In quarta ibi, [Sunt quidem igitur.] Epilogando narrat diffinitionem communem casui, & fortunæ. In prima igitur particula dicit Phyl. quod fortuna dicitur bona, cum aliquod bonum euenit in actu, & dicitur mala, cum aliquod malum euenit in actu. igitur.

C

Prosperitas vero fortunæ, ac infortunium, cum illa sunt magna. Quapropter, & cum parum defuit, vt malum quispiam magnum, aut bonum accipiat, infortunatum tum illum, aut fortunatum dicimus esse. Propterea quod mens perinde dicit de illo, atque si esset. Quod enim parum deest, id quasi minime distare videtur.

Eufortunium autem, & diffortunium est cum magnitudinem habentia fiunt hæc, vnde & secus paruum malum aut bonum accipere magnum, aut discontingere aut eucontingere est, quoniam sicut dicit intellectus, quod enim ad paruum tanquam nihil deabere videtur.

D

Quando dicitur eufortuniū, & diffortunium.

HÆc est secunda particula quartæ partis principalis, huius capituli, in qua narratur quando est eufortunium aut diffortunium dicens, quòd eufortunium, & diffortunium dicuntur cum quadam magnitudine, quoniam cum euenit aliquod magnum bonum dicitur esse eufortunium. Cum vero euenit aliquod magnum malum dicitur diffortunium. Et addit Phyl. dicens, quod cum fere accidit magnum malum, aut magnum bonum dicitur esse eufortunium vel diffortunium, quia intellectus accipit illud quòd est propinquum ad habendum, sicut esset iam habitum, quod enim parum deest nihil deabere videtur.

Al. esse videtur.

Insuper fortunæ prosperitas incerta non sine ratione dicitur. Nam ipsa fortuna incerta est. impossibile est enim: aut semper, aut plerumque quicquam eorum esse, quæ a fortuna prueniunt.

A

Amplius autem incertum eufortunium rationabiliter est. Fortuna enim incerta est. Neque enim semper neque sicut frequenter possibile esse, quæ sunt a fortuna nihil.

HÆc est tertia particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod eufortunium est incertum, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur sic. Fortuna est incerta, sed eufortunium est quædam fortuna, quia est bona fortuna cum magnitudine, vt dictum est, ergo eufortunium est incertum, maior declaratur, quia illa quæ sunt a fortuna nec sunt semper, nec frequenter, & talia sunt incerta, ergo fortuna est incerta. vnde Com. dicit, quod Phyl. dicit, quod eufortunium est res incerta, ne homo decipiatur in vita sua mundana ex hoc quod accidit ei de bonitate casus.

33. concl. huius lib.

Sunt igitur ambo casus, inquam, atque fortuna per accidens, vti diximus, causæ in hisce, quæ non simpliciter, neque plerunque fieri possunt, atque horum in hisce, quæ alicuius gratia fiunt.

B

Tex. c. 57. *Sunt quidem igitur ambo causa quemadmodum dictum est secundum accidens, & fortuna, & casus incontingentibus fieri, neque simpliciter neque sicut frequenter, & eorum quæcunque vtique fient propter aliquid.*

HÆc est quarta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. epilogando narrat diffinitionem communem casui, & fortunæ dicens, quod ambo. i. tam casus, quam fortuna est causa per accidens in his, quæ sunt in minori parte, & eorum quæ fiunt propter finem.

Cōis diffinitio casus, & fortunæ.

DE DIFFERENTIA INTER CASVM, ET fortunam. Tractatus quarti. Cap. III.

C

Interest autem inter fortunam, & casum. Nam casus ad plura sese extendit: Etenim quod a fortuna proficiscitur, a casu etiam fit. Hoc autem non omne prouenit a fortuna. Fortuna namque atque id cuius est effectrix fortuna, in his est, quæ fortunata possunt euadere, & omnino quibus actio competit.

Differt autem, quoniam casus in amplius est. Quod enim est a fortuna, est & a casu, hoc autem non omne a fortuna est. Fortuna quidem enim, & quod a fortuna est quibuscunque, & eucontingere vtique merit, & omnino actus est.

D

ISTud est tertium capitulum huius tractatus, in quo ponitur, & declaratur differentia inter casum, & fortunam, & continet duas partes. In prima ponitur, & declaratur differentia inter casum, & fortunam. In secunda ibi, [Maxime autem] Ostēditur in quibus maxime apparet differentia inter casum, & fortunam, prima pars continet quatuor particulas, quia in prima ; ponitur differentia inter casum, & fortunam. In secunda ibi, [Vnde necesse est.] Declaratur, in quibus inuenitur fortuna. In tertia ibi, [Propter hoc neq.] Declaratur in quibus non inueniuntur fortuna. In quarta ibi, [Sed casus inest.] Narratur alia pars differentiæ inter casum, & fortunam. In prima igitur particula huius partis ponitur vna differentia inter casum, & fortunam, quæ est, quod casus est in pluribus, quam fortuna, quoniam omne quod est a fortuna est a casu, sed non omne quod est a casu est a fortuna, quia fortuna solum est in his, quibus potest inesse seu contingere discontingere, & ex hoc probatur conclusio trigesima quarta huius libri, quæ est, quod casus, & fortuna differunt, probatio patet, quia casus in plus se habet, quam fortuna, igitur casus, & fortuna differunt. Et ex hoc potest notari,

34. concl. huius lib.

Casus accipitur duplaciter.

tari, quòd magis commune, & minus commune differunt vt genus, & species, quia genus est in plus, quàm species. Intelligendum secundum Com. hic, quod casus accipitur dupliciter. s. communiter, & proprie: casus communiter acceptus est indifferenter in rebus naturalibus, & voluntarijs, sed casus proprie acceptus est in rebus naturalibus tantum: & fortuna in rebus voluntarijs tantum, quod igitur dicitur, quod casus sit in plus quam fortuna: illud est intelligendum de casu loquendo communiter. Sciendum etiam quod Com. aliter secundum suam trãslationem vtitur hoc nomine fortuna, quam nos secundum nostram translationem, quia communiter illud, quod nos appellamus fortunã, ipse appellat casum, & quod nos appellamus casum, ipse appellat ex se, & forte, hoc est, quia causa talis effectus latet nos, & nõ est manifesta, ideo appellatur ex se quasi non haberet aliam causam.

Tex.c.58. Quapropter, & necesse est circa ea fortunam esse, quæ in actionem veniunt. Cuius hoc indicium est: nam aut idem quod fęlicitas, aut prope esse videtur. Fęlicitas autem actio quædam est. Est enim actio bona. Quare quæ agere nequeunt: ea nec a fortuna quicquam effecere possunt.

Vnde necesse est circa practicam esse fortunam. Signum autem est, quod videtur idem esse felicitati, aut prope. Fęlicitas autem praxis quadam est. Eupraxia autem est, quare quibuscunque non contingit agere, neque a fortuna aliquid facere.

35.concl. huius lib. HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, in quibus reperitur fortuna, & declaratur, quod fortuna non inuenitur nisi in operationibus voluntarijs, & hæc est trigesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Fortuna non reperitur nisi in his, in quibus potest inueniri bonitas fortunæ, sed bonitas fortunæ non reperitur nisi in operationibus voluntarijs, ergo, maior, patet, quia circa idem habent fieri fortuna, & bona fortuna, minor declaratur sic, bonitas fortunæ, aut videtur esse fęlicitas, vel prope fælicitatem, sed fęlicitas est operatio voluntaria, quoniam fælicitas est eupraxia, i. bona operatio, & quia bona fortuna inuenitur tantum in rebus voluntarijs, sequitur, quod quibuscunque non contingit agere secundum voluntatem non; contingit eis facere aliquid a fortuna.

Tex.c. 59. Et propterea neque inanimatum vllum, neque bellua, neque puer quicquã efficit a fortuna, quoniam electionem non habent, neq; prosperitas hisce fortunæ, aut infortunium competit, nisi ad similitudibem quandam, quemadmodum Protarchus fortunatos eos lapides dixit, e quibus extructæ sunt aræ, quæ honorantur. Et hi qui sunt eiusdem formæ calcantur. Pati autem a fortuna, & hisce quodãmodo inerit, cum is, qui agit aliquid, circa ipsa fortuito aget. Alio vero modo non est.

Et propter hoc neque inanimatum nihil, neq; infans, neque bestia nihil facit a fortuna, quoniam non habent propositum, neq; eufortunium, neque infortunium inest his nisi secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus eufortunatos esse lapides, ex quibus sunt arę cum honorentur. Copulati autem his conculcantur. Pati autem a fortuna inest quodammodo, & is, cum agens aliquid circa hoc agat a fortuna, aliter autem non.

36.concl. huius lib. Fortuna non est in reb⁹ aĩa carentib⁹, &c. HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, in quibus non est fortuna, & probatur, quòd nec inanimatum, nec infans nec bestia facit aliquid a fortuna, & hæc est trigesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic, illa quæ non habent propositum non faciunt aliquid a fortuna, sed nec inanimatum nec infans, nec bestiæ habent propositum, ergo, & per consequens nec eufortunium, nec infortunium inest his nisi secundum similitudinẽ, vt dixit Protarchus illos lapides esse eufortunatos, ex quibus fiunt altaria, quia honorantur ab hominibus, & illos dixit infortunatos, qui copulantur altari, quibus ascenditur ad altare, quia conculcantur a pedibus, & dehonorantur, sed tamen secundum veritatem eufortunium, vel infortunium nõ est in inanimatis, nisi secundum passiones contingentes eis ex habentibus voluntatem, cum habens voluntatem aliquid operetur a fortuna circa hoc, aliter enim non est fortuna in talibus inanimatis, quoniam non habet fortunam in actione, sed in passione.

At casus cęteris animalibus, & inanimatis competit. Dicimus enim equum casu venisse, propterea quod euasit quidem profectus, non autem euadendi gratia venit. Et tripoda etiam cecidisse casu, stetit enim hoc modo vt sit sedes, sed non huiusce gratia cecidit.

Sed casus est in alijs animalibus, & inanimatis, vt equus casu inquit venit, quoniam saluatus est quidem veniens, non salutis autem causa venit, & tripoda casu cecidit. Stat quidem enim causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit. Te. cõ. 60.

Casus reperit in bestijs, & in rebus inanimatis. HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua narratur alia pars differentiæ. s. quod casus reperitur in bestijs, & etiã in rebus inanimatis. Exemplum primi, vt equus qui veniens ab hostibus domum saluatur a casu, quia non venit causa salutis, sed propter consuetudinem, & notitiã loci, & dico, quod saluatur a casu si illa salus sit præter intentionẽ, & accidit in minori parte ex tali fuga. Exẽplum secundi, vt si tripoda, vel scannum casu cecidit super pedes suos, sic quod aptum sit, vt sedeatur super ipsum, quia non cecidit causa sedendi. Vnde quod tripoda cecidit non est a casu, sed quod sic cecidit, scilicet super pedes suos, hoc est a casu.

Quare patet eum eorum aliquid quæ simpliciter alicuius gratia fiunt, non eius, quod euenit gratia factum est, cuius extra est causa, nos tunc casu quippiam fieri dicere. Horum autem ea fortuna fieri, quæ eligibilium casu fiunt in hisce, quæ habent electionem.

Quare manifestum est, quòd in his, quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum non accidentis causa fiunt, quorum extra est causa, tunc a casu dicimus, a fortuna autem eorum quæcunque a casu fiunt propositorum in habentibus propositum. Te. cõ. 61. Casus est inopinatæ rei euētus.

HIc Phylosophus recolligit differentiam prædictam casus, & fortunæ, id. quare manifestum est, quod in his, quæ sunt, & fiunt simpliciter propter aliquid. i. quæ in sui natura, & in sui sub͡a sunt propter aliquid cum non fuerit causa effectus, qui euenit, cuius effectus sic euenientis præter intentum est alia causa extra. s. causa essentialis extrinseca, a qua ille effectus natus est euenire, tunc tale dicitur a casu. A fortuna autem dicuntur fieri quæcumque fiunt a casu, & sunt in habentibus propositum, sic igitur patet, quod casus, & fortuna differunt in hoc. s. quod casus dicitur communiter in his, quæ proueniunt ex habentibus cognitionem, & non habentibus cognitionem, quando agens agit propter finem, & quod nõ prouenit ille finis, sed alius finis, qui natus est habere alias causas essentiales extrinsecas, sed fortuna non dicitur nisi in actionibus prouenientibus ex habentibus cognitionem. Differẽtia casus, & fortunæ.

Signum autem est ipsum frustra. Tunc enim dicitur, cum id quod est alicuius gratia non est, factum illius gratia, ceu si deambulatio egestionis est gratia: si non euenit ei, qui deambulauit, frustra dicimus illum deambulasse, frustraq; deambulationem fuisse. Est. n. id frustra, quod aptum est esse ob aliud: cum non efficit illud gratia cuius erat ac aptum. Nam si quispiam lauisse dixerit frustra, quia Sol non deficit: ridiculus vtiq; erit, non enim hæc illius gratia erat, Ita casus nomine suo tunc

dicitur, cum quippiam fit frustra. Est enim, & tale nomen ipsius, quod ab hisce terminis constat, ipsum inquam, & frustra.

Tex.c.62. *Signum autem est, quod vanum est, quoniam dicitur cum non fiat quod propter aliud illius causa, vt ambulare dispositionis causa est. Si vero non fiat ambulanti, frustra dicimus ambulasse, & ambulatio vana, tanquã hoc sit frustra, quod aptum natum est alterius causa, cum non includit illud, cuius causa erat aptum natum.*

Tex.c.63. *Quoniam si aliquis se balneatum dicat frustra, quia non deficit Sol, derisio vtique erit, non enim erat hoc propter illud. Si igitur quod automatum secundum nomen est, cum ipsum frustra fiat.*

27. concl. huius lib. QVod autem casus sit causa, a qua non inuenitur eius finis intentus, probatur; & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur sic, causa vana, & ociosa est illa, in qua non inuenitur eius finis intentus, sed casus est causa, a qua non prouenit finis intentus, ergo casus est causa vana, & ociosa, maior patet, quoniam vanum est in rebus, quæ sunt propter aliquid, si ab eis non inuenitur illud propter qđ sunt, vt si aliquis ambulet propter sanitatem, & non fiat ei sanitas, dicimus ipsum frustra ambulare, & quod eius ambulatio est vana sed res non dicitur vana, etiam si non proueniat finis extraneus, quem agens nõ intendit. v.g. si aliquis dicat se balneasse frustra, quia Sol non eclipsatur, derisio est, quia balneari nõ est ꝓp eclipsim, & sic apparet maior. s. quòd causa vana est, a qua non inuenitur eius finis intentus. Deinde Phylosophus declarat minorem. s. quòd casus est causa vana. & hoc sic, casus secundum nomẽ est frustra. i. casus deriuatus ab hoc aduerbio frustra apud Græcos & hoc est rationabile, cum illud, quod fit (Quid frustra sit.) a casu, fiat frustra. i. propter finem, ad quẽ non peruenitur, &c.

B Maxime autem separatur id, quod a fortuna fit in hisce, quæ natura fiunt. Cum enim quippiam est effectum præter naturam, tamen non a fortuna illud, sed a casu potius effectum fuisse dicimus. Est autem, & hoc aliud. Illius enim externa, huius interna causa est. Quid igitur est casus, & quid fortuna, atque quo pacto inter sese differunt, satis iam diximus.

Cecidit enim nõ percutiendi gratia lapis, casu igitur ac frustra cecidit ipse lapis, quia cadere, & ab aliquo proijciente percutiendi causa potest. C

Cecidit enim non percutiendi causa lapis. Ab eo igitur, quod automatum cecidit lapis, quia cecidit vtique a quodam percutiendi causa.

HIc Phyl. inducit exemplum per quod declaratur, quod illud, quod fit a casu, fit ab illo, a quo non est natum fieri, sed innatum est fieri ab alijs causis. v.g. quoniam si lapis ceciderit, & interfecerit hominem, hoc fit a casu, quia lapis nõ cecidit causa interficiendi hominem, & possibile est, quod lapis proijciatur a quodam proijciente causa interficiendi hominem, & sic interfectio hominis nata est fieri ab aliqua causa intendente illam, sed quando fit a tali causa, tunc non dicitur fieri a casu, & ita apparet quòd illud quod fit a casu, fit ab illo, a quo non est natum inueniri per se, est tamen natum inueniri per se ab alijs. Intelligendum, quod in textu nostro habetur automatum, & illud est idem quod per se frustra item est notandum secundum Com. quod res quæ sunt frustra, sunt duobus modis, quia quandoque non inuenitur ex eis aliquid, & tunc dicitur frustra in rei veritate, & isto modo dicuntur frustra actiones ociosæ, vt confricatio barbæ, & quandoque inuenitur ex eis aliquid, sed non illud, propter quod sunt, & isto modo casus est frustra, & hoc est illud, quod deriuatur ab hoc aduerbio frustra in idiomate Græcorum. Sed hic sunt duo dubia,

Primũ dubium. primum est, verum illud, quod fit a casu sit natum euenire per se ab alia causa.

Secũdom dubium. Secundum dubium est, verum casus possit esse vbi proprius effectus intentus euenit. Ad dubium primũ

Ad primũ dico sicut dicit Com. quòd casus accipitur dupliciter. s. communiter. & propriè: casus communiter acceptus est indifferenter in rebus naturalibus, & voluntarijs, & sic est genus fortunæ, sed casus propriè loquendo est in rebus naturalibus tantum: dico igitur, quod accipiendo casum propriè. s. secundum quod est in actionibus naturalibus tantum, sic illud, quod fit a casu, non est natum euenire per se ab aliqua causa, quia per Com.

Com. 46. octa. phy. men. commento 46. octaui huius, nulla eadem species fit a casu, & a natura, sed quæ fiunt a casu sunt monstruosa, non naturalia, si tamen illud, quod fit a casu, esset natum fieri per se

A ab aliqua causa, possibile esset idem fieri a casu, & natura, accipiendo tamen casum communiter, & largè, videlicet secundũ quod est genus fortunæ, sic illud quod fit a casu est natum fieri per se ab aliqua causa, vt inuentio debitoris, quæ est a velle emere, casualiter potest esse per se ab aliqua causa, vt a velle inuenire debitorem in foro. Ad secundum dubium dico, quod

Ad secundum. loquendo propriè de casu distinguendo casum contra fortunam, sic nunquam est casus, vbi proprius effectus intentus euenit sub illo modo, sub quo intenditur, quia si proprius effectus intentus eo modo, quo intenditur euenit, tunc forma est debito modo inducta in materia, & per consequens nõ est ibi aliquod monstrum, & consequenter nec casus, sed tamẽ accipiendo casum largè. i. vt est genus fortunæ, sic potest esse casus, vbi proprius effectus intentus euenit, vt patet si aliquis vadat ad forum ad emendum aliquid, & inueniat ibi debitorem suum, quem non est opinatus inuenire, & recipiat ab eo pecuniam, & etiam emat illud, quod proposuit emere, certum est, quod ibi proprius effectus intentus euenit, & tamen est casus communiter loquendo de casu.

Maxime autem separatum est a fortuna in his, quæ natura fiunt. Cum enim fiat aliquid extra naturã, tunc non a fortuna, sed magis ab eo, quod per se frustra est factum esse dicimus. Est autem, & hoc alterum, huius quidem enim exterius est causa, illius vero interius. Quid igitur sit per se frustra, & quid fortuna dictum est, & quid differunt adinuicem. Tex.c.64.

C HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua narratur, in quibus apparet differentia inter casum, & fortunam. Dicit igitur Phylosophus, quod maxime apparet differentia inter casum, & fortunam in rebus naturalibus, magis enim apparet differentia eorum in actionibus naturalibus, quam in actionibus animæ, & hoc tum in his, quæ naturaliter fiunt, fiat aliquid extra naturam, vt si generetur homo habens sex digitos, non dicimus, quod hoc fit a fortuna, sed magis ab eo, quod est per se frustra, scilicet, a casu. Vnde ad

Alia differentia ca. & fortunæ. huc est alia differentia, quoniam causa fortunæ est extrinseca, & causa casus est intrinseca, quoniam causa, quare generatur homo cum sex digitis est ex materia, & per consequens ex causa intrinseca, & sic ponitur hic duplex differentia inter casum, & fortunam, quarum vna est secundum vocem, quia hoc nomen casus, deriuatur ab hoc aduerbio frustra, & alia est differentia secundum rem, quia causa casus est intrinseca, & causa fortunæ est extrinseca. Deinde epilogat, vt patet.

AD QVOD GENVS CAVSÆ, CASVS, ET fortuna reducantur. Tractatus quarti. Cap. IIII.

D Vtrumque autem ipsorum ad modum eius reducitur causæ, vnde est principium motus. Etenim eorum aliquid, quæ aut natura, aut mente aguntur semper est causa, sed horum multitudo indefinita est.

SED modorum causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrunque ipsorũ est, aut enim eorum, quæ sunt natura, causa aliqua est, aut eorum, quę sunt sub intellectu, causa semper est, sed eorũ multitudo indeterminata est. Tex.c.65.

ISTud est quartum capitulum huius tractatus, in quo declaratur in quo genere casus, & fortuna debeant collocari, &

continet

continet tres partes principales, quoniam in prima declaratur quod casus, & fortuna reducuntur ad genus causæ efficientis. In secunda ibi. [Quoniam autem sunt.] Declaratur quem ordinem habent casus, & fortuna ad naturam, & intellectum. In tertia ibi. [Quare si quam maxime.] Ex dictis destruitur opinio ponentium casum, & fortunam esse casus cæli, & cælestium. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus probat, quod casus, & fortuna sunt causæ agentes, & hæc est trigesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic, intellectus, & natura sunt causæ agentes, sed tam casus, quam fortuna est intellectus, vel natura, ergo casus, & fortuna sunt causæ agentes, maior huius rationis est manifesta, intelligendo per naturam agens naturale, & per intellectum agens a proposito: sic enim intelligitur maior, de hac ratione primo ponitur conclusio in litera, deinde minor. Dicit igitur Phylosophus, quod vtrunque ipsorum, scilicet, casus, & fortuna est modorum causarum, in quibus est unde principium motus, hoc est vtranque istorum est causa agens, & hæc est conclusio. Deinde cum dicitur. [Aut enim, &c.] Phylosophus ponit minorem dicens, quod casus, & fortuna, aut est causa eorum, quæ sunt a natura, & sic est agens naturale, aut est causa eorum, quæ sunt ab intellectu, & sic est agens a proposito. & ita tam casus, quam fortuna est agens naturale, uel agens a proposito. Vnde subdit Phylosophus, quod eorum multitudo est indeterminata, quoniam cum casus, & fortuna sint causæ per accidens, ut prius declaratum est, & causæ per accidens sint infinitæ, & indeterminatæ, apparet, quod multitudo causarum casualium, & fortuitorum sit indeterminata. Sed hic dubitatur, scilicet, super illud, quod dicitur, videlicet, quod casus, & fortuna sint causæ indeterminatæ, hoc enim non videtur verum, quia ex quo tam casus, quam fortuna, vel est intellectus, vel natura, & intellectus, & natura sunt causæ determinatæ, sequitur quod casus, & fortuna sunt causæ determinatæ. Dicendum, quod intellectus, & natura possunt accipi dupliciter, vno modo absolute, & sic non dicuntur de casu, & fortuna. Alio modo possunt considerari secundum, quod sunt determinabile per fines, quos intendunt, nam efficiens determinatur per finem, sicut materia determinatur per formam, & isto modo casus, & fortuna sunt causæ indeterminatæ, quia casus, uel fortuna sunt intellectus, & natura secundum quod sunt determinabiles per fines inquantum ab intellectu, & natura sic determinatis per fines proueniant effectus per accidens, qui nati sunt prouenire a causis sic determinatis in maiori parte, & quia intellectus, & natura possunt per infinitos fines determinari, & vt sic dicuntur de casu, & fortuna, ideo casus, & fortuna sunt causæ fortuitæ, & ideo casus, & fortuna sunt causæ determinatæ, uerbi gratia, si Sortes vadat ad forum non intendens inuenire debitorem ibi, sed intendens alium finem, si inueniat ibi debitorem, Sortes; absolute non debet dici fortuna, sed Sortes determinatus per aliquem finem, quem intendit, ut Sortes uolens emere, vel Sortes fugiens inimicum, uel Sortes uolens uidere amicum, & quia Sortes potest per infinitos tales fines determinari, ideo dicitur, quod causæ casuales sunt infinitæ. Vnde velle emere non est casus respectu inuentionis debitoris, quia velle emere habet rationem finis, nec Sortes absolute est causa casualis respectu inuentionis debitoris, sed Sortes uolens emere, & non intendens inuenire debitorem est causa casualis respectu inuentionis debitoris, sed quamuis agens determinabile per finem dicatur causa casualis, tamen finis non dicitur casus, sed agens intendens finem, a quo talis effectus, nec prouenit semper, nec frequenter.

38. concl. huius li.

Dubium.

Solutio.

Quoniam autem casus, atque fortuna causæ sunt eorum, quorum, aut mens, aut natura fieri causæ possunt, cum per accidens quippiam horum ipsorum fuerit causa, atque nihil eorum, quæ sunt per accidens prius est hisce, quæ sunt per se, quare neque per accidens eam per se causam antecedit, casus nimirum, atque fortuna posterior, & mente est, & natura.

Tex.c. 66. *Quoniam autem sunt casus, & fortuna causæ, quorum utique aut intellectus sit causa, aut natura, cum secundum accidens causa aliqua fiat horum ipsorum. Nihil autem secundum accidens prius est his, quæ sunt per se, manifestum est, quod neq; per accidens causa prius* A *est ea, quæ est per se. Posterius itaque est casus, & fortuna, & intellectu, & natura.* Tex.c.67.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quem ordinem habent casus, & fortuna ad naturam, & intellectum, & probatur, quod casus, & fortuna sunt posteriores, quam intellectus, & natura, & hæc est trigesimanona conclusio huius libri, quæ probatur sic, omne per accidens est posterius eo, quod est per se, sed casus, & fortuna sunt causæ per accidens, & intellectus, & natura sunt causæ per se, ergo casus, & fortuna sunt causæ posteriores, quam intellectus, & natura: huius rationis, primo ponitur minor in litera, secundo maior, & tertio infertur cōclusio. Intelligendum, quod casus, & fortuna secundum quod huiusmodi sunt posteriores intellectu, & natura, quia casus, & fortuna secundum, quod huiusmodi sunt causæ per accidens, & quod est per accidens est posterius eo, quod est per se, sed ea, quæ sunt casus, & fortuna, idest, illa quibus accidit, quod sint casus, & fortuna, non sunt posteriores intellectu, & natura, immo sunt intellectus, & natura, uerbi gratia, Sortes albus, secundum quod Sortes albus est posterior Sorte: tamen ille cui B accidit, quod sit Sortes albus non est posterior Sorte, nec est verum de uirtute sermonis, quod omne per accidens sit posterius, quod est per se, quia idem est per se causa unius effectus, & per accidens alterius effectus, sed debet sic intelligi, quod omne per accidens, secundum quod per accidens, & respectu illius, cuius est per accidens, est posterius eo, quod est per se causa, & respectu illius, respectu cuius est causa per se. Vnde intelligendum, quod per intellectum in proposito Phylosophus intelligit agens libere a proposito, quoniam si intellectus, vel habens intellectum agat aliquid necessario, & non libere, ut sic dicitur natura, uel agens naturale, & per naturam intelligit agens non libere, quo quidem agens est determinatum ad vnum.

39. concl. huius li.

Quare si quam maxime cæli casus est causa, necesse est priorem mentem, atque naturam, & aliorum multorum, & huius vniuersi causam esse.

C *Quare si quam maxime cæli causa est casus, necesse prius causam intellectum, & naturam esse, & aliorum multorum, & huius omnis.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ex prædictis destruitur opinio ponentium casum, & fortunam esse causas cælestium, & cæli. Probat igitur Phylosophus quod casus, & fortuna non sunt causæ cælestium, & cæli, & hæc est vigesimaquarta conclusio huius libri superius posita, quæ hic etiam probatur, ducendo ad tria inconuenientia dato opposito, quorum primum est, quoniam si casus, & fortuna sunt causæ cæli, & cælestium, tunc intellectus & natura essent causæ propriores causis cæli, & cælestium, consequentia patet, quia intellectus, & natura sunt causæ priores, quam casus, & fortuna, probatum est, ergo. Secundum inconueniens est, quod secundum hoc necesse est causas aliorum multorum esse priores, quam sint causæ cælestes, & patet hæc consequentia, quia casus, & fortuna non sunt causæ aliquorum per accidens, nisi quia sunt causæ aliquorum per se, si igitur respectu cæli, & cælestium sint casus, & fortuna causæ D per accidens, sequitur quod casus, & fortuna sint causæ aliorum per se. Tertium inconueniens est, quoniam secundum hoc sequitur, quod causæ huius totius uniuersi quod est infra sphæram actiuorum, & passiuorum sunt priores causis cæli, quia ponentes istam opinionem dabant uniuerso, quod est infra sphæram actiuorum, & passiuorum, causas per se, & illud quod est per se est prius illo, quod est per accidens.

Destructio opi. dicentium casum, & for. esse causas cælestium & cæli.

Primum inconueniens.

Secundū inconueniens.

Tertium inconueniens.

TRACTATVS QVINTVS.

Quod oportet naturalem cognoscere quodlibet genus causæ.

Esse autem causas, & tot esse numero, quot diximus patet. Tot.n. quæstio propter quid sanè cōplectitur. Nam ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur vltimū in immobilibus, ceu in

mathe-

A mathematicis. Ad recti enim, vt commensurabilis, aut ad cæterorum similium alcuius vltimo diffinitionem reducitur. Aut id, quod primum mouit, veluti propter quid bellum gesserunt, quia templum spoliarunt. Aut gratia cuius, vt imperium consequantur. Aut ad materiam in hisce, quę fiũt. Perspicuum igitur est has, & tot causas esse.

Tex.c.68. *Quæ autem sunt causæ, & quod tot sint numero quot dicimus, manifestum est, tot enim secundum numerum propter quid comprehendit, aut enim in quod quid est reducitur, propter quid vltimum in immobilibus, vt in mathematicis. In diffinitione enim recti, aut commensurati, aut alicuius cuiusdam reducitur vltimum. Aut in mouente primum, vt propter quid certauerunt, quoniam furati sunt, aut alicuius gratia, vt dominentur,*

Tex.c.69. B *aut in his, quæ fiunt materia. Quod quidem igitur causæ hę, & tot sint: manifestum est.*

ISte est quintus tractatus huius libri, cuius intentio continetur in vno capitulo, & hoc capitulum continet quatuor partes principales, quoniam in prima declaratur, quod causæ sunt quatuor. In secunda ibi. [Quoniam autem quatuor.] Declaratur, quod naturalis habet cognoscere omne genus causæ. In tertia ibi. [Quare propter quid.] Declaratur, quod naturalis habet perscrutari de quatuor causis. In quarta ibi. [Et penitus, &c.] Narratur, quod naturalis habet perscrutari, & demonstrare per quodlibet genus causæ. In prima igitur parte principali huius capituli declaratur, quod causæ sunt quatuor, & hæc est quadragesima conclusio huius libri, quæ est diuersa a conclusione vigesimasecunda, quæ est, quod omnis causa est secundum materiam, vel secundum formam, &c. quia illa conclusio, quæ posuit, quod non sunt plures causæ, quam quatuor, & ista multũ differunt. Hæc conclusio, scilicet, quod causæ sunt quatuor, probatur sic. Tot sunt causæ, per quot respondetur conuenienter ad quæstionem quærentem propter quid, sed per quatuor conuenienter respondetur ad quæstionem quærentem propter quid ergo causæ sunt quatuor, maior huius rationis patet, quia quæstio propter quid quærit causam. Vnde in litera primo ponitur conclusio, secundo ponitur minor cum sua declaratione. Dicit igitur Phylosophus primo, quæ sunt causæ, & quod tot sunt, quot diximus, scilicet, quatuor, manifestum est ex dictis. Deinde ponit minorem dicens, quod quæstio propter quid comprehendit tot secundum numerum, idest, quatuor, hoc est quæstio propter quid tot quærit, idest, quatuor, & per tot respondetur conuenienter ad quæstionem quærentem propter quid. Deinde ponit declarationem minoris dicens, aut enim in quod quid est &c. hoc est quæstio propter quid, aut reducitur in quod quid est vltimum, hoc est in causam formalem ultimam idest, ad quæstionem quærentem propter quid, respondetur per causam formalem vltimam, & hoc in rebus immobilibus, vt in mathematicis, quoniam quæstio quærens de recto, aut incommensurato, propter quid reducitur in quod quid vltimum positum in diffinitione recti, uel commensurati, idest, in differentiam formalem vltimo po-

40. concl. huius li. (margin note beside "quatuor causis. In quarta ibi.")

C (margin letter beside "probatur sic.")

D sitam in diffinitione recti, vel commensurati. Vnde dicit Cõmen. quod Phylosophus per vltimum intelligit formam, ad quam cessat quæstio, & per res immobiles intelligit formas, quæ sunt in materia secundum esse, & non secundum considerationem, sicut est in mathematicis, quoniam scientiæ mathematicæ considerant de formis, ideo causæ sunt in eis secũdum formam, aut in motorem primum, idest, aut reducitur quæstio quærens propter quid in motorem primum, hoc est, aut respondetur ad quæstionem quærentem propter quid per motorem primum, verbi gratia, vt si quæratur propter quid certauerunt, respondetur, quia furati sunt, hoc est deprædabantur, aut respondetur ad quæstionem quærentem propter quid per causam finalem, vt si quæretur propter quid pugnãt, respondetur, vt dominentur, aut respondetur ad quæstionem quærentem propter quid per materiam, ut si quæratur propter quid corrompitur homo, respondetur, quia est compositum ex contrariis. Vnde Commen. dicit, quod ista declaratio est per syllogismum dialecticum, quoniam dialecti-

Notabile. (margin note beside "sitam in diffinitione recti")

A cus ponit quod interrogatio per quare reducitur ad huiusmodi quatuor causas, &c.

Cum autem quatuor causę sint: de omnibus scire nimirum ad naturalem Phylosophum pertinet, atq; ad omnes ipsum propter quid redigens ipse, materiam, formã, id quod mouit, & id gratia cuius naturaliter reddet, ac assignabit.

Tex.c.70. *Quoniam autem causę quatuor sunt, de omnibus erit physici cognoscere, & in omnes inducens propter quid, demonstrabit physice materiam, speciem, mouentem, & quod est, cuius causa.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua narratur, quod naturalis habet cognoscere omne genus causæ, & continet quatuor particulas, quia in prima Phylosophus narrat, quod naturalis habet cognoscere omne genus causæ, & quod habet per quodlibet genus causæ demonstrare. In secunda autem ibi. [Veniunt.] Narrat, quæ causæ coincidunt in eadem. In tertia ibi. [Et tenetur.] Phylosophus narrat, cuiusmodi mouentia considerat physicus. In quarta ibi. [Vnde tria negocia.] Ponit Phylosophus diuisionem entium, de quibus scientiæ per se considerant. In prima igitur particula huius partis Phylosophus narrando dicit, quoniam, pro quia, causæ sunt quatuor, physicus habet de omnibus considerare, & cognoscere omnes causas inducens propter quid, hoc est inducens, vel respondens ad quæstionem quęrentem propter quid per omnes causas demonstrabit per omnes causas, idest, per materiam, & formam mouentem, & finem. Notandum secundum Commen. quod naturalis habet cognoscere omnes causas, nam naturalis cognoscit materiam, vt probatum est supra, quoniam in scientia naturali apparet materia, & in quo est materia sunt omnes causæ, nam vbi est materia, ibi est forma, quia materia nunquam est sine forma, sed nulla forma est ęterna in materia, loquendo de forma substantiali, ut patet ex primo huius, igitur vbi est materia, oportet quod ibi sit forma, & agens producens formam in materia, sed agens non agit, nisi propter finem, igitur vbi est materia ibi sunt omnes causę, & ideo cum naturalis cognoscit materiam, sequitur quod cognoscit omnes causas.

B (margin letter beside "omne genus causæ, & quod habet")

Notabile. (margin note beside "rem, & finem. Notandum secundum Commen.")

C (margin letter beside "formam in materia, sed agens non agit")

Tres aũt in vnum plerunq; accedunt. Ipsum. n. quid est, & id gratia cuius vnum sunt. Ea vero, vnde primum effluit motus, specie cum hisce concurrit: homo namque hominem generat.

Veniunt autem tres in vnam multotiens. Quod quidem enim quid est, & quod cuius causa vna est. Quæ vero vnde motus principium specie eadem est his. Non enim hominem generat.

HAec est secunda particula secundę partis huius capituli. In qua Phylosophus narrat, quę causę coincidunt in idem, dicens quod tres causę, idest, efficiens, forma, & finis multotiens veniunt in vnam, hoc est coincidunt in vnam causam, sed diuersimode, quia forma, & finis coincidunt in idem numero, sed efficiens coincidit cum his in idem specie, non autem in idem numero. vt patet, quia forma hominis generantis coincidit in idem speciem cum forma hominis, quę generatur, quę forma est forma, & finis generationis, sed efficiens non coincidit in idem numero cum istis. Vnde forma hominis generantis, & forma hominis generati coincidunt in idem specie, & non in idem numero, sed forma generati, & finis generationis coincidunt in idem numero. Ex quo loco accipiunt aliqui, quod materia, & efficiens non coincidunt, sed quicquid sit de ueritate huius dictio se Phylosophus in hoc loco de eo non facit mentionem, & ideo in hoc loco non est talis acceptio allegãda. Notandum quod Commen. ad declarandum, qualiter forma, & finis coincidunt in idem numero, ponit vnam distinctionem de fine, dicens quod finis est duplex, scilicet, finis generationis, & finis rei generatę. Finis generationis est forma, ad quam terminatur generatio, sed finis rei generatę est ultima perfe-

D (margin letter beside "in vnam causam, sed diuersimode")

Primum notandũ. (margin note beside "incidunt in idem numero, ponit vnam distinctionem")

ctio

ctio rei generatæ, verbi gratia, finis generationis hominis est forma hominis, sed finis ipsius hominis est vltima, & suprema perfectio hominis, idest, fælicitas. Dicit igitur Commen. quod forma rei generatæ, & finis generationis coincidunt in idem numero, & sunt vnum secundum subiectum, & plura secundum diffinitionem, sed forma rei generatæ, & finis rei generatæ, nec coincidunt in idem numero, nec in idem specie nec in idem genere, quoniam forma hominis generati est in genere substantiæ, & finis hominis generati est fælicitas, quæ est in genere qualitatis, uel saltem in aliquo genere accidentis. Illud dictum Commen. scilicet, forma rei generatæ, & finis generationis sunt vnum secundum subiectum, & plura secundum diffinitionem, sic intelligo, scilicet, quod forma rei generatæ, & finis generationis sunt idem secundum illud quod sunt, tamen secundum quod sunt in diuersis generibus causarum habent diuersas diffinitiones, quicquid est tamen diffinitio vnius est diffinitio alterius: quoniam una, & eadem res bene potest habere diuersas diffinitiones.

Secundū notan.

Secundo est notandum quod ista propositio. efficiens coincidit in idem specie cum forma, & fine, est intelligenda de efficiente uniuoco, quod Commen. vocat efficiens æquale, & de fine generationis, & non de fine rei generatæ, sed non intelligitur de efficiente æquiuoco, verbi gratia, cum homo generat hominem, forma hominis generantis est eiusdem speciei cum forma hominis generati, & hoc ideo, quia ista generatio est uniuoca, sed forma hominis generantis non eiusdem speciei cum fine hominis generati.

Tertium notan.

Tertio est notandum quod hæc propositio magistralis, scilicet materia, & efficiens non coincidunt, habet veritatem de materia prima, quæ nullo modo habet rationē efficientis. Item habet ueritatē de materia alterationis, quæ est per adiectionem contrarij, & de efficiente eiusdem alterationis, quia nihil est idem materia alicuius talis alterationis, & efficiens respectu eiusdem, vt dicit Commen. in principio huius secundi, nihil enim alterat primo se sit, quod totum alterat totum. veruntamen loquendo de materia, & de efficiente motus localis bene est possibile, & necessarium quod materia, & efficiens coincidunt in idem numero, ut dictum est in principio huius secundi; in spiritualibus etiam potest idem esse materia, & efficiens, ut patet de uoluntate quæ recipit, & etiam efficit actum suum, vt vult Comment. secundo cœ. commento 17. dicens, quod illud quod habet actionem in se est spirituale.

Et omnino quæcunque motum subeuntes mouent. Quæ vero tales non sunt, hæ naturalis considerationis non sunt. Non enim in seipsis habentes motum, aut principium motus mouent. Sed immobiles mouent.

Tex. c.71.

Et tenetur physicus considerare omnino quæcunque mota mouent. Quæcunque autem non, non amplius physicæ sunt. Non enim in seipsis habentia motum, neque principia motus mouent, sed immobilia sunt.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua narratur cuiusmodi mouentia considerat physicus, & narrat quod physicus habet considerare omne mouens motum, sed non habet considerare mouens immobile, & ex hoc potest probari quod naturalis habet cognoscere omnes quatuor causas, & hoc sic. Quicunque considerat illa quæ mouent mota habet cognoscere omnes quatuor causas, sed naturalis considerat illa quæ mouent mota, ergo naturalis habet cognoscere omnes quatuor causas, maior huius rationis patet, quia omne mouens motum requirit quatuor causas, quia ex hoc quod mouet, oportet quod ibi sit causa efficiens, & etiam causa formalis, quia mouens est efficiens, & mouens non mouet nisi secundum quod est in actu, & non est in actu nisi per formam, & similiter mouēs non mouet nisi propter finem qui est terminus motus. & sic apparet quod ex hoc quod est mouens requiruntur tres causæ scilicet, efficiens, forma, & finis, & ex hoc quod est motū requiritur materia, & sic apparet maior, videlicet, quod quicunque habet considerare illa, quæ mouent mota, habet considerare quatuor causas, quoniam omne mouens motum necessario requirit quatuor causas, minorem uero ponit Phylosophus in litera dicens, quod Phylosophus tenetur considerare quæcunque mouent mota, & addit dicens, quæcunque

A motorem mouent non mota, non sunt amplius physicę considerationis, cum non habeant in se motum, & principia motus, sed mouent extrinseca immobilia. Intelligendum quod naturalis non habet considerare de mouente immobili loquendo de consideratione quidditatis eius, siue quid est, naturalis enim non habet considerare de motore immobili, quia non habet considerare propositiones in quibus prædicantur de ipso prædicata intrinseca pertinentia ad eius quidditatem: non enim habet naturalis considerare de primo motore quod est, aut forma, aut actus purus, aut ens nobilissimum, sed tales propositiones habet considerare primus Phylosophus, & sic primus Phylosophus habet considerare de quidditate primi motoris, idest propositiones in quibus de primo motore prædicantur prædicta intrinseca quæ dicuntur pertinere ad eius quidditatem: naturalis tamen habet considerare de motore immobili considerando propositiones, in quibus de ipso prædicantur prædicata pertinentia ad motum, & habentia respectum ad motum, uel quæ innotescunt nobis per motum, quod sibi insunt, verbi gratia, naturalis habet probare primū motorem esse, quia hoc non innotescit nobis nisi per motū, habet etiam considerare huiusmodi propositiones, videlicet, primus motor est infatigabilis in mouendo secundum quod

Notabile.

B mouetur tempore infinito. Vnde breuiter naturalis habet considerare de primo motore, an sit, sed non quid sit, quia hoc habet considerare primus Phylosophus.

Quapropter tres sunt tractationes. Vna circa immobile. Alia circa id quod mouetur quidem, est autem expers corruptionis. Tertia circa ea quæ corruptibilia sunt.

Vnde tria negocia sunt, hæc quidem circa immobile, alia vero circa mobile quidem, incorruptibile autem. Quædam autem circa corruptibilia.

HÆc est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit quandam diuisionem generum, & modorum entium quæ sunt diuersarum naturarum, quæ per se considerantur in scientijs. Vnde

C dicit Philosophus, quod tria sunt negocia, idest, tres sunt artes speculatiuę, hæc quidem circa immobile, aliqua vero circa mobile incorruptibile, quædam autem circa mobilia corruptibilia, idest, tria sunt genera rerum, de quibus artes per se considerant, quarum quædam sunt immobilia, quædam mobilia incorruptibilia, & quædam mobilia corruptibilia. Notandum secundum Commen. quod illa litera, videlicet, unde tria negocia, exponitur dupliciter, uno modo quod Phylosophus intendit hic diuidere artes speculatiuas per diuisionem rerum de quibus rebus considerat, & secundum istā expositionem intendit dicere, quod tria sunt negocia, idest, tres modi sciendi, uel tres artes, hæc quidem circa mobile scilicet, mathematica, alia circa mobile incorruptibile: vt Metaphysica; & mobilia circa corruptibilia, ut scientia naturalis. Sed contra illam expositionem arguit Comment. sic, mobilia corruptibilia, & incorruptibilia considerantur in eadem scientia, ut scientia naturali, ergo mathematica, & scientia naturalis non distinguuntur per hoc quod mathematica est circa mobile incorruptibile, & scientia naturalis est circa mobile corruptibile, similiter scientia diuina non solum considerat de rebus abstractis, sed etiam considerat de

Primum notan.

D rebus secundum quod existunt. & sic scientia diuina considerat de rebus mobilibus, & immobilibus. Et secundum hoc est notandum quod scientia diuina non considerat de immobilibus tantum, immo de mobilibus, & uniuersaliter de omnibus considerat aliqua prædicata, quæ non considerantur de eis in aliqua scientia speciali: similiter scientia naturalis, & mathematica conueniunt in hoc, quia consideratio est in eis earundem rerum, & metaphysica, & mathematica considerant easdem res, non igitur distinguuntur scientiæ secundum distinctionem rerum de quibus considerant, nec hoc intendit Aristoteles hic. Et ideo est alia expositio quam Commen. approbat, & tenet, quæ expositio est prior posita, videlicet, quod Phylosophus hic non intendit dare diuersos modos scientiarum speculatiuarum, sed diuersos modos entium, de quibus per se considerant scientiæ, nec est verum, quod scientiæ distinguantur secundum distinctionem istorum modorum entium, quoniam una scientia, & etiam diuersæ scientiæ considerant de istis diuersis modis entium.

Secundū notan.

Tertium notan.

Notan.

Notandum secundum Commen. hic quòd cum eos diuidatur secundum demonstratiuam considerationem intrabit vna natura in duas artes, vt consideratio mathematica, & diuina in numero, & similiter consideratio naturalis, & mathematica in corpore, & in linea, & superficie. Et ex hoc apparet quod vna, & eadem natura consideratur in diuersis scientijs, sed illa vna natura intrat in duas naturas, hoc est habet quasi rationem diuersarum naturarum secundum quod consideratur in diuersis scientijs, quia habet diffinitiones diuersas, & passiones diuersas in una scientia, & in alia.

Quare ipsum propter quid a naturali Phyloso pho. & ad materiam, & formam, & ad id quod primo mouit reducente ipsum assignatur, ac redditur. De generatione enim maxime casus hoc modo considerant quid post quid fit, & quid primum fecit: aut quid passum est, & sic semper quod est deinceps.

Tex. c.72. *Quare propter quid in materiam reducenti redditur, & in eo quod quid est, & in primum mouens. De generatione enim maxime hoc modo causas considerant, quid post aliquid fiat, & quid primum fecit, aut quid substituit, & sic semper quod consequenter.*

HAec est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus declarat quod naturalis habet perscrutari de quatuor causis, & continet tres particulas. quia in prima declaratur, quod oportet naturalem considerare materiam, & formam, & efficiens. In secunda ibi. [Dupliciter autem.] Ponit modos causarum mouentium. In tertia ibi. [Et quit quid.] Declaratur quod oportet naturalem considerare finem. In prima igitur particula huius partis Phylosophus declarat, quod oportet naturalem considerare materiam primam, & formam, & primum mouens, & hęc est quadragesimaprima conclusio huius libri. Primo tamen 41. concl. huius li. proponit Phylosophus illud quod probare intendo dicens, quod naturali Phylosopho quo habent reduci conclusiones in suas causas in tali Phylosopho reducuntur in materiam, & in eo, quod est, idest, in formam, & in primum mouens, hoc est naturalis reducit suas questiones in has tres causas, & per has tres causas respondet ad alias suas quæstiones. Deinde cum dicit. [De generatione enim.] Probat conclusionem sic, ille qui habet considerare de generatione, habet considerare primam materiam, & formam, & primum mouens, sed naturalis habet considerare de generatione, ergo, minor huius rationis patet ex præcedentibus, quia naturalis habet considerare illa, que mouent motu, & per consequens habet considerare motus, & generationes rerum, maior vero ponitur in litera, dicit igitur Phylosophus, quod considerantes de generatione considerans causas hoc modo, quid post aliquid fiat, & hoc dicit quantum ad formam, aut quid primum fecit: & hoc dicit quantum ad efficiens, aut quid substituit, idest, formam, & transmutationem, & hoc dicit quantum ad materiam primam, & sic semper habet considerare, quod consequenter est, quoniam primo habet considerare primas causas, deinde secundum ordinem causas posteriores, & propinquas, & dicit hoc Commen. quod cum perscrutari fuerimus in genere aliquã de istis duabus causis, oportet primo perscrutari de primis causis illius entis actiuis, & passiuis, deinde postea de alijs causis secundum ordinem, donec perueniatur ad causas rei propinquas, scilicet, incipiendo a primo motore, & perueniendo ad ultimum motorem, & similiter incipiendo a prima materia, & perueniendo ad ultimam materiam propinquam illi enti, de quo perscrutatur. & ideo oportet in hoc lib. perscrutari de prima materia, & primo motore.

Principia autem ea, quæ naturaliter mouent duplicia sunt, quorum alterum naturale non est, quippe cum non habeat in se principium motus. Atque tale est si quid moueat, & non moueatur ut id quod est immobile penitus, & quod est omnium primum.

Tex. c.73. *Duplicia autem sunt principia mouentia, quorũ alte-*A *rum non physicum est. Non enim habet motus principium in seipso, huius autem est si aliquid mouet quod nõ mouetur, sicut est quod, & penitus immobile, & omnium primum.*

HAec est secunda particula tertię partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit modos causarum mouẽtium. & duo facit, quia primo inducit duos modos causarum mouentium. Secundo inducit duo propria primi motoris. Dicit igitur Phylosophus primo quod mouẽtia principia sunt duplicia, quoniam aliquod principium mouens est non physicum, sicut primus motor: & aliquod principium mouens est physicum. Et quod primus motor non sit motor naturalis probat Phylosophus, & hęc est quadragesimasecunda conclusio huius libri, quę in secunda figura probatur sic, primus motor non habet in se principium motus per quod mouetur, sed omnis motor naturalis habet in se principium motus, & quietis per quod mouetur, ergo primus motor non est motor naturalis. 42. concl. huius lib. Vnde notandum secundũ Commen. quod Phylosophus intendit per hoc, quod consideratio de quidditate istius motoris non est naturalis, sed solum B modo considerat de hoc motore in probando ipsum esse solum. Deinde dicit Phylosophus cum dicit. Huiusmodi autem est. Inducit duo propria primi motoris: dicens quod huiusmodi est, si aliquid mouet quod non mouetur, unde hoc est proprium primo motori, scilicet, mouere, & non moueri, quod primus motor est penitus immobilis. Secundum vero, quod est proprium primi motoris est, quod est primum omnium rerum, & ex hoc potest notari, quod primum eos est primus motor. Et addit Commen. dicens quod hoc est necesse, si omnes motores, qui sunt sub eo nõ mouent nisi moueãtur ab eo, & ipse mouet absque hoc quod moueatur. Et intelligo, quod omnes motores, qui sunt sub primo motore mouentur a primo motore tanquam a fine, Vnde motores inferiores non mouentur motu locali, nec motu alterationis, & nec mouentur, nisi metaphorice. Vnde sicut finis non mouet nisi metaphorice, ita illud quod mouetur a fine non mouetur, nisi metaphorice, & moueri a fine non est aliud quam moueri propter finem, unde dico quod motores inferiores mouentur a primo motore, quia mouent propter primum C motorem tanquam propter finem.

Notabile.

Et ipsum quid est, & forma, est enim finis, & id gratia cuius cætera fiunt. Quare cum alicuius gratia natura faciat, & hanc scire oportet.

Tex. c.74. *Et quod quid est, & forma. Finis enim est cuius causa quare: quoniam natura propter aliquid est, & hanc cognoscere oportet.*

HAec est tertia particula tertię partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod oportet naturalem cognoscere finem, & hęc est quadragesimatertia conclusio huius libri, quę probatur dupliciter, & primo sic, forma 43. concl. huius lib. est finis cuius causa est generatio, ut visum est supra, sed oportet naturalem cognoscere formam, ergo oportet naturalem cognoscere finem. Secundo probatur eadem conclusio sic, oportet naturalem cognoscere illud propter quod natura agit, sed natura agit propter finem, ergo oportet D naturalem cognoscere finem. Notandum secundum Commenta. quod hęc ratio fundatur super hoc, quod natura agit propter finem, quia omne quod agit, agit propter aliquid, sicut est dispositio in arte, & hoc est maximum fundamentum istius scientię.

Et ipsum propter quid omnino reddendum est. Velut ex hoc necesse est hoc fieri. Ex hoc autem hoc, aut simpliciter, aut plerunque. Et si hoc est emersurum, vt ex propositionibus ipsa conclusio.

Et penitus reddendum propter quid, vt quia ex hoc necesse est hoc esse. Hoc autem ex hoc, aut simpliciter est aut sicut frequenter, & sic hoc debet fieri, sicut ex propositionibus conclusio.

Hęc

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua phylosophus narrat, qualiter habet naturalis demonstrare per quodlibet genus causæ, & continet duas particulas, quia in prima narrat. qualiter Phylosophus naturalia debet demonstrare ex causis prioribus, idest, ex materia & efficiente. In secunda ibi. [Et quoniam hoc erat.] Natura qualiter debet demonstrare ex causis posterioribus, idest, ex forma, & fine, & vocat materiam, & efficientem causas priores in esse, quia secundum viam generationis efficiens, & materia præcedunt effectum, & voco finem, & formam causas posteriores, quia sunt posteriores via generationis materia, & efficiente. Vnde secundum, quod quandocunque ex causa sequitur effectus de necessitate, tunc ex causa contingit demonstrare effectum, sed aliter non, quando autem effectus sequitur ex causa solum, vt in pluribus, non contingit demonstrare effectum per causam. nunc autem ex causis prioribus sequuntur quidam effectus ex necessitate, & quidam, vt in pluribus, verbi gratia, ad materiam contrariis subiectam de necessitate sequitur corruptio, sed ad materiam dispositam ad aliquam formam non sequitur de necessitate generatio illius formæ, sed vt in pluribus, quia potest esse impedimentum. Similiter est de causa efficiente vt solem esse sub tali ... de necessitate sequitur quod dies sunt longi, sed ad solem esse sub ... ne non sequitur necessario, quod dies sint calidi, sed hoc sequitur in pluribus. Dico igitur, quod cum causæ inferunt effectus de necessitate, tunc ex causis contingit demonstrare effectum, sed quando causæ non inferunt effectum ex necessitate, tunc ex causis non contingit demonstrare effectus. Dicit igitur Phylosophus, quod a physico respondendum est propter quid penitus, idest, per omne genus causæ, vt quia ex hoc, idest, ex efficiente, vel ex materia necesse est hoc esse, scilicet, effectum, hoc est quando ex efficiente, vel ex materia de necessitate sequitur effectus, tunc respondendum est propter quid per materiam, vel per causam efficientem, hoc est tunc demonstrandum est effectum esse per materiam, vel per causam efficientem. Deinde dicit Phylosophus, quod hoc, scilicet, effectum esse ex hoc, idest, ex materia, vel efficiente contingit dupliciter, aut simpliciter, hoc est semper, & ex necessitate, aut sicut frequenter. Et subdit, quod si hoc debet fieri, scilicet, demonstratio ex causis prioribus, idest, ex materia, aut ex efficiente, oportet effectum esse sicut conclusio ex propositionibus, hoc est, si effectus debet demonstrari ex materia, vel efficiente, oportet, quod ille effectus sequatur ex istis causis, ex necessitate, sicut conclusio sequitur ex præmissis ex necessitate.

Et quia hoc erat quidditas ipsa. Et quia melius est hoc modo non simpliciter, sed ad substantiam cuiusque.

Et quoniam hoc erat quod quid erat esse, & quia dignius est sic, non simpliciter: sed ad vniuscuiusque substantiam.

HAec est secunda particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus narrat qualiter est demonstrandum ex causis posterioribus, vt ex forma, & ex fine dicit, quoniam, pro quia, quod quid erat esse, idest, forma erat hoc, idest, talis erat, ideo, supple, necesse est talia esse præcedentia, & quia dignius est sic esse secundum finem, ideo, supple, necesse est talia esse ea, quæ sunt ad finem, & addit Phylosophus, quod ex fine non est arguendum, dignius simpliciter, sed ad substantiam vniuscuiusque, quod natura semper facit, quod melius est non simpliciter, sed vt substantia, & natura vniuscuiusque requirit, non enim dat natura cuilibet rei perfectiones simpliciter meliores, non enim dat lapidi animam, nec asino intellectum, sed dat eis perfectiones sibi debitas. Notandum, quod ex causis posterioribus semper

Primum notan.

sequuntur causata, quoniam ex forma semper sequitur compositum, & illa, quæ præcedunt formam, & similiter ex fine semper sequuntur ea, quæ sunt ad finem, & propter hoc Phylosophus loquendo de causis posterioribus non posuit illam distinctionem, scilicet, quod ad illas causas non sequuntur causata semper, aut frequenter. Notandum secundum Commen. hic, quod ex agente sequitur actum necessario in rebus æternis, & ex agente sequitur actum in maiori parte in rebus generabilibus, & corruptibilibus. Item dicit Commen. quod ea illa, quæ sequuntur suas causas in maiori parte fuerint pos-

Secundũ notan.

A

ta sequitur necessario, ut eorum causæ sint, scilicet, quoniam principia in eis sequuntur ultima, & non conuertitur: verbi gratia, quoniam si fuerit conclusio, necesse est, ut suæ propositiones sint, & non conuertitur, & hoc est uerum, loquendo de conclusione, quæ solum, ut frequenter sequitur ex propositionibus. Notandum, quod quando Commen. dicit, quod quando ex causis non sequuntur necessaria causata, quod tunc causæ non agunt necessario causata, sed ut in pluribus, tunc non ex causis sequuntur causæ, ita quod si causata sunt, causæ sunt, & si ista causata sint, iste causæ sunt, & illud debet intelligi de causis, a quibus præcise proueniunt, ita quod a nullis aliis possunt causata prouenire, quæ causis necessario sequuntur ad esse causati, uerbi gratia, motus circularis totius ignis in sphæra sua non potest esse, nisi a motu circulari cæli, & ideo bene sequitur, totus ignis mouetur circulariter, ergo cælum mouetur circulariter, sed quando aliquis effectus potest esse a pluribus causis, sic quod a qualibet illarum, tanquã a causa totali: verbi gratia, sicut calor potest esse ab igne tanquam a causa totali, & etiam potest esse a sole, uel a cælo tanquam a causa totali in talibus ad causatum esse non sequitur hanc causam esse, uel illam determinate, sed sub distinctione sic, quod ad tale causatum esse sequitur una disiunctiua, in

Terrium notan.

B

qua fit disiunctio inter omnes causas, a quibus potest prouenire, & sic debet intelligi Commentator. Item est notandum secundum Commen. quod forma datur enti naturali, vt sit nobilius in sua natura, & hoc dicit Phylosophus, vt notificet, quod forma non sequitur naturam materiæ, ut opinati sunt antiqui naturales, sed natura inuenit eam, scilicet, formam, propter hoc, quod ens in sua natura sit nobilius, & ideo forma, quæ sequitur naturam entis non est dicta nobilior, ut forma mathematica. Item notandum, quod Commen. ponit differentiam inter formam naturalem, & formam mathematicam, quæ differentia est illa, quæ forma naturalis facit illud, cuius est esse nobilius in sua natura, sed forma mathematica non facit illud, cuius est esse nobilius: verbi gratia, non enim dicimus quod ista diffinitio circuli, quæ est, cuius lineæ exeuntes a centro circuli ad circumferentiam sunt æquales, facit, ut circulus sit nobilior, hoc enim contingit ex natura circuli, ideo melius non inuenitur in formis mathematicis, hoc enim, scilicet, nobilius non accidit formis nisi secundum, quod sunt finis hæc Commen. Quod sic intelligo, vel quod forma

Quartum notan.

Quintum notan.

G

quæ sequitur naturam entis, idest, quæ est inseparabilis ab aliquo, cuiusmodi sunt formæ mathematicæ, quæ sunt inseparabiles a materia, non faciunt ens, cui semper coniungitur nobilius nobilitate acquisita, ita quod per illam formam sit nobilius in uno tempore quam in alio, quoniam nobilitas acquisita tantum accidit formis, nisi secundum quod sunt finis motus, & ideo formæ mathematicæ non faciunt rem nobiliorem nobilitate acquisita, sed formæ naturales, quia acquiruntur de nouo materiæ faciunt materiam nobiliorem, respectu talis formæ, quoniam primo fuit in potentia, postea in actu, onde materia per formam naturalem non fit simpliciter nobilior in sua natura intrinsece, & hoc intelligit Commen. dicens, quod forma in entibus, ut ens sit in dispositione nobiliori secundum quod est illud ens non nobilius simpliciter, & sic patet quid est illud, quod fit nobilius per formam naturalem, quia illud est natura, & quomodo fit nobilius, quia non simpliciter, sed respectu talis formæ respectu cuius fit in actu cum prius fuit in potentia.

H

NATVRA AGIT PROPTER FINEM.

Et in rebus naturalibus necessitas est ex fine.

Tractatus sextus.

Natura agit propter finem. Cap. I.

Dicendum est igitur primo quidem, naturam, ex his esse causis, quæ alicuius gratia faciunt. Deinde necessario, quomodo sese habet in naturalibus rebus. In hanc enim causam omnes omnia redigunt. Nam (vt inquiunt) cum calidum, & frigidum, & unumquodque talium suapte natura sit tale, hæc necessario sunt, & fiunt, ac apta sunt. Etenim si aliam causam dixerint, hic concordiam & discordiam ille mentem, tangunt illa duntaxat, deinde valere sinunt.

Dicendum

Tex. c. 75. *Dicendū quidē igitur, quoniam natura eorū, quę sūt propter causatum est: postea de necessario quomodo se habeat in physicis. In hanc.n. causam inducunt omnes, quoniam calidum huiusmodi aptū natū est, & frigidū, vnumquodq; igitur talium, hæc ex necessitate sunt, & fiunt, & apta nata sunt. Et namq; & si aliam causam dicant quamcunque tangentes gaudere sinant. Hic quidem concordiam, & discordiam, ille uero intellectum.* A

HIc est sextus Tractatus huius libri, in quo declaratur, quod natura agit propter finem, & quod ex fine est necessitas in rebus naturalibus, unde intentio huius Tractatus continetur in duobus capitulis, quoniam in primo declaratur, quod natura agit propter finem In secundo ibi. [Quod autem ex necessitate.] Declaratur, quod in rebus naturalibus necessitas est ex fine. Primum capitulum continet tres partes, quia in prima narratur opinio, & ratio opinionis negantium, naturam agere propter finem. In secunda ibi. [Sed impossibile.] Declaratur, quod natura agit propter finem. In tertia ibi. [Peccant autem.] Soluuntur rationes, propter quas antiqui negabant naturam agere propter finem, &c. Prima pars continet duas particulas, quia in prima Phylosophus proponit intentionem suam, & narrat opinionem antiquorum. In secunda ibi. [Habet autem oppositum.] Ponit motiuum antiquorum, propter quod negabant naturam agere propter finem. In prima igitur particula huius partis Phylosophus proponit intentionem suā, & ordinem intentionis, & etiam narrat opinionem antiquorum dicentium naturam non agere propter finem, dicit igitur Phylosophus primo, quod primum dicendum est, quoniā natura est de numero causarum, quæ sunt propter hoc, i. dest, propter finem. Postea est dicendum de necessario quomodo se habet in physicis. Deinde cum dicit. [In hanc enim naturam.] Narrat opinionem antiquorum dicens, quod in hanc causam, scilicet, materialem inducunt omnes, i. omnes antiqui inducunt, idest, reducunt effectus naturales in hanc causam, scilicet, in causam materialem, verbi gratia, ut quoniam, pro quia, calidum est aptum esse huiusmodi, scilicet, quod calidū, & frigidum sunt nata misceri in corporibus mixtis, & calidū est natum ascendere, & frigidum descendere, ergo unumquodque talium, scilicet, effectum naturalium ex necessitate sunt hæc, idest, huiusmodi effectus, & fiunt, i. nata sunt fieri talia. Principaliter igitur antiqui tangebant causam materialem, sed quia quidam antiquorum posuerunt causam agentem, & non solum causam materialem, ut Empe. & Anax. subiungit dicens. Et namque si dicunt tangentes quamcunque causam aliam modicum tetigerunt eam, ut sinant, i. sinebant eam gaudere non multum inquirentes circa ea. Et quod antiqui aliqualiter tetigerunt causam efficientem apparet, quia hic. i. Empe. posuit causas agentes, ut concordiam, & discordiam, ille autem, i. Anaxa. posuit intellectum causam agentem. Nota, quod antiqui dixerunt omnes affectus naturales esse tales ex necessitate materiæ, uerbi gratia, quod in plantis, flores, & folia sunt superius, & radices inferius, hoc dixerunt esse ex necessitate materiæ, & non propter aliquem finem, sed quia pars calida, uel materia calida est leuis nata est ascendere, & grauis descendere, ideo cum calidum, & leue ascendant ad superiora plantarum fiunt flores, & folia, & cum frigidum, & graue descendant ad inferius fiunt radices. Nota, quod Commentator dit causam, quare antiqui tangentes causam efficientem modicum tetigerunt eam, quæ causa est illa, vt dicit, quia licet dicant causam esse agentem in prima generatione mundi, tamē in aliis generationibus non tetigerunt causam efficientem, sed dimiserunt eam. Notandum secundum Commen. hic, quod causa quare Phylosophus declarat hic naturam agere propter finem, est, quia ista propositio, scilicet, natura agit propter finem, est maximum fundamentum in hac scientia, & in scientia diuina, quoniam si naturalis non concesserit eam, negat principium finale, & per consequens negat materiam esse propter formam, ex quo sequitur ipsum negare agens, quoniam generans non generat nisi propter aliquid, & similiter mouens non mouet nisi propter aliquid, & similiter diuinus, si non concesserit eam non poterit probare, q Deus habeat solicitudinem circa ea, quæ sunt hic, hæc Commen. Vnde si natura non ageret propter aliquid, sequitur, quod materia non sit propter formam, & per consequens nō est agēs, quoniam agens non transmutat materiam, nisi propter formam, & si forma sequatur naturam materiæ, tunc omne,

Idem con sequen. & com. 48.

A quod fit, fit a casu, & sic non erit agens per se, vel si sit agens per se erit frustra, cum non possit in finem intentum: quoniam nullum finem intendit. Similiter si naturalis non hanc propter finem, cum non oporteat solicitare circa aliquid, nisi propter finem, sequitur quod Deus non haberet solicitudinem circa res naturales, quæ sunt hic, quod Commen. habet pro inconuenienti. Et ex hoc nota, quod Deus intelligit res, quæ sunt hic cum habeat solicitudinem circa eas. 12. me. c. 37.

Existit autem dubitatio, quidnam prohibet naturam non alicuius gratia facere, neque quia sic est melius, sed perinde, atque Iuppiter, non ut frumentum augeat, sed necessario pluit. Quod enim est eleuatum, id frigefiat oportet, & quod frigefactum, est id aquam iam factum descendat necesse est. Accidit autem hoc pacto frumentum incrementa suscipere. Similiter & si cuiuspiam frumentum pereat cum est in area, non huiusce gratia B pluit, ut illud pereat, sed id accidit. Quare quid prohibet partes etiam in natura sic se habere, veluti dentes anteriores, quidem acutos, aptosque ad diuidendum, geminos autem latos, atque utiles ad cibum terendum necessario ortos fuisse. Nam non huiusce causa tales sunt orti, sed accidit. Eadem & de cęteris putanda sunt partibus, quæ alicuius gratia constare videntur. In quibus igitur accidit, vt omnes perinde sint ortæ, atq; si alicuius causa fierent, ea cōseruata sunt a casu cōgrue constituta. In quibus aūt id non accidit, ea perire, ac perierunt, vt Empedocles dicit animātium ea, quæ ex hominis partibus, bouisque constabant. Atque ratio quidem qua quispiam dubitauerit hæc est, & si qua sit alia similis.

Habet autem oppositionem, quod prohibeat naturā Tex. c. 76 C *non propter hoc facere, neq; quia melius, sed sicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augmentet, sed ex necessitate. Sursum.n. ductam aquam congelari oportet, & cōgelatam aquam deorsum venire. Augeri autem cum hoc fiat accidit frumentum. Similiter si perditur frumentum in area, non huius causa pluit, vt perdatur, sed hoc accidit, quare quid prohibet sic, & partes se habere in naturam, vt dentes ex necessitate oriri, anteriores quidem acutos aptos ad diuidendum, maxillares autem latos, & vtiles ad conterendum cibum, quoniam nō propter hoc, hoc fieri, sed simul euenire. Similiter autem est, & de alijs partibus in quibus videtur esse, quod propter hoc, vbiq; .n. omnia accidunt, sicut si propter hoc fiant. Hæc quidem saluata sunt ab eo, quod propter se vanum constantia apta. Quęcunq; vero non sic perdita sunt, & perduntur, quemadmodum Empe. dixit boui-* Tex. c. 77. D *genas, & vipertas. Ratio quidem igitur, qua vtique deficiet aliquis hæc est, & si aliqua huius est.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur motiuum antiquorum propter quod dixerunt naturam non agere propter finē, & motiuum fuit hoc, quoniam natura non diceretur agere propter finem, nisi quia ex actione naturæ prouenit aliquid melius, propter quod melius natura uidetur agere: sed quamuis ex actione naturæ proueniat aliquid melius, siue aliqua dispositio melior, propter hoc non oporter ponere, quod natura agat propter aliquem finem: quia quod melius proueniat, hoc est de necessitate materiæ, & a casu, uerbi gratia, per aduentum pluuiæ crescunt messes, & sic ex aduentu pluuiæ proueniat aliquid melius, scilicet, cremētum tritici, & propter hoc uidetur, quod pluat propter crementum tritici, sed hoc non est uerum, quoniam non pluit propter augmentum tritici, sed pluit ex necessitate materiæ. Et quod non

pluat

pluat propter augmentationem frumenti probant sic, quia si pluuia inueniat frumentum maturam corrumpit ipsum, sicut igitur non pluit, vt perdatur frumentum, sed hoc accidit, ita etiam non pluit, vt frumentum crescat, sed hoc accidit, cum igitur pluuia sic se habet respectu messis, quid prohibet partes animalium sic se habere in natura, scilicet, vt sint conuenientes ad salutem animalis ex necessitate materiæ, & non propter aliquem finem, & hoc accidit eis a casu, sicut accidit a casu messibus, crescere propter pluuiam. v. g. quid prohibet dentes oriri ex necessitate materiæ, & non propter finem: hos quidem, idest, anteriores esse acutos ad diuidendam cibum ex subtilitate materiæ, maxillares autem ad conterendum cibos esse latos, & velles ad conterendum ꝑꝑ grossitiem materiæ. Vnde secundum eos dentes non sunt propter hoc, vt diuidant, & cõterant cibum, sed dicant hoc contingere a casu, & ex necessitate materiæ: & similiter posset aliquis dicere de vtilitate membrorum, & de alijs partibus animalis in quibus videtur esse aliquid propter finem, ꝙ non sunt propter finem, sed ex necessitate materiæ: & a casu, & quibus non accidit conueniens dispositio membrorum cito corrumpantur sicut bouigenæ viperæ, &c. huiusmodi.

Impossibile autem est hæc ita sese habere: hæc enim & omnia, quæ natura constant, aut semper, aut plerunque sic fiunt. At nihil eorum hoc pacto fit, quæ a fortuna, casuque proficiscuntur. Neque enim hyeme crebro pluere fortuito, casuque videtur, sed si id fiat cum sol est sub cane. Neque cauma sub cane, sed si in hyeme fiat. Quod si ea fiunt, aut a casu, aut alicuius gratia fiunt, si impossibile est hæc, aut a fortuna esse, aut a casu, alicuius profecto gratia erunt.

Sed impossibile est ista hunc habere modum: hæc quidem enim, & quæcunque sunt a natura: aut semper sic fiunt: aut sicut frequenter. Sed eorum quæ sunt a fortuna: & per se vana nihil. Neque enim a fortuna: neque a casu videtur pluere multotiens hyeme: sed forte sub cane. Neque cauma sub cane: sed in hyeme. Si igitur a casu videntur: aut propter hoc esse, si non possibile est hoc esse, neque a casu, neque per se vano, propter aliquid vtique erunt.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur, ꝙ natura agit propter finem, quæ est quadragesimaquarta conclusio huius libri, hæc igitur pars continet quinque particulas secundum numerum quinque rationum, quas Phylosophus adducit ad probandum dictam conclusionem, particulæ autem patebunt in littera sua. Prima igitur ratio est hæc, illa, quæ fiunt a natura, aut fiunt a casu, aut propter finem: sed illa quæ fiunt a natura: non fiunt a casu. ergo illa, quæ fiunt a natura, fiunt propter finem, de hac ratione primo ponitur probatio minoris. Secundo ponitur maior ibi. [Si igitur a casu] & tertio infertur conclusio ibi. [Propter aliquid vtique erunt.] Primo igitur probat Phylosophus minorem sic. Quæcunque sunt semper, vel frequenter non sunt a casu, sed illa quæ sunt a natura sunt semper, vel frequenter. ergo illa, quæ sunt a natura non sunt a casu. maior patet, quoniam pluere in hyeme multotiens non est a casu, nec a fortuna, quia hoc contingit semper, vel frequenter: Similiter, ꝙ calor sit excellens sub cane, nec est a casu, vel fortuna, quia hoc accidit semper, vel frequenter, sed, quòd pluat multotiens sub cane, vel quod sit calor excellens in hyeme, hoc est a casu: quia hoc accidit in minori parte, & sic apparet maior exemplariter, scilicet, quod quæcunque sunt semper, vel frequenter non sunt a casu, minor vero patet ex dictis aduersariorum dicentium, quod illa, quæ sunt a natura, vel sunt a casu, vel propter finem. Ex his igitur infert Phylosophus conclusionem dicens, propter aliquid vtique erunt. s. illa, quæ sunt natura. Notandum, quod aliquid fieri a casu potest dupliciter intelligi, scilicet, largè, & strictè. largè loquendo, vt sic omne, quod fit præter intentionem agentis, fit

44. cõclusio huius lib.
Prima rõ.
Aliquid fieri a casu potest intelligi dupli.

A a casu, siue eueniat frequenter, siue raro, vt si aliquis vadat ad forum non intendens ibi inuenire debitorem, posito, qđ frequenter, vel semper inueniat eum in foro, illa inuentio dicitur esse a casu, quia est præter intentionem agentis. Vnde communiter, & large loquendo omne illud dicitur esse a casu, quod euenit præter intentionem agentis, siue eueniat frequenter, siue raro, sed strictè loquendo solum illud dicitur esse a casu, quod euenit raro, & præter intentionem agentis, sed sic non accipit Phylosophus fieri a casu, cum dicit, quod omne, quod fit, fit a casu, vel propter aliquid: sed largè loquendo sic omne, quod fit præter intentionem agentis, fit a casu, & sic intelligit Phylosophus illam propositionem, & hoc sufficit ad eius propositum.

At vniuersa talia natura sunt, & vt ipsi dixerint, qui hæc dicũt. Est igitur in hisce, quæ natura fiũt, & sunt, id quod alicuius gratia fit.

B *At vero natura sunt huiusmodi omnia, quemadmodum & ipsi firmabãt hoc dicentes. Est itaque, quod propter aliquid in his, quæ natura fiunt, & sunt.*

HIc Phylosophus concludit, quod quædam sunt, quæ a natura sunt propter finem, & hæc est quadragesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur per syllogismum in tertia figura sic. Omnia, quæ sunt semper, vel frequenter sunt propter finem, sed omnia, quæ sunt semper, vel frequenter sunt a natura. ergo quædã, quæ sunt a natura, sunt propter finem. maior patet ex prædictis, quia cum illa, quæ sunt semper, vel frequenter non sint a casu, sequitur, ꝙ sint propter finem. minor vero est concessa ab aduersarijs. Nota secundum Commenta. quod non omne, quod est a natura, est propter aliquid, & forte per hoc intendit, quod quædã, quæ sunt a natura, & proueniunt ex necessitate materiæ non sunt propter aliquid, sicut mors. Et forte intendit quod non omne, quod est a natura, est propter aliquid, quia finis vltimus intentus in rebus naturalibus non est propter aliquod, intentum a natura, &c. Notandum etiam secundum Commentat. C quod Phylosophus tacuit solutionem quæstionis dictæ de pluuia, nam notificauit, quod descensus pluuiæ in hyeme est in maiori parte, & descensus pluuiæ sub cane est in minori parte, & calor e contrario, ex quo sequitur necessario, quod pluuia sit propter aliquid, & etiam apparet ex hoc sermone, quod messes non crescant a pluuia a casu, cum hoc sit in maiori parte. sed corruptio tritici in aceruo est in minori parte, & hoc quod pluuia est de necessitate materiæ non facit, vt non sit propter aliquid, & si concesserimus, quod non sit propter messes adhuc declarabitur, quod pluuia est propter aliquid, quia est æqualitas generationis in elementis, quia si non plueret, corrumperetur mundus. Notandum quod Commen. ponit opinionẽ Alexan. & motiuum suum remouet nam Alexand. dicit, quod pluuia non est propter messes tantum, quoniam messes sunt ab arte, non a natura, ideo hoc motiuum Alexand. remouet Commenta. dicens, quod natura complet multa quæ sunt per artem, & similiter ars complet multa, quæ sunt per naturam hæc Commenta. Istud dictum Commentatoris, scilicet, quod finis pluuiæ est æqualitas generationis in elementis, quia si non plueret corrumperetur mundus, potest intelligi, quoniam cum per actionem Solis generetur necessario vapor ex aqua, & eleuetur sur- D sum ad regionem aeris necesse est, aliquando illum vaporem conuerti in aquam a frigore circunstante, & tunc est necesse illam aquam generatam ex vapore descendere guttatim, ita quod erit æqualitas generationis in elementis, & sicut ex aqua generantur vapores, & aer, ita etiam ex vapore, & aere iterum generatur aqua, aliter corrumperetur mundus, quoniam si ex aqua generaretur, & eleuaretur semper vapor, & nunquam ex vapore generaretur aqua, tunc tandem per processum temporis corrumperetur tota aqua in vaporem, & cum aqua sit vna pars essentialis mundi sine qua non potest esse mundus, sequitur quod aliquando mundus corrumperetur. Pro alio vero dicto Commentatoris, scilicet, quod natura multa complet, quæ sunt per artem, &c. est [illegible] gendum, quòd eorum, quæ fiunt per naturam, vel per artem quædam fiunt inchoatiue a natura, & completiue ab arte, & talia debent dici artificialia, & non naturalia, & sunt illa, quæ fiunt completiue per compositionem partium quantitatiua-

45. concl. huius lib.
Non omne quod est a natura est ꝑꝑ aliquid.
Vide pro hoc 83. 4 phy.
Idem infra 1.c.76.

tum adinuicem, vt domus fit, vel per ablationem partium materialium, & additionem formæ ipsi materiæ per actum nostrum, vt figura incisionis, vel per transfigurationem, vt ensis, vel olla, omnia enim huiusmodi sunt inchoatiue a natura. quia eorum materia propinqua, vel remota est a natura, sed completiue sunt ab arte, & quia res speciem, & denominationem accipit a forma vltimo inducta, ideo omnia talia dicuntur artificialia, aliqua vero sunt, quæ inchoatiue sunt ab arte, & completiue a natura, sicut messes sunt inchoatiue ab arte agriculturæ, & completiue a natura, & similiter ceruisia est a natura completiue, & etiam sanitas inducta per artem medicinæ est completiue a natura, in omnibus enim talibus ars nihil facit nisi applicando actiua passiuis, & ideo huiusmodi habent dici naturalia, & breuiter omnia illa sunt naturalia, quæ vltimo, & completiue sunt a natura, & omnia illa sunt artificialia, quæ vltimo, & completiue fiunt per compositionem, vel per ablationem, vel per transfigurationem. Notandum secundum Commen. hic, quod rationes, quas Phylosophus hic adducit ad probandum, quod natura agit propter finem, non sunt demonstratiuæ secundum rem, sed solum quantum ad hominem: quia procedunt ex concessis ab aduersarijs. Vnde in ista ratione primo supponit Aristo. tanquam concessum ab antiquis, quod illa, quæ non fiunt a casu, fiunt propter aliquid, supponit etiam tanquam concessum ab eis, quod ea, quæ fiunt semper, vel frequenter, non fiunt a casu, vel a fortuna, & quod non possit demonstrari, quod omne agens naturale agit propter finem, patet per Commentatorem hic, qui dicit, quod Phylosophus inducit rationes super hoc, ꝙ natura agit ꝑꝑ aliquid, & nõ sunt naturales, cum sit manifestum per se, quod natura agit propter aliquid, & tales rationes vsitantur cum aduersarijs, idest, cum negantibus principia naturalia. Et sic patet, quod conclusio prædicta non potest hic simpliciter demonstrari, sed solum quo ad hominem, scilicet, supponendo concessa ab aduersarijs. — Notabile.

Præterea in quibus est aliquis finis, in his & id quod prius, & in qđ deinceps agitur huiusce gratia agitur. Vt igitur agitur, ita est aptum agi, & vt est aptum agi, sic vnumquodque, nisi quid obstet agitur. At alicuius gratia agitur. Et aptum est igitur illius gratia agi, veluti si domus ex his esset, quæ natura fiunt sic vtique fieret, vt nunc ab arte conficitur. Quod si ea, quæ natura fiunt, non solũ natura, sed etiam arte fierent, eodem conficerentur modo, quo apta sunt confici. Alterum igitur alterius conficitur gratia.

Tex. c. 78. *Amplius in quibuscunque finis aliquis est, huius causa agitur quid prius, & quid cõsequenter. Ergo sicut agitur, sic aptum natum est, sic agitur vnumquodque, si nõ aliquid impediat, agit autẽ propter hoc, & aptum natũ est, itaque huius causa, vt si domus esset eorum, quæ natura fiant, sic vtique facta esset, sicut nunc ab arte est. Si autem. quæ natura non solum natura, sed arte fieret similiter vtique fierent, secundum quod apta nata sunt, propter ergo alterum alterum.*

Secunda ratio. SEcunda ratio probans conclusionem principalem. s. ꝙ natura agit propter finem, est ista. Quicquid agitur, vt aptũ natum est agi ad consecutionem finis agitur ꝑꝑ finem, sed operatio naturæ agitur, vt apta nata est agi ad consecutionem finis. ergo, operatio naturæ agitur ꝑꝑ finem, sed operatio naturę agitur a natura. ergo natura agit ꝑꝑ finẽ. Vnde pro declaratione minoris d. Phylosophus, ꝙ in quibuscunque naturalibus est aliquis finis huius causa. i. causa finis agitur, quod est prius, & qđ est consequenter, hoc est in quibus est aliud ibi prius agitur ꝑꝑ posterius, & illud posterius ꝑꝑ aliud, quod sequitur ipsum, & sic ſm ordinem quousq; deueniatur ad vltimum finem. hoc concludit Phyl. dicens: ꝙ sicut aliquid agitur in naturalibus sic aptum natum est agi ad consecutionem finis, sicut aliquid aptũ natum est agi ad consecutionẽ finis, ita etiam agitur nisi aliquid impediat, & hoc declaratur in exemplo sic. Si illa, quæ fiunt ab arte, vt domus, & huiusmodi fierẽt a natura, eodem modo fierent a natura, sicut modo fiunt ab arte, & econuerso. si illa, quæ fiunt a natura, fierent ab arte, eodẽ modo fierent ab arte, sicut modo fiunt a natura. quia semper

A propter idem, & semper priora fierent ꝑꝑ posteriora, sed illa, quæ fiunt ab arte, fiunt, vt apta nata sunt fieri ad consecutionẽ finis. ergo illa, quæ fiunt a natura, fiunt, vt apta nata sunt ad consequendum finem, & sic operatio naturæ agitur, vt apta nata est agi ad consequendum finem, & per consequens in operationibus naturæ est alterum ꝑꝑ alterũ, & sic apparet minor.

Atque ars omnino alia perficit, quæ natura nequit perficere, alia imitando naturam facit. Si igitur ea, quæ ob artem conficiuntur, alicuius causa fiunt, & ea profecto, quę natura fiunt, alicuius gratia fieri cõstant, priora namque, posteriorave similiter sese habent in hisce, quæ arte, & in hisce, quæ natura conficiuntur.

Omnino autem ars alia quidem perficit, quod natura non potest operari, alia vero imitatur. Si enim quæ sunt secundum artem propter hoc sunt: manifestum, & quæ sunt secundum naturam. Similiter se habent adinuicem B *in his, quæ sunt secundum artem, & in his, quæ secũdum naturam posteriora ad priora.* — Tex. c. 79.

TErtia ratio probans conclusionem principalem. s. ꝙ natura agit propter finem est illa, eodem modo se habent priora, & posteriora in his, quæ sunt secundum artem, & in his, quæ sunt secundum naturam, sed in his, quæ sunt secũdum artem priora sunt propter posteriora: ergo in his, quæ sunt secundũ naturam, priora sunt propter posteriora, & per consequens natura agit propter finem. huius rationis primo ponitur probatio maioris, quæ est illa: ars vel perficit ea, quæ natura non potest operari, vel imitatur naturam, & sic est simile de arte, & de natura, & ita eodem modo se habent priora, & posteriora in artificialibus, & in naturalibus. Secundo ponit minorem, ex qua infert conclusionem dicens, ꝙ si ea, quæ sunt secundum artem, sint propter hoc, idest, propter finem, ita quod in his, quæ sunt secundum artem priora sunt propter posteriora, manifestum est, quod illa, quæ sunt secundum naturam sic se habebunt, scilicet, quod priora erunt propter posteriora, deinde ponit maiorem dicẽs, similiter enim se habent adinuicem. Notãdum secundum Commen. hic, quod C si natura non ageret propter finem, sed a casu, tunc ars, quæ cõplet, quod natura non potest operari, ageret a casu. verbi gratia, si sanitas proueniret ab exitu sanguinis a naribus in diebus creticis esset per accidens, & a casu, tunc sanitas proueniẽs ex flebotomia, quam præcipit ars medicinæ, quia vult se assimilari naturę esset a casu, & per consequens per accidens, quia igitur ars quandoque est in loco naturæ, & ars agit propter aliquid, necesse est, vt natura agat propter aliquid, & quia etiam ars sequitur naturam, & agit propter aliquid necesse, vt natura agat propter aliquid, hęc Commen. Sed est sciendum, quod cum dicitur, quod ars perficit, quæ natura non potest operari, quod si perficere intelligamus vltimo cõplere, sic illud, quod ars perficit non est res naturalis, sed artificialis, vt domus, vel statua, & secundum hoc sanitas, quæ est a flebotomia, quã præcipit ars medicinæ non perficit per artẽ medicinæ, immo perficitur per naturam, & ars medicinæ nihil aliud facit ad inductionem sanitatis, nisi remouẽdo impedimentum actionis naturæ, vt patet in flebotomia, & in alijs purgationibus factis per artem medicinæ, vel applicando actiua passiuis, vt in ministrando potionem. Si vero per perficere intelligamus agere, D vel iuuare, tunc ars medicinæ perficit sanitatem, quia adiuuat ad inductionem sanitatis, quam natura non potest per se inducere. igitur &c. — Consimile sup. 22. Tertia rõ.

Maxime autẽ idipsum in animalib. rationis expertibus patet, quæ neq; arte, neq; discursione, neque deliberatione faciũt. Quapropter & sunt, qui dubitant, vtrum mente, vel alio quodam principio araneę, formicæ, cęteraq; istiusmodi animalia operentur. Procedenti etiam vlterius, & in plantis ea, quæ conferant ad finem fieri hoc pacto videntur. Veluti frondes ob fructus tegendos. Quare si natura, gratiaq; alicuius hirundo nidulum extruit, araneus aranæam texit, plantæ denique frõdes gratia tegendorum fructuum explicant, radicesque non sursum, sed deorsum emittunt sumendi causa

nutrimenti,

nutrimenti, patet esse causam talem in hisce quæ natura fiunt, & constant.

Tex. c. 80. *Maxime auté manifestum est in animalibus aliquorum, quæ neque arte, neque quæsitura, neque deliberatura faciunt. Vnde dubitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur aranea, & formica, & huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti, & in plantis apparet expedientia quadam facta propter finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare si natura facit, & propter hoc hirundo nidum, & aranea telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum, sed deorsum gratia vetegandi. Manifestum, quod causa huiusmodi est in his, quæ natura fiunt, & sunt.*

Quarta ratio. QVarta ratio probans, ꝙ natura agit pp finem, est illa, aranea per naturam facit telam, & hirundo per naturã facit nidum, & plantæ per naturam habent folia, & radices, sed aranea propter aliquem finem facit telam. s. vt capiat muscas, & hirundo, propter aliquem finem facit nidum, vt s. saluet pullos, & similiter plantæ habent folia, & radices ad aliquem finem, quia folia habent ad cooperiendum fructus, & habent radices gratia vegetandi, cum igitur omnia ista fiãt pp finem, & ista fiunt a natura, sequitur, ꝙ natura cum agit, agat pp finem, nam cum hirundo facit nidum, natura hirundinis ibi operatur, & sic de alijs. Dicit igitur Phylosophus, ꝙ maxime est hoc manifestum. s. naturam agere pp finẽ in animalibus de numero aliquorum, quæ, nec arte, nec quæsitura, idest, per inquisitionem imaginationis, nec deliberatura, hoc est per inquisitionem rationis faciant, supple quædam propter finem. Vnde dubitant aliqui, an huiusmodi animalia, vt aranea, & formicæ operentur intellectu, aut quodãmodo per alia principia, idest, per imaginationem, vel agitationem, cum igitur huiusmodi animalia non agant huiusmodi opera per intellectum, nec per cognitionem, sequitur, quod agant ex natura, adhuc ad alia procedendo paulatim, vt ad plantas apparebit manifestè naturam agere propter finem. igitur &c. Notandum hic secundum Commen. ꝙ ista animalia, s. aranea, hirundo, & sic de alijs non agunt per artem, nec per cogitationem, quod Commen. probat sic, quoniam, si agerent per cogitationem, tunc transferrentur de aliquo in aliud, hoc est discurrerent ab vno in aliud, & sic quædam araneæ facerent vnam, & quædam contrarium, quod non est verum, quia omnes araneæ faciunt telam, & eodem modo, quod non esset si per discursum agerent. Notandum etiam secundum Commẽ. quod Phylosophus intendit hic verificare per inductionem illam vniuersalem. s. omnia quæ sunt, & fiunt a natura, sunt & fiunt propter finẽ, & ille syllogismus est in forma hypothetica, & eius potentia est potentia inductionis. & iste modus inductionis est demonstratiuus, quia per considerationem aliquorum particularium acquirimus certificationem, antequã complectantur particularia omnia: & secundum hoc inductio habebit introitum in demonstratione, quoniam iudicium vniuersale non acquiritur in pluribus rebus, nisi post magnã considerationem de pluribus rebus indiuiduis, & hoc diuersificatur secundum magis, & minus secundum naturam principij, & naturam considerãtis, quare quanto considerans fuerit maioris cõsiderationis, & inquisitionis, tanto pauciora singularia requirit. Ista igitur videtur esse ratio. aranea propter aliquem finem facit telam, & hirundo propter aliquem finem facit nidum, & formicæ propter aliquem finem colligunt grana, & plantæ propter aliquem finem habent radices inferius, & folia superius. s. igitur ista sunt a natura, sequitur, ꝙ omnia, quæ sunt, & fiunt a natura sunt, & fiunt propter finem. Intelligendo tamen, quod inductio nõ est demonstratio perfecta, sed Commen. dicit inductionem esse demonstrationem propter conuenientiam, quam habet cum demõstratione in hoc, quia per notiora facit cognoscere minus notum, sicut demonstratio. Intelligendo etiam, quando idem iudicium est de vno singulari, & quocunque alio, tunc ad inductionem vniuersalis non oportet accipere omnia singularia, sed sufficit accipere vnum, vel aliqua, & hoc quando non est maior ratio, quare prædicatum insit vni, quam alteri, sed hoc, videlicet, quod non est maior ratio de vno, quam de alio, non potest quilibet æqualiter videre; sed qui est melioris iudicij melius, & citius videt, & per inductionem in paucioribus singularibus, nunc vero in proposito est omnino idem iudicium

Vide c. 2. priorum. cap. 23. & in 8. phy. co. 31.

A de omnibus singularibus, quia nulla potest esse ratio, quare ista, scilicet, aranea, hirundo &c. huiusmodi agunt propter finem, & inanimata non; nisi quia ista cognoscunt finem, & illa non: sed ista, scilicet, aranea, hirundo, & cætera huiusmodi non plus cognoscunt finem propter quem agunt quã aliæ res inanimatæ: ideo est idem iudicium de omnibus, & propter hoc sufficit inducere illam vniuersalem, scilicet, omnia naturalia fiunt propter finem in aliquibus singularibus. Et nota secundum Commen. quod Phylosophus addidit in antecedente hoc, scilicet, si istæ actiones sint a natura reseruando se, ne aliquis existimet, quod istæ actiones sint per intellectũ, quoniam qui ponit, quod istæ actionet sint per intellectum, non sequitur apud illum illud consequens. si enim istæ actiones essent per intellectum, & cogitationem, tunc non essent a natura, & tunc non sequeretur: istæ actiones sunt propter finem. ergo ista quæ sunt natura sunt propter finem. Notandum etiam secundum Commen. hic, ꝙ rationes, quas Phylosophus adducit super hoc, quod natura agit propter aliquid, non sunt naturales, cum sit manifestum per se, quod natura agit propter aliquid, & tales rationes vtantur, cum aduersarijs, scilicet, cum negantibus principia naturalia. Sed hic est B grandis, & profunda dubitatio, videlicet, per quam virtutem aranea facit telam, & hirundo nidum, quoniam si faciunt huiusmodi opera per naturam, & non per naturam, quæ est materia. ergo per naturam, quæ est forma eorum. ergo, agunt illas actiones per animam sensitiuam, & sic agerent per cognitionem, sed hoc non videtur verum, quia omnis cognitio animæ sensitiuæ, vel est per sensum interiorem, vel exteriorem, & sensus interior habet cognitionem mediante sensu exteriori, sed aranea, quæ nunquam sensit muscam aliquo sensu exteriori facit telam ad capiendum muscas, & formica colligit grana in æstate, quæ nunquam sensit hyemem, nec eius tẽpestates. ergo non videtur, quod istæ operationes sint ab aliqua virtute sensitiua. Nescio ego, quid sit dicendum hic, credo tamen, quod istæ operationes fiant ab anima sensitiua habente cognitionem naturalem inditam de huiusmodi operandis, quam quidem cognitionem anima sensitiua non acquirit ex sensibus, sed habet eam ex instinctu naturæ, & talis cognitio est quidem impetus naturalis ad operandum sibi vtilia, & conuenientia, qualem impetum habent fortunati ad bene operandum, & ista cognitio potest vocari inclinatio naturalis, quia statim a principio inest non per acquisitionem: C ista autem cognitio, vel impetus potest vocari prouidentia naturalis. Et secundum hoc potest distingui de triplici prudentia, scilicet, prudentia rationalis, prudentia animalis, & prudentia naturalis. Prudentia rationalis est recta ratio agibilium, & est notitia futurorum per discursum rationis, & de hac prudentia loquitur Phylosophus sexto ethicorum, & hæc prudentia soli homini inest. Prudentia animalis est notitia futurorum ex memoria præteritorum, & de hac prudentia loquitur Phyl. in proemio meta. vbi dicit, quod animalia habentia memoriam sunt prudentia, & per hanc prudentiam animalia bruta quærunt locũ, in quo alias inuenerunt conueniens nutrimentum & fugiunt locum, in quo contigit eis aliquod nocumentum. Tertia vero est prudentia, quæ est notitia, vel prouidentia futurorum ex instinctu naturæ, & istam prudentiam habent araneæ, hirundines, & formicæ, quæ ita prudenter propter finem operantur, quod quidam dubitant vtrum operantur intellectu, vel quodam alio principio discursiuo. & per hanc prudentiam delphyn fugit contra tempestates maris, posito quod nunquam senserit tempestates. Vnde ista prudentia naturalis differt a prudẽtia animali, quia D prudentia naturalis consequitur totam speciem necessario, & vniformiter, vt omnis aranea vniformiter facit talem. Vnde prudentia naturalis consequitur quodlibet indiuiduum eiusdem speciei, & est solum in actionibus vniformibus, Sed prudentia animalis non sequitur totã speciẽ, & est circa illa, quæ contingit sic, & aliter agere, & in actionibus difformibus. Qđ autem formica colligat grana, hoc est a prudentia naturali, sed quod redeat ad locum vnde primo acceperat grana, & ea reponet in locum, in quo priora grana reponebat, & quod aranea magis facit telam in loco illo, in quo est maior copia muscarum, & ꝙ hirundo faciat nidum in loco, ad quẽ est accessus difficilior, hoc est a prudentia animali, vel forte ille est impetus inditus animæ araneæ ad faciendum telam non est aliqua cognitio, sed hoc relinquitur industriæ cogitantis. Dico tantum, quod aranea hirundo, & sic de alijs animalibus, agunt per cognitionem, & imaginationem, quia vt dicit Commenta. hæc actio istorum prouenit ex imaginatione, & comprehensione eius, quod agunt, quamuis agant per

Notabile primum.

Notabile secundũ.

Dubium.

Prudentia est triplex.

cognitionem eius, quod agunt, non tamen cognoscunt finẽ, propter quem agunt, quoniam aranea, quæ nunquam cognouit muscam, facit telam ad capiendum muscã. Et si quæratur, quare tunc magis agant vno tempore, quam alio huiusmodi opera ordinata ad finem. s. tempore congruo ad eũ sequendum finem. Dicitur, ꝙ causa, pp quam operantur vno tempore. s. conuenienti, & non alio tempore : non est ideo, quia cognoscant finem, sed aliquæ dispositiones, vel qualitates impressæ a corpore cœlesti vna cum imaginatione, & cognitione præsentium mouent ea vno tempore, & non alio, quia huiusmodi dispositiones imprimuntur sibi vno tẽpore, & non alio.

Atque cum natura sit duplex altera quidem, vt materies, altera autẽ vt forma, & hęc sit finis. gratia vero finis. cætera fiant: hæc ea est profecto causa cuius cætera fiunt.

Tex. c. 81. *Et quoniam natura dupliciter quidem, sicut materia, alia vero sicut forma, finis autem hæc est, propter finem autem alia sunt, hęc vtique erit causa cuius gratia.*

Quinta ratio. HÆc est quinta ratio probans, ꝙ natura agit propter finem, quæ ratio est illa. Natura est duplex. s. materia, & forma, vt prius visum est, & forma, & finis sunt idem, vt supra visum est, & tunc arguit sic. natura agit propter formam, sed forma est finis. ergo natura agit propter finem. & ꝙ natura agat propter formam apparet, quoniam finis est illud, propter quod alia fiunt, vt patet per descriptionem finis, cum igitur forma sit finis, sequitur, quod natura agat propter finem.

Fit autem & in hisce peccatum, quæ per artes conficiuntur. Scripsit enim gramaticus non recte, & potionem medicus non recte porrexit. Quare patet & in hisce fieri posse, quæ natura conficiuntur. Quod si aliqua sunt in arte, in quibus iam qd recte fit alicuius efficitur gratia, in his autem, quæ peccantur, gratia quidem alicuius ars aggreditur facere, sed non assequitur illud, similiter & in naturalibus erit, & monstra peccata erunt illius, quod alicuius gratia fuit. Et in primis igitur cõpositionibus ea, quæ partim ex hominis partibus, partim ex bouis constabant si non ad aliquem terminum, finemve poterant peruenire, aliquo sane principio perinde, atq; nunc semine labefactato, corruptove fiebant.

Tex. c. 82. *Peccatum autem fit, & in his, quæ sunt secundũ artem. Scripsit enim non recte grammaticus, & potauit medicus non recte potionem, quare manifestum est, quod contingit & his, quæ secundum naturam sunt. Si igitur sunt quædam secundum artem, in quibus quod recte fit, propter aliquod fit: in quibus esset peccatũ, alicuius gratia aguntur, sed fallitur similiter vtique, & in physicis. Et monstra sunt peccata illius, quod propter aliquid est. Et in substantijs ergo quæ sunt ex principio bonigena, si vero non ad aliquem terminum, & finem possibilia erat venire corrupto principio aliquo facta sunt, sicut nunc semine.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus soluit rõnes antiquorum, pp quas negauerunt naturã agere pp finem. Primum igitur motiuũ eorum fuit, qm peccata accidunt in natura, vt monstra. Scd'm motiuum eorum est, ꝙ in natura quædam fiunt a casu. Tertium vero, ꝙ quædam fiunt ex necessitate materiæ. Quartum est, quia natura nõ deliberat, ideo Phylosophus hæc quatuor motiua remouet, & sm hoc ista pars cõtinet quatuor particulas, qm in prima declarat, ꝙ peccatum accidere in actionibus naturæ non tollit naturam agere pp finem, & sic tollit primum motiuum. In secunda ibi. [Amplius necesse.] Tollit secundum motiuum declarans, ꝙ actiones naturæ non sunt casu. In tertia ibi [Omnino autem] Remouet tertium motiuũ, declarãs, ꝙ non omnia, quæ eueniunt in naturalibus eueniunt ex necessitate materiæ. In quarta ibi [Inconueniens autem.] Remouet quartum motiuum declarans, ꝙ naturam non deliberare nõ tollit naturã non agere pp finem. In prima igitur particula huius partis declaratur, ꝙ peccatum accidens in actionibus naturæ non tollit naturã agere pp finem. Et hæc est quadragessimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Simile est de arte, & de natura, sed quamuis ars agat pp finem, tamen in actionibus artis contingit error, & peccatũ, ergo eodẽ modo, quamuis in actionibus naturæ accidat error, & peccatum, potest natura agere pp finem: maior patet ex prædictis, & minor declaratur, qm grammaticus, qñq; scripsit non recte, & medicus qñq; potauit potionem nõ rectam, & tñ certum est, ꝙ isti artifices. s. grammaticus, & medicus agunt pp finem, & tñ in eorũ actionibus contingit error, & peccatum. ergo quamuis ars agat pp finem, tñ in actionibus artis contingit error, & peccatum, ideo subdit Phyl. dicens, ꝙ monstra sunt peccata illius, qd' pp aliquid est in substantijs, ergo, quæ sm tempe, a principio sunt bonigena, licet ille substantiæ, vel illa naturalia non erãt possibilia venire ad aliquem finem, vel terminum, hoc non erat, quia natura non agat propter finẽ, sed illa naturalia facta sunt talia. s. defectuosa, & monstra aliquo principio corrupto, sicut nunc in semine. i. propter corruptiones alicuius principij, sicut fiunt monstra pp corruptionem, & defectum in semine. Notandum ꝙ Phylosophus videtur hic texuisse ex dictis antiquorum rõnem concludentem oppositum opinionis eorũ, ipsi enim dixerunt, ꝙ peccata accidunt in actionibus naturæ, & ex hoc voluerunt concludere, videlicet, ꝙ natura non agit propter finem, sed sine dubio illud, videlicet, ꝙ peccata accidant in actionibus naturæ concludit oppositum opinionis eorum, quia quæque, cum in aliqua actione accidit peccatum, illa actio est pp aliquem finem, a quo tñ deficit actio, quoniam si actio non esset pp finem nunquam esset error, nec peccatum in actione, quia actio non deficeret a fine intento. Vnde sicut rectitudo est in actione, qñ per actionem deuenitur ad finem intentum, ita est error in actione, qñ non deuenitur ad finem intentum, & ideo eo ipso, ꝙ peccata contingunt in actionibus naturæ, sequitur, ꝙ natura agit propter finem. Sed dubitatur hic. s. vtrum monstra sint producta a casu. Et videtur, ꝙ non, quia per Commẽ. 8. huius, commento 46. impossibile est, ꝙ eadem species fiant a casu, & a natura, sed homo monstruosus, vt homo cum duobus capitibus est eiusdem speciei cum homine non monstruoso, & homo non monstruosus fit a natura. ergo homo monstruosus non fit a casu. Item illud, quod est intentũ a natura, non fit a casu, sed monstruosum est intentum a natura. ergo; maior est manifesta de se, & probat minorem dupliciter, primo, quia vbicunque est aliquis finis, agens agit propter illum finem, sed in generatione monstri monstrum est finis actionis naturæ, igitur natura intẽdit monstrũ. Secundo probatur idem, quia si natura non intenderet monstrum, tunc non consummaret, nec compleret eius productionem, vt si natura non intenderet sextum digitum, tunc factis quinque digitis statim cessaret ab agendo, & producendo sextum digitum, & eodem modo est de alijs, sed hoc est falsum. ergo. Sed videtur, quod contrarium velit hic Phylosophus, dicens, quod monstra sunt propter peccatum illius, quod agit propter aliquid, sed peccatum, & defectus fit præter intentionem agentis, & per consequens fit a casu. Ad hanc igitur dubitationem dico, duo posse per monstrum intelligi, scilicet, vel illud indiuiduũ substantiæ, cui est aliqua dispositio præter naturam, vel possumus per monstrũ intelligere totum aggregatum ex indiuiduo substantiæ, & tali dispositione disconuenienti, & isto modo proprie accipitur monstrum, si per monstrum intelligamus indiuiduum substantiæ, quod est subiectum dispositionis disconuenientis, sic dico, quod nullum monstrum fit a casu, quoniam tale monstrum est indiuiduum per se in genere substantiæ, & nulla substantia fit a casu, vt patet per Commentatorem octauo huius in sexto metaphysic. Si vero per mõstrum intelligamus totum aggregatum ex indiuiduo substantiæ, & dispositione disconuenienti, tunc dico, quod monstra fiunt a casu, quoniam illud, quod in paucioribus prouenit ab aliqua causa casualiter prouenit ab ea, est mõstrum secundo modo acceptum est huiusmodi. ergo. Vnde sciendum quod monstrum potest sic diffiniri. Monstrum est ens generatum cum dispositione disconueniente raro, & in minori parte contingente; sicut cum aliquis homo nascitur habens duo capita, vel sex digitos in vna manu, seu cum vno oculo, aut sine oculis; & sic per dispõnem disconuenientẽ intel-

46. cõclusio huius lib.

Per quam remouet primũ motiuum antiquorũ.

Primum dubium.

cõ. 46. 8. phy.

Secũdum dubium.

Diffinitio monstri.

ligo

ligo indifferenter priuationem perfectionis debitæ, & habitū diſconuenientem, ſed cauſæ monſtri poſſunt poni quatuor, ſcilicet, vel paucitate materiæ, vel ſuperabundantia materiæ, ſeu qualitas actiua, aut paſſiua, ſiue malitia contingentis.

Ad primum. Ad primam ergo rationem in contrarium patet reſponſio dicta, quia ſi per hominem monſtruoſum intelligitur totum aggregatum ex ſubſtantia, & diſpoſitione diſconuenienti, ſic dico quod homo monſtruoſus, & homo non monſtruoſus nō ſunt in eadem ſpecie, quia tale aggregatum non eſt in ſpecie, nec in genere per reſponſionem.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumentum dico, vt dicunt aliqui & probabiliter, quod agens intendens aliquem effectum eſt dupliciter, quia quoddam eſt agens per cognitionem, & quoddam eſt agens ſine cognitione exiſtente in ipſo cuiuſmodi ſunt omnia agentia inanimata, & etiā plantæ, & adhuc agens cum cognitione, & ſine cognitione differēter intendunt effectum, quoniam agens per cognitionē agit illud, quod agit, & intendit ipſum appetitum, qui eſt inclinatio ſequens cognitionem, ſed agens ſine cognitione non intendit, niſi quia habet virtutem productiuam ipſius effectus, & hoc eſt ſuum intendere. Et adhuc vnumquodque iſtorum agentium aliquid intendere contingit dupliciter, ſ. vel ſimpliciter, aut ſecundum quid, & diminute.

B Agens cognoſcens dicitur ſimpliciter aliquid intendere, quando cognoſcit illud, & appetit non ſolum in hora, qua operatur, ſed etiam prius, vt cum aliquis vadit ad forum ad quærendum debitorem in foro, & ad recipiendum pecuniam ab eo, cum recipit pecuniam, dicitur ex intentione recipere, & ſimpliciter intendere recipere pecuniam, ſed vadens ad forum ad emendum, non cogitās de debitore, & non credens ipſum inuenire in foro, poſtea inueniens ibi debitorem, & recipiens pecuniam ab eo ex intentione determinata, non dicitur ſimpliciter, ſed ſecundum quid intendere illam receptionem reſpectu primi modi intendendi, quia ſolum in illa hora, in qua recipit, intendebat recipere. & ſimiliter agens, quod non cognoſcit, dicitur ſimpliciter aliquid intēdere, cum habeat virtutem actiuam eius, & ipſum producit frequenter, vt in pluribus, vt ſperma humanum receptum in matrice habet virtutem actiuam producendi hominem cum diſpoſitionibus conuenientibus, & talem hominem producit frequenter. vt in pluribus, & ideo talem hominē ſimpliciter intendit, ſed huiuſmodi agens dicitur aliquid ſecundū quid intendere, cum habeat virtutem actiuam illius, & ipſum producit raro, & in paucioribus.

C Per hoc igitur ad argumentū dico, quod accipiendo monſtrum pro indiuiduo ſubſtātię, cui accidit diſpoſitio diſconueniens, ſic natura ſimpliciter intendit monſtrum, ſed ſi monſtrum accipiatur pro toto aggregato, ſic dico, quod natura ſecundum quid intendit tale monſtrum, & illud, quod ſic intenditur a natura fit a caſu.

Præterea primo ſemen neceſſe eſt oriatur, ſed non animalia ſtatim Atque ipſum congeſtū, quod primum oriebatur: ſemen nimirum erat.

Tex. c. 83. *Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum, ſed non ſtatim animalia, & molle primum, quod ſemel erat.*

HÆc eſt ſecunda particula ſecundæ partis principalis huius capituli, in qua remouetur ſecundum motiuum antiquorum dicentium, ꝙ generationes animalium, & plantarum ſunt a caſu, quod non eſſet ſi natura ageret ꝓpter finem, hoc motiuum remouet Phyloſophus probat, ꝙ generationes animalium non ſiunt a caſu. & hæc eſt quadrageſimaſe

D

47. cōcluſio huius lib. prima concluſio huius libri, quæ reprobatur tripliciter, & primo ſic. Illa, quæ ſiunt ordinate, & debite non ſiunt a caſu, ſed generationes animalium ſiunt ordinate, & debite, ergo generationes animalium non ſiunt a caſu de qua ratione minor

Per quam remouet ſecūdum motiuum antiquorum. ponitur in litera. Dicit igitur Phyloſophus, ꝙ oportet primo fieri ſemen, & facto ſemine non eſt ſtatim animal, ſed oportet, ꝙ ſemen fiat primo molle, vt ex eo melius poſſit operari natura, & ſic animal fit ex ſemine debite, & ordinate.

Notabile. Vnde notandum, ꝙ ex dictis Phyloſophi in ratione hac Commētator probat tripliciter, ꝙ generatio animalis nō eſt a caſu. Primo: quia animal neceſſario generatur ex ſemine, & non generatur ex non ſemine, & illud, quod generatur neceſſario ex aliquo, nō generatur caſualiter ex eo. Secundo: quia ſperma eſt naturaliter prius animali, & per ſe eſt cauſa eius. Tertio: quia animal non generatur ex ſemine ſubito, ſed terminato tempore, & per media terminata, ſed quæ ſunt a caſu, non ſic ſiunt.

Dubium. Sed dubitatur, quia non videtur, quod prima ratio Commen-

A valeat, ſcilicet, illa, alia neceſſario generatur ex ſemine, & non generatur ex non ſemine. ergo non generatur a caſu, quia ſecundum hoc, homo monſtruoſus non generatur a caſu, quia neceſſario generatur ex ſemine hominis, & non generatur ex non ſemine hominis.

Reſpōſio. Dicendum, illud, quod neceſſario generatur ex ſemine per ſe, non fit a caſu, illud tamen, quod ſemper generatur ex ſemine per accidens bene fit a caſu, modo dico, quod indiuiduum animalis perfecti ſecundum quod eſt tale animal ſemper generatur ex ſemine, & hoc per ſe, quia natura per ſe intendit indiuiduum animalis, vnde cum monſtrum generatur indiuiduum, cui accidit diſpoſitio diſconueniens, ſemper generatur ex ſemine, & hoc per ſe, & ideo non fit a caſu, tamen aggregatum ex indiuiduo ſubſtantiæ, & diſpoſitione diſconuenienti fit a caſu, quamuis ſemper fiat ex ſemine, & hoc, quia non fit ex ſemine per ſe tanquam per ſe intentum, ſed fit ex ſemine per accidens, neceſſario tamen, ſed non frequenter.

Præterea in plantis etiam ipſis id ineſt, quod alicuius eſt gratia. Minus autem eſt diſtinctum, ac

B manifeſtum, fiebant ne igitur ex bouis partibus, ac hominis animalia, ſic & ex vitis, oleæque partibus plantæ, ac non fiebant, eſt enim abſurdum. At oportebat tamen, ſi in animaliū genere illa fiebāt.

Amplius et in plantis ineſt, quod propter hoc, minus autem dearticulatum eſt, vtrū igitur in arboribus fiāt, ſicut bouigenæ, & viriperæ, ſic & vitigenæ, & oliuiperæ, aut non, inconueniens enim eſt, ſed tamen non oportuit, ſi quidem in animalibus eſt.

SEcundo probatur eadem concluſio ſic, in plantis hoc nō videtur, quod fiant a caſu, ſic quod fiat aliquod compoſitum ex vite, & homine, quod vocetur vitigena, vel ex vite, & oliua, cum igitur natura ſit magis intenta circa animalia, quam circa plantas, ſequitur quod generationes animaliū non ſiunt a caſu. Dicit igitur Phyloſophus quod in plantis

C non poteſt operari propter hoc, ideſt, propter finem, minus tamen dearticulatum eſt, ideſt, diſtinctum, & organizatum, quā eſt in plantis quam, quod eſt in animalibus. Quærendum eſt igitur ab Empe. vtrum ſicut ſiunt bouigenæ, ideſt, animalia, quorum vna pars eſt homo, & alia pars eſt vipera in animalibus, ſic fiant in arboribus vitigenæ, ſcilicet, aliquid, cuius vna medietas ſit vitis, & alia pars ſit homo, & oliuiperæ, ideſt, aliquid, cuius vna pars ſit oliua, & alia pars ſit vipera, aut non cōtingunt talia in arboribus, inconueniens enim eſt, talia ponere circa arbores, oportet tamen in arboribus ſic eſſe, ſi hoc in animalibus ſit.

Notabile. Notandum quod Phyloſophus non negat hic monſtra fieri in plantis, ex quo enim in animalibus ſiūt monſtra, multo fortius in plantis ſiunt monſtra, tamen monſtra nō ſunt ita nota in plantis, ſicut in animalibus, & hoc ideo, quia partes organicæ animalis magis ſunt notæ, quam partes organicæ plantarum, ideo defectus, vel ſuperfluitas in animalibus magis cognoſcitur, quam in plantis, ſed Phyloſophus hic negat talia monſtra in plantis, qualia Empe. poſuit in animalibus, ſcilicet, ꝙ ſit aliquod animal, cuius vna medietas ſit pars hominis, & alia medietas ſit pars bouis, talia enim monſtra non ſunt in plantis, quia non eſt aliquid, cuius pars ſit oliua, & alia

D homo, nec etiam cuius vna pars ſit oliua & alia vitis, & hoc dicit Phyloſophus contradicendo Empe.

Præterea & in ſeminibus quoduis ſine vllo diſcrimine fieri oportere.

Adhuc oportuit, & in ſeminibus fieri, vt contingit. Tex. c. 84.

TErtio probatur, quod generationes animalium nō ſiūt a caſu, & hoc ſic. Caſus eſt cauſa non terminata, ſi igitur generationes animalium fiant a caſu, ſequitur, ꝙ generationes animaliū non ſiunt a cauſa terminata, & ſic ex quocunq; ſemine poſſet generari quodcunq; animal. Vel arguitur oſtenſiue ſic, illud quod fit a cauſa terminata non fit a caſu, ſed generationes animalium ſiunt a cauſis terminatis quia non ex quocunque ſemine fit quodcunque animal, ſed ex ſemine determinato fit animal determinatum, vt ex

Notabile. semine hominis homo, &c. Notandum secundum Commentatorem hic, quod contra sensum est, ꝙ vna species possit generari ex quolibet semine, quia illud principium. s. naturam agere propter finem, est ex primis principiis scientiæ naturalis, & non oportet naturalem loqui de eo cum negantibus ipsum, secundum, ꝙ est naturalis, sed secundum quod est primus Phylosophus, aut secundum quod est disputator. Sed dubitatur super hoc, ꝙ hic dicitur. s. quod illud, quod fit a casu, non fit a causa determinata, sed tale si generatur ex semine potest generari ex quocunq; semine, vt innuitur hic per Phylosophum, & Commētatorē, ergo si ratio Phylosophi valeret, sequeretur, ꝙ homo monstruosus posset ex quocūq; semine generari, quod est falsum, ergo ratio Phylosophi hic non valet. Dicendum est igitur, ꝙ ratio Phylosophi, & Comment. fundatur super hoc, ꝙ si quælibet species generaretur a casu, tunc nulla species determinaret sibi per se, vel per accidens certam materiam, ex qua generaretur, intelligendo per ly per se determinate habere materiam, quæ per se ordinatur ad talem speciem, & per ly per accidens determinate habere, materiam, ex qua generatur per accidens ad generationem alterius ex eadem materia per se, nunc vero dico, quod si quælibet species generatur a casu, vel generaretur ex materia per se, vel per accidens, non per se, cū quælibet species generetur a casu: nec per accidens: quia cum nihil sit per accidens: nihil erit per se: quia per accidens præsupponit per se, sed non est sic de homine monstruoso: quia si generaretur ex casu. tunc generaretur a causa determinata per accidens, quia ad generationem alterius, quod generatur per se, scilicet, indiuiduum per se hominis, & ideo nō sequitur, ꝙ fiat ex quocunque semine, vel ex quacunque commixtione elementorum.

Aliud dubium. Sed adhuc videtur, ꝙ ratio Phylosophi non valet, quia hoc est verum, scilicet, quod omne, quod fit a casu, potest indifferenter fieri a quacunque causa, quoniam inuentio debitoris in foro quandoque est a casu, & tamen non potest indifferenter fieri a quacunque causa, quoniam quicquid crediter faceret, nisi iret ad forum, vel ad locum, in quo est debitor, nō inueniret debitorem, igitur non omne, quod fit a casu potest indifferenter fieri a quacunque causa, & sic videtur, ꝙ non sequitur, quod si animalia, & plantæ fierēt a casu, ꝙ propter hoc possent fieri a quocunque semine, & a quacunque commixtione elementorum indifferenter.

Respōsio. Dicendum ergo quod aliquid dicitur fieri ab agēte casualiter duobus modis, scilicet, vno modo ab agente intendente certum finem, alio modo ab agente nullum certum finem, vel effectum intendente. Illud quod fit a casu primo modo non potest indifferenter a quocunque, quia effectus casualis non potest coniungi indifferenter cum quocunque effectu intento, vt argutum est, sed illud, quod fit a casu ab agente, nullum certum effectum intendente, potest indifferenter fieri a quocūque. Vnde si quodlibet agens naturale ageret a casu, quicquid ageret ad quēcunque effectū producendum, ita quod posset quodlibet fieri a quolibet indifferenter, sed non est sic, quando agens intendit certum finē, vel certum effectum, quoniam non oportet, quod illud, quod tūc prouenit casualiter ab agente, possit indifferenter prouenire a quocunque, vt patet in exemplo accepto in ratione, vnde ratio Phylosophi consistit in hoc, quod si quodlibet fieret a casu, nullum agens determinaretur magis ad vnum effectum, quam ad alium, nec aliquis effectus determinaret sibi magis vnum agens, quam aliud, & sic quodlibet indifferenter posset fieri a quolibet, & si hoc esset inuentio debitoris non magis determinaretur, vt fieret itione ad forum, quam nauigando ad Cyprum.

D Omnino autē, qui ita dicit, ea quæ natura constant, quæ a quodam principio, quod est in ipsis continue mouentur, atq; ad quendam perueniunt finem, ab vnoquoque autem non ad eundem, neque ad quemuis, attamen ad eundem semper, nisi quid impedierit. At qui id cuius gratia.

Omnino autem destruit sic dicens, quæ natura quidē sunt, & secundum naturam. Natura quidem enim sunt quæcunque a quodam in seipsis principio continente mota accedunt ad aliquem finem. Ab vnoquoque autē non idem vnicuique, neque contingens semper tamen in eundem, nisi aliquid impediat. Quod autem est, cuius causa

Tex. c. 85. *fit, & quod propter hoc.*

A HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus remouet tertium motiuum, propter qd̄ dixerunt antiqui, ꝙ natura nō agit propter finem. Et primo remouet hoc impedimentum. Secundo vero ibi. [Fieret vtique.] Remouet quandam cauillationē. Primo igitur dicit Phylosophus, ꝙ sic dicentes. s. omnia fieri ex necessitate materiæ, & nihil in naturalibus esse propter finem omnino destruunt naturam, & omnia quæ sunt a natura. Deinde cum dicit. [Natura quidem, &c.] Probat, ꝙ non omnia, quæ sunt a natura, sunt ex necessitate materiæ. Et hæc est quadragesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Nulla, quæ a determinato principio existente in seipsis continue mota accedunt ad determinatum finem, sunt ex necessitate materiæ, sed ea, quæ sunt natura, sunt illa, quæ mota continue a determinato principio existente in eis accedunt ad determinatum finem. ergo non omnia, quæ sunt a natura sunt ex necessitate materiæ. Maior huius rationis est manifesta, quia illa, quæ mota continue a determinato principio existente in ipsis, accedunt ad determinatum finem sunt propter finem, & per consequens non sunt solum ex necessitate materiæ. Et minor ponitur in litera, & patet de se. Vnde Phylosophus subdit. s. ꝙ diuersa tendunt in diuersos fines, semper tamen eadē res naturalis tendit in eundem finem, & consequitur illum, nisi aliquid impediat, ergo in naturalibus est illud propter qd̄ fit aliquid, & cuius causa est. s. finalis causa, & non est necessitas solum ex parte materiæ. Intelligendum, ꝙ cum Phylosophus d. in minori, ꝙ illa quæ sunt a natura, sunt mota continue a determinato principio existente in eis, nō intendit, ꝙ omnia, quæ fiunt naturaliter fiant effectiue a quodam principio actiuo intrinseco illi, quod fit: sed per principium in seipsis intendit principium actiuū naturale, quod scilicet, est in ipsis rebus naturalibus, hoc est ꝙ principiū est de numero rerum naturalium, vel agentium naturalium, non quod sit intrinsecum ei, quod fit, vel materiæ inquantum forma debet induci. — Remouet tertiū motiuum. — 48.ª concl. huius lib.

B

Fieri a fortuna etiam possunt, veluti dicimus hospitem forte fortuna venisse, locumque abijsse, cum id egerit, quasi gratia huiusce profectus, non huiusce autem gratia venerit. Hoc autem est per

C accidens. Fortuna namque causa per accidens est: vt antea diximus. Sed cum hoc semper fit, aut plerunq; nō per accidens, nec a forma dicimus esse. At in naturalibus sic sp̄ si nihil impedierit fiunt.

Fieret vtiq; a fortuna, sicut dicimus: a fortuna venit extraneus, & balneatus abscessit cum tanquam propter hoc veniens egerit, non propter hoc autem venit, & hoc secundum accidens, quemadmodum & prius diximus, sed cum hoc semper, aut sicut frequenter fiat non secundum accidēs, neque a fortuna est, in Physicis autem semper sic est, nisi aliquid impediat.

SEd quia aliquis posset dicere, ꝙ quāuis illa, quæ sunt a natura, procedant a determinato principio ad determinatū finem, tamen hoc est a casu, & per accidens, & præter intentionem, vt si aliquis extraneus veniens ad nos non intendens balneari recedat balneatus, tanquam venisset p̄p̄ hunc finem, propter quem tamen non venit, ita natura procedit a determi-

D nato principio ad determinatum finem, tanq̄ ageret p̄p̄ illū finem, & tamen non agit p̄p̄ illum, cum ille finis accidat a casu. Istam cauillationem remouet Phylosophus, & probat istā conclusionem, videlicet, ꝙ finis, qui prouenit a natura, nō est finis, qui prouenit a casu. Et hæc est conclusio quadragesimanona huius libri, quæ probatur sic. Nullus finis, qui prouenit a casu, prouenit semper, & frequenter: sed finis, qui prouenit a natura, prouenit semper, & frequenter. ergo finis, qui prouenit a natura, non est finis, qui prouenit a casu: quoniam illud, qd̄ prouenit a casu, prouenit in minori parte, & nō semper, nec frequenter. igitur &c. Notandum secundum Commen. hic, ꝙ Phylosophus prius supposuit illam propositionē, scilicet, ꝙ prouenit a natura non prouenit a casu, & cū hic est reuersus ad declarandū eam, nā Phylosophus supponit illā, tanquam manifestam apud eos, qui innati sunt recipere illud, qd̄ est per se notum, sed nunc probat hoc contra illos, qui hoc negant propter propositiones famosiores apud illos. Intelligendum etiam, quod illa conclusio, s. quod finis qui prouenit — Idem sup. Tex. c. 48. 49. concl. huius lib. — Notabile.

uenit a natura non est finis, qui prouenit a casu, non debet sic intelligi, quod nihil, quod fit a natura, fit a casu, quia prius dictū est, quod illud, quod fit a casu, fit a natura, sed debet intelligi sic. s. quod finis, qui prouenit a natura intendente illum finem simpliciter, non est finis, qui prouenit a casu, cum nihil, quod fit a casu, fit a natura, simpliciter intendente illud.

Absurdum autem est alicuius gratia fieri non putare, si id, quod mouet, nō viderint deliberatione præmissa mouere. Nam & ars non deliberat.

Tex. c. 86. *Inconueniens autem est, non opinari propter aliquid fieri: nisi videatur mouens deliberatum, & tamen ars quidem non deliberat.*

Remouet quartum motiuū. HÆc est quarta particula secundę partis principalis huius capituli, in qua remouetur quartum motiuum propter quod dixerunt antiqui, naturam non agere propter finem. Et primo facit hoc. Secundo vero remouet quandam cauillationem, secunda ibi, [Et si esset in ligno.] Motiuum igitur, quòd Phyl remouet est illud: quia enim natura in suis actionibus non deliberat, ideo dixerunt, quòd natura nō agit propter finem. hoc motiuum Phyl. remouet probans, quod naturam non deliberare non tollit naturam agere propter finem; B & hæc est quinquagesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Simile est de arte, & de materia, sed ars agit propter finem, quamuis non deliberet, ergo natura potest agere propter finē, quamuis non deliberet, ergo naturam non deliberare nō tollit naturam agere propter finem. vnde Commen. d. hic, quod Phyl. dicens quod ars non deliberat, intelligit de artibus, quæ nō vtuntur cogitatione: vt sunt artes texendi, & suendi, sed non est sic de arte medicinæ, & de arte nauigandi. Quinquagesima cō. huius lib.

Etenim si in lignis extruendarum nauium ars inesset: perinde atque natura, faceret nauim. Quare si id, quod alicuius fit gratia fit in arte, & in natura profecto inest.

C *Et namque, si esset in ligno nauis factiua, similiter vtique natura fecisset. Quare si in arte inest propter aliquid, & natura inest.*

Idem 12. me. t. c. 13. 3. de aïa. c. 18. Idē sup. cō. primo. Quinquagesima prima concl. huius lib. SEd, quia aliquis forte diceret, quod non est simile de arte, & natura, quia ars est principium extrinsecum, & natura est principium intrinsecum, ideo quamuis ars agat propter finē, non oportet, quod natura agat propter finē. Istud remouet Phyl. & probat, quod naturam esse principium intrinsecum, non tollit naturam agere propter finem. Et hæc est quinquagesima prima conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. & primo sic. Si ars nauifactiua esset in ligno, eodem modo faceret nauem, sicut natura fecisset, quia esset principium intrinsecum: sicut natura. eodem modo igitur, agit natura, quo ageret ars nauifactiua, si esset in ligno, sed si ars nauifactiua esset in ligno, adhuc ageret propter finē, quia propter eundē finem, propter quem nunc agit, ergo non obstante, quod natura sit principiū intrinsecum, tamen agit propter finem, igitur naturam esse principium intrinsecum, non tollit naturam agere propter finem.

D Maxime autem hoc patet, cum quispiam sibiipsi medetur: huic enim persimilis est natura. Quæ cum ita sint, patet naturā causam esse atq; adeo: vt alicuius gratia faciat.

Tex. c. 87. *Manifestum est autem maxime, cum aliquis medicatus fuerit ipse seipsum; huic quidem enim aliquis assimilatur natura, quod quidem igitur causa sit natura, & sicut propter aliquod manifestum est.*

SEcundo probatur eadem conclusio sic, natura maxime assimilatur arti, per quam aliquis agit in seipsum, vt cum aliquis sanat seipsum per artem medicinæ illi arti magis assimilatur natura, quam alteri, sed ars medicinæ intra medicum, in quo est ars, agit propter finem, ac si esset extra. ergo, natura agit propter finē, quamuis sit principium intrinsecum. igitur,

A naturam esse principium intrinsecum non impedit naturam agere propter finem. Deinde Phyl. epilogat declarata, vt patet in litera, quæ plana est.

QVOD IN REBVS NATVRALIBVS necessitas principaliter est ex fine. Tract. sexti. Cap. II.

Nunc considerandum est, vtrum necessarium ipsum ex suppositione, an & simpliciter sit in ipsis rebus naturæ.

Quod autem ex necessitate est, vtrum ex suppositione existit, aut simpliciter.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo phyl. declarat cuiusmodi, & a quo est necessitas principaliter in rebus naturalibus. Istud capitulum continet duas partes principales. Quia in prima parte Phyl. proponit intentionem suam, & B etiam narrat antiquorum opinionem In secunda ibi, [Sed nō sine his.] Determinat veritatem declarando, quod necessitas, quæ est in rebus naturalibus, est necessitas ex suppositione, & est principaliter ex fine. In prima autem parte principali huius capituli. Phyl. proponit intentionem suam, & etiā narrat opinionem antiquorum, & secundum hoc, pars illa continet duas particulas. In prima igitur particula huius partis d. Phyl quod autem necessitate est. i. necessarium est naturalibus, supple, dubium est vtrum existat simpliciter, aut ex suppositione. Et per hoc intēdit, quod duplex est necessitas, quoniam quędam simpliciter, & quædam est necessitas ex suppositione, vnde necessitas, quæ est ex materia, vocatur necessitas simpliciter, sed necessitas, quę est ex fine, vocatur necessitas ex suppositione. Et huius ratio est, quoniam res naturalis necessario habet materiam, & necessitas, quæ est ex materia, est necessitas simpliciter, & omnino ineuitabilis, vt patet, quoniam corruptio compositi ex cōtrariis est necessaria ratione materiæ, & ideo est simpliciter necessaria, ita, quod vitari non potest, sed necessitas, quæ ex fine, non est simpliciter necessitas, quia non est simpliciter necesse quālibet rem naturalem attingere finem, ad quem ordinatur, immo potest impediri, nec semper habet finem, non enim oculus semper videt, & ideo non est necessarium necessitate simpliciter, & absoluta, illa esse, quæ ordinantur ad finem, sed supposito fine, necesse est illa esse, quæ sunt ad finem. v. g. non est necesse simpliciter, quod animal videat, & ideo nō est necesse simpliciter, quod animal habeat oculos, si tamen animal debeat videre, necesse est, quod habeat oculos, & ideo habere oculos est necessarium animali ex suppositione. s. si debeat videre, & sic necessitas, quæ est ex fine, est necessitas ex suppositione. Est igitur dubium, vtrū necessitas in rebus naturalibus sit necessitas simpliciter, scilicet, quæ est ex materia, vel necessitas ex suppositione, quæ s. est ex suppositione finis, & hoc est quærere, an quādo aliquid necessario euenit in rebūs naturalibus, vtrū necessario eueniat propter aliquem finem certum, vel vtrum eueniat posito, quòd talem finem non haberet propter materiā. Necessitas est dupliciter. C

Nunc enim ipsum necessarium in generatione, perinde esse arbitrantur, atque si quispiam necessario domum extructam esse putaret, quia grauia quidem deorsum, leuia vero sursum suapte natura feruntur. Ideirco lapides quidem ac fundamenta sunt infra, terra autem supra suam ob leuitatē, & ligna maxime supra quippe cū sint leuissima. D

Nunc quidem enim opinantur, quod est ex necessitate in generatione esse, quemadmodum vtique, si aliquis murum esse ex necessitate existimet, quoniā grauia quidem deorsum ferri, apta nata sunt: leuia autem supereminent. Vnde lapides quidem deorsum in fundamentum, terra autem sursum propter leuitatem. Supereminent autem maxime ligna: leuissima enim sunt.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. narrat opinionem antiquorum, dixerunt enim antiqui, quod in generatione naturali necessitas est

ex

ex materia, quoniam putant talem necessitatem esse in naturalibus, sicut si aliquis existimet, domum sic esse factam ex necessitate materiæ, & non pp aliquem finem sic, quod lapides sint deorsum, ligna vero sursum & cementum in medio, hoc enim est ex necessitate materiæ, & non pp aliquem finem, quoniam lapides sunt deorsum, quia sunt grauiores. & ligna sunt sursum, quia sunt leuiora, & cementum in medio, quia medio modo se habet inter grauitatem, & leuitatem, & dixerunt, quod natura in hoc est similis arti, quia in animali partes leues ascendunt, & partes graues descendunt, & ideo in animali est dispositio partium ex necessitate materiæ. Sed d. hic Com. quod in pluribus rebus naturalibus est econuerso. s. quod partes grauiores sunt superius, vt patet in animalibus habentibus testam, testa. n. est naturæ terrestris, & est grauior cæteris partibus, & tamen supereminet, & ex hoc apparet, quod necessitas in naturalibus est ex fine, & non solum ex materia, si enim natura non intenderet custodiam animalis: sed tota dispositio esset ex necessitate materiæ, tunc pars testea deberet fore deorsum, quia est grauior cæteris partibus: & tamen in multis animalibus est contrariũ.

At quamquam non sine his, non tamen propter hæc, nisi vt ob materiam, sed celandi quædam, cõseruandiq; causa extructa est domus. Similiter, & in cæteris vniuersis, in quibus est id, quod alicuius gratia fit; non sunt quidem sine hisce, quæ necessariam habent naturam, non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi vt ob materiam, sed alicuius sunt gratia. Veluti propter quid serra est talis. Vt hoc, & huiusce gratia fit. Hoc tamen gratia cuius est fieri non potest, si non ferrea sit; necesse est ergo ferream esse: si serra atque opus ipsius erit. Est igitur necessarium ipsum ex suppositione, sed non vt finis. Nam necessarium quidem in materia, id vero gratia cuius est in ratione consistit.

Tex. c. 88.

Sed tamen non sine his quidem factum est, non tamen propter hoc nisi sicut propter materiam, sed causa abscõdendi ipsa, & saluandi. Similiter autem & in alijs omnibus, in quibus propter aliquid est non sine quidem habentibus necessariam naturam sunt, non tamen propter hoc, sed aut sicut materia sunt, sed propter aliquid est, vt propter quid serra huiusmodi quatenus hoc sit, & propter hoc. Sed tamen id, quod est cuius causa, impossibile est fieri nisi ferrea sit: necesse igitur ferream esse, si serra erit, & opus ipsius, ex suppositione igitur, quod necessarium est, sed non vt finis. Quod autem est cuius causa est, in ratione est.

52. cõclusio huius lib.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phyl. soluit dictam dubitationem ostendens, quod necessitas principaliter in naturalibus est ex fine. Et hæc est quinquagesima secunda cõclusio huius libri, quæ probatur tripliciter, & secundum hoc hæc pars continet tres particulas. Prima ratio sumitur ex similitudine, quam habet necessitas in naturalibus cũ necessitate in artificialibus. Secunda ratio sumitur ex hoc, quod finis habet rationem principij, tertia sumitur ex hoc, quod finis habet rationem medij demonstratiui. Primo igitur d. Phyl. narrãdo, sed tñ non sine his. s. materialibus principijs factum est aliquid, vel naturaliũ, vel artificialium, non tñ factũ est, propter hoc, nisi sicut pp materiã v. g. domus in artificialibus non est facta principaliter ex necessitate materiæ, sed est facta causa abscondẽdi, & saluandi ipsas res possessas, & eodẽ modo est in omnibus alijs tam naturalibus, q̃ artificialibus. s. quod in eis est necessitas principaliter ex fine, vt pp quid serra est huiusmodi: respõdetur quatenus hoc sit. s. finis. & pp hoc. i. pp finem: finis igitur est principalis causa, materia tñ etiã est aliquo modo cã, quia impossibile est illud, cuius causa est, esse. i. impossibile est finẽ esse, nisi materia fit. i. impossibile est finem serræ esse. i. opus serræ esse, nisi serra sit ferrea, necesse est igit serram esse ferream, si serra debeat esse, & opus eius. Ex his ergo concludit Phyl. conclusionem suam. d. quod ex suppositione finis igitur erit necessarium in physicis, sed nõ vt finis sit necessarium. i. sit illud, cui imponitur necessitas simpliciter. Quod autem cuius causa est. s. finis in ratione est. i. est illud, quod est ratio necessitatis: illa. n. quæ sunt ad finẽ habent necessitatẽ ex fine, & finis sic est simpliciter necessarius, ergo. Ex his igitur dictis põt formari prima ratio probans conclusionẽ intentã sic. sicut est necessitas in artificialibus, ita est in naturalibus, sed in artificialibus necessitas principaliter est ex fine, ergo in naturalibus necessitas principaliter est ex fine, maior patet, & minor declaratur in litera per exemplũ, & rationem, per exemplũ sic, nam domus non est facta ex necessitate materiæ, sed gratia abscondendi, & custodiendi res possessas, & eadẽ minor probatur ẽt per rationem sic, ab illo, & pp illud est necessitas rei principaliter, per quod conuenientius respondetur ad q̃onem quærẽtem pp quid, sed de re artificiali cõuenientius rñdetur ad q̃onem quærentem propter quid per finẽ, q̃ per materiã, ergo in artificialibus necessitas principaliter est ex fine, & principalius q̃ ex materia, minor huius pro syllogismi patet, qm̃ si quæratur propter quid serra habet multos dentes, conuenientius rñdetur per finẽ dicendo, vt diuidat ligna, q̃ per materiã dicendo, quia est ex ferro. Notandum, quod Phyl. non d. hic, quod necessitas rei naturalis nullo modo est ex materia, sed vult, quod aliquo modo sit ex materia, principaliter tñ ex fine, vnde quælibet causa rei est causa essendi eius, & causa necessitatis rei aliquo modo, saltem in genere suo. Notandum secundũ Comm. hic, quod differentia est inter illa, quæ inueniuntur in naturalibus ex necessitate, & non propter finem, & inter illa, quæ inueniuntur non ex necessitate, sed propter finẽ, qm̃ necessitas, q̃ non est propter finẽ in rebus naturalibus, est pp materiam, sicut mors animalis, sed illud, quod inuenitur in rebus naturalibus non ex necessitate materiæ, sed pp aliquid, est pp formam, & diffinitionem, & quia antiqui viderunt quædam, q̃ sequuntur naturalia esse ex necessitate materiæ, existimabant, quod oĩa, quæ accidunt rebus naturalibus, sint ex necessitate materię. Sed hic dubitatur, verum mors, corruptio, potentia ad non esse, & hmõi sint ex materia, & dico, quod nõ præcisè sunt ex materia sine omni alia causa, quia nĩs effectus, qui depẽdet ex materia, & ex fine principalius habet suam necessitatem ex fine, & ex materia, quia finis est causa omnium aliarum causarum, sed oĩs talis effectus, vt mors, & hmõi dependent ex materia, & fine. Vnde mors vnius ordinatur ad esse alterius, & corruptio aquæ ordinatur ad generationẽ ignis, similiter materia est pp formam, & forma est finis, & ideo oẽ illud, quod est pp materiam, est pp finem, dico igitur, quod mors est pp finem, i. pp esse alterius, & quod Comm. dicat hic, quod mors non est pp aliquid, dico, quod Com. intelligit, quod mors nõ est pp aliquid, quod sit sua operatio, qm̃ illa, quæ non habẽt operationem, principalius se tenent ex parte materiæ, quam alia, sed illa, quæ hñt operationẽ, principalius se tenent ex parte formæ, dico tñ, quod corruptio, & hmõi effectus sunt pp aliquẽ finem, quod ẽt apparet, quia quicquid intendit aliquid, quod non põt haberi sine corruptione, intendit corruptionẽ propter illud, quia illud, quod intendit finem, intendit illa, q̃ quæ sunt ad finem necessario propter finem, sed generatio naturale intendit formã generandam, quæ non põt induci sine corruptione formæ contrariæ præcedentis, vt patet de se. ergo generatio naturale intendit corruptionem propter formã generandam, & sic corruptionis est aliquis finis, scilicet, formam generandam. Et confirmatur, quia sicut dispositiones præcedentes inductionem formæ sunt propter formam, quia forma non potest induci sine eis, & ideo necessitas earum est a forma, sic est de corruptione, non enim potest vna forma introduci nisi reliqua corrumpatur. Item notandum secundum Commentatorem, quod si omnia, quæ sunt in rebus naturalibus, essent ex necessitate materiæ, tunc cum materia necessario haberet esse, omnes formæ naturales tam substãtiales, quã accidentales essent necessario in materia, & tunc omnes res naturales de se essent necesse esse, quia de necessitate de se haberent formam dantem esse, & etiam de se haberent quantitatem, & qualitatem, quæ sunt impossibilia. ergo.

Prima ratio.

Notabile.

Dubium.

Responsio.

Notabile.

Est autem ipsum necessarium, & in doctrinis, & in hisce, quæ fiunt secundum naturam aliqua ex parte simili modo. Nam cum rectum hoc sit, necesse est triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere. Sed non, si hoc, necesse est illud esse, sed si hoc non est, neq; rectum hoc est. At in hisce, quæ alicuius gratia fiunt contra. Si finis erit, aut est, & id, quod est ante erit, aut est. Si vero hoc nõ

erit,

erit, aut non est, vt ibi: si non est conclusio, principium non erit, sic & hic finis: & id gratia cuius est, non erit: aut non est.

Tex. c.89. *Est autem, & in doctrinis necessarium, & in his, quæ secundum naturam fiunt quodammodo similiter. Quoniam enim rectus hic est, necesse est triangulum duobus rectis æquales habere. Sed non si hoc est, illud est. Sed si hoc non est, neque ille rectus est: In his autem, quæ fiunt propter hoc econtrario est. Si finis enim erit, aut est, quod est ante finem erit, aut est. Si vero non: sicut ibi, cum non sit conclusio: principium non erit, & hic finis, & quod cuius causa.*

Secunda ratio. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis, huius capituli, in qua ponit Phyl. secūdam rationem probantē, ꝙ in naturalibus necessitas principaliter est ex fine, quæ ratio est illa. Finis in naturalibus, & operabilibus habet rationem principij in speculabilibus, & alia, in fine in operabilibus habent rationem conclusionis in speculabilibus. sed in speculabilibus, vt in mathematicis necessitas conclusionis est ex principijs, & non econuerso, ergo in naturalibus necessitas omnium aliorū erit ex fine, huius rationis maiorem declarat phyl. exēplariter d. ꝙ in doctrinis. i. in speculatiuis, & in his, q̄ secundū naturam fiunt. i. in naturalibus fiūt similiter supple, est necessarium, qm̄, pro quia, rectus, &c. hoc est, qm̄ triangulus est rectilineus habens angulum extrinsecum æquiualentē duobus intrinsecus sibi oppositis, ideo, quia sic est necesse esse triangulū habere. s. tres angulos æquales duobus rectis, igitur in doctrinis, si præmissæ sunt, & conclusio est, sed si hoc, illud est, i. in doctrinis non sequitur: si conclusio est vera. igitur præmissæ sunt veræ: sed si hoc non est. i. si cōclusio nō est vera, nec ille rectus est. i. principia non sunt vera. s. ꝙ angulus est rectilineus habens angulū extrinsecū æquiualentē, &c. & ita apparet, ꝙ in speculatiuis, si p̄missæ sunt veræ, cōclusio est vera, & nō ecōuerso, & sic in speculatiuis necessitas cōclusionis est ex p̄missis: in his aūt, quæ fiūt propter hoc. i. in naturalibus, & operabilibus quæ fiunt propter finē econuerso est, nam in istis ex posterioribus sequuntur priora, & in doctrinis econtrario est, in operabilibus. n. si finis erit, aut est, quod est ante finem, aut erit, aut est, si vero non, supple, est illud, quod est ante finē non erit finis, sicut igitur ibi. s. in doctrinis sequitur, cū non sit conclusio: supple nō est principiū, & sic apparet maior. s. ꝙ finis in naturalibus sic habet, vt principiū in speculabilibus, & quod est ad finem in naturalibus sic habet, vt conclusio in speculabilibus.

Est enim & hoc principium non actionis, sed cogitationis, ibi autem est cognitionis. Non enim sunt actiones.

Principium enim & non actionis sed ratiocinationis. Ibi autem ratiocinationis actus non sunt.

Idem 7. met. c.23. & 3. d'aīa. Tex. c.49. HIc respondetur vni tacitæ quæstioni, quoniam posset aliquis dicere, ꝙ ad principia semper debent sequi vltima, quia in doctrinis semper videmus, ꝙ ad principia semper sequuntur vltima. Ad hanc rationē respondet distinguendo principium, ꝙ duplex est, quoddam est principiū operationis, & quoddam est principiū cognitionis. Ad principiū cognitionis sequitur vltimum: vt ad præmissas sequitur conclusio, sed ad principium operationis non sequitur vltimū: sed ad vltimum sequuntur principia operationis, quoniam nō sequitur. ligna & lapides sunt, igitur domus est, sed bene ecōuerso sequitur, domus est. igitur lapides, & ligna sunt, & quia finis in operabilibus est principium cognitionis, ideo ad finē sequuntur ea, quæ sunt ante finem, & non econuerso.

Quare si erit domus, hæc necesse est fieri: vel esse, vel etiam fore: aut omnino materiam, quæ quidem alicuius est gratia Veluti lateres, atque lapides: si extruenda est domus non tamen est propter hæc ipse finis: nisi vt ob materiam, omnino tamen, si non sint: neque domus fuerit, neque serra, A illa si non sint lapides, hæc si ferrum non sit. Neque enim ibi principia sunt, si non triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales.

Quare si erit domus, hæc necesse fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam, quæ propter hoc, vt lateres, & lapides esse si domus, non tamen propter hoc est finis, sed aut sicut materia, neque erit propter hoc. Omnino autem, si non sint: non erit neque domus, neque serra. Hæc quidem nisi sint lapides, illa vero nisi ferrum sit. Neque enim ibi principia sunt: nisi triangulum duobus rectis. Tex. c.90.

HIc Phyl. manifestat per exempla similitudinē præmissarum ad conclusionē in doctrinis, & finis ad ea, quæ sunt ad finem in operabilibus. d. ꝙ si domus, sit necesse est materialia fore, ex quibus domus debet fieri, sed non oportet, ꝙ si sint materialia, ꝙ propterea domus sit, & ita in doctrinis, si præmissæ sint veræ: oportet, ꝙ conclusio sit vera, sed non oportet. B quòd si conclusio sit vera, quòd propterea videlicet, præmissæ sint veræ, & sic necessitas in operabilibus est ex fine principaliter, & non ex materia, attamen si non sit materia non est finis, & tamen finis non est propter materiam.

Patet igitur necessarium in rebus esse naturæ, quòd vt materia dicitur, & huius etiā motiones.

Manifestum igitur est, quòd est necessarium in physicis, quod sicut materia dicitur, & motus, qui ipsius.

EX iam dictis, apparet, ꝙ necessitas in naturalibus dī sicut materia, & motus, qui est ipsius materiæ, necessitas enim in naturalibus notat materiam, & illum motum, qui sequitur materiā, & non notat formam, qm̄ materia inuenitur propter formam, nō aūt forma propter materiam. Vnde necessitas in naturalibus dicitur notare illud, quod necessario sequitur ex alio, & quia materia necessario sequitur ad formam, & forma non necessario sequitur ad materiam, ideo in naturalibus necessitas notat materiam, & non formam: vnde materia, & motus materiæ sumunt necessitatem ex fine, & ideo necessitas in C naturalibus notat materiam, & motum materiæ. quare, &c.

Atque ambæ quidem causæ dicendæ sunt a naturali Phylosopho. Magis autem ea gratia cuius cætera fiunt. Hæc est enim materiæ causa, sed non hæc causa finis.

Et vtreque physico dicētæ sunt causæ, magis aūt quæ cuius causa. Causa.n. hæc materia est, sed non hic finis. Tex. c.91.

EX prædictis igitur concluditur, ꝙ oportet naturalē solicitari circa materiam, & finē, magis tamen circa finem, & hæc est quinquagesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur quantum ad vtranque sui partem, & primo, ꝙ oportet naturalem solicitari circa materiam, & finem apparet, quia res naturalis dependet ex vtraque causa, & ꝙ oportet eum magis solicitari circa finem, quàm materiam appāret, quoniam materia est propter finem, & finis non est propter materiam: & credo ꝙ naturalis magis habeat solicitari circa finem propinquū, quam circa materiam: sed tamen circa finem remotum habet D primus phylosophus solicitari. 53. concl. huius lib.

Atque finis ipse gratia, cuiusque principium est: a diffinitione rationeque sumitur: vt in hisce paret, quæ per artem conficiuntur. Nam cum domus sit tale, hæc fieri necessario, & esse oportet. Et cum sanitas sit hoc: hæc necessario fieri oportet ac esse. Pari modo si homo est hoc, hæc fieri necesse est atque esse. Et si hæc sint hæc, sint hæc necessario, vel fiant oportet.

Et finis, ꝙ cuius causa, & principium a diffinitione, & ratione est, sicut in his, quæ secundū artem. Quoniā si domus talis est, oportet hoc fieri ex necessitate: & esse: & quoniā hoc est sanitas, hoc oportet fieri, & esse ex necessitate. Sic & si homo hoc est. hoc, si autem hoc, & hoc.

Hæc

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur, ꝙ necessitas in naturalibus principaliter est ex fine, eo quia finis habet rationem medij demonstratiui, & primo ostendit. hoc, secundo ostendit necessitatem in naturalibus aliquo modo esse sumendā ex materia. Ratio igitur, quam Phyl. primo intendit, est illa. Necessitas est sumenda ex diffinitione rei, quoniam diffinitio est medium in demonstratione, & a medio est necessitas in demōstratione. sed a fine accipitur principalis diffinitio rei, quoniā diffinitio data per causam finalem est potissima, ergo, cū tota necessitas sumatur a medio, sequitur, ꝙ necessitas principaliter debeat sumi a fine, & hoc in naturalibus, vbi est agere propter finem, sic autem non in mathematicis, sed qualiter ex diffinitione rei sumenda est necessitas, patet in artificialibus · vt si domus intendatur ab arte ex diffinitione domus sumetur necessitas aliorum: dicemus enim quoniā, si domus est talis, quia est coopertimentum ad tegendum nos, &c. ideo ex necessitate oportet hoc fieri, & esse: & quia sanitas est hoc, ideo ex necessitate oportet hoc fieri, & esse, & eodem modo in naturalibus, si homo est hoc, supple, ex necessitate erit: si autem hoc, id est, si aliquid naturale est, supple, illud erit.

B Fortasse autem necessarium ipsum, in ratione etiam inest. Serræ namque si diffinieris opus talem ipsam diuisionem esse dicis. At hæc non erit nisi serra tales habuerit dentes, & hi rursus non erunt, nisi ferrea fuerit ipsa. Sunt enim, & in ratione nonnullæ partes, vt materia rationis.

Tex. c. 29. *Fortassis autem, & in ratione est necessarium. Determinanti enim opus secandi, quoniam diuisio huiusmodi. Hoc autem non erit, nisi habeat dentes huiusmodi. Hi autem non nisi ferrum. Sunt enim & in diffinitione quædam partes, vt materia.*

CVm Phyl. narrauit, ꝙ ad finem sequuntur ea, quæ sunt ante finē, & sic materia consequitur formam, & diffinitionem, hic Phyl. narrat, ꝙ materia non solum sequatur formam, & diffinitionem, immo in quibusdā diffinitionibus materia intrat quasi pars, & hoc in quibus finis nō completur nisi per materiam, & formam. v. g. finis serræ, qui est diuidere lignum, non completur nisi per materiam, & formam, quoniā diuisio ligni non perficitur per serram, nisi serra habeat dētes duros, sed serra non habet dentes duros, nisi sit ferrea, & ideo oportet, ꝙ in diffinitione serræ ponatur tam materia, quā forma, quoniam si dicamus, quod serra est instrumentum habens dentes, non erit diffinitio, nisi dixerimus, ꝙ sit ex ferro sic igitur debet diffiniri. Serra est instrumentum ferreum habens dentes, & sic apparet, quòd ex quibusdam diffinitionibus apparet consecutiue materia, & in quibusdam diffinitionibus materia intrat quasi pars, & illa est materia pertinens ad speciem, non autem materia indiuidualis. Diffinitio serræ.

LIBER TERTIVS.

DICTO DE PRINCIPIO CORPORIS naturalis, incipit liber tertius pertractans de prima passione corporis naturalis, & de quadam proprietate intrinseca illius passionis, videlicet de infinito.

CVM autem ipsa quidē natura motus quietis mutationisve principium sit: nostra autem doctrina sit de natura, non lateat nos oportet quidnam sit motus. Nam si ignoretur ipse: naturam etiam ignorari necesse est.

T. c. primi *QVoniam autem natura est principium motus, & mutationis: scientia autem nobis de natura est: oportet non ignorare quid sit motus. Necessarium enim est ignorato ipso, & ignorari naturam.*

A IN hoc tertio libro Phyl. determinat de motu, & de infinito, vnde iste liber cōtinet duos tractatus, quoniam in primo determinatur de motu. In secundo vero ibi. [Quoniam aūt de natura.] Determinatur de infinito. Primus tractatus continet tria capitula, quoniam in primo inuestigatur diffinitio formalis motus. In secundo ibi. [Quod aūt sit bene dictū] Ex male dictis aliorū ostendit, quid sit motus, declarando diffinitionē prædictā esse conuenienter assignatā, inuestigando et alias diffinitiones motus. In 3. ibi. [Et dubiū aūt manifestū.] Soluit quædā dubia circa motum. Capitulū primū continet quatuor partes principales, quia in prima ostenditur, ꝙ ad naturalē pertinet determinare de motu. in 2. ibi. [Primū aūt sicut diximus] Ponuntur quędam diuisiones vtiles ad inuestigādū diffinitionē motus. In 3. ibi. [Diffinitio aūt est.] Ponitur diffinitio motus. In 4. ibi, [Vt alterationis.] Declaratur, ꝙ diffinitio motus est bene assignata; prima pars continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, ꝙ ad naturalem pertinet considerare de motu. In 2. ibi. [Determinantibus autem.] Narratur, ꝙ oportet naturalē cognoscere consequentia motum. In prima igitur particula huius partis Phyl. declarat, ꝙ ad naturalem pertinet demonstrare de motu ex consequentibus motum, & primo declarat, ꝙ ad

B naturalem pertinet cognoscere quid est motus, & hæc est prima conclusio huius libri, quæ probatur sic, ad naturalem pertinet cognoscere illud, sine cuius cognitione non potest natura cognosci, sed sine cognitione motus quid est, non potest cognosci, ergo; Huius rationis primo ponitur declaratio minoris, quæ est illa, in diffinitione naturæ ponitur motus, vt patet ex 2. huius, vbi dictum est, ꝙ natura est principium motus, & quietis. sed natura non pōt cognosci sine cognitione quidditatiua illorū, quæ ponuntur in diffinitione naturæ, ergo natura non potest cognosci sine cognitione motus quid est, & sic apparet minor, deinde ponitur declaratio maioris, quæ est illa. Scientia naturalis est de natura, sed ad naturalem pertinet cognoscere illud, sine cuius cognitione nō potest cognosci illud, de quo est scientia naturalis, ergo ad naturalem pertinet cognoscere illud, sine quo natura non potest cognosci. Sed dubitatur, an ignorato motu necesse sit ignorare naturam, & videtur, ꝙ non, quia naturam esse est per se manifestum, sed illud, quod per se est manifestum nō ignoratur quocunq; alio ignorato. ergo. Dicendum est, ꝙ naturam ignorari contingit dupliciter. s. vel si est, vel quid est. Dico igitur, ꝙ ignorato

Prima conclusio huius lib.

Dubium.

Respōsio.

C motu quid est, non est necesse ignorare naturam si est, & hoc concludit argumentum, sed ignorato motu quid est, necesse est ignorare naturam quid est; vnde loquendo de ignorantia opposita cognitioni diffinitiuæ sic ignorato motu necesse est ignorare naturam, & hoc ideo; quia motus cadit in diffinitione naturæ, & tunc ad argumentum dico, ꝙ naturam esse per se est manifestum, tñ non est per se manifestum quid est natura, & hoc in primo gradu notitiæ per se. Notandum secundum Com. hic, ꝙ Phyl. primum principium materiale potuit declarare, antequam perscrutaretur de motu, & accidentibus eius, sed primum principium. s. ꝙ est primus motor, non potuit perscrutari de eo, nisi post perscrutationem de motu. Sed hoc non videtur verum, videlicet, ꝙ primum principium materiale possit declarari sine perscrutatione de motu, quoniam primum principium materiale non cognoscitur a nobis nisi per transmutationē, ex hoc. n. ꝙ scimus quid est transmutatio ter formas oppositas, & vnum oppositorum, non sic aliud scimus, quod est vnum subiectum quod manet subiectiue sub formis oppositis, & sic per transmutationem cognoscimus materiam primam. Dicendum igitur, quod materia prima non

Idem 8. phy. 4. 5. 6 com.

Dubium.

Respōsio.

D cognoscitur a nobis sine cognitione motus si est, vnde ad cognitionem primæ materiæ oportet cognoscere motum esse; tamen possumus cognoscere materiam primam esse sine cognitione diffinitiua motus, & hoc intelligit Com. sed primum motorem non cognoscimus sine cognitione diffinitiua motus, quia primus motor cognoscitur a nobis per æternitatem motus, vt patet ex octauo huius, sed æternitas motus cognoscitur per diffinitionem motus, vt patet ibidem, nam per hoc, quod motus est actus entis mobilis apparet, quod requirit mobile, aut igitur mobile est factum, aut æternum, si sit factum; igitur per motum, & tunc quærendum est de mobili, quod est subiectum illius motus, sicut prius, & sic procederetur in infinitum, si vero mobile sit ęternum, aut igitur semper mouebatur, & tunc habetur propositum. s. quod motus est æternus, aut incipit de nouo moueri, & tunc oportet, quod sit aliqua causa, quare prius non mouebatur, & illam causam oportet amouere, & non amouetur nisi per motum, igitur præcessit motus, & sic per diffinitionem motus apparet, ꝙ omnē motum nouum

præcessit

præcessit motus, & per consequens apparet, ꝙ motus semper est æternus,& sic apparet,qualiter dictum Commen.sit verũ.s. ꝙ principium materiale potest declarari ante cognitioné diffinitiuam motus,sed primus motor non potest declarari ante cognitionem diffinitiuam motus. Item notandum,quòd Cõmenta.assignat rationem propter quam oportet in hoc lib.loqui de motu. Et est, quia intentio huius libri est loqui de rebus communibus omnibus rebus naturalibus, cuiusmodi sunt natura,& primum principium materiale,& motus,& ideo cum prius locutus sit de primo principio materiali, & de natura, oportet loqui de motu.

Idem primo phy. in suo ꝓlo. & c.4.

Post motus vero determinationem,enitendum est de his etiam:quæ deinceps sequuntur determinare. Motus autem de genere continuorum esse videtur:& infinitum in ipso continuo primum apparet:quocirca fit:vt qui continuũ ipsum diffiniunt: infiniti ratione sæpe vtantur: continuum id esse dicentes,quod in infinitum est diuisibile.

Determinantibus autem de motu tentandum est eodem aggredi modo,& de his,quæ consequenter sunt:videtur autem motus esse continuorum, sed infinitum apparet primum in continuo. Unde & diffinientibus continuum contingit prius indigere multotiens ratione infiniti,cum in infinitum diuisibile continuum sit.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua cum Phyl.declarauit, quod oportet naturalem cognoscere, quid est motus, narrat, quòd oportet naturalem etiam cognoscere consequentia motum, & determinare de illis,vt sunt continuum: locus, vacuum, & tempus:continuum enim est vnum consequens motum,quia motus videtur esse de genere continuorum, vnde dicit Commen. quod illorum, quæ sequuntur motum, quæ sunt propinqua substãtiæ eius est continuum, & quia in diffinitione continui multotiens accipitur infinitum, vt cum dicitur,quod continuum est, quod est diuisibile in infinitum: ideo infinitum est vnum de consequentibus motum,propter quod oportet determinare,de infinito. Notandum secundum Commẽ. quòd cum Phylos. dicit, quòd in diffinitione continui multotiens accipitur infinitum, dicit multotiens, quia ista diffinitio non conceditur apud omnes, quoniam dicentes, quod continuum est compositum ex indiuisibilibus, non concedunt illã diffinitionem,vel dicit multotiens, quia continuum potest habere aliam diffinitionem, vt illa in qua dicitur,quod continuũ est illud in cuius medio potest poni terminus communis duabus partibus: hoc est continuum est illud, cuius partes copulantur ad terminum communem.

Idem infra 31. cõ. idem 3. phy. 1. c. 69.

Idem in præsenti c. de quantitate.

Insuper impossibile est sine loco: vacuo atque tempore motum esse. Patet igitur partim ob hæc ipsa, partim etiam, quia cunctis hæc communia sunt: vniuersisq; competunt, vnumquodque istorum proponendum esse, atque considerandum: Propriorum enim contemplatio communium cõtemplatione posterior est.

Tex. cõ.2.

Adhuc autem sine loco, & vacuo, & tempore impossibile est esse motum. Manifestum igitur, & quod propter hoc, & propter id, quod omnium sunt communia,& vniuersaliter hoc omnibus intẽdendum præaugmentantibus de vnoquoque istorum. Posterior enim de proprijs speculatio ea,quæ de communibus est.

ADhuc sunt alia tria.s. vacuum,locus,& tempus, quæ consequuntur motum,quorum duo.s.locus, & tempus consequuntur motum secundum veritatem. tertium autem i. vacuum consequitur motum secundum opinionem antiquorũ: igitur oportet naturalem determinare de omnibus his, tum quia omnia ista consequuntur motum secundum veritatem, vel secundum opinionem aliorum:tum quia omnia ista sunt

Idem in prolo. sup super primo phy.& ibid. c.17. Idem 2. de anima.

A communia omnibus rebus naturalibus, & oportet in hoc lib. loqui de rebus communibus omnibus rebus naturalibus,cum iste sit primus liber, in quo loquitur de rebus naturalibus, & prius oportet loqui de communibus quam de proprijs. Vnde dicit Commenta.quòd illa, quæ sunt subiecta istius considerationis sunt causæ communes,& accidentia communia, quę apparent ex diffinitione naturæ.

c.1. & ibidem c. 30. Idem primo de partibus animalium c. 1. & 2. de ge. 1. c. 51.

Atque primum vt diximus de motu consideremus. Eorum igitur quæ sunt quædam actu tantũ: quædam potentia sunt.

Primum autem sicut diximus de motu. Est igitur aliquid, quod endelechia tantum est, aliud autem tantum potentia. Tex. cõ.3.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit quinque diuisiones, quæ valent ad inuestigandum diffinitionem motus, & secundũ hoc hæc pars

B continet quinque particulas,quoniam in prima ponitur diuisio entis in ens in actu,& in ens in potentia. In 2. ponitur diuisio entis in actu in ipsa prædicamenta. in 3. ponitur quædam diuisio relatiuorum.in 4. ponitur diuisio motus secundum diuisionem rerũ,in quibus est,in 5. ponitur diuisio termini motus, quoniam quidam terminus motus est forma, & quidam priuatio. Prima igitur diuisio entis est, ꝙ de numero entium quoddam est ens in actu,& quoddam est ens in potentia. Circa quam diuisionem dubitatur,quia non videtur, quod ens diuidatur in ens in actu,& in ens in potentia,quia diuisum vere prædicatur de diuidentibus, sed ens non vere prædicatur de ente in potentia, quia sicut illud,quod est solum in potentia album non est album,ita illud, quod est solum in potentia ens non est ens. Dicendũ igitur,ꝙ sicut ens in actu accipitur multipliciter,ita etiam ens in potentia accipitur multipliciter. Dico igitur, ꝙ ens quantum ad præsens spectat accipitur tripliciter,quoniam vno modo accipitur ens vt est ens,maxime trãscendens, & sic ens est obiectum adequatum intellectus, ita ꝙ ens in continendo,vel in prædicando adequatur intellectui in cognoscendo, si enim ens,quod est adequatum obiectum in-

Prima diuisio.

Dubium.

Respõsio.

Ens accipitur tripliciter.

C tellectus prædicaretur de aliquo, quod non cognosceretur ab intellectu, tunc ens in continendo excederet intellectum in cognoscendo, & similiter econtra,si intellectus intelligat aliquid,de quo non prædicaretur ens,tunc intellectus in cognoscendo excederet ens in continendo, & sic ens non esset obiectum adequatum intellectus, quod est falsum, & contra Auic. c.5. primæ suæ physicæ. Dico igitur, quod vno modo accipitur ens maxime transcendens, & sic loquendo de ente est verum dicere,quod omne intelligibile est ens. Secũdo modo accipitur ens pro eo, cui non repugnat esse existere, & hoc modo dicimus,quod de subiecto in scientia debet præcognosci ipsum esse.i.quod sic sit ens, ꝙ ei non sit esse prohibitum, & sic in hyeme,quando nulla rosa existit, verum est dicere, ꝙ rosa est ens. Tertio modo accipitur ens pro ente in effectu.i. pro eo,quod existit in actu, & isto modo vulgus vtitur hoc nomine ent.d.ꝙ nihil est ens.nisi illud,quod actu existit,& ꝙ omne illud,quod non existit actu, est purum nihil,quod tamen non est concedendum, sed distinguendum est de non ente,siue de nihilo, sicut & de ente, quia nihil vno modo opponitur enti transcendenti, alio modo opponitur ei,cui non repugnat esse,& tertio modo opponitur enti in effectu. Vlterius distin-

Cap. 5. primæ suæ phy.

Primo.

Secundo.

Tertio.

D guo de ente in potentia,quod quamuis quasi modis innumerabilibus possit accipi, tamen quantum est ad propositum accipiendo duos, vel tres modos,dico,ꝙ ens in potentia vno modo accipitur pro eo,quod non existit in actu, sed est in potentia ad existendum,& sic antichristus est ens in potentia, & ista potentia potest dici potentia ad esse.s.ad esse existere, alio modo dicitur ens in potentia illud,quod actu existit,sed est in potentia ad vlteriorem perfectionem,sic superficies,quæ est vnũ ens actu existens,dicitur ens in potentia, inquantum est in potentia ad albedinem, & hæc potentia vocatur potentia ad formam,& hæc potentia.s.potentia ad formam est duplex, quia quædam est coniuncta cum quiete sub forma contraria formæ, ad quam est in potentia,quo modo corpus quiescens sub albedine est in potentia ad nigredinem, & quædam est coniuncta cum motu ad formam,ad quam est in potentia, & isto modo corpus continue motum de albedine in nigredinem dicitur esse in potentia ad nigredinem,prima potentia potest dici potentia sub quiete, secunda potest dici potentia cum motu,

Alia diuisio entis i potentia.

vel

vel coniuncta motui, & sic est duplex potentia, vna ad esse, alia ad formam, & potentia ad formam est duplex, quia quædã est coniuncta cum quiete sub forma contraria formæ, ad quam est in potentia, & quædam est coniuncta cum motu ad formã, ad quam est in potentia. Dico igitur, quod ens in potentia ad esse existere non est ens tertio modo dictum, quia non est ens in effectu, sed est ens primo modo, & etiam secundo modo accipiendo ens. Dico etiam quod ens in potentia secundo modo, scilicet ens in potentia ad formam siue accipiatur in potentia coniuncta cũ quiete, siue accipiatur in potentia coniuncta cum motu est ens in potentia hoc modo acceptũ est ens quocunque dictorum trium modorum accipiatur ens, & sic qualitercumque accipiatur ens in potentia semper ens est ens aliquo dictorum modorum, accipiendo ens: cum igitur dicitur in argumento, quòd ens in potentia non est ens: dico quod ens in potentia, idest, illud, quod est in potentia ens, non est illud ens, ad quod est in potentia, tamen illud, quod est in potentia ens vno modo est actu existens alio modo, quoniam illud quod est in potentia ens in effectu est actu ens possibile, siue actu ens intelligibile, siue actu ens, cui non est actu esse prohibitum.

Dubium. Sed dubium est qualiter in hac diuisione Phyl. B accipiatur ens in actu, & ens in potentia. Et dico vt mihi videtur, quod ens in potentia in hac diuisione accipitur illo modo, quo accipitur in diffinitione motus, cum dicimus, quod motus est actus entis in potentia, &c. quia ad inuestigandum illam particulam ponitur prædicta diuisio, nunc autem ens in potentia in ista diffinitione accipitur pro ente in potentia ad formam coniunctã transmutationi ad formam, vt patet per Comment. d. quod per ens in potentia intelligit Phyl. illud, quod extrahitur de potentia ad actum, vel quod est in potentia ad existendum, & sic in hac diuisione per ens in actu debet intelligi ens quiescens sub forma, & per ens in potentia debet intelligi ens, quod transmutatur ad formam, ad quam est in potentia, & illud ens sic diuisum per actum & potentiam est ens in effectu actu existens: quoniam omne existens aut permanet in sua perfectione absque transmutatione, & tunc dicitur ens in actu respectu illius perfectionis, aut transmutatur ad aliam formam, & tunc dicitur ens in potentia respectu illius perfectionis ad quam transmutatur. (Respõsio prima.)

Alia respõsio. Posset tamen, & aliter dici, videlicet, quod Phyl. per ens in actu intelligit ens in actu existens, & per ens in potentia intelligit illud, quod est in potentia ad existendum, & tunc ens diuisum in ens in actu, & in ens C in potentia, est ens possibile, siue ens, cui non est esse prohibitum, quoniam omne, cui non repugnat esse, vel actu existere, est in potentia vt existat.

Atque actu, horũ autem aliud est hoc aliquid: aliud tantum, aliud tale, & in cæteris simili modo, quæ prædicamenta eius, quod est, appellantur.

Et eorum, quæ sunt actu, hoc quidem, hoc aliquid: aliud vero quantum: aliud vero quale: vel aliquod aliorum entis prædicamentorum similiter.

2. Diuisio entis. ISta est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda diuisio, quæ est subdiuisio vnius membri primæ diuisionis, quæ diuisio est illa: quod eorum, quæ sunt actu, quoddam est substantia, quoddam quantitas, quoddam qualitas, &c. Dubium. Tex. c. 23. Sed dubitatur hic, quia quinto metaphys. & multis aliis locis Phylosophus diuidit ens in decem D prædicamenta, & postea diuidit vnumquodque prædicamentum per potentiam, & actum. ergo ens in actu non diuiditur in decem prædicamenta, cum ipsum sit vnum membrum diuidens vnumquodque prædicamentum, & impossibile videtur, quod idem respectu eiusdem sit diuidens, & diuisum. Dicendum est, quod secundum primam expositionem primæ diuisionis, scilicet, quod ens in effectu diuiditur in ens in actu, & in ens in potentia, quoniam quodlibet ens habet actu perfectionem alicuius prædicamenti, & dicitur ens in actu respectu illius perfectionis, & illud quod non habet perfectionem, aut formam alicuius prædicamenti, & potest habere illam, dicitur ens in potentia respectu illius prædicamenti, & sic ens in actu diuiditur in decem prædicamenta, quoniam illud, quod habet actu formam alicuius prædicamenti, vel est substantia vel quantitas, &c. sed illud, quod tantum habet formam alicuius prædicamenti in potentia non recipit prædicationem illius prædicamenti per hoc verbum est, qua dicitur hoc est hoc; vnde substantia, quantitas, &c. in hac diuisione accipiuntur A solum pro his, de quibus actu prædicantur per hoc verbum est. Dico igitur secundum illam expositionem, quod in hac diuisione entis in actu in substantiam, quantitatem, &c. accipitur ens in actu pro actu participante formam substantiæ, vel quantitatis, &c. & substantia, & quantitas, &c. accipiuntur stricte solum pro his, de quibus actu prædicantur mediante hoc verbo est, sed in quinto metaphys. accipitur ens communius, scilicet pro ente, cui non repugnat existere, & substantia, & quantitas, & qualitas accipiuntur etiam communius hic, quàm ibi, quia ibi accipiuntur indifferenter pro his, de quibus dicuntur in actu, & pro his, de quibus dicuntur in potentia, idest, tam pro his, quæ actu participant formam prædicamenti, quàm etiam pro illis, quæ non participant, sed possunt participare formam, vel perfectionem prædicamẽti, quoniam talia quamuis non sint actu, & directe in prædicamento, tamen sunt in prædicamento in potentia, & per reductionem ad formam. Igitur dico, quod nõ est idem diuidens, & diuisum, quia ens in actu diuiditur in decem prædicamenta accipiendo illa stricte, & solum pro his, de quibus actu prædicantur mediante hoc verbo est, sed ens in actu est vnum membrum diuidens vnumquodq; prædicamentum accipiendo prædicamenta large, B scilicet, tam pro his, de quibus dicuntur actu, quàm etiam pro illis de quibus dicuntur in potentia: vnde generalius loquitur Phyl. de ente, & de prædicamentis in metaphys. quàm hic: vel sic potest dici secundum secundam expositionem, primæ enim diuisionis, quòd hic diuiditur ens, cui non est esse prohibitum in ens actu, & in ens in potentia, & ens actu, scilicet, quod actu existit, diuiditur in decem prædicamenta: & tamen vnumquodque prædicamentorum diuiditur in ens actu, & in ens in potentia, nec est inconueniens, scilicet, quod illud, quod diuiditur in aliqua subdiuidat vnumquodque illorum, v. g. quantitas continua diuiditur in quantitatem habentem positionem in partibus, & in quantitatem carentem positione in partibus, quia corpus, & linea, quæ sunt quantitates continuæ, habent positionem in partibus, sed tempus, quod etiam, est quantitas continua, & caret positione in partibus, diuidit quantitatem continuam, & simul cum hoc diuiditur in quantitatem continuam, & discretam: quoniam quantitatum carentium positione in partibus, quædam est continua, vt tempus, & quædam discreta, vt numerus, & oratio: vnde non est inconueniens, quod idem respectu eiusdem sit diuidens, & diui- C sum, nisi, vt membra diuisionis accepta sub diuisione conuertantur cum diuiso, quod non est in diuisione entis in decem prædicamenta, quia nec omne ens actu est in aliquo decem prædicamentorum, nec etiam omne, quod est in aliquo decem prædicamentorum est ens in actu, quia nulla rosa existente adhuc rosa est in prædicamento substantiæ.

Eorum præterea quæ sunt ad aliquid, aliud excessione, defectioneve dicitur, aliud actiui, passiuique: atque omnino motiui, ac mobilis ratione. Motiuum namque mobilis, & mobile a motiuo mobile dicitur.

Sed eius quod ad aliquid: aliud quidem secundum superabundantiam, & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum, & passiuum, & omnino motiuum, & mobile: motiuum enim motiuum mobilis est, & mobile a motiuo est mobile.

D HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia diuisio, quæ talis est, quod de numero relatiuorum quoddam dicitur secundum superabundantiam, & defectum, idest secundum magis, & minus, vt duplum, & dimidium, & omnia, quæ referuntur ad inuicem modo numeri, & quoddam dicitur secundum actiuum, & passiuum, & motiuum, & mobile: motiuum enim est motiuum mobilis, & mobile a motiuo est mobile. Notanda sunt hic tria secundum Commen. primo, quod Phylosophus dicens, quod agens refertur ad patiens, & mouens ad mobile, vt declaret, quod motus est actio motoris in motum, & non habet esse, nisi in moto, & ideo accipit rem motam, quasi differentiam motus, hæc Commen. Ex quibus verbis apparent tria. Primo, quod motus est actio, & qualiter hoc sit verum, videbitur postea. Secundo, quod actio non habet esse, nisi in passo, & motus in moto. Tertio, quod res mota est differentia motus, quod apparet ex hac diffinitione. (3. Diuisio entis.) (Primũ notan. Idẽ 5. phy. cõ. 1. & 8. physi. cõ. 4. idem inf. in hoc 3. 6. 12. 19. 22. 23.)

tione, videlicet motus est actus mobilis inquantum mobile. Secundo est notandum secundum Com. quod Philosophus per agens, & patiens intelligit relatiuum, quod inuenitur in prædicamentis agere, & pati, & intelligo, quod agens, & patiens sunt relatiua, quæ inueniuntur in prædicamento agere, & pati, tanquam in fundamento, quoniam agens, & patiens, hoc est illa, de quibus hæc, scilicet, agens, & patiens dicuntur, sicut pater, & filius, seu paternitas, & filiatio, fundantur super actionem, & passionem, & sunt relatiua primi modi relatiuorum: vnde sciendum secundum Phylosophum quinto metaph. ca. de ad aliquid, quod tres sunt modi relatiuorum. Primus modus est secundum numerum, & passiones numeri, vt duplum, & dimidium. Secundus modus est secundum actionem, & passionem, quo, scilicet, referantur adinuicem, vt calefactiuum, & calefactibile. Tertius modus est secundum mensuram, & mensurabile, quo modo scientia, & scibile referuntur adinuicem, vnde de primis duobus Phylosophus solum facit hic mentionem. Tertio est notandum secundum Comment. hic, quod Phylosophus dixit secundum motiuum, & mobile, quamuis prius dixit secundum actiuum, & passiuum, quia mouens, & motum sunt perfectiora, quam agens, & patiens: quia omne agens est mouens, & econuerso, hæc Commen. & intelligo, quod mouens, & motum sunt perfectiora, quam agens, & patiens quantum ad aliqua contenta sub eis, idest, aliqua contenta sub mouente, & moto sunt perfectiora quocunque contento sub agente, & patiente, quoniam primus motor continetur sub mouente, sicut inferius sub superiori, & primum mobile continetur sub primo motu, sicut inferius sub superiori, quoniam agens proprie loquendo de agente non mouet, nisi per abiectionem contrarij, & patiens proprie non recipit aliquid, nisi ab eo abijciatur contrarium illius, quod recipit: & sic agens stricte loquendo idem est, quod alterans, & patiens, idem est, quod alteratum. Ex quo manifestum est, quod aliquod contentum sub mouente nobilius est omni contento sub agente stricte loquendo de agente, & etiam est aliquod contentum sub moto nobilius omni eo, quod continetur sub patiente, sed quamuis mouens, & motum sunt perfectiora, quam agens, & patiens quantum ad aliqua contenta sub eis, tamen simpliciter, & absolute loquendo mouens, & motum in communi accepta sunt imperfectiora, quam agens, & patiens stricte accepta si vniuersaliter omne superius est imperfectius, quam suum inferius, quia omne inferius includit actu omnem perfectionem sui superioris, & etiam aliquam perfectionem, quam addit supra suum superius. Intelligendum tamen, quod agens, & patiens dupliciter possunt accipi, vno modo large secundum, quod omne illud dicitur agens, quod efficit aliquid de nouo, & omne illud patiens, quod recipit aliquid de nouo, & isto modo agens, & mouens sunt conuertibilia, & etiam motum, & patiens, alio modo possunt accipi stricte secundum quod agens, & patiens solum dicuntur de agente, & patiente per abiectionem contrarij, & isto modo agens, & patiens sunt inferiora, quam mouens, & motum, quia sic agens, & patiens idem sunt, quod alterans, & alteratum, & sic loquitur Phylosophus, & etiam Com. de agente, & patiente primo de generatione.

Secundũ notan. — Tex. c. 20. — Tertium notan. — Idẽ primo de ge. t. c. 45. & 12. me. c. 23. — Agens, & pa. dupl. pñt accipi.

Non est autem vllus motus præter res ipsas. Id enim, quod mutatur, aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in loco semper mutatur. Commune autem in his nihil accipere possumus, vti diximus, quod quidem neque hoc, neque quantum, neque quale, neque cæterorum quicquam sit prædicamentorum. Quare neque motus, neque mutatio cuiuspiam, præter ea, quæ diximus erit, cum nihil sit præter ea, quæ diximus.

Tex. cõ. 4. *Non est autem motus præter res. Mutatur enim semper id, quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum. Commune autem in his nullum est accipere, sicut diximus, quod neque hoc, neque quantum, neque quale sit, neque aliorum prædicamentorum ullum.*

A Hæc est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta diuisio, quæ est ista, quod motuum quidam est in substantia, quidam in quantitate, quidam in qualitate, quidam in vbi, & sic motus inuenitur in pluribus, quam in vno prædicamento, & hoc intendit Phylosophus probare per hanc diuisionem, videlicet, quod motus est in pluribus, quam in vno prædicamento, & hæc est secunda conclusio huius libri, quæ probatur sic, motus est in eodem prædicamento cum re, ad quam est motus, sed res, ad quam est motus est in pluribus, quam in vno prædicamento. ergo motus est in pluribus vno prædicamento, huius rationis primo ponitur maior, cum dicitur, quod motus non est præter res, ad quas est motus, hoc est motus est in eodem prædicamento cum re, ad quam est motus: secundo vero ponitur minor, cum dicitur. Mutatur enim semper, & tertio concludit conclusionem. d. [Quare neque motus.] Vnde Com. format istam rationem, sic. motus est in moto, & motum est in pluribus vno prædicamento, igitur motus est in pluribus vno prædicamento, & Com. per motum non intelligit rem, quæ mouetur, scilicet, ipsum mobile, sed rem acquisitam per motum. Vnde notandum secundum Commen. hic, quod Phylosophus per hoc, quod motus est in pluribus vno prædicamento vult habere, quod motus non dicitur vniuoce, nec habet diffinitionem dictam vniuoce, sed secundum prius, & posterius, quia enim motus est in diuersis prædicamentis, & diuersis prædicamentis non est aliquod commune vniuocum, ideo motus non dicitur vniuoce, & quia motus non dicitur vniuoce, ideo non habet diffinitionem dictam vniuoce, sed secundum prius, & posterius; sed tamen tales diffinitiones iuuant in artibus demonstratiuis. ergo. Vnde Commen. mouet dubitationem super hoc, quod Phylosophus dicit hic, scilicet, quod motus reperitur in pluribus vno prædicamento, quia dictum est in lib. prædicamentorum, quod motus est in prædicamento passionis. ergo motus, aut non est in pluribus prædicamentis, aut prædicamentum passionis non debet computari inter prædicamenta. Ad illud dubium respondet Commen. d. quod motus accipitur dupliciter, vno modo secundũ, quod non differt a perfectione, ad quam vadit, nisi secundum magis & minus, & isto modo motus est de genere illius perfectionis, ad quam tendit, & sic motus nihil aliud est, quam generatio partis post aliam partem illius perfectionis, ad quam tendit, donec perficiatur, & fiat actu. Vnde est necesse, vt motus, qui est in substantia, numeretur in genere substantiæ, & motus, qui est in quantitate numeretur in genere quantitatis, & similiter motus, qui est in qualitate, & vbi, sed secũdum quod motus est in via ad perfectionem aliam ab illa perfectione, ad quam tendit, sic est necesse, vt sit genus per se, quoniam via ad ipsam rem est alia ab ipsa re, & secundum hoc fuit positum prædicamentum per se, & iste modus est famosior, ille vero verior, & ideo Phylosophus induxit illum modum famosum in prædicamentis, & istum modum verum in hoc lib. hæc Commen. Et videtur mihi, quod in prædicamentis non posuit motum in prædicamento passionis, nisi sit in ca. de pati, vbi exemplificat de passione, ponens, quod calefieri est in genere passionis, sed manifestum est, quod calefieri est motus. Ex quibus dicit Commen. notanda sunt tria, primo, quod motus potest accipi dupliciter, vno modo pro forma diminuta, quæ non differt a termino ad quem, nisi sicut imperfectum a perfecto, alio modo accipitur motus secũdum, quod est via ad terminum. primo modo motus est in genere termini ad quem, & secundo modo est in genere passionis. Aliis verbis vtitur Commen. quinto huius commen. nono, vbi distinguens de motu, dicit, quod motus potest accipi, vel pro motu secundum materiam, vel pro motu secundum formam. Et per motum secundum materiam intelligit formam diminutam, quæ non differt a termino motus, nisi sicut imperfectum a perfecto, & per motum secundum formam intelligit ipsam acquisitionem termini, quam vocat transmutationem coniunctam cum tempore, vnde motus secundum materiam est in genere termini ad quem, sed motus secundum formam ali genus per se, idest, genus passionis. Secundo est notandum secundum Commen. quod ista distinctio de motu habet locum in quatuor generibus, ad quæ est per se motus, scilicet, in substantia, quantitate, qualitate, & vbi, nam certum est, quod in quolibet istorum generum motus potest accipi pro forma diminuta, & potest accipi pro ipsa transmutatione successiua, & pro forma diminuta, & quod motus possit accipi pro perfectione diminuta, quæ differt a forma, ad quam est motus, nisi sicut imperfectum a perfecto, apparet per Commen. dicentem, quod necesse est motus, qui est in substantia, numeretur

Quarta diuisio motus. — 2. conclu. huius lib. — Consimile t. c. de anima. c. 7. 30. & 2. de anima cõ. 5 & 4 me. c. 1. vide consimile supra 2. phy. c. 3. — Primum notan. — 5. phy. c. 9. — Secũdum notan.

A in genere substātię, & motus, qui est in quantitate, numeretur in genere quantitatis, & similiter motus, qui est in vbi, & qualitate: hæc Com. Et hoc apparet, quod motus in quolibet istorum generum potest accipi, vt est eiusdem generis cum forma, ad quam est. & sic apparet, quod motus in substātia potest accipi dupliciter, scilicet, vel secundum, quod est in genere passionis, vel secundum, quòd est in genere substantiæ, & eodem modo est de motu in quantitate, qualitate, & vbi, &c.

Tertium notan.

Tertio est notandum secundum Com. hic, quod modus accipiendi motum pro via, & fluxu est famosior, sed alius modus scilicet ille, quo accipitur motus pro forma diminuta verior.

Primum dubiū circa dicta Cō. 5. ph. ca. 9. Idē. 5. ph. cō. 9. & 17.

Sed circa huiusmodi dicta Com. sunt multa dubia. Et primo circa primum notabile est dubium, quia videtur, quod motus, vt accipitur pro via, sit in eodem genere cum termino ad quem est: nam Com. 5. huius commento nono, dicit, quod medium, & via inter potentiam, & actum est de genere actus, qui est complementum, sed differt secundum magis, & minus, quoniam ex quo potentia est in eodem genere cum actu, multo magis videtur, quod medium inter potentiam, & actum sit de genere actus: motus igitur secūdum quod est in via ad formam est in eodem genere cum forma, ad quam est via, & non solum in eodem genere, sed in eadem etiam specie: nam Com. ibidem dicit, quod ire ad calorem est quodammodo calor, & sic dicta Com. hic, & in quinto videntur contrariari.

B Secūdum dubium. sex. com.

Item secundo huius Phylosophus dicit, quod generatio est natura, quia est via in naturam, sed omnis natura est substātia, prout Phylosophus loquitur ibidem, de natura. ergo generatio est substātia, cum sit via in substātiam, & per consequens motus secundum quod est via est in genere termini, ad quem.

Tertiū dubium tex. com. 18.

Item videtur, quod ista distinctio sit insufficiens, quia quinto meta. cap. de quanto dicit Phylosophus, & etiam Comment. quod motus est per se quantitas: sed nec motus, qui est forma diminuta, est per se quantitas, quia motus, qui est forma diminuta est in genere termini, ad quem est motus, nec etiam motus qui est via, est per se quantitas, cum sit de genere passionis. ergo relinquitur, quod motus habeat tertiam acceptionem secundum quam est de per se quantitas. igitur, &c.

Primū dubiū circa secundum notan.

Circa etiam secundum notabile sunt multa dubia, quia non videtur, quod illa distinctio motus habet locum in quatuor generibus, quia in illis generibus non potest motus accipi pro forma diminuta, in quibus non est forma diminuta, quæ postea sit perfecta, sed nec in genere substātiæ, nec quantitatis, nec vbi est forma diminuta, quia nullum horum generum suscipit magis aut minus.

C Secundū.

Item in motu locali nō est aliquod vbi, quòd fluat de imperfecto ad perfectum: quoniā in motu locali mobile in quolibet instanti est in alio, & alio vbi. igitur illa distinctio non potest habere locum in motu ad vbi.

Tertium.

Item in motu locali in quolibet instanti est aliud, & aliud vbi in ipso mobili. ergo si motus localis ad vbi sit eiusdem naturæ cum ipso vbi, sequitur, quod aliquis motus localis, solum durat per vnum instās, sicut aliquod vbi solum durat per vnum instans, & sic motus erit in instanti.

Primū dubiū circa tertiū notan.

Item de hoc, quod dicit Comment. scilicet, quod motus, prout accipitur pro forma in fluxu, vel in fieri, non differt a forma perfecta, ad quam est motus, nisi sicut imperfectum a perfecto, est dubium, quoniam illa, quæ non differunt, nisi sicut magis perfectum, & minus perfectum sunt in eadem specie, vt patet de albedine intensa, & remissa. ergo motus, qui est forma imperfecta, semper esset in eadem specie cum forma, ad quam est motus, sed hoc non est verum, quia si fiat motus a nigro in album nihil de specie albedinis acquiritur, nisi in fine motus, quia per Phylosophum octauo huius in toto tempore, & in quolibet instanti temporis mensurantis motum mobile est sub forma priori, & solum in vltimo instanti est sub forma posteriori: cum igitur mobile moueatur a nigro in album, nihil de specie albedinis acquiritur, nisi in fine motus; sed motus non habet esse nisi in suo vltimo fine. ergo motus, qui est forma diminuta, non differt a termino motus solum, sicut imperfectum a perfecto, quia motus, qui est forma diminuta, præcedit terminum motus: sed nihil de specie termini motus præcedit terminum motus. ergo.

D

Item dubitatur circa tertium notabile, quia motus, qui est in genere passionis, est motus secundum formam, vt vult Commen. in quinto huius commen. nono, cum perfectio vniuscuiusque magis accipiatur a forma, quam a materia, sequitur, quod modus accipiendi motum pro motu secundum formam, siue pro via erit modus verior.

Motus accipitur tripliciter.

Ad euidentiam istarum dubitationum est sciendum, quod motus accipitur tripliciter, scilicet, vno modo, & non differt a termino ad quem est, nisi sicut imperfectum a perfecto. Alio modo pro fluxu continuo, quo mobile tendit ad perfectionem vltiorem.

A Et tertio modo accipitur pro illa successione, vel duratione transmutationis continuæ, & quod motus possit accipi primis duobus modis apparet per Comment. hic, & etiam quinto huius. commen. 9. sed quod etiam possit accipi pro ipsa successione, vel duratione transmutationis continuæ, patet per Phylosophum, & Commen. 5. meta. ca. de quanto: vbi dicunt, quod motus est per se quantitas, & manifestum est per se, quod nec motus pro forma diminuta, nec motus pro ipsa transmutatione continua est per se quantitas, quia vt accipitur pro forma diminuta, sic est in genere termini ad quem: & vt accipitur pro transmutatione successiua, sic est de genere passionis: igitur relinquitur, quod oportet ponere tertiū modum accipiendi motum, quomodo potest verificari, quod motus est per se quantitas.

Com. 9.

Tex. c. 18.

Dico igitur, quod motus isto tertio modo acceptus, est quantitas successiua transmutationis continuæ: quæ tamen quantitas non est diuisibilis nisi secundū longitudinem durationis, quoniam motus isto modo acceptus non est diuisibilis secundum diuisionem mobilis, sed solum est diuisibilis secundum durationem temporis, scilicet in præteritum, & in futurum, quod autem sit talis quantitas successiua ipsius transmutationis continuæ apparet per Com

B men. quarto huius ca. de tempore, vbi dicit, quod tēpus mensurat motum non secundum quod motus, sed secundū quantitatem accidentem motui, & accipit hic motum secundum quod est de genere passionis, & ab ista quantitate successiua motus denominatur motus de genere passionis lōgius secundum durationem, & quantitatē mobilis dicitur motus, qui est de genere passionis latus, & profundus, & etiam longus secundum longitudinem mobilis: & motus acceptus pro forma diminuta est in genere termini ad quem est motus: motus vero acceptus pro transmutatione continua est de genere passionis, & motus acceptus pro successione est in genere quantitatis. Pro his igitur rationibus sunt duo intelligenda; primo, quod per formam diminutam possumus duo intelligere, scilicet, vel formam remissam, vel formam in potentia accipiendo potentiam, prout opponitur actui quietationis, forma enim sub qua mobile quiescit dicitur esse forma in actu: & forma sub qua mobile non quiescit dicitur esse forma in potentia opposita actui quietationis, vt patet sexto, & octauo huius. Dico igitur, quod Comment. non intelligit per formam diminutam formam sub gradu remissa, sed

C intelligit per formam diminutam formam in transitu, & in fieri, sub qua mobile non quiescit, & talis forma diminuta reperitur in quatuor generibus. Secundo est intelligendum, quod per medium, & viam ad terminum possumus duo intelligere, scilicet, vel formam prius acquisitam, vel ipsam transmutationem continuam, verbi gratia, forma embrionis est via, & mediū deueniendi ad formam animalis, & etiam transmutatio continua, quæ est forma embrionis ad formā animalis est via, & medium deueniendi ad formam animalis.

Ad primū circa primum du. com. 9. 5. huius.

Medium secundo modo acceptum potest dici medium per hoc, quod medium per quod formaliter acquiritur terminus motus, & hoc est ipsa acquisitio termini, sed medium primo modo dictum est medium in quod, quia transmutabile primo transmutatur in formam mediam, quam in extremam, quoniam prius transmutatur materia ad formam embrionis, quā ad formam animalis. Ad rationes, ad primā dico, quod Commen. quinto huius commen. 9. cum dicit, quod medium, & via inter potentiam, & actum est de genere actus, loquitur de medio in quod: sed in hoc tertio commen. 4. loquitur de medio per quod formaliter transmutatur. Vnde medium in quod est de genere termini ad quem, quia illa, inter quæ est

D transmutatio per se, necessario sunt eiusdem generis, & quandoque eiusdem speciei, sed medium per quod est de genere passionis, & sic apparet, quod Commen. non est sibi ipsi contrarius, quia æquiuoce loquitur de medio in quinto, & in hoc tertio.

Ad secundum circa idem.

Ad aliud dico, quod generatio potest accipi dupliciter, scilicet pro ipsa transmutatione continua, & sic est de genere passionis, & sic non est natura, sed est secundū materiam. Alio modo accipitur pro forma in transitu, & fieri, sub qua trāsmutabile non quiescit, & sic est natura. Ad formam igitur argumenti cum dicitur, quod generatio est natura, quia est via in naturam. Dico, quod generatio, quæ est via, in quam trāsmutabile primo transmutatur, est natura: quia est via, in quā. via tamen, per quam formaliter non est natura, sed est secundum materiam.

Ad tertiū circa idē.

Ad tertium dico, quod illa distinctio motus non comprehendit omnes modos accipiendi motum, sed solum modos, qui sunt ad propositum, nec propter hoc Comment. est insufficiens, quia solum posuit modos motus, per quos soluit eius dubitatio, & forte sunt multi alij modi accipiendi motum

tum

tum a tribus modis iam dictis, de quibus diceretur inferius, A Ad dubia vero contra secundum notabile. Dico ad primum, quod accipiendo formam diminutam pro forma sub gradu remisso, sic non reperitur forma diminuta in genere substantiæ, nec quantitatis, nec vbi sed accipiendo formam diminutam, prout forma in potentia opponitur actui quietationis, sic forma diminuta reperitur in quatuor generibus supradictis, & illo modo loquitur Com de forma imperfecta, vel diminuta. Ad aliud dico, quod forma diminuta non est forma fluens de esse imperfecto ad esse perfectum, sed forma diminuta est illa, sub qua mobile existens fluit, & transit ad formam perfectã. Vnde vbi sub quo mobile solum manet per vnum instans est vbi imperfectum, & diminutum, quia est in potentia, cum mobile non quiescat in eo. Ad aliud dico, quod motus acceptus pro forma diminuta solum per vnum instans manet, & illud, quod Phylosophus dicit, scilicet motus non est in instanti, habet intelligi de motu, qui est transmutatio successiua, & continua. Ad aliud dico, quod motus acceptus pro forma diminuta semper est in eodem genere cum termino motus, sed non oportet, quod semper sit in eadem specie. Et cum dicitur, quod perfectum, & imperfectum non variant speciem: dico quod perfectum, & imperfectum quandoque attenduntur secundũ diuersos gradus eiusdem formæ specificæ, & sic non variat speciem, quandoque vero attenduntur secundum diuersas specificas formas, manifestum enim est, quod forma animalis est perfectior, quam forma spermatis, & sic perfectum, & imperfectum variant speciem. Ad aliud vero, quod obijcitur contra vltimum notabile, dico, quod vnum modum accipiendi motum esse veriorem alio potest intelligi dupliciter, scilicet, vel quantum ad entitatem rei, vel quantum ad significationem nominis, & tunc dico, quod modus accipiendi motum pro forma diminuta est verior quantum ad entitatem rei, quoniam motus acceptus pro forma diminuta est perfectius ens, cum sit perfectioris generis, quam motus de genere passionis, sed motus accipiendi motum pro transmutatione successiua est verior, quantum ad significationem nominis, quia hoc nomen motus per prius significat transmutationem successiuam, quam formam diminutam, nam nomẽ rei naturalis per prius significat formam, quam materiam, vt vult Com. 2. de anima Commen. 5.

Ad primũ circa secũdum no.

Ad secundum circa idem.

Ad tertiũ circa idẽ.

Ad quartum circa idem.

Ad illud quod est circa tertium not.

Vnumquodque autem dupliciter cunctis inest. C Vt hoc, aliud enim est ipsius forma, aliud est priuatio. Et quale, aliud enim est album, aliud nigrum, Et quantum, aliud enim est perfectum, aliud imperfectũ Et in loci mutatione simili modo. Aliud enim est supra, aliud infra, aut aliud leue, aliud graue. Quare quot sunt ipsius species, quod est, tot motus mutationisve species sunt.

Tex.cõ.5. *Vnumquodque autem dupliciter inest omnibus, vt hoc. Aliud quidem enim forma ipsius. aliud vero priuatio, & secundum qualitatem. Hoc quidem enim album, illud autem nigrum, & secundum quantitatem, aliud quidem perfectum, aliud vero imperfectum: Similiter autem, & secundum loci mutationem, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, aut aliud quidem graue, aliud vero leue. Quare motus, & mutationis tot sunt species, D quot & entis.*

Quinta diuisio.

HÆc est quinta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quinta diuisio vera, quæ est diuisio termini ad quem est motus, quæ diuisio est talis: Terminorum motus quidam est forma, & quidam priuatio, & per formam intelligit terminum magis perfectum, & per priuationem intelligit terminũ minus perfectum, & hæc duo, s. perfectius, & minus perfectum reperiuntur in quolibet genere, in quo est motus, verbi gratia in substantia, forma, & vt priuatio, in quantitate, vt magnum, & paruum in qualitate, vt album, & nigrum. in loci mutatione, vt superius, & inferius. graue, & leue, & illud exemplum de graui, & leui secundum Com. forte est de motu in vbi, quoniam corpus quandoq; mouetur superius, vt si leue in actu, & inferius, vt si graue in actu, & forte illud est exemplum de generatione, & corruptione, quoniam elementa transmutantur de grauitate in leuitatem, A & de leuitate in grauitatem, & quia in quolibet genere, in quo est motus sunt duo termini motus, quorũ vnus est nobilior: & alius vilior: & motus distinguuntur secundum distinctionem terminorum. concludit Phylosophus, quod tot sunt species motus & mutationis, quot, & entis acquisiti per motum, & sunt octo, scilicet, duo in vnoquoque prędicamento, in quo est motus. Intelligendum secũdum Com. quod Phylosophus per istam diuisionẽ terminorum motus, vult declarare, quod ista diffinitio motus est ambigua dicta secundum prius, & posterius, quoniam in vnoquoque prędicamento, in quo est motus est aliquis motus nobilior, vt ille, qui est ad terminum nobiliorem nobilior est, & aliquis vilior: vt ille, qui est ad terminum viliorem, & per consequens in quolibet genere, in quo est motus, est aliquis motus prior, & aliquis posterior, & sic motus, & etiam diffinitio motus dicuntur secundum prius, & posterius, & sic secundum Commen. Phylosophus ex duobus declarauit, quod diffinitio motus est ambigua, tum quia motus est in pluribus vno prædicamento, tum etiam, quia in eodem prædicamento est aliquis motus prior, & perfectior, & aliquis posterior, & imperfectior. Notabile.

Cum autem eorum, quæ in vnoquoque genere collocãtur, aliud actu, aliud potẽtia sit: actus eius, quod est potentia, vt est tale motus nimirum est.

Diuisio autem secundũ vnumquodq; genus, hoc quidem esse endelechia, aliud autẽ potentia, potentia existentis endelechia, secundum, quod huiusmodi est, motus est. Tex.cõ.9.

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua Phylosophus ponit diffinitionem motus. d. quod cum vnumquodque generum motus diuidatur in potentiam, & actum, quoniam vnumquodque horum quandoque est in potentia, & quandoque in actu, & manifestum est, quod motus est perfectio rei motæ. cum igitur motus non sit perfectio rei motæ, secundum quod est in actu erit perfectio eius, inquantum est in potentia, motus igitur est actus entis in potentia secundum quod in potentia. Notandum secundum Com. hic, quod Phylo. in diffinitione addit illam particulam inquantũ C in potentia, quia omne motum habet duas perfectiones, s. perfectionem in actu non secundum quod est motum, & perfectionem secundum, quòd in potentia, quæ dicitur motus. Vnde motus habet vnam perfectionem, per quam est in actu, scilicet formam subalem eius, quoniam omne. quod mouetur est ens in actu, & habet aliam perfectionem secundum quod est in potentia ad vlteriorem formam, vel perfectionem, & illa perfectio secundum quam est in potentia, dicitur motus. Notandum etiam, quod mobile antequam moueatur est in duplici potentia, s. in potentia ad motum, & in potentia ad terminum motus, & cum mouetur est potentia prima reducta ad actum, & remanet potentia secunda, quæ est ad terminum motus Intellectus igitur diffinitionis est ille, motus est actus entis in potentia, s. ad vlteriorem perfectionem, scilicet, terminum motus, inquantum est in potentia ad terminum motus. Vnde Commen. com. 9. huius lib. videtur sic exponere illam diffinitionem motus. Motus est actus entis in potentia, &c. idest motus est actus exeuntis de potentia ad actum, inquantum exit de potentia ad actum. Vnde notãdum secundum I. ycomen. quod hæc est diffinitio motus, quæ demonstrari non potest, s. motus est exitus de potentia ad actum, & diffinitio, quæ potest demonstrari, est illa, motus est actus entis in potentia, D inquantum in potentia. Item notandum secundum Commen. hic, quod manifestum est, quod ista diffinitio motus est communis motui nouo, & æterno, quoniam motus æternus est actus entis in potentia non secundum, quod est in potentia ad terminum totius motus æterni, sed secundum, quod est in potentia ad terminos partium motus. Item notandum secũdum Com. quod ex hac diffinitione motus apparet continuatio motus, nam quando mobile cessat a motu, tunc quiescit, & est in actu, & non manet continuatio motus, nisi quando mobile est in potentia ad perfectionem cum enim fuerit perfectum in acto fit discontinuatio motus. Item dicit Comm. quod motus augmenti, & alterationis, & diminutionis sunt plures motus non enim possumus dicere, quod augmentum est motus vno motu de principio augmenti vsq; ad finem. apparet enim motus eius in tempore sensibili, & similis est dispositio in pluribus alterationibus, & impossibile est, vt in toto tempore augmenti sit motus, & non comprehendatur sensu. Motus igi-

Diffinitio motus.

Notabi. 1.

Notabi. 2.

Comm. 9. huius.

Notabi. 3.

Notabi. 4.

Notabi. 5.

tur augmenti de initio motus ad finem componitur ex pluribus motibus, & pluribus quietibus. In vno autem motu translati, qui est de principio ad finem, non interponitur quies, & ideo continuatio est manifestior in eo, & credimus, quod planta non cessat continue in augmento, & alteratione, quia videmus aliqua augeri per annum vno digito, & remotum est, vt ille digitus diuidatur per omnes partes illius anni, quoniam minimum tempus sensibile non haberet ab eo partem sensibilem. Hæc Com. Ex quibus dictis Com. possunt tria notari, primo, quod motus augmentationis in principio vsque ad finem non est vnus motus, sed si illud intelligitur de augmentatione vera, quæ est verus motus, secundum, quod quidam intelligunt, tunc debet intelligi de toto motu, qui est a minima quantitate aucti ad maximam eius quantitatem, & tunc intellectus est talis, quod non proceditur motu continuo a minima quantitate rei augmentabilis ad maximam quantitatem, quam acquirit, vt patet in augmentatione pueri, quia puer non augetur continue a minima quantitate, quam habuit, ad maximã quantitatem, quam habet, immo sunt multæ particulares augmentationes, inter quas sunt quietes mediæ, vt patet manifeste ad sensum, quoniam videmus aliquando aliquem augeri per aliquod tempus, & postea stare sub eadem quantitate, & iterum augeri, impossibile enim est, quod in toto tẽpore augmenti esset motus, & non comprehendatur sensu, quælibet tamen augmentatio particularis est vna, & cõtinua, quod patet per diffinitionem motus, quæ est communis omni motui. Si enim motus sit actus entis in potentia, secundum quod in potentia, non manet motus, nisi mobile est in potentia ad perfectionem, sed quando quiescit in actu, non est in potentia, ideo tunc manet motus: nec est continuatio motus, sic igitur patet, quod motus augmenti non est omnino motus continuus a principio vsque ad vltimum terminum, tamẽ aliqua pars augmentationis est continua, & eodem modo est de alteratione, sed motus localis potest semper esse continuus sic, quod nunquam accidat discontinuatio. Secundo est notandum secundum Com. quod motus augmenti componitur ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus, quod non est sic intelligendum, sicut verba sonant, quia quies est priuatio motus, & opponitur motui priuatiue, nunc vero ex priuatione, & ex habitu non componitur aliquid, & etiam, quia qualibet pars motus est motus, sed debet sic intelligi, quod inter partes partiales motus augmenti intercidunt multę quietes mediæ, quia nõ est aliquis motus continuus compositus ex omnibus motibus augmenti, quibus deuenitur ad maximam quantitatem ipsius aucti, & ideo oportet, quod cadant multæ quietes mediæ. Tertio est notandum, quod Com. probat, quod motus augmenti non est continuus, quia videmus aliquid augeri per vnum annum vno digito, si igitur ille motus esset continuus per totum annum oporteret, quod in qualibet parte illius anni acquireretur aliqua pars illius digiti talis quantitatis: sed hoc non est verum, quia non cuilibet parti sensibili illius anni potest correspondere pars sensibilis illius quantitatis digitalis, quia minimo tempore sensibilis illius anni non potest correspondere aliqua pars sensibilis illius digitalis quantitatis. Sed dubitatur, quia non videtur, quod ratio Com. hic valeat, quia illud supra, quod ratio fundatur est falsum, videlicet, quod cuilibet parti sensibili temporis correspondeat pars sensibilis rei acquisitæ per motũ, sed hoc est falsum, quia possibile est, quod aliquid moueatur localiter continue per vnum annum transeundo solum digitalem quantitatem spacij, & tamen non cuilibet parti sensibili temporis correspondet pars sensibilis digitalis quantitatis spacij, ergo eodem modo potest esse in augmentatione, scilicet quod aliquid augmentetur continue in vno anno per digitalem quantitatem, quamuis non cuilibet parti sensibili illius temporis correspondeat pars sensibilis illius quantitatis. Item in eodem tẽpore, in quo aliquod mobile pertransit, aliquam magnitudinem, mobile velocius in duplo pertransit duplam magnitudinem ergo si cuilibet parti sensibilis temporis, in quo pertransitur aliqua magnitudo, correspondeat pars sensibilis magnitudinis pertransitæ, sequeretur, quod quot sunt partes sensibiles illius temporis, tot erũt partes sensibiles vtriusque magnitudinis, & per consequens tot erunt partes sensibiles magnitudinis paruæ, quot partes sensibiles magnitudinis in duplo maioris, quod est inconueniens, igitur non oportet, quod cuilibet parti sensibilis temporis correspondeat pars sensibilis magnitudinis pertransitæ. Dicendum igitur est distinguendo de augmentatione, quia secundum Com. primo cæli Commen. 32. triplex est augmentatio, quoniam quædam est augmentatio vera, quæ, scilicet, est per conuersionem alimenti in naturam illius, quod augetur, & hæc augmentatio solum reperitur in animalibus, & plantis. Alia vero est augmentatio secundum alterationem, quæ est idem, quod rarefactio, & hæc inuenitur in elementis, & in corporibus similis naturæ, vt accidit in mixto. Tertia est augmentatio per accumulationem, quæ accidit in rebus consimiliũ partium compositis, vt numeris, & inuenitur etiam in elementis, & est, quando super vnã rem additur alia res extrinseca, & continuatur cum ea, & secundum hoc dicitur, quod ignis augetur. Et adhuc dicitur, quod augmentatio vera, quæ solum est in rebus animatis est duplex, quoniam quædam est generatio, vel augmentatio formæ in materia alimenti, quæ generatio est subita conuersio alimenti in materiam aliti. Alia est augmentatio vere, quæ est extensio aliti, vel membri post conuersionẽ alimenti per virtutem animæ vegetatiuæ, & per calorem naturalem: dico igitur, quod Com. hic, & etiam in octauo huius. Commen. 23. vbi Commen. dicit illud, quod dicit hic, loquitur de augmentatione, quæ est generatio partis, seu quæ est conuersio alimenti in naturam aliti: talis enim augmentatio non potest esse continua, quia si esset continua, tunc cuilibet instanti temporis mensurantis illam augmentationem correspondeteret pars generata, & sic essent infinitæ partes generatæ in actu, quarum quælibet esset tantæ quantitatis, quantę est minimum naturale, vel maioris quantitatis, & per consequens totum esset auctum in infinitum, quia haberet infinitas partes eiusdem quantitatis, sed hoc est impossibile, ideo augmẽtatio, quæ est generatio partis, seu conuersio alimenti, non potest esse continua, augmentatio tamen, quæ est extensio aliti, vel membri post conuersionem alimenti bene potest esse continua per aliquod tempus, non tamen est continua per totum tempus vitæ animalis, vel plantæ, nec est continuatio a principio vitæ vsque ad tempus status, post quod nõ fit vlterius augmentatio. Augmentatio igitur, quæ est generatio partis, non est motus nec mutatio subita, sed augmentatio partis, quæ est extensio, est verus motus. Dico igitur, quod non potest esse absolute loquendo, quod cuilibet parti sensibili temporis correspondeat pars sensibilis quantitatis acquisitæ, vel pertransitæ, si tamen augmentatio, quæ est generatio partis esset continua, tunc cuilibet parti sensibili temporis correspondeteret pars sensibilis quantitatis acquisitæ, quia quantitas acquisita haberet infinitas partes sensibiles, &c. Vnde augmentationem, quæ est generatio partis, esse continuam includit contradictionẽ, sed non est sic in motu locali, cum nulla pars magnitudinis sit tota simul pertransita, & ideo nõ oportet in motu locali, quod cuilibet parti sensibili temporis correspondeat pars sensibilis pertransita. Vnde illud non est vniuersaliter verum, scilicet quod cuilibet parti sensibili temporis correspondeat pars sensibilis rei pertransitæ, vel acquisitæ per motum, & eodem modo intelligit Com. de alteratione. d. quod nulla alteratio est continua, intelligit enim per alterationem generationem subitam alicuius qualitatis totius simul, impossibile enim est, quod in quolibet instanti alicuius temporis acquiratur aliqua qualitas tota simul, quoniam sic tota qualitas simul generata in illo tempore esset infinita qualitatiue, quod est impossibile.

Vide pro hoc octauo phy. c. 23.

Primum notan.

Secũdum notan.

Tertium notan.

Dubium.

Primo cæli co. 32.

Octauo phy. c. 23.

Ad dubium.

Velut alterabilis quidem, vt alterabile est, alteratio accrescibilis autem atque oppositi decrescibilis, nullum est enim his commune positum nomen, accretio, ac decretio, generabilis item, ac corruptibilis, generatio, atque corruptio, & eius quod fertur latio.

D *Vt alterabilis quidem, inquantum est alterabile alteratio est. Augmentabilis autem, & oppositi, nullum enim commune nomen in vtrisque, augmentum, & decrementum. Generabilis autem, & corruptibilis, generatio, & corruptio, loco mutabilis, loco mutatio.*

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod hæc diffinitio motus est bene assignata, & primo Phylosophus probat totam diffinitionem. Secundo vero probat particulas huius diffinitionis. Ista igitur pars continet sex particulas, quoniam in prima probatur tota diffinitio motus de motu. In secunda ibi. [Quod autem hoc.] probatur, quod motus sit actus. In tertia ibi, [Quoniam autem eadem.] Probatur, quod motus sit actus entis in potentia. In quarta autem ibi. [Sed potentia existentis.] Probatur, quod motus est actus rei. In quinta ibi,

Ratio

3. conclu. huius lib. per quam probatur diffinitio motus.

[Ratio enim eadem] Remouetur quoddam dubium. In fexta ibi. [Quod quidem igitur] Redit ad probandum, quod motus est actus. In prima igitur particula probat, quod motus est actus entis in potentia, inquantum in potentia. Et hæc est tertia conclusio huius libri, quæ probatur inductiue sic. alteratio est quidam motus & actus alterabilis, inquantum alterabile, sed alterabile est ens in potentia, ergo alterabile est actus entis in potentia, inquantum in potentia. Similiter augmentatio est actus augmentabilis, inquantum est augmentabile, & sic est actus entis in potentia, inquantum in potentia. Similiter diminutio est actus diminuibilis inquantum diminuibile, hoc est inquantum est in potentia ad minorem quantitatem, quoniam motus in quantitate nominatur duobus modis, nec est aliquod commune nomē vtrisque. Similiter generatio est actus generabilis, inquātum generabile, & corruptio est actus corruptibilis inquantum corruptibile, & loci mutatio est actus mutabilis secundum locum secundum quod est mutabile secundum locum. & sic apparet inductiue, quod omnis motus est actus entis in potentia, inquantum in potentia.

Atque hoc motum esse inde perspici potest. Nam cum ædificabile tale est, tum ipsum, vt ædificatur actu dicimus esse, atque hoc est ædificatio. Similiter, & medicatio, & volutio, & salutatio, & istiusmodi cætera.

Tex. cō. 7. *Quod autem hoc sit motus, ab hinc manifestum est. Cum enim ędificabile inquantum huiusmodi ipsum dicimus esse secundum quod actu ædificatur, & hęc est ædificatio. Similiter autem, & doctrinatio, & medicatio, & saltatio, & adolescentia, & senectus.*

4. conclu. huius lib. HÆc est secunda particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod motus est actus, & hæc est quarta conclusio huius libri, quę probatur sic. Illud est actus per quod aliquid est in actu, sed per motum aliquid est in actu. ergo motus est actus. maior patet de se, & minor declaratur sic, ædificabile inquantum est ædificabile est in actu, scilicet in ædificari per ędificationem, sed ædificatio est motus. ergo per motum est aliquid in actu, & similiter est de alijs motibus, vt de doctrinatione, medicatione, saltatione, adolescētia, idest, augmentatione, & senectute, idest, diminutione. per quemlibet enim horum motuum est aliquid in actu.

Quoniam autem aliqua potentia sunt, atque actu. At non simul, aut non eodem, sed, vt quippiam calidum quidem est potentia, frigidum autē actu, completa iam vicissim agent, ac patientur. Omne nanq; simul actiuum erit, atq; passiuum.

Tex. cō. 7. *Quoniam autem quædam eadem sunt, & potentia, & actu, quamuis non simul, aut secundum idem, sed, vt calidum quidem potentia, frigidum autem endelechia, multa iam agunt, & patiuntur adinuicem. Omne enim erit simul actiuum, & passiuum.*

5. conclu. huius lib. HÆc est tertia particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, quod motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia, & hæc est quinta conclusio huius libri, ad cuius euidentiam narrat Phylosophus primo, qualiter entia naturalia sunt in potentia, & in actu, & narrat, quod idem ens naturale esse in potentia, & in actu contingit tripliciter, s. vel respectu eiusdem in duobus temporibus diuersis. vt Sor. in vno tempore est actu albus, & in alio tempore est in potentia albus, & sic Sor. in duobus temporibus diuersis est in actu, & in potentia respectu albedinis. Secundo potest idem, & in eodem tempore esse in potentia, & actu respectu diuersorum, quoniam aqua in eodem tempore est frigida in actu, & calida in potentia. Tertio potest idem in eodē tempore esse in potentia, & in actu respectu eiusdem, sed diuersis modis, v. g. vt illud, quod simul agit in aliquid, & patitur ab eodem: modo multa quidem agunt, & patiuntur adinuicē, ita, quod agit in illud, & econuerso, quoniam omne, quod est vnum in actu, & reliquum in potentia, sicut calidum est actu calidum, & in potentia frigidum, simul erit actiuum, & passiuum respectu eiusdem, & per consequens simul erit in actu,

Quæ potētia ponatur in diffinitione motus, vide Com. com. 2.

A & in potentia respectu eiusdem, quia secundum quod agit, est in actu, & secundum quod patitur est in potentia. Vnde dicit Com. quod hoc est diuersimode, quoniam cibus est agens in corpore, secundum quod est actu panis, & patitur a corpore, secundum quod est corpus in potentia.

Quare, & id, quod naturaliter mouet, mobile est. Omne namque tale mouet subiens motum, & ipsum. Atque sunt quibus omne, quod mouet moueri videtur. Verum de hoc quomodo sese habet ex alijs sane patebit. Est enim quoddam mouentium, & immobile.

Ergo, & mouens physice mobile erit. Omne enim huiusmodi mouet, cum mouetur, & ipsum. Videtur quidem igitur quibusdam omne moueri mouens. Sed de his quidem ex alijs erit manifestum quomodo se habeant. Est enim quoddam mouentium, & immobile.

B EX his igitur declaratur conclusio, s. quod motus est actus entis in potentia, & hoc sic. Motus est actus corporis physici, vt patet, quia corpus physicum habet in se principiū motus, & quietis, sed omne corpus physicum simul cum mouet, etiam mouetur. ergo motus est actus entis illius, quod simul mouet, & mouetur, sed omne, quod mouet, & mouetur est in potentia, & in actu, quia inquantum mouetur est in potentia, & inquantum mouet est in actu. ergo motus est actus entis in potentia. Et cum Phylo. dicit, quod omne mouens physicum mouetur, addit d. quod quibusdam videtur, quod omne mouens moueatur, d. Phylo. quod de his erit ex alijs manifestum, quomodo se habeant, qm̄ alibi declarabitur, quod est aliquod mouens immobile, & hoc in octauo huius. Notandum secundum Com. quod illud, scilicet, quod omne mouens mouetur, non est verum sine hac determinatione, s. quod sit compositum ex potentia, & actu, siue ex materia, & forma, & cum hac determinatione est verum, quoniam omne mouens compositum ex potentia, & actu in mouendo mouetur. Notabile.

Actus autem eius, quod est in potentia, cum actu est: ac non vt ipsum: sed, vt mobile est operatur: motus nimirū est. Atque, vt mobile, dico hoc pacto. Est enim æs potentia statua, attamen non æris actus, vt est æs, est motio. Non est enim idem esse æris, & aliqua potentia mobilis. Nam si esset idem simpliciter ratione vel æris, vt æs est actus, motus nimirum esset.

C

Sed potentia existentis cum endelechia ens agat, aut ipsum, aut aliud inquantum mobile motus est. Dico autem hoc inquantum sic. Est enim æs potentia statua, sed tamen non æris endelechia, & inquantum æs est, motus est. Non enim idem est æris esse, & potentia alicuius mobilis, Quoniam si idem esset simpliciter, & secundum rationem esset vtiq; æris inquātum æs est endelechia motus. Tex. cō. 5.

D HÆc est quarta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur tertia particula posita in diffinitione motus, scilicet, inquantum in potentia. Vnde probatur, quod motus est actus rei, secundum quod est in potentia, & hæc est sexta conclusio huius libri, quæ probatur sic, motus est actus rei, quæ simul est in potentia, & in actu, sed non est actus rei secundum quod est in actu. ergo motus est actus rei, secundum quod est in potentia. maior patet ex præcedentibus, quoniam actus illius, quod simul mouet, & mouetur est actus illius, quod simul est in potentia, & in actu. minor vero probatur exemplariter sic, quia cum æs mouetur ad formam statuæ, motus est actus æris, inquantum æs est in potentia ad formam statuæ, & non est actus eius, inquantum est actu æs, quia si motus esset actus æris, inquantum æs, tunc æs semper, dum esset actu æs, moueretur ad formam statuæ. Vnde potest argui sic, cum æs mouetur ad formam statuæ æs est actu æs: & in potentia ad formam statuæ, aut igitur motus est actus æris inquantum æs, aut inquantum est in potentia ad formā statuæ, sed non est actus æris inquantum æs, quia si est semper dum esset in actu æs, moueretur ad formā statuæ, igitur motus 6. conclu. huius lib.

est actus æris inquãtum in potentia, & sic probatum est, quòd motus est actus rei, secundum quod in potentia. Huius rationis ponitur conclusio, cũ dicitur. Sed potentia existentis. Construe igitur sic, sed cum eo ac endelechia agat, idest moueat, aut ipsum, idest, seipsum, aut aliud: actus existentis in potentia, scilicet, illius, quod mouetur, & exit de potentia in actu inquantum mobile, hoc est inquantum in potentia est motiua, deinde ponit minorem, cum dicit: dico, quod hoc, &c. Notandum
Notan. secundum Commen. quòd perfectio cupri in actu, secundum quod est cuprum, non est motus, quia si sic, tunc quidditas cupri esset in motu, dicit enim, quòd si motus est actus rerum,
Idē com. sequenti. vt sunt in actu, tunc quidditates rerum essent idem, quod motus, sed hoc est falsum, quia, vt dicit quidditas cupri, quæ est perfectio eius, in actu non est, quod habeat potentiam ad motum, quoniam tunc potentia, & actus essent idem. Sed circa
Dubium. hoc dubitatur, quoniam secundum hoc sequeretur, quod motus esset de quidditate entis in potentia, quoniam si sequatur, motus est actus æris, inquantum æs, ergo motus est de quidditate æris, eodem modo sequeretur, quod motus est actus entis in potentia, inquantum in potentia, ergo motus est de quidditate entis in potentia. Dicendum ergo, quod per ens in po-
Respõsio. tentia possumus duo intelligere, scilicet, vel ipsum mobile susceptiuum termini motus, vel exiens de potentia in actum, idest, aggregatum ex motu, vel exitu, & ipso mobili, primo modo, ens in potentia non accipitur in prædicta diffinitione motus, sed ens in potentia secundo modo accipitur in diffinitione motus: & concludendo, quòd motus est de quidditate entis in potentia dicti secundo modo. Et si dicatur, quod secundum hoc motus poneretur in diffinitione motus. Dicendum, quod motus in concreto ponitur in diffinitione motus in abstracto, nec hoc est inconueniens, nam ista est diffinitio simitatis, simitas est cauitas simi, nec est inconueniens, quod concretum ponatur in diffinitione abstracti, quoniam concretum est motus abstracto. Vel potest dici, quod motus, qui hic diffinitur, est motus, qui est de genere termini ad quem, sed motus, qui accipitur in illa diffinitione, cum dicitur ens in potentia, idest, exiens de potentia ad actum, est de prædicamento passionis, & sic non accipitur idem in diffinitione sumptus.

At non est idem, vt diximus.

Non est autem idem, quemadmodum dictum est. C

HÆc est quinta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua remouetur quoddam dubium, quoniam dictum est, quod eadem res simul est in potentia, & in actu, ex hoc igitur posset aliquis credere, quod potentia, & actus essent idem. ideo Phylo. hoc remouendo declarat, quod potentia, &
Septima conclusio huius lib. actus nõ sunt idem, quamuis subm sit idem, & hæc est septima conclusio huius libri, quæ probatur tripliciter, & primo sic. Si potentia, & actus essent idem, quia subm est idem, tunc cum idem æs sit actu æs, & in potẽtia ad formam statuæ, sequeretur, quod idem esset omnino simpliciter, & secundum rationem esse æris, inquantum est in actu æs, & inquantum est in potentia ad statuam, sed hoc est falsum, quia tunc, sicut motus est actus æris, inquantũ est æs in potentia ad statuam, ita motus esset actus æris, inquantũ est æs, quod est falsum, vt probatũ est.

Patet autem in contrarijs, nam valere quidam posse, ac ægrotare posse, non eadem sunt, sed diuersa. Esset enim idem ægrotare, atque valere. Subiectum autem, & id, quod valet, atq; ægrotat, vnũ, & idem est, siue humiditas sit, siue sanguis. Cum autem non sit idem, quemadmodum, neq; color est idem, atque visibile. Patet actum possibilis ea ratione, qua possibile est motum esse. D

Tex. c. 10. *Manifestum autem est, & in contrarijs posse quidem enim sanari, & posse laborare alterum est. Et nanque si laborare quidem, & sanari idem esset, subiectum autem, & sanabile, & infirmum, siue humiditas, siue sanguis, vnum, & idem est, quoniam autem non est idem, quemadmodum neque color, & visibile. Possibilis inquantum possibile endelechia manifestum est, quod sit motus.*

A SEcundo probatur eadem conclusio ex potentijs ad contraria, & hoc sic, magis sunt diuersa actus, & potentia eiusdem subiecti, quam duæ potentiæ eiusdem subiecti, sed duæ potentiæ eiusdem subiecti non sunt idem, quamuis subiectum sit idem, ergo multo fortius actus, & potentia non sunt idem, quamuis subiectum sit idem, maior huius rationis de se est manifesta, & minor declaratur, quia potentiæ ad contraria sunt in eodem subiecto, quoniam idem subiectum est susceptiuum sanitatis, & ægritudinis, sed potentiæ ad contraria non sunt eædem potentiæ, quia si potentia ad infirmitatem esset eadem cũ potentia ad sanitatem, tunc sanitas, & infirmitas essent eadem, & addit Commentator d. quod potentiæ rerum cõtrariarum sunt contrariæ. Tertio probatur eadem conclusio sic, color, & visibile non sunt idem, quamuis subm sit idem, & ex his concludit Phylosophus, quod motus est endelechia possibilis, inquãtum possibile, hoc est entis in potentia, inquantum in potentia. Sed hic dubitatur, scilicet, vtrum potentiarum ad contraria sit idem subm, & videtur, quod non, quia potentiæ contrariorum sunt contrariæ, vt vult Commen. sed idem non est
Primum dubium. simul subm contrariorum, ergo. Item dubitatur super hoc,
Secũdum dubium. quod dicitur, quod potentiæ ad contraria non sunt eædem,
B quia Phylosophus nono meta. & quinto ethicorum dicit, quod eadem est potentia contrariorum. Pro his dubitationibus est intelligendum, quod quantum spectat ad propositum potentia est duplex, scilicet, receptiua, & respectiua, potentia receptiua est subiectum, quod recipit formam potentia respectiua est quidam respectus in subiecto ad formam. Dico igitur, quod lo-
Tex. cõ 9. quendo de potentia receptiua, sic est eadem potentia contrariorum, & sic loquitur Phylosophus de potentia nono meta. dicens quod eadem est potentia contrariorum, sed potentiæ respectiuæ contrariorum non sunt eædem, quia relationes distinguuntur ex terminis, & ideo si essent eædem potentiæ respectiuæ contrariorum, sequeretur, quod contraria essent idem. Intelligendum etiam, quod Commen. dicit, quod potentiæ contrariorum sunt contrariæ, hoc debet intelligi, de potentijs respectiuis ad contraria immediata, quia impossibile est, quod potentia ad contraria immediata sit simul in eodem subiecto, quoniam potentia respectiua est potentia ante actum, quia talis potentia destruitur in aduentu actus, & ideo si potentiæ ad cõtraria immediata essent simul in eodem subiecto, sequeretur, quod neutrum contrariorum immediatorum inesset illi subiecto, & sic non essent contraria immediata, cuius contrarium suppono, vnde si sanitas, & ægritudo
C sint contraria immediata circa animal, tunc si potentia ad sanitatem inest animali, potentia ad ægritudinem non inest eidem animali, quia si potentia ad sanitatem inest animali, tunc sanitas non inest animali, & si sanitas non inest, ægritudo inest, ex quo sunt contraria immediata, & si ægritudo inest, potentia ad ægritudinem non inest. ergo a primo ad vltimum si potentia ad sanitatem inest alicui, potentia ad ægritudinem non inest ei, & ita est de alijs contrarijs immediatis, potentiæ tamen ad contraria mediata non sunt contrariæ, sed possunt
Ad primum. simul eidem inesse. Ad primum igitur dubium dico, quod idem est subiectum potentiarum ad contraria, & si sint contraria immediata, tunc est idem subiectum successiue sub istis potentijs ad contraria immediata, si vero sint contraria mediata, tunc potest idem subiectum simul esse sub illis potentijs igitur &c.
Ad secundum. Ad secundum dubium dico, quod Phylosophus nono meta. & quinto ethicorum loquitur de potentia receptiua, quando dicit, quod eadem est contrariorum potentia, sed hic loquitur de potentia respectiua.

D **Hunc igitur esse, atque tunc rem moueri cum est iste actus, & neque prius, neque posterius patet. Fit enim, vt quodque interdum operetur, interdum non operetur, ceu ædificabile, atque ædificabilis actus. vt ædificabile est ædificatio nimirũ est. Nam actus ipsius, aut est ædificatio, aut domus At cum est domus, tum non est (vt patet) ædificabile ædificabile vero ædificatur. Necesse est igitur actum ipsius ædificationem esse. At ædificatio motus est quidam. Eadem, & ad cæteros motus accommodabitur ratio.**

Tex. c. 11. *Quod quidem igitur hoc sit, & quod accidit, tunc moueri, cum est endelechia, vel ipse, & neque prius, neq; posterius ostensum est. Contingit enim vnumquodq; ali-*

quando quidem operari aliquando aũt non, vt ædificabile, & ædificabilis actus, inquantum est ædificabile, ædificatio est. Aut .n. hoc est ædificatio actus aut domus; sed cum domus sit, non amplius ædificabile est. Aedificatur aũt ædificabile. Necesse est ergo ædificationem esse actum. Aedificatio autem motus quidem est. At vero eadem conueniet ratio in alijs motibus.

HAec est sexta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus redit ad probandum quartam conclusionem huius libri, videlicet, quod motus est actus, & probat eam sic, motus est dum actio est, & neque est ante, neque post. verbi gratia, ædificatio est, dum actus, ædificationis est, & neque est ante, neque post, & eadem ratio est in alijs motibus, & ædificatio est motus, igitur motus solum est dum actio est, sed illud est actum, quod solum est dum actio est. ergo motus est actus. minor huius rationis patet, quia ens in potentia præcedit actum, siue actionem. Similiter ens in actu, scilicet, compositum ex materia, & forma præcedit actionem, & etiam manet non manente actione, & ideo illud, quod solum manet manente actione, nec est potentia, nec ens in potentia, nec compositum ens in actu. igitur relinquitur, quod illud, quod solum est dum actio est, sit actus. Sed circa naturam motus, idest, cuius ens sit motus contingit dubitare, quoniam quidam de modernis phylosophantibus dicunt, quod nec motus, nec mutatio est res secundum se totam distincta a rebus permanentibus, & primo pono rationes eorum, per quas probant, quod motus non est res secundum se totam distincta a rebus permanentibus. Secundo ponam rationes probantes idem de mutatione subita. Primo igitur probatur, quod motus non sit res distincta a rebus permanentibus, & hoc sic. Si motus esset aliqua res, aut igitur esset res simplex, vel composita, primum non est dare, quia, quod est simplex est totum simul. ergo si motus esset res simplex, totus motus esset simplex. ex quo sequitur propositum, scilicet, quod motus est res permanens, quia idem res permanens erit totum simul. sequitur etiam, quod motus non distingueretur a mutatione subita, quod est contra Commen. & communiter opinantes: Si vero detur, quod motus est quoddam compositum habens partes, aut igitur illæ partes sunt simul, aut non, si simul, sequitur, quod motus sit res permanens, quia illud est permanens, cuius omnes partes simul manent, si detur, quod non omnes partes sint simul, hoc non est, nisi quia una pars est præterita, & alia futura, sed nec præteritum est, nec etiam futurum est, ergo nulla pars motus est, sed illud, quod non est, non est pars alicuius. ergo motus nullam partem habet, & per consequens motus non est una talis res composita distincta totaliter a rebus permanentibus. Secundo probatur idem spiritualiter de motu locali, scilicet, quod non est res aliqua distincta a rebus permanentibus, & hoc sic quia si esset res distincta totaliter a re permanente, aut esset res absoluta, aut respectiua, non res absoluta, quia sic, vel esset quantitas, vel qualitas, sed non est aliquod istorum, vt patet inductiue, & patet per rationes, quoniam sic motus localis esset substantia, vel quantitas, vel qualitas, sed non est aliquod istorum ut patet inductiue, & patet per rationes, quoniam si motus localis esset substantia, vel quantitas, aut qualitas, tunc omne motum localiter acquireret nouam substantiam, quam prius non habebat, vel nouam quantitatem, seu nouam qualitatem, quod est absurdum, & etiam tunc corpus cœleste acquireret continue nouam substantiam, vel nouam quantitatem, nec est dicere, quod motus localis sit res respectiua, tum quia res respectiua non est distincta a re absoluta, tum quia si esset respectiua, suum concretum, scilicet, mobile, vel motiuum esset relatiuum, & non referretur nisi ad motiuum, vel ad mouens, igitur motus nihil aliud esset nisi relatio mobilis ad motiuum, vel motiui ad mouens: sed talis relatio semper manet eadem, igitur si motus esset talis relatio, sequeretur, quod motus esset quædam res permanens, cum qualibet talis relatio sit res permanens. Tertio probatur idem generaliter de omni motu sic, frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, sed sine omni alia re a re permanenti possumus saluare motum, & omnia, quæ dicuntur de motu, ergo frustra erit ponere motum esse rē distinctam a rebus permanentibus. maior huius rationis est manifesta, & minor probatur inductiue. & primo de motu locali sic, ponendo enim, quod aliquod corpus sit primo in uno loco, & postea in alio loco, & hoc continue sine omni quiete media, & sine omni re media alia ab ipso corpore, & a loco, & a mouente, quod mouet, iam habemus motum localem, ergo superflua ponitur alia res, quæ, scilicet sit alia a mobili, & a loco, & a mouente. Item quarto arguitur specialiter de alteratione, augmentatione, & diminutione, & hoc sic, est possibile alterationem fieri per solam deperditionem qualitatis sine acquisitione rei nouæ, sicut quando aliquid alteratur continue deperdendo partem formæ post partem, tunc enim illud, quod sic perdit formam alteratur, & tamen nullam rem nouam recipit, sed solum deperdit. Vnde hoc potest sic argui ex hoc, quod aliquid deperdēs aliquā formam, quam habuit, non oportet, quod recipiat, vel acquirat aliquam rem nouam, sed deperditio qualitatis non est sine alteratione, ergo aliquid potest alterari absque hoc, quod aliquam rem nouam recipiat, vel acquirat, & per consequens alteratio non est distincta a mobili, & ab alijs rebus permanentibus. Et eadem ratione potest mobile acquirere partem formæ permanentis post partem absque hoc, quod recipiat aliquam aliam rem nouam successiuam. Item arguitur de augmentatione, & diminutione, quia possibile est, quod animal, vel planta perdat aliquam partem quantitatis absque hoc, quod acquirat aliquam rem nouam, ergo diminutio non est res distincta a re permanente. Similiter possibile est, quod animal, vel planta acquirat nouam quantitatem absque hoc, quod acquirat aliquam rem nouam, ergo motus non est res distincta a mobili, & a forma acquisita per motum, & ab alijs rebus permanentibus, & hoc est propositum. Dicunt igitur isti quod motus componitur ex affirmationibus, & negationibus, scilicet, ex rebus permanentibus, & ex negationibus simultatis, vel prioritatis & posterioritatis, nam ad hoc, quod sit motus localis requiritur quod corpus sit in uno loco, in quo nō fuit prius, & postea in alio, in quo non erat prius, ita, quod idem corpus non fiat in diuersis locis, sed non simul, nec quod quiescat in illis locis, sed per illas negationes, scilicet, per non esse simul in diuersis locis, & per non quiescere in uno loco non ponitur aliqua res, & similiter per hoc quod dico corpus fieri in diuersis locis, non ponitur aliqua res præter res permanentes, & eodem modo est in alteratione, & in alijs motibus, scilicet, quod motus nihil positiuum dicit præter res permanentes, scilicet, præter mobile, & præter terminum motus. Item dicitur de mutatione subita, quod non est aliqua res distincta a rebus permanentibus, quod probatur primo sic, quoniam quando medium subito illuminatur a sole non fit in ipso medio aliqua res secundum se totam distincta a rebus permanentibus, ita quod mutatio subita, quæ communiter dicitur terminari ad lumen, non est alia res ab aere, & a lumine, & ab alijs rebus permanentibus, quod probatur primo sic; si illuminatio aeris, quæ dicitur mutatio subita, esset alia res ab aere, & a lumine, &c. Aut igitur esset substantia, aut quantitas, vel qualitas, & sic de alijs, sed nullum horum est, ergo, probatio minoris, quia si illuminatio esset substantia, vel quantitas tunc aer, quando illuminatur, reciperet nouam formam substantialem, vel nouam quantitatem, quod est falsum, nec est qualitas, quia non est habitus, vel dispositio, nec naturalis potentia, vel impotentia, & sic de alijs speciebus qualitatis, vt satis patet. Item, si illuminatio, seu subita inductio esset aliqua res distincta a rebus permanentibus cum ipsa non maneat, nisi per vnum instans, quia subita mutatio mensuratur instanti ut communiter dicitur. si igitur sit res distincta ab alijs rebus permanentibus, oportet dicere, qualiter corrumpitur, quia aut corrumpitur per corruptionem sui subiecti, aut per introductionem contrarij, vel per inductionem alicuius incompossibilis, siue per absentiam agentis, non primo modo, ut manifestum est, quia subiectum suum manet, nec secundo modo, nec tertio, quia nihil inducitur, nisi quod manet cum illa mutatione in illo instanti, in quo illa mutatio est, sed nihil, quod manet cum mutatione est ei incompossibile, ergo non corrumpitur mutatio per inductionem contrarij, vel incompossibilis. nec etiam corrumpitur quarto modo, scilicet, per absentiam agentis, quia possibile est quod agens, sit æqualiter præsens, & approximatum passo per aliquod totum tempus. sicut est in illo instanti, in quo mutatio est in subiecto. Item in quocunque instanti temporis mensurantis motum est aliqua mutatio, vel aliquod mutatum esse in subiecto, & in alio, & alio instanti est aliud, & aliud mutatum, ut dicunt ponentes mutationem esse aliquam rem. ergo si mutatio sit res alia ab alijs rebus permanentibus, sequeretur, quod in tempore finito essent infinitæ res generatæ, & corruptæ, quarum nulla est pars alterius cum alia faciens unum, sed hoc est impossibile. ergo impossibile est, quod mutatio sit quædam res alia a mobili, & a forma, quæ dicitur terminare mutationem, & ab alijs rebus permanenti-

Prima ratio tenentium, quod motus nō est res secundum se totam distincta a rebus permanentibus.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Motus secundum istos componitur ex affirmationibus, & negationibus.

Idem dicunt in mutatione subita, quod motus nō est aliqua res distincta a rebus permanentibus.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

mouentibus. Item, forma substantialis immediate recipitur in materia, ergo subita mutatio, quæ ponitur, non præcedit formam in materia, & per consequens si talis mutatio ponatur, oportet, quod sit posterior, quam forma substantialis, sed hoc videtur inconueniens, tum quia non videtur necessarium ponere in materia aliquam rem posteriorem forma substantiali statim desinendam, tum quia si mutatio sit alia res a forma substantiali, videtur, quod debeat præcedere formam substantialem, quia per talem mutationem forma substantialis fit in materia, & etiam forma substantialis ponitur terminare talem mutationem, nunc autem terminus videtur esse posterior eo cuius est terminus. Item frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, sed positis solis agente materia, & forma: sic: quod forma sit nunc in materia, & quod prius non fuit in materia, ponitur quod materia sit mota ad formam, sed per hoc, quod dico, quod forma non fuit prius in materia, non ponitur aliqua res alia ab agente, & a forma, & a materia, ad saluandum igitur, quod res transmutatur, non oportet ponere rem quartam distinctam ab agente, & a materia, & a forma. Istæ igitur sunt rationes efficaciores, propter quas dicunt, quod mutatio non est res alia ab agente & a mobili, & a forma. sed aliquando accipitur pro vno, aliquando pro alio, & aliquando accipitur pro una tota oratione, sed qualiter dicunt isti illud nomen diuersimode accipi, esset nimis prolixum, & inutile enarrare, & ideo his dictis inconsuetis, & erroneis, vt opinor aliqualiter obuiando, arguo primo contra illud quod dicunt de motu, secundo arguo contra illud, quod dicunt de mutatione. Primo igitur probo, quod motus non est quid compositum ex affirmationibus, & negationibus, vt isti dicunt, & hoc probo primo sic, illa positio est falsa, quæ destruit motum esse, sed positio ista est huiusmodi: ergo, &c. maior patet, quia motum esse est supponendum a naturali, tanquam principium cognitionis, ut patet primo huius, & ideo negare motum esse, est destruere scientiam naturalem, nec cum negante motum esse habet Philosophus naturalis loqui, minor patet, quia nullum ens est compositum ex affirmationibus, & negationibus, quoniam secundum sic dicentes non ens non est pars alicuius entis, sed negatio est non ens, ergo ex affirmatione, & negatione non componitur aliquod ens, igitur si motus sit compositus ex affirmationibus, & negationibus, sequitur, quod motus esset omnino non ens. Hæc ratio potest confirmari sic, quærendo an motus, quantum ad omnia intrinseca motui, dicat aliquod positiuum tantum aut negatiuum tantum, vel dicat compositum ex positiuo, & negatiuo vel priuatiuo, si detur primum, quæro aut illud positiuum, quod motus dicit, est totum simul, aut vna pars est successiua post aliam: non primum, quia sic motus esset res permanens, ita quod esset idem, quod mobile: vel idem, quod alia res permanens quod videtur inconueniens; quia sic motus per se moueretur, vel ad motum esset motus per se, quod est contra phylosophum, si uero detur secundum, s. quod omnes partes constituentes motum sunt simul, habetur propositum, scilicet, quod motus est res extra animam distincta a rebus permanentibus, ergo si motus nihil includat intrinsece, nisi positiuum, sequitur, quod motus sit res distincta a rebus permanentibus Si autem detur, quod motus intrinsece nihil sit, nisi negatiuum, uel compositum ex negatiuo, & positiuo, sequitur, quod motus omnino non est, quia illud, cuius aliqua pars est non ens, illud secundum ueritatem non est, vt isti dicunt, quoniam illud, quod nihil est, non est pars alicuius entis, &c. Item quies est priuatio motus, ut patet per phylosophum, & Commentatorem quinto huius, & in multis aliis locis, si igitur motus sit quoddam constitutum ex positiuis, & priuatiuis quies, quæ est eius priuatio priuabit positiuo & priuatiuo, sed priuatio positiui est priuatiuum, & priuatio priuatiui est positiuum. igitur quies, quæ est priuatio motus; importabit positiuum, scilicet, priuationem negationis, & etiam priuatiuum, scilicet, priuationem positiui & sic quies erit composita ex positiuo, & priuatiuo, sicut etiam motus, & sic quies non erit magis priuatio motus, quam econuerso. Hæc ratio potest confirmari sic, si motus importat affirmationem, & negationem, & cum per affirmationem non distinguatur a rebus permanentibus existentibus extra animam, immo quantum ad affirmationem conuenit, vel est idem cum eis: sequitur, quod motus non distinguitur ab eis, scilicet, a rebus extra animam, nisi per negationem, vel per negationes, sed illud est formale in motu, per quod motus differt ab aliis, ergo negatio esset formale in motu, sed quies formaliter opponitur motui priuatiue. ergo quies formaliter dicit priuationem negationis, uel priuationis, sed priuatio negationis, uel priuationis est positiuum, quoniam idem est priuare negatum, & ponere affirmatum, ergo quies quantum ad aliud, quod dicit formaliter est quoddam positiuum, & sic motus erit formaliter priuatio, vel negatio, & quies erit formaliter habitus, & aliis positiuum, quod est contra Phylosophum quinto huius. Item arguo sic, illud, quod non est ens non habet principium sui esse, sed motus est non ens, ut probatum est, ergo motus non habet principium, & per consequens natura non erit principium motus, & sic destruitur diffinitio naturæ, & etiam destruitur natura, quia ex quo motus est non ens, principium motus erit non ens, & sic natura erit non ens, hoc nihil, & ita ista positio destruit naturam, & etiam principia naturalia, & ideo cum tali homine non habet naturalis disputare. Item quod motus sit res positiua extra animam alia a rebus permanentibus, probatur per auctoritates. primo quia Phylosophus secundo de anima dicit, quod motus est sensibile commune, & sic est per se sensibile, sed omne per se sensibile est ens positiuum, & si sit sensibile distinctum est res distincta, & motus est per se sensibile distinctum ab aliis sensibus, ut a sensibili per accidens, & a sensibili proprio, ergo motus est res positiua distincta ab aliis rebus extra animam. Item res permanentes habent omnes partes suas simul, sed motus non habet omnes suas partes simul, ut patet ex quarto, & sexto huius, ergo motus est res distincta a rebus permanentibus. Item motus est uia, & medium inter potentiam, & actum, & terminatur ad rem permanentem, sed res permanentes, ut mobile, vel mouens, uel forma non sunt huiusmodi, igitur motus est res distincta a rebus permanentibus extra animam. Item motus est in mobili subiectiue, ut patet per Phylosophum, sed nec agens, nec ipsum mobile est in mobili, ergo motus, nec est idem, quod agens, nec idem, quod mobile, & ex quo motus terminatur ad formam, & forma non sequitur, quod motus non est forma, & sic motus est res distincta ab istis. Item motus diuiditur ad diuisionem mobilis, & etiam ad diuisionem magnitudinis, & ad diuisionem temporis, ut patet sexto huius, sed nec mobile, nec agens, nec forma terminans motum diuiditur ad diuisionem horum trium, ergo motus est res alia a mouente, & a mobili, & a forma. Dico igitur ad hanc dubitationem, quod tota dubitatio est de motu, ut est de genere passionis, quia de motu, idest, de genere termini ad quem non est dubitatio, ideo dico, quod accipiendo motum, ut est de genere passionis, sic est quoddam successiuum habens partem præteritam, & partem futuram. Vnde motus diuiditur in partem præteritam, & in partem futuram secundum diuisionem temporis, & diuiditur in partes simul existentes secundum diuisionem mobilis, ut patebit in sexto huius, quælibet tamen pars accepta secundum diuisionem mobilis diuiditur secundum diuisionem temporis in partem præteritam, & in partem futuram, dico etiam, quod motus, ut est de genere passionis est transmutatio successiua, per quam formaliter acquiritur mobili terminus transmutationis, unde motus, ut sic, est ipsa acquisitio termini, ex quo apparet, quod motus, de quo loquimur est res positiua; cum sit quidam actus, cuius priuatio est quies, patet etiam, quod est res distincta a mouente, cum sit effectiue a mouente, & nihil efficit se, patet etiam, quod est res distincta a mobili, cum sit actus existens in mobili subiectiue, & etiam patet, quod est res distincta a termino motus, cum sit uia, & medium inter terminum a quo motus, & terminum ad quem. Ad rationes igitur in contrarium. Ad primam cum dicitur, quod si motus est res distincta, &c. aut est simplex, aut composita, dico, quod est res composita ex partibus quantitatiuis, est tamen simplex simplicitate opposita compositioni ex materia, & forma. Et cum dicitur, quod partes motus non sunt, concedo, & tamen est motus. Vnde hæc est differentia inter rem permanentem, & rem successiuam, quia res permanentes est tota simul, vel potest esse tota simul, sed repugnat successiuo, quod sit totum simul, & sic concedo, quod successiuæ componuntur ex non entibus, ut patet de die, septimana, mense, & anno, qui componuntur ex non entibus & certum est, quod aliqua pars huius diei est præterita, & aliqua futura, & tamen ista dies est, & ita est de isto anno, & de partibus huius anni. Ad secundam rationem dico, quod quando dicitur, si motus est res permanens distincta, &c. aut esset res absoluta, aut esset res respectiua, dico, quod duplex est res absoluta, quia quædam est absoluta absolutione opposita respectui, qui est per se de prædicamento relationis, & quædam est absoluta, simpliciter, primo modo, quælibet res prædicamentalis præter rem per se de genere relationis est absoluta, sed secundo modo solum res de prædicamento substantiæ quantitatis, & qualitatis sunt absolutæ, & tunc

dico,

Marginal notes (left): Quarta ratio. — Quinta ratio. — Prima ratio huius autoris probans, quod motus non est quid compositum, &c. — Eiusdem rationis confirmatio. — Secunda ratio. — Eiusdem rationis confirmatio.

Marginal notes (right): Tertia ratio. — Quod motus sit res positiua extra animam, &c. — Secundo. — Tertio. — Quarto. — Quinto. — Ad primam rationem. — Ad secundam rationem.

dico, quod motus est res absoluta largè loquendo secundum, quod absolutum distinguitur immediate contra respectiuum de genere relationis: quia motus non est in genere relationis, sed passionis, sed tamen motus non est res absoluta simpliciter, sed est respectiua, distinguendo respectiuum immediate contra absolutum simpliciter, quod quidem solum reperitur in prædicamento substantiæ, uel quantitatis, aut qualitatis, & tunc ad formam argumenti, quando dicitur, quod si motus esset res absoluta, uel esset substantia, uel quantitas aut qualitas, dico, quod uerum est, si esset simpliciter absolutum, sed non sequitur loquendo de absoluto largo modo. Et quando ulterius dicitur, quod si motus esset res respectiua, tunc non esset alia res a rebus permanentibus, quia relatio nihil addit supra fundamentum, dico, quod hoc est falsum, immo relatio, & suũ fundamentum sunt res multum distinctæ, nihil enim fundatur in seipso, & quando ulterius dicitur, quod si motus esset, res respectiua non esset, nisi respectiua moti ad mouens. Dico, quod motus est quidam respectus de genere passionis, non de genere relationis, & est respectus moti in actu ad mouens in actu, & ille respectus non manet, nisi quando motum actu mouetur, & quando mouens actu mouet. Ad tertiam rationẽ cum dicitur, quod frustra fit per plura, quod potest, &c. concedo. Et cum dicitur, quod æque bene saluatur motus, & ea, quæ dicuntur de motu ponendo, quod motus non sit res distincta, &c. dico per interemptionem, quia nisi motus sit res distincta a rebus permanentibus non saluatur motus, nec illa, quæ dicuntur de motu. Et quando arguitur sic, ponendo, quod aliquod corpus sit primo in uno loco, & postea in alio, &c. Dico, quod si ista ratio ualeret, sequeretur, quod motus posset esse sine motore, quia ponendo solum, quod aliquod corpus sit nunc in uno loco, & iam in alio circunscriptis quibuscunque aliis rebus a mobili, & a loco, uere haberemus motum localem, igitur si ratio concluderet, frustra poneretur motor, & quia impossibile est motum esse sine motore, ideo dico, quod illa ratio non ualet, & tunc ad formam rationis, quando dicitur, quod si idem corpus sit primo in uno loco, & postea in alio loco absque quacunque re alia, uere habemus motum, dico, quod illud claudit contradictionem, scilicet, quod idem corpus nunc sit in uno loco, & iam in alio absque quacunque re alia, nam sicut contradictionem includit, quod idem corpus nunc sit in uno loco, & iam in alio absque motore transmutante corpus de uno loco ad alium, ita includit contradictionem, quod idem corpus nunc sit in uno loco, & iam in alio loco absque motu, quo formaliter transfertur de uno loco in alium. Ad illud, uero, quod additur de alteratione, quæ fit per solam deperditionem qualitatis, dico, quod est impossibile aliquam alterationem fieri per solam deperditionem qualitatis, quia cum alteratio sit motus, & omnis motus fit a subiecto in subiectum, siue ab affirmatiuo in affirmatum, impossibile est aliquam alterationem fieri, nisi per illam aliquod positiuum acquiratur mobili, & hoc alibi euidentius est declaratum, quod autem dicunt de diminutione quantitatis, quod nihil acquiritur, &c. Dico, quod loquendo de diminutione vera necesse est, quod noua quantitas acquiratur, aliter diminutio non esset motus ad quantitatem, & tunc dico, quod in diminutione acquiritur minor quantitas, quam est illa, quæ deperditur, unde, & scribitur primo de generatione, animal dum uiuit semper nutritur, sed nutritio non fit, nisi per conuersionem alimenti in naturam illius, quod nutritur, sed in conuersione alimenti semper acquiritur noua quantitas, ideo dico, quod diminutio uera non fit sine acquisitione nouæ quantitatis, quæ quantitas est minor quantitate præexistente, & sic apparet aliqualiter, quid dicendum sit de motu, qui est in prædicamento passionis, sed quid debemus intelligere per mutationem est dubium: unde mihi uidetur, quod sicut motus est de per se in genere passionis, ita mutatio, uel mutatum esse, quod per se, & intrinsece terminat motum est in genere passionis, indirecte tamen, & per reductionem sicut punctus est indirecte, & per reductionem in genere quantitatis. Dico igitur, quod mutatio subita est res distincta ab agente, & a mobili, & a forma: si tamen poneretur eadem res cum forma terminante motum non esset magnum peccatum. Sed quia istorum rationes non concludunt, dico pro nunc, quod mutatio est res alia a mouente, & etiam a mobili, & forma, quoniam aliter non possent uerificari illa, quæ dicuntur de mutatione, uidelicet, quod mutatio tantum manet per instans & mutatio est subita, & sic de aliis multis. Ad rationes uero in contrarium, dico ad primã, quando dicitur, quod si esset alia res, tunc esset substantia, aut quantitas, uel qualitas, &c. Dico, quod est aliquid de genere passionis, est enim terminus intrinsecus motus, qui est de genere passionis, & tamen non est forte concedendum, quod sit passio: sed quod sit aliquid passionis, sicut non est concedendum, quod linea est quantitas, sed quod est aliquid quantitatis. Et quando ulterius arguitur sic, si mutatio corrumpitur, aut igitur per corruptionem subiecti, uel per inductionem contrarii, &c. Dico, quod corrumpitur per ocium agentis, uel per cessationem agentis, producẽdo terminum illius mutationis, quia ex quo terminus est productus, agens necessario cessat producendo illum terminum, unde, nec corrumpitur illa mutatio per mutationem subiecti, nec per inductionem contrarii, &c. Sed per ocium, vel cessationem agentis ab agendo: Et si dicatur, quod in illo instanti, in quo inducitur forma agens non agit: igitur in illo instanti mutatio non est. Dico, quod non sequitur, quia in illo instanti prima forma facta est in materia, ideo mutatio, quæ idem est, quod mutatum esse est in illo instanti, & nunquam erit postea. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod in tempore finito erunt infinitæ res generatæ, & corruptæ, &c. Dico, quod hoc est necessarium, quoniam in quolibet tempore sunt infinita instantia generata, & corrupta, & sic illud, ad quod deducitur tanquam ad inconueniens, est necessarium. Ad aliud, quando dicitur, quod forma substantialis immediate recipitur in materia, dico, quod est uerum, immediate uia perfectionis, non tamen recipitur prius, quam accidentia uia generationis, sed simul in eodem instanti temporis. Et quando dicitur, quod illa subita mutatio non potest esse prior, quam forma substantialis, nec posterior. Dico, quod illa mutatio est prior, & etiã posterior forma substantiali, sed diuersimode, quia est prior uia originis, seu imperfectionis, uel generationis, quia forma est a mutatione, quoniam per mutationem fit forma in materia, sed tamen forma substantialis est prior illa mutatione uia perfectionis, neutrum tamen est prius secundum tempus alio, & sic patet ad illam rationem. Ad ultimum, cum dicitur, frustra fit per plura, &c. Dico, quod uerum est, & ideo est dicendum ad minorem, quod positis his, scilicet, agente mobili, & forma, & quod forma prius non fuit in materia ponitur quod materia est mutata. Dico, quod uerum est, & ex hoc quod ita ponitur, ponitur mutatio necessario, quæ est res quarta. Vnde impossibile est formam de nouo fieri in materia sine mutatione, quæ est res alia a mouente, & a mobili, & a forma.

Ad tertiã rationem.

Ad quartã rationẽ.

Ad primã rationem secundæ opinio.

Ad secundam.

Obiectio tacita.

Solutio.

Ad tertiã.

Ad quartam.

Ad quintam.

REMOVENDO DICTA ANTIQVORVM ostenditur quid sit motus. Tractatus primi. Cap. II.

Atque patet nos de ipso motu rectè dixisse, & ex hisce, quæ cæteri de ipso dixerunt, & quia non est facile ipsum aliter diffinire. Neq; n. motum, mutationẽq; quispiam alio in genere ponere potest. Neque qui aliter de ipso dixere, rectè dixisse uidẽtur Id ita esse in continuo sanè patebit. Quidam enim diuersitatem, & inequalitatem, & id etiam, quod haud est, motum esse dixerunt.

Tex. c. 21

Quod autem bene dictum sit manifestum est, ex quibus alij de ipso dicunt, & ex eo, quod non facile est diffinire aliter ipsum. Neque enim motum in alio genere ponere potest utique aliquis. Manifestum autem intendentibus, quemadmodum ponunt quidem ipsam alteritatem, & inæqualitatem, & quod non est, & dicentes esse motum.

ISTVD est secundum cap. huius tractatus, in quo remouendo dicta antiquorum de motu, ostenditur, quod diffinitio prædicta motus sit cõueniente assignata, & inuestigatur etiam alia diffinitio motus, unde istud capitulum cõtinet tres partes principales, quoniam in prima ponitur intentio, & etiã reprobatio opinionis antiquorum. In secunda ibi. [Causa autem in hoc] assignatur causa erroris antiquorum. In tertia ibi [Mouetur autem, & mouens.] Inuestigatur alia diffinitio motus. Prima pars continet duas particulas, quia in prima ponitur intentio, & etiam opinio antiquorum. In secunda ib. [Quorum nullum.] Destruitur opinio antiquorum. In prima

mæ igitur particulæ huius partis Phylosophus proponit intentionem suam, & etiam opinionem antiquorum, primo tamen dicit. Quod autem bene dictum sit, quid est motus, manifestum est ex dictis aliorum, & ex hoc, quod non est facile aliter diffinire motum, nec est possibile ponere motum in alio genere quam sit positus, scilicet, in alio genere, quam in genere actus. Deinde ponit Phylosophus opiniones antiquorum male diffinientium motum, & ponit tres diffinitiones motus positas ab antiquis, quoniam quidam dixerunt, motum esse alteritatem, quidam vero inæqualitatem, quidam autem non ens, & dixerunt eas esse diffinitiones motus.

At nihil prorsus siue sit diuersum, siue inæquale, siue non ens, necessario moueri uidetur.

Quorum nullum necessarium est moueri, neque si altera sint, neque si inæqualia, neque si non sint.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus reprobat opiniones antiquorum de motu, & probat, quod motus, nec est
B
Octaua conclusio huius libri. alteritas, nec inæqualitas, nec non ens, & hæc est octaua conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Necesse est omne illud, in quo est motus, moueri, sed non est necesse, omne illud, in quo est alteritas, uel inæqualitas, uel non ens moueri, quia non est necesse omne alterum moueri, nec est necesse omne inæquale moueri, nec est necesse omne non ens moueri, igitur motus, nec est alteritas, nec inæqualitas, nec non ens. Et si dicatur, quod per illam rationem posset probari, quod motus non est ens, quia non est necesse, omne ens moueri, & necesse est omne illud, in quo est motus moueri, ergo motus, non est ens. Dicendum, quod ratio Phylosophi solum probat, quod nullum istorum trium est diffinitio motus, scilicet, nec alteritas, nec inæqualitas, nec non ens, quia si aliquod horum esset diffinitio motus, necesse esset illud, in quo est diffinitio motus, moueri, sicut est necesse omne illud, in quo est motus, moueri & ideo concedo, quod per idem argumentum posset probari, quod motus non est ens conuertibiliter, sic quod ens sit diffinitio motus. Vnde notanda sunt verba Commen. hic, qui dicit sic, & debes scire, scilicet, quod illa diffinitio motus superius posita est manifesta per se, at-
C
Idem secundo de anima c. 12. tamen debet inueniri per aliquam uiam earum, quibus inuenimus huius generis diffinitiones, scilicet, aut per uiam diuisionis, aut per uiam compositionis. Diffinitiones enim ignotæ naturaliter necesse est, ut in eis utatur quis syllogismo, aut in declarando diffinitiones, & diffinitum esse, quando ignotum fuerit utrunque, aut in declarando, quod diffinitio est diffiniti, quando diffinitum fuerit manifestum per se, & diffinitio ignota. Phylosophus igitur, in declarando diffinitionem motus usus est tribus, scilicet, diuisione, inductione, & uia accepta a contrario hæc Commen. & uidetur, quod diuisione usus sit superius in parte secunda. ca. i. ubi ponit quinque diuisiones. Inductione uero usus est, ubi probauit diffinitionem motus per inductionem, & hoc ibi [Vt alterabilis, &c.] Via autem accepta a contrario usus est ibi [sed potentia existentis] Vbi probauit, quod motus est actus rei, secundum quod in potentia per hoc, quia impossibile est, quod motus sit perfectio rei secundum quod est in actu, & per consequens est perfectio rei secundum quod est in potentia. Et nota secundum Commen. in his uerbis, quod diffinitio per se manifesta potest declarari per uiam compositionis, aut diuisionis, sed diffinitio naturaliter ignota debet declarari per
D
syllogismum. & hoc, uel declarando iam diffinitionem quam diffinitum esse, quando utrunque est ignotum, aut declarando diffinitionem de diffinito, quando diffinitio est ignota, & diffinitum est manifestum per se.

Et insuper non ad hæc, aut ex hisce magis ipsa mutatio, quam ex oppositis est.

Tex.c. 13. *Sed neque mutatio, neque in hoc, neque ex his magis est, quam ex oppositis*

SEcundo probatur eadem conclusio. quandocunque aliquid æqualiter respicit duo opposita non magis diffinitur per vnum illorum oppositorum, quam per reliquum, sed motus æqualiter respicit hæc tria, & eorum opposita, ergo motus non magis diffinietur per inæqualitatem, quam per

A
æqualitatem, nec magis per alteritatem, quam per suum oppositum, nec magis per non ens, quam per ens. minorem huius rationis Phylosophus declarat in litera dicens, quod motus non magis incipit ex his, quam ex eorum oppositis, nec magis determinatur ad hæc, quam ad eorum opposita, & loquitur de istis tribus, uidelicet, de alteritate, de inæqualitate, & de non ente.

Ponendi autem motum in hisce causa fuit, motum indefinitum quoddam esse uideri.

Causa autem in hoc ponere, quod indeterminatum quoddam uidetur esse motus.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus assignat causam erroris antiquorum, & continet duas particulas, quia in prima ponitur causa erroris. In secunda autem ibi. [Et motum quidem.] Remouetur causa illius erroris. In prima igitur particula huius partis, dicit Phylosophus, quod causa illius erroris, uidelicet, Causa erroris antiquorum circa diffinitionem motus.
B
quare antiqui diffiniebant motum istis diffinitionibus, quæ non sunt diffinitiones ueræ, quia datur per solas priuationes, fuit, quia res debet permanere apud diffinitiones suas, cum non deferant diffinitiones suas, & motus est quid indeterminatum non permanens, ideo dixerunt, quod motus non habet diffinitionem ueram, sed solum debet diffiniri per priuationes, quia existimabant motum esse priuationem, cum secundum eos sit quoddam indeterminatum non permanens, ideo dixerunt, quod motus non habet ueram diffinitionem, sed solum debet diffiniri per priuationem.

Alterius uero principia seriei, indefinita sunt sane ex eo quia sunt priuatiua. Nihil enim ipsorum, aut hoc aliquid, aut tale, aut cæterorum quicquam est prædicamentorum.

Alterius autem coordinationis principia ex eo, quod sunt priuatiua indeterminata sunt. Neque enim hoc neque tale, neque vnum ipsorum, quia neque aliorum prædicamentorum.
C

CAusa vero propter quam posuerunt motum esse priuationem, & in ca. principiorum priuatiuorum fuit, quia priuatio est res non habens diffinitionem, & motus est res non habens diffinitionem, ergo motus est priuatio. & cum motus sit principium secundum eos posuerunt motum esse in ca. principiorum priuatiuorum, & dicit Commen. quod potentia huius sermonis est ex duabus affirmatiuis in secunda figura, & utraque propositio est falsa, motus enim habet diffinitionem, ut declaratum est, & priuationes etiam quodammodo habent diffinitiones. ergo &c. item dicit Commen. per hoc quod Phylosophus dixit, quod priuationes sunt principia alterius partis, uel alterius coordinationis intêdebat hoc, quod pythagorici opinabantur, scilicet, quod principia rerû diuiduntur in duas partes contrarias, & quod una pars continet illa opposita, quæ sunt in ca. priuationis, & alia pars continet illa, quæ sunt in ca. habitus, & ponebant in una parte, scilicet, bonum, & æquale par. & unum dextrum masculum, quietem, rectum quadratum, & lumen, & eorum opposita, uidelicet malum, inæquale, &c. posuerunt in ca. priuatio-
D
nis, sic igitur posuerunt motum esse priuationem, quia dixerunt motum non habere diffinitionem, quia motus est quoddam non permanens, & illud, quod habet diffinitionem debet esse res permanens, non deficiens suam diffinitionem.

At, vt uidetur motus indefinitum quoddam esse. causa fuit non posse ipsum, aut potentia rerû, aut in actu poni. Neque enim id, quod esse potest quantum, neque id quod est actu quantum necessario mouetur.

Videri autem indeterminatum esse motum causa est, quia neque in potentia eorum, quæ sunt, generum, neque in actu est ponere ipsum, neque enim possibile est, quantitatem moueri ex necessitate, neque quod actu quantum est. Tex.c. 14.

Ad

ADhuc est alia causa propter quam existimauerunt motum esse priuationem, & hæc est causa, quia ipsi existimabant, quod omne, quod est, est simpliciter in potentia, ibi est simpliciter in actu, sed motus nec est simpliciter in actu, nec simpliciter in potentia, quia quando res est simpliciter in potentia non mouetur, & similiter, quando res est simpliciter in actu, tunc non mouetur, sed tunc motum est. cum igitur motus non sit simpliciter sub potentia, nec simpliciter sub actu, & hæc duo sunt duæ primæ partes entis, ut dixerunt, sequitur, quod motus non erit in ca. entis, sed in priuatione, & latuit eos actus medius inter potentiam, & actum, qui est perfectio entis in potentia secundum, quod est in potentia.

Et motus actus quidem esse quidam videtur. Imperfectus tamen, propterea, quod ipsum possibile imperfectum est, cuius est actus. Et idcirco difficile est accipere quidnam sit motus.

Tex. c. 15. *Et motus quidē actus quidā videtur esse. imperfectus tem. Causa autem est, quoniam imperfectum quid possibile, cuius est actus, propter hoc igitur difficile est ipsum accipere, quid sit.*

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua remouetur causa erroris antiquorum: causa, scilicet, quare antiqui opinabantur, quod motus sit priuatio, fuit illa, quia motus non videtur habere diffinitionem, cum non sit permanens, & etiam, quia motus, nec est potentia pura, nec est actus purus, & inter ista non videtur esse aliquod genus medium, ideo posuerunt motum esse priuationem. Iden hoc motiuum remouetur per hoc, quia est aliquod medium inter actum purum, & potentiam purā, scilicet, actus imperfectus, siue actus permixtus potentiæ, & huiusmodi actus est motus. Quod autem motus sit actus imperfectus probatur, & hæc est nona conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Illud quod est perfectio alicuius imperfecti secundum, quod est imperfectum est actus imperfectus, sed motus est actus imperfecti secundum quod imperfectum est ergo, & quia motus est actus imperfectus, ideo difficile est accipere quid sit motus.

Nona conclusio huius libri.

Necesse est .n. ipsum aut in priuatione, aut in potentia, aut in actu simplici ponere. At nihil horum esse posse videtur. Restat igitur modus ille iam dictus, actum quidem ipsum aliquem esse, talem autem actum, qualem antea diximus, qui difficilis quidem est cognitu, potest autem esse.

Aut enim in priuationem necesse est ipsum ponere: aut in potentiam, aut in actum simplicem. Horum autem nullum videtur contingens. Relinquitur igitur prædictus modus actum quendam esse: sed huiusmodi actum, qualem diximus, difficile quidem videre, contingentem autem esse.

SEcundo probatur eadem conclusio sic, motus, vel est pura priuatio vel potētia pura, uel actus perfectus, vel actus imperfectus. sed motus nec est priuatio pura, nec potentia pura, nec actus perfectus. ergo relinquitur, quod motus sit actus imperfectus, & quia motus est actus imperfectus, ideo difficile est videre, quid sit motus. & hoc propter imperfectionem suæ naturæ, sed, quamuis sit difficile, tamen est possibile. Et non secundum Linconiensem, quod ista est secunda diffinitio motus conclusa, scilicet, quod motus est actus imperfectus.

Mouetur autem, & omne mouens, vt diximus, quod est potentia mobile. Et cuius immobilitas quies est. Cui .n. motus inest. huius perfecto immobilitas quies est. Nam in hoc agere ratione a qua tale est, monere nimirum est. At hoc facit tactu. Quare simul etiam patitur. Quocirca motus

Tex. c. 16. actus est mobilis, ut est mobile.

Mouetur autem, & mouens omne sicut dictum est, cū sit potētia mobile, et cuius immobilitas quies est, Cui .n. motus inest huiusmodi mobilitas quies est, adhuc agere .n. inquantum huiusmodi ipsum mouere est, hoc autē facit tactu, quare simul, & patitur. Vnde motus actus mobilis est, inquantum est mobile.

HAec est tertia pars principalis huius capituli, in qua inuestigatur alia diffinitio motus, scilicet, diffinitio materialis, quæ est quasi conclusio demonstrationis, & continet duas particulas, quoniam in prima ostendit Phylosophus, quod motus est actus mobilis inquantum mobile. In secunda ibi [Accidit autem hoc.] Ostendit, quod mouens non mouetur, nisi per accidens. In prima igitur particula huius partis probatur, quod motus est actus mobilis, inquantū mobile, & hæc est decima conclusio huius libri, quæ probatur triplicite, & primo sic. Omne mouens, cum sit in potentia mobile, in mouendo mouetur, sed mouens non mouetur, nisi cū est in potentia mobile: motus igitur non est actus alicuius, nisi inquantum illud est in potentia, sed inquantum est in potentia est mobile. ergo motus est actus mobilis, inquantū mobile. Vel sic, motus est actus mobilis, quod simul mouet, & mouetur, sed non est actus mobilis, inquantum mouet. ergo est actus mobilis, inquantum mouetur, & per consequens motus est actus mobilis, inquantum mobile, huius rationis Phylosophus primo declarat maiorem .d. quod omne mouens mouetur, sub istis duabus conditionibus, scilicet, quod illud mouens sit in potentia mouendi sic, quod quandoque mouet, & quandoq; non. Vnde ubi in nostra translatione habemus in potentia mobile. translatio Commen. habet in potentia mouendi. & Commen. exponit sic, scilicet, quod sit mouens in potentia, sic, quod quandoque mouet, & quandoque non. Secunda conditio est, quod sit mouens, cuius immobilitas hoc est cessatio a motu sit uera quies, cum enim alicui inest motus huiusmodi immobilitas est quies, & non alterius. Et addit Commen. d. quod Phylosophus posuit hanc secundam conditionem, quia non omne mouens in potentia mouetur in mouendo: potentia enim, & habitus sunt mouentes in potentia, cum aliquando mouent, & aliquando nō: sed tamen non dicuntur quiescere, cum non sint corpora, & per consequens, dicuntur moueri. sic igitur apparet maior, scilicet, quod motus est actus illius, quod simul mouet, & mouetur, quia motus est actus illius, quod mouetur, & illud, quod mouetur simul mouet. minor vero declaratur ibi [Adhuc agere.] & hoc sic. agere inquantum huiusmodi est mouere, sed hoc facit mouens, scilicet, mouere, ita quod moueatur tangendo, sed inquantum tangit patitur. & sic moueri inest sibi, inquantum patitur, & sic inquantum mouetur, non inquantū mouens hæc igitur est declaratio minoris. mouens per se mouetur, sed, quod moueatur hoc sibi competit secundum quod tangit, & patitur, & ut sic est mobile. ergo motus non est actus illius, quod mouet, si mouetur inquantum mouet, sed inquā tum mouetur, & patitur. vnde Commen. dicit quod actio propria motus, secundum quod est mouens est mouere, & non moueri. Idem dicit Commen. quod tale mouens, & motum, scilicet, quæ simul mouent, & mouentur sunt illa, quorum materia est eadem, vt declaratum est in libro perigeneseos, & ideo corpora cælestia non mouentur ab his, quæ mouentur. Notandum secundum Commen. hic, quod hæc diffinitio, scilicet, motus est actus mobilis, inquantum mobile est notior prima, quæ dicit, quod motus est actus entis in potentia inquantum in potentia, sed prima magis demonstrat substantiam motus. ista enim differentia, videlicet, inquantum mobile est materialis, sed prima videlicet inquantum in potentia est secundum formam.

Alia diff. motus.

Decima conclusio huius lib.

Expositio Commē.

Primo de gen. t. c. 43.

Notabile.

Accidit autem hoc ipsius motiui tactu. Quare simul etiam patitur.

Tex. c. 17. *Accidit āt hoc tactu motiui, quare simul, et patitur.*

HAec est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod quamuis mouens moueatur, hoc tamen est per accidens, & per hoc remouetur quoddam dubium. quia posset aliquis dicere, quod, quia mouens mouetur, ut dictum est, quod propter hoc moueri per se inesset motori, ideo Phylosophus remouendo hoc probat, quod mouens non mouetur nisi per accidens, & hæc est undecima conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Mouens non mouetur nisi per accidens, secundum quod tangitur, & secundum quod est corpus habens forma in materia, sed accidit mouenti, quod mouendo tangatur. ergo mouens non mouetur nisi per accidens.

11. concl. huius lib.

Semper autem id, quod mouet formam aliquã afferet aut hoc, aut tale, aut tantum quæ quidem principium erit, & causa motus, cum mouet: Id enim quod actu est homo, facit hominem ex eo, quod est potentia homo.

Speciis autem semper existimabitur aliqua mouẽs. Aut enim hæc, aut qualis, aut quanta, quæ erit principium & causa motus, cum moueat actu, homo facit ex potentia existente homine hominem.

SEcundo probatur hæc conclusio sic. omne mouens mouet secundum formam, & secundum, quod est in actu, sed non mouetur nisi secundum quod est in potentia. ergo mouens non mouetur secundum quod est mouens, & per consequens mouens non mouetur, nisi per accidẽs, probatio primæ huius rationis ponitur in litera, & secunda patet ex præcedentibus, dicit ergo Phylosophus, quod semper existimabitur aliqua forma mouens, idest semper existimabitur, quod aliqua forma sit illud, quo mouens mouet, hæc aut forma substantialis, aut aliqua quantitas, aut aliqua qualitas, verbi gratia, de substantia, ut homo in actu per formam suam facit de homine in potentia, ut de sanguine menstruo, qui est homo in potentia hominem in actu. Et dicit hic Commen. si igitur forma fuerit demonstrata simpliciter, idest, in substantia mouebit ad substantiam demonstratam, & si fuerit qualis mouebit ad qualitatem demonstratam, & si fuerit quanta mouebit ad quantitatem demonstratam, & si fuerit quanta mouebit ad quantitatem demonstratam, & si habuerit naturam mouendi ad aliquem locum mouebit ad illum, & ex hoc loco posset accipi quodiam forma substantialis, quam quantitas est principium agendi, & mouendi. Vnde dico, quod ex hoc loco non habetur expresse, quod quantitas sit principium mouendi ad quantitatem, sed quod forma quanta est principium mouendi ad quantitatem, nunc autem non omnis forma quanta est quantitas. Sed circa hoc ca. dubitatur, scilicet, utrũ mouens naturale in mouendo moueatur, & videtur, quod non, quia mouens est in actu, & motum in potentia, sed idem respectu eiusdem non est in potentia, & in actu. Item per Phylosophum secundo cæli, & in libro de motu animalium, potentia motoris debet excedere potentiam moti. si igitur idem respectu eiusdem sit mouens, & motum, quod oportet, si mouens moueatur a moto, sequitur, quod idem respectu eiusdem sit excedens, & excessum. Hoc confirmatur, quia quæro, aut mouens, & motum sunt adæquata in potentijs, vel non. si sic, tunc neutrum mouet reliquum, quia simile non agit omnino in sibi simile. si vero potentia vnius sit maior potentia alterius, tunc illud, quod est maioris potentiæ, mouebit illud, quod est minoris potentiæ, & non mouebitur ab eo cum potentia motoris excedat potentiam rei motæ, & sic nunquam mouens mouebitur, cum moto, quia si sit æqualis uirtutis cum moto, nec mouebit, nec mouebitur, si uero sit maioris virtutis mouebit, & non mouebitur, si autem sit minoris virtutis mouebitur, & non mouebit. Item accipiatur aliquod agens magnæ virtutis, & ponatur aliquod passum paruæ uirtutis in vltimo distantiæ, secundum quam agens maioris uirtutis potest agere, & sit agens magnæ uirtutis a. & patiens paruæ uirtutis sit. b. tunc certum est, quod a. agit in b. quia a potest agere per totam illam distantiam, quæ est inter a. & b. & certum est, quod b. non potest agere in a. cum b. non possit agere per totam illam distantiam. ergo a. quod est mouens naturale non mouetur a moto. Dicendum igitur, quod omne mouens naturale in mouendo mouetur, suppositis istis duabus conditionibus, scilicet, quod sit in potentia mouens, ita, quod quandoque moueat, & quandoque non, & quod cessatio eius a motu sit uera quies, sicut dictum est in exponendo literam, ut exponit Commen. Vnde breuiter omne mouens in potentia, cuius immobilitas est vera quies, non mouet, nisi moueatur: per hoc enim, quod eius immobilitas est quies habetur, quod tale mouens, quod in mouendo mouetur, est corpus & per hoc, quod est mouens in potentia, habetur, quod communicat in materia cum moto: nunc autem omne corpus mouens communicans in materia cum moto mouetur a moto, & ideo omne mouens in potentia, cuius immobilitas est quies, mouetur a moto, sed non oportet, quod omne corpus mouens moueatur a moto, quia cælum mouet

Oppositũ de qualitate, & q̃titate nũ de 7. met. t. cõ. 32.

Primum dubium.

Te. cõ. 36.

Secundũ

Confirmatio eiusdẽ.

Tertium.

A hæc inferiora, & tamen non mouetur ab eis? sed bene omne mouens corporeum mouetur. Ad hæc dico, quod omne mouens corporeum communicans cum moto in materia mouetur ab aliquo moto ab eo, sed non oportet, quod moueatur ab omni moto ab eo, sed a moto proximo. Dico igitur tria. primo, quod non oportet omne mouens moueri in mouendo, quia aliquod est mouens penitus immobile, ut patet octauo huius. secundo dico, quod omne mouens corporeum in mouendo mouetur, sed non omne mouens corporeum mouetur a moto ab eo, nec eodem motu secundum genus, quo mouet, nam cælum mouet ista inferiora motu alterationis, & non mouetur ab eis motu alterationis. tertio dico, quod omne mouens corporeum communicans in materia cum moto mouetur a moto proximo, & hoc si communicat cum moto in subiecto receptiuo formæ contrariæ illi formæ, qua agit, quando autem non communicat in subiecto receptiuo formæ contrariæ illi formæ, per quam agit, non oportet, ut patet, quoniam sensibile non communicat cum sensu in subiecto receptiuo formæ contrariæ, ideo sensibile mouens sensum non patitur a sensu, nec etiam oportet, quod moueatur a quocunque moto ab eo, quantumcunque remoto. B Ad primum igitur argumentum dico, quod mouens est in actu, & motum in potentia, & non est inconueniens, quod idem respectu eiusdem sit in potentia, & in actu respectu diuersorum, vt patet cum calidum agit in frigidum, tunc calidum est in actu per calorem respectu frigidi, & est in potentia respectu frigidi ad frigiditatem, & sic idem respectu eiusdem est in potentia, & in actu, ratione diuersarum formarum: nec hoc est inconueniens. Ad secundum dico, quod potentia motoris, secundum quam mouẽs, excedit potentiam eiusdem speciei in ipso moto, tamen in moto potest esse potẽtia contraria æqualis: verbi gratia, si calidum agat in frigidum, calidum agit per calidnatem, & calidnas in calido agente excedit caliditatem in passo, quia si essent æque calida neutrum ageret in reliquum per caliditatem, sed non oportet, quod caliditas agentis excedat frigiditatem in passo. Dico igitur, quod mouens mouet motum per unam formam, & patitur a moto per aliam formam, & mouens in forma, secundum quam mouet, excedit motum, & in forma, secundum quam mouetur, exceditur a moto, & non est inconueniens, quod idem respectu eiusdem sit excedens, & excessum secundum diuersas formas, C non enim est inconueniens, quod aliquid excedat aliud in caliditate, & quod excedatur ab eo in frigiditate. Ad confirmationem igitur cum dicitur, aut mouẽs, & motum sunt adæquata in potentijs, aut non. Dico, quod mouens, & motum esse adæquata in potentijs potest intelligi dupliciter, videlicet, vel quod sunt adæquata in eadem potentia secundum speciem, vel, quod sunt adæquata in contrarijs potentijs. exemplum primi, vt si aliqua duo sint calida in eodem gradu sunt adæquata in eadem potentia secundum speciem. & tunc dico, quod neutrum illorum agit in reliquum secundum illam potentiam, vel virtutem, in qua sunt adæquata. exemplum secũdi, vt si accipiantur duo, quæ sic se habeant, quod quantum vnum habet de calido, tantum reliquum habeat de frigido, tunc dico, quod illa, quæ sic sunt adæquata in potentijs contrarijs, possibile est, vt vtrunque agat in alterum. Quoniam igitur dicitur, quod si sunt adæquata, neutrum agit in reliquum. Dico, quod si sint aliqua duo adæquata in eadem uirtute secundum speciem, neutrum eorum agit in reliquum per illam uirtutem, in qua sunt adæquata. Et similiter dico, quod si vnum excedat alterum in eadem uirtute secundum speciem excedens agit in excessum per illam virtutem, sed excessum D non potest agere per illam virtutem, in qua exceditur. Vnde magis calidum potest calefacere minus calidum, sed minus calidum non potest calefacere magis calidum. si vero duo sint adæquata in uirtutibus contrarijs utrunque potest agere in reliquum, ut si quotum ignis habet de caliditate tantum habeat aqua de frigiditate, utrunque potest agere in reliquũ, quia vtrunque excedit reliquum in forma, quam reliquum natum est suscipere. similiter si unum excedit reliquum secundum formam contrariam, verbi gratia, si ignis plus habeat de caliditate, quam aqua de frigiditate, vtrunque potest agere in reliquum quia vtrunque excedit reliquum secundum aliam, & aliam formam secundum speciem. Ad aliud argumentum dico, quod agens magnæ virtutis, si agit in passum paruæ uirtutis multum distans, non oportet, quod repatiatur ab eo, sed tamen repatitur a passo, in quod proxime agit, quoniam agens magnæ uirtutis non agit in distans ab eo, nisi agens in medium, & ab illo medio repatiatur. ergo &c.

Resolutio titius materiæ.

Tex. c. 52.

Ad primũ

Ad secundum.

Ad confirmationẽ.

Ad tertiũ.

Soluun-

SOLVVNTVR DVBITATIONES A de motu. Tractatus primi.

Cap. III.

Quæ cum ita sint, patet motum in ipso mobili esse: id, inquã, quod mutatur. Est enim actus huius ab ipso motiuo. Motiui quoque actus non alius quisquam est. Ambo nanque actum esse oportet. Est n. hoc quidem motiuum, quo potest hoc autẽ mouens: quo agit. At ipsius mobilis est actiuum. Quare perinde amborum vnus est actus.

Tex.c.18. *Dubium autem manifestum est quod est motus in mobili. Actus enim huius, & ab hoc. Motiui autem actus non alius est. Oportet quidem enim esse actum vtrisque: Motiuũ quidem enim est in ipso posse. Mouens autem in ipso operari, vel agere, sed est actiuum mobilis. Quare similiter vnus vtriusque actus.* B

Istud est tertium capitulum huius tractatus in quo soluuntur dubitationes de motu, de agere, & de pati. & continet quatuor partes principales, quia in prima soluitur quædam dubitatio de motu. s. an motus sit in mouente, aut in moto. In secunda ibi, [Habet autem ea quæ faciunt.] Mouentur aliæ dubitationes, quæ faciunt dubitare circa solutionem prædictæ dubitationis. In tertia vero ibi [Aut neque alterius.] Soluit illas dubitationes, & positiones in contrarium. In quarta ibi, [Quod quidem igitur.] recapitulat ea quæ sunt dicta in hoc tractatu primo. In prima igitur parte principali huius capituli potest dici, quod illud dubium antiquorum est manifestum. s. in quo est motus tanquam in subiecto, manifestum enim est ex præcedentibus. s. quod motus est in mobili tanquam subiecto, quia probatum est prius, quod motus est actus mobilis in quãtum mobile, & per consequens motus est in mobili tanquam in subiecto, 12. concl. huius lib. & hæc est duodecima conclusio huius libri. s. quod motus est in mobili tanquam in subiecto, hæc conclusio probatur sic. C Omnis actus mobilis, qui est in mouente, est in mobili, vt in subiecto, sed motus est actus mobilis, qui actus est a mouente. ergo, motus est vt in subiecto, maior patet, quia actus mouentis in mobili sit in ipso mobili, & per consequens est in ipso subiectiue. minor vero ponitur in litera. Sed quia dictum est, quod motus est actus mobilis, & quod est a mouente, ita quod est idem actus mouentis, & mobilis, & quia hoc potest esse dubium. s. an idem sit actus motiui, & mobilis, ideo hic phylosophus declarat, & probat, quod idem est actus motiui, & mobilis, & hæc est decimatertia conclusio huius libri, primo tamẽ probatur hæc conclusio, secundo vero Phy. narrat, qualiter actus motiui, & actus mobilis sunt idem. Probatur igitur prima conclusio sic, idem est actus agentis, & patientis, quia ille idem actus, qui efficitur ab agente recipitur in passo. sed motiuum 13. concl. huius lib. est agens, & mobile est patiens. ergo, idem est actus motiui, & mobilis, huius rationis Phyl. primo ponit conclusionem d. quod motus actiui non est alius, supple, quam actus mobilis. oportet quidem enim eundem esse actum vtrique. s. motori, & mobili. Deinde ponitur minor huius rationis, cum dicitur, quod motiuum. i. mobile, est in ipso passo. i. mobile est patiens, siue passiuum, mouens autem in ipso operari, vel agere, id est mouens est agens, & ex his concludit Phylosophus conclusionem, scilicet, quod vnus est actus motiui, & mobilis. D

Atque vnius ad duo, & duorum ad vnum idem est interualum, & vt accliue, atque decliue. Hæc enim vnum quidem sunt: at ratio non est vna. Similiter res sese habet, & in hisce, quorum alterum mouet, alterum mouetur.

Sicut idem spatium est vnius ad duo, & duorum ad vnum, & ascendentis, & descendentis. Hæc enim vnum quidem sunt, ratio autem non vna. Similiter autem est, & in mouente, & in moto.

A CVM Phyl probauit, quod idem est actus motiui, & mobilis, narrat, qualiter actus motiui, & actus mobilis sunt idem. Et intendit dicere, quod actus motiui, & mobilis sunt vnũ realiter, ratio tamen eorum non est vna. i. alia est ratio diffinitiua illius actus, secundũ quod est a mouente, alia est secundum, quod Exemplũ primum. recipitur in mobili, & ad hoc declarandum ponit Phyl. duo exempla. Exemplum primum est spatium, quod vnum habet ad duo, & quod duo habent ad vnum: illud est vnum, & idem Exemplũ secundũ. realiter, & tamen eius ratio non est vna. Exemplum secũdum est spatium ascendentis, & descendentis. i. spatium a deorsum in sursum, & a sursum in deorsum, quod spatium est idem realiter, & diuersum secundum diffinitionem, & eodem modo actus motiui, & actus mobilis sunt idem realiter, & differunt Dubium. ratione. vnde per rationem intelligit diffinitionem quidditatiuam. Sed dubium est, qualiter eadem res, potest habere diuersas diffinitiones, quia cum diffinitio significet quidditatem rei, & vna & eadem res non habet, nisi vnam quidditatẽ: videtur, quod vna, & eadẽ res non habeat nisi vnam diffinitionẽ. Dicendum, quod vna & eadem res potest diuersimode mouere intellectum, vt spatium, quod est inter sursum, & deorsum potest mouere intellectum diuersimode, videlicet vno modo: B vt est a sursum in deorsum, alio modo vt est a deorsum in sursum, & istæ sunt diuersæ rationes se tenentes ex parte obiecti eiusdem, cum igitur diffinitio sit sermo significans quidditatem, prout appræhenditur ab intellectu, & eadem quidditas potest diuersimode appræhendi ab intellectu: sequitur, quod eadem Respõsio. quidditas potest habere diuersas diffinitiones. Dico igitur, quod quamuis vna, & eadẽ res habeat diuersas diffinitiones; tamen non habet diuersas quidditates, immo diuersæ diffinitiones significant eandem quiditatem diuersimode apprehensam ab intellectu. Notanda sunt hic dicta Comment. primo Notabile. quod Commen. dicit hoc, quod necesse est, vt motus sit eadem perfectio vtriusque. s. motoris & moti, & non, quod mouere sit aliud a moueri omnibus modis. s. aliquid existens in essentia motoris, quemadmodum motus est in essentia moti, quoniam actio motoris, quæ est mouere, est eius & non in eo. hæc Commen. & ex hoc expresse habetur, quod actio non est in agente, sed in passo. Item dicit Commen. quod actio motoris est facere motum in aliud: & ideo addit Comment. d. quod sicut actio agentis, & patientis est vna in subiecto, & duo in diffinitione: ita est de motore & moto, & vniuersaliter in omnibus relatiue oppositis, quoniam sicut idem est spatium, seu proportio C vnius ad duo, & duorum ad vnum, ita est etiam spatium ascendentis & descentis, quoniam spatium in ascensu, & spatiũ in descensu idem sunt secundum substantiam: non tñ est ratio Notabile. vna, & similiter est in mouente, & moto, quia motus vtriusq; est vnus secundum substantiam, non tñ est vnus secundũ rationem, quia per comparationem ad agens dicitur mouere, & per comparationem ad passum dicitur moueri. Vnde notãdum, quod Commen. declarat illa exempla, quæ phyl. ponit in litera, & primo illud de proportione vnius ad duo, & duorum ad vnum d. proportio enim inter vnum & duo est eadem secundum, quod est inter duo, & est duæ secundum. quod est proportio vnius ad duo, quod est dimidium, est alia a proportione duorum ad vnum. quod est duplum. Hæc Com. intelligendum, quod proportio inter vnum & duo potest considerari vel solum, vt est inter duo extrema, & illa proportio, quæ est vnius ad duo potest considerari, vel secundum quod est quoddam interuallum inter illa duo extrema, & sic est vna proportio re, & ratione. Alio modo potest considerari illa proportio, vt est vnius ad duo, & sic est vna secundum substantiã, & diuersa secundũ diffinitionem, quia alia est eius ratio, vt est ab vno D termino, & alia est ratio eius, vt est ad alterũ terminum. Tertio modo potest considerari proportio vnius ad duo, & proportio, quæ est duorum ad vnum, & sic sunt duæ proportiones diuersæ secundum rem, & secundum rationem, quoniam vbi extrema relationis sunt diuersa, alia est relatio unius extremi ad aliud, & alia econuerso. unde non est eadem proportio duorum ad unum, & unius ad duo, quia proportio duorũ ad unum est dupla, & proportio unius ad duo est dimidium, exemplum igitur phylosophi debet intelligi de relatione, quæ est unius ad duo, quæ ut est unius, & ut est ad duo est tadem secundum rem, & diuersa secundum rationem, & ita est de moto, qui est actus motoris, & mobilis, quia est unus secundum rem, & diuersus secundum rationem. Aliud exemplum declarat Comm. d. & similiter ascensus, & descensus sunt idẽ secundũ, quod sunt motus inter duo, & sunt duo, quia in respectu superioris dicitur ascẽsus, & in respectu inferioris dicitur descensus tamen non est eadem diffinitio ascensus, & descensus, sed ambo sunt idem sm substantiam, & sic est de motore

& moto, quoniam actio facta inter illa est eadem: sed in respectu alterius dicitur mouere, & in respectu alterius dicitur moueri, quæ sunt valde opposita, hæc Com. Sed dubium est, qualiter ascensus, & descensus sint idem motus, cum sint motus contrarii. Potest dici, quod motus reflexus factus sursum iterum reflectendo deorsum potest dici ascensus, & descensus, ascensus respectu loci superioris, ad quem est, descensus respectu loci inferioris, ad quem redit; tamen poneretur exemplum conuenientius, si loco ascensus, & descensus poneretur accessus, & recessus quoniam idem motus, secundum substantiam, qui est recessus a termino a quo, est accessus ad terminum ad quem: sed differunt ratione, & forte Commen. in suo idiomate per ascensum, & descensum intelligit accessum, & recessum.

Dubium. Responsio.

Existit autem hoc loco dubitatio disserendi facultati accomodata. Necesse est enim actum aliquem esse ipsius actiui, etiã ipsius passiui. Est enim actio quidem illius, passio vero huius. Et opus, finisve illius actio, huius effectus. Si igitur ambo sint motus, sintque diuersi, in quonam sunt: Aut enim in patiẽte, & eo mouetur sunt ambo, aut actio quidem est in agente passio vero in patiente. Quod si hanc etiam actionem oporteat appellare, nomine solo conuenient.

Tex. c. 19. *Habet autẽ defectum rationabilem. Necesse est enim fortassis esse quendam actum actiui, & passiui. Hinc quidem enim actio, illinc autem passio, opus enim & finis huius quidem actio illius autem passio. Quoniam igitur vtraq; sunt motus, si quidem alteri in aliquo sunt. Aut enim vtraque in patiente, & moto sunt, aut in agente sunt vtraque. Aut actio quidem in agente, passio autem in patiente est. Si autem oportet & hanc actionem vocare æquiuoce quidem fit.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, & est inquisitiua, in qua mouentur dubitationes rationales circa prædicta, & primo ponuntur dubitationes, secundo vero ponuntur rationes facientes dubitare, quia igitur immediate dictum est, quod actus actiui, & passiui sunt vnus motus secundum substantiam, & diuersi secũdum speciem, ideo circa hoc mouentur duæ quæstiones disputatiuæ, quarũ prima est, an agere, quæ est actio motoris, & agi, quæ est actio moti sint eadem, vel diuersa, & innuit Phy. rationem probantem, quod sunt diuersa, quæ talis est, tam agẽs, quam patiens habent actionem propriam, & actio agentis est agere, & actio patientis est pati, & hæ duæ actiones sunt diuersæ, & similiter finis prouenientis ab operatione vtriusque est diuersus, ideo ex his arguitur sic, illæ actiones sunt diuersæ, ex quibus proueniunt fines diuersi, sed ex actione agentis, & ex actione patientis proueniunt fines diuersi, ergo. Vnde dicit Com. ꝙ Phyl. innuit, quod quemadmodum fines sunt diuersi, est necesse, vt actio diuersificetur, & innuit hoc, quia diuersitas in finibus est manifestior, quam diuersitas in actionibus: hæc igitur est prima quæstio. s. an agere, & agi sint idem, an diuersa. Secunda quæstio. supposito, quod agere & agi sint in agente, vel ambo sint in patiente, an agere sit in agente, & agi in patiente, econuerso autem non potest dici, ꝙ agere sit in patiente, & agi in agente, nisi æquiuocando de actione, & passione, s. passionẽ vocando actionem, & actionem vocando passionem.

Prima quæstio.

Diuersitas in finibus est manifestior quam in actionibus.

Secunda quæstio.

At vero si hoc est, motus profecto in eo, quod mouet erit. Eadem enim est, & in eo, quod mouet, & in eo, quod mouetur ratio. Quare aut omne mouens mouebitur, aut aliquid motum habẽs haud mouebitur.

Sed si hoc est in mouente motus erit. Eadem enim ratio est in mouente, et in moto. Quare aut omne mouens mouebitur, aut habens motum non mouebitur.

A PRopositis igitur quæstionibus Phyl. ponit rationes faciẽtes dubitare, & primo probat, ꝙ actio non est in agente, nec passio in patiente, & hoc sic, si actio esset in agente per se, tunc motus esset in mouente per se, quoniam eadem est ratio de agente, & patiente, & de mouente, & moto. consequentia patet, quia tam actio agentis, quam patientis est motus, vt supponitur in quæstione, & similiter omne agens est mouens, hæc igitur consequentia est bona. s. actio est in agente per se. ergo motus est in mouente per se, quia arguitur ab inferiori ad superius, sed cõsequens est falsum. s. ꝙ per se motus est in mouente, igitur & antecedẽs. s. ꝙ motus sit per se in agẽte, falsitas consequentis appáret, quoniam si motus sit per se in mouente, tũc omne mouens mouetur, aut habens motum non mouetur, sed consequens est falsum, & impossibile pro vtraque parte. ergo, consequentia patet, quia si motus sit per se in mouente, tunc quæro, vtrum omne mouens moueatur, vel non: si sic, habetur propositum. s. ꝙ omne mouens mouetur, vel habẽs motum non mouetur, si vero detur, ꝙ non omne mouens mouetur. & cum in omni mouente sit motus supposito, quod motus sit per se in mouente. nam per se supponit de omni, sequitur, quod aliquid, in quo est motus, non mouetur, & ita habẽs motum non mouetur, & sic adhuc habetur propositum, quia si habens motum non mouetur, tunc omne mouens mouetur, vel habens motum non mouetur.

Prima ꝗ dubita.

B

Quod si ambo: actio, inquam, & passio in eo est, quod mouetur, ac patitur, & hæc duo doctio, disciplinave sunt in ipso discente primum quidem actus in vnoquoque cuiusque non erit. Deinde absurdum est, duobus quippiam motibus simul moueri. Erunt enim alterationes quædam vnius duæ, atque ad vnam formam. At fieri nequit.

Si autem vtraque in moto sunt in patiente, & actio, & passio, & doctio, & doctrina, cum duo sint, in addiscente Primũ quidem quod actus vniuscuiusque non in vnoquoque erit. Postea, & inconueniens est per duos motus simul moueri. Quædam nanque erunt alterationes duæ vnius, & in vnam speciem, sed impossibile est.

C

NVnc Phyl. destruit aliud membrum. s. ꝙ vtruoque sit in patiente s. tam actio, quam passio, & vtrumque esse in patiente potest intelligi dupliciter. s. vel quod sunt duo motus existentes in patiente, vel ꝙ sunt vnus motus existens in patiente, ideo Phyl. destruit vtrunque, & primo probat, ꝙ non potest dari, ꝙ actio & passio sint duo motus existentes in patiente, & hoc probatur dupliciter, primo quia si sic, tunc sequeretur, ꝙ actus vniuscuiusque non erit in vnoquoque. i. actus non erit in eo, cuius est actus, sed in alio, quia actus agentis non erit in agente. Vel si detur, ꝙ actus agentis sit in agente, sequitur, quod vnus actus erit simul in duobus. i. in agente, & patiente, ita ꝙ actus agentis, sit in agente, & patiente, & sic doctrina simul erit in docente, & addiscẽte, quod est impossibile, secundo probatur idem ducendo ad aliud inconueniens sic, si actio & passio sunt duo motus existentes in passo, sequitur, quod vnum, & idem mobile. s. ipsum patiens mouebitur simul ad eundem terminum duobus motibus. s. motu, qui est actio, & motu, qui est passio, quod est impossibile.

D

At vnusne actus erit? At rationis fines egreditur, diuersorum specie duorum vnum actum, eundemque esse. Et si idẽ doctio disciplinave. Et actio atque passio docere etiam & discere idem erit, & agere atque pati. Quare necessario discet omnia, qui docet, & patietur, qui agit.

Sed vnus erit actus. Sed irrationabile est, & duorũ, & alterorum secundum speciem eundem: & vnum esse actum. Et erit siquidem doctio, & doctrina, idem et passio, & actio, & docere cum addiscere idem: & agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere, & agentem pati.

Nunc

NVnc p. destruit aliud membrum, scilicet, q᷑ actio, & passio sunt vnus motus existens in passo, & hoc probat du cendo ad duo conuenientia, primum est, quia sic vnus motus erit actus diuersorum secundum speciem, quoniam agere est actus agentis, & agi est actus patientis, & agens, & patiēs differunt secundū speciem. ergo si actio, & passio sunt vnus motus, sequitur, q diuersorum secundum speciem erit vnus & idem, quod est impossibile, secundo probatur idem sic, si actio, & passio sunt vnus motus existens in patiente, & cū docere sit agere, & addiscere pati sequitur, q docere, & addiscere sint idem,

Primum inconue.

quod est impossibile, quia si docere & addiscere sint idem: tūc omne docens addisceret illud, quod doceret, & omne addiscēs doceret illud, quod addiscit. Vnde est sciendum secundum aliquos, quod Phyl. adducit ad quatuor inconuenientia. dato, q actio & passio sint vnus motus existens in passo. primum incōueniens est, q diuersorum secundum speciem erit vnus & idē

Secūdum.

actus. secundū inconueniens est, q doctio, quæ tenet se ex parte docentis, q doctrina, quæ se tenet ex parte addiscentis, erūt

Tertium. Quartū.

idem. tertium inconueniens est. q omnino actio & passio, & docere & addiscere, & agere, & pati erunt idem. quartum inconueniens est, q omne docens addisceret, & omne agens pateretur. Breuiter igitur recolligendo, duæ quæstiones sunt positæ. prima, vtrum actio, & passio sint idem motus, vel diuersi. secūda quæstio, posito, q sint diuersi, aut vtrunque est in agēte, vel vtrūque in patiente, aut alterum est in agente, & alterum in patiente. Deinde probatur, q actio non est in agente, quia tunc omne mouens moueretur. vel habens motum nō moueretur. Postea probatur, q non sunt duo motus existentes patiente, & hoc dupliciter. primo, quia sic actus vniuscuiusque non erit in vnoquoque. secundo, quia sic idem moueretur simul duobus motibus ad eūdē terminum. tertio probatur, q actio, & passio non sunt vnus motus, & hoc dupliciter, primo, quia sic diuersorum secundum speciem erit vnus, & idem actus. secūdo, quia sic agere, & pati, docere, & addiscere erunt idem: ex quo sequitur, q omne docens addisceret, & omne addiscens doceret.

An neque alicuius actum in alio esse absurdum est. Est enim doctio docentis actus, in aliquo tamē est, & non incisus, sed est huiusce in hoc.

Tex. c. 20.

At neque alterius actum in altero esse inconueniens est. Est enim doctio actus docentis. In quodam tamen & non decisus, sed huius in hoc.

C

Solutio primæ rationis.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua p. soluit illas dubitationes, quæ accidūt ex prima quęstione. s. ex illa, vtrū motus sit in motore, aut in moto, & ex illa dubitatione accidunt aliæ qōnes. s. an actio, & passio sint idem motus, vel diuersi, & siue sint idem, siue diuersi, est quæstio, an ambo sint in agente, aut ambo sint in patiente, vel actio sit in agente, & passio in patiente, & quia ipse vult, q ambo sint in patiente, ideo solutio sua consistit in soluendo rationes, quæ probant, q non ambo sunt in patiente, non tamē soluit eas eodem ordine, quo factæ sunt, & omnes solutiones fundantur in hoc. s. q actio, & passio sunt vnus motus secundū substātiam, siue materialiter sed differunt ratione diffinitiua. primo igitur Phyl. soluit primam rationem probantem, q nō ambo sunt in patiente, & ratio fuit ista, si ambo. i. actio, & passio essent in patiente, tunc actio vniuscuiusque non erit in vnoquoque istam igitur rationem soluit Phyl. d. q nō est inconueniens actum vnius. s. agentis esse in altero. s. in patiente.

Actio, & passio sūt idē subo & duo secūdū diffinitionem.

D

Est enim doctio actus docentis, in quodam tamen. s. addiscente, sed quamuis actus agentis sit in patiente, tamen actus agentis non est decisus ab agente, ita q nullo modo sit eius, sed actus agentis est huius in hoc. s. agentis in passo. Et Com. d. & non dicimus, q actio agentis est in patiente secundum, quod abscinditur ab agente, quoniam si hoc esset, tunc non esset agentis, sed secundum quod est continua ex hoc in hoc, idest ab agente in patiente.

Neque quicquam prohibet vnum duorū eundem esse, non vt idem habeat esse, sed vt est id, q᷑ est potentia ad id, quod est actu.

Neque enim vnum duobus prohibet nihil eundē esse actum non sicut esse idem, sed sicut est quod potentia est ad agens.

A

SOluit p. aliam rationē, quæ probauit, q non ambo. s. actio, & passio sint vnus motus existēs in passio, quia si sic, tunc diuersorum secundum speciem erit vnus, & idem actus, ista ratio soluitur sic, quia non est inconueniens vnum actum esse, duorum. s. vnius, vt agentis, & alterius, vt patientis, tamen alia est ratio eius, vt est ab agente, & alia, vt recipitur in passo: vnde diuersorum secundum speciem non est vnus actus secundū eandem rationem quidditatiuam: tamen diuersorum secundū speciem potest esse vnus & idem actus secundum rem & secundum substantiam, sic respectus eius, quod illud, quod est agēs, quoniam ille respectus secundum se circumscriptis terminis est vnus, secundum rationem tamen quidditatiuam non est vnus. Vnde dicit Com. q actio ex quo si fuerit duorum non sequitur, vt quidditas illorum duorum sit vna est de genere relationis, sicut relatio eius, quod potest ad illud ad quod potest: ista enim est dispositio omnis rei, quę refertur ad aliud, scilicet, quando relatio inter illa est dispositio vna existēs inter duo, & est vna secundum vnum modum, & duo secundum alium modum, &c.

Solutio secūdę rationis.

Neque necesse est docentem discere, & si pa-

B

ti, atque agere idem est, non vt ea tamen, quæ rationis eiusdem sunt, vt vestimētum, ac tunica, sed vt via, qua ex Thebis Athene, & ex Athenis Thebe petuntur, vt & antea diximus. Non enim eadē his omnia competunt, quæ aliquo modo sunt eadem. Sed hisce duntaxat, quorū est eadem ratio.

Tex. c. 21.

Neque necesse est docentem addiscere, neque si pati, & agere idem est, non tamen tanquam rationem esse vnā, quod quid erat esse dicentem, sicut tunica, & indumenti, sed sicut uia a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est prius. Non enim omnia eadem insunt quolibet modo eisdē: sed solum quibus esse idem est.

Solutio tertiæ rationis.

HIc p. soluit aliam rōnem probantem, q actio, & passio non sunt idē motus existētes in patiente, & ratio fuit illa: quia si essent vnum motus, tūc doctio, & doctrina essent idem, & tūc docēs addisceret illud, quod doceret, illa rō soluitur. d. q illud inconueniens non sequitur. s. q docens addiscat illud, quod docet, quia quāuis doctio, & doctrina sint idē secundum rem: non tamen sunt idem secundum rationē, uel diffinitionem. Non. n. doctio, & doctrina sunt idem secundū rationem sicut tunica, & indumentum, sed sicut via ab Athenis ad Thebas, & econuerso sunt eadē, quoniam uia ab Athenis ad Thebas, & econuerso sunt idem secundum substantiā, sed nō sunt idem secundum diffinitionem, & eodem modo est de actione. & passione, nec oportet, q omnia eadem quolibet modo insint eisdem, sed quæcumque sunt eadem s̄m diffinitionem, cui inest unum & reliquum. Et d. Comm. non omne, de quo dicitur hoc nomen unum dicitur de eo secundū hoc, & quidditas est eadem.

At neque si doctio, & disciplina sint idem: idem erit, & docere ac discere, quemadmodum neq; si interim alium sit eorum, quæ distant vnum, ideq; est ab hoc ad illud, atque ad hoc ab illo distare.

D

At vero, neq; si doctio, & doctrina idē, & addiscere, & docere idem, sicut neque si spacium vnum distantium sit, & distare hinc illuc, & inde huc, vnum & idem est.

SOluit aliud inconueniens, ad quod fuit deductum sic si actio, & passio sunt idem, tunc doctio & doctrina erunt idē, hoc sic soluitur, quia quamuis doctio & doctrina sunt idē, ex hoc tamen non sequitur, q addiscere, & docere sint idem, sicut non sequitur, si vnum sit spacium aliquorum distantium, q p. p. hoc distare hinc illuc, & inde huc sit unum & idem. Notandum, q spacium dicit distantiam absolutam, & distare dicit eam terminis applicatam. & ideo nō sequitur idem est spaciū. ergo idem est distare, & eodem modo motus nec respicit agēs, nec passum, sed formam, ad quam tendit, actio autem & passio dicunt motum terminis applicatum, quia actio est, prout ab agente, passio uero prout recipitur in passo, & ideo quamuis doctio, & doctrina sint idem, ex hoc tamen nō sequitur, quod docere, & addiscere sint idem.

Notabile.

Omnino autem neque doctio proprie idē est, ꝙ disciplina, neque actio idem quod passio, sed motus cui hęc insunt. Nam huius in hoc, & huius esse actum ab hoc diuersum est ratione.

Tex. c. 22. *Omnino autem dicere est, neque doctio cum doctrina; neque actio cum passione idem proprie est: sed cui insunt hæc, motus. Quod cum huius in hoc, et quod huius ab hoc actum esse ratione alterum est.*

HIc Phyl. ponit solutionem generalem ad omnia inconuenientia. quæ est, ꝙ omnino vniuersaliter oportet dicere, ꝙ doctio, & doctrina non sunt idē, sed cui hæc insunt motus est vnus & idem, & ꝙ actio & passio non sint omnino idem apparet, qm̄ actus, qui est huius. s. agētis in hoc. s. in passo. huius. s. passi ab hoc. s. ab agente. non est idem omnino, quia non est idem secundum diffinitionem. Sciendum tamē, ꝙ alias duas rationes, quæ probant, ꝙ nō ambo. s. actio, & passio sunt in patiente non soluit Phyl. quia solutio earum potest satis haberi ex solutionibus aliarum rationum, quia vna illarum rationum deducebat ad hoc, ꝙ idem simul mouetur duobus motibus ad eundem terminum. hoc non sequitur, quia actio, & passio non sunt motus, sed sunt vnus motus. Alia ratio probauit, ꝙ actio, & passio nō sunt vnus motus existens in potentia: quia agens, & patiens sunt diuersa secundum formam. ergo non habent eandem actionem: hoc soluitur, quia agens, & patiens sunt diuersa secundum formam, ideo non habent eandem actionem omnino, quia non habent eandem actionē secundum diffinitionem.

Quid igitur est motus, & vniuersaliter, & per partes etiam diximus. Non est enim obscurū, quonam pacto quæque species ipsius diffiniatur. Alteratio. n. actus est alterabilis, vt est alterabile.

Tex. c. 23. *Quid quidem igitur motus sit, & vniuersaliter, & secundum partem dictum est. Non enim immanifestum est, quomodo determinabitur specierum vnaquæque ipsius. Alteratio quidem enim alterabilis secundum quod est alterabile enedelechia est.*

HÆc est quarta pars principalis huius ca. in qua Phyl. recapitulat ea quę dicta sunt de diffinitione motus dicēs, ꝙ dictum est, quid sit motus vniuersaliter, & secūdum partem, & dictum est, quæ est diffinitio motus in communi, ꝙ etiam dictum est, quæ est diffinitio suarum primarum specierum. s. alterationis, augmentationis, &c. Et maxime hoc est manifestum ex secunda diffinitione motus. in qua dicitur, ꝙ motus est actus mobilis, inquantū mobile: ista n. diffinitio est notior, quā prima, & per istam diffinitionem motus apparet, quę sit diffinitio alterationis, augmentationis, &c. Quoniam sicut motus est actus mobilis, inquantum mobile, ita alteratio est actus augmentabilis, inquantum augmentabile, & sic de alijs.

Enimuero notius hoc pacto etiam diffinietur, si potentia actiui, atque passiui, vt tale est, actus esse dicatur, & simpliciter, & per singulos, vt ædificatio: vel medicatio. Modo eodem, & de cæterorum motuum vnoquoque dicetur.

Amplius autem notius, quod potentia actiui, & passiui, inquantum huiusmodi, simpliciterque, & iterum secundum vnūquodque, quoniā ædificatio, aut medicatio, Eodem aūt diceretur modo, & de alijs motibus singulis.

SIcut notius est motum esse actum mobilis inquantū mobile, quam motum esse actum entis in potentia, ita notius est motū esse actum motoris, & mobilis, quam ipsum esse actum mobilis, & hoc per quæstionem prædictam de motu. s. vtrum motus sit actus motoris, aut mobilis, siue vtrum motus sit in motore, aut in moto. Illa tamen diffinitio motus, quę dicit, ꝙ motus est actus mobilis inquātum mobile est notior, quam prima, quæ dicit, ꝙ motus est actus entis in potentia, &c. quia per istam diffinitionem secūdam potest aliquis scire oēs diffinitiones vltimarum specierum motus, quoniam per istam diffinitionem apparet, ꝙ ędificatio est actus ædificabilis, inquātum ædificabile, & ꝙ medicatio est actus medicabilis, inquātū medicabile. Intelligendum tamen, vt mihi videtur, ꝙ. p. ex solutionibus prædictarum quōnum inuestigat vnam tertiā diffinitionem motus, quæ est ista videlicet motus est actus motoris, & mobilis, & secūdum hoc erūt quinque diffinitiones motus. Prima, ꝙ motus est exitus de potentia ad actum, & hāc ponit Linc. esse primam diffinitionem & indemonstrabilem, secunda diffinitio est, ꝙ motus est actus entis in potentia inquātum in potentia, tertia, ꝙ motus est actus imperfectus, & hanc ponit Linc. esse vnam diffinitionem, quarta, ꝙ motus est actus mobilis inquantū mobile, quinta & vltima diffinitio est, ꝙ motus est actus motoris, & mobile. Sed hic occurrunt duo dubia, primum est, vtrum actio, & passio sint idem motus. Secundum dubium est, vtrum actio sit in agente, vel in passo. Ad primum dubium vī, ꝙ non sint idem, quia si essent idem: tunc ista esset vera, videlicet actio est passio, sed hoc est falsum, quia sua contradictoria est immediate vera, vt patet primo post. vbi Phyl. dicit, ꝙ negatiua est immediata, in qua vnum genus generalissimū remouetur ab alio, hæc igitur est immediata: nulla actio est passio. ergo. Item prædicamenta sunt primo distincta. ergo in nullo cōueniunt, quia si in aliquo cōuenirent, & in aliquo differrent, tunc nō essent distincta, nisi ratione partis, & sic nō essent primo distincta. Item si actio, & passio essent idem: haberēt easdem species, & sic eadem species esset in diuersis prædicamentis, quod est contra Phylosophum in prædicamētis dicentem, diuersorum generum, &c. In oppositū videtur. p. hic d. ꝙ actio, & passio sunt idem actus. Ad hanc dubitationem est dicendum, quod actio, & passio possunt accipi tripliciter. s. vel materialiter tantum, vel formaliter tantum. vel pro aggregato ex formali, & materiali, si accipiantur materialiter tantum, sic sunt idem: quia sic non sunt aliud, quam ipse motus absolute acceptus, & sic loquitur. p. quando dicit, quod vnus est actus agentis, & patientis. Si vero actio, & passio sumantur formaliter, sic actio est respectus motus ad mouens, & passio est respectus motus ad mobile, & isto modo non sunt idem, & hoc intelligit. p. dicens. Neque passio cum actione idem, sed cum insunt hæc, motus, supple, est idem. Si autem actio, & passio sumantur pro aggregato ex motu, & ex istis respectibus, sic dico, quod actio, & passio possunt accipi, prout supponunt personaliter, & sic hæc est vera per accidens, actio est passio, sicut hæc est vera per accidens, via ab Athenis ad Thebas est via a Thebis ad Athenas, & sic loquitur. p. dicens, quod spacium ad sursum, & deorsum, & econuerso, est idem secundum rem, & diuersum secundum diffinitionem, ita de actione, & passione, & loquitur de aggregatis vt supponunt personaliter, & sic loquitur etiam Com. hic com. 18. dicens, ꝙ illa actio, quæ in respectu vnius dicitur mouere, respectu ulterius dicitur moueri, dicit etiam, quod actio, & passio sunt vnus motus. verumtamen distinguuntur diffinitione, mouere est actio motoris in motum, & moueri est actio moti a motore, & omnia ista sunt vera de actione, & passione, vt nominant aggregata, & vt supponūt personaliter. v. g. in simili supposito, ꝙ idem homo sit albus, ꝙ musicus, hæc est vera: homo albus, & homo musicus sunt idem homo, sed differunt diffinitione, & secundum quod homo albus, & homo musicus accipiuntur personaliter, & vt supponunt pro illo, cui insunt albedo, & musica, quoniam ille homo, cui accidit albedo, & musica est vnus & idem, alia tamē est diffinitio sua secundum, qđ est albus, & alia secundum, ꝙ est musicus. sed si actio, & passio sumantur pro toto aggregato, & vt supponunt simpliciter, sic actio, & passio non sunt idem, quia unum aggregatum non est aliud aggregatum. Primo modo accipiendo actionem, & passionem, i. pro motu, in quo fundantur duo respectus, unus. s. ad mouens, alius uero ad mobile. Sic dico, ꝙ actio, & passio sunt in genere termini ad quem, sed secondo modo. i. prout accipiuntur pro respectibus, sic sunt prædicamenta distincta, sed ut sumuntur tertio modo, scilicet, pro aggregatis, sic nō sunt in aliquo genere, & per istam distinctionem patet solutio ad omnes rationes in contrarium. Et si. dicitur. ꝙ respectus ad mouens, & ad mobile sunt in genere relationis, ergo non sunt in genere actionis, & passionis. Dico, quod respectus motoris ad mobile, & mobile ad mouens sunt in genere relationis, sed respectus ipsius motus ad mouens, & ad mobile non sunt in genere relationis, sed in genere actionis, & passionis. Aliter etiam potest dici, scilicet, quod actio, & passio nō sunt aliud quam motus, ut est a mouente, & ut recipitur in mobili, ita quod actio est motus ut est a mouente, & passio

3. diff. motus.

Primum dubium.

Prima rō dubi.

2. Ratio.

Actio, & passio pñt capi tripliciter.

Responsio.

Tex. c. 18.

Solutio omniū rationum.

Obiectio.

Solutio.

Alia sol.

& passio est motus vt recipitur in mobili, & secundum hoc est dicendum, quod actio, & passio sunt idem realiter, & diuersa secundum diffinitionem. Nec est inconueniens, quod eadem res secundum, quod diuersimode mouet intellectum, habeat diuersas diffinitiones, vt dictum fuit prius. Et si dicitur, quod vna res non habet nisi vnam quidditatem, & per consequens, nō habet nisi vnam diffinitionem, dico, quod si per quidditatem intelligamus illud, quod res est essentialiter, & absolute, sic vna res non habet, nisi vnam quidditatem, sed si per quidditatem intelligamus rem, vt mouet intellectum, ita vt dicat aggregatum ex esse, & modo mouēdi intellectum, sic dico, quod vna res pōt habere diuersas quidditates, quia vna, & eadē res potest habere diuersas rationes obiectiuas, idest diuersos modos mouendi intellectum. Sed contra hunc modum dicendi arguitur, quia Phylos. primo poste. dicit, quod negatiua est imme diata, in qua vnum genus generalissimum negatur ab alio, hoc igitur est immediata, nulla actio est passio, quia in ea vnum genus generalissimum. s. actio negatur ab alio, quod est passio, & per consequens hoc est falsa simpliciter, actio est passio, igitur, &c. Item quando Phy. dicit, quod actio, & passio sunt vnus, & idem motus, quaero, qualiter accipia motum. s. aut pro forma fluente, aut pro fluxu formae, si pro forma fluente, sic haec est falsa, actio est motus, quia sua conuersa vt sic est falsa, videlicet, motus est actio, quia motus acceptus pro forma fluente est in genere termini ad quem: & non est passio, si vero accipis motum pro fluxu formae, sic est illa falsa. s. actio est motus, quia si motus, vt accipitur pro fluxu formae, esset actio: tunc non esset magis in genere passionis, quam in genere actionis. Ad primum igitur istorum dico, quod negatiua est immediata, in qua vnum genus generalissimum remouetur ab alio, cum nota perseitatis, seu cum nota reduplicationis, quoniā ista est immediata, nulla actio per se est passio, & haec similiter, nulla actio inquantum actio est passio, & hoc intelligit. p. & sic debent intelligi huiusmodi, quae communiter dicuntur. s. quod praedicamenta sunt primo distincta, similiter, quod nihil idem est in diuersis praedicamentis, & sic de alijs, quoniam praedicamenta sunt primo distincta quidditatiue, & omnia cōtenta in diuersis praedicamentis sunt distincta quidditatiue, nec aliquid idem quidditatiue est in diuersis praedicamentis. Ad secundum, cum quaeritur, qualiter accipitur motus, cum dicitur actio, & passio sunt vnus motus, dico quòd motus acceptus pro fluxu formae potest accipi tripliciter, videlicet, vel pro ipso fluxu absolute, vel pro ipso fluxu cum respectu ad agens: vel proprio fluxu cum respectu ad passum primo dico, quod ista oratio est vera. s. actio, & passio sunt vnus motus, sicut illa est vera Sor. albus, & Sor. musicus sunt vnus homo secūdo modo sic: haec est vera per se, motus est actio, sed tertio modo est haec vera per se, motus est passio. Sed dicens contra hoc, quia secundum hoc, videtur, quod actio, & passio componantur ex motu, qui est fluxus, & ex respectu, & sic non erunt formae simplices. Potest dici, concedendo conclusionem, vel potest etiam dici, quod illi respectui non faciunt compositionem cum motu, qui est fluxus. Tutius tamen, credo, esse dicendum, quod actio, & passio, prout sunt praedicamenta distincta dicunt diuersos respectus fundatos in motu, & illi respectus sunt primo diuersi, nec est aliquomodo concedendum, quòd illa sit vera. actio est passio, & hoc intelligit. p. cum dixit, neque passio cum actio ne idem, sed cui insunt haec, motus supple est idem. Sed tu diceres, quod Com. dicit, quod motus acceptus pro transmutatione coniuncta cum tempore est in genere passionis, ergo, haec est concedenda: motus est passio. igitur per conuersionem erit haec concedenda, passio est motus, & eadem ratione haec est concedenda, actio est motus, & ex his sequitur, quod actio est passio. Dico, quod motus, prout dicit transmutationem coniunctam cum tempore, sic solum dicit ordinem ad mobile, siue ad passum, & quia dicit essentialiter ordinem ad mobile, ideo motus, vt est quidam fluxus, seu transmutatio successiua, sic est passio, sed actio non dicit ordinem ad mobile, sed ad mouens, ideo motus non est in genere actionis, & propter hoc haec non est concedenda, motus est actio. Et si dicas, quòd p. dicit, quod actio, & passio fundantur in motu, ergo motus nec est actio, nec passio. Dicendum, quod actio, & passio fundantur in motu, qui est forma imperfecta tendens ad perfectionem, & concedo, quod motus sic acceptus, nec est actio, nec passio, quia motus sic acceptus. s. pro forma imperfecta, dicit essentialiter ordinem ad vlteriorem perfectionem, sed nec actio, nec passio dicit ordinem ad vlteriorem perfectionem, sed actio dicit ordinem ad agens, & passio, dicit ordinem ad passum.

Marginal notes: Ic̄ alia obiectio tacita. / Solutio. / Contra dictam solu. primo ar. / Solutio. / Ad primum. / Ad secm. / Replica. / Solutio. / Solutio.

DE INFINITO, AN, ET QVOMODO SIT.

Tractatus secundus tertij libri.

De sententijs antiquorum. Cap. I.

Cum autem scientia naturalis circa multitudines, motum, tempusque versetur, quorum vnumquodq; finitum aut infinitum esse necesse est. Et si non omne quoduis necesse est, aut infinitum esse, aut finitum, vt affectum, ac pūctum. Talium enim fortasse nullum necesse est in horum altero collocari. Ad naturalem sane phylosophum de infinito, si sit, necne: & si sit, quid nam sit, contemplari pertinere videtur.

Quoniam autem de natura scientia est circa magnitudines, & tempus, & motum: quorum vnumquodque necesse est, aut infinitum esse, aut finitum esse. Et si non omne sit infinitum, aut finitum, vt passio, aut pūctū. Talium. n. fortasse nullum necesse est, in altero horum esse, conueniens vtique erit de natura negociantem considerare de infinito, si est, aut non est, & si est, quid est. Tex. c. 24.

Iste est secundus tractatus huius lib. in quo Phyl. determinat de infinito, & continet sex capitula, quoniam in primo declarat suam intentionem, & etiā narrat opiniones antiquorū. In secūdo ibi. [Esse autem ad infinitum.] Ponuntur quaedam rationes probantes infinitum esse, & etiam destruentes infinitum esse substantiam separatam per se existētem. In tertio ibi, [Physico aūt magis.] destruitur infinitum esse corpus sensibile probando, quod nullum corpus sensibile est infinitum in actu, & per hoc destruitur infinitū esse accidens existēs in aliquo corpore sensibili. In quarto ibi. [Quod quid igitur actu.] Declarat. p. quō infinitum est, & quō non: & quid est infinitum. In quinto ibi. [Quoniam hic accipiunt.] Assignantur causae infinitatis, & ēt finitatis in rebus. In sexto ibi. [Reliquum aūt est aggredi.] Assignat deceptiones, quae sunt in quinq; rationib. prius factis probantibus infinitum esse. Capitulū primū continet tres partes principales, quia in prima probatur, quod ad naturalē sciām pertinet considerare de infinito. In secunda vero ibi. [Alij quidē.] Narrātur opiniones antiquorū de infinito. In tertia ibi. [Rōnabiliter aūt.] Narrat Phyl. ea, in quib. antiqui rationabiliter, & cōcorditer dixerūt de infinito. In prima igitur parte principali huius cap. Phyl. probat, quod ad naturalem sciām pertinet cōsiderare de infinito, & haec est decimaquarta conclusio huius lib. quae probatur dupliciter, & s̄m hoc ista pars continet duas particulas. Secūda incipit ibi. [Signū aūt. n. In prima igitur particula huius partis conclusio probatur per rationē sic. scia naturalis hēt cōsiderare de magnitudine, motu, & t̄pe. ergo hēt cōsiderare de proprietatib. per se istorū, sed vnicuiq; istorū per se competit finitum, vel infinitum. ergo scientia naturalis habet considerare de finito, vel infinito, sed ad eandem scientiam per se pertinet considerare de appositis. ergo cum scientia naturalis habeat considerare de altero istorum. i. de finito, vel infinito, sequitur, quod habet considerare de vtroq; illorum, & sic sequitur conclusio, videlicet, quod ad naturalem pertinet considerare de infinito, sed quamuis naturalis habeat considerare de infinito, vel finito: quia multa de quibus naturalis considerat sunt finita, vel infinita, non tamen, quodlibet, de quo naturalis considerat, est finitum, vel infinitum, quia passiones, & qualitates indiuisibiles, & puncta, & huiusmodi nec sunt finita, nec infinita. Nota secundum Cōmen. hic, quod opposita quorum potentia est potentia contrariorum non diuiduntur secundum verum, & falsum, nisi de eo, quod natū est recipere illa, hoc est, non oportet, quod opposita contrarie vel priuatiue sic se habeant, quod de quolibet vnum illorum sit verum & reliquum falsum: sic, quod alterum vere affirmetur de quolibet, & alterum falsificetur de isto, sed hoc est verum solum de contrarijs immediatis, & de priuatiue oppositis, & hoc de illo, quod est aptum natum recipere alterum illorum, quoniam de quolibet circa quod habent fieri contraria immediata, vel priuatiue opposita verificatur vnum, & falsificatur reliquum, sed de alijs non oportet, & ideo de puncto, nec vere dicitur, quod est finitum, nec infinitum: quia punctus nō est natus recipere alterum illorū. Intelligendum etiam, quod aliquod infinitum est vera res naturalis, vt infinitum secundum diuisionem, & infinitum secun-

Marginal notes: 14. cōclus. huius lib. / Notan. / Cōsimile. 10. met. c. 15.

dum durationem secundum, quod patebit, quia infinitum multipliciter dicitur, vt postea apparebit.

Atque scientię huiusce contemplationē de ipso propriā esse, hoc signo patet. Omnes.n. qui digne talem Phylosophiam tetigisse putantur, de infinito sermonem fecerunt. Ac omnes ipsum, vt principium quoddam eorum, quæ sunt posuerunt.

Tex.c.25. *Signum.n.quod huius scientiæ propriæ cōsideratio de ipsa est, Oēs.n.qui vidētur rationabiliter tetigisse huiusmodi phylosophiam fecerunt verbum de infinito. Et oēs tanquam principium quoddam ponunt eorum, quæ sunt.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius c. in qua probatur prædicta conclusio per quoddam signū tale, & est, quod oēs antiqui, qui videntur phylosophiā tetigisse, locuti sunt de infinito, & omnes posuerunt infinitū tanquam quoddam principium eorum, quæ sunt.i.quoddam principium entium: vt patebit de Platone, & Pythagoricis.

Alij quidem per se, vt substantiā, non vt rei cuique accidens, vt Pytagorici, atque Plato. Verū pythagorici quidem in sensibilibus ipsum ponunt. Non.n.separabilem ipsum numerum faciunt, & id, quod est, extra cælum, infinitum esse dicebant. Plato autem extra quidē cælum neque corpus esse, ideas putabat: propterea quod neque vsquam sunt ipsæ. Infinitum tamen, & in sensibilibus, & in esse censebat.

Alij quidem quemadmodum Pythagorici, & Plato. per se non sicut accidens alicui alteri, sed sicut subiectū ipsum esse infinitum. Præter quod Pythagorici quidem in sensibilibus. Neque.n.abstractum faciunt numerum, & esse extra cælum infinitum. Plato autem extra cælū nullum esse corpus, neq; ideas, eo quod nusquam sint ipsæ, tamen infinitum & in sensibilibus, & in illis esse.

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua Phyl. narrauit, quod antiqui naturales considerauerūt de infinito, narrat opiniones eorū de infinito, vnde ista pars cōtinet duas particulas, quarum in prima ponitur opinio nō naturaliter loquentiū de infinito. In secūda ibi. [De natura aūt oēs] Ponitur opinio naturaliter loquentium de infinito. In prima igitur particula huius partis phyl. dicit, quod primi s. non naturaliter loquentes dixerunt, infinitum esse substantiam, sed secundi. s. naturaliter loquentes dixerunt de infinito, illud esse accidens. Adhuc in prima particula phyl. primo narrat, in quo cōueniunt naturaliter loquentes de infinito. secundo vero narrat in quo ipsi differunt. Primo igitur dicit phyl. quod quiddam, vt Pythagorici, & Platonici, ponunt infinitū esse quoddā ens per se. s. substantiam, & dicunt, quod infinitum non est accidēs alicui, sed est, sicut substātiam, & substantia, & in hoc conueniūt. Deinde narrat phyl. in quo differunt, & ponit duas differentias: s. quod differunt in hoc, quia Pythagorici posuerunt, infinitū esse in rebus sensibilibus, & esse extra celū: & et posuerunt, numerū esse in sensibilibus tantū, quia extra sensibilia non posuerūt aliquē numerū, & sic posuerūt infinitū esse in sensibilibus, & posuerūt infinitū extra celū, quia infra celum non pōt esse aliquod infinitum, sed extra celū posuerunt corpus infinitū, & numerum infinitū, & dixerunt numerū esse de essentia corporis, sed Plato extra celū nō posuit aliquid, nec numerū, nec ideas, quia idea dixit nusquā esse, nec infra cælū, nec extra celum. tñ simul cum hoc posuit, infinitū esse tam in sensibilibus, quam in insensibilibus. i. in ideis. Hæc igitur est prima differentia. s. quia Pythagorici posuerunt infinitum in sensibilibus tantū, & esse extra cælum, sed Plat. posuit infinitum esse tam in sensibilibus, quam etiam in insensibilibus, non extra cælum.

Opinio nō naturaliter loquētiū de infinito.

Et illi quidem par ipsum infinitum esse dicebāt. Hoc enim comprahensum: atque finitum ab impari præbet hisce, quæ sunt infinitionem.

Tex.c.26. *Et hi quidem infinitum esse parem. Hic quidem enim comprahensus, & sub impari reclusus adhibet his, quæ sunt infinitatem.*

A SEcunda differentia inter Platonem, & Pythagoricos est, quia Pythagorici solum posuerunt vnum infinitum, seu vnam radicē infinitatis. s. numerum parē, sed Plat. posuit duo infinita, vel duas radices infinitatis. s. magnum, & paruū: & ratio, propter quā Pythagorici posuerunt numerum parem esse infinitum, vel radicem infinitatis, fuit duplex primo, quia illud, quod est diuisibile in duas medietates, est diuisibile in infinitum, quia vtraque medietas illius est diuisibis in duas medietates, & sic in infinitum. & ideo dixerunt, quod infinitas est ratione numeri paris, & finitas ratione numeri imparis: vnde posuerūt, quod numerus par est inclusus in numero impari, quia finitur, & terminatur per numerum imparem: sed tamen adhibet alijs infinitatem.

Signumque huius id esse, qđ in numeris accidit. Cum enim normæ circa vnum seorsumq; ponuntur, nunc alia semper fit species, nūc vna. At Plato, duo infinita facit, magnum, inquam, ac paruum.

B *Signum autē huius est, quod contigit in numeris, circumpositis enim gnomonibus, circa vnum, & extra, aliquando quidem aliam fieri speciem, aliquando autem vnam. Plato autem duo, infinita magnum, & paruum.* Tex.c.27.

SEcundo vero probat idem per quoddam signum. s. quod numerus par sit causa infinitatis, & multitudinis specierum in entibus, & non impar, & hoc est signū, quia nos videmus, hoc in numeris accidere, quod. s. quando componūtur cum vno, qđ est principiū numeri, numerus par est principiū multitudinis, & diuersitatis specierum, & numerus impar non est principium multitudinis, & diuersitatis specierum, vt primus numerus impar cum vno facit quadratum, quoniam numerus quadratus est ille, qui resultat ex ductu vnius numeri in seipsum, & sic est de quaternario, quia bis duo sunt quatuor: similiter secundus numerus impar. s. quinarius compositus cum huiusmodi quadrato, facit aliud quadratū, s. nouenarium: nouenarius.n. numerus est quadratus, quia resultat ex ductu eiusdem numeri in seipsum, quoniam ter tria sunt nouem.
C Similiter tertius numerus impar cōpositus cum secundo quadrato. s. septem cum nouem faciunt aliud quadratum, scilicet, sexdecim, & sic semper addendo per ordinem numerum imparem numero quadrato semper reseruatur forma numeri quadrati, sicut in figuris, quia Gnomon additur figuræ quadratæ, adhuc conseruatur figura quadrata, quia gnomon est supplementum non alterans quadratum: sed augens ipsum, vt dicitur in prædicamentis, & quia sic est, ideo vocabant numeros impares gnomones, & sic apparet, quod numerus impar nō est causa multitudinis specierum in entibus, nec est causa infinitatis, sed sic non est de numero pari, quoniam primus numerus par cū vno facit triangulum, & quando secūdus numerus par cōponitur cum triangulo, facit heptogonium. s. figuram septem angulorum, quę figura est alia in specie a priori, & sic semper procedendo resultabit alia spēs, & sic videtur, quod numerus par sit causa multitudinis entium, & causa infinitatis specierum entium, sic igitur patet, quod Pythagoras posuit vnam radicē, seu causam infinitatis,

Figua in planis.





Figura in numeris.

D 

scilicet

scilicet, numerum parem, Plato vero posuit duo infinita, vel duas radices infinitatis, scilicet, magnum, & paruum, quia & secundum Platonem magnum est causa additionis in infinitũ, & paruum est causa diminutionis in infinitum.

Naturales autem omnes aliam quandam semper naturam eorum, quæ elementa dicuntur, ipsi infinito supponunt, vt aquam, vel aerem, vel id, quod inter hæc medium collocatur, præter eos, qui elementa finita fecerunt. Nullus enim ipsorum infinitum facit. Qui vero elementa faciunt infinita, vt Anaxagoras, atque Democritus.

De natura autem omnes semper subijciunt alteram quandam naturam infinito dictorum elementorum, vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Finita autem facientium elementa nullus infinita facit, quicumque autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus.

B

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponuntur opiniones naturaliter loquentium de infinito, & continet duas partes. In prima enim ponitur conuenientia inter opiniones naturaliter loquentiũ de infinito. In secunda vero ibi. [Hæc quidem.] Ponitur differentia inter opiniones naturaliter loquentium de infinito. In prima igitur, parte huius particulæ narrat Phylosophus, in quo conueniunt naturaliter loquentes, & ponentes infinitũ esse. d. q oẽs Phylosophi loquentes de natura subijciunt infinito quandã alteram naturã dicentes, infinitum esse in quadã altera natura, vt in subiecto v. g. ponentes aquam, aut aerem, aut medium eorum, esse infinitum, ponunt infinitum existere in magnitudine illius rei, & esse accidens illi, hoc igitur est, in quo naturaliter loquentes de infinito cõueniunt. s. quod si infinitum est accidens existens in alio, vt in subiecto, non tñ omnes loquentes de infinito, dicunt infinitum esse, quia ponẽtes elementa esse finita in numero, non ponũt infinitum esse, sed ponentes infinita elementa in numero, sicut posuerũt Anax. & Demo. habent ponere, corpus infinitum continuum, vel contiguum per contactum infinitorum elementorum. Anax. enim habuit ponere corpus continuum infinitum compositũ ex partibus infinitis cõsimilium partium. Democritus habuit ponere corpus infinitum continuum compositum ex partibus infinitis diuersis secundum positionem, figuram, & ordinem.

Margin: In quo cõueniũt naturaliter loquẽtes.

C

Margin: Notabile.

Notandum secundum Comment. hic, qui. d. quod cum fuerit positum hic esse infinitas partes existẽtes insimul, necesse erit, vt ex eis fiat vnum corpus continuum secundum contactum infinitum, quod sic intelligo, scilicet, quod si sint infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliam, ita quod accepta aliqua parte alicuius quantitatis cõueniat accipere aliam partem totaliter extra aliam eiusdem quantitatis, & sic in infinitum, tunc oportet, quod totum constitutum ex illis partibus, sit infinitum carẽs terminis, quoniam in elemento finito sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, ita quod nulla illarum sit pars alterius, nec pars vnius est pars alterius.

Hi infinitũ ipsum tactu continuum esse dicunt, Ille quidem ex hisce, quæ sunt similium partiũ, hic aũt ex indiuiduis illis corpusculis, quæ figuris differunt, fiuntq; generandarum semina rerum.

D

Hic quidem ex similibus partibus, ille autem ex omni semine figurarum per contactum. continuum infinitum esse dicit.

Margin: In quo differunt circa infinitum Anax. & Democr. primo.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ principalis huius capituli, in qua Phyl. narrat, in quo antiqui naturaliter loquentes de infinito differunt, & specialiter ponit differentiam inter opinionem Anax. & Democriti, & ponit duas differentias, quarum prima est, quod Anax. posuit corpus infinitum componi ex corporibus infinitis consimilibus, sed Democritus dixit, illud corpus componi ex infinitis partibus differentibus numero, & figura, & quas partes dixit Democritus esse radices, & semina omnium figurarum, & ex talibus dixit fieri omnia corpora, & illud corpus infinitum fieri per contactum.

A

Atq; ille quidẽ quamuis congeriei partem congestam esse perinde, atq; totã dicebat, quia videbat quoduis ex quouis oriri. Hic enim, & oẽs res olim simul fuisse, dixisse videtur, vt hanc carnẽ, & hoc os, & quoduis simili modo. Igitur & diuersa, & simul, ergo: non solum.n. in vnoquoq; principium est segregationis, sed in ipso ẽt vniuerso. Nã cum omne, quod fit, ex tali corpore fiat, omniũq; sit generatio, non simul tamen, atq; aliquod principium generationis esse oporteat, & id sit vnum: quod ille mentem appellat, mensq; a principio quodam operetur cum intellexit. Necesse est olim omnia simul fuisse, moueriq; olim cœpisse.

Et hic quidem quamlibet partem esse similiter mixtam toti, ex eo, quod videt quodlibet ex quolibet fieri. Hinc etenim videtur, & similiter aliquando omnes res firmatæ esse, vt hæc caro, & hoc os, & sic quodlibet, & omnia itaque, & simul igitur. Principium enim non solum in vnoquoque disgregationis, sed & omnium est. Quoniam enim omne quod fit, ex huiusmodi fit corpore, omnium enim generatio, præterquam, quod non simul, & quoddam principium esse oportet generationis. Hoc autem est vnum, quod ille vocat intellectum. Intellectus autem ex principio quodam operatur intelligens, quare necesse est, simul aliquando omnia esse, & incipere moueri aliquando. Tex. c. 21.

B

SEcunda differentia inter opinionem Anaxagoræ, & Democriti est, quia Anax. dixit, quodlibet fieri ex quolibet, sed Democritus non posuit, quodlibet fieri ex quolibet: nam dixit de numero primorum principiorum, nullum fieri ex alio, & iden dixit. quod nullum corpus indiuisibile fit ex alio corpore indiuisibili. Circa igitur hanc differentiam sic procedit Phylosophus, quia primo narrat opinionem Anax. secundo narrat opinionem Democriti. Primo igitur in narrando opinionem Anax. Phylosophus narrat, quatuor, quæ posuit Anax. Primo igitur narrat Phylosophus, quomodo Anax. posuit, q quælibet pars mundi mixta est cum qualibet ad modum totius mũdi, ita q sicut in toto mundo sunt omnes partes mundi, ita in qualibet parte mundi est quælibet pars mundi, & hoc secundũ speciem, ita quod in aqua est ignis, & caro, & aer, & sic de singulis speciebus mundi, & hoc ideo, quia dixit, quodlibet generari ex quolibet, quia nihil generatur nisi a simili specie, ideo dixit, quod quælibet pars mundi est mixta cum qualibet. Secũdo dixit Anax. quod sicut modo quodlibet est in quolibet sm speciem, hoc est sicut in vnoquoq; vno indiuiduo sunt infinita indiuidua cuiuslibet alterius speciei, ita aliqñ omnia erant insimul. s. antequã fieret numerus, & distinctio rerũ, ita quod sicut posuit, in ista carne est hoc os, & hic sanguis, & hæc aqua, ita posuit, quod aliqñ omnia, quæ nunc sunt segregata, erant simul. s. qñ non distinguebantur, nec segregabantur abinuicẽ. Tertio posuit, quod omnia aliqñ erant simul, & nunc non oĩa sunt simul, ideo dixit, quod non tñ principium segregationis in aliquo vno, hoc est non solum incepit segregatio, cum aliquod vnum segregatur ab aliquo vno, vt qñ ex hac carne segregabatur hæc aqua, sed etiam erat principium segregationis totius aggregati ex omnibus illis elementis, ita quod aliquando incepit segregari ex illo toto, cuius ratio, quia ipse posuit, quod omne fiebat ex tali toto, & quod omnibus inest fieri, ita quod omnia fiunt, quamuis non simul, & sic posuit, quod omnia, quæ iam sunt segregata, erant segregata, & ex vno toto infinito composito ex omnibus. Quarto posuit, quod ad hoc, quod fiat segregatio, oportet, quod sit aliquod segregans, quod dixit principium segregans, & generans res, ex illo toto infinito erat intellectus distinguens, qui a principio temporis, cognitis omnibus, incepit, tunc segregare, & distinguere ea adinuicem, nunquam tamen consumabitur simul totius segregatio, & sic Anax. posuit etiã infinitas res aliquando fuisse simul in vno infinito, & q ex illo vno omnia alia fiebant.

Margin: Secundo. — Primum positũ ab Anax. — Secundũ. — Tertium. — Quartũ.

Democritus autem non aliud ex alio primorũ illorum corporum fieri dicit. Ipsum tamen com-

mune

mune corpus omnium est principium, magnitudine partium differens, atque figura. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infiniti, contemplationem ad naturales Phylosophos pertinere.

Tex. c. 29. *Democritus autem nihil alterum ex altero fieri primorum dicit, sed tamen ipsum cõmune corpus omnium esse principiorum magnitudine secundum partes, & figuras differens.* Tex. c. 30. *Quod quidem igitur conueniens sit physicis hæc speculatio, manifestum ex his.*

Etiam videre poteris primo phy 35. & primo de anima t. c. 30. & primo de ge. t. c. 7.

POstquam Phylosophus posuit opinionem Anaxa. ponit opinionem Democriti, & narrat tria, quæ Democritus posuit. Primo enim posuit Democritus, infinita corpora indiuisibilia esse principia, quæ vocauit prima elementa. & posuit, quod nullum illorum corporum indiuisibilium potest fieri ex alio, quia cum sint prima principia nullum eorũ fit ex alio. Secundo posuit, quod ex omnibus illis corporibus indiuisibilibus fit vnum corpus continuum infinitum, & quod ex illo infinito per segregationem talium corporum indiuisibilium fiunt alia, & sic illud corpus infinitum magnitudine ponebat principium omnium, & hoc potuit esse, vt dixit, quia illud corpus fuit differens in figura secundum partes, hoc est athomi venientes ad constitutionem illius partis infiniti fuerunt diuersarum figurarum, & etiam differebant ordine, & positione, & propter hanc diuersitatem partium posuerunt, omnia quantumcumque diuersa ex illo corpore infinito generari. & sic Democritus posuit tria. Primum, quod corpora indiuisibilia, quæ ponuntur principia non fiunt ex alterutris. Secundo, quod ex illis corporibus indiuisibilibus constituitur quoddam corpus infinitum. Tertio, quod illud corpus infinitum est principium omnium quantumcumque sint diuersa, & hoc propter diuersitatem partium illius infiniti in figura, positione, & ordine, ex quibus apparet, quod speculatio de infinito est conueniens physicis.

Primum positum à Demo.

Secũdum.

Tertium.

B

Principium autem omnes ipsum ponunt cũ ratione. Impossibile est enim, aut ipsum in ratione rerum esse frustra, aut aliam vllam ipsi præter principij vim inesse. Omne enim quod est, aut est principium, aut est ex principio. At principium infiniti non est: esset enim ipsius finis.

C

Rationabiliter autem, & principium ipsum ponunt omnes, neque enim frustra possibile est ipsum esse, neque aliam inesse potẽtiam, nisi sicut principium, omnia enim principium sunt, aut ex principio. Infiniti autem non est principium. Esset enim vtique finis ipsius.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus narrat ea, in quibus antiqui concordabant circa infinitum, & hoc rationabiliter si infinitum sit & sunt quatuor, & in illis fuerũt opinati suot, si infinitum ponatur, & secundum hoc hæc pars continet quatuor particulas, quoniam in prima ponit primam. In secunda secundam. In tertia tertiam. In quarta quartam, particulæ patebunt per ordinem. Primum igitur, in quo conueniunt est, quod infinitum est principium. Secundum est, quod infinitum est ingenitum, & incorruptibile. Tertium est, quod infinitum continet, & gubernat omnia. Quartum est, quod infinitum est quoddam diuinum. Et si infinitum est prædicta omnia sibi conueniret. In prima igitur particula huius partis ponitur ratio, propter quam dixerunt, infinitum esse principium, quæ talis est, illud quod est, & non ponitur frustra, habet aliquam actionẽ, & ordinem inter entia, sed si infinitum sit non ponitur frustra, igitur infinitum si sit, habet a natura actionem, & aliquẽ ordinem inter entia, sed impossibile est aliquam actionem, aut ordinem inesse infinito, nisi ordinem principij, ergo infinitum si ponatur erit principium, & sic possent hic poni duo syllogismi. Primus est. Illud quod est, & non ponitur frustra, habet aliquem ordinem inter entia, infinitum si est, non ponitur frustra. ergo infinitum si est, habet ordinem inter entia. de ista ratione minor ponitur in textu cum dicitur. [Neque enim frustra possibile est ipsum esse.] Secundus syllogismus

D

Primum in quo cõueniebãt omnes antiqui.

Ratio physicorum q infi. sit principium.

A

est talis. Illud, quod habet ordinem inter entia, & non habet ordinem, vel rationem principiati habet rationem principij, sed infinitum, si ponatur, habet ordinem inter entia, & nõ habet rationem principiati. ergo infinitum, si ponatur, habet rationem principij, de ista ratione primo ponitur secunda pars, scilicet, quod infinitum si ponatur non habet rationem principiati, & hoc ponit dicit. Neque alteram inesse illi, scilicet infinito potẽtia, hoc est, actionem, vel ordinẽ, nisi sic, vt principium, hoc est, infinitum non potest habere rationem principiati, deinde ponit probationem maioris dicens, omnia enim principium, aut ex principio, idest, omne quod est, vel est principium, vel principiatum, & ex hoc sequitur, quod illud, quod habet ordinem inter entia, & non habet ordinem principiati habet rationem principij, quia inter principium, & principiatum non est medium, & sic patet maior, deinde ponit probationem secundæ partis minoris. quæ est, quod infinitum, si ponatur, non habet rationem principiati, & ratio est illa, quia si infinitum haberet principium, & omne habens principium est finitum, sequitur quod infinitum esset finitum, & hoc intendit Phylosophus dicens infiniti autem non est principiũ, idest, infinitum si ponatur non habet principium, & per consequens non est principiatum, & hoc probat consequenter Phylosophus, cum dixit. Esset enim vtique finis ipsius, hoc est si habet principium, habet finem, & sic esset finitum. Notandum, quod Commen. dicit, quod ipse inuenit talem textum, si infinitum habet principium, illud principium est infinitum, & hanc consequentiam probat Commen. & etiam probat falsitatem consequentis. consequentiam probat dicens. quod impossibile est infinitũ inueniri a finito, hoc est impossibile est, quod finitum sit principium, & causa infiniti, ideo infinitum, si habeat principium, illud principium erit infinitum, ex quo non potest esse finitum, & sic patet consequentia, & falsitas consequentis, scilicet, quod principium infiniti sit infinitum, probat Commen. sic, si principium infiniti sit infinitum, tunc erunt duo infinita, sed hoc non est concessum, quoniam alietas exigit finitatem, quia exigit discretionem, & discreta secundum quod discreta sunt finita, intelligo, quod alietas corporum exigit finitatem, & discretionem secundum locum vnius ab alio. Ex his igitur potest probari consequentia Phylosophi, scilicet, quod si infinitum sit principiatum infinitum est finitum, & hoc sic, si infinitum sit principiatum, suum principium est infinitum, quia infinitum non potest esse a finito, & si principium infiniti sit infinitum, & impossibile est duo infinita esse simul. ergo infinitum quod est principiatum non est infinitum, & per consequens est finitum, igitur a primo ad vltimum, si infinitum est principiatum, sequitur, quod infinitum sit finitum. Notandum etiam, quod Commenta. adducit aliam rationem ad probandum, quod infinitum non habet principium, quæ ratio est illa, si infinitum haberet principiũ, aut haberet principium extrinsecum, aut intrinsecum, non extrinsecum, quia sic extra infinitum esset aliquid, & sic infinitum esset finitum. Nec habet principium intrinsecum, quia principium intrinsecum est materia, vel forma. ergo si infinitum haberet principium intrinsecum, sequitur, quod materia, vel forma esset infinita. ergo &c.

Notã. primum.

Notan. secundum.

Præterea, ingenitum ipsum esse, corruptioneq; vacare censent, quippe cum sit principium quoddam. Nam & quod nascitur id habeat finem necesse est, & omnis corruptionis est finis. Quapropter (vt dicimus) huiusce non est principium. Sed hoc principium cæterorum esse videtur.

Amplius autem & ingenitum, & incorruptibile si est quoddam principium. Quodcunque enim fit necesse est accipere finem, & finalitas omnis causa est corruptionis. Quare sicut dicimus non est huius principium, sed hoc aliorum videtur esse.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio antiquorum propter quam dixerunt, infinitum esse ingenerabile, & incorruptibile, & ratio fuit illa, omne quod generatur necesse est habere finem, & magnitudinem, quam cum habeat complebitur generatio, & sic oportet generatum habere finem in magnitudine, quando completur sua generatio, quemadmodum necesse est, ipsum habere principiũ magnitudinis

Secũdum.

exua

extra quam incipit generari, & quod habet principium in magnitudine est finitum. ergo omne generabile est finitum. Similiter finitas causa est omnis corruptionis, omnis igitur generatio, & corruptio est finita, & per consequens infinitum nec generatur, nec corrumpitur, vnde breuiter ratio potest deduci sic, omne generabile, sicut habet principium in magnitudine, ex qua incipit generari, ita habet finem in magnitudine, quando cõpletur sua generatio, sed quod habet principium, & finem in magnitudine est finitum. ergo si infinitum sic generatur, infinitum esset finitum. Aliter probatur sic, si sit generabile est corruptibile, sed omne corruptibile habet finē, vbi terminatur sua corruptio. ergo. Vel potest argui sic, omne generabile habet principium, & omne corruptibile habet finem, sed infinitum, nec habet principium, nec finem. ergo infinitum, nec est generabile, nec corruptibile.

Et continere etiam ipsum omnia, gubernareq; dicunt, vt hi qui præter infinitum nullas alias causas faciunt, vt mentem, aut concordiam.

B *Et continere omnia & gubernare, sicut affirmatur, quicumque non faciunt extra infinitum aliquam causam, vt intellectum, aut concordiam.*

Tertium. HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertium, in quo antiqui concordant circa infinitum, & est: q infinitum si est, oportet quod contineat, & gubernet omnia, & hoc sequitur ex secundo, quia si infinitum sit, oportet, quod sit principium, nunc autem principio competit, quod contineat, & gubernet. & hoc affirmant omnes, scilicet, quod infinitum continet, & gubernat. quicunque non ponunt aliquam causam extra infinitum. Quidam enim posuerunt aliquas causas extra infinitum, sicut Anaxa. posuit intellectum extra infinitum, & Empe. docet concordiam, & discordiam causas extra infinitum, & ita isti non posuerunt quod infinitum contineat, & gubernet omnia, sed aliqui non posuerunt aliquam causam extra infinitum, & posuerunt, quod infinitum continet, & gubernat omnia, & isti qui posuerunt infinitum, & negauerunt causas extra: melius dixerunt, quam Empe. & Anax. qui posuerunt causas extra infinitum, scilicet, litem, amicitiam, & intellectum.

C Et hoc esse ipsum diuinum. Est enim immortale, nec vnquam perire potest, vt Anaximander, & naturalium plurimi dicunt.

Et hoc est diuinum. Immortale enim & incorruptibile est, sicut affirmant Anaximander, & plurimi Phylosophorum.

Quartũ. HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus narrat quartum, in quo antiqui concordant de infinito, & est, quod infinitum si sit oportet, quod sit quoddam diuinum, & in hoc bene dixerunt, quia infinitum si sit, est ingenerabile, & incorruptibile, & hoc est diuinum, vt posuit Anax. & plurimi aliorum Phylosophorum.

D PONVNTVR RATIONES PROBANTES & disputantes infinitatem esse. Tractatus secundi.

Cap. II.

Esse autem infinitum in ratione rerum, ex hisce quinque maxime quispiam credet. Ex tempore. Est enim hoc infinitum.

Tex. c. 32. *Esse autem aliquid infinitũ fides ex quinq; contingit maxime intendentibus ex tempore, hoc est infinitum.*

ISTVD est secundum capitulum huius Tractatus in quo disputatiue inquirit, an infinitum sit, & continet tres partes principales, quia in prima ponuntur rationes probantes infinitum esse. In secunda ibi. [Primum igitur determinandum.] Ponuntur significa-

A tiones huius nominis infiniti. In tertia ibi. [Separata quidem.] Destruitur infinitum esse eo modo, quo non naturaliter loquentes posuerunt ipsum esse. Prima pars continet tres particulas, quia in prima ponuntur quinque rationes probantes infinitum esse. In secunda ibi. [Quid enim magis.] Probat infinitos mundos esse. In tertia ibi. [Habet autem dubitationem.] Ostendit, quod oportet naturalem considerare de infinito. Prima particula continet quinque partes secundum numerum quinque rationum quas adducit. Secunda ibi. [Ex magnitudinibus.] Tertia ibi. [Amplius cum sic.] Quarta ibi. [Amplius in essendo.] Quinta ibi. [Maxime aũt.] In prima igitur parte huius particulæ. p. ponit primam rationem probantem infinitum esse, & primo proponit intentionem suam dicens, quod aliqua fides est esse infinitum ex quinque, quoniam quinque sunt rationes probantes infinitum esse, quarum prima est ista, tempus est, sed tempus est infinitum, igitur infinitum est. Notanda sunt hic tria secundum Commen. primo, quod quædam istarum quinque rationum sunt veræ, & quædam falsæ, & earum quæ sunt veræ, quædam sunt notæ per se, & quædam non. Secundo est notan. secundum Commenta. hic, quod ista ratio de tempore est per se nota, & accidit ei, quod fuerit probabilis, nullus enim potest intelligere tempus esse finitum, nec in initio, nec in fine. Tertio est notan. quod Commenta. adducit hic duas rationes probantes tempus infinitum esse, prima igitur ratio est ista, quod generatur, aut corrumpitur ipsum est aliquando in instanti præsenti, quando generatur, & corrumpitur, sed instans præsens necessario exigit tempus præteritum, & futurum. ergo ante illud instans, in quo generatur, fuit tempus, & post illud instās, in quo corrumpitur, erit tempus. Alia ratio Commen. est ista: generatum, vel corruptum est illud, cuius extrema excedun-tur a tempore, si igitur tempus ponatur generari, vel corrumpi contingit, vt sit conclusum in tempore excedente ipsum in duobus extremis, & ideo vt dicit Phylosophus, omnes antiqui conueniunt in hoc, scilicet, quod tempus sit æternum, præter Platonem.

Prima rō, quod infinitum sit.

Prima rō Commē.

Secunda ratio.

Ex magnitudinum diuisione, vtuntur enim: & mathematici infinito.

C *Et in magnitudinibus diuisionũ, vtuntur enim mathematici infinito.*

Secunda ratio. HÆc est secunda pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans infinitum esse, & est ista. Illud, quod est diuisibile in infinitum, est infinitum, sed magnitudo est diuisibilis in infinitum. ergo magnitudo est infinita, & per consequens infinitum est, maior videtur manifesta, minor vero apparet per hoc, quia mathematici vtuntur diuisione continui in infinitum. Vnde addit Commen. dicens, quod diuisio magnitudinis in duo media in infinitum est maximum principium inter mathematicos, & videtur esse per se notum. Item notan. quod Commen. mouet hic dubitationem, scilicet, verum istud principium, videlicet, magnitudo est diuisibilis in infinitum, sit per se notum in scientia naturali, vel debeat demonstrari in ea. Huic dubitationi respondet dupliciter. Prima responsio est, quod istud principium est per se notum in scientia naturali, sed in mathematica existimatur, quod debeat demonstrari in scientia naturali, verumtamen illud principium, magnitudo est diuisibilis in infinitum, non demonstratur in scientia naturali, sed supponitur tanquam per se notum, & per hoc principium probatur in scientia naturali, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus, &c. Secundo respondet, quod illud principium, s. magnitudo est diuisibilis in infinitum indiget demonstratione, & hoc in hac scientia, sed de hoc perscrutabitur in sexto huius. Sed tunc est dubium. s. quæ istarum responsionum sit verior, & videtur mihi, quod responsio secunda sit verior. Dico igitur, quod ista propositio. s. magnitudo est diuisibilis in infinitum, demonstratur in sexto huius, & hoc sic, magnitudo, aut diuiditur in semper diuisibilia, aut stat diuisio magnitudinis aliquando ad indiuisibilia, si detur primum, videlicet, quod magnitudo semper diuidatur in diuisibilia, tum semper omne diuisibile possit vlterius diuidi, sequitur, quod magnitudo sit diuisibilis in infinitum. Nec est dare secundum. s. quod diuisio magnitudinis stat ad indiuisibilia, quia tunc magnitudo componeretur ex indiuisibilibus, quod in eodem sexto improbatur.

Dubi. Cō.

Solutio prima.

Solutio secunda.

Tex. c. 17.

Ex eo

A Ex eo præterea, quia hoc pacto duntaxat generatio, & corruptio nunquã deficiet si infinitum sit, id ex quo per ablationem, id quod nascitur fit.

Amplius sic vtique solum non est deficere fieri, & corrumpi, si infinitum sit.

Tertia ratio.

HÆc est tertia pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio, quæ talis est, generatio est perpetua, sed generationem esse perpetuam non potest saluari, nisi ponendo illud, ex quo est generatio esse infinitum. ergo oportet ponere infinitum esse, probatio minoris, quoniam si illud, ex quo est generatio, esset finitum, tunc per continuam consumptionem eius tandem omnino consumeretur, & sic generatio tandem deficeret. Notan. quod Commen. dicit hic, quod ista ratio est necessaria, sed non est nota per se, est tamen concessa ei, qui dicit generationem esse ex ente, & corruptionem esse in non ens. Et intelligo, quod ista ratio est necessaria: supposito, quod generatio sit ex ente, ita quod, quicquid generatur fiat per exitum, & ablationem alicuius ab illo ente. si ergo generatio sit perpetua, oporteret illud ens, ex quo fit generatio, esse actu infinitum, quia si esset finitum, tandem consumeretur per ablationem, & exitum partium ab eo. Vnde istis duobus suppositis, scilicet, quod generatio esset perpetua, & quod generatio semper fieret per ablationem partium ab aliquo vno ente sequitur conclusio demonstratiue, sed illud secundum assumptum est falsum.

Notabile.

Insuper ex eo, quia finitum ad aliquod semper finitur. Quare necesse est nullum esse finẽ, si aliud ad aliud semper finiri necesse est.

Amplius inducendo finitũ semper ad aliquid. Quare necesse est nullum esse terminum, si semper includere necesse est alterum ad alterum.

Quarta ratio.

C HÆc est quarta pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta ratio probans infinitum esse, & est ratio talis. omne finitum finitur ad aliquod, aut igitur illud, ad quod finitum finitur, est finitum, aut infinitum. si infinitum habetur propositum. & si sit finitum, oportet quod finiatur ad aliquid, sicut prius, & sic vel statim oportet dare aliquod finitum, vel proceditur in infinitum, & si detur primum, habetur propositum, & si detur secundum, sequitur, quod est dare aliquod infinitum, scilicet, aggregatum ex omnibus illis, quæ finiuntur. Vnde Commenta. dicit hic, quod ista ratio est famosa, sed est falsa, quia accidit finito, scilicet, quod finiatur ad aliquod extrinsecum.

Maxime vero proprijssimeq; ex eo, quod vniuersis communem efficit dubitationem. Nã quia mens non deficit in cogitando & numerus, & mathematicæ magnitudines, & id quod est extra cælum infinitum esse videtur. Quod si illud sit infinitum, & corpus infinitum esse videtur, infinitiq; mundi. D

Tex. c. 32.

Maxime autem & magis proprie, quod communem facit dubitationem omnibus, propter id enim quod intellectum non est deficere: & numerus infinitus videtur esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cælum. Infinitum autem cum sit extra, & corpus infinitum videtur esse, & mundi.

Quinta ratio.

HÆc est quinta pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quinta ratio probans infinitum esse, quæ talis est, intellectus intelligendo non deficit, sed intellectus extra quodcumque finitum intelligit aliquid, quia quocumque numero finito accepto intelligit maiorem, & quacunque magnitudine finita accepta intellectus intelligit maiorem magnitudinem, & intellectus

A intelligit extra cælum vacuum infinitum, igitur cum intellectus intelligendo non deficiat, oportet quod sit numerus infinitus, & magnitudo infinita, & etiam vacuum infinitum, & per consequens infinitum est, vnde intellectus intelligendo, vel imaginando non deficit, & contingit intelligere, vel imaginari vacuum infinitum, & magnitudinem infinitam extra cælum, sequitur, ergo, quod extra cælum est vacuum infinitum, & magnitudo infinita.

Cur enim magis hac parte vacui, quã hac: moles est collocanda. Quare si aliqua sit in parte, & vbiq; necesse est esse. Et insuper si sit vacuũ, infinitusq; locus, & infinitum corpus esse necesse est. In perpetuis enim non differunt posse, ac esse.

Quid enim magis vacuum hic, quam ibi. Quare si quidem in vno loco, & vbique esse magnitudinem. Similiter autem & si vacuum est, & locus infinitus, & B *corpus infinitum necesse est esse. Contingere enim abesse, nihil differt in perpetuis.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua cum Phylosophus posuit rationem probantem vacuum infinitum esse extra cælum, ponit rationem probantem infinitos mundos esse ex hoc, quod ponitur vacuum infinitum extra eosdem, & hæc ratio extra eosdem est vacuum infinitum, vt probatum est, quia intellectus intelligendo, vel imaginando non deficit, cum igitur sit vacuum infinitum, & in vna parte vacui potest esse mundus, quia iste mundus, in quo nos sumus, est in vna parte vacui, & non est maior ratio, quare in vna parte vacui possit esse mundus, quã in alia, sequitur, quod in infinitis partibus vacui sint infiniti mundi, quia nulla pars est dignior, vt in ea sit mundus, quam alia, nam qua ratione in vna parte vacui potest esse vnus mũdus, eadem ratione in alia parte vacui potest esse alius mũdus, & sic in infinitis partibus vacui possunt esse infiniti mundi in vacuo extra cælum: probatur, quia in vacuo extra cælum sunt infiniti mundi, & hoc sic, mundus est quoddam æternum, & in C æternis non differt esse a posse, quia æterna sunt extra tempus, & ideo cum in æternis aliquid sit possibile, necesse est, vt illud sit. Vnde cum in vacuo extra cælum possint esse infiniti mundi, sequitur, quod sint infiniti mundi, & etiam quod necesse est ibi esse infinitos mundos. Notan. secundum Commen. hic, quod possibile in rebus æternis, quas non continet tempus, est necessarium, quod autem est possibile, quod sit, & non sit, est in indiuiduis specierum quæ continet tempus, hæc Commen. vnde si possunt esse infiniti mundi extra cælum, cum tempus non continet illa quæ sunt extra cælum, sequitur, quod necesse sit infinitos mundos esse extra cælum. Intelligendum. quod illam propositionem. s. in perpetuis nõ differt esse a posse, non ponit Phylosophus, nisi recitando rationem antiquorum ponentium infinitos mundos esse in vacuo extra cælum, & propter hoc illa propositio non est allegan da auct. cum non sit propositio Phylosophi, sed antiquorum, si quis tamen afficiatur ad illam propositionem, debet eam sic intelligere, scilicet quod in perpetuis non differt esse substantiale a posse, hoc est a potentia, quæ est ad esse substantiale, quoniam secundum intentionem Phylosophi, & Com. quæcunque substantia potest esse æterna, illa est æterna, vnde om D nis substantia transmutabilis substantialiter, quæ potest esse, illa est in actu. Impossibile enim est, aliquam substantiam esse de se possibilem, & tamen perpetuam ab alio, vt dicit Com. 12. meta. & primo cæli, & mundi, sed non est sic de accidentibus, quia tempus futurum, cuius principium erit primum crastinæ diei potest esse æternum, & tamen nunc nõ est æternum, quia nunc non est, & si dicatur contra hoc, quod motor cæli est substantia æterna, & tñ potest facere Solẽ esse in Oriente, qui nũc non est in Oriente. ergo in substantijs æternis differt esse a posse. Dicendum quod in substantijs æternis non differt esse a posse, tamen in æternis differt facere a posse facere. quia non sequitur, substantia æterna potest facere. ergo facit hoc, tamen bene sequitur, substantia æterna potest esse. ergo est, & hoc quod dico, est verum secundum intentionem Phylosophi, & Commen. tamen dico, quod non sequitur sol æternus potest esse in Oriente. ergo est in Oriente, & tamen sequitur: Sol æternus potest esse in rerum natura. ergo est in rerum natura, vnde non oportet, quod si aliquod prædicatum possit inesse substantiæ

Idem 12. met. c. 10. Idem 2. cæl. c. 31. & 14. Idem hoc infr. c. 75.

substantiæ æternę, quod propter hoc illud prædicatum sibi insit, tamen si esse in effectu siue esse existere possit inesse alicui substantiæ æternæ, sequitur, quod esse existere inest ei.

Habet autem dubitationem ipsa contemplatio infiniti. Nam si ponatur esse: impossibilia multa sequuntur, & etiam si non esse ponatur. Præterea vero nam sit modo Vtrum vt substantia, an vt accidens alicui naturæ per se, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitum & multitudine infinita.

Tex. c. 33. *Habet autem dubitationem de infinito consideratio, & namque non esse ponentibus multa impossibilia accidunt, & esse. Amplius autem qualiter est, vtrum sicut substantia, aut sicut accidens per se alicui naturæ, aut neutraliter. Sed nihil minus est infinitum, & infinita magnitudine.*

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua concluditur ex prædictis, quod oportet naturalem loqui de infinito an est, & qualiter est, & de quo infinito an sit maxime habet inquirere, & dicit Phylosophus, quod ponendo infinitum non esse multa impossibilia accidunt, vt tempus non esse infinitum, & magnitudinem non esse diuisibilem in infinitum. Et similiter ponendo infinitum esse, videntur sequi multa inconuenientia, vel impossibilia, vt postea apparebit, ideo perscrutandum est de infinito an sit, posito quod infinitum sit, perscrutandum est, qualiter est, idest, vtrum sit substantia, vel accidens alicui alteri naturæ, aut se habet neutraliter, sic, quod nec sit substantia, nec accidens, & indifferenter, siue ponatur vnum infinitum in magnitudine, siue plura, inquirendum est de infinito: vtrum sit substantia, vel accidens: ista igitur sunt inquirenda de infinito, scilicet, an est. & posito, quod sit, vtrum sit substantia, vel accidens: omnia ista, & alia consideranda sunt in scientia naturali.

Maxime autem ad naturalem Phylosophũ pertinet, si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerum considerare.

Tex. c. 34. *Maxime autem est physici considerare, si est magnitudo sensibilis infinita.*

QVamuis maxime sit considerandum in scientia naturali de infinito. Vtrum sit aliqua magnitudo sensibilis infinita, ex his potest elici ratio ad probandum conclusionem decimamquartam. s. quod ad scientiam naturalem pertinet considerare de infinito, & potest fieri ratio talis de illo: quod si sit: est naturale: circa quod accidũt multæ dubitationes, vtrum sit, vel non: & posito, quod sit, quid sit: pertinet ad scientiam naturalem considerare, sed infinitum est huiusmodi. ergo &c.

14. cõclusionis proba tio.

Atque primum determinandum est, quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicitur infinitum, quod impossibile est pertrãsire ex eo, quia non est aptum, vt per ipsum transitio fiat, perinde atque vox inuisibilis dici solet. Alio modo id dicitur infinitum, quod habet sine fine transactionem. Aut quod vix, aut quod aptum est quidem habere, non habet tamen transactionem, vel finem. Præterea infinitum omne, aut in appositione, aut in diuisione, aut in vtrisque consistit.

Primum igitur determinandum, quot modis dicitur infinitum. Vno quidem igitur modo, quod impossibile est transire ex eo, quod non est aptum transiri, vt est vox inuisibilis. Aliter autem transitum habens inconsumabilem, aut quod vix, aut quod aptum natum est habere, non tamen habet transitum, aut finem. Amplius igitur infinitum esse, aut secundum appositionem, aut secundum diuisionem, aut vtroque modo.

A HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua ne procedatur in æquiuoco Phylosophus perscrutatur secundum quot modos dr̃ infinitũ. & ponit quinq; modos, quibus dicitur infinitum. Primus modus est, quod infinitum dr̃ illud, quod non potest pertransiri, quia non est natum pertransiri, eo quia non habet magnitudinem, vt punctus, quo sonus dicitur inuisibilis, quia non potest videri, eo quia nõ est natus videri. Et dicit Cõm. quod iste modus priuationis est, s. quo aliquid dicitur carere illo quod ipsum non est innatum habere, neque suum genus, si habet genus, vt cum dicitur Deum esse non corpus. Secundo modo illud dicitur infinitũ, quod habet quantitatem actu, & non habet finem, & hoc est infinitum secundum extrema, i. quantum carens extremis, & de hoc infinito perscrutabitur hic. Tertio modo dicitur infinitum illud, quod de difficili potest pertransiri propter suam longitudinẽ, & isto modo dicitur infinitum via longa infinita. Quarto modo illud, quod quantum est ex se est pertransibile, non tamen potest pertransiri propter impedimentum, & sic profunditas maris dicitur infinita. Et dicit Commen. quod isti duo modi, s. tertius, & quartus sunt transumpti. Quinto modo illud dicitur infinitum, in quo actus semper est coniunctus cum potentia & sic infinitum inuenitur in numeris, & magnitudinibus, quia in numeris inuenitur secundum appositionem, & in magnitudinibus secundum diuisionem. — Secundo modo. — Tertio modo. — Quarto modo. — Quinto modo. — B

Separabile igitur a sensibilibus infinitum esse nõ potest, quod quidem ipsum sit infinitum. Nam si infinitum ipsum neque magnitudo sit, neq; multitudo, sed substantia, & non accidens, indiuisibile erit profecto. Diuisibile enim aut magnitudinem, aut multitudinem esse constat. Si vero indiuisibile sit, infinitum non erit, nisi perinde atque vox est inuisibilis. At neque illi, qui dicunt infinitum esse, ipsum hoc pacto ponunt, neque nos, quærimus si sit identidem ipsum, sed vt habet sine fine transactionem.

C *Separatum quidem igitur esse infinitum a sensibilibus ipsum aliquid ens infinitum impossibile est. Si namque neque magnitudo, neque multitudo est, substantia aũt ipsum infinitum, & non accidens indiuisibile erit. Diuisibile enim aut magnitudo, aut multitudo erit. Si autem indiuisibile est, non infinitum est, nisi sicut vox inuisibilis, sed neque sic dicunt esse affirmantes esse infinitum, neque nos quærimus, sed sicut intransibile.* Tex. c. 35.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus probat, quod infinitum carens extremis non est eo modo, quo naturales posuerunt, hæc pars continet duas particulas, quoniam in prima probat, quod infinitũ non est substantia separata a sensibilibus. In secunda ibi. [Rationabiliter autem.] Probat, quod nec continuum, nec discretum, i. nec corpus nec numerus est actu infinitum. In prima igitur particula probat Phylosophus, quod infinitum non est substantia separata a sensibilibus, hæc particula continet tres D partes, quoniam in prima Phylosophus ponit vnam rationẽ probantem conclusionem, quam intendit In secunda ibi. [Si autem secundum accidens.] Remouet vnum dubium. In tertia ibi. [Manifestum autem est.] Ponit aliam rationem ad eandem conclusionem. Vel possit hæc particula diuidi in quatuor partes, secundum quod quatuor rationes videtur adducere ad probandum hanc conclusionem. Secunda ibi [Si autem secũdum accidens.] Tertia ibi. [Amplius quomodo.] Quarta ibi. [Manifestum autem est.] In prima igitur particula intendit Phylosophus probare istam conclusionem, quod infinitũ non est substantia separata a sensibilibus, & hæc est decimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur quadrupliciter secundum diuersas expositiones. In prima igitur parte huius particulæ ponitur prima ratio, quæ est talis. si infinitum esset substantia separata a sensibilibus, aut esset substantia diuisibilis, sed necesse substantia separata diuisibilis, nec indiuisibilis. ergo infinitum non est substantia separata a sensibilibus. maior est manifesta per diuisionẽ immediatam. minor probatur quantũ ad vtranq; partem, & primo, quod non est substantia separata diuisibilis, — 15. conclusio huius libri. — Prima ratio prin.

& hoc

& hoc probatur sic, omne diuisibile, aut est magnitudo, vel multitudo, vel sic, omne diuisibile est magnum, vel multum, sed nec magnitudo, nec multitudo est separata a sensibilibus: hoc enim concedunt illi, contra quos arguit, & per consequēs, nec magnum, nec multum est separatum a sensibilibus. igitur non est ponere substantiam separatam diuisibilem a sensibilibus, & sic patet prima pars minoris. Secunda vero pars minoris, scilicet, quod infinitum non est substantia indiuisibilis separata a sensibilibus, probatur, quia si sic indiuisibile non erit vere infinitum, quoniam indiuisibile non est vere infinitum, nisi sicut vox est inuisibilis. vnde vox non dicitur inuisibilis, nisi quia non est visibilis, & sic si indiuisibile dicatur infinitum, hoc non est, nisi quia non est finitum, sed nō ponunt ipsi infinitum esse sic, nec intendimus loqui sic de infinito quanto non pertransibili, quod non habet finem.

Quod si infinitum per accidens sit, non hoc elementum erit eorum, quæ sunt, quo est infinitum, quemadmodum, nec ipsum inuisibile locutionis est elementum, & tamen vox est inuisibilis.

B

Tex. c. 36. *Si autem secundum accidens est infinitum non erit vtique elementorum eorum, quæ sunt secundum quod est infinitum, sicut neque inuisibile locutionis, quamuis vox sit inuisibilis.*

HÆc est secunda pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus remouet vnā responsionem, quæ posset dari ad rationem suam, quia posset aliquis dicere, quod infinitum est aliquod accidens existens in substantia separata, ita quod est in aliqua substantia separata, cui accidit infinitas, hoc remouet Phylosophus dupliciter, & probat istam conclusionem, quod infinitum non est accidens existens in substantia separata, & hæc est decimasexta 26. concl. huius lib. conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Nihil est principium substantiæ nisi substantia, ergo si infinitum sit accidens non est principium substantiæ secundum quod est infinitum, & tunc si infinitum sit principium non erit principium secundum quod infinitum, & sic erit principium per accidēs, sicut inuisibile est per accidens principium locutionis, sonus enim est per se principium locutionis, & sonus est inuisibilis, & sic inuisibile est principium locutionis, sed hoc est per accidens, quia inuisibile non est principium locutionis secundum quod inuisibile, & eodē modo si infinitū esset accidens existēs in substantia separata, infinitum non esset principium per se, sed solum per accidens, cuius contrarium dicunt antiqui.

C

Præterea quonam pacto quippiam ipsum infinitum esse potest, si neque numerus, neque magnitudo per se esse potest, quorum per se affectus quidam ipsum est infinitum. Minus enim ipsum per se quam magnitudinem, aut numerū esse necesse est.

Amplius quomodo continget aliquid esse ipsum infinitum, si vere non est, & secundum numerum, & magnitudinem, quorum est per se passio quædam infinitum. Adhuc enim minus necesse quam secundum numerum, & magnitudinem.

D

HÆc est tertia pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua probatur eadem conclusio sic: si infinitum esset accidens substantiæ separatæ a sensibilibus, tunc infinitum esset separatum a sensibilibus. cōsequens est falsum. ergo & antecedens. consequentia patet de se. & falsitas consequentis probatur sic. illud accidens non est separatum a sensibilibus, cuius subiectum non est separatum a sensibilibus, hoc patet, quia nunquam potest accidens esse magis separatum, quam subiectum, sed subiectum infiniti est multitudo, vel magnitudo, sed multitudo, & magnitudo non sunt separata a sensibilibus. ergo infinitum non est separatum a sensibilibus, & per consequens non est accidens existens in substātia separata a sensibilibus. vnde istæ duæ rationes, si quis vellet, possunt deduci ad conclusionem decimamquintam, quæ est, quod infinitū non est substātia separata a sensibilibus. primo sic. si infinitū esset substātia separata a sensibilibus, illi substantiæ separatæ accidit infinitas, quia certum est, quod hoc nomen infinitū non prædicatur de substātia essentialiter, sed per accidens, & si infinitū accidat substantiæ, tunc infinitū nō erit principium secundum quod infinitum, cuius contrarium dicebant antiqui. Secunda ratio potest sic adduci: infinitum est accidens multitudinis, & magnitudinis, quoniam infinitum dicitur esse in subiecto, sed accidens non est magis separatum, quam subiectum, nunc autem magnitudo, & multitudo non sunt separata a sensibilibus, vt isti antiqui concedunt. ergo infinitum non est substantia separata a sensibilibus, & hoc magis videtur expositio, & intentio Commen.

Perspicuum etiam est infinitum sic esse nō posse, vt actu sit, & vt substantia principiumve, nam infinitum erit quicquid ipsius accipias, si habet partes. Est enim idem esse infiniti, ac infinitum, vt patet, si infinitum substantia sit, & non in subiecto. Quare fit vt ipsum, aut indiuisibile sit, aut in infinita sit diuisibile. At fieri nequit, vt idem multa sit infinita. At vero, vt pars aeris aer est, sic & infinitum, & pars quævis infiniti, si substantia quædam, & principium sit, vti dicunt. Vacat igitur partibus, atque indiuisibile est. At esse non potest id tale, quod actu est infinitum. Necesse est enim ipsum quantum quid esse.

Manifestum autem est, quod non contingit infinitum esse, sicut ens, & sicut substantia, & principium. Erit enim quodlibet ipsius acceptum infinitum, si partibile. Infinito enim esse, & infinitum idem est, si substantia infinitum est, & nō de subiecto. Quare aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile. Multa autem infinita esse idem impossibile est. At vero sicut aeris aer pars est, sic & infiniti infinitum. Siquidem substantia est, & principiū impartibile, igitur & indiuisibile est, sed impossibile est esse actu infinitū. Quantitatem. n. aliquā necesse est esse. Tex. c. 37.

HÆc est quarta pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secūda ratio principalis, probans, quod infinitū non est substantia separata a sensibilibus, & continet tres particulas. quia in prima ponitur ratio probans conclusionē. In secunda ibi. [Secūdum accidens.] Probat, quod si infinitum sit principium, quod hoc erit per accidens, & etiam reprehendit Pythagoricos. In tertia autem ibi [Sed fortasse.] Narrat, quod hæc perscrutatio de infinito in substantijs abstractis non est propria huic scientiæ. In prima igitur particula huius partis ponit conclusionem dicens, quod manifestum erit ex his, quæ dicentur, quod infinitum non est aliquid actu existens tanquam substantia separata a sensibilibus, & principium aliorū entium. & ratio est ista. si infinitum sit substantia separata a sensibilibus, aut igitur infinitū est indiuisibile, aut diuisibile. igitur sequitur, quod quælibet pars illius infiniti sit infinita, sed hoc est inconueniens, quia sic multa essent infinita, quod est impossibile. istam consequentiā. infinitū est substantia separata diuisibilis. ergo quælibet pars infiniti est infinita. probat Phylosophus sic. Si infinitum sit substantia separata, tunc infinitū esse, & infinitū idem dicerent, quia infinitum, & sua quidditas idem sunt realiter, quia in separatis a materia idem est omnino quidditas, cū eo cuius est. ergo sicut ipsum totum est quoddam infinitum, ita & quælibet pars totius erit infinita. ergo non pōt poni, quod infinitum sit substantia separata diuisibilis. Hæc ratio confirmatur sic. Sicut pars aeris se habet ad aerem, ita pars infiniti se habet ad infinitū, si infinitū ponatur substātia diuisibilis, quia infinitum si sit substantia separata diuisibilis erit ita simplex, & vniformis in partibus, sicut aer, sed quælibet pars aeris est aer. ergo, si infinitū ponatur substātia separata diuisibilis, quælibet pars infiniti erit infinita, quod est impossibile ergo relinquitur, quod infinitū, si ponatur substantia separata, nō erit diuisibile, nec pōt aliud membrum dari, videlicet, quod infinitū sit substantia separata indiuisibilis, quia oē quod est actu infinitum est quantū, sed omne quantum est diuisibile. ergo si aliquid esset actu infinitum non erit indiuisibile. Aliter tamen potest hæc consequentia probari. si infinitum est substantia separata

Secunda rō princ.

Confirm. eiusdē rationis.

parata diuisibilis, ergo quælibet pars infiniti est infinita. sic si infinitum sit substantia separata diuisibilis: tunc infinita erunt idem. hoc est infinitum, & quodlibet, quod est in eo erũt eiusdem rationis, & hoc patet. quia ex quo infinitũ ponitur principium omnium aliorum, nõ possunt in infinito poni aliqua diuersarum rationum a ratione infiniti, quia sic infinitum esset principiatũ ex illis, quæ sunt alterius rationis ab infinito, & sic non esset principium. Vnde per esse infinitum secundũ istam expositionem debet intelligi ratio cuiuslibet, quòd est in infinito, & per infinitum debet intelligi ratio infiniti. vnde si infinitum sit substantia separata, tunc ratio infiniti, & ratio cuiuslibet, quod est in infinito, debet esse eadem. aliter infinitum esset principiatum, & tunc sicut ipsum totum infinitum est infinitum, ita quælibet pars infiniti esset infinita. Intelligendum, quod tenendo primam expositionem. f. quod per infinitum esse intelligatur quidditas infiniti, sic illa consequentia non valet vniuersaliter in omni materia. hæc res est eadẽ cum sua quidditate. ergo quælibet pars huius rei est hæc res: gratia tamen materiæ tenet in illis, quæ non possunt componi ex partibus alterius rationis a toto: cuiusmodi est infinitũ, si ponatur substantia abstracta, & principium omnium aliorũ. Intelligendum etiam, quod cũ Phylosophus dicit, quod quælibet pars aeris est aer, illud est intelligendũ de partibus quantitatiuis, non autem de partibus quidditatiuis, vel essentialibus, vt sunt materia, & forma, quia nec materia aeris est aer, nec etiam forma aeris est aer. Intelligendum, quod istud dictum Phylosophi hic, & in de cælo, & mundo, videlicet, quælibet pars infiniti est infinita, potest multipliciter exponi. Vno

Primo modo. modo sicut iam expositum est. f. si quod infinitum ponatur, & sit principium, vt dixerunt antiqui, tunc oportet, quod omnes partes infiniti sint similes, quia si essent dissimiles tunc infinitum esset principiatum, & compositum ex partibus qualitatiuis, vt ex materia, & forma, & sic si infinitum sit, oportet, quod quælibet pars infiniti sit infinita. Aliter potest exponi, non

Secundo modo. ponendo infinitum esse principium, quòd illud dictum, scilicet, quælibet pars infiniti est infinita: est intelligẽdum de partibus aliquotis, quæ partes aliquotæ sumptæ reddunt ipsum totum: quoniam ex partibus finitis finities acceptis nunquam redditur infinitum. Vnde si infinitum ponatur, quælibet eius medietas erit infinita: & sic quælibet pars tertia, & quælibet quarta, & sic de alijs partibus aliquotis, erit infinita, & hoc si infinitum ponatur habere partem aliquotam, tamen de partibus non aliquotis non oportet, quoniam totum tempus est infinitum secundum Phylosophum, & tamen ista dies, quæ est pars totius temporis non est pars aliquota totius tempo-

Tertio modo. ris. Tertio modo potest sic intelligi, scilicet, quod si infinitum ponatur, non habebit aliquam partem finitam, quia sicut punctus se habet ad lineam, ita finitum se habet ad infinitũ, quia sicut puncti ad lineam nulla est proportio, ita ad infinitum nulla est proportio, & ideo sicut punctus non est pars lineæ,

Dubium. ita dicunt, quod finitum non est pars infiniti. Sed hoc non videtur verum, quia ista dies est pars totius temporis infiniti, & totius multitudinis infinitæ omnium dierum secundum opinionem Phylosophi ponentis tempus fuisse ab æterno, & sic secundum Phylosophum ponẽdum est, quod finitum sit pars infiniti. Nec valeat illud, quod isti dicunt, scilicet, sicut punctus ad lineam ita &c. quia non est simile, nisi quantũ ad hoc, quod sicut non est proportio puncti ad lineam, ita nõ est proportio finiti ad infinitum, sed quantum ad esse partem, vel nõ esse partem non est simile: quoniam pars temporis finita est per se, & indirectè eiusdem speciei cum tempore infinito, & ideo, sicut si esset aer infinitus, quilibet aer finitus esset pars illius aeris infiniti: ita supposito, ꝙ tempus sit infinitum, vt dicunt Phylosophi, sequitur, quod quodlibet tempus finitum

Solutio. est pars illius temporis infiniti. ideo dico, ꝙ si infinitum sit: ex hoc non sequitur, ꝙ quælibet pars aliquota infiniti sit infinita, non sic loquuntur mathematici de parte: quoniam solũ tales partes. f. aliquotæ dicuntur esse partes, vt dicunt mathematici, quia mathematici idem intelligunt per partem, quod partem aliquotam, & sic intelligendo esset dicendum, quod nullum infinitum esset pars infiniti. Nos tamen communiter aliter intelligimus, dicimus enim quod quicquid cum alio constituit aliquod totum est pars illius totius, & sic binarius est pars quinarij quamuis non sit pars eius aliquota.

Per accidens igitur infinitum ipsum esse videtur. Quod si ita sit: dictum iam est antea non posse ipsum principium dici. Sed illud, cui accidit, vt aerem, aut par.

A *Secundum accidens ergo est infinitum, sed sic dictum est, quod non contingit ipsum dicere principium, sed illud, cui accidit, scilicet, aerem, aut par.* Tex. c. 38.

HÆc est secunda particula quartæ partis primæ particulæ tertiæ partis principalis huius ca. in qua declaratur quod si infinitum quantum carens extremis sit principium, hoc erit per accidens, & potest poni hæc conclusio 17. huius libri, scilicet, quod infinitum quantum carens extremis nõ est principium per se. hæc conclusio probatur sic. quandocunq; aliquid accidit alicui illud, quod accidit non est principiũ, nisi quia illud, cui accidit est principium, sed substantiæ quantæ, vt aeri, aut pari, & sic de quolibet alio accidit, ꝙ sic infinitum. ergo si infinitum sit principium, hoc ideo est, quia aer, aut par, cui accidit, ꝙ sit infinitum est principium, sed illud, quod non est principium, nisi quia illud, cui accidit, est principiũ, nõ est principium per se, sed solum per accidens f. quia illud, cui accidit, est principiũ. ergo si infinitum quantũ carens extremis sit principiũ, non erit principium per se, sed solũ per accidens. De ista ratione primo Phyl. ponit conclusionẽ. secũdo maiorem. 17. concl. huius lib.

B **Quarè absurde dicunt profecto, qui tale illud esse censent, vt Pithagorici dicunt. Nam substantiam faciunt ipsum, & simul etiam partiuntur.**

Quare inconuenienter vtique enunciant idem dicentes: sicut Pythagorici dicunt: simul enim substantiam faciunt infinitum, & partiuntur.

EX isto, scilicet, ꝙ infinitum si ponatur est accidens. Phyl. reprehendit Pythagoricos specialiter, quia simul posuerunt infinitũ substantiam separatam, & illam substantiam esse principium aliorum, & tñ posuerunt ipsum esse diuisibile: quia ex quo infinitas accidit substantiæ separatæ, & quantitati, & non est accidens essentiale non deberent ponere substãtiam, vel quantum esse principium: nihil enim debet poni principium per hoc, ꝙ illud, quod accidit sibi ponitur esse principiũ, siue sit accidens propinquum, siue remotum. Et notandum

C ſm Com. ꝙ bene dicitur aliquid esse principium per hoc, quia eius accidens essentiale est principium, v. g. dicimus, quod ignis, & aqua sunt principia, & elementa, quia primæ qualitates, quæ accidunt eis essentialiter sunt principia, & elementa.

Verum hæc quidem forsitan inquisitio vniuersalis est magis: si possit, inquam, infinitum, & in mathematicis, & in intelligibilibus, & in hisce, quæ nullam habent magnitudinem esse. Nos autem, si sit in sensibilibus, de quibus doctrinam facimus, infinitum corpus in cremento, necne consideramus, ac perscrutamur.

Sed fortassis hæc quidem est vniuersalis quæstio magis, si contingit in mathematicis infinitum esse, & intelligibilibus, & in nullam habentibus magnitudinem. Nos autem intendimus de sensibilibus, & de quibus fa- Tex. c. 39.

D *cimus scientiam, vtrum in ipsis est: aut non est corpus infinitum in augmentum.*

HÆc est tertia particula quartæ partis primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua postquã Phylosophus declarauit, quod infinitum non est substantia separata, nec etiam infinitum quantum, secundũ quod est infinitum, est principium, narrat, quòd ista perscrutatio non est propria huic scientiæ, scilicet, quod aliqua substantia abstracta sit infinita, quia hoc pertinet ad scientiam vniuersaliorem, quam est ista. nam hæc perscrutari spectat ad metaphysicam, hæc etiam perscrutatio, scilicet vtrum aliqua magnitudo sit infinita, & vtrum aliquis numerus sit infinitus non pertinet ad istam scientiam, sed propria consideratio huius scientiæ est. vtrum aliquod corpus sensibile sit infinitum in actu, sed hæc quæstio vtrum sit infinitum in quantitate, vt in intellectis, aut in substantijs separatis, pertinet ad metaphysicam, vel ad mathematicam,

quoniam illa quaestio, videlicet, vtrum aliqua substantia separata sit infinita spectat ad metaphysicam, sed istae quaestiones, s. vtrum sit aliqua magnitudo finita, vel vtrum aliquis numerus sit infinitus spectat ad mathematicam. Notandum secundum Commentatorem hic, quod diuersimode consideratur de infinito in mathematica, & metaphysica, & in scientia naturali: quoniam perscrutatio de infinito in intellectis, secundum quod sunt intellecta. s. secundum, quod sunt abstracta a mensuris. s. a quantitatibus, pertinet ad scientiam diuinam, sed perscrutatio de infinito in mensuris, vel in magnitudinibus secundum, quod sunt abstracta a materia est perscrutatio mathematica, infinitum enim esse in rebus mensuris est principium, quod ponit mathematicus: possibile enim est apud ipsum lineam exire in infinitum, & similiter in superficiebus, & in corporibus, sed scientia naturalis perscrutatur de infinito, quod accidit mensuris secundum, quod sunt in materia, haec Com. Sic igitur apparet, quod scientia diuina perscrutatur de infinito. s. an reperiatur in substantijs abstractis. mathematica vero considerat de infinito in magnitudinibus, scilicet, secundum quod intelligun tur abstracta a materia sensibili, & naturalis considerat de infinito in corporibus sensibilibus, & perscrutatur, an aliquod corpus sensibile sit actu infinitum. Igitur &c.

Notan. quod diuersimode cōsideratur de infinito in mathe. & in metaphy.

Si igitur disserendi modo considerabimus, ex hisce videbitur infinitum non esse. Nam si ratio corporis est superficie terminatū esse, non erit infinitū vllum, aut intelligibile, aut sensibile corpus.

Tex. c. 40.

Rationabiliter quidem igitur speculantibus ex huiusmodi videbitur non esse utique. Si enim est corporis ratio quod planicie determinatum est, non erit vtique corpus infinitum, neque intelligibile, neque sensibile.

HAec est secunda particula tertiae partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod nec continuum, nec discretum est actu infinitum, & continet duas partes, quia in prima declaratur, quod nullum corpus est actu in infinitū, & per hoc apparet, quod infinitum non reperitur in continuis: In secunda ibi [At vero.] Probatur quod nullus numerus est actu infinitus & per hoc apparebit, quod infinitum non reperitur in discretis. In prima igitur parte huius particulae declaratur, quod nullum corpus sensibile, nec intelligibile est actu infinitum. Vnde probatur vniuersaliter, quod nullum corpus est actu infinitum, & haec est 18. conclusio huius libri, quae probatur sic. Omne quod continetur ab vna, vel pluribus superficiebus est finitum, sed omne corpus continetur ab vna superficie, aut a pluribus superficiebus ergo omne corpus est finitū, igitur nullum corpus est infinitum. maior huius rationis est manifesta, quia manifestum est, quod infinitum non continetur ab aliquo, nec ab aliquibus, ideo omne, quod continetur ab vna superficie, vel a pluribus superficiebus est finitum, cum contineatur ab aliquo vel ab aliquibus. minor vero probatur sic. omne corpus est figuratum, sed omne figuratum est rotundum, vel non rotundum, idest, vel est figurae rotundae, vel alterius figurae, & omne corpus rotundum continetur ab vna superficie, sed omne corpus alterius figurae continetur ab vna superficie, vel a pluribus superficiebus, ergo. Notandum secundum Comment. hic, quod si aliquis ponit corpus infinitum esse, non concedit ipsum habere figuram, quoniam si esset corpus infinitum, nec esset sphericum, vel non sphericum, sicut non est verum dicere, punctum esse spericum, vel non spericum. Intelligendum tamen, quod Commentator non intendit dicere, quod neutrum istorum contradictoriorum, scilicet sphericum, & non sphericum, dicitur de corpore infinito, si esset corpus infinitum, nec etiam intendit, quod neutrum horum dicatur de puncto, quia certum est, quod de quolibet vere dicitur alterum istorum, sed sphericum intendit habens figurā sphericam, & per non sphericum intendit habens figuram nō sphericam, & ista non sunt contradictoria, scilicet, habens figuram sphericam, & habens figuram non sphericam. Vnde si esset corpus infinitum, nec esset habens figuram sphericam, nec habens figuram non sphericam. Intelligendum etiam, quod ista ratio Phylosophi dicitur esse Logica, quia est ex probabilibus, quia probabile est, quod omne corpus sit figuratum, sed nō est per se notum, & ideo haec ratio non est simpliciter demonstratiua a prioribus. vnde aduersarius ponens corpus infinitum esse, negaret hoc assumptum, videlicet, quod omne corpus cō

18. concl. huius lib.

Oppositū vide de celement. 3. cæli.

Tex c. 67.

Notandū.

A tinetur ab vna superficie, vel a pluribus superficiebus, & etiam negaret hoc, scilicet, quod omne corpus esset figuratū, potest etiam illa ratio dici Logica, eo quia accipit propositionem communem diuersis scientijs, quoniam corpus accipitur hic indifferenter pro corpore sensibili, & pro corpore abstracto a qualitatibus sensibilibus, & sic illa propositio, omne corpus est figuratum, & etiam illa propositio. omne corpus continetur ab vna superficie, vel a pluribus superficiebus est communis diuersis scientijs.

At vero neque numerus, ita vt separatus, ac infinitus. Numerus enim omnis, & id quod numerum habet, numerabile est. Si igitur fieri potest, vt ipsum numerabile numeretur, & infinitum quispiam poterit pertransire.

Tex. c. 41

At vero nec numerus sic est, sicut separatus, & infinitus. Numerabile enim numerus est, aut habens nume
B *rum. Si ergo numerabile possibile est numerari, & transire vtique possibile erit infinitum.*

HAec est secunda pars secundae particulae tertiae partis principalis huius capituli, in qua ponitur quaedam ratio probans, quod infinitum non inuenitur in discretis. vnde probatur, quod nullus numerus est infinitus. & haec est 19. conclusio huius libri, quae probatur sic. Omnis numerus, & omne habens numerum, vel est numeratum in actu, vel possibile est, vt sit numeratum in actu: ista propositio apparet, quia omnis numerus est numerabilis; & omne numerabile est numeratum in actu, vel potest esse numeratum in actu. si igitur numerus esset infinitus, sequitur, quod infinitum esset numeratum in actu, vel quod posset esse numeratum in actu, quod est impossibile, quia sic infinitum esset actu pertransitum, vel posset esse actu pertransitum. Intelligendum est, quod istae rationes probantes, quod nec corpus est infinitum, nec numerus est infinitus, probant vniuersaliter, quod nullum corpus est infinitum, nec numerus est infinitus. vnde prima ratio probat, quod nec corpus sensibile, nec etiam corpus separatum est
C infinitum. Secunda vero ratio probat vniuersaliter, quod nec numerus existens in sensibilibus est infinitus, nec etiam numerus existens in intelligibilibus, siue in separatis a materia est infinitus. Notandum secundum Com. hic, quod forte ista propositio est de genere propositionum notarum per se, scilicet, quod omnis numerus est numeratus, & quod omne numeratum in potentia cum fuerit in actu, possibile est, vt sit numeratum in actu, haec Commen. hoc est, omne numeratum in potentia cum positum fuerit, quod actu existat, est possibile, quod sit actu numeratum. vnde sicut est possibile numerabile existere in actu, ita possibile est numerabile esse actu numeratum. Et vlterius dicit Commen. quod istud est manifestum per se, scilicet, quod impossibile est, vt infinitum sit actu numeratum. Item dicit Commen. quod ista propositio, scilicet numeratum in potentia, cum fuerit in actu, possibile est, vt sit numeratum in actu, est communis non essentialis, quoniam ista propositio est communis diuersis scientijs, & sic non est propria, & essentialis huic scientiae, & propter hoc ista ratio dicitur Logica, quia accipit propositionem communem diuersis scientijs. Sed dubitatur hic, quia non videtur, quod omnis nu-
D merus possit esse actu numeratus, quia numerus partium continui est infinitus, cum continuum sit diuisibile in infinitum, & etiam numerus punctorum existentium in linea est infinitus, & nullum infinitum potest esse actu numeratum. ergo falsum est, dicere, quod omnis numerus potest esse actu numeratus. Dicendum quod numerus accipitur dupliciter, scilicet largè, & strictè, large loquendo sic. omnis multitudo, quorumcunque distinctorum dicitur numerus, & sic accipiendo numerum, verum est, quod aliquis numerus est infinitus, quia numerus partium continui, & etiam numerus punctorum in linea est infinitus, & sic loquendo de numero non est verum, quod omnis numerus possit esse actu numeratus, & sic non loquitur Phylo. hic de numero. Alio modo accipitur numerus strictè, scilicet pro multitudine entium per se, & seorsum existentium, vel possibilium per se, & separatim existere, & sic est verum, quod omnis numerus potest esse actu numeratus; quia omnis talis numerus est finitus, & isto modo loquitur hic Phyl. de numero.

19. concl. huius lib.

Notandū.

Dubium.

Solutio.

PER

PER RATIONES PHYSICAS DECLARATVR, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum. Tractatus secundi.

Cap. III.

Sed si magis naturaliter cōtemplabimur ex hisce, quæ deinceps dicentur: nullum infinitum corpus in ratione rerum esse videbitur. Nec enim compositum esse potest, neque simplex.

Tex.c.42. *Physice autem magis considerantibus ex his manifestum erit. Neque enim compositum possibile est esse infinitum, neque simplex.*



ISTVD est tertium capitulū huius Tractatus, in quo Phyl. destruit infinitum illud esse: de quo est propria consideratio scientiæ naturalis: quoniam propria consideratio in scietia naturali de infinito non est, nisi de corpore sensibili actu infinito. Intendit igitur Phyl in hoc capitulo probare, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum, & per hoc destruitur infinitum esse accidens existens in aliquo corpore sensibili vnde hoc capitulum continet quinque partes principales, quia in prima probatur, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum diuidendo corpus sensibile per has differentias, videlicet, per simplex, & compositum. In secunda ibi. [Quod sit impossibile] Probatur idem diuidendo corpus per has alias differentias, quæ sunt homogeneum, & etherogeneum. In tertia ibi. [Anaxag] Phyl. incidenter ponit & remouet opinionem Anaxagoræ circa hanc materiam. In quarta ibi. [Omnino autem manifestum, quòd impossibile est.] Probat, quod nullum corpus sensibile est infinitum per rationem acceptam ex parte motus. In quinta ibi. [Amplius omne corpus.] Probat idem ex parte sumpta ratione loci, vel ex parte differentiæ loci. In prima igitur parte probat Phylo. rationibus acceptis ex parte contrarietatum corporum sensibilium, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum & continet hæc pars tres particulas, quia in prima proponit Phyl. intentionem suam, & etiam rationem probantem conclusionem, quam intendit. In secunda ibi. [Compositum quidem igitur.] Probat, quòd nullum corpus sensibile compositum est actu infinitum. In tertia ibi. [At vero neque finitus.] Probat, quod nullum corpus sensibile simplex est actu infinitum. In prima igitur particula huius partis Phylo. proponit intentionem suam dicens, quòd Physice considerantibus ex his, supple, erit manifestum, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum, & 20. concl. huius lib. hæc est vigesima conclusio huius libri quæ probatur sic. Nullum corpus sensibile simplex, vel compositum est actu infinitum, sed omne corpus sensibile, est corpus simplex, vel compositum. ergo nullum corpus sensibile est actu infinitum. de hac ratione Phyl. ponit maiorem in litera, cuius probatio apparebit in sequentibus.

Compositum igitur corpus nullum est infinitū, si elemēta multitudine sint finita: necesse est enim & plura esse: & æqualitatem inter contraria semper esse: & vnum ipsorum infinitum non esse.

Compositum quidem igitur non erit infinitum corpus, si finita elementa sunt multitudine: necesse est enim plura esse, & æquari contraria semper: & non esse vnum ipsorum infinitum.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quod nullum corpus sensibile compositum est actu infinitum, & continet duas partes, quia in prima declaratur, quod nullum corpus sensibile compositum est actu infinitum ex hoc, quod aliquod vnum elementorum, ex quibus componitur, est actu infinitum. In secūda ibi. [Vnum quodq; autem.] Probatur, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum ex hoc, quod quodlibet elementorum, ex quibus componitur, est actu infinitum. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. probat, quòd nullum compositum est infinitum ex hoc quòd aliquod elementorum, ex quibus componitur est infinitum. Secundo ibi [Si namque quantumcunque.] Remouet responsionem, quæ posset dari ad rationem suam. primo ergo declarat, quod nullum corpus sensibile est infinitum ex hoc, quod aliquod elementorum, ex quibus componitur est actu infinitum, & hæc est 21. conclusio huius libri: in probatione 21. concl. huius lib. cuius supponitur, quod corpora simplicia, ex quibus componitur corpus mixtum sunt finita multitudine, vt quatuor, vel quinque, & sic de alijs numeris finitis, vt est famosum, & posterius probatur. isto supposito conclusio probatur sic elementa contraria, ex quibus cōponitur corpus mixtum, seu compositum debent esse æquipollentia, vel æquata, sic quod inter illa sit aliqua proportio, sed illa cōtraria, quorum vnum est infinitum, & aliud finitum non sunt æquipollentia, neque inter illa est aliqua proportio quia finiti ad infinitum, siue ad finita multitudine, & magnitudine nulla est proportio. ergo nullum corpus compositum, siue mixtum est infinitum ex hoc, quod aliquod elementorum, ex quibus componitur, est actu infinitū, & alia finita. maior huius rationis patet. quoniam si elementa non essent adæquata in potentijs, seu æquipollentia, ita quod inter illa non esset proportio, tunc vnum infinitum excederet alia in potentia, & tunc sequeretur. quod illud, quod excedit alia in potentia sine omni proportione, statim destrueret omnia alia elementa & sic compositum, vel mixtum ex elemētis, quorum vnum esset infinitum, & alia finita non maneret per aliquod tempus, sed statim destrueretur: de hac igitur ratione Phyl primo ponit conclusionem. d. Compositum quidem igitur non erit infinitum corpus. Deinde ponit maiorē dicens. [Necesse enim plura, & æquare.] Minorem vero non ponit Phyl. sed minoris probatio apparebit ex remotione responsionis, quæ posset dari ad eius rationem, vt statim videbitur. Notandum, quod Phyl in hac ratione supponit quatuor. Primo, quod elementa, ex quibus componitur corpus mixtū, debent esse finita ſm multitudinem, sic quod debent esse quatuor, vel quinque, & sic de alijs, ita quòd debent esse in aliquo certo numero, & finito, & hoc supponit tanquam famosum, & ab illis, contra quos arguit, concessum. Secundo supponit tanquā famosum, & concessum quod elementa, ex quibus componitur mixtum, debent esse contraria. Tertio supponit, quod contraria, ex quibus componitur mixtum, debent esse æquipollentia, ita quod possint sibimuicem mutuo resistere in agendo, & patiendo, ita quod vnum non statim corrumpatur ab alio, vel statim corrumpat alia. Vnde per æquipollentia, vel æquata intelligit Phylosophus illa, inter quæ est proportio in agendo, & patiendo, ita quod vtrumque possit per tempus alteri resistere. Quarto supponit, quod corpus finitum, & corpus infinitum non possunt esse æqualia, vel proportionabilia in virtute: quia finiti ad infinitum nulla est proportio, & hoc statim declarabitur: sic apparebit minor principalis rationis.

Primum suppo. — Secūdum suppo. — Tertium. — Quartum.

Nam si ignis quidem sit finitus: aer autem infinitus, quamquam vnius corporis vis inferior est alterius vi: atque pars ignis æqualem aeris partem vi superat, modo excessus aliquem subeat numerū. Tamen infinitum corpus superabit, vt patet, atq; finitum sinè corrumperet.

Si namque quantumcunque deficiat potentia, quæ in vnò corpore a potentia alterius, vt si ignis finitus sit; aer autem infinitus. Est autem æqualis ignis æqualis aeri in potentia, quantumcunque duplicatus, solum autem numerum quendam habens, tamen manifestum, quod infinitum excellit, & corrumpit finitum.

HIc Phylosophus remouet quandam responsionem, quæ posset dari ad suam rationem, qua talis est. Quia posset aliquis dicere, quod quamuis vnum elemētum sit infinitum, & alia finita. non oportet, quod elementum infinitum sine proportione excedat alia elementa finita; quia nos videmus, quod aliquando in maiori corpore est minor virtus, sicut in magno aere est minor virtus, quam in paruo igne: & ideo non oportet virtutem corporis infiniti in infinitum excedere virtutem corporis finiti. Istam responsionem Phylosophus remouet sic. quod quamuis virtus maioris corporis quandoque non excedat virtutem minoris corporis, tamen tantum potest addi corpori maiori, quòd eius vir-

tus excederet virtutem minoris corporis, & sic si in infinitum fiat additio, in infinitum excedet. v.g. ponamus, quod tanta sit virtus in vno pugillo ignis, quanta est in decem, vel centum pugillis aeris, si tunc dupletur aer, sic quod sit in duplo plus de aere, quam erat in aere, in quo erat virtus æqualis virtuti ignis, scilicet, vnius pugilli, tunc illa virtus aeris duplata erit dupla respectu virtutis, quæ est in vno pugillo ignis, & si iterum totus ille aer dupletur erit in quadruplo maior virtus, & sic in infinitum. ergo si aer sit infinitus erit in infinitum maior virtus in aere infinito, quam in igne finito, & ita contingit arguere de quocunq; igne finito, scilicet, quod virtus aeris infiniti excedit virtutem cuiuscunq; ignis finiti. Et ratio ista fundatur super

Fundamẽtum rationis.

hoc, quod vbicunq, maior magnitudo arguit maiorem virtutem, ibi infinita magnitudo arguit infinitam virtutem: & hæc ratio potest deduci ad impossibile dato, quòd nõ esset ita, & hoc sic. nam si nõ esset ita, sequeretur, quod in corporibus eiusdem rationis virtus corporis finiti, & virtus corporis infiniti essent æquales: imò etiam sequeretur, quod in corporibus eiusdem rationis virtus corporis finiti esset maior, quam virtus corporis infiniti, quod est maius inconueniens, & quod vtrunq; illorum sequatur, apparet manifeste: quoniam si in corpore infinito sit virtus finita, tunc virtus corporis infiniti excedet virtutẽ corporis finiti aliqua determinata proportione. Sit igitur, quod excedat in centuplo. si tunc corpori finito addatur plus centuplo virtuti illius erit æqualis virtuti corporis infiniti, quia æqualiter excedit virtutem corporis in cẽtuplo excessi a corpore infinito, & sic in corporibus eiusdem rationis virtus corporis finiti erit æqualis virtuti corporis infiniti, & ex hoc sequitur aliud. s. quod in corporibus eiusdem rationis virtus corporis finiti erit maior, quam virtus corporis infiniti, quoniã si virtus corporis finiti sit æqualis virtuti corporis infiniti, vt dupletur virtus eius erit in duplo maior, quam virtus corporis infiniti: cum in his, quæ sunt eiusdem rationis, semper proportionabiliter in maiori corpore sit maior virtus, & sic loquitur, quòd virtus corporis infiniti sit maior quam virtus corporis finiti.

Nec vnumquodque infinitum esse potest. Nam corpus quidem est, quod omni ex parte dimensionem habet. Infinitum autem, quod sine fine est extensum dimensione. Quibus fit, vt infinitum corpus per omnem sit dimensionem in infinitum extensum.

Tex. c. 43. *Vnumquodque autem infinitum esse impossibile est, corpus enim est penitus habens dimensionem. Infinitum autem indeterminate distans est. Quare infinitum corpus vbique distans erit.*

HÆc est secunda pars secũdæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod non est dare corpus sensibile infinitum, ex hoc, quod vnumquodque elementorum, ex quibus componitur, est infinitum, & hæc est vigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Corpus est hñs dimensiones penitus. i. corpus est habens dimensiones ex omni parte, scilicet, longum, latum, & profundum, quod patet, quia corpus ex nulla parte est diuisibile in infinitum, & habens distantias indeterminate, idest, infinitum est habens infinitas distantias, seu dimensiones indeterminatas. ergo si sit corpus infinitum, illud habebit dimensiones extensas in infinitum ex omni parte, & intendit per omnes partes secundum Comment. sex partes, quæ accipiuntur secundum tres dimensiones videlicet, sursum, & deorsum. ante & retro, dextrum, & sinistrum: sed si corpus infinitum habeat dimensiones extensas in infinitum ex omni parte, sequitur, quod si ponatur corpus mistum infinitum ex hoc, quod vnumquodque elementorum, ex quibus componitur, est infinitum, sequitur, quod vnumquodque elementorum, ex quibus componitur corpus mixtum infinitum erit extensum in infinitum ex omni parte, sed hoc est impossibile, quia ex hoc sequuntur duo impossibilia: primum est, quòd diuersa corpora erunt simul in eodem loco primo. Secundũ est, quod corpus mixtum infinitum non erit maius sua parte, quod est impossibile. Vnde breuiter ista ratio potest fieri sub hac forma, si ponatur corpus mixtum infinitum, illud corpus erit expansum secundum longum, latum, & profundum, & si sit infinitum erit in infinitum expāsum. ergo si sit corpus infinitum erit ex omni parte expansum in infinitum, & sic erit vnumquodque elementorum ex omni parte expansum in infinitũ, & sic vnumquodque elementorum erit vndique expansum, & hoc infinitum, & sic erunt multa corpora simul, & sic totũ non erit maius sua parte, ex quo sua pars expanditur ex omni parte in infinitum. vnde ex hoc, quia est corpus, expanditur secundum longum, latum, & profundum, & ex hoc, quia est infinitum, expanditur in infinitum, & ideo ex hoc, quod corpus est infinitum, expanditur vndiq; in infinitum. Notandum, quod

Prima ratio Com.

Commen. declarat illam consequentiam, corpus est habens dimensiones in omnibus partibus, & infinitum habet dimensiones infinitas. ergo corpus infinitum habet dimensiones infinitas in omnibus partibus. d. sic, quod cum aliquod compositum fuerit ex duobus, est necesse, vt diffinitio illius compositi sit composita ex diffinitionibus illorum duorum, sed diffinitio corporis est illud, quod expanditur ad omnes partes, & diffinitio infiniti est illud, quod non habet finem: & ideo diffinitio corporis infiniti est illud, quod expãditur in infinitum ad omnes partes. Item Commen. declarat, quod corpus infinitum debet esse infinitum in omnibus tribus dimensionibus, & hoc sic. si infinitum esset infinitum in quadam parte, & non in omni: contingeret infinitum esse maius infinito, quoniam possibile esset ponere in parte, in qua est finitum, aliquod corpus contiguum, & tunc aggregatum ex duobus corporibus erit maius vno illorum. s. infinito, cui non fit additio, & tñ vtrumque est infinitum. ergo infinitum est maius infinito, quod est impossibile, sed sine dubio istæ duæ rationes Com. non videntur concludere, quia si poneretur aliquod corpus infinitum secundum longitudinem: finitum vero secundum latitudinẽ: vt si ponatur corpus pedalis latitudinis, esset tamen infinitum longitudinis, quod facile est imaginari, manifestum est, quod illud corpus esset infinitum, & tamen non esset infinitum ex omni parte, ideo videtur, quod istæ quæstiones non sunt demonstratiuæ, sed solum probabiles. Ideo ad primum argumentum. Com. quando dicitur, quod diffinitio compositi ex duobus, debet esse composita ex duabus diffinitionibus, videlicet, illorum duorum, concedo: & ideo dico, quod diffinitio corporis infiniti est illud, quod est habens tres dimensiones extensas in infinitum: non quod sit habens tres dimensiones extensas in infinitum, sed corpus infinitum est illud, quod est extensum in infinitum, & habet tres dimensiones, sed ex hoc non sequitur quod omnes eius dimensiones sint extensæ in infinitum. Et si dicatur, quod si sit corpus infinitum, oportet quod habeat latitudinem infinitam, & longitudinem infinitam, & profunditatem infinitam, & sic oportet, quod sit infinitum secundum omnes dimensiones. Dico, quod si sit corpus infinitum habebit latitudinem infinitam secundum longitudinem sic, quod ex parte longitudinis sit infinitum, sed non oportet, quod ex parte latitudinis sit infinitum, vt patet imaginando vnum corpus pedalis latitudinis, tamen in infinitum protensum secundum longitudinem. Ad secundam rationem Com. quando dicitur, quod tunc vnum infinitum esset maius alio. Dico, quod non oportet, quia in infinitis, nec est maius, nec est minus, nec æquale, nec est verum in infinitis, quod omne totum est maius sua parte, sed solum est verum in finitis. Vel forte posset probabiliter dici, quod non est inconueniens vnum infinitum esse maius alio infinito ex ea parte, qua vtrunque est finitum, vel alterum finitum, vel alterum infinitum, & non ex ea parte, qua vtrumque est infinitum. nam contingit imaginari vnum corpus pedalis latitudinis, & infinitæ longitudinis, & contingit imaginari aliud corpus bipedalis latitudinis, & infinitæ longitudinis, tunc certum est, quod vnum horum maius est alio secundum latitudinem, quoniam illud, quod est bipedalis latitudinis est maioris latitudinis, quã illud, quod est pedalis latitudinis. & tamen neutrum est maius alio secundum longitudinem, quia vtrumque est infinitum secundum longitudinem, & sic vnum infinitum potest esse maius alio ex ea parte, qua vtrumque est finitum, vel ex ea parte, qua vnum est finitum, & alterum infinitum, sed non ex ea parte qua vtrumque est infinitum.

Vide consimile 2. de anima. c. 138.

Secunda ratio eiusdem.

Quod prędictæ rationes nõ videantur cõcludere.

Ad primã rationem.

Ad secundam.

At vero neque potest infinitum corpus vnum, ac simplex esse, aut simpliciter, aut vt quidam inquiunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam ne ab infinito cætera corrumpantur. Habent enim inter se contrarietatem quippe cum aer frigidus, aqua

humida

humida, & ignis calidus sit. Quorum si vnum esset infinitum, cętera iam fuissent corrupta. Nunc autem aliud infinitū inquiunt esse, ex quo hęc fiunt. A

Tex.c.44. *At vero neq; vnum conuenit infinitum corpus esse, & simplex, neq; sicut dicunt quidā, quod extra elementa est, ex quo alia generantur, neque simpliciter. Sunt enim quidam, qui hoc faciunt infinitum, sed non aerē, aut aquā, quatenus non alia corrumpantur ab infinito ipsorum. Habent enim adinuicem contrarietatem, vt aer quidem humidus, aqua autem frigida, ignis vero calidus, quorum si esset vnum infinitū corrumperētur vtiq. iam alia. nunc autem dicunt alterum esse, ex quo hæc sunt.*

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylo. declarat, quòd infinitas non inest alteri membro diuisionis. s. corpori simplici, & probat, q nullum corpus sensibile simplex est actu infinitum, & continet quattuor partes, quia in prima proponit Phyl. intentionē suam, & narrat vnam aliam opinionem cum eius ratione. In secunda ibi. [Impossibile est autem.] Probatur, quòd nullum corpus simplex est infinitum extra elementa ex quo generantur elementa. In tertia ibi. [Neque igitur] Probatur, quòd nullum quatuor elementorum est actu infinitum reliquis existentibus finitis. In quarta ibi. [Eadem autem ratio.] Reuertitur ad declarandum illud, quod declarauit in secunda parte. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. proponit conclusionem, quam intendit, & narrat vnam falsam opinionem, & eius rationem, propter quam aliqui dixerunt, quod est aliquod corpus simplex infinitum extra elementa. dicens, quòd manifestum est ex dictis, q nullum quatuor elementorum simpliciū est actu infinitum, nec ēt aliquod aliud simplex extra elementa est actu infinitum, vt quidam posuerunt, vnum corpus simplex extra quatuor elementa actu infinitum ex quo dixerunt elementa generari. Erant enim quidam, qui posuerunt vnū corpus simplex infinitum præter elementa, sed nullum contrariorum elementorum dixerunt esse infinitum, & huius rationē assignabant talem, quia si aliquod illorum esset actu infinitum, cum ipsa inter se sint contraria, omnia alia elementa statim corrumperentur ab illo elemento infinito & quòd quatuor elementa sint contraria apparet, quia aer est humidus & calidus, aqua est frigida & humida, terra est sicca, & frigida, & ignis est calidus, & siccus, & sic omnia elementa habent aliquā contrarietatem adinuicem, & ideo nō posuerunt aliquod quatuor elementorum esse infinitum, quia si sic esset, tunc illud elementum infinitum statim corrumperet omnia alia elementa, propter quod posuerunt vnum corpus simplex infinitum præter quatuor elementa, ex quo dixerunt ista quatuor elementa generari, & generationem illorum semper continuari, quia cum illud, ex quo generantur, sit infinitum, potest generatio elementorum esse perpetua ex illo infinito: quia ex quo est infinitum nunquam potest consumi.

Ratio sic dicentiū.

B

C

At impossibile est non solum infinitum hoc esse (de hoc enim commune quid est dicēdum de omni similiter, & aere, & aqua, & quouis alio simplici) sed etiam esse tale corpus sensibile, præter ea corpora, quæ elementa vocantur. Omnia namque in id dissoluuntur: ex quo fiunt, & constant. Quare præter aerem. ignem terram, & aquam, corpus hoc aliud esset. At nullum esse videtur. D

Tex.c.45. *Impossibile est autem esse aliquod huiusmodi, nō quia infinitum. De hoc enim commune quiddam dicendum est, & de omni similiter, & aere, & aqua, & quolibet, sed primo dicendum, quòd non est huiusmodi corpus sensibile extra vocata elementa. Omne namque quod ex quo est, & resolui in hoc, quare esset vtique hoc corpus præter aerem, & ignem, & terram, & aquam, videtur autem nullum.*

HÆc est secunda pars tertiæ particulæ primę partis principalis huius cap. in qua declarauit, q nullum est corpus infinitum simplex extra elementa, ex quo elementa generantur. Et primo Phyl. proponit, q non intendit improbare corpus simplex esse extra elementa, sed q non est tale corpus præter elementa infinitum, ex quo quatuor elementa generātur, & intendit probare consequenter, q nec aliquod elementorū est actu infinitum, nec ēt actu est aliquod corpus simplex præter elementa actu infinitum. primo tamen intendit probare, q nullum corpus est simplex infinitum extra elementa, ex quo elementa generantur, & est 23. conclusio huius libri, quæ probatur sic, omnia, quæ corrumpuntur dissoluuntur in ea, ex quibus cōponuntur, sed elementa non dissoluuntur in aliquod corpus simplex extra elementa s. quòd non sit de numero quatuor elementorum. quī nō videmus aliquod corpus simplex aliud ab elementis, in quod elementa ipsa resoluantur, sed solum videmus elementa corrumpi, & resolui in se mutuo, vt aquam in aerem, & aerem in ignem, vel econuerso. igitur nō est aliquod corpus simplex præter elementa, ex quo elementa generantur, & fiunt. Intelligendum hic, q Phyl. in ista ratione supponit vnam rationem cōmunem, quam multoties ponit in scientia naturali. s. quòd nunquam ponenda sunt plura, quando omnia apparētia possunt saluari per pauciora, vbi nec per rationem per se notam, nec per experientiam possunt ostendi, q ponenda sunt plura, & sic est in proposito, quia nec ratio, nec experientia ostendit, q sit dare quintū corpus simplex extra elementa, ex quo elementa fiunt, quia oīa apparentia possunt saluari ponendo tm̄ quatuor corpora simplicia generabilia, & corruptibilia. Intelligendum etiam, quòd Phylo. non negat quintum corpus simplex præter elementa, quia primo cæli declarauit, quod est ponere quintum corpus simplex, scilicet, cælum, sed solum improbat esse quintum corpus simplex, ex quo generantur elementa, tanquam ex materia.

23. concl. huius lib.

Idem 2. de gener. t.c.3.

Neq; igitur ignis, neq; aliud quicquam elementorū infinitum esse potest. Omnino. n. & absq; hoc esse, inquam, ipsorum aliquid infinitum impossibile est ipsum vniuersum, aut esse, aut fieri vnū quid ipsorum, si sit etiam infinitum, perinde vt Heraclitus asserebat. Omnia dicens tandem fieri ignem.

Tex.c.46. *Neq; igitur ignem, neque aliorum elementorum ullum contingit infinitum esse aliquod. Omnino enim & præter id quod infinitum sit aliquod ipsorum impossibile esse, si finitum sit, aut esse, aut fieri vnum aliquod ipsorū sicut dicit Heraclitus omnia fieri aliquando ignem.* C

HÆc est secunda pars prædictæ particulæ, in qua declaratur, q nullum quatuor elementorum est actu infinitū reliquis existentibus finitis, & hæc est 24. conclusio huius libri, quæ probatur sic, si aliquod esset elementorum actu infinitum reliquis existentibus finitis illud elementum infinitum statim corrumperet omnia alia elementa, & conuerteret ea in sui naturam, quia cum elementa sint contraria, & nullū finitum potest resistere suo contrario infinito sequitur, q illud elementum infinitum statim corrumperet oia alia elemēta finita, & conuerteret ea in sui naturam, vt dicit Heraclitus, q omnia aliqñ conuerterentur in ignē quia ignis est maioris virtutis in agendo, quā alia elementa, & non solum sequitur hoc. s. q omnia aliqñ conuerterentur in illud elementū infinitum, imo sequitur. q omnia alia elementa sunt nunc conuersa in illud elementū infinitum, ex quo nullum finitum potest resistere infinito per tempus aliquod. Intelligendum, quòd Com. dicit sic, & debes scire, q ponens vnum elementorum esse infinitum contingit ei dicere. mundū corruptum fuisse necessario. ponens aūt omnia esse finita sm̄, quod in aliquo eorum est potentia excedens, quæ exigit corruptionem aliorū, vt Heraclitus dixit de igne non contradicitur hoc. sed hoc declarabitur, q impossibile est mundum naturaliter corrumpi. Hæc commen. Intelligēdum ēt quòd quamuis ignis totus sit maioris virtutis, quam aliquod aliud elementum, & ēt quamuis ignis excedat alia elementa in eadem quantitate, tamen aer, & quodlibet aliud elementorum in magna quantitate excedit paruum ignem in virtute, & sic ignis quantum ad suas partes est corruptibilis, & corpora cælestia agunt cum elementis in generatione, & corruptione elementorum, & causant æqualitatem generationis in elementis, vnde quamuis ignis si per se ageret in alia elementa absq; corpore cælesti coagente corrumperet omnia alia elementa, tamen ignis agens cum corpore cælesti regulante actionem ignis non potest corrumpere oīa alia elementa. ideo Heraclitus male dixit dicēs, quod oīa aliquando conuertentur in ignem. si tñ elementa mutuo agerent in seinuicem absq; corpore celesti agente cum eis vanū fuisset dictū Heracliti. s. q omnia aliqñ cōuerterētur in ignē.

24. concl. huius lib.

Notabile.

D

Notandū.

A Eadem & ad illud vnum accõmodabitur, quòd præter elementa naturales Phylosophi faciunt, omne enim ad contrarium ex contrario, vt ad frigidum ex calido solet mutari. Atque ex his etiam de quouis considerare oportet, si possit necne infinitum esse sensibile corpus.

Tex.c.47. *Eadẽ autem ratio, & de vnoquoque, vt faciunt extra elementa physici. Omne enim ex contrario in contrariũ, vt ex frigido in calidum, oportet autem de omni ex his considerare, si contingat, aut non contingat corpus infinitum esse sensibile.*

HÆc est pars quinta prædictæ particulæ, in qua Phyl. reuertitur ad declarandum conclusionem 24. huius libri, quæ fuit. s. ꝙ nullum est corpus simplex infinitum extra elementa, ex quo generantur elementa, & probatur eodẽ modo, quo probabatur, ꝙ nullum quatuor elementorum est infinitum, quæ ratio est ista, vnum contrariorum infinitum non permittit secum aliud sibi contrariũ, sed statim corrumpit ipsum, sed si ponatur corpus infinitum extra elementa, ex quo elementa generantur, illud corpus infinitum extra elementa erit contrariũ cuilibet elemento. igitur statim corrumpet omnia elementa, & sic omnia elementa essent corrupta, quod falsum est. igitur nullum est tale corpus. &c. maior est manifesta ex prædictis, & minor declaratur: quia omne, quod mutatur, mutatur ex contrario in contrariũ, & sic omne, ex quo aliquid fit, est contrarium ei, quod fit, hoc patet inductiue, quoniam calidum fit ex frigido, & econuerso, si igitur elementa fierent ex illo corpore infinito, sequitur, quod illud corpus infinitũ contrariatur cuilibet elemento & sic patet minor, & illud contingit ponendo tale corpus infinitum extra elementa, & ponendo esse vnum elementorum actu infinitum. ergo &c.

B Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum esse, omnino posse. Omne namque sensibile corpus aptum est alicubi esse, atque locus est quidam cuiusque, & idẽ est totius, ac partis, vt totius terræ vniusque glebæ, & ignis item, atque scintillæ.

Tex.c.48. C *Quod autem omnino impossibile sit corpus infinitum esse sensibile, ex his manifestum. Aptum enim natum est omne sensibile alicubi esse, & locus aliquis est vniuscuiusque & idem partis, & omnis est, vt totius terræ, & vnius glebæ, & ignis, & scintillæ.*

HÆc est secũda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ex differentijs corporis, quæ sunt homogeneũ & etherogeneum declarat, ꝙ nullum corpus sensibile, est actu infinitũ. & continet duas particulas, quia in prima Phyl. declarat, quod nullum corpus sensibile homogeneum est actu infinitum. In secunda ibi. [Si autem est dissimile.] Probat, ꝙ nullũ corpus sensibile etherogeneum est actu infinitũ. Com. tñ aliter introducit istam partem. d. ꝙ cum Phyl. propriè contradixit dicentibus infinitũ esse corpus simplex extra elementa, & similiter cum contradixit dicentibus ipsum esse vnum elementorum, incipit contradicere cõiter, vt promisit, & verũ est, quod Phyl. in hac parte contradicit communiter tam dicentibus infinitum esse corpus sensibile compositum, quam etiã dicentibus infinitum esse corpus sensibile simplex, & hoc siue ponant illud corpus vnum de quatuor elementis, siue non. In prima igitur particula huius partis Phyl. facit tria, quia primo proponit intentionem suam. Secundo præmittit tres propositiones vtiles ad probandum eius intentionem. Tertio vero arguit, probando suam conclusionem. s. conclusionem, quam intendit, dicit igitur Phyl. primo, quod est manifestum ex dictis, ꝙ nullum corpus sensibile est infinitum. Secundo vero Phyl. præmittit tres propositiones vtiles ad ostendendum propositum suum. Prima est quod omne corpus sensibile habet vbi, seu locum. quod pro eodem habeo pro nunc. Secunda propositio est, quod idem est locus totius. s. consimilium partium, & partis, sicut idem est locus totius terræ, & vnius glebæ, & idẽ est locus totius ignis, & vnius scintillæ. Tertia propositio est, ꝙ omne corpus sensibile habet locum naturalem, & locũ non naturalem, & in loco naturali quiescit, & cum est extra ipsum mouetur ad eum. vnde istam tertiam propositionem tacuit Phylosophus, vt dicit Com. quia sequitur ex secunda.

Prima propositio.
Secunda propositio.
Tertia propositio.

A Quare si infinitum partium sit similium, immobile erit, aut semper feretur. At id fieri nequit, cur enim deorsum magis, quam sursum, aut ad quemuis locum mouebitur? Dico autem si sit gleba, quorsum hæc mouebitur.

Quare si quidem sit eiusdem speciei, aut immobile erit, aut semper mouebitur, & impossibile est, quid enim magis deorsum, aut sursum, aut alicubi? dico autem, vt si gleba sit, alicubi ipsa mouebitur.

ISTis suppositis probat Phyl. quod impossibile est corpus sensibile consimilium partiũ simul esse actu infinitum, & hæc est 25. conclusio huius libri, quæ probatur per rationem ducentem ad impossibile sic. si aliquod corpus sensibile consimilium partium sit infinitum ipsum erit omnino immobile ſm locũ, ita quod non erit mobile localiter secundum totum, nec secundum partem, sed hoc consequens est impossibile. s. quod aliquod corpus sensibile sit omnino immobile localiter secundũ totum, vel secundum partem. ergo impossibile est aliquod corpus consimilium partiũ esse actu infinitum. falsitas consequentis patet ex suppositione tertia, quæ ponit quod omne corpus sensibile habet locum naturalem, & locum non naturalem, & in loco naturali quiescit, & cum est extra ipsum mouetur ad ipsum. ex qua suppositione apparet, quod impossibile est aliquod corpus sensibile esse omnino immobile ſm locum, & consequentia valet, quod si aliquod corpus sensibile consimilium partium est actu infinitum ipsum erit omnino immobile secundum locum, probatur vnica ratione, quia illud corpus sensibile infinitum consimilium partium erit ſm se totum immobile secundum locum. Secundo probatur, quod erit immobile ſm partes suas. Primum probatur sic. illud quod non habet locum extra seipsum, ad quod possit moueri est immobile secundum locum, sed si ponatur corpus sensibile infinitũ ipsum nõ habet locum extra se, ad quem possit moueri. ergo si ponatur corpus sensibile infinitum ipsum secundum se totum erit immobile secundum locum. Deinde probat Phyl. quod erit immobile secundum locum quantum ad partes dicit. Aut semper mouebitur, & hoc probat dupliciter, & primo sic, si detur ꝙ pars infiniti moueatur, sequitur quod semper mouebitur, & nunquam quiescet, aut semper quiescet: & nunquam mouebitur, quod est impossibile. consequentia probatur sic, si detur, quod pars infiniti sensibilis consimilium partium moueatur, cum non sit maior ratio, quod moueatur ad vnum locum, quam ad alium, sequitur quod si illa pars existens in vno loco moueatur ad alium, quod eadem ratione in quocunque fuerit adhuc mouebitur ad alium locum, & sic semper mouebitur, & quod non sit maior ratio quod moueatur ad vnum locum, quam ad alium, apparet, quia idem est locus totius, & partis, & locus totius est infinitus. igitur non est maior ratio, quare pars infiniti moueatur ad vnam partem loci infiniti, quam ad aliã, quia quælibet pars loci infiniti est æqualiter locus suus, & sic si pars moueatur semper mouebitur, & eadem ratione si pars quiescat semper quiescet, cum nulla pars loci infiniti sit magis locus illius partis, quã alia. Vel potest ratio deduci sic. idem est locus totius, & partis, sed totũ infinitum est immobile, cũ nõ habeat locum extra se ad quem possit moueri. igitur pars infiniti erit immobilis, quoniam est quodem est locus totius, & partis, si totum non habet motum naturalem ad aliquem locum, sequitur, quod pars non habet motum naturalem ad aliquem locum, & sic tam totum, quam pars erit omnino sine motu, &

D sic nihil erit mobile, quod est impossibile. Si vero dicatur, quod pars infiniti mouebitur, vt si tota terra esset infinita adhuc vna gleba posset moueri, quamuis totum infinitum non posset moueri. Hoc non valet, quoniam ex quo locus cognatus est infinitus locus. s. corporis infiniti, quod est eiusdem naturæ cum parte ille totus locus, & quælibet pars eius erit vnius, & eiusdem naturæ, ideo quicquid hẽt conuenientiam cum vna parte illius loci infiniti, hẽt et conuenientiam cũ qualibet parte illius loci & propter hoc, si pars infiniti moueretur naturaliter ad vnã partem eadem rõne moueretur naturaliter ad aliam partẽ, & sic semper moueretur, quia semper extra aliquã parte loci infiniti, quæ pars est locus suus naturalis, & si quiesceret in qualibet parte, eadem rõne quiesceret in qualibet parte, cum quælibet pars loci infiniti sit æqualiter locus suus naturalis. si igitur pars infiniti moueatur semper mouebitur, & si quiescit semper quiescet, quod est impossibile, quia sic nõ esset hoc aliquid, ꝙ quãque mouetur. & quãdoque quiescit, ꝙ est impossibile, & hoc est ꝙ dicit Phyl. Quare si quidem, supple

a 25. concl. huius lib.

ple, corpus sensibile infinitum sit eiusdem speciei, hoc est uniforme in toto & in partibus, siue homogeneum, quod idem est, immobile erit secundum locum. hoc est secundum se totū erit immobile, secundum locum, aut si moueatur secundum partes, semper mouebitur, & hoc est impossibile, consequentiam probat sic. Quod enim magis deorsum, aut sursum, aut alicubi, supple, mouebitur, certe non est dare propter quid magis moueatur ad vnam partem, quā ad aliam, dico autem exēplum ponendo, ut si tota terra sit infinita, & gleba, quæ est pars terræ infinitæ sit alicubi, quando mouebitur? certe nunquam: quia nec magis in vna parte temporis, quam in alia: aut vbi mouebitur? certe nullibi mouebitur. Cuius probatio est, locus n. cognati sibi corporis i. corporis eiusdem naturæ, cum illa parte erit infinitus. vtrum igitur illa pars continebit, hoc est occupabit totum locum? certum est, quod nō: aut quomodo? supple, totum mouebitur ad vnā partem magis, quam ad aliam: certe nullo modo mouebitur ad vnam partem magis, quam ad aliam, cum omnes partes loci infiniti sint similes, aut igitur semper & ad omnem partem mouebitur, aut nūquā & ad nullā partē mouebitur, sed semper stabit. igitur, &c.

B Aut vbi manebit? Corpus enim eiusdem formæ locus est infinitus; occupabit ne igitur certum locum? At quomodo fieri potest? Quænam igitur ipsius quies? aut ubi nam, erit? & quis præterea motus, an vbique manebit, non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur? non ergo quiescet, inquam ac stabit.

Aut ubi manebit? locus enim infinitus erit sibi, & cognati sibi corporis. Utrum igitur continebit totum locum, & quomodo? quæ igitur mansio, & ubi & motus ipsius, aut vbique manebit? non ergo mouebitur, aut vbique mouebitur non ergo stabit.

C Secundo probatur, q pars infiniti non potest aliquando moueri, & aliquando quiescere: sed, vel semper mouetur, vel semper quiescit, & hoc sic; si detur, q aliqua pars quandoque mouetur, & quandoque quiescit: an igitur est idem locus, in quo mouetur, & in quo quiescit, an alius locus, & aliud? detur, quod idem est locus motus & quietis: sequitur, q illa pars simul mouetur, & quiescit & sic quiescit, & non quiescit, quod est impossibile: si autem detur, q est alius locus, in quo mouetur, & alius locus, in quo quiescit. hoc est impossibile, probatio. idem est locus totius, & partis, vt supra dictū est, & sic quælibet pars loci infiniti est locus partis, & sic non est dare, quod est vnus locus, in quo mouetur, & alius, in quo quiescit, quia quælibet pars loci infiniti est æqualiter locus eius, & sic non mouebitur in una parte loci infiniti, & quiescit in alia magis quam econuerso. Vel sic, idem est locus totius, & partis, sed totum infinitum non habet unum locum, in quo mouetur, & alium locum, in quo quiescit, ergo nec pars infiniti habebit vnum locum, in quo mouetur, & alium locum in quo quiescit. Notandum secundum Commen. hic, q istę propositiones scilicet, corpus omne habet locum naturalem, & locum non naturalem in naturali quiescit, & extra ipsum mouetur ad ipsum, & aliæ propositiones hic acceptæ habent ueritatem in corporibus motis motu recto, & in motoribus qui sunt corporis ex se; & non ex extrinseco, corpus autem cæleste, quia mouetur motu recto, non continetur in hac declaratione, & ideo iste sermo nō est de omni corpore, sed de corpore, qđ est motum primo aspectu, & huiusmodi est corpus tangibile, quoniam nondum est declaratum, utrum sit corpus habens naturam extra istam naturam, aut non. i. utrum sit aliquod corpus aliud ab istis tangibilibus. s. quæ sunt calidum, frigidum, &c. & ideo Phy. terminat hanc quæstionem in de cælo, & mundo. s. vtrum sit aliquod corpus ab his tangibilibus, ut sunt quatuor elementa, & mixta in ipsis, quia ibi declarauit, quod est dare corpus quintum alterius naturæ. s. cælum, & ideo, quādo phy. probat, q nullum corpus sensibile est infinitum, debet intelligi non de quolibet sensibili, sed de quolibet corpore sensibili secundum tactus, quoniam corpus cæleste est sensibile uisu, non autem tactu: sic igitur probatum est hic, quod nullum corpus tangibile est infinitum. Sed dubitatur circa rationem dicentem, q idem est locus numero totius, & partis. Hoc non uidetur uerū, quia locus est æqualis locato, per Phylosophum, sed

Te. cō. 33. Vnde etiā Comē. eo dē comē.

Dubium.

A quæcunque sunt æqualia eidem numero sunt æqualia inter se, ergo pars & totum sunt æqualia, cum habeant eundem locum numero, cui sunt æqualia. Dicendum, quod possumus loqui de parte dupliciter, uidelicet de parte existēte continua in toto, uel de parte separata a toto. si loquamur de parte continua toti, sic dico, quod pars, & totum habent eundem locum, quia pars existens continua toti non habet locum proprium, quia locus est continens diuersum, & quia pars non est diuersa a toto, ideo non habet locum proprium, sed est in loco totius, & hoc per accidens. Si uero loquamur de parte discontinua, siue diuisa a toto, sic distinguo ulterius, quoniam quædam corpora sunt in loco per superficiem, & quædam per centrum, omnia enim corpora tangibilia præter terram & mixta, quæ sunt terrea per dominium sunt in loco per superficiem eorum cōuexam, sed terra, & illa quæ sunt terrea per dominium sunt in loco per centrum. s. per hoc quod medium, uel centrum eorum est centrum mundi, nec quiescit naturaliter aliquod graue diuisum, siue discontinuum, nisi medium eius sit medium mundi, alia uero elementa sunt in loco, quia superficies eorum conuexa applicatur superficiei concauæ corporis continentis. Dico igitur quod loquendo de corporibus, quæ sunt

Responsio.

B in loco per superficiem, idem est locus naturalis totius, & partis diuisæ a toto. unde si unus pugillus ignis esset separatus a toto igne, ille pugillus non esset in loco suo naturali, quousque superficies sua conuexa applicaretur toti superficiei concauæ orbis lunæ, quia non est maior ratio, quare una pars illius concaui orbis lunæ sit: locus illius parui ignis, quam alia & eodem modo dico de aere, & de aliis. s. de aqua, quoniam pars aeris diuisa a toto non est in loco suo naturali, quousque applicetur toti superficiei concauę ignis, nec est aliqua pars ita parua, quin possit sic applicari, ut patet per diuisionem continui in infinitum, sed si loquamur de partibus terræ, uel corporis mixti, & quæratur utrum totum, & pars habeāt eundem locum numero, dico, quod locus corporis grauis est duplex. s. locus continens, & locus, qui est ratio continendi locus continens est superficies corporis continentis, & locus, qui est ratio continendi est centrum mundi, inquantum est centrum mundi, quia corpus graue non continetur naturaliter in aliqua superficie, nisi inquantum medium, vel centrum eius est centrum mundi, & tunc dico, quod loquendo de partibus grauibus diuisibilibus existētibus in actu, idē est locus,

C qui est ratio continendi totius, & partis: non tamen est idem locus continens, quia corpus maius habet maiorem locum cōtinentem. Et ad rationem dico, q locus, qui est continens, & locatum per se sunt æqualia, sed locus, qui est ratio continendi et locatum non sunt æqualia. Similiter locus continens & locatum per accidens non sunt æqualia, tamen aliqui dicunt, q idem est locus totius, & partis secundum qualitatem, & non secundum quantitatem. Sed hoc non est uerum, quia si idem esset locus totius, & partis secundum qualitatem, tunc omnes partes totius essent in eodem loco secundum qualitatem, quia quæcunque vni, &c. sunt eadem inter se, sed hoc est falsum, quia manifestum est, quod non omnes partes terræ sunt in eodem loco secundum qualitatem, quia quædam sunt propinquiores cælo, & quædam remotiores, quædam in loco calido, quædam in loco frigido. Item quod est diuersum numero secundum quantitatem est diuersum numero secundum qualitatem, ut patet per se. ergo.

D Sin vero sit dissimilium partium: dissimilia etiā erunt, & ipsa loca. Atque primo quidem ipsius vniuersi corpus non erit unum nisi tactu.

Si autem dissimile est omne, dissimiles, & loci sunt, et primum quidem non unum corpus omnis est, sed aut in tangendo. Te. cō. 49.

Hæc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod nullum corpus sensibile etherogeneum est actu infinitum, & continet tres partes secundum quod tres rationes adducit ad hoc probandum. secūda ibi [Postea autem.] tertia ibi, [Impossibile nanque etc.] In prima igitur parte huius particulæ probatur per unam rationem, quod nullum corpus sensibile etherogeneum est actu infinitum, et hæc est uigesima sexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Si detur corpus

Prima ra.

26. concl. huius lib.

pus sensibile dissimilium partium infinitum sequitur, q sicut partes sint dissimiles, ita loca partium erunt dissimilia, & ex hoc sequitur vlterius, & illud corpus infinitum non erit simpliciter vnum corpus, sed solum erit unum secundum contactum, quod videtur inconueniens. Et Commen. dicit, q hic dicentibus contingit dicere, q totus mundus non sit vnus, quia continetur ab vno corpore, sed q sit vnus secundū contactum tantum. Et vt mihi uidetur Commen. loquitur de hoc mundo inferiori.

Deinde partes, aut sunt infinitæ specie, aut finitæ At finitæ nequeunt esse. Erunt enim aliæ quidem infinitæ, aliæ vero non infinitæ. Si uniuersum est infinitum ignis, inquam, vel aqua. Tale autē: corruptio est contrarijs ipsis: ut antea diximus, & ob hoc nemo naturalium infinitum ipsum. vnumque ignem aut terram fecit, sed aut aerem: aut aquam: aut id, quod inter ipsa medium collocarunt, quoniam illorum quidem locus manifeste erat determinatus, atque distinctus. Hæc autem vtroque in loco in supero, inquam, ac infero esse possunt.

Postea autem, & finita hęc erunt: aut infinita specie. Et finita quidem non esse possunt. Erunt .n. alia quidem infinita, alia vero non: si omne infinitum est, vt ignis, aut aqua. Corruptio aūt, quod tale contrarijs esset, sicut dictum est prius. Et propter hoc nullus vnum & infinitum ignem facit, neq; terram phylosophorum, sed aut aērem, aut aquam: aut ipsorum medium, quia locus vniuscuiusque manifestus erat & determinatus, hęc autem se habent ad ambo sursum & deorsum.

Secunda ratio.

HAec est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, q nullum corpus sensibile etherogeneū est infinitum, quæ ratio est diuisiua, & talis, quia si sit corpus sensibile infinitum etherogeneum dissimilium partium in specie, aut igitur partes, ex quibus congregatur, sunt infinitæ secundum speciem, vel finitæ secundum speciem, sed nec possunt esse partes, ex quibus congregatur, finitæ secundum speciem, nec infinitæ secundum speciem. ergo est ponendum tale corpus sensibile etherogeneum infinitum: maior patet per sufficientem diuisionem, minor uero declaratur quantum ad vtranque partem, & primo declaratur, quod partes, ex quibus congregatur corpus sensibile etherogeneum non possunt esse finitæ secundum speciem, & hoc sic. impossibile est, quod ex finitis secundum speciem constituatur aliquod infinitum secundum partes: nisi aliquod illorum finitorum secundum speciem, & multitudinem sit infinitum secundum magnitudinem: quoniam ex finitis secundum multitudinem & magnitudinem non potest constitui aliquod infinitum secundum magnitudinem: ergo si partes dissimiles, ex quibus constituitur infinitum etherogeneum, sunt finitæ secundum speciem, & multitudinem, oportebit, q aliquod illorum sit infinitum secundum magnitudinem, sed hoc est impossibile, ut prius probatum est, quia si unum corpus sensibile esset simplex infinitum reliquis existentibus finitis, illud corpus simplex infinitum statim destrueret omnia alia corpora finita secundum magnitudinem, cum habeat contrarietatem ad alia corpora. Vnde dicit Comm. q Phyl. in hac ratione ponit, q simplicia habent esse contraria, qd tamen non est uerum, nisi de corporibus motis motu recto, & hoc significat, q perscrutatio eius, hoc est de hac natura, quoniam non apparuit ei hic aliam naturam esse: vlterius dicit phyl. q elementa, ex quibus constituitur mixtum sunt contraria, & contraria agunt, & patiuntur abinuicem: ideo antiqui fugerunt ponere huiusmodi corpus infinitum alterum extremorum elementorum, ut ignē, aut terram, inter quæ magis apparet contrarietas, sed posuerunt infinitum esse unum elementorum mediorum, quoniā media minos habent de contrarietate, & videntur esse quasi materia extremorum, sed media se habent ad ambo extremorū, tanquam extrema, quia respectu vnius extremi sunt sursum, & respectu alterius sunt deorsum.

Notandū. Notandum secundum Com. hic, q elementa media habent grauitatem, & leuitatem,

A sed elementa extrema non habent nisi grauitatem tm̄, vel leuitatē tm̄. Dicit .n. Com. hic, ignis non hēt nisi leuitatē tm̄, quę est causa motus ad superius, & locus eius est terminatus, similiter terra non habet nisi grauitatem tantū, quæ est causa motus ad inferius, & locus eius est finitus, sunt igitur valde contraria ignis, & terra. Aqua āt, & aer hēnt utrūq; .s. grauitatē, & leuitatē, quia aer est grauis in loco ignis, est leuis in loco aquę, & in grauitate assimilatur aquæ, & in leuitate assimilatur igni, & similiter est de dispositione; quoniā aqua est grauis in loco ignis, & est leuis in loco terræ, hæc Com. vnde intelligē, q non sunt in aere, vel in aqua duæ qualitates distinctæ, quæ dicuntur grauitas, & leuitas, sed una & eadem qualitas simplex est grauitas in respectu, & est ēt leuitas in respectu, sed tñ grauitas simpliciter & leuitas simpliciter sunt qualitates distinctæ, & contrariæ multum. Itē d. Com. hic, q forte antiqui dixerūt aquā, & aerē esse infinita, quia loca eorū nō sunt terminata, unde Com. contradicit eis dicēs, q cū extrema sint terminata, & finita, ut ipsi dixerunt, multo magis media erunt finita, sed ipsi concesserunt extrema esse finita, igitur male dixerunt ponentes elementu esse infinita. hæc Commen.

At neq; ēt infinitæ. nā si sint infinitæ, ac simplices, & loca erūt infinita profecto, & infinita etiam

B elementa Quod si hoc esse nequeat: sintq; ipsa loca finita, & totum ipsum finitum esse necesse est.

Si autem infinita, & simplicia sunt, & loci infiniti, & elementa infinita erut. Si autem hoc impossibile est, & loci finiti sunt: totum finitum esse necesse est.

PRobatio q partes dissimiles, ex quibus componitur corpus sensibile etherogeneum infinitum non possunt esse finitæ secundum speciem. Hic phyl. probat aliud membrum, .s. q non possunt esse infinitæ secundum speciem, & hoc sic, si partes dissimiles, ex quibus constituitur infinitum, essent infinitæ secundum speciem, sequitur, q corpora illarum partiū sint infinita secundum speciem, quia si loca simplicia sunt infinita secundum speciem, oportet, q habeant modos infinitos distinctos secundum speciem, & si motus sunt infiniti specie erunt loca infinita specie, & elementa infinita, sed hoc consequens est impossibile. .s. q sint infinita loca specie ergo & ante-

C cedens est impossibile. .s. q sint partes seu elemente infinita secundum speciem. Vnde Comm. dicit hic, q destructio huius consequentis .s. quod loca sunt infinita specie est manifestū: quia omnis locus, aut est superius, aut inferius, aut dextrum, vel sinistrum, aut posterius, aut anterius, ut patet in de cælo, & mundo, & ideo sermo de infinito perfectior est illic. Notandū.

Fieri namque non potest, vt non æque sint locus, & corpus. Neque .n. locus maior esse potest, quam ipsum corpus, neque corpus maius, quam ipse locus. Nam aut uacuum aliquid erit, & corpus insuper infinitum non erit. Aut corpus quippiam erit, quod nusquam aptum est esse.

Impossibile .n. est nō cōparare locū, & corpus. Neq;

D *.n. locus omnis maior est, quā quātumuq; cōtingit corpus simul esse. Similiter aūt neq; infinitū erit corpus, neq; corpus maius, quam locus. Aut enim vacuū erit aliquid: aut corpus nusquam aptum natum est esse.*

HAc est tertia pars secundæ particulæ secūdæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probās conclusionē prædictā, quæ ratio talis est. Oīs locus est finitus secūdū magnitudinē, sed oē corpus hēt locum sibi æqualē, q locus nō est maior, uel minor locato, igitur oē corpus est finitū in magnitudine, & per cōsequēs nō est aliquod corpus simplex etherogeneū infinitū secundum magnitudinē, qm̄, ex quo omnis locus est finitus secūdū magnitudinem, & oē corpus est æquale alicui loco & illud, qd est æquale alicui finito est finitum, sequitur, q oē corpus est finitū secundū magnitudinē. Et q locus sit æqualis corpori locato probat phy. quia si locus esset maior locato, tunc inter locū & corpus locatū esset vacuum, & si corpus esset maius suo loco, tunc corpus non esset innatum esse in loco, quia quo ad illam partem, per quā excedit locum, non esset in loco. Intelligendum, q Com. format hāc rōnem sic. Oē, qd est æquale alicui, est finitō, sed omne corpus simplex est æquale alicui, qd est in loco sibi æqua- Tertia ratio.

la

li. ergo omne corpus simplex est finitum, & per consequens omne corpus tam simplex, quam compositum est finitum. Vnde dicit Commen. quod infinitum non dicitur æquale neque maius, neque minus.

A

Anaxagoras autem absurde de infiniti quiete dicit. Firmare enim infinitum seipsum dicit.

Te có. 50. *Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti mansione. Fulcire enim ipsum seipsum dicit infinitum.*

Opinio Anaxa. Rócius. HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phy. reprobat dictum Anaxagoræ de causa quietis infiniti. Et primo ponit opinionem Anaxagoræ, deinde destruit illam opinionem ibi: hoc autem non uerum. Opinio igitur Anaxa. fuit illa, quod causa quietis infiniti est ipsa infinitas, vnde infinitum quiescit, quia ipsum fulcit, & sustinet seipsum. Et ratio huius opinionis fuit, quoniam causa quietis alicuius corporis est, quia continetur ab aliquo quiescente, & innititur alicui quiescenti. Causa igitur, quare aliquod corpus quiescit, est, quia continetur ab aliquo quiescente, & illud ab alio quiescente, & ideo causa quietis totius corporis infiniti nihil aliud est, quam ipsum esse infinitum, ex quo infinitum nõ continetur ab aliquo corpore: & ideo dixit, quod infinitum sustentatur super se, & retinet se. Et si quæratur, quare infinitũ quiescit in hoc loco. Dicit, quod infinitum quiescit hic, quia aptũ natum est esse hic, tanquam vtique vbi aliquod aptum natum est esse ibi est. ideo sequitur, quod si infinitum sit quiescens: vt sit quiescẽs naturaliter. Tria igitur dicit Anaxa. Primo quod infinitum fulcit seipsum cum nihil sit ex seipsum. secundo, quod causa infiniti est ipsa infinitas. tertio quod infinitum quiescit naturaliter, quia ubi aliquid quiescit, ibi natum est quiescere naturaliter.

Primũ dictũ Anax. Secũdum. Tertium.

Idque ex eo fieri, quia est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet. Quasi ubi quippiam sit ibi esse aptum consistere. Hoc autem uerum non est. Esse enim alicubi ibi quippiam potest: non vbi aptum est esse.

C

Hoc autem est, quia in seipso est. Aliud. n. continet nihil, tanquam vbi utique aliquid sit aptum natum sit ibi esse: hoc autem non uerum est. Erit enim aliquid alicubi ui, & non ubi aptum natum est esse.

Improbatio. 3. dic. Anaxa. HIc phyl. improbat Anax. & primo improbat vltimũ dictum suum. s. quod vbi aliquid est ibi aptum natũ est esse: illud. n. non oportet, quia aliquid est alicubi per uiolentiam, ubi tamen non est aptum natum esse. Et Com. d. quod phyl. quasi intendit, quod non sequitur, si infinitum quiescit, quod quiescat naturaliter, immo rectius est, quod quiescat uiolẽter, quoniã ponit, quod cã quietis infiniti est, quod non hẽt locũ, ad quẽ moueatur, igitur caret motu uiolenter, & non naturaliter. Ista. n. carẽtia motus non est ex natura infiniti, sed ex defectu loci.

Quamuis igitur quam maxime totum non moueatur: id. n. quod in seipso firmatur, & in seipso est, immobile necesse est esse. Dicat tamen ipse oportet: cur non est aptum moueri. Non. n. sat est hoc dixisse pacto: ac euasisse. Fieri n. potest, ut non moueatur, & quoduis aliud corpus. Sed nihil prohibet aptum esse moueri. Et terra nanque non fertur, nec si infinita etiam esset, ex eo tamẽ quia medio coercetur. Non n. quia non est aliud, ad quod fertur, in medio ipso quiescet: sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere seipsam terram firmare. Quod si neque terra, si infinita esset, hæc esset causa, sed grauitatem habere, graue autem in medio suapte natura quiescere solet. Similiter & infinitum in seipso quiescit ob aliquam aliã causam. Et non ex eo, quia est infinitum, & seipsum firmat.

D

Si igitur quia maxime non mouetur totum: in seipso namq; fulcitur, & in seipso est, immobile esse necesse est. Sed quare non aptum natum sit moueri, dicendum est, non. n. sufficiens est sic dicentem euadere. Erit. n. vtiq; & quodlibet aliud non motum, sed aptum natũ esse, nihil prohibet: quoniã & terra non fertur, neq; non infinita, esset tamen a medio. Sed non quia non ad aliud vbi nitatur manebit in medio, sed non mouebitur, quia non apta nata est sic: sed tamen licebit vtique dicere, quia fulcit seipsam. Si ergo neq; in terra hæc est causa est cum sit infinita, sed quia grauitatem habet, graue autem manet in medio, similiter, & infinitum manet utique in seipso propter quandam aliam causam. Sed non quia infinitum est. & fulcit ipsum seipsum. Tex. c. 51.

SEcundo phyl. improbat aliud dictum Anax. & probat, quod infinitas non est causa quietis infiniti, & hæc est vigesima

B

septima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud quod accidit quiescenti non est causa quietis, sed infinitas accidit quiescenti, quia accidit quiescenti, quod est finitũ, vel infinitũ ergo, maior patet de se. sed minor apparet, quia si tota terra esset infinita quiesceret propter eandẽ cãm, propter quam nunc quiescit. s. propter suã grauitatẽ. Infinitas igitur accidit quiescenti, quoniã illud accidit quiescenti, quo posito, uel non posito nihil minus corpus quiescit, & hoc est, quod intendit phyl. s. quod si infinitum ponatur quiescere naturaliter, oportet dare causã suæ quietis, secundũ quã ipsum est infinitũ, quoniã posse sic dici de quocunque. s. quod ipsum non mouetur, quia fulcitur, & retinetur a seipso, quamuis sit aptum natum moueri. unde breuiter, si hec esset causa naturalis quietis s. infinitas, esset necesse, dicere de omni, s. quod ponitur esse quiescens naturaliter, quod causa eius quietis naturalis est ipsum esse infinitum, quoniam per se effectus non inuenitur sicut sua causa per se.

Tex. c. 52. Improbatio. 2. dic. 27. con cl. huius lib.

Idem 8. phy. 12.

Et insuper patet, & quamuis ipsius partem eodem modo quiescere oportere. Nam vt infinitum in seipso manet seipsum firmans, sic & omnis ipsius pars quamcunque acceptis in seipsa manebit. Loca nanque totius ac partis, speciei esse eiusdem constat. Totius. n. terræ, glebæque idem est locus, qui est inferus, & etiam ignis totius, atque scintillæ, qui est superus. Quare si infiniti sit locus in seipso esse, & partis idem erit profecto. Quælibet ergo in seipsa manet.

Similiter autem manifestum, quod & si sit quælibet pars indigebit manere. Sicut. n. infinitum in seipsa manet se faciens, sic & si quælibet pars accipiatur in seipsa manebit. Totius. n. & partis similes loci sunt, sicut totius terræ, & glebæ deorsum, & omnis ignis, & scintillæ sursum. Quare si infiniti locus, quod in seipso, & idem partis, manebit ergo in seipso.

TErtio arguit phyl contra aliud dictum Anax. s. quod infinitũ ipsum fulcit, & sustinet seipsum, ita quod ipsum est suus locus, hoc improbat phyl. & probat, quod infinitum non quiescit in seipo, nec sustinet seipsum, & hæc est vigesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Totius, & partis similes sunt loci, sicut totius terræ, & vnius glebæ est idem locus, tunc arguitur sic. Simile est de loco totius infiniti, & de locis partium infiniti, si igitur totum infinitum sit in seipso, sicut in suo loco, sequitur, quod quælibet pars infiniti erit in seipsa, sicut in suo loco. sed hoc non est verum de parte. ergo locus totius non est ipsum totum. consequẽtia patet, quia locus totius, & locus partis sunt similes specie. Notandum, quod Cõ. dat hic intellectum huius propositionis. s. idem est locus totius, & partis, dicens, quod locus partis terræ, quando pars est separata a toto, est idẽ in spẽ cũ loco totius. quoniã locus, quẽ quærit gleba, est idẽ in specie cũ loco quẽ quærit tota terra, si esset extra centrũ, mediũ. n. mundi non diuersificatur secundũ quod est mediũ in respectu totius, & partis, sed diuersificatur in magnitudine, & paruitate secundũ quod locus, in quo est totũ, est maior loco, in quo est pars, & similiter est de loco ignis, & alia.

Improbatio prima dic. 28. cond. huius lib.

Vide primo cæli. t. c. 19. 58. 72. 80. Notabile.

& aliorum elementorum: & sic est intelligenda illa proposi-tio, videlicet, locus totius, & partis idem est. hæc Commeo.

Omnino autem patet fieri non posse; ut corpus infinitum in ratione rerum ponatur, & locus corporibus tribuatur. Si corpus omne sensibile: aut graue sit: aut leue. Et graue quidem ad medium suapte natura feratur, leue vero similiter supera loca petat. Et infinitum .n. hanc eandem naturæ subeat legem necesse est. At fieri nequit. vt aut totū graue sit, aut leue; aut dimidium leue, dimidium graue Quo nanque modo diuides illud: aut quo pacto ipsius infiniti hæc quidem pars supta: hæc autem infra: vel ultima, vel media erit.

Te.cō.53.

Omnino autem manifestū est, quod impossibile est simul dicere infinitum corpus, & locum quendam corporibus esse, si omne corpus sensibile: aut grauitatem habet, aut leuitatem, & si graue quidem in medium natura habet ferri. Si vero leue sursum, necesse .n. & infinitū corpus. Impossibile autem aut omne utrumlibet, aut medium vtrunque sustinere. Quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum, illud autem deorsum, aut vltimum, aut medium.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua per rationem acceptam ex parte motus probatur, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum intelligendo per corpus sensibile: idem, quod est intelligendum, per corpus tangibile. Probat igitur Phyl. hic conclusionem uigesimaquartam superius positam, videlicet, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum, intelligendo per corpus sensibile in toto hoc capitulo corpus sensibile sensu tactu, quia in hac scientia non est notum aliud corpus sensibile esse, ut superius dixit Com. conclusionem igitur probat sic. Omne corpus sensibile vel tangibile, quod pro eodem habeo, est graue, uel leue, si igitur corpus sensibile esset secundum se totum graue, vel secundum se totum leue; vel quod esset secundum unam partem graue, & secundum aliam leue, sed nullum horum membrorum potest dari. ergo, maior patet, & minor probatur, quantum ad quamlibet eius partem, quoniam non potest poni, quod illud corpus sensibile infinitum sit secundum se totum graue, quia tunc nihil esset leue, & per consequens nihil esset, quod naturaliter posset moueri sursum, nec potest poni, quod illud corpus sensibile infinitum sit secundum se totum leue, quia sic nihil esset graue, nec posset naturaliter moueri deorsum, nec est dare tertium membrum, videlicet, quod illud corpus sensibile infinitum sit secundum unam partem graue, & secundum aliam leue, quia si sic esset, sequeretur, quod totum infinitum posset diuidi in duo, quorum utrunque esset infinitū, & per consequens cum nihil posset esse maius infinito, totum non esset maius sua parte, sed æquale, nec est dare quartum membrū, scilicet quod totū simul sit tā graue, quā leue, quia hoc manifestum est impossibile, quia sic simul moueretur secundum se totum sursum, & deorsum. Dicit igitur phyl. quod manifestum est, omnino impossibile esse simul dicere corpus infinitum, & locū, siue motum secundum locum corporibus inesse, si, pro quia: omne corpus sensibile habet grauitatem, aut leuitatem, cuius probatio est, quia si sit graue in medium: vbi habet ferri, si vero sursum leue, necesse igitur quod si sit infinitum, tum corpus sit, quod moueatur sursum vel deorsum, sed impossibile est omne vtrunque. i. impossibile est vtronque, videlicet, graue vel leue esse omne. i. esse totum infinitum, ita quod totum infinitum sit graue, vel leue, quia vt dictum est, si totum infinitum esset graue nihil esset leue, & per consequens nihil moueretur naturaliter sursum, & si totum esset leue nihil esset graue, & per consequens nihil moueretur naturaliter deorsum, aut mediū vtrunq; sustineret, hoc est, impossibile est, utrūq, esse mediū, ita quod graue sit vna medietas infiniti, & leue sit alia medietas, quomodo .n. diuideres infinitū ponendo vnā partem infiniti sursum, si illa pars sit leuis, & aliā deorsum, si illa pars sit grauis? Aut quomodo ponendo vltimū illius infiniti, aut mediū, .i. quo pones duo æqualia, quorū vtrūq. sit medietas totius? quasi dicat nullo mo. & sic patet, quod nullū corpus sensibile est infinitū, quia sic destrueretur motus naturalis: quia si totū infi-

A nitum sit graue destruitur motus naturalis sursum: & si totum infinitū sit leue destruitur motus naturalis deorsum. Intelligendū, quod phyl. loquitur hic de infinito secundū omnes dimēsiones, vt innuit hic Com. & bene probat, quod nullū corpus sensibile est in actu infinitum illo mō: quoniā infinito secundū oēs dimensiones nihil est maius. Impossibile etiam est, quod infinitū secundū oēs dimensiones excedatur ab aliquo secundum aliquam dimensionem, quia impossibile est, quod infinitum ex ea parte, qua est infinitum, excedatur ab aliquo, & ideo infinitum secundum omnes dimensiones a nullo potest excedi secundum aliquam dimensionem, quare ergo, igitur, &c.

Præterea, omne corpus sensibile est in loco Loci vero species, ac differentiæ sunt supra & infra: Te.cō.54. ante, & retro: dextrum, atque sinistrum. Atq; hęc non solum nostra ex parte sunt positione, sed in ipso etiam toto distincta sunt, atque hæc esse in infinito non possunt.

Amplius omne corpus sensibile in loco est, loci autē species, & differentiæ sursum, & deorsum: ante, & re-
B *tro: dextrorsum, & sinistrorsum, & hæc non solum ad nos, & positione sunt, sed in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem in infinito hoc esse.*

HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua Phyl. ex parte loci, vel ex parte differentiarū loci. probat, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum, & continet tres particulas secundum numerum trium rationum, quas adducit. secunda ibi. [Similiter autem impossibile.] tertia ibi. [Aut si alicubi.] In prima igitur particula huius partis phy. intendit talem rationem. Omne corpus sensibile, uel tangibile est in loco. sed nullum infinitum est in loco, ergo nullum corpus sensibile est infinitum, & in hoc loco per corpus sensibile intelligo idem, quod corpus tangibile, maior huius rationis est manifesta ex præcedentibus, & minor declaratur. s. quod nullum corpus infinitum est in loco, & hoc sic, si infinitum esset in loco, aliquis locus esset infinitus, consequens est falsum. igitur & antecedens, consequentia patet, quia locus est
C æqualis locato, falsitas consequentis etiam patet, quia species, & differentiæ loci sunt istæ sex, videlicet sursum, deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum, & istæ differentiæ non sunt positiuæ ad nos .i. istæ differentiæ non dicuntur in respectu ad nos tantum sed sunt determinatę, & distinctę in toto uniuerso, & impossibile est istas differentias inesse infinito, & igitur nullus locus est infinitus, & per consequens nullum corpus sensibile est infinitum. Vnde Phy, probando, quod nullus locus est infinitus videtur sic arguere. Illud, quod nulli differentiæ, nec alicui speciei inest: illud non videtur inesse generi, quoniā si aliquod prædicatum reale nulli inferiori alicuius generis inest, nec illud prædicatum inest illi generi, sed locus est cōmunis loco sursum & loco deorsum, &c. & nulli eorum inest infinitas, & per consequens nullus locus est infinitus. Notandū, quod Com. mouet hic duas quæstiones. Quarum Prima q̄o. prima est: quid Phyl. intelligit hic per differentias loci, aut per has sex differentias s. sursum & deorsum, ante & retro, dextrū
D & sinistrum, an differentias specificas loci, aut partes loci sequentes istas sex partes corporum naturalium, sic quod illa pars loci sit dextra, quæ supponitur parti dextræ corporis, & sic de aliis Vnde arguit Com. ad primū membrū probando, quod non intelligit per has sex differentias specificas loci, quia non sunt nisi duæ differentiæ specificæ. s. superius & inferius, quoniam dictum est secundo cęli, & mundi, quod loca naturalia sunt tantum duo. s. superius. & inferius. ergo istę sex nō sunt differentiæ specificæ loci. Et si aliquis dicat, quod illę sex differentiæ sunt differentiæ sex specificæ loci in respectu ad nos non absolutè, sed tantū duæ sunt differentiæ specificæ absolutæ loci. Hanc responsionem remouet Cō. dicens, quod phyl. iam expressit hic, quod istæ differentiæ sunt naturaliter non positiuæ, hoc est, non in ordine ad nos, vel ad res, quæ animata, sunt hic. ergo phyl. per has sex differentias intelligit differentias naturales, & absolutas. Itē si intellexerimus per superius locū ignis, & aeris, & per inferius locū terræ, & aquæ, vt dicit Themistius, & alij expositores; tunc reuertitur quæstio quomodo dextrum sinistrū, &c. sunt magis loca naturalia, quā loca elementorū, nā uidetur, quod dextrum, & sinistrū, ante, & retro, non sint loca naturalia in mundo. & ita apparet, quod phyl. per has sex differentias non intelligit differentias specificas

Prima obiectio. Te.cō.7. Solutio tertia. Obuiatio. Secunda obiectio. Contra aliud mēb. obiectio.

sicas loci. Deinde arguit ad aliud membrum probando quod phyl. non intelligit per has sex differentias hic partes loci sequentes istas sex partes corporum naturalium, quia istud, s. quod sunt sex partes sequentes sex partes corporum naturalium, s. partem dextram & partem sinistram, &c. non est verum nisi de corporibus animatis, ut dictum est secundo cæli, & mundi, & sic phylo. non divideret hic locum naturalem simpliciter per has sex differentias, sed solum animatorum, quod est falsum, quia sic per hanc divisionem non posset phyl. concludere, nisi quod nullum corpus animatum est infinitum. Pro ista dubitatione Commen. est intelligendum, quod istæ sex differentiæ inveniuntur in rebus dupliciter, s. absolute, & in respectu: absolute iterum dupliciter, s. naturaliter, & secundum similitudinem, quia in rebus animatis inveniuntur naturaliter, quia in re animata sunt sex partes habentes virtutes distinctas in natura, ita quod quodlibet illorum distinguitur a suo compari in hoc, quia sunt principia diversorum motuum, quoniam superius est principium augmenti in re animata, & dextrum est principium motus localis, & ante est principium motus sursum. Vnde istæ sex differentiæ sunt distinctæ naturaliter in re animata, & sic apparet qualiter istæ sex differentiæ inveniuntur absolute in rebus secundum similitudinem, ut apparet in imaginibus animalium: quoniam imago hominis habet absolute dextrum, & sinistrum ad similitudinem hominis, & non solum in respectu, quia qualitercunque situetur, & ubicunque vertatur manet idem dextrum, & sinistrum in imagine, & sic apparet; quod istæ sex differentiæ inveniuntur in rebus absolute dupliciter, s. naturaliter, & secundum similitudinem. Alio modo inveniuntur istæ sex modi differentiæ in respectu. Hoc dupliciter. Vno modo in respectu ad animata, quæ sunt hic, s. in hoc mundo inferiori, quia dicimus aliquid esse dextrum, quia est ad dextrum nostrum. Alio modo dicuntur

Te. cõ. 4. Idẽ 3. ph. c. 54. & 4. phy. tex. cõ. 5.

istæ sex differentiæ in respectu ad dextrum, & sinistrum &c. & quæ sunt naturaliter in cælo, vel in mundo, quoniam in cælo sunt istæ sex differentiæ distinctæ naturaliter, ut patet ex secundo cæli, & mundi, & propter hoc, quodlibet corpus existens in hoc mundo inferiori potest habere sex tales differentias secundum sex partes suas in comparatione ad cælum, quoniam pars corporis, quæ habet situm suum versus partem dextram cæli, i. versus oriens dicitur dextra pars, & pars opposita dicitur sinistra, & pars situata versus partem superiorem cæli, s. versus polum meridionalem dicitur pars superior, vel pars sursum & pars ei opposita dicitur pars inferior, vel pars deorsum, & sic de aliis sex partibus corporis. Secundum istum modum dicendi patet, quod in omni corpore sunt sex partes, s. dextrum sinistrum, &c. & istis sex partibus corporis correspondent sex partes loci, quæ supponuntur sex partibus corporis, sed istæ differentiæ aliter, & aliter reperiuntur in cælo, & in aliis corporibus, quia in cælo reperiuntur naturaliter, & nõ in respectu ad aliquid aliud: sed in aliis corporibus reperiuntur in respectu ad cælum. Et per hoc patet ad dubitationem Commentatoris, quando dicit, quod istæ sex differentiæ non sunt in comparatione ad nos. Dicendum, quod ipse intelligit, quod

Q̃õ dẽt itelligi di ctũ Com.

istæ sex partes reperiuntur in omni corpore, & non solum in respectu ad animata, quæ sunt hic, sed in respectu ad cælum, vel ad partes cæli. Istæ tamen sex differentiæ non inveniuntur naturaliter distinctæ, nisi in rebus animatis, sunt tamen distinctæ in omni corpore per comparationem ad partem cæli, & secundum hoc omne corpus habet sex partes & sex loca, & illa sex loca sunt sex partes loci, quæ supponuntur sex partibus corporis, sed istæ partes non sunt naturaliter distinctæ secundum loca, quia illa pars corporis, quæ nunc est dextra, quia situatur versus oriens, iam erit sinistra, quia situabitur versus occidens, ideo istæ sex partes non sunt naturaliter distinctæ, nisi in rebus animatis, & cum ita sit, quod omne corpus habet sex partes tales, & sex partes loci suppositas, & infinitum non habet istas sex differentias partium, neque locorum, patet quod nullum infinitum est corpus. Dicit etiam Commentator hic, quod istæ sex partes inveniuntur in toto mundo, secundum quod est corpus per se, & non in respectu ad aliud, & hoc potest intelligi sic, scilicet, quod istæ sex partes naturaliter reperiuntur in cælo, & quia reperiuntur in cælo, ideo reperiuntur in omnibus aliis corporibus per comparationem ad cælum, secundum quod sunt partes mundi. Vnde non dicuntur esse in partibus mundi, nisi per comparationem ad aliud, & istæ sex differentiæ reperiuntur in omni parte mundi secundum quod est pars mundi, & hoc in comparatione ad cælum, & etiam in respectu

Solutio quæstionis

ad animata, quæ hic sunt. Sic igitur patet; quid sit dicendum ad dubitationem istam, s. quid phylosophus intelligat per

A istas sex differentias, quia per istas sex differentias loci non intelliget differentias specificas loci, cum non sint nisi duæ differentiæ specificæ loci, s. sursum, & deorsum; sed per istas sex differentias intelligit sex partes loci suppositas sex partibus corporis, quæ sex partes denominantur ab istis sex differentiis per comparationem ad diversas partes cæli, ut dictum est. Alia quæstio, quam Commen. movet hic, est ista. Si istæ

Secunda quæstio.

sex partes sunt distinctæ in mundo, tunc mundus erit in loco, sed hoc est falsum, quia in quarto huius declaratur, quod mundus non est in loco, nisi per accidens. Illud dubium solvit Commen. dicens, quod istæ sex dicuntur esse distinctæ in mundo, quia sunt distinctæ in partibus mundi, & ille est modus, secundum quem verum est dicere, mundum esse in loco, scilicet, secundum hoc, quod eius partes sunt in loco, & cum ita sit, scilicet, quod infinitum non habet istas differentias partium, neque locorum, manifestum est, quod infinitum non est in loco, nec secundum partes, nec secundum totum, & per consequens nullum corpus est infinitum, quia omne corpus est in loco aliquo modo.

B **Atque simpliciter, si locus infinitus esse non possit, sitque omne corpus in loco, & in ratione profecto rerum infinitum corpus esse non potest.**

Simpliciter autem, si impossibile est locum esse infinitum. In loco autem omne corpus est. Impossibile est infinitum esse aliquod corpus. Te. cõ. 51.

Hæc est secunda particula quintæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio accepta ex parte loci probans, quod nullum corpus sensibile est actu infinitum, quæ ratio est quasi eadem ratio in re cum ratione præterita. Ratio igitur est talis, omne corpus sensibile est in loco, & omnis locus est finitus, ergo omne corpus sensibile est in loco finito, sed omne, quod est in loco finito, est finitum, ergo omne corpus sensibile est finitum, & per consequens nullum est corpus sensibile infinitum. Secũa rõ.

C **At vero quod alicubi est, in loco est. & quod in loco est alicubi est. Vt igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest, nam quantum fuerit quoddam; ut bicubitum, aut tricubitum, hæc enim significat ipsum quantum: sic & quod est in loco id alicubi sane est. At id aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differentiarum esse significat, quarum unaquæq. finis est quidam, ut cõstat.**

At vero quod alicubi est, & in loco est, & quod in loco est, alicubi est. Si igitur neq; quantitatem possibile est infinitam esse. Quantum. n. aliquid erit, ut bicubitum, aut tricubitum. Hæc enim signant quantum: sic in loco, quia alicubi. Hoc ante, aut sursum aut deorsum, aut in D *aliqua alia distantia, quæ sunt sex. Horum autem unumquodque terminus aliquis.*

Hæc est tertia particula quintæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio ad idem, quæ formatur sic. nullus locus est infinitus, omne corpus est in loco, igitur nullum corpus est in loco infinito, & tunc arguitur sic, omne infinitum est in loco infinito. nullum corpus est in loco infinito. ergo nullum corpus est infinitum, & quod sit impossibile locum esse infinitum, declaratur per hoc, quia partes loci sunt superius, & inferius, dextrum & sinistrum, ante & retro, & ista non reperiuntur in infinito, ergo, Vel potest ratio formari sic, impossibile est aliquod corpus esse infinitum, nisi eius locus sit infinitus, sed eius locus non est infinitus. ergo nullum corpus est infinitum. Maiorem huius ponit Phylosophus dicens, quod Tertia rõ.

omne

omne, quod est alicubi est in loco, & omne quod est in loco est alicubi: sed omne corpus est alicubi. ergo omne corpus est in loco, & per consequens impossibile est, quod corpus infinitum sit in loco, nisi ille locus sit infinitus, minor vero, scilicet, quod nullus locus est infinitus, probatur sic. partes loci sunt superius & inferius ante, & retro: dextrum, & sinistrum: sed nullum istorum est infinitum, nec ista reperiuntur nisi in aliquo finito. ergo impossibile est locum esse infinitum. Intelligendum quod per ista sex possunt intelligi vel partes subiectiuæ loci, vel partes integrales, si per ista sex intelligantur partes subiectiuæ loci, tunc illa, videlicet nullus locus est infinitus, debet probari sic: illud reale, quod non inest alicui contento sub loco, nec alicui parti subiectiuæ loci, illud non inest loco, sed infinitas non inest alicui parti subiectiuæ loci, quia nec est in loco sursum, nec in loco deorsum, & sic de alijs: igitur nullus locus est infinitus. Si vero per illa sex intelligantur partes integrales loci, tunc illa propositio, videlicet nullus locus est infinitus, debet probari sic. Omnis locus habet ista sex partes distinctas. s. superius, & inferius, &c. sed nullum infinitum habet istas sex partes distinctas, quia nō est maior ratio, quare una pars infiniti debeat dici sursum, & alia deorsum, quam econuerso. ergo nullus locus est, infinitus. Textus tamen phylosophi magis videtur sonare, quod per istas sex partes intelligantur partes subiectiuæ loci, nam dicitur in textu, quod sicut nullum quantum est infinitum proeo, quia nullum contentum sub quanto est infinitum. s. nec bicubitum, nec tricubitum, & sic de alijs: ita nullus locus est infinitus, quia nec locus sursum nec locus deorsum, & sic de alijs est infinitus, sed uniuscuiusque istorum est aliquis terminus, & hæc videtur esse una expositio Com. s. ꝙ Phylosophus per istas sex differentias intelligit partes subiectiuas loci: dicit enim Commen. quod est impossibile, quod infinitum dicatur quantum simpliciter, nisi secundum, quod habet aliquam speciem quantitatis: ut s. secundum quod est bicubitum, aut tricubitum: quoniam quantum non reperitur, nisi in suis speciebus, necesse est igitur, ut illud, quod dicitur esse in loco simpliciter, non dicatur esse in loco, nisi secundum quod est in aliquo s. aut superius, aut inferius, aut in alia specierum loci, sed omnis species loci est finita, igitur omnis locus est finitus, & omne, quod est in loco finito, est finitum, hæc Cō. Aliam tamen expositionem innuit Commen. statim post illam. s. ꝙ phylo. per istas sex differentias intelligit partes integrales loci, vel ipsius ubi: nam Commen. sic dicit. Et debes intelligere hic de ubitatibus partium eiusdem corporis. de quo dicitur, quod quoddam eius est superius, & quoddam inferius, & quoddam ante, & quoddam retro, & non de ubitatibus, quæ sunt totius corporis, quia in illis non inuenitur ubi naturale, quod dicatur dextrum, vel sinistrum, hæc Commē. Et per verba hæc apparet manifestè, ꝙ per istas sex differentias intelligit phyl. partes integrales loci, quoniam partes subiectiuæ, uel partes specificæ loci non sunt nisi duæ, ut locus sursum, & locus deorsum, differentiæ enim specificæ loci, & loca naturalia, quæ debentur toti corpori, non sunt nisi duo. s. locus sursum, & locus deorsum, quia non est aliquis motus naturalis istorum corporum generabilium, & corruptibilium, nisi sursum, vel deorsum, & non est aliquis motus naturalis istorum corporum, nisi dextrum, vel sinistrum, &c. & ideo sūt tantum duæ differentiæ specificè loci, & tamen sunt sex partes loci. s. sursum deorsum, &c. quæ accipiuntur, & distinguuntur in comparatione ad cœlum, & secundum hanc expositionem Com. format hanc rationem sic. nullum corpus est in loco, nisi secundum quod sex partes eius sunt in sex partibus loci finiti. & omne quod est tale, est in loco finito. ergo omne corpus est in loco finito, & nullum corpus est in loco infinitan, & quod istæ sex partes loci sint terminatæ, & finitæ declarant per hoc, quia sunt superficies extraneæ, & sunt corporis continentis locatum, & per consequens sunt finitæ, & terminatæ. ergo, &c.

Dextrū & sinistrum eē partes, &c. possūt hēre dupli cē sēsum.

QVOMODO INFINITVM EST; ET quomodo non est, & quid infinitum est. Tractatus secundi.

Cap. IIII.

Patet igitur ex hiscæ, quæ diximus infinitum corpbs in ratione rerum actu non esse. Atqui constat impossibilium euenire complura, si non sit sim-

A pliciter infinitum. Temporis enim erit aliquod principium, atq; finis. Et magnitudines non erūt in magnitudines diuisibiles. Numerus etiam infinitus non erit. Cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars asserenda esse videatur arbitro profecto: moderatoreque est opus. Atque patet partim non esse.

Quod quidem igitur actu non sit corpus infinitum manifestum ex his. Quod aūt si non sit infinitum simpliciter multa impossibilia accidant, manifestum est, temporis. n. erit quoddam principium, & finis. Et magnitudines non diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cum autem determinatum sit neutro modo videtur contingere ob hoc, videlicet & manifestum, quod sic quidem est: sic autem non.

B

Istud est quartum capitulum huius tractatus, in quo Phyl. inquirit quomodo infinitum est, & quomodo non est, & etiam quid infinitum est. Et continet duas partes principales, quia in prima Phyl. inquirit & declarat, quomodo infinitū est, & quomodo non est. In secunda ibi. [Accidit autem contrarium.] Inquirit phylo. & declarat quid infinitum est. Prima pars continet tres particulas, quia in prima phylo. narrat, quod infinitum aliquo modo est, & aliquo modo non est. In secunda ibi. [Dicitur igitur.] Narrat phyl. in generali, quomodo infinitum est, quomodo etiam infinitum non est, quia est in potentia, & non in actu. In tertia ibi [Relinquitur igitur.] Ostendit phylosophus, quomodo infinitum est in potentia, & quomodo non est in potentia. In prima igitur particula huius partis narrat phylo. ꝙ infinitum aliquo modo est, & aliquo modo non est, quia manifestum est ex præcedentibus, quod infinitum non est actu infinitum sic, quod sit. aliquod corpus actu infinitum carens extremis, ut in præcedentibus demonstratum est, & sic apparet, quod infinitum aliquo modo non est, & quod infinitum aliquo modo sit, probatur: & hæc est vigesimanona conclusio huius lib. quæ probatur ex tribus, primo nanque si infinitum nullo modo fuerit sequuntur tria inconuenientia. Primum est, quod tempus non est infinitum, sed quod habet principium, & finem, quod est inconueniens. Secundum inconueniens est, quod aliquæ magnitudines non erunt diuisibiles in magnitudines, quia aut procederetur in infinitum diuidendo magnitudines in magnitudines, & sic sequitur, quod infinitum aliquo modo est s. infinitum secundum diuisionem, aut est status finitus in diuisione magnitudinis ita, quod tandem erit deuenire ad magnitudines, quæ ulterius non possunt diuidi in magnitudines, & tunc illæ ultimæ magnitudines non erunt diuisibiles in diuisibilia, quod est contra fundamentum eorum, quæ ponit geometria, ut dicit hoc Com. tertium incōueniens est, quod numerus non erit in infinitū, hoc est, numerus non cresceret in infinitum, quod est contra unum fundamentum eorum, quæ ponit arithmeticus, cum igitur ostensum sit, quod neutrum potest contingere. s. vel, quod infinitum sit in actu, ita quod aliquod corpus sit actu infinitum, vel etiam, quod infinitum nullo modo sit, manifestum est, quod infinitum sic quidem est, & sic quidem non est, hoc est, manifestum est, ꝙ infinitum aliquo modo est, & aliquo modo non est, quia infinitum est in potentia, & non in actu.

29. ōclusio lib. Primū incōueni. Secūdum

C

Tertiū incōueniēs.

D

Dicitur itaq; quippiam esse aliud, aut potentia, aut actu, & infinitum est additione, ac etiam diuisione. Magnitudo autem actu quidem infinita nou est, uti diximus. Diuisione autem est. Non est n. difficile lineas indiuiduas è medio tollere.

Dicitur igitur esse aliud quidem potentia, aliud vero actu: & infinitum est quidem oppositione, est autem & ablatione. Magnitudo autem quod quidem actu non sit infinita, dictum est. Diuisione autem est. Non enim difficile interimere indiuisibiles lineas.

1 Aliquid pōt dici infinitum dup.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. narrat in generali, quō infinitum est, & quō non. Et intendit, ꝙ aliquid potest dici infinitum dupliciter. s. in potentia, vel in actu, si loquamur de infinito in potentia, sic concedendum est aliquid esse infinitum: si loquamur de infinito in actu, sic dicendum est, ꝙ nihil est infinitum in actu, quia non est aliquid quantum totum simul carens terminos. Et quod aliquod sit infinitum in potentia apparet, si concesserimus additionem numerorum in infinitum, & diuisionem magnitudinum in infinitum: infinitum in potentia est in appositione, vt patet in numeris, & infinitum in ablatione est in diuisibile magnitudinis, quoniam diuisio magnitudinis procedit in infinitum, quia difficile est lineas partiri in athomos i. diuidi in indiuisibilia. Et Comm dicit, ꝙ infinitum inuenitur in additione numerorum, & hoc est notum per se, sed in diuisione magnitudinis indiget declaratione, tūc autem infinitum latet propter hoc, quia substantia temporis latet, & non quia infinitum non est per se manifestum in tempore, & forte tacuit hoc. s. infinitum esse in tempore in potentia, quia est manifestum, & post declarabitur in motu, vbi declarabitur motum esse æternum, hæc Com.

B Restat igitur, infinitum in ratione rerum potentia esse. Non oportet autem infinitum potētia sic accipere, vt actu tandē euadat: quemadmodum si potest hoc statua esse: erit hoc statua tandem. Sed cum multipliciter quippiam esse dicatur: perinde est infinitum, vt dies est, atq; ludus. ex eo, quia fit aliud, atque aliud semper. Nam in his est esse potētia, atque actu. Est enim olympicus ludus: & quia fieri potest: & quia fit.

Tex. c. 53. *Relinquitur igitur potentia esse infinitum. Nō oportet autem potentia ens accipere, sicut si possibile sit hoc statuam æs esse: & tamen hoc æs erit: & hæc statua, sic & infinitum, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter est esse, quemadmodum dies, & agon in semper aliud, & aliud fieri: sic & infinitum est. Et namque in his est, & potentia, & actu. Olympia enim sunt, & in posse agonem fieri, & in eo quod fit.*

C HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus ostendit in speciali, quomodo infinitum est in potentia, & quomodo non, & continet duas partes: quia in prima ponit phylosophus quandam distinctionem de potentia & actu, ex qua distinctione apparet, quomodo infinitum est in potentia, & quomodo non, in secunda ibi. [Aliter autem in tempore.] Ostendit, ꝙ infinita inueniuntur in diuersis diuersimode. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus concludit istam conclusionem, quod

30. concl. huius lib. infinitum est in potentia, & hæc est trigesima conclusio huius libri, quæ ex præcedentibus probatur sic. Infinitum aliquo modo est, & aliquo modo non est, vt patet ex præcedentibus. quia, vel est in potentia, vel in actu, sed infinitum non est in actu, vt probatum est, igitur relinquitur, ꝙ infinitum est in potentia, & cum Phyl. declarauit hoc, ponit quandam distinctionem de potentia, per quam apparet, quomodo potentia infiniti distinguitur ab alijs potentijs. Distinctio igitur potentiæ, quam Phyl. intendit, est talis, ꝙ quædam est potentia ad actum completum, quo actu habito, nihil ipsius actus, vel formæ est in potentia, sed totum est iam reductum ad actum. v. g. lapis est in

D potentia ad formam idoli, tanquam ad actum completū, quia cum forma idoli habetur, non restat aliquid de forma idoli. Alia vero est potentia ad actum incompletum, quo actu habito, semper remanet potentia ad aliquid illius actus. v. g. totum tempus futurum est in potentia, & nunquam potest simul reduci ad actum, sed semper cum vna pars est in actu, alia est in potentia, vt cum dies crastina venerit, & erit in actu, dies sequens erit in potentia, & cum vna pars magnitudinis fuerit diuisa a magnitudine, remanet alia pars in potentia ad diuisionem, nec est possibile, ꝙ omnes partes sint simul actu diuisæ nisi continuum componatur ex diuisibilibus, quod est impos-

Potentia est duplex. sibile. Hæc igitur est distinctio potentiæ, quam Phyl. hic intendit. s. ꝙ quædam est potentia ad actum perfectum, qui non est mixtus cum potentia ad aliquid illius actus, & quædam est ad actum imperfectū, qui quidem actus semper est permixtus cum potentia ad aliquid illius actus, vel actus consimilis. Qua distinctione præmissa, Phyl. intendit dicere, ꝙ potentia infini-

A ti est potentia ad actum imperfectū: & non ad actū perfectum, qui est totus simul. Vnde cum Phyl. probauit, ꝙ infinitum est in potentia, & non in actu, dicit, ꝙ non oportet intelligere, ꝙ infinitum sit ens in potentia illo modo, quo æs est in potentia ad statuam, seu ad formam statuæ, quia æs pōt exire ad actum perfectum, & completum, quia æs pōt habere formam statuæ totā simul, & complete sic, ꝙ nihil de potentia ad formam statuæ remanebit, sed potentia infiniti nunq̄ pōt exire in actum completum, impossibile. n. est, ꝙ infinitum sit in actu completo, ita, ꝙ sit totum simul, sic, ꝙ nihil eius sit in potentia, sed potentia infiniti est ad actum incompletum, qui actus sp̄ est coniunctus cum potentia. v. g dies est in actu permixto cum potētia, & sic de alijs, quorum esse est in motu, eo quia sp̄ aliud, & aliud eius est, qm̄ dies, & alia successiua non sunt, nisi qn̄ vna pars eorum est in actu. i. qn̄ vna pars eorum actu existit, & alia pars est in potentia, vt existat, nunquam n. potest aliqua dies esse, nisi aliqua eius pars sit in potentia ad existendum, & sic est de motu, & agone. s. de ludis agonisticis, in quibus vnus motus ludi fit post alium motum, huiusmodi. n. ludi nō sunt, nisi qñ vna pars est post aliam, sic igitur breuiter dico, ꝙ potentia infiniti non est ad actum completū, sed est ad actum imperfe-

B ctum qui semper est mixtus cum potentia, ita quòd si potentia non fuerit, non erit actus. Notandum s̄m Comm. hic, ꝙ infinitum est in potentia, sed non in actu, sed in potentia non dr̄ in respectu ad actum, vt dicimus, ꝙ corpus est in potentia idolum. hæc Comm. quod tñ non dēt sic intelligi, q. d. nullo modo concedendum sit, ꝙ potentia infinita non dicatur in respectu ad actum, quia ois potentia dr̄ in respectu ad actū, sed debet intelligi, cum determinatione sic, ꝙ potētia infiniti non dr̄ in respectu ad actum eo modo, quo potentia in cupro dicitur in respectu ad actum, qm̄ potentia in cupro ad formam statuę dicitur in respectu ad actum perfectum non mixtum cum potētia, sed potentia non dicitur in respectu ad talem actionem, sed dicitur in respectu ad actum imperfectum semper permixtum cum potentia, ita ꝙ si potentia non fuerit non erit actus. Item dicit Comm hic, ꝙ cum dicimus infinitum non esse in actu, oportet intelligere hic, ꝙ infinitum non est in re, nisi s̄m potentiam existentem in ea, quemadmodum differentiæ substantiales plurium rerum, quæ conseruant suum esse in coniunctione potentiæ cum eis, vt in rebus, quarum esse est in actu. Rerum enim quædam sunt in puro actu, vt homo demōstratus,

Notādum primum.

Notādum secūdum.

C & quædam sunt secundum ꝙ potentia admiscetur cum actu, ita ꝙ si potentia non fuerit, non erit actus, & illo modo infinitum est in tempore, & in partibus temporis, & in omni eo, qđ est cum motu, & hoc est vniuersaliter verum in omni re successiua. s. ꝙ suum esse non conseruatur, nisi in coniunctione potentiæ cum eis. Item dicit Commen. ꝙ infinitum est de genere illorum, quorum esse in actu est permixtum cum potentia, & in motu, & est, vel sicut species eius, vel sicut accidens, vnde infinitum, vel est species existens in actu permixto potentiæ, aut est accidens eius. Et addit Com. vlterius, ꝙ infinitū est in continuatione huius conuentionis. s. actus cum potentia, & non in corruptione eius. Et dicit vlterius, ꝙ infinitum est accidens huius entis. s. in actu permixto potentiæ, & perfectio eius est in potentia coniuncta cum actu, & nō est accidens entis, cuius esse est in actu puro hæc Com. Ex quibus verbis poterit quis cui, placuerit, multa notare, & hoc sibi relinquitur. Intelligendum, ꝙ omnis potentia vna potest reduci ad vnum actū, quo habito destruitur potentia illa, tamen nō oportet, ꝙ omnes potentiæ possint simul reduci ad vnum actum. v. g. dico, ꝙ est vna potentia ad esse totius temporis futuri, vel crastinæ diei infinitæ, cum sint potentiæ ad esse partium infinitarū

D diei crastinæ, vel totius temporis futuri, potentia, quæ est ad esse diei crastinæ, potest reduci ad actum simul, qm̄ adueniente simul die crastina, verum est dicere, ꝙ dies illa in actu est, nec potest esse magis in actu, quam erit quandocunque erit, & tamē est impossibile, omnes potentias, quæ sunt ad esse partiū, diei crastinæ simul reduci ad actum, quia impossibile est, ꝙ omnes partes diei crastinæ, vel totius temporis futuri sint simul, sed semper oportet, quod vna pars sit prior, & alia posterior. quia parte posteriori adueniente destruitur pars prior.

Patet autem infinitum in tempore diuerso modo, & in hominibus, & in diuisione magnitudinū esse. Omnino namque hoc modo est infinitum, vt semper aliud, aliudque sumatur, & id, quod accipitur, sit quidem finitum. At aliud, atque aliud semper.

Aliter autem & in tempore manifestum, quod infinitum, & in hominibus, & diuisione magnitudinũ: omnino quidem enim sic est infinitũ semper aliud, & aliud accipiendo: & acceptum quidem semper esse finitum: sed semper alterum, & alterum.

HÆc est secunda pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua ostenditur, quomodo inuenitur infinitas in diuersis diuersimode: & continet duas particulas, quia in prima ostenditur, quomodo infinitas diuersimode inuenitur in successiuis, & permanentibus. In secunda ibi. [Quod autem secundum appositionem.] ostenditur, quomodo infinitas reperitur diuersimode in permanentibus. In prima igitur particula huius partis ostenditur, quomodo infinitas inuenitur diuersimode in successiuis, & permanentibus. Vnde Phylosophus narrat duo. Primo, quod infinitas diuersimode est in successiuis, & permanentibus. verbi gratia, infinitas diuersimode est in hominibus, idest, in generatione hominum, & in diuisione magnitudinum. Secundo vero narrat, quomodo infinitas similiter inuenitur in vtrisque dicens, quod vniuersaliter in omnibus prædictis, idest tam in successiuis, quam in permanentibus, in quibus inuenitur modus infinitas, est sic, quod semper contingit accipere aliud post aliud; ita, quod acceptum semper est finitum, quamuis semper sit alterum, & alterum. Notandum secundum Commen. hic, quod est commune omnibus speciebus infiniti est infinitum: quoniam potest quis ex eo accipere aliquid post aliquid in intellectu, & indifferenter: siue illud, quod imaginatur, ex hoc fuerit actio mentis, vt est dispositio in diuisione mensurarum: aut fuerit extra animam sicut est dispositio in mora: & illud, quod mens accipit semper ex infinito est infinitum, sed est aliud ab eo; quod accipit in præterito: quando igitur illa actio mentis fuerit in aliquo entium, dicetur ipsum esse infinitum.

Infinitas est diuersimode in successiuis & in permanentibus.

Infinitas simpliciter inuenitur in vtrisque.

Notabile.

Quare non oportet infinitum. perinde accipere, atque hoc aliquid, vt hominem, aut domũ. Sed vt dies dicitur, atque ludus: quorum esse, non vt substãtia quædam est orta, sed in generatione, semper, corruptioneque consistit: finitum quidem, at aliud atque aliud semper.

Tex. c. 58. *Quare infinitum non oportet accipere, sicut hoc aliquid, vt hominem, aut domum: sed sicut dies dicitur, & agon, quibus esse non sicut substantia quædam facta est: sed semper in generatione, aut corruptione finitum: sed semper alterum, & alterum.*

EX his igitur concludit Phylosophus, quod infinitum nõ est accipiendum sicut hoc aliquid. hoc est. infinitum non est aliquod permanens: sicut indiuiduum substantiæ, vel alia res permanens, quæ possit demonstrari tota simul: vt domus, vel aliquod tale, & hæc est trigesimaprima cõcl. huius libri, scilicet, quod infinitum non est hoc aliquid, intelligendo per hoc aliquid rem permanentem: cuius omnes partes sunt simul. Conclusio probatur sic. Illud, cuius esse consistit semper in generatione vnius partis finitæ, & in corruptione alterius partis infinitæ: ita, quod semper alia, & alia eius pars est: sic, quod non omnes eius partes sunt simul, illud non est hoc aliquid, idest, illud non est res permanens, cuius esse consistit in hoc, quod omnes eius partes sunt simul, sed esse infinitum consistit in generatione vnius partis, & in corruptione alterius, & quælibet pars accepta est finita, nec possunt omnes partes esse simul. ergo infinitum non est hoc aliquid, sed est sicut dies & agon, quorum esse consistit in generatione, & corruptione. Intelligendum, quod Commen. introducit hanc partem sic, quod cum Phylosophus declarauit modum, secundum quem infinitum est, voluit demonstrare, quomodo inuenitur additio, & diminutio in infinitum: & reuersus est a principio faciendo rememorationem de essentia infiniti distinguendo actum, qui est in infinito ab alijs actibus entium, sicut distinguebat eius potentiam ab alijs potentijs. Hæc igitur est intentio in hac parte secundum Commen. scilicet, distinguere actum infiniti ab actibus aliorũ entium, & sic distinguuntur, quia actus infiniti nunquam est totus simul, nec est actus purus, sed semper est permixtus cum potentia, sed actus aliorum entium est purus sine permixtione potentiæ, & est totus simul.

31. concl. huius lib.

A Notandum etiam secundum Comment. hic, quod ens dicitur tripliciter. videlicet, ens in actu, ens in potentia, & compositũ ex potentia, & actu, & dicit, quod infinitum non est ens in actu puro, nec ens in potentia pura, sed est compositum ex potentia, & actu, quia vna eius pars est in potentia, & alia in actu, nec possunt omnes eius partes esse simul in actu.

Quõ sit intelligẽdũ hoc terniũ membrũ. vide sup. c. 9.

Verum in imaginib. quidem hoc accidit permanente eo, quod sumptum. In omnibus autem, atq; tempore accidentibus ita, vt non deficiant.

Sed in magnitudinibus quidem, permanente accepto, hoc accidit: in hominibus autem, & tempore corruptis: sic. vt non sit deficere,

CVM Phylosophus narrauit, quod infinitas diuersimode inuenitur in successiuis, & in permanentibus, Phylosophus declarat hic, & probat, quod infinitas aliter inuenitur in successiuis, & aliter in permanentibus. verbi gratia, infinitas B aliter inuenitur in diuisione magnitudinis, & aliter in tempore, & in generatione hominum, & hæc est trigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Aliter inuenitur infinitas in illo cuius partes acceptæ manent, per quam acceptionem vnius post aliam accidit infinitas, & aliter inuenitur infinitas in illo, cuius partes acceptæ non manent, per quam acceptionem, scilicet, vnius post aliam accidit infinitas, sed in permanentibus, vt in magnitudinibus, quibus accidit infinitas per diuisionem, & acceptionem vnius partis post aliam, partes acceptæ manent, & non corrumpuntur, sed in successione, vt in tempore, & generatione hominum, quibus accidit infinitas per acceptionem vnius partis post aliam partes acceptæ nõ manent, sed corrumpuntur. ergo infinitas aliter inuenitur in successiuis, & aliter in permanentibus, huius rationis ponitur in litera minor, vnde aliter, & aliter inuenitur infinitas in successiuis, & in permanentibus quia in successiuis partes acceptæ non manent, sed in permanentibus partes acceptæ manent.

32. coad. huius lib.

Atqui infinitum, quod in additione, & quod in diuisione consistit: idem quodammodo est.

C *Quod autem secundum appositionem idem quodammodo est, & quod est secundum diuisionem.* Tex. 59.

HÆc est secunda particula secundæ partis tertiæ particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua ostenditur, quod infinitas reperitur in permanentibus tam secundum appositionem, quam etiam secundum diuisionem, & sic diuersimode inuenitur infinitas in rebus permanẽtibus, quia dupliciter inuenitur in eis infinitas, & illis duobus modis inuenitur in eis infinitas differenter. Hæc particula continet quatuor partes, quia in prima ostenditur, quod infinitum secundum appositionem quodammodo est idem infinito secundum diuisionem magnitudinis. in secunda ibi [Infinita enim magnitudine.] ostendit Phylosophus modum possibilem, & etiam modum impossibilem in diuisione magnitudinis in infinitum, in tertia ibi. [Secundum appositionem.] ostendit Phylosophus modum possibilem, & etiam modum impossibilem in appositione magnitudinis in infinitum, ponendo differentiam inter infinitatem, quæ est in diuisione magnitudinis, & D inter infinitatem, quæ est in additione magnitudinis. in quarta ibi. [Quoniam autem, & Plato.] ex veritate iam determinata accusat Plat. qui dixit infinitatem omnimode reperiri eodẽ modo in diuisione, & in additione. In prima igitur parte huius particulæ dicit Phylosophus, quod infinitum secundum appositionem magnitudinis quodammodo est idem infinito secundum diuisionem magnitudinis, & quia dixit quodammodo est idem infinito secundum diuisionem, dat modum, quo additio fit in infinitum, sicut diuisio in infinitum, d. quod infinitũ secundum appositionem fit econtrario infinito secundum diuisionem, & non aliter nisi illo modo, scilicet, quo additio magnitudinis ponitur ex parte diminuta, hoc est quando illud, quod diuiditur ab vna magnitudine additur alteri magnitudini, sic igitur apparet, qualiter infinitas inuenitur tã in appositione, quam in diuisione, quando illud, quod diuiditur ab vna magnitudine additur alteri magnitudini, quia sicut diuisio magnitudinis procedit in infinitum, ita et additio magnitudinis prædicto modo procedit in infinitum addendo semper vni

magnitudi-

magnitudini illud, quod diminuitur ab alia magnitudine. Vnde infinitas in diuisione magnitudinis, & infinitas in additione magnitudinis in hoc conueniunt, quia appositio magnitudinis non procedit in infinitum, sed differunt in hoc, quia non fiunt eodem ordine, quia vnum inuenitur contrario modo alteri.

Fit enim in magnitudine finita per additionem econtra. Nam, vt cum diuiditur cernitur in infinitum abitio, sic cum additio fit, ad magnitudinem ipsam determinatam videbitur. Etenim si quispiã in magnitudine finita, de finita magnitudine sumpta, eadem aliam accipiat ratione, non eandem totius magnitudinem sumens non pertransibit vnquam magnitudinem illam finitam.

B *Infinitum enim secundum appositionem fit econtrario, secundum quod enim diuisum videtur in ifinitum sic appositum videbitur ad determinatum. Infinita enim magnitudine si accipiẽs aliquis determinatum accipiet, eadem ratione non eadem aliquam magnitudinem ratione accipiens non transibit finitum.*

HÆc est secunda pars secundæ partis tertiæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit modum possibilem, & modum impossibilem in diuisione magnitudinis in infinitum. Et intendit dicere, quod diuisio magnitudinis in partes eiusdem proportionis procedit in infinitum, sed diuisio magnitudinis in partes eiusdem quantitatis non procedit in infinitum. verbi gratia quoniam si accipiamus aliquam magnitudinem finitam, & ab illa auferamus aliam partem, & postea dimidium tanti, & postea dimidium dimidij, & sic semper: ita, quod qualis est proportio partis primo acceptæ ad partẽ secundo acceptam, talis sit proportio partis secundo acceptæ ad partem tertio acceptam, & sic de tertia, quarta, & quinta, &c. semper isto modo C procedit diuisio magnitudinis in infinitum. Ista enim est diuisio in partes eiusdem proportionis. Si etiam accipiamus vnã magnitudinem finitam, & diuidamus eam in duas partes, & postea diuidamus vnam medietatem in duas medietates, & sic postea residuum in alias duas medietates, & sic continuè isto modo procedit in infinitum, quia ista diuisio est in partes eiusdem proportionis, quia quæ est proportio partis primo ablatæ ad partem secundo ablatam, talis est proportio partis secundo ablatæ ad partem tertio ablatam, & sic deinceps, sic enim diuidendo eadem ratione in partes eiusdem proportionis non eandem magnitudinem, hoc est, non accipiendo partes eiusdem quantitatis non transibit finitum, hoc est, sic diuidendo in partes eiusdem proportionis non trãsibit finitum, hoc est, non consumetur magnitudo finita per talem diuisionem in partes eiusdem proportionis: hoc est, ergo primum, quod Phylosophus narrat de infinitate in magnitudinibus secundum diuisionẽ; scilicet, diuisio magnitudinis in partes eiusdẽ proportionis procedit in infinitum. Sed hoc non declaratur hic, quia eius declaratio dependet ex declaratione huius, scilicet, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus, si D enim continuum non componitur ex indiuisibilibus; tunc quacunque magnitudine data, vel accepta, illa est diuisibilis in duas medietates, & vtraque illarum duarum medietatum in alias duas medietates, & sic in infinitum, Vnde sequitur necessario, quod si continuum non componatur ex indiuisibilibus, ergo continuum est diuisibile in infinitum in partes eiusdem proportionis, sed antecedens non est notum hic, sed declarabitur in sexto.

Si vero hoc pacto rationem augeat, vt semper magnitudinem eandem accipiat, pertransibit sane propterea, quod omne finitum quouis consumitur definito.

Si vero sic augmentet, vt semper eandem aliquam sit

A *accipere magnitudinem transibit finitum, propter id, quod omne finitum remouetur a quolibet finito.*

NArrato, quod diuisio magnitudinis in partes eiusdem proportionis procedit in infinitum: Phylosophus declarat, quod diuisio magnitudinis in partes eiusdẽ quantitatis non procedit in infinitum, & hæc est trigesimatertia conclusio huius lib. quæ probatur sic. Diuisio magnitudinis in tales partes, quæ finities acceptæ consumunt omnem magnitudinem finitam non procedit in infinitum, sed partes eiusdem quantitatis finities acceptæ, vel diuisæ a magnitudine consumunt omnem magnitudinem finitam, ergo diuisio magnitudinis in partes eiusdem quantitatis non procedit in infinitũ, maior est manifesta, quia post consumptionem totius magnitudinis non potest magnitudo vlterius consumi, vel diuidi. Circa hanc rationem sic procedit Phylosophus, quia primo ponit conclusionem dicens, si vero augmentet rationem, vt sit accipere eandem quantitatem, ita, scilicet, quod semper accipiat eandem quantitatem transibit, hoc est, consumet omnẽ quantitatem finitam, deinde ponitur minor cum dicitur, propter illud, quod omne finitum remouetur, hoc est, consumetur a finito per ablationem partium finitarũ eiusdem quantitatis. Deinde cum dicitur. 33. concl. huius lib.

Alio igitur modo non est infinitũ in rebus, sed hoc pacto potentia, inquam, atque diuisione. Et actu etiam est perinde atque diem, ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est, vt materies, & non per se, vt ipsum finitum.

Aliter quidem igitur non est, sic autem non est ifinitum potentiaque, & diuisione. Et actu autem est, sicut diem esse dicimus, & agonem, & potentia est, sicut materia, & non per se sicut finitum.

C REcolligit prædictas rationes, d. quod aliter non est procedere in infinitum in diuisione magnitudinis, nisi scilicet, diuidendo magnitudinem in partes eiusdem proportionis, & sic est infinitum in potentia in diuisione, quia quacunque diuisione accepta, restat alia facienda: & non est aliquod infinitum in actu, nisi sicut dies, & agon sunt in actu, scilicet, permixtu cum potentia, & ita infinitum est sicut materia, & non est aliquid per se secundum se totum in actu. Sed circa has duas propositiones, quas Phylosphus hic ponit, quarum prima est, quod magnitudo finita est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis. Et secunda est quod nulla magnitudo finita potest diuidi in partes eiusdem quantitatis: est intelligendum primo circa primam, quod ab omni magnitudine finita potest aliqua pars primo auferri, & postea dimidium tanti, & postea dimidium dimidij, & per talem diuisionem nunquam consumetur tota magnitudo, vt si a magnitudine trium pedum auferatur primo quãtitas vnius pedis, & postea quantitas dimidij pedis, & postea quantitas quarti pedis per talem diuisionem nunquam consumetur tota magnitudo trium pedum, tamen posset aliqua pars, ita magna primo auferri; quod si postea auferetur dimidium tanti, D & iterum dimidium dimidij, per talem diuisionem finitam consumetur tota magnitudo, verbi gratia, si magnitudo sit septem pedum, & primo auferatur quantitas quatuor pedum, & postea quantitas duorum pedum, & postea quantitas vnius pedis, per istam diuisionem consumetur tota quantitas septẽ pedum, vt patet manifestè. Ideo est sciendum, quod quandocunque aliqua magnitudo diuiditur, in partes eiusdem proportionis, si primo ab illa magnitudine auferatur pars maior, quam est medietas totius, & postea dimidium tantæ partis, & postea dimidium dimidij, per talem, diuisionem in partes eiusdem proportionis tandem consumetur tota magnitudo, nec est aliqua magnitudo finita diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis auferendo primo ab illa magnitudine partem maiorem quam est medietas totius, & postea dimidium tanti, & postea dimidium dimidij, sic enim diuidendo magnitudinem, scilicet, primo auferendo maiorem partem quam est medietas totius, & postea medietatem tanti, & postea medietatem dimidij, tandem consumetur Prima propositio. Secunda propositio.

magnitudo, vt manifeste apparet ex communibus geometriæ: veruntamen, quælibet magnitudo, quantumcunque parua, est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis diuidendo illam magnitudinem, auferendo primo ab ea medietatem magnitudinis, & postea medietatem medietatis, & postea medietatem tanti, & sic deinceps. Cuius ratio est, quia nunquam deuenietur ad aliquam partem magnitudinis, quæ non sit vlterius diuisibilis in duas medietates, & ideo auferendo medium primo a magnitudine, & postea medietatem medietatis, & sic deinceps proportionabiliter per talem diuisionem nunquam consumetur magnitudo, ex quo sequitur per locum a maiori, quod si auferatur primo a magnitudine minor pars, quam medietas totius, & postea dimidium tanti, & sic deinceps proportionabiliter, quod per talem diuisionem nunquam consumetur tota magnitudo. Et sic debet intelligi illa propositio s. quod magnitudo finita est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis, diuidendo a magnitudine primo medietatem, vel partem minorem, quam est medietas eius, & postea dimidium tanti, & sic deinceps proportionabiliter: sed si auferatur primo pars maior, quam sit medietas totius, & postea medietas tanti, & postea medietas medietatis, talis diuisio non procedit in infinitum, immo per talem diuisionem consumetur tota magnitudo, a qua primo diuiditur pars maior, quam est medietas totius. Ex prædictis patet vna propositio, quæ non est multum communis, videlicet, quod data quacunque linea contingit eam diuidere in partes eiusdem proportionis, & sic contingit dare punctum ad quod nũquam deuenitur per diuisionem finitam, sed ad quodlibet punctum citra illud punctum deuenitur per diuisionem finitam, & hoc est verum tantum, quando pars primo diuisa est medietas totius determinata ad illud punctum, ad quod nunquam deuenitur per diuisionem finitam: sed ad quodlibet punctum citra illud bene deuenitur per diuisionem finitam, & hoc potest geometrice faciliter demonstrari: Circa cuius demonstrationem non est ad præsens insistendum. Sic igitur quantum ad diuisionem magnitudinis in partes eiusdem proportionis apparet, qualiter talis diuisio procedit in infinitum, quia diuidendo magnitudinem in partes eiusdem porportionis auferendo primo medietatem magnitudinis, vel partem minorẽ, quam est medietas, & postea medietatem tanti, & sic deinceps talis diuisio procedit in infinitum, sed si auferatur primo pars maior quam est medietas totius magnitudinis diuidendo, & postea medietas tantæ partis, & sic deinceps: per talem diuisionem finitam tandem consumetur tota magnitudo. Illud tamen est vniuersaliter verum s. quod omnis magnitudo finita est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis, quia quacũque magnitudine finita data contingit aliquã partem primo auferre, & postea medietatem tantæ partis, & sic deinceps, ita, quod proportionabiliter per talem diuisionẽ nunquam consumetur tota magnitudo, & si primo auferatur medietas totius magnitudinis, vel minor pars, quam medietas, &c. vt dictum est, & ita apparet, quid sentiendũ sit de diuisione magnitudinis in infinitum in partes eiusdem proportionis. Quo viso, videndum est qualiter magnitudo finita nõ est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem quantitatis. Ad cuius euidentiam est intelligendum, quod partes eiusdem quantitatis sunt duplices, scilicet, quædam vnitæ, & quædam non vnitæ, vt innuit Phylosophus primo elenchorum, & partes vnitas voco illas partes, quæ sic se habent, quod vna est pars alterius, vel quod aliqua pars vnius est pars alterius, partes vero non vnitas voco illas, quæ sic se habent, quod nec vna est pars alterius, nec pars vnius est pars alterius. Vnde partes non vnitæ sunt illæ, quarum quælibet est totaliter extra aliam, ita, quod nec vna est pars alterius, nec pars vnius est pars alterius, vel potest dici sub alijs verbis, videlicet, quod partes sunt duplices: quoniam quædam sunt copulatæ, & quædam disiunctæ, partes copulatæ dicuntur illæ partes, quæ habent aliquam partem eis communem sic, quod aliqua pars vnius est pars alterius, & partes disiunctæ sunt illæ, quæ non habent aliquam partem eis communem, immo quælibet pars, vnius est totaliter extra quandam partem alterius. Et hanc diuisionem ponit Phylosophus quinto ethic. & sic per partes vnitas, & per partes copulatas idem debet intelligi & per partes non vnitas, & per partes disiunctas idem debet intelligi etiam. Dico igitur, quod quælibet magnitudo finita est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem quantitatis vnitas, seu copulatas, sic intelligendo, quod quælibet magnitudo finita habet infinitas partes eiusdem quantitatis, quæ sic se habent, quod pars vnius est pars alterius, & hoc patet, quia si aliquod corpus alicuius quantitatis, vt si corpus pedalis quantitatis moueatur super aliquam magnitudinem ipsam pertranseundo, illud mobile in quolibet instanti illius tẽporis erit in spacio sibi æquali, & in alio, & alio instanti erit in alio, & in alio spatio sibi æquali, cum igitur sint infinita instantia in illo tempore, quo pertransitur illa magnitudo, sequitur, quod in illa magnitudine pertransita sunt infinitæ partes æquales mobili, & per consequens in illa magnitudine sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quia in ea sunt infinitæ partes pedalis quantitatis, veruntamen illæ partes sunt vnitæ, quia mobile non deserit aliquam partem spatij sibi æqualem totam simul: sed primo deserit vnam partem eius, quam aliã, vtputa aliqua pars spatij, in qua est mobile in vno instanti est pars spatij, in qua est mobile in alio instanti: & ita apparet, quod loquendo de partibus vnitis, seu copulatis necesse est, quod in magnitudine finita infinitæ sint partes eiusdem quantitatis, sed si loquamur de partibus eiusdem quantitatis non vnitis, sic dico, quod infinitas partes eiusdem quantitatis esse in aliqua magnitudine finita potest dupliciter intelligi. vno modo, quod in illa magnitudine sint infinitæ partes alicuius certæ quantitatis æquales, vt quod in illa magnitudine sint infinitæ partes pedalis, vel digitalis quantitatis, & sic de alijs, quarum quælibet sit totaliter extra aliam. Alio modo potest intelligi, quod in magnitudine finita sint infinitæ partes eiusdem quantitatis non vnitæ, sic, quod non sunt tot partes eiusdem quantitatis, quin sint adhuc plures eiusdem quantitatis non signando aliquam certam quantitatem, vt pedalem, aut digitalem: tunc dico, quod si accipiantur partes alicuius certæ quantitatis corporis, vt quia in illa quantitate modo dicto sint infinitæ partes quantitatis in pedalis non vnitæ, seu copulatæ, impossibile est, quod in aliqua magnitudine finita sint infinitæ partes eiusdem quantitatis signatæ, quarum quælibet sit totaliter extra aliam, ita, quod in illa magnitudine sint infinitæ partes pedalis, vel digitalis quantitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliam, quoniam omne finitum consumitur per ablationem partium finitarum eiusdem quantitatis certæ, quarum quælibet est totaliter extra aliam, vt innuit hic Phylosophus, & etiam patet per rationẽ, quia si aliqua magnitudo finita haberet infinitas tales partes æquales certæ quantitatis, sequeretur, quod illa magnitudo nullam haberet proportionem ad talem partem, quam contineret infinities, quia in infinitum excederet eam, & per consequens illa magnitudo esset infinita, quia cuiuslibet finiti ad finitum est aliqua proportio: & ideo si magnitudo sit finita non continet infinitas partes quantitatis certæ, scilicet, talis, vel talis quantitatis quarum quælibet est totaliter extra aliã. Si vero loquamur de partibus eiusdem quantitatis non signando aliquam certam quantitatem, sic dico, quod in omni magnitudine finita sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, quia in omni magnitudine finita non sunt tot partes eiusdem quantitatis: quarum quælibet est totaliter extra aliam, quin in illa magnitudine sint plures partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, quia dentur quæcunque partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliã, medietates illarum partium sic se habent, quod sunt æquales, & quælibet illarum est extra aliam totaliter, & sic de medietatibus illarum medietatum, & sic in infinitum. Vnde si quæratur, an in magnitudine sint partes infinitæ eiusdem quãtitatis, quarum quælibet sit totaliter extra aliam, illa est distinguenda eo, quod infinitum potest teneri cathegorematice, vel syncathegorematice. primo denotatur, quod in magnitudine finita sunt istæ partes infinitæ, & illæ partes infinitæ, vel sunt partes infinitæ eiusdem quantitatis, scilicet alicuius quantitatis certæ, quarum quælibet est totaliter extra aliam. & iste sensus est falsus, & impossibilis. Si autem infinitum teneatur syncathegorematice, sic est sensus, quod in magnitudine finita non sunt tot partes eiusdem quantitatis: quarum quælibet est totaliter extra aliam, quin sint plures partes eiusdem quantitatis in illa magnitudine. quarum quælibet est totaliter extra aliam, & iste sensus est verus, vt probatum est, quia si sint aliquæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, earum medietates erunt eiusdem quantitatis, & quælibet illarum erit totaliter extra aliam, & sic de medietatibus illarum medietatum, & sic in infinitum. & sic non est dare tot partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, quin sit dare plures. Et hoc est manifestum cuilibet consideranti ad diuisionem magnitudinis in infinitum.

Et

[Marginal notes: "Quomodo debet intelligi prima propositio." (beside "Et sic debet intelligi illa propositio"); "Secunda propositio." (beside "est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem quantitatis"); "Intellectum seu de propositionis." (beside "sunt partes infinitæ eiusdem quantitatis"). Section letters A, B, C, D printed between the columns.]

Et additione igitur hoc pacto est potentia infinitum, ꝙ quidem aliquo modo dicimus idẽ esse, quod id, quod in diuisione consistit. Semper enim est aliquid ipsius extra sumendum.

Tex. c. 60.

Et secundum appositionem igitur sic infinitum potẽtia est, quod idem non per se fit: sicut dicimus quodammodo esse ei, quod est secundum diuisionem. Semper quidem enim aliquid ipsius extra est accipere.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis tertiæ particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua Phyl. ostendit, quõ additio procedit in infinitum, & quõ non. Et primo Phyl. narrat, quõ infinitas est possibilis in additione magnitudinis. Secundo vero ibi [Non tamẽ excellit.] Narrat, quõ appositio, vel diuisio non procedit in infinitum. Dicit igitur Phyl. primo, ꝙ infinitum secũdum appositionem est in potentia. i. semper restat aliud apponendum, & nunquã finietur sic appositio, quin semper possit apponi, qđ non fuit prius appositum, non tamen sic est in potentia, sicut aliquod finitũ, quod potest secundum se totum simul exire in actum. sed infinitas in additione magnitudinis est in potentia eo modo, quo infinitas in diuisione magnitudinis est in potentia, quoniam infinitas secundum appositionem, & infinitum secundum diuisionem sunt quodammodo idem, quoniam additio potest fieri in infinitum secundum, quod partes diuersæ ab vna magnitudine possunt superaddi alteri magnitudini. Vnde sicut diuisio magnitudinis procedit in infinitum, ita additio magnitudinis procedit in infinitum addendo semper vni magnitudini illud, quod diuiditur ab alia magnitudine.

Hoc tamen definitam omnem exuperat magnitudinem, vt in diuisione definitam exuperat omnem, & semper minor euadit. Vt autẽ omnem additionem exuperet.

Non tamen excellit omnem determinatam magnitudinem; sicut in diuisione excellit omne determinatum, et erit minus. Quare autem neque est excellere omnem secundum appositionem.

CVm Phyl. narrauit modum, secundum quem est possibile infinitum esse in additione magnitudinis, vult narrare, quõ non est possibile additionem magnitudinis procedere in infinitũ, & quõ aliter procedit diuisio magnitudinis in infinitum, & aliter additio. Dicit igitur primo, ꝙ additio magnitudinis non procedit in infinitum sic, ꝙ per additionem fiat magnitudo minor omni magnitudine data, quia sicut dictum est prius, additio magnitudinis in infinitum est, sicut diuisio magnitudinis in infinitum, sed diuisio magnitudinis in infinitum non est possibilis, nisi sint partes eiusdem proportionis: vt auferendo primo aliquam partem magnitudinis, & postea dimidium tanti, & postea dimidium dimidij, & ideo additio magnitudinis non procedit in infinitum, nisi addendo partes eiusdem proportionis, sed per additionem partium eiusdem proportionis in infinitum non potest magnitudo, cui fit additio, crescere vltra omnem magnitudinem datam, vt patet manifeste, quia si accipiamus duas magnitudines, quarum quaelibet sit quantitas duorum pedum, & diuidamus vtrami illarum magnitudinum in duas medietates, & vnam illarum medietatum addamus alteri, & sic continue, sicut diuisio vnius magnitudinis procedit in infinitum isto modo, & nunquam consumetur, ita ista additio procedit in infinitum, & magnitudo, cui fit additio, nunquam per talem appositionem infinities factam deueniet ad quantitatem quatuor pedum, verbi gratia; sint duæ magnitudines, quarum vtraque sit duorum pedum, quæ sint a, & b, & a diuidatur in duas medietates, vt in c, & d, & c, addatur ipsi b, & postea diuidatur d, in duas medietates, & vna illarum medietatum addatur ipsi b, & postea residuum diuidatur in duas medietates, & vna medietas addatur ipsi b, sicut prius. & sic deinceps, sicut per talem diuisionem partium non consumetur tota magnitudo duorum pedum, ita per talem additionem nunquam deueniret ipsum b ad quantitatem ambarum magnitudinum, idest, ad totam magnitudinem tam ipsius a, quam ipsius b, quia nunquam deueniret ad magnitudinem ambarum magnitudinum, idest, ad magnitudinem quatuor pedum, nisi totum a, esset sm se totum diuisum, & totum additum ipsi b, sed per talem diuisionem factam nunquam est totum appositum, sed semper restat aliud apponendum. Et hoc est, quod Phyl. hic primo narrat, scilicet, ꝙ quamuis additio magnitudinis procedat in infinitum, tamen non procedit sic additio in infinitum. s. quod per additionẽ fiat magnitudo maior omni magnitudine finita data, & hoc idem apparet, ꝙ aliter procedit diuisio in infinitum, & aliter additio, quoniam diuisio sic procedit in infinitum, ꝙ omni magnitudine finita data contingit per diuisionem deuenire ad magnitudinem minorem, sed per additionem non contingit deuenire ad magnitudinem maiorem quacunque magnitudine data, quia est dare maximam magnitudinem terminatam, & finitam, qua non contingit dare maiorem, vt magnitudinem cæli, vel totius mundi, sed non est darẽ magnitudinem minimam, immo quaslibet magnitudine data contingit per diuisionem dare minorem diuidendo, scilicet, illam magnitudinem in duas partes, vt patet de se.

Neque potentia esse potest, siquidẽ non sit per accidens actu infinitum, vt naturales id corpus infinitum esse dicunt, quod extra mundum collocauere; cuius substantia aer est, aut aliquid tale. Sed si infinitum actu sensibile corpus hoc pacto in ratione rerum esse non potest, patet neque per additionem posse sic esse potentia infinitum, nisi (vt dictum est) diuisionis contrario modo.

Neque potentia possibile est esse, siquidem non secundum accidens actu infinitum, sicut dicunt Phylosophi extra corpus mundi, cuius substantia est aer, aut aliud huiusmodi. Sed si non possibile est, quod infinitum corpus sensibile actu sit, manifestum, quod neque potentia vtique erit secundum appositionem, sed aut, sicut dictũ est, è contrario diuisioni.

CVM Phyl. narrauit, ꝙ additio magnitudinis non procedit in infinitum. Nunc probat ꝙ additio magnitudinis non procedit in infinitum sic, quòd quacunque magnitudine data contingit per additionem, quòd fiat maior. Et potest hic poni conclusio trigesimaquarta huius libri sub hac forma, scilicet; ꝙ non contingit magnitudinem esse in potentia maiorem omni magnitudine finitã. Hæc conclusio probatur sic; Si magnitudo posset crescere in infinitum, ita ꝙ possit crescere vltra omnem magnitudinem finitam, tunc posset aliqua magnitudo esse maior omni magnitudine finita, sed illud, quod est maius omni finito, est infinitum. ergo esset possibile, ꝙ aliqua esset magnitudo actu infinita, quod prius improbatum est; quia tunc sequeretur, ꝙ in appositione magnitudinis in infinitum intelligitur potentia, sicut intelligimus potentiam, cũ dicimus, hoc est homo in potentia. Vnde breuiter probatio conclusionis consistit in hoc, ꝙ si magnitudo põt crescere in infinitum vltra omnem magnitudinem finitam, tunc posset esse magnitudo maior omni magnitudine finitã, & per consequens possibile esset aliquam magnitudinem esse actu infinitam, vt dixerunt antiqui Phylosophi. i. ꝙ extra cælum est aliquod corpus infinitum. cuius substãtia est aer, aut aqua, aut aliquod mixtum, vel aliquod huiusmodi. sed hoc consequens est impossibile. s. quod sit aliquod corpus actu infinitũ, vt probatum est. Igitur impossibile est; quod magnitudo crescat in infinitum, sic quod crescat, vel possit crescere vltra omnem magnitudinem finitam. non igitur est potentia ad appositionem magnitudinis in infinitum, nisi sicut dictum est econtrario diuisioni; ita quod sicut vna magnitudo potest diuidi in infinitum in partes eiusdem proportionis, ita alia magnitudo potest crescere in infinitum per additionem partium eiusdem proportionis diuersarum ab alia magnitudine, sed per talem additionem non crescit vltra omnem quantitatem determinatam, vt visum est. intelligendum, ꝙ Commẽt. format istam rationem sic dicens, ꝙ ille sermo est syllogismus hypotheticus, & componitur sic si magnitudo in potentia esset maior omni magnitudine possibile esset, esse magnitudinem actu infinitam. ergo, a destructione consequentis sequitur destructio antecedentis. si impossibile est magnitudinem esse actu infinitam, ergo non potest magnitudo esse maior omni magnitudine: destructum in hoc syllogismo est manifestũ ex prædictis, hoc est destructio consequentis hoc syllogismo, s. ꝙ non est possibile magnitudinem esse actu infinitã, est manife-

34. concl. huius lib.

sta ex prædictis, & consecutio, idest, consequentia est manifesta, quoniam si aliqua magnitudo haberet potentiam, vt esse maior omni mensura, idest, omni magnitudine, tunc inueniretur in actu maior omni mensura, & si hoc esset, tunc hoc esset magnitudo infinita in actu, quoniam si haberet magnitudo naturam crescendi in infinitum, tunc esset possibile, vt inueniretur actu infinita. hæc Comment. Vnde quatuor sunt notanda secundum Commen. Primo, quod Comment. assignat hic duas causas, quare in diuisione magnitudinis proceditur in infinitum. Quarum prima est, quia si diuisio cessaret, tunc oporteret deuenire ad magnitudinem indiuisibilem, vel ad nihil, quorum vtrunque est impossibile. consequentia potest sic probari. Si diuisio magnitudinis cessat, aut igitur cessat ad aliquid, vel ad nihil, si detur, quod cessat ad nihil, tunc habemus consequens, scilicet, quod per diuisionem magnitudinis deuenitur ad magnitudinem indiuisibilem, vel ad nihil, quia tota disiunctiua est vera, cuius altera pars per se est vera, si autem detur, quod diuisio magnitudinis cessat ad aliquid, aut igitur ad diuisibile, vel ad indiuisibile, non primum, scilicet, quod cessat ad diuisibile, quia omne diuisibile potest diuidi. igitur si peruenitur ad diuisibile non cessat potentia ad vlteriorem diuisionem. si vero detur, quod cesset ad indiuisibile, cum magnitudo non diuidatur, nisi in magnitudinem, sequitur, quod cessat ad magnitudinem indiuisibilem, & hæc est altera pars disiunctiuæ, quæ est consequens, & sic patet consequentia Commen. scilicet, quod diuisio hoc est. si possibilitas ad vlteriorem diuisionem magnitudinis cessaret, tunc oporteret deuenire ad magnitudinem indiuisibilem, vel ad nihil. secunda causa propter quam diuisio magnitudinis procedit in infinitum est, quia diminutio est ire ad nihil, cuius causa est materia, & infinitas inuenitur per materiam, ideo in diminutione procedit in infinitum. Secundo est notandum, quod consequentia assignat duas causas, propter quas additio magnitudinis non procedit in infinitum. Quarum prima est, quia si magnitudo haberet potentiam, vt esset maior omni magnitudine finita, tunc esset possibile, quod aliqua magnitudo esset actu infinita, & hanc consequentiam probat Commen. sic, si magnitudo haberet potentiam, vt esset maior omni magnitudine finita, tunc potentia ad additionem magnitudinis in infinitum intelligeretur, sicut intelligitur cum dicimus, quod hoc est homo in potentia, vnde si esset aliqua potentia ad magnitudinem finitam, illi potentiæ corresponderet actus purus non permixtus cum potentia, de cuius natura esset totum simul, sicut potentia ad esse hominem est ad actum qui est natus esse totus simul, sicut igitur sequitur hoc est homo in potentia. igitur possibile est, quod sit homo in actu, ita sequitur, magnitudo est in potentia ad additionem in infinitum, ergo possibile est magnitudinem esse actu infinitam. secunda causa propter quam additio magnitudinis non vadit in infinitum secundum Comment. est ista, quia additio est ire ad esse, cuius causa est forma, sed finitas est per formam, & propter hoc additio non procedit in infinitum, sicut diminutio, quia infinitas est ratione materiæ, & finitas ratione formæ. Tertio est notandum secundum Commen. quod illud dictum Phylosophi, scilicet, infinitum secundum appositionem magnitudinis est contrarium diuisioni, habet duplicem intellectum, & vterque intellectus est verus. Vnus intellectus est, quod illud, quod diuiditur ab vna magnitudine addatur alteri magnitudini. Alius intellectus est, quod magnitudo primo diuidatur in duas medietates, & postea diuidatur vna medietas, & illud, quod diuiditur ab vna medietate addatur alteri medietati, & vtroque modo proceditur in infinitum in appositione magnitudinis contraria diuisioni. Quartum notabile est, quod Comment. mouet, & soluit hic vnā quæstionem, quæ talis est, sicut est vnum principium apud geometriā. possibile est accipere ab omni linea, lineam minorem illa. ita geometria ponit tanquam principium, quod possibile est accipere ad omnem lineam, lineam maiorem illa. Est igitur quō, quare Phylosophus ponit diuisionem magnitudinis procedere in infinitum, & negat additionem procedere in infinitū, cum additio procedat in infinitum, sicut & diuisio. Istam quæstionem soluit Commen. per diuersos modos considerandi naturalis, & geometræ, dicens, quod consideratio naturalis de linea est secundum, quod linea est terminus corporis naturalis existens in corpore naturali, sed consideratio geometræ de linea est secundum quod est abstracta a materia, quia geometer considerat magnitudinem secundum, quod per intellectum abstrahitur a materia, & contingit intelligere lineam maiorem quacunque linea data, ideo geometer ponit additionem magnitudinis procedere in infinitum, sicut ponit diminutionem magnitudinis procedere in infinitum. sed quia naturalis considerat magnitudinem secundum, quod est terminus corporis naturalis, & secundum quod est materia, & vt sic non contingit dare magnitudinem maiorem quacunque magnitudine, quia non contingit dare magnitudinem maiorem toto mundo, ideo naturalis non ponit, quod magnitudo possit esse maior quacunque data magnitudine, nec ponit, quod est dare lineam maiorem quacunque linea data, quia non est dare lineam maiorem rectam diametro mundi. Sed circa hoc occurrunt duo dubia, quorum primum est. Sicut magnitudini, quæ est in materia, repugnat crescere in infinitum, ita magnitudini secundum quod est in materia repugnat diuidi in infinitum, quia sicut quælibet res naturalis est determinata in magnitudine, ita, & in paruitate, quia non est dare minus minimo, vt patet primo huius. ergo naturalis nō habet ponere, quod magnitudo possit diuidi in infinitum. Secundum dubium, ex quo propositiones, quibus demonstratores vtuntur, debent esse veræ, cum demonstratio non sit ex falsis, nec supponat aliquod falsum, non videtur, quod geometer habeat ponere aliquam propositionem, cui naturalis contradicit, nec econuerso, ergo si geometer ponat, quod in omni magnitudine data contingit accipere magnitudinem maiorem, naturalis non habet huic contradicere, quia verum vero non repugnat, & iam propositio naturalis, quam geometræ est vera. Ad primum respondet Comment. dicens quod magnitudo diminuitur in infinitum, siue consideretur secundum quod est in materia, siue consideretur secundum quod est in imaginatione, & secundum hoc videtur, quod Comment. neget illud minimum naturale, quia tamen Comment. pluribus alijs locis ponit minimum naturale, ideo dico, quod illud dictum Commen. potest habere duplicem intellectum verum non repugnantem dictis suis alibi. Primus intellectus est, quod per materiam intelligitur sola materia prima, quæ non habet contrarium. & sic est verum, quod magnitudini secundum quod est in materia non repugnat diuidi in infinitum, quia materia prima non habet contrarium, & ideo sicut magnitudini, inquantum magnitudo, non repugnat diuidi in infinitum, quia vt sic non habet contrarium, ita magnitudini, secundum quod est in materia prima, non repugnet diuidi in infinitum, sed quando Commen. alibi ponit minimum naturale intendit, quod est dare minimum naturale includens qualitates sensibiles habentes contrarium. Vnde magnitudini secundum, quod est in materia sensibili repugnat diuidi in infinitum, sed magnitudo secundum quod est in materia non sensibili potest diuidi in infinitum. Alius intellectus potest esse, scilicet, quod magnitudo, secundum quod est in materia sensibili, potest diuidi in infinitum per significationem partis extra partem, tamen magnitudo, secundum quod est in materia sensibili, non potest diuidi in infinitum per actualem separationem vnius partis ab alia. Vnde Comment. quando ponit minimum naturale ponit minimum per se existens, sed non ponit minimum inexistens. Ad secundum dubium dicendum secundum Comm. quod naturalis non contradicit geometræ, nec econuerso, immo propositiones, quibus vterque vtitur, sunt propositiones veræ. Vnde propositio geometrica, qua vtitur geometer in demonstratione, non est ista, quod possibile est accipere ad omnem lineam: lineam maiorem illa, sed est illa, possibile est imaginari ad omnem lineam, lineā maiorem illa, & nec vera, nec naturalis contradicit huic, sed contradicit isti, scilicet, quod omni linea data, potest esse linea maior. Vnde naturalis dicit, quod sic est, vel sic non est in re, vel, quod sic potest esse, vel non esse in re, sed geometer dicit, quod sic contingit imaginari, & ista non repugnant, scilicet, quod possibile est sic imaginari, & tamen, quod non est possibile sic esse in re. Vnde dicit Comment. quod additio mensuræ, idest, magnitudinis, qua vtitur geometer, est de capitulo propositionum opinabilium, quæ sunt quasi fundamenta geometriæ absque eo, quod sunt extra normam. Et ponit Commen. exemplum, qualiter propositiones, quibus vtitur geometra, sunt de capitulo propositionum opinabilium, dicens huiusmodi propositiones sunt de capitulo propositionum opinabilium, vt cum geometer imaginatur, quod figura habet propositiones, & quod cum punctus mouetur facit lineā, & quod cum linea mouetur facit superficiem, & cum mouetur superficies facit corpus. hæc Comment. Vnde geometer non ponit illud tanquam principium, quod punctus per suū motum facit lineam, sed ponit, quod contingit imaginari, quod punctus motus facit lineam, & linea mota facit superficiem, &c. Intelligendum, quod omnis propositio, quæ non includit contradictionem formaliter ex terminis, est opinabilis,

Primum notan.
Prima cā.
Secunda causa.
Secundū notan.
Prima cā.
Secunda causa.
Tertium notan.
Quartum notan.
Quæstio super dic. phy.
Solutio secundum Commē.
Primum dubium.
Tex. c. 88.
Secundū dubium.
Ad primum.
cō. 72. 4. phy.
Quō sal. uantur dicta Comā
Ad secundum.
Idem. 3. ce. cō. 71.

A bitis, & huiusmodi sunt propositiones quas geometer imaginatur, scilicet, quòd omni magnitudine data potest dari magnitudo maior, & quod punctus per suum motum facit lineam, tales enim propositiones non includunt formaliter contradictionem ex terminis, & ideo sunt imaginabiles, & opinabiles. Et si quæratur an geometer vtatur huiusmodi propositionibus ad omnem magnitudinem datam possibile est accipere magnitudinem maiorem, & punctus cum mouetur facit lineam. Dico, quod non vtitur huiusmodi propositionibus absolute, sed sub conditione, vt si ita esset in re, sicut contingit imaginari, quid sequeretur, vel non sequeretur ex hoc & talibus propositionibus falsis vtitur Phylosophus in scientia naturali sub conditione supponendo, quod ita sit, vt videatur, quid inde sequatur.

Notabile. Vnde sciendum, quod mathematici in suis demonstrationibus multotiens vtuntur propositionibus hypotheticis conditionalibus, in quibus antecedens est impossibile, & similiter etiam consequens, vt si punctus per se moueretur causaret lineam, si lineæ æque distantes protenduntur in infinitum nunquam concurrerent, & sic de multis aliis, & sic etiam mathematici vtuntur propositionibus cathegoricis falsis, & hoc in syllogismis hypotheticis, & tamen nõ B demonstrant ex falsis, quia conditionales, ex quibus demonstrant, sunt veræ, quamuis propositiones cathegoricæ, quæ sunt antecedens, & consequens in conditionali sint falsæ. Dico igitur breuiter quod demonstrans tam metaphysicus, quã naturalis, quam etiam mathematicus potest vti propositionibus cathegoricis falsis in demonstrationibus hypotheticis, quia in tali demonstratione non demonstratur ex cathegoricis; tamen demonstratione cathegorica artifex vtitur in propositione falsa.

Dubium circa dicta phy. Sed circa dicta Phylosophi, & Commenta. hoc contingit dubitare, quoniam Phylosophus dicit, quod magnitudo potest diuidi in infinitum, ita, quod omni magnitudine data contingit dare maiorem, sed tamen magnitudo non potest crescere in infinitum, quia sic contingeret dare aliquam magnitudinem actu infinitam, sed hoc non videtur sequi, quia si sequatur omni magnitudine finita possibile est dare maiorem magnitudinem. ergo possibile est dare magnitudinem infinitam, eadem ratione sequeretur omni magnitudine finita possibile est dare minorem. ergo possibile est, quòd sit aliqua magnitudo minor omni magnitudine, sed hoc est impossibile, quia si esset magnitudo minor omni magnitudine illa esset minor seipsa, quod est impossibile.

Secunda instantia. C Item sicut sequitur, possibile est magnitudinem crescere in infinitum. ergo possibile est aliquam magnitudinem esse actu infinitam, ita videtur sequi, si possibile est magnitudinem diuidi in infinitum. ergo, possibile est, quod magnitudo sit actu diuisa in infinitum, quod tamen est impossibile secundum Phylosophum, & patet euidenter, quod si vna consequentia valeat, quod eodem modo alia debeat valere, quia vtraque consequentia fundatur super illud principium videlicet, posito possibili inesse non accidit impossibile.

Dubium circa dicta commen. Idẽ supra cõ. praece. Item dubitatur circa dicta Commenta. nam dicit Commenta. quod diminutio est ire ad nihil, cuius causa est materia, & additio est ire ad esse, cuius causa est forma. Dicit etiam, quod infinitas inuenitur per materiam, sicut finitas per formam, ex quibus dictis Commen. intelligitur, quod diuisio magnitudinis, & infinitas, quæ est in diuisione magnitudinis est ratione materiæ, & additio, & finitas est ratione formæ, & quia materia est causa diuisionis, & infinitas accidit ratione materiæ, & finitas ratione formæ, ideo diminutio magnitudinis procedit in infinitum, & additio non.

Prima instan. Sed ista non videntur vera, quia non videtur, quod diuisio, vel diminutio magnitudinis, vel infinitas in diuisione magnitudinis sint magis ratione materiæ, quam ratio D ne formæ, quia si poneretur magnitudo separata a materia, adhuc magnitudo esset diuisibilis in infinitum, & sic materia non est causa diuisionis magnitudinis, vel infinitatis, cum magnitudo, si ponatur sine materia, haberet diuisibilitatem, & indiuisibilitatem in diuisione.

Secunda. Item sicut materia habet infinitas partes, ita forma materialis habet infinitas partes, & sicut materia est diuisibilis in infinitum, ita forma est diuisibilis in infinitum. ergo diuisio, & infinitas non magis sunt ratione materiæ, quam ratione formæ.

Tertia. Item cælum est diuisibile in infinitum, prout Phylosophus hic loquitur de diuisione, &

Quarta. cum cælum non habeat materiam secundum Commen. ergo diuisio, & infinitas non est ratione materiæ. Item illud, quod dicitur, scilicet, quod additio est ire ad esse, vel ad formam, hoc non videtur verum, quoniam in additione magnitudinis continue additur plus, & plus de materia, quam prius, vnde sicut additur plus de forma, ita additur plus de materia. igitur additio non est magis ire ad formam, quam ad materiã,

A cum in additione tantum acquiratur de materia, quantum acquiritur de forma, & econuerso.

Ad primũ phy. Ad primum dubium est dicendum secundum opi. Phylosophi, quod mundus constat ex tota materia sua, nec est possibile secundum Phylosophum aliquam materiam primam fieri de nouo, & cum quantitas consequatur materiam, non est possibile aliquam quantitatem esse totaliter nouam, & propter hoc est impossibile, quod sit aliqua magnitudo maior, quam est magnitudo totius mundi, & ideo additio magnitudinis non procedit in infinitum sic, quod quacumque magnitudine data possit esse maior, sed nõ est sic de diuisione magnitudinis, quoniam magnitudo est diuisibilis in infinitum, quia est diuisibilis in semper diuisibilia, & ideo non est dare minimam magnitudinem.

Notãdum Vlterius est notandum, quod ex omnibus possibilitatibus, quæ sunt ad additionem magnitudinis, fit vna possibilitas, sicut enim ex magnitudinibus quibuscumque additis fit vna magnitudo in actu, ita ex possibilitatibus ad partialem additionẽ fit vna possibilitas ad totam magnitudinem possibilem resultari ex omnibus particularibus additionibus: nunc autem omnis vna possibilitas potest reduci ad actum, & qualibet partialis possi-B bilitas ad partialem additionem est pars vnius possibilitatis tantum, quæ est ad totam magnitudinem possibilem fieri per additionem, ideo tota illa possibilitas, quę est ad totam magnitudinem, & quæ includit omnem partialem possibilitatem potest reduci ad actum, qua reducta ad actum non potest vlterius fieri additio, sed non est hęc de possibilitatibus, quæ sunt ad additionem magnitudinis, quoniam non fit aliqua vna possibilitas ex omnibus illis possibilitatibus, sicut per diuisionem non fit aliquod vnum in actu ex partibus abinuicem diuisis, nec ex possibilitatibus ad partialem diuisionem fit aliqua vna possibilitas. Nunc vero quamuis quælibet vna possibilitas possit reduci ad actum, non tamen oportet, quòd omnes potentiæ possint aliquando simul reduci ad actum, & propter hoc non est simile de additione magnitudinis in infinitum, & de diuisione magnitudinis in infinitum.

Ad secundum. Et tunc ad dubitationem, & ad rationem dubitationis, dico quod bene sequitur, omni magnitudine data potest dari magnitudo maior. ergo possibile est, quod sit aliqua magnitudo actu infinita, & hoc ideo quia ex omnibus illis possibilitatibus fit vna possibilitas, quæ potest reduci ad actum, vt dictum est. Et tamẽ dico, quod non sequitur, omni magnitudine data potest dari magnitu-C do minor. ergo possibile est, quod sit aliqua magnitudo minor omni magnitudine, & hoc ideo, quia ex omnibus illis possibilitatibus, quæ sunt ad omnes diuisiones magnitudinũ, non fit aliqua vna possibilitas. Et cum dicitur, quod ratio Phylosophi fundatur super hoc, videlicet, quod posito possibili in esse non accidit impossibile.

Notandũ. Dico, quod verum est, quod ratio Phylosophi fundatur super hoc, quod posito vno possibili in esse ex sola eius positione non accidit impossibile, positis tamen multis possibilitatibus inesse bene quandoque accidit impossibile, vt patet, quoniam te sedere est vnum possibile, & te stare est aliud possibile, & ideo quocumque isto rum diuisim posito in esse non accidit aliquod impossibile, positis tamen duobus simul accidit impossibile, quia quòd tu simul sedeas, & stes est impossibile. Sed contra hoc diceretur sic, hæc est vna propositio de possibili, omni magnitudine in actu potest dari magnitudo minor in actu, & est vera per phys. igitur ipsa posita in esse nullum accidit impossibile, quod tamen est falsum, quia ex hoc accidit, quod magnitudo sit actu diuisa in infinitum, quod est impossibile. Præterea hæc est vera de possibili, idest, secundum quodlibet punctum possibile est continuum esse actu diuisum, & est vera secundum Phyloso-D phum, quia quælibet singularis est vera, & tamen posita in esse accidit impossibile, quia ista est impossibilis, scilicet, secundum quodlibet punctum continuum est actu diuisum. Pro istis rationibus est intelligendum, quod aliud est loqui de propositione possibili, & aliud est loqui de propositione de possibili. nam ista est possibilis. antichristus currit, & non est de possibili, sed illa antichristus potest currere est de possibili. Et dico vlterius, quod propositio, in qua ponitur modus possibilitatis, vt talis propositio. possibile est album esse nigrum, & huiusmodi est multiplex secundum compositionem, & diuisionem in sensu compositionis, in quo prædicatur modus, & in illo sensu non est modalis, sed de inesse. vnde illa, possibile est album esse nigrum in sensu compositionis significat, quod album esse nigrum est vnum possibile, & sic possibile prædicatur, & tunc illud dictum, album esse nigrum est subiectum, sed in sensu diuisionis modus determinat compositionem, & vnum extremum dicti subijcitur, & aliud prædicatur. Vnde per illam, possibile est album esse nigrum in

sensu

sensu diuisionis denotatur, quod illud, quod est album possibile est, quod sit nigrum. hoc est illa res, quæ nunc est alba, potest esse nigra, & hoc est verum. Vnde ad veritatem propositionis de possibili in sensu diuisionis sufficit, quod prædicatum possit inesse illi, vel illis pro quo, vel pro quibus supponit subiectum nam ad veritatem propositionis particularis, vel indefinitæ affirmatiuæ de possibili in sensu diuiso sufficit, quod prædicatum possit inesse vni, scilicet, alicui pro quo subiectum supponit. Ad veritatem autem vniuersalis affirmatiuæ de possibili in sensu diuisionis requiritur, quod prædicatum possit inesse cuilibet, pro quo supponit subiectum. Et tunc ad istas instantias dico, quod posito possibili inesse, idest, posita propositione possibili inesse, ita, quod sit actu vera, nunquam ex hoc solo accidit aliquod impossibile, & sic debet intelligi illud dictum commune Phylosophi, scilicet, posito possibili inesse nullum accidit, &c. Similiter posita propositione de possibili vera inesse in sensu compositionis non accidit aliquod impossibile, quia si propositio sit vera in sensu compositionis, in qua prædicatur hoc, quod dico possibile: tunc significat, quod illa de inesse, cui additur est possibilis, & si propositio sit possibilis posito, quod sit vera, nullum accidit impossibile. B Si vero loquamur de propositione de possibili in sensu diuisionis, sic dico, quod non est vniuersaliter verum, quod posita propositione vera de possibili inesse nullum impossibile accidat: quoniam non oportet, quod si propositio de possibili sit vera in sensu diuisionis, quod suus actus, siue sua de inesse sit possibilis, quoniam hæc est vera in sensu diuisionis, videlicet omne contingens potest esse verum, & tamen illa de inesse ei correspondens est impossibilis, quoniam ista est impossibilis, videlicet, omne contingens est verum. vnde illa de possibili in sensu diuisionis non significat suam de inesse possibilem, sed solum significat, quod prædicatum possit inesse illi, vel illis, pro quo, vel pro quibus subiectum supponit. Et per hoc dico ad instantias factas.

Ad primũ. Ad primam dico, quod ista est vera in sensu diuisionis, omni magnitudine data in actu potest dari magnitudo minor in actu, & ista propositione de possibili posita inesse accidit impossibile, nec est inconueniens, quod posita propositione de possibili inesse, hoc est in sua de inesse accidat impossibile, tamen posito possibili inesse, idest, posita propositione possibili inesse vera propter hoc, nunquam accidit aliquod impossibile: quoniam posito, C quod ita esset in re, sicut propositio possibilis significat, nullum impossibile accidit propter hoc, & sic debet intelligi illud dictum commune, videlicet, posito possibili inesse nullum accidit, &c.

Ad secundum. Eodem etiam modo est dicendum ad aliam instantiam dicendo, quod illa est vera in sensu diuisionis, scilicet, secundum quodlibet signum continuum potest esse actu diuisum, & tamen sua de inesse est impossibilis, & ideo posita illa de possibili in suam de inesse accidit impossibile, nec hoc est inconueniens, sed necessarium, & hanc rationem mouit Commenta. super primum de generatione, respondendo ad rationem Democriti, sed si loquamur de his in sensu compositionis, scilicet, omni magnitudine data in actu possibile est dare magnitudinem minorem in actu. Similiter secundum quodlibet signum possibile est continuum esse actu diuisum, sic dico, quod vtraque est falsa, & impossibilis.

Replic. Et si dicatur, quod propositio de possibili si sit vera, est vera propter aliquam vnam possibilitatem, & vna possibilitate posita inesse non accidit impossibile. ergo, &c.

Solutio. Dico, quod vtraque propositionum prædictarum est vera in sensu diuisionis non propter aliquam vnam possibilitatem, sed propter plures possibilitates, vt potest ex præcedentibus videri, & satis declaraui super primum de generatione, D quoniam illa secundum quodlibet signum continuum potest esse actu diuisum, est vera, quia secundum hoc signum potest esse diuisum, & secundum aliud signum, & sic de infinitis, quia alia est possibilitas ad diuisionem in vno signo & alia est possibilitas ad diuisionem in alio signo, & ideo illa secundum quodlibet punctum, &c. est vera propter infinitas possibilitates ad infinitas diuisiones, & non est vera propter aliquam vnam possibilitatem. Et si dicitur, quod eadem ratione erit vera in sensu compositionis, quia quælibet singularis est vera. Dico, quod in sensu compositionis non est vniuersalis, sed singularis, quia vnum dictum singulare subiicitur, vt dictum est.

Ad dubiũ Commen. Ad secundum dubium, quod oritur circa dicta Commen. dico, quod per materiã possumus intelligere duo, scilicet, vel materiam, quæ est altera pars compositi ex materia, & forma, vel per materiam possumus intelligere partes quantitatiuas, & similiter per formam possumus intelligere duo, scilicet, vel formam, quæ est altera pars compositi, vel formam, quæ est ipsum compositum. Hic enim

A est nouus modus formæ, scilicet, ipsum totum, vt patet secundo huius Totum enim vno modo dicitur forma, & partes quantitatiuæ dicuntur materiæ, & tunc dico, quod diuisio magnitudinis, & infinitas est formaliter ratione partium quantitatiuarum, vel ratione quantitatis, quoniam magnitudo habet formaliter partem extra partem per quantitatem, sed materialiter diuisio, & infinitas est ratione materiæ, quæ est altera pars compositi, sed additio, & finitas est ratione formæ, quæ est ipsum totum, quia additio est ad totum, & diminutio determinatur ad partes. Dico igitur, quod illud commune dictum, scilicet, diuisio, & infinitas est ratione materiæ, & additio, & finitas est ratione formæ, si intelligitur formaliter, tunc per materiam debet intelligi pars quantitatiua, vel ipsa quantitas, & per formam debet intelligi totum, vel ipsa totalitas.

Ad primũ. Ad instantias igitur adductas contra dicta Commen. dico, ad primam, quod si ponatur magnitudo separata a materia, quæ est altera pars qualitatiua, vel essentialis compositi, illa magnitudo haberet materiam, quia haberet partes quantitatiuas, quamuis non haberet materiam primam, quæ est tertium principium, & ideo esset adhuc diuisibilis in infinitum, quoniam possibilitas ad diuisionem, & ad infinitatem in diuisione est for- B maliter, & per se ratione partium quantitatiuarum, & solum materialiter, & subiectiue ratione materiæ primæ.

Ad secundam. Ad aliam instantiam de diuisione cæli dico, quod cælum habet materiam accipiendo materiam pro partibus quantitatiuis, quamuis non habeat materiam, quæ est altera pars compositi.

Ad tertiũ. Ad aliam instantiam dico, quod in additione magnitudinis itur ad formam, quæ est totum, seu totalitas, quamuis in additione fiat additio materiæ, quæ est altera pars compositi.

Replic. Et si dicitur, quod in addicione fit additio partium quantitatiuarum, & sic additio est ratione materiæ ad partes quantitatiuas. Dico, quod verum est, quod in additione adduntur partes quantitatiuæ, quæ post additionem non sunt in actu actualitate propria, sed solum sunt in actu actualitate totius. Vnde in additione non itur ad partem in actu, siue ad actualitatem partiũ, sed itur ad totum, & ad actualitatẽ totius, sed in diuisione itur ad actualitatem partium, & non ad esse totius, & hoc intelligit Commen. dicens, quod diminutio est ire ad nihil, hoc est ad non esse totius. Aliter etiam potest dici, scilicet, quod dicta Commenta. sunt intelligenda non quantum ad causalitatem, sed quantum ad similitudinem: quoniam materia non est cau- C sa præcisa diuisionis in infinitum, nec forma est causa præcisa additionis in infinitum, sed diuisio in infinitum assimilatur materiæ, & additio assimilatur formæ, & est similitudo in hoc: quoniam materia est in potentia ad omnes formas, non tamen est possibile, quod materia habeat omnes formas simul, sed potest habere unam post aliam, ita continuum est in potentia ad omnem diuisionem cuiuscumque suæ partis, & secundum quodcumque punctum in eo, tamen non est possibile, quod omnes partes eius simul sint diuisæ secundũ omnia puncta, sed possibile est unam diuisionem fieri post aliam, additio vero magnitudinis assimilatur formæ in hoc, quia sicut forma potest informare totam suam materiam, ita, quod non remanet in potentia ad informandum aliquam aliam materiã, ita potest fieri tanta additio, quod non remanebit in potentia ad ulteriorem additionem.

Nã, & Plato infinita duo propterea facit, quod in accretione exuperare videtur, & in diuisione in infinitum abire.

D *Quoniam, & Plato propter hoc infinita duo fecit, quia & in augmentum videtur excellere, & in infinitum abire, & ad annihilationem.* Tex. c. 61

Hæc est quarta pars istius particulæ in qua ex veritate iam declarata Phylosophus accusat Platonem in hoc, quia ipse æquauit infinitum in utraque, idest in additione, & diminutione. d. enim, quod infinitas inuenitur omnino eodem modo tam, scilicet, in additione, quam in diminutione. vnde Plato posuit duo infinita, scilicet, unum secũdum augmentum, & aliud secundum diminutionem, & sic posuit duas species infiniti, scilicet, unam secundum augmentum, aliam uero secundum decrementum.

At quãquam duo fecit, non tñ vtitur. In numeris enim neque processio per diuisionem est infi-

nita

nita (vnitas.n.minimum est) neq; accretio. vsque namque ad denarium incrementa numeri facit. A

Faciens tamen duo non vtitur duobus, neque enim in numeris secundum diuisionem infinitus est. Vnitas enim minimum est, neque in augmentum, vsque namque decem fiat numerum.

Vsque ad decem Plato facit numerum.

ISTam opinionem improbat Phylosophus ex dictis Platonis, nam Plato non posuit numerum crescere, nisi vsque ad decem, & dixit, quod post decem iterantur numeri ante decem cum numero denario, numerus etiam non diuiditur in infinitum, sed contingit deuenire ad vnitatem indiuisibilem. ergo Plato non potuit ponere magnitudinem crescere in infinitum, quia sic haberet ponere quodammodo, quod additio in speciebus numeri procedit in infinitum, in hoc igitur improbatur Plato, scilicet, quod non dixit consequenter, quia ista videntur repugnare, videlicet, quod additio magnitudinis procedit in infinitum, & tamen, quod species numeri non procedunt in infinitum. Plato igitur ponens duo infinita, non vtitur eis, ideo accusatur hic. B

Fit autem, vt infinitum sit contrario modo, atque alij dicunt. Non enim, idest infinitum, cuius nihil est extra, sed id, cuius aliquid semper est extra. Cuius hoc indicium est, nam & annulorum eos, qui pala carent, infinitos homines dicũt, quia semper aliquid est extra sumendum, per similitudinem tamen quandam, & non proprie. Oportet enim, & hoc esse, & nunquam idem insuper sumi. In circulo vero non ita fit, sed semper quod deinceps sumitur est solum aliud.

Tex. c. 62. Quid est infinitum.

Accidit autem contrarium esse infinitum, quod sicut dicunt. Non enim, cuius nihil est extra, sed cuius semper aliquid est extra, hoc infinitum est. Signum autem est, & namque annulos dicunt infinitos, vt habentes circulationem, quia semper est extra accipere secundum similitudinem quandam dicentes, non tamen propriè oportet, enim, & hoc esse, & non aliquando idem recipi. In circulo autem non sic fit, sed semper quod est consequenter solum alterum. C

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declarato, quomodo infinitum est, & quomodo infinitum non est: Phylosophus declarat, quid est infinitum, & continet duas particulas, quoniam in prima Phylosophus narrat errorem antiquorum circa diffinitionẽ infiniti, & etiam declarat veram diffinitionem infiniti. in secunda ibi, cuius autem nihil est, improbat diffinitionem infiniti datam ab alijs. In prima igitur particula huius partis Phylosophus declarat errorem antiquorum circa diffinitionem infiniti, & etiam ponit veram diffinitionem infiniti. Dicit igitur Phylosophus, ꝙ accidit infinitum esse contrarium, idest, accidit, quod diffinitio infiniti sit econtrario, quam dicunt antiqui esse diffinitionem infiniti. Nam diffinitio infiniti secundum antiquos est, cuius nihil est extra, hoc est secundum antiquos, infinitum est illud, cuius nihil est extra, siue infinitum est, extra quod nihil est, sed hæc non est diffinitio infiniti, immo infinitum contrario modo debet diffiniri: quoniam infinitum est illud, cuius est D
35. concl. huius lib. aliquid semper extra, & hæc est trigesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur per aliquod signum, sic. nos dicimus annulos esse infinitos, quia quamcumque partem accipiamus de annulo, adhuc contingit accipere aliquid extra, & hoc est signum, quod infinitum est, cuius semper est aliquid accipere extra: sic quod quæcumq; pars finita accipiatur contingit accipere aliam partem extra. Veruntamen illud exemplum non est conueniens, nec omnino simile est de infinito annolo, vel circulo, sed aliquo modo est simile, & aliquo modo nõ. in hoc igitur est simile, quia sicut quacumque parte infiniti accepta contingit accipere aliam partem extra, ita quacumq; parte annuli, vel circuli accepta contingit aliam partem accipere extra, sed in hoc est dissimilitudo, quia in vno infinito, quacumque

A parte accepta, contingit semper aliam partem accipere extra, quæ pars non fuit accepta prius, ita, quod infinitum est illud, cuius semper est aliud accipere extra præter totum, quod prius est acceptum, sed non est sic in annulo, vel circulo, quia nõ contingit in annulo, vel circulo semper aliud, & aliud accipere extra totum prius acceptũ, sed in annulo, vel circulo semper est aliud accipere extra ſm iterationem, & non omnino secundũ nouitatem. Vnde ad verum infinitum requiruntur duo, quorum primũ est, quod quacumq; parte huiusmodi accepta semper sit aliud accipere extra, & hoc non solum secundum imaginationem, sed etiam secundum rem. Secundum, quod requiritur ad verum infinitum est, quod illud, quod est accipiendum extra non sit prius acceptum, oportet enim infinitũ esse illud, cuius semper est aliud accipere extra præter totum illud, quod est prius acceptum sic, quod idem non accipiatur bis ſm iterationem, sed sic non est in annulo, vel in circulo, quia in eis nõ inuenitur semper aliud acceptum extra totum prius, sed, quod in illis possit semper accipi aliud extra illud est secundum iterationem: quoniam in circulo, vel in annulo non possunt semper accipi nouæ partes, quarum nulla sit prius accepta, quod tñ oportet in vero infinito. Notandum secundum Comm. hic, quod exemplum Phylosophi de annulo recessit in isto tempore, s. dicere corpus rotundum esse infinitum, quia non est notum, nec famosum, sed in tempore Phylosophi erat famosum, sed in tempore nostro non. Intelligẽdum, quod ista diffinitio infiniti, s. infinitum est, cuius semper est aliud extra accipere: seu illa, quæ est eadem, infinitum est, cuius quantitatẽ accipientibus semper est aliud extra accipere: est sic intelligenda, quod infinitum est illud de quo si auferatur aliquod finitum, adhuc restat aliud accipiendum, præter illud finitum acceptum, si tamen accipiatur totum infinitum, vt totum tempus infinitum ex parte ante, & ex parte post, tunc extra illud nihil est extra accipere. Vnde breuiter infinitum est, cuius quantitatem finitam quamcumq; accipientibus semper est aliud extra accipere, & ista diffinitio infiniti sic intellecta verificatur tam de continuis, quam de discretis, de continuis, sicut de tempore infinito, & motu infinito, quoniam quantumcumq; tempus accipias, dum tamen accipias tempus finitum adhuc restat aliud accipiendum. similiter quascumq; diuisiones magnitudinis accipias, dum tamen finitas, adhuc restant aliæ accipiendæ. B

Ad verum infinitũ requiruntur duo.

Notabil.

C Infinitum igitur, id est, cuius semper aliquid extra, ratione quantitatis accipi potest.

infinitũ quidem igitur hoc est, cuius secundũ quantitatem accipientibus semper est aliquid accipere extra. Tex. c. 63.

EX prædictis igitur concludit Phylosophus diffinitionem infiniti. s. infinitum est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliud extra accipere, & conclusio ista probatur per signum superius positum. Et Commen. d. hic, quod ista diffinitio infiniti est manifesta hic, & sequitur ex hoc, ꝙ prius declaratum est, s. quod infinitum est secundum potentiã non secũdum actum. hæc Commen. Vnde illa conclusio potest aliter probari ex præcedentibus sic. Illud, quod est in potentia, quæ non potest reduci ad actum purum, non mixtum cum potentia, est illud, cuius quantitatem accipientibus semper est aliud accipere extra. sed infinitum est illud, quod est in potentia, quæ non potest reduci ad actum purum, sed solum ad actum mixtum cum potentia. ergo infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, &c maior patet, quia illud, quod est in potentia D ad actum semper mixtum cum potentia habet aliquid de potentia, quia tota eius potentia nunquam potest reduci ad actum, & ita, quocumque eius accepto, adhuc restat aliquid de potentia, & per consequens aliquid vlterius accipiendum. minor vero apparet in numeris, & in diuisione magnitudinis, quoniam quocumque numero finito accepto, contingit accipere maiorem, & quibuscumque diuisionibus finitis acceptis adhuc restant aliæ diuisiones in potentia.

Cuius vero nihil est extra, i. perfectum ac totũ. Hoc enim pacto totum consueuimus diffinire totum dicentes id esse, cuius nil prorsus abest. Vt hominem totum, aut cistellam, atque vt quodque. Sic, & id quod proprie totum est, veluti totum ipsum, cuius nihil est extra. Cuius vero aliquid abest, id quidquid abest, vniuersum non est.

Cuius

A *Cuius autem nihil est extra hoc perfectum est, & totum. Sic enim diffinimus totum, cui nihil abest, vt hominem totum, aut arcam. Si autem singulare: sic, & quod proprie, vt totum, cuius nihil est extra. Cuius autem absentia extra est, non omne est, cum absit.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus improbat diffinitionē infiniti datam ab alijs, & continet tres partes, quia in prima Phylosophus declarat, quod diffinitio illa, qua antiqui diffinierunt infinitum, est magis diffinitio finiti, quam infiniti, & quod verius competit finito, quam infinito. In secundo ibi. [Quoniam autem accipiunt.] Remouet quandam cauillationem antiquorum ad rationem suam. In tertia ibi. [Quoniam si continet.] Increpat Platonem, qui dixit infinitum habere rationem quantitatis. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus probat, quod omne illud extra, quod nihil est, est finitū, & per cōsequens diffinitio infiniti non est ista, s. illud extra, quod nihil est, & quod omne illud, cuius nihil est
B extra, est finitum, declarat Phylosophus, & hæc est trigesima-
36. concl. huius lib. sexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omne, quod est totum, & perfectum est finitum, sed omne illud, cuius nihil est extra, est totum, & perfectum. ergo omne illud, cuius nihil est extra, est finitum, ex quo sequitur, quod illa diffinitio infiniti sit male assignata, scilicet, extra, quod nihil est, vel cuius nihil est extra, ex quo non competit infinito, sed solum finito. Circa illam rationem sic procedit, scilicet, quia primo ponit minorem huius rationis cum sua declaratione. secundo declarat minorem ibi [Infinitum autem nullum.] Adhuc primo ponit minorem secundo declarat eam Dicit igitur primo [cuius autem nihil est extra.] hoc est omne illud, cuius nihil est extra, hoc est perfectum, & totum. deinde declarat hanc minorem, & in declarando eam. primo declarat, quod omne illud, cuius nihil est extra, est totum. secundo declarat, quod ad totum sequitur perfectum ibi. [Totum autem, & perfectum.] Ex quo sequitur, quod si omne illud, cuius nihil est extra, est totū, quod omne illud, cuius nihil est extra, est totum, & perfectū. Declarat igitur Phylosophus. primo, quod omne illud, cuius nihil est extra, est totum, & primo declarat hoc in rebus particularibus. secundo vero declarat idem in toto mundo. In
C rebus particularibus sic. Quoniam nos dicimus vnamquamq; rem particularem, quæ est pars mundi, esse totum, cum nulla pars deest ei, quam nata est habere. nam dicimus hominem esse totum, quando nulla pars pertinens ad eius esse, deest, & dicimus arcam esse totam, cum nulla pars requisita ad esse arcæ, deest ei, & cum aliquid abest, tunc non dicimus esse totam, & sicut est de rebus particularibus, quæ sunt partes mundi, ita est de toto mundo, qui proprio dicitur totum, eo quia continet omnia. nam totus mundus est extra, quod nihil est, vel cuius nihil est extra, sicut enim totum particulare est illud, cuius nihil est extra de sua substantia, ita totus mundus est illud, cuius nihil est extra, vel extra, quod nihil est de substantia sua, neque de substantia aliena & sic patet tam de partibus mūdi, quam de toto mundo, quod illud, cuius nihil est extra, est to-
Notabile primum. tum. Notanda sunt hic duo secundum Comm. primo quod si extra totum mundum inueniretur aliquid, sequeretur necessario corpus inueniri actu infinitum. hæc Commen. Et consequentia Commen. potest sic patere: quoniam si extra mundum totum inueniretur aliquid, cum omne, quod est, sit pars mundi, quoniam mundus cōprehendit omnia, sequitur, quod
D inueniretur aliquid extra totum mundum, & adhuc extra illud inueniretur aliquid aliud, & sic in infinitum, & sic oportet ponere corpus actu infinitum, & sic patet consequentia Comm. scilicet, quod si extra totum mundum inueniretur aliquid, sequitur necessario corpus inueniri actu infinitum, quia totus mundus esset actu infinitus, quia quodcumque detur extra illud esset aliquid, & omne, quod est pars mundi, & sic extra om-
Notabile secundū. nem partem mundi esset aliquid. Secundo est notandum secundum Commenta. hic, quod si extra totum mundum fuerit aliquid, quod non est de eius substantia: tunc mundus erit totum particulare, & non erit totus mundus, & si illud extra totum mundum fuerit de sua substantia, & requisitum ad suum esse, tunc totus mundus non erit totum, nec particulare, nec totale: quoniam illud cui deficit aliquid de sua substantia nullo modo est totum, nec particulare, nec totale.

Totum autem & perfectum, aut idem penitus sunt, aut naturam finitimam habent.

A *Totum autem, & perfectum, aut idem penitus, sunt aut proximum secundum naturam est.* Tex. c. 64.

DEclarato, quod omne illud cuius nihil est extra est totum, declarat Phylosophus, quod ad totum sequitur perfectum dicens, quod totum, & perfectum sunt penitus idem, aut consequentia se secundum naturam, hoc est sunt nomina synonyma, aut sunt consequentia se: ita, quod ad totum sequitur perfectum. Et potest ex præcedentibus probari, quod omne totum est perfectum, & hoc sic. omne illud, cui nihil deest, quod natum est habere, est perfectum, vt patet per diffinitionem perfecti, sed omne totum est illud, cui nihil deest, quod natum est habere. ergo totum est perfectum. Vnde sciendum est, quod loquendo proprie de toto sic totum est inferius ad perfectum, quoniam omne totum est perfectum, sed non omne perfectum est totum, quoniam substantiæ omnino simplices sunt perfectæ, sed nō sunt totæ proprie, cum non habeant partem.

B Perfectum vero nihil est prorsus, quod non habeat finem.

Perfectum autem nullum non habens finem. Finis autem terminus est.

DEclarata minore, quod omne illud, cuius nihil est extra, est totum, & perfectum: Phylosophus hic declarat maiorem, scilicet, quod omne, quod est totum, & perfectum est finitum. De qua ratione ponitur hic declaratio maioris, Vide pro hoc primo ca.
scilicet, quod omne perfectum est finitum, & est declaratio talis. Illud dicitur perfectum & completum, quod iam peruenit ad finem, & terminum, & omne habens terminum est finitum. ergo, omne perfectum est finitum. Tex. c6. 3.

Quocirca, putandum est melius Parmenidem Melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dicit esse fi-
C nitum, a medio æque distans. Fieri enim non potest, vt infinitum cum toto, ac vniuerso perinde, atque cum lino linum nectatur.

Vnde melius opinandum Parmenidem Melisso dicere. Hic quidem enim infinitum totum dicit. Totum autem finiri a medio æque pugnans. Non enim sicut linū lino est continuare omni, & toti infinitum.

EX conclusione iam probata reprehendit Phylosophus Melissum, qui posuit totum esse infinitum, dicens, quod Reprehensio Meli.
opinandum est Parmenidem, qui posuit totum esse finitum, melius dixisse, quam Melissum, qui posuit totum esse infinitū. Vnde Melissus dixit. totum esse infinitum, & Parme. dixit totum esse finitum, quia Parme. dixit, totum finiri a medio, quod est æque distans ab extremis, & per hoc intendebat mundum esse sphericum, quoniam si omnia extrema mundi æque distent a medio, tunc mundus est sphæricus: nec est ponere infi-
D nitum esse de consequentibus mundum, ita, quod contiguetur, & coniungatur mundo, sicut vnum filum contiguatur alteri filo, quod tamen aliqui posuerunt dicentes, quod extra cælum est vnum infinitum, quod contiguatur, & coniungitur ipsi cælo, & sic Phylosophus hic reprehendit tam dicentes totum mundum esse infinitum, quam etiam dicentes infinitum esse extra totum mundum.

Nam hinc, & hanc præclaram de infinito conditionem accipiunt omnia inquam, ipsum continere & vniuersum in seipso cōplecti. Habet enim similitudinem quandam ad totum.

Quoniam hinc accipiunt dignitatem de infinito, quod est omnia continens, & omnia in seipso habens, propter id, quod habet similitudinem quandam cum toto. Tex. c. 63

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus remouet quandam responsionem, quam aliqui dabant ad suam rationem. dixerunt enim aliqui significantes, & magnificantes infinitũ, quod infinitũ est omnia continens, & omnia in se habens propter quandam similitudinẽ, quæ est inter infinitum, & totũ, quæ similitudo est illa, quia sicut totum cõtinet omnes suas partes, ita infinitum continet omnia, & sic infinitũ, & totum in hoc conueniunt, s. quod vtrumque continet, & vtrumq; est illud, extra quod nihil est, vel cuius nihil est extra, sed omne illud, cuius nihil est extra, vel extra, quod nihil est. primo conuenit infinito, quod extra ipsum nihil est omnino, & omne illud cuius nihil est extra, vel extra, quod nihil est: nõ conuenit toti, nisi propter similitudinem, quam habet cum infinito, & sic quamuis totũ sit illud, extra, quod nihil est, quod requiritur ad esse totius: totum tamen, quod non est infinitum, non est illud, extra quod nihil est omnino, & sic prædicta ratio non concludit contra illam diffinitionem infiniti, scilicet: Infinitum est extra quod nihil est, quia ista diffinitio licet conueniat toti, non tamen conuenit toti infinito, scilicet, simpliciter: & primo, sed primo competit infinito.

B Infinitum.n. materia perfectionis magnitudinis est: & id, quod est potentia totum, nõ actu. Est autem diuisibile ad diminutionem, & ad additionem contrariam, totumque, atq; finitum non per se, sed per aliud. Et non continet, sed, vt infinitum est, continetur. Quapropter, & ignotum est ea ratione, quæ est infinitum, materia namq; formam non habet. Quare patet partis magis infinitum, quam totius rationem subire. Materia namq; pars est totius, perinde ac æs est æneæ statuæ pars.

Tex. c. 66. *Est enim infinitum perfectionis materia magnitudinis: & quod potentia totum est: actu vero non. Diuisibile autem est ad consumationem, & ad oppositam appositionem Totum autem infinitum non secundum se, sed secundum aliud. Et nõ continet, sed continetur inquantum est infinitum. Vnde ignotum est inquantum est infinitum. Speciem enim non habet materia. Ergo manifestum est, quod magis in partis ratione sit infinitum quam in totius. Pars enim materia totius, sicut æs statuæ.*

C ISTam respõsionem remouet Phylosophus ostendens, quod totum magis, & verius continet, & magis, & verius est illud: extra quod nihil eius est, quam infinitum contineat, vel quod infinitum sit illud, extra quod nihil eius est, & hæc est trigesimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud, quod actu continet omnia, quæ continet, & quod actu est illud, extra quod nihil eius est: magis, & verius continet, & magis, & verius est illud, extra, quod nihil eius est, quam illud, quod solum in potentia continet, & quod solum est in potentia illud. extra quod nihil eius est, sed totum actu continet, & actu est illud extra quod nihil eius est, & infinitum non continet nisi in potentia, nec est illud extra quod nihil eius est, nisi in potentia. ergo totum magis, & verius continet, & magis, & verius est illud extra quod nihil eius est, quam infinitum contineat, vel quam infinitum sit illud extra quod nihil eius est. maior de se patet, quia quod actu inest alicui magis, & verius inest ei, quam insit illi, cui non inest, nisi in potentia, minor vero declaratur, & primo prima pars eiusdem minoris est manifesta, quoniam manifestum est, quod totum actu continet omnia, quæ continet, & etiam est manifestum, quod totum est actu illud, extra quod nihil eius est, sed probatur alia pars, scilicet, quod infinitum continet in potentia, & est in potentia illud, extra quod eius est nihil, hoc probatur sic. nihil est infinitum in actu, vt prius ostensum est, & sic infinitum non est, nisi in potentia, nunc vero infinitum eo modo, quo est continet, & est illud, extra quod nihil eius est, & sic patet, quod infinitũ continet in potentia, & est in potentia illud, extra quod nihil eius est, sed infinitum est, sicut materia perfectionis, & magnitudinis, quia sicut materia est in potentia ad omnes formas, & non potest habere omnes formas simul, ita infinitum est in potentia totum, & non in actu puro, sed in actu permixto cum

D

A potentia, quia totũ infinitum nunquã põt esse totum in actu, quia semper aliquid eius est in potẽtia, & illud quod accipitur in actu de infinito illud est pars, & non totũ, quia semper præter acceptum remanet aliud accipiendũ, & nunquam põt totũ esse cõplete acceptum, & hoc ideo, quia infinitum est indiuisibile per diuisionẽ, quæ secundũ se totum nunquam põt compleri, vnde infinitum est diuisibile in infinitum, quæ diuisio nunquam põt actu esse cõpleta, & sicut diuisio procedit in infinitum. igitur apposita apposito procedit in infinitũ, & vocat appositionem appositam istam, per quam additur vni magnitudini illud, quod diuiditur ab alia magnitudine, vel per quã illud, quod diuiditur ab vna medietate additur alteri medietati. Vnde ex hoc, quod infinitũ est, sicut materia Phylosophus attribuit infinito quatuor. Primũ, quod infinitum non est totum secundum se, sed secundum aliud. secundum est, quod infinitum, secundũ quod infinitũ, non continet, sed continetur. tertium est, quod infinitum, inquantum infinitum, est ignotum, ex quibus concluduntur. quartum, s. quod infinitum est magis in ratione partis, quam in ratione totius, hoc est, quod infinitum magis habet rationem partis, quam rationem totius,

B & hæc est trigesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic, infinitum habet rationem materiæ, vt dictum est, quia diuisio magnitudinis in infinitum, & etiam appositio contraria diuisioni est ratione materiæ, sed materia habet rationẽ partis, & non habet rationem totius, sicut æs, quod est materia statuæ habet rationem partis, & non habet rationem totius. ergo infinitum magis habet rationem partis, quam rationem totius. 38. concl. huius lib.

Vnde circa ea, quæ attribuuntur infinito, est intelligendum, & primo circa primum, s. quod illud dictũ infinitum non est totum ſm se, sed ſm aliud. exponit Commen. sic. infinitũ hoc est subiectum recipiens infinitatem, quod est materia non est totum, nec finitum per se, sed per aliud, s. per formam. Secundo vero, quod attribuitur infinito, s. quod infinitum, secundum quod infinitum, non continet sed continetur. Exponit Commen. sic. quod infinitum, hoc est subiectum infinitatis, quod est materia, non continet, sed continetur a suo composito ex materia, & forma: & forma continet illud: quia infinitum accidit materiæ, secundum quod materia, dixit autem, quod continetur secundum quod est infinitum, idest, secũdum quod est materia, & per hoc intendit, quod subiectũ infiniti, i. materia, continetur ſm quod est subiectum infiniti. Circa tertium, scilicet, quod infinitum secundum quod infinitum, est ignotum: est sciendum, quod hoc debet intelligi de subiecto infiniti, i. de materia: materia enim, quia de se non habet formam, & materia non cognoscitur, nisi per formam, secundum quod est infinita, i. secundum quod non est determinata per formã, est ignota. Vnde sciendum est hic, quod in textu, quem exponit Com. loco huius literæ. Vnde ignotum est inquantum infinitũ. habetur talis litera infinitum non est per se, ſm quod infi. & Commen. exponit illud sic. quod subiectum recipiens infinitum, i. materia existens in aliquo, idest. in composito, & non est inexistens per se, secundum quod recipit infinitum, idest, secundum quod est materia: est causa, quare materia non est per se: sed est delata in alio, quia non habet formam, quoniam si haberet formam, esset per se, non delata in alio. Notandum secũdum Comment. hic, quod per delatum in proposito habet intelligi non illud, quod dicitur de subiecto, nec in subiecto, quia materia prima non dicitur de subiecto, nec est in subiecto & in hoc differunt formæ substantiales, & accidentia a materia, s. secundum quod sunt in subiecto, aut dicuntur de subiecto, materia autem est ipsum subiectum, quod nec dicitur de subiecto, nec in subiecto, tamen ista tria, videlicet, materia, forma, & accidentia cõueniunt in hoc, s. quod nullum illorum inuenitur, nisi in alio, vnde per delatum debet intelligi in proposito illud, in quo ista tria conueniunt, & inuenitur in aliquo non est inuenitur, nisi in alio, & intendit, quod materia non inuenitur per se, quia inuenitur in alio, s. in composito, & cum alio, idest, cum forma. Et addit Commen. d. quod materia inuenitur per formam, secundum quod forma est perfectio eius, & forma inuenitur per materiam, ſm quod materia est subiectum eius, & similiter accidentia inueniuntur per materiam alio modo, s. quod materia est subiectum eorum. Intelligendum tamen, quod aliter possunt intelligi illa, quæ Phylosophus hic attribuit infinito, scilicet, quod non est totum secundum se, sed ſm aliud. similiter, quod non continet, sed continetur. similiter, quod infinitum est ignotum, & quod infinitum habet rationẽ partis magis, quam rationem totius. Primum enim dictum, scilicet, quod infinitum non est totum secundum se, sed secundum aliud, potest sic intelligi, quod infinitum non est totum in actu puro non permixtum cum potentia, sed secundum aliud,

Circa primũ quid attribuit infinito.

Circa 2.

Circa 3.

Expositio Commẽ.

Notan.

Vide con. simile 2. de anima. com. 4.

Aliter possunt expo ni illa quę Phylosophus attribuit infinito.

Primum dictum.

aliud, hoc est, secundum aliquam partem eius est in actu puro, quoniam ea quo potentia infiniti non est ad actum purum: sed ad actum mixtum cum potentia non potest infinitum secundum se esse aliquod totum existens in actu non mixto cum potentia: sed quicquid ipsius est in actu esset pars, verbi gratia, infinitas, quæ est in diuisione magnitudinis non potest esse quoddam totum in actu puro, quia impossibile est, quod infinitæ diuisiones sint simul in actu, sed quandocumque vna est in actu, alia est in potentia, aliqua tamen diuisio potest esse in actu, & infinitas, quæ est in diuisione magnitudinis non potest esse tota secundum se in actu, sed secundum aliud. i. secundum aliquam partialem diuisionē. Aliud vero dictum. s. quod infinitum, secundum quod infinitum non continet, sed continetur: potest intelligi, quod illud, quod est actu de infinito nō continet, sed continetur, quia illud, quod est actu de infinito est pars, & pars, secundum quod est pars, non continet, sed continetur, vel pōt sic intelligi. s. quod infinitum non continet: sicut aliquid actu existens, quia illud de infinito, quod continet, sicut aliquid actu existens, illud est pars. Tertium dictum. s. quod infinitum, secundum quod infinitum, est ignotū, potest sic intelligi. s. quod infinitum quantum ad quodlibet sui non potest esse notum ex alio, ex quo enim illud quod actu est de infinito, continetur, & non continet, quia semper quantumcunque accipiatur sit aliud accipiendum extra, non potest infinitum esse notum, secundum quodlibet eius acceptum, & accipiendum, quia tale aliud, quantum ad quodlibet eius, non habet speciem: hoc est non habet actum purum, idest, non existit in actu puro secundum quodlibet eius. Quartum dictum. s. quod infinitum magis habet rationem partis quam totius, potest intelligi de illo, quod est actu de infinito, quoniam illud de infinito, quod est actu, est pars eo modo, quo dicimus, quod diuisiones magnitudinis, quæ successiue fiunt, sunt partes diuisionis magnitudinis in infinitum, nunc autem vna est in actu diuisio, sed non omnes diuisiones possunt esse simul in actu. Sed hic circa dicta phylosophi, & Commen. occurrunt dubia, dicit enim Commen. quod subiectum recipiens infinitatem est materia, sed hoc non videtur verum, quia quod recipitur in materia, & cuius materia est subiectum, omne tale est forma. ergo si materia est subiectum recipiens infinitatem, sequitur quod infinitas est quædam forma, sed hoc est contra phylosophum dicentem, quod infinitum habet rationem materiæ, & quod infinitum non continet, sed continetur, & quod infinitum inquantum infinitum est ignotum, & ista non conueniunt formæ, quia omnis forma est actus, & actus inquantum actus non habet rationem materiæ, nec rationem contenti, sed magis habet rationem continentis, nec etiam est actus ignotus inquantum actus. Item de illo quod d. phylosophus, quod infinitum non habet rationem totius, sed magis habet rationem partis, illud non videtur verum, quia omne habens partes est totum respectu suarum partium, sed infinitum eo modo, quo est, habet partes ergo infinitum habet rationem totius, & partis. ergo, &c. Item, materia prima dicitur esse infinita secundū Commenta. sed materia prima est quoddam totum habens partes, nec est aliqua eius pars in potentia ad existendum, sed quælibet portio, seu pars materiæ primæ est iam in actu, sicut potest esse, ergo, &c. Dicendum quod Commen omnia, quæ phylosophus hic dicit de materia prima, & sustinendo Comm. dico, dictu phylosophi, & Commen. sunt vera intelligendo per infinitum materiam primam. Ad cuius intellectum intelligendum est, quod quantitas immediate sequitur materiam primam, & cum nihil sit diuisibile in partes extensas, nisi per quantitatem formaliter, sequitur, quod diuisibilitas in infinitum non inest alicui, nisi ratione materiæ primæ, & hoc subiectiue, & materialiter, quoniam materia prima est primum subiectū quantitatis, & ita est subiectum diuisibilitatis in infinitum in partes quantitatiuas. Nam diuisibilitas in infinitum in partes quantitatiuas, vel est omnino idem, quod ipsa quantitas, vel est passio, vel proprietas ipsius quantitatis. Et dico vlterius, quod aliquid potest dici infinitum dupliciter, scilicet, quātum ad propositum spectat, s. vel secundum diuisionem, vel secundum extrema. primo modo omne continuum est infinitum, omne continuum est diuisibile in infinitum. sed secundo modo nulla magnitudo est infinita, quia nulla magnitudo est carens extremis. Et vlterius dico, quod infinitum secundum diuisionem dicitur dupliciter. s. materialiter, & formaliter, sed illud, quod est infinitum secundum diuisionem materialiter, siue subiectiue, illud est materia prima, sed illud, quod est infinitum secundum diuisionem formaliter, illud est quantitas continua. His visis dico ad dubitationem primam, quando dicitur, quod subiectum recipiens infinitatem est materia; dico, quod per infinitatem Commenta. intelligit infinitatem secundum diuisionem, quæ est ipsa quantitas continua, vel proprietas quantitatis continuæ. Et concedo, quod illud, quod infinitum est secundum diuisionem formaliter, est quædam forma, quia illud est quantitas continua, quæ est quædam forma. Et quando dicitur, quod phyl. dicit, quod infinitum habet rationem materiæ, & quod infinitum est ignotum, &c. Dico, quod phyl. loquitur de infinito materialiter. s. de materia, quoniam materia prima, cui competunt prædicta. s. non esse totum in actu, & contineri, & esse ignotum, & habere rationem partis, est infinitum materialiter, quia est subiectum quantitatis, quæ est formaliter infinita secundum diuisionem, & etiam est subiectum diuisionis in infinitum. Vnde cum dicit, quod materia est infinita, hæc est prædicatio denominatiua. Ad secundum dubium, cum dicitur, infinitum si ponatur, videtur habere rationem totius, cum habeat partes. Dicendum, quod aliquid potest dici totum dupliciter. vno modo largè, & sic omne illud dicitur totum, quod aliquo modo habet partes, & isto modo concedo, quod infinitum, si ponatur, est quoddam totum. Alio modo accipitur totum pro aliquo existente in actu habente omnes suas partes existentes in actu separatum, & hoc modo nullum infinitum est totum, quia nullum habet omnes suas partes existentes in actu separatum. Vnde infinitum eo modo quo est, est totum primo modo dictum, quia habet partes, non tamen est totum ens in actu puro habens omnes suas partes existentes in actu separato, & hoc intelligit phylos. hic d. quod infinitum non est totum. Et si dicitur, quod infinitum secundum diuisionem continui est quoddam totum, & per consequens est finitum, quia omne est perfectum, & perfectum est finitum, vt superius declarauit phylos. Dico, quod infinitum secundum diuisionem est totum, & sic est vno modo infinitum, & alio modo finitum, quoniam est finitum secundum extrema, & est infinitum secundum diuisionem, quod igitur phylosophus dicat, quod omne totum est finitum, illud est sic intelligendum, quod omne totum existens in actu non permixto cum potentia est finitum secundū extrema. Ad aliud dubium, cum dicitur, quod materia prima est infinita & materia prima est quoddam totum. Dico quod materia prima non est totum in actu completo, quia materia prima semper est pars substantiæ compositæ, & non est in actu simpliciter, nisi per formam. Et cum dicitur quod quælibet pars, vel portio materiæ primæ est in actu, nec aliqua pars eius est in potentia ad existendum. Dico, quod quamuis quælibet portio materiæ primæ sit in actu existentiæ, tamen qualibet pars materiæ primæ est in potentia subiectiua, quia potest recipere vlteriorem formam, vel partem formæ, quam non habet, & sic quamuis materia prima sit tota simul, tamen semper est in potentia subiectiua, & non est in actu completo per omnes formas, quas potest habere. Isto igitur modo potest dici ad obiecta sustinendo Cōmen. & si forte alicui non placet istud, potest dici, quod phylos. non intelligit per materiam, materiam primam, sed intelligit partem integralem compositi, seu magnitudinis. Et secundum hoc quando Comm. dicit, quod subiectum recipiens infinitatem, quod est materia non est totum nec finitum per se, sed per aliud. s. per formam. vocat subiectum recipiens infinitatem illud, de quo infinitum prædicatur denominatiue, vel quasi denominatiue, & illud non recipit infinitatem, sicut materia recipit formam, sed solum recipit infinitatem, sicut subiectum dicitur recipere prædicatum, & isto modo diuisio continui dicitur infinita, non quod infinitas aliquid inhærens diuisioni continui sicut accidens inhæreat subiecto, sed quia hæc prædicatio est vera. s. diuisio continui est infinita, quia procedit in infinitum, nec est aliquid in actu per se, sed per aliud, vt per aliquid sui, quod secundum se totum est in actu, partes etiam quantitatiuæ dicuntur esse infinitæ, & recipere infinitatem, non per inhærentiam, sed sicut subiectum dicitur recipere prædicatum, & de infinito sic dicto, idest, de parte quantitatiua: verum est dicere, quod est contentum secundum quod est infinitum quia non est in actu puro sic, quin adhuc possit coniungi alteri, & fieri pars alterius, & sic dicitur contentum, quia continetur, vel potest contineri ab alio, & secundum hoc possunt exponi illa, quæ superius dicta sunt de infinito.

Margin notes, left column: Secūdum. — Tertium. — Quartū. — Dubium primum. — Secūdum dubium. — Tertium dubium. — Notabile. — Infinitū pōt intelligi dupliciter. — Ad primū.

Margin notes, right column: Ad secundum. — Ad tertiū. — Alia expositio.

Nam si in rebus sensibilibus continet, & in intelligibilibus etiam ipsum magnum & paruū continere res intelligibiles oportebat. At absurdum est profecto, ac impossibile id, quod est ignotum, atque indefinitum, continere, ac definire.

Quoniam

Quoniam si continet in sensibilibus, & in intelligibilibus magnũ, & paruum oportuit continere intelligibilia, inconueniens autem, & impossibile ignotum, & indeterminatum continere, & determinare.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua phyl. increpat Platonẽ, qui d. infinitum habere rationem continentis, dixit enim Plato, φ tam magnum, quam paruum est infinitum, & quod terminant ipsa, & quod continent tam res sensibiles, quam etiam intelligibiles, Vnde hoc improbat phyl. & probat contra Plat. quod infinitum secundum quod infinitum non continet, &
39. concl. huius lib. & hæc est 39. conclusio huius lib. quæ probatur sic: si infinitũ secundum quod infinitum cõtineret illa, in quibus reperitur: cum finitas, & infinitas secundum Plat. reperiantur in rebus intelligibilibus: sequitur, quod infinitum secundum quod infinitum, contineret intelligibilia, sed hoc est impossibile, probatio, quoniam infinitum secundum quod infinitum est ignotum, & incertum, & intelligibilia secundum quod intelligibilia, sunt nota, & certa. ergo si infinitum secundum quod infinitum, contineret intelligibilia: sequitur, quod ignotum contineret notum, & certum: quod est impossibile, quia impossibile est indeterminatum continere, & determinare.

ASSIGNATVR CAVSA INFINITATIS in rebus, & finitatis. Tractatus secundi. Cap. V.

Atqui cum ratione etiam fit, vt id, quidẽ, quod in additione consistit, non videatur esse sic infinitum, vt omnem exuperet magnitudinem. id vero, quod in diuisione consistit, infinitum esse isthuismodi videatur. Infinitum enim intus perinde, atque materia continetur, forma autem continet.

Tex. c. 67. *Secundum rationem autem accidit, & quod secundum appositionem non esse videri infinitum sic, vt omnem excellat magnitudinem. In diuisione autem esse; continetur enim sicut materia intus, & infinitum, continet autem species.*



Istud est quintum cap. huius tract., in quo phyl. assignat rationem eorum, quę dicuntur de infinito, & per hoc apparebunt causæ infinitatis & finitatis in rebus, & continet hoc capitulum tres partes principales, quia in prima P. ponit causam, pp quam magnitudo non crescit in infinitũ, sed bene diuiditur in infinitũ. In secunda ibi [Rationabiliter autem.] assignatur causa, propter quam numerus crescit in infinitum, & non diuiditur in infinitum. In tertia ibi [Infinitum autem non idem.] Inducit quandam conclusionem, quæ sequitur ex præcedentibus. In
Quare magnitudo non crescit in infinitum. prima igitur parte principalis huius ca. ponitur ratio, pp quã magnitudo non crescit in infinitum, sed diuiditur in infinitũ,
Notabile. & pp hoc apparet causa infinitatis in diuisione magnitudinis, & finitatis in appositione magnitudinis, sic quod per appositionem non possit excellere oẽm magnitudinem, & causa huius est, quia finitas est ex forma, infinitas vero est ex materia, & in diuisione proceditur ad materiam, in appositione vero ad formam, ideo diuisio procedit in infinitum, quia est ad materiam, quę est causa infinitatis, sed appositio non procedit in infinitum, quia est ad formam, a qua est finitas, & terminatio, & hoc est, quod phyl. d. hic, quod sicut materia semper continetur in alio, igitur infinitum sm quodlibet sui, quod est in actu non permixto cum potentia, ita quod accepta quacumq; parte infiniti, ex qua continetur, contingit aliam partem accipere, & ideo diuisio procedit in infinitum, sed species, & formę continent, & ideo non cõtingit procedere in infinitum in appositione. quia illa est forma, & illa ratio est in capitulo præcedenti assignata. Intelligendum, quod P. accipit hic speciem, & formam, pro toto, materiam vero accipit pro parte quantitatiua, seu integrali, partes enim integrales sunt causæ, quare diuisio magnitudinis procedit in infinitum, quia in quo nulla pars est totum, cuius est pars: accepta quacumq; parte contingit accipere aliquid extra illam partem, & sic in infinitum, sed quia totum non est pars in procedendo ad totum, contingit deuenire ad aliquod totum, quod nec est pars, nec potest esse pars, & cum deuentum sit ad illud, non contingit vlterius pro-

A cedere apponendo, quia si plus apponeretur iam illud, cui fieret appositio esset pars aggregati ex illo, quod apponeretur, & ex eo, cui fit appositio, & sic dico. quod phylo. hic intelligit per formam totum, & per materiam intelligit partem integralem, vt dictum est prius. Si quis tamen velit dicere, quod materia, quæ est altera pars compositi, est causa infinitatis, & quod forma, quæ est altera pars compositi, est causa finitatis potest dicere, vt superius dictum est.

Cum ratione etiam accidit in numero quidem versus minus minimum esse, finemq́ue, versus autẽ plus, omnem semper multitudinem exuperare. In magnitudine vero contrarium. Versus quidẽ minus omnem magnitudinem exuperare. Versus autem maius, non esse magnitudinem infinitam.

Rationabiliter autem est & in numero quidem ad minimum esse terminum, ad plus autem semper omnem excellere multitudinem. In magnitudinibus autem, econtrario in minus quidem excellere omnem magnitudinẽ, Tex. c. 68.
B *sed maius non esse magnitudine infinitam.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua phyl. assignat causam, pp quam numerus crescit in infinitum, & non diuiditur in infinitum, & continet tres particulas, quarum in prima ponitur causa, propter quam numerus non diuiditur in infinitum. In secunda ibi. [In plus autem.] Assignatur causa, propter quam numerus crescit in infinitũ. In tertia vero ibi. [In magnitudinibus autem.] Ostendit phyl. quod econtrario est in magnitudine, & in numero. In prima igitur particula huius partis narrat phyl. primo, φ rationabiliter accidit in numero esse terminum ad minimum, ita quod in diuisione numeri contingit deuenire ad minimum, & per consequens diuisio numeri non procedit vlterius, igitur in appositione contingit excellere oẽm multitudinem sic, quod quacunque multitudine finita data contingit dare maiorem multitudinẽ, sed in magnitudinibus est econuerso, quia in minus contingit excellere oẽm magnitudinem, hoc est, per diuisionem contingit deuenire ad minorem magnitudinem quacumque magnitudine data, sed in maius non contingit deuenire ad maiorem magnitudinẽ quacumq; magnitudine data, quia sic
C oporteret dare magnitudinẽ infinitam, quod est impossibile. Quare numerus crescit in infinitum.

Hæc enim ita propterea fiunt, quod ipsum vnũ, quicquid tandem id sit, indiuisibile est, homo namque vnus est homo, non multi. Numerus autem est vno plura, quantave quædam. Quare ad indiuisibiliter stetur, necesse est. Duo enim, ac tria denominatiua nomina sunt, & cęterorum quisque numerorum simili modo.

Causa autẽ est, quia unum est indiuisibile quodcumq; vnum sit, vt homo vnus homo, & non multi. Numerus aũt est uno plura, & qualibet quędam. Quare necesse est stare ad indiuisibile. Duo namq; tria denominatiua nomina sunt, similiter & aliorum numerorum vnusquisque.

ET quod in diuisione numeri non contingit procedere in infinitum, probatur sic. In illa diuisione non contingit procedere in infinitum, in qua proceditur ad diuisibile, sed in Quare in diuisione numeri nõ contingit procedere in infinitum.
D diuisione numeri, non contingit procedere in infinitũ, maior patet de se, quia vbicunque proceditur ad indiuisibile per diuisionem, cum indiuisibile non possit vlterius diuidi, quando peruentũ erit ad indiuisibile cessabit diuisio, & per consequẽs in illa diuisione non proceditur in infinitum, minor etiã probatur, quia in diuisione numeri proceditur ad vnitatem, & vnitas est indiuisibilis, & sic in diuisione numeri proceditur ad 40. concl. huius lib.
indiuisibile, & quod vnitas sit indiuisibilis apparet, quoniam homo dicitur vnus homo, quia non est multi homines, & numerus dicitur vnus, quia plura sunt vno, duo enim, & tria, & sic quilibet alius numerus nominat vnitatem indiuisibilem, numerus enim, vt dicit hic Commen. est coaceruus vnitatum. Notabile.
Item dicit Com. hic, quod causa in hoc, quod vnum est indiuisibile est, quia omnis res est vna per formam suam, & forma est indiuisibilis per se. Intelligendum, quod vnum dicit diuisionẽ in natura, cui additur opposita multitudini in eadem natura, vt vnus homo est ita vnus homo, qđ non multi homines, & vnum animal est ita vnum animal, φ nõ plura animalia, ita-

A men unum non semper dicit indiuisionem simpliciter, sed indiuisibilitatem dicit in illa natura una, unde homo non est simpliciter indiuisibilis, quia potest diuidi in carnes, & ossa: tamen unus homo est indiuisibilis in homines; sic quod unus homo non est multi homines, debet igitur intelligi, quod unum est indiuisibile in diuisione opposita multitudini, ut postea videbitur. Intelligendum secundum Lincol. hic quod quamuis nullus numerus finitus diuidatur in infinitum, tamen numerus infinitus diuiditur in infinitum, nec unquam per talem diuisionem deuenitur ad unitatem. v. g. accipiamus numerum infinitum punctorum in una linea, si diuidatur linea in duas medietates, etiam diuiditur numerus punctorum in duas medietates, & vtraque medietas erit infinita, & in vtraque medietate istius lineæ sunt puncta infinita, & adhuc si vtraque medietas diuidatur in duas medietates, etiam numerus infinitus punctorum diuiditur in duas medietates, & sic in infinitum, sicut igitur diuisio lineæ procedit in infinitum, nec est status, ita diuisio numeri infiniti punctorum procedit in infinitum, nec est aliquis status. Quod igitur phyl. dicat hic, quod diuisio numeri non procedit in infinitum, illud est intelligendum de diuisione numeri finiti. Dico igitur tunc, quod accipiendo numerum proprie secundum, quod est multitudo rerum actu seorsum existentium, sic in diuisione numeri non contingit procedere in infinitum, immo omnis talis numerus est finitus, cum non sit possibile infinitas res simul actu existere actu separato. Si tamen loquamus de quacunq; multitudine rerum, siue existentium actu separato, siue inexistentium sic concedo, quod talis multitudo est infinita, & diuisibilis in infinitum. Vnde extendendo nomen numeri ad quancunq; multitudinem rerum, sic dico, quod omnis numerus diuiditur in infinitum, sicut & magnitudo, in hoc tamen est differentia, quia omnis multitudo est diuisibilis in infinitum, sed non omnis numerus est diuisibilis in infinitum, sed solus numerus infinitus.

Versus autem plus, fit vt semper intelligatur. Diuisiones enim magnitudinis duas in partes æquales sunt infinitæ. Quare potentia quidem est, actu non est. Sed semper id, quod accipitur multitudinem omnem exuperat definitam. Sed non est separabilis is numerus diuisionis, nec infinito permanet. Sed fit & quemadmodum tempus, & ipse numerus temporibus.

Tex. c. 68. *In plus autem semper est intelligere. Infinita autem sunt decisiones magnitudinis. Quare potentia quidem est, actu vero non, sed semper excellit acceptum omnem multitudinem determinatam. Sed non separabilis est hic numerus a decisione, neque manet infinitus, sed fit semper sicut, & tempus, & numerus.*

Quare numerus crescit in infinitum. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua assignatur causa, propter quam numerus crescit in infinitum, & est quia numerus crescit secundum diuisionem magnitudinis, sed diuisio magnitudinis procedit in infinitum, ideo additio in numeris procedit in infinitum, & potest hic poni 41. conclusio huius lib. quæ ponitur sub hac forma, (41. concl. huius lib.) scilicet, quod additio in numeris procedit in infinitum, hæc igitur conclusio probatur sic, additio in numeris procedit secundum diuisionem continui, quoniam numerus causatur ex diuisione continui, sed diuisio continui procedit in infinitum, ergo additio in numeris procedit in infinitum, & sicut magnitudo non diuiditur in infinitum actu, sed in potentia, igitur numerus non crescit in infinitum in actu, sed in potentia, sicut enim non est aliqua magnitudo actu diuisa in infinitum ita non est aliquis numerus actu infinitus. Vnde dicit Phyl. quod ista additio non est separabilis, hoc non potest esse in actu puro, ita quod nihil vlterius restat addendum numero, vnde ista additio nunquam potest compleri, sicut nec diuisio magnitudinis potest compleri, nec est illa infinitas in additione numerorum res fixa, ita quod aliquando sit status, sed ista infinitas in additione est in motu, & in transmutatione, sicut est dispositio in tempore, & in numero temporis. Et intendit Phyl. vt dicit Com. per numerum temporis numerum, qui est genus temporis, vt postea declarabitur. Notanda sunt hic duo secundum Com. Primo, quod sicut materia est causa diuisionis magnitudinis in infinitum, ita materia est causa, quare numerus crescit in infinitum. Secundo est notandum secundum Com. quod differentia est in additione in continuis & in discretis, quoniam additio in continuo est ex forma: & in quantitate discreta est ex materia, & diuisio eius est econuerso, quoniam diuisio in numero est ex forma, & in magnitudine est ex materia, hæc Com. Et secundum hoc videtur, quod numerus non sit aliqua forma: nec, quod numerus habeat aliquam formam, quoniam si numerus esset forma, vel habens formam additio in numeris procederet ad formam. ideo videtur, quod phyl. & etiam Com velint hic, quod numerus non est aliqua res vna, nec aliud, quam res numeratæ. Hic. n. phyl. d. quod numerus est plura vno, & sic quod numerus est plures res. Et dicit Com. hic, quod numerus est coaceruatio vnitatum, quoniam sic vt aceruus lapidum non est vna res, sed est ipsi lapides, ita numerus non est aliqua vna res, quæ sit forma vel habens formam, sed ipsæ res numeratæ. Sed contra illud videtur vnum dubium, quoniam per phylosophum numerus componitur ex vnitatibus, & omnis vnitas est indiuisibilis, quod non esset verum, si numerus esset res numeratæ, quoniam numeratæ non componuntur ex indiuisibilibus. Item numerus est per se in genere quantitatis, & per consequens est vna res, vel vna forma, vel habens formam. Ad primum horum substinendo, quod numerus non est vna res, dico quod numerus componitur ex vnitatibus, vel ex vnis, sicut exercitus componitur ex

Primum notan.

Secundum notan.

Primum dubium.

Secūdum.

Ad primum.

B hominibus, & non est vera cōpositio. Vnde verius est dicere, quod numerus est res numeratæ, quam dicere, quod numerus componitur ex rebus numeratis, uel unitatibus earum. Et cum dicitur, quod oīs vnitas est indiuisibilis. Dicendum quod indiuisibile dicitur dupliciter. Vno modo, ut illud dicatur indiuisibile, quod est indiuisibile in diuisione opposita multitudini. Alio modo in diuisione opposita compositioni, primo modo omne illud est indiuisibile, quod nō est multa, & illo modo loquitur hic phylos. de indiuisibili. Dicit. n. quod unus homo est indiuisibilis, quia non est plures homines, nec etiam plures res, sed loquendo de indiuisibili opposito compositioni, sic dico, quod nihil est indiuisibile, nisi carens partibus omnino, & isto modo punctus est indiuisibilis. Vnde illud, quod est indiuisibile in diuisione opposita multitudini, bene pōt esse diuisibile, sicut homo est diuisibilis in partes, quamuis non sint multæ res. Dico igitur, quod oīs numerus est ex indiuisibilibus in diuisione opposita multitudini, quia oēm numerum cōtingit resoluere in aliqua, quorum nullum est multa, non tamen est oīs numerus ex diuisibilibus in diuisione opposita compositioni, quoniam numerus trium lapidū est ex tribus lapidibus, quorum quilibet est compositus ex partibus.

C Sed contra hoc uidetur obiectio, quoniam si numerus componitur ex diuisibilibus, utpote ex continuis, tunc diuisio numeri procederet in infinitum, quia illud, quod componitur ex semper diuisibilibus, resoluitur in semper diuisibilia, & per consequens eius diuisio procederet in infinitum, ergo, si numerus componitur ex continuis & continuum est diuisibile in semper diuisibilia, sequitur, quod sicut diuisio continui procedit in infinitum, ita & diuisio numeri procedat in infinitum. Dicendum igitur, quod diuisio numeri infiniti non procedit in infinitum, immo cessat ad aliquod indiuisibile in diuisione opposita multitudini, & si illud, ad quod cessat diuisio numeri, sit diuisibile in partes; non tamen erit diuisibile, sicut numerus, uel multitudo, quia non est plures res, sed una res. Et ideo ex eius diuisione nō diminuitur numerus. v. g. accipiamus sexdecim lapides, & diminuamus ex illis octo, & postea ab illis quatuor, & postea ab illis quatuor duos, & ab illis duobus vnum, tunc remanet vnū, & ille numerus non potest ulterius diuidi, quia illud unum non est multa, quantuis sit diuisibile in multa, & si illud unum, ad quod stat diminutio numeri diuiditur, per eius diuisionem non diminuitur numerus sed magis augetur, quia fierent plura in acto, quam prius erat.

Replica.

Solutio.

D Dico igitur ad formam rationis, quod numerus finitus cōtinuorum non diuiditur in infinitum, quia per diuisionem deuenietur ad aliquod unum, quod non est plura, & si illud unum ulterius diuidatur, per hoc non diminuitur numerus, sed magis crescit. Dico igitur, quando accipitur, quod illud, quod diuiditur in semper diuisibilia diuiditur in infinitum. Dico quod illud, quod diuiditur in semper diuisibilia, ad quorum diuisionem sequitur diuisio, uel diminutio illius totius diuisi, illud est diuisibile in infinitum, aliter non oportet. Nunc dico, quod numerus continuorum diuiditur in ipsa continua, ex quibus componitur quoquomodo, sed ad diuisionem illorum continuorum non sequitur diuisio, uel diminutio numeri, sed magis sequitur appositio, & augmentum numeri. Ideo dico, quod non sequitur, si numerus diuidatur in semper diuisibilia, quod propter hoc numerus diuidatur, uel diminuatur in infinitū, sed magis sequitur, quod numerus crescit in infinitū, sed sic non est in diuisione magnitudinis, quoniam ad diuisionem oīum partium magni-

Solutio.

magnitudinis sequitur diuisio, vel diminutio magnitudinis, sed non ad omnem diuisionem, vel diminutionem partiũ numeri, sequitur diuisio, vel diminutio numeri, sed solum ad diminutionem partium: quarum quælibet est multæ res: sequitur diminutio numeri: sicut ad diminutionẽ, vel ad ablationẽ quatuor ab octo sequitur diminutio numeri octonarij: quia numerus quaternarius est multæ res, ad diuisionem vero octauæ partis numeri octonarij, s. ad diuisionem vnius, non sequitur diminutio octonarij, sed magis sequitur augmentatio numeri, quoniam si hic sint octo lapides, & vnus illorum diuidatur per medietatem, per hanc diuisionem non diminuitur numerus, sed augetur, quia iam sunt nouem lapides, & prius nõ erant nisi octo.

Ad secundum.

Ca. de q̃titate.

Ad aliam rationem cum dicitur, quod numerus est per se in genere quantitatis, vt patet in prædicamentis. Dico, quod Phylosophus in prædicamentis loquitur de numero secundum famositatem, quia solum loquitur secundum opinionem aliorum. Vnde Simplicius dixit, super prædicamẽta, q phy. in lib. prædicamentorum secutus est Architam in tantum, quod nõ mutauit verbum, & causa huius potest esse, quia de illo, cuius natura non est declarata, sed in sequentibus restat declaranda, loquendum est secũdum opinionem communem, & secũdum famositatem, & quia natura numeri, vel multitudinis est declarata in libris sequentibus librum prædicamentorum, ideo Phylo. in lib. prædicamentorum loquitur secundum famositatem & opinionem communiter loquẽtium.

Notabile.

Sed circa illud dictum Com. videlicet, q diuisio in numero est ex forma, & diminutio in numero ducit ad formã vnitatis, quæ est indiuisibilis, est sciendum, q Com. accipit ibi formam pro re vna, quæ nõ est plures res, ex cuius diuisione, vel diminutione non sequitur diminutio numeri, vt si a numero quatuor lapidum auferantur duo lapides, & postea a duobus residuis auferatur vnus lapis: per talem diuisionem, vel ablationem deuenitur ad vnum lapidem, ex cuius diuisione, vel diminutione non diminuitur prædictus numerus. Vnde Com. in auctoritate prædicta per formam intelligit vnum indiuisibile in diuisione opposita multitudini, ita, q illud vnum indiuisibile, sit ita, vnum eos, q non sit plura entia.

Notabile.

Et circa illud dictum phyl. s. quod numerus non causatur ex diuisione continui est sciendum, q phyl. non intelligit, q nunquam causetur nisi ex diuisione continui, quia si vnum continuum non diuisum causaretur, per hoc causaretur maior numerus, quam prius, & tñ nulla est ibi diuisio, sed intelligit, q ad diuisionẽ continui sequitur additio, vel augmentatio numeri, sed econtra non sequitur: quoniam non sequitur, augetur numerus, ergo continuũ diuiditur, quia alio modo potest numerus causari, quã per diuisionem continui. Intelligendum etiam, quod cum phyl. d. q numerus crescit in infinitum. i. vltra omnem multitudinẽ datam, q si illud intelligitur de numero dato, vel causato ex diuisione cõtinui, sicut phyl. videtur intelligere, nõ potest hoc intelligi de numero causato ex diuisione continui, inquantum est in re naturali, quia res naturalis sm, q huiusmodi non est diuisibilis in infinitum: sm communem opinionem. Vnde si omnia corpora naturalia essent diuisa in minima naturalia tunc numerus illorum esset finitus, & non posset vlterior fieri diuisio, ideo oportet illud intelligere de diuisione continui, secundum q continuum est, & sm quod abstrahitur a qualitatibus sensibilibus, quoniam vt sic sibi non repugnat diuidi in infinitum, sed solum secundum, quod est res naturalis, sic repugnat sibi diuidi in infinitum, sicut communiter dictum est.

In magnitudinibus aũt contrarium. Nam diuiditur quidẽ in infinita continuum ipsum. Versus autẽ maius non est infinitum, quantum enim contingit potentia esse: tantum & actu esse contingit. Quare cum infinitum nullum sit sensibile corpus: non contingit definitæ magnitudinis omnis exuperationem esse. Alioquin maius cælo aliquid erit.

Tex. c. 69.

In magnitudinibus autẽ contrarium est. Diuiditur. n. in infinita continuum. In maius autem non est infinitũ. Quantum. n. contingit potentia esse, & actu cõtingit tantum esse. Quare quoniam infinita est nulla magnitudo sensibilis, non contingit omnis excellentiam esse magnitudinis determinatæ: esset enim vtiq; aliqd cælo maius.

Hæc est tertia particula secundæ partis principalis huius cap. in qua ostenditur, q econtrario est in magnitudinibus, & in numero quantum ad diuisionem, & appositionem, qm̃ dictũ est, q numerus crescit in infinitũ, sed non diminuitur in infinitum, sed cõtrario de magnitudine, quia magnitudo diuiditur in infinitum, sed nõ crescit in infinitum, & q magnitudo diuidatur in infinitum manifestum est ex præcedentibus, & q nulla magnitudo possit crescere in infinitum probatur, & hæc est 42. conclusio huius lib. quæ probatur sic: quantacunq; magnitudinem contingit esse in potentia, tantam contingit esse in actu. ergo si aliqua magnitudo posset esse infinita in potẽtia, ita q omni magnitudine data, posset esse aliqua magnitudo maior. tanta posset esse in actu. & ita poterit esse aliqua magnitudo maior oĩ magnitudine data, & per consequens posset esse aliqua magnitudo actu infinita, igitur ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedẽtis s. nõ est possibile, aliquã magnitudinem esse actu infinitã. ergo nõ est aliqua magnitudo infinita in potentia, & per cõsequẽs nulla magnitudo potest crescere in infinitum, & q nõ contingat aliquã magnitudinem esse infinitã in actu. probatur, quia si sic, sequeretur, q posset esse maior magnitudo ipso cælo. q est impossibile.

42 concl. huius lib.

Du. Com.

Sed Com. mouet hic dubitationẽ d. sed quæret aliquis in hac ꝓpositione dicẽte q in quacunq; q̃titate ponatur magnitudo in potẽtia, in illa q̃titate põt poni magnitudo in actu, in quo differt ab hac propositione. s. q in quacunque q̃titate ponatur aliquis numerus demõstratur in potentia, in illa q̃titate põt poni in actu, vnde existimatur, q non est differentia in hoc, q sit possibile infinitã esse in potentia, numero, & in magnitudine, vt dictum est, vnde ista est dubitatio, quare sequitur. q si in aliqua quantitate ponatur magnitudo in potentia, in illa q̃titate potest poni magnitudo in actu, & tñ non sequitur, si aliqua quantitate ponatur numerus in potentia, q ꝓp hoc in illa quantitate põt poni numerus in actu.

Solutio commen.

Ad hoc respondet Com. d. q additio non cessat in numero, sed est infinita, & non oportet ipsam exire in actũ, quia possibilitas cuiuslibet partis, sm quã fit additio in numeris est alia a possibilitate alterius partis, & non omnes possibilitates in additione numerorum sunt partes vnius possibilitatis demonstratæ, & sic est in motu, & tpe, & de tali possibilitate non sequitur ipsam exire in actum, sed in additione magnitudinis possibilitas cuiuslibet partis demonstratæ est pars vnius possibilitatis demonstratæ, & ita possibilitas quãcunque ponatur in potentia, sequitur, q possit inueniri in actu sub dispositione ista, & si nõ contingeret, tunc potentia esset frustra, sic igitur apparet, quod duplex est additio. s. vna, in qua possibilitas cuiuslibet partis addit esse alia possibilitate alterius partis, nec sunt illæ possibilitates partes alicuius vnius possibilitatis. Alia est additio, in qua possibilitates ad additionem sunt partes vnius possibilitatis, ita quod ex omnibus illis possibilitatibus particularibus fit vna possibilitas totalis. Vnde additio, quæ est in numero est de genere primæ additionis, quia non oẽs possibilitates ad additionẽ in numeris sunt partes vnius possibilitatis, sed additio, quæ est in magnitudine, est de gñe secundæ additionis, qa ex oĩbus possibilitatibus fit vna possibilitas. Postea assignat Com. causam, ꝓp quam oẽs potentiæ, quæ sunt in additione vniuscuiusq; partis magnitudinis sunt partes vnius potentiæ, & sic non est in numero. Cã huius est, qa magnitudo est vna: & continua numerus non.

Notabile.

Intelligendum est, sicut dictum est sup. qđ oĩs potẽtia vna põt reduci ad actũ, sed non oportet, qđ oẽs potẽtiæ diuersæ possint simul reduci ad actum. Et quia ex omnibus possibilitatibus in additione magnitudinum fit vna possibilitas, ideo illa possibilitas põt reduci ad actum, aliter esset frustra, & qa ex oĩbus possibilitatibus, quæ sunt ad additionem in numeris non fit aliqua vna possibilitas, ideo non oportet, quod omnes illæ potentiæ possint simul reduci ad actum, vt est in ca. præcedenti planius declaratum.

Additionẽ magnitudinis ad magnitudinẽ fieri in infinitũ põt intelligi dupliciter.

Intelligendum tñ, quod additionem magnitudinis ad magnitudinem fieri in infinitum, potest intelligi dupliciter, vno modo per generationem continuam nouæ magnitudinis: vt si imaginatur, quod de nouo aliqua generetur magnitudo pedalis quantitatis, & addatur toti magnitudini præcedenti, & hoc continue. Et sic intelligendo, dico, quod si talis additio procederet in infinitum, ex hoc forte non sequeretur, quod non posset esse aliqua vna magnitudo actu infinita, immo semper magnitudo crescens erit finita, quamuis erit maior, quam prius, & sic intelligendo, additionem fieri ad magnitudinem, non est illa propositio vera, quantacunque est magnitudo in potentia: tantam contingit eam esse in actu, nec ex istis possibilitatibus partialibus partium generandarum fit aliqua vna possibilitas demonstrata, nec sic loquuntur. P. & Com. hic, de additione, nec valet consequentia phylo. hic, sub hoc intellectu, immo sub illo intellectu phylosophus non facit consequentiam prædictã. Alio modo potest intelligi, quod fiat additio vnius præexi-

stentis ad præsentiale præexistens per diuisionē partis ab vna magnitudine, vt si a, & b, sint duæ magnitudines, & ab ea, auferatur quantitas pedalis, & addatur ipsi b, & postea auferatur alia quantitas pedalis ab a, & addatur ipsi b, & sic in infinitum, & si talis additio in infinitum esset possibilis, necessario, sequitur, q aliqua magnitudo esset actu infinita, quia si ab a, possunt auferri infinitæ partes eiusdem quantitatis, & addi ipsi b, tunc sequitur necessario, q a, esset actu infinitum, quia in nullo finito sunt infinitæ partes eiusdē quantitatis, quarum qualibet sit totaliter extra aliam: sequitur ēt. q ipsum b, possit esse actu infinitū, quia sicut a, potest diuidi, & successiue addi ipsi b, ita totum a, possit simul addi ipsi b, qua additione facta b, esset actu infinitum, quia haberet in se infinitas partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, sed non est sic in additione numerorū, quia numerus crescit per diuisionem continui, sed continuum nō potest simul diuidi secundum oīa puncta, sicut vna magnitudo tota potest simul addi alteri magnitudini, & sic intelligenda additionem fieri nō per generationem nouæ partis, sed per additionē partium præexistentium eiusdem quantitatis in infinitum. bene tenet consequentia phylosophi, vt est visum. Et q phyl. sic intelligat additionem fieri, patet: qm̄ secundum phylo. materia prima est ingenerabilis, & incorruptibilis, ita q impossibile est aliquam portionem materiæ primæ fieri de nouo. Similiter secundum Com. omnis quantitas corporea est æterna, quia omnis quantitas corporea, vel est quantitas cæli, quæ est æterna secūdum eum, vel est in materia prima inseparabilis ab ea, & ita nō est possibile, q sit aliqua quātitas noua, & ideo in additione corporis, vel magnitudinis nō potest fieri additio per generationem nouæ partis magnitudinis, sed oportet, quod fiat per additionem magnitudinis præexistentis, & ideo si fiat additio in infinitum oportet, q hoc fiat per ablationem vnius partis magnitudinis præexistentis ad additionem illius partis alteri magnitudini. Hæc etiam videtur intentio Commen. hic d. quod in additione magnitudinis omnes possibilitates in additione sunt partes vnius possibilitatis, quia sicut sunt partiales possibilitates in additione partium, ita vna possibilitas in isto toto: vt simul addatur totum, & possibilitates ad additionem partium sunt partes totius possibilitatis, quæ est, vt totum simul addatur. Ex istis apparet, quod Theologi, qui dicunt Deum posse creare nouam quātitatem corpoream, & posse eam addi alteri corpori infinite, & sic in infinitum, non possunt vti illa propositione phylosophi: quantacūq; est, magnitudo in potentia tantam contingit eam esse in actu, quia illa propositio sic est intelligenda secundum phyl. videlicet, quanta est magnitudo in potentia per additionem partium præexistentiū non de nouo generatarum, tantā contingit eam esse in actu. Vnde aliqui Theologi concederent, quod Deus posset addere cælo maiorem quantitatem, quam habet, ponamus igitur, quod faceret cælum in duplo maius, q̃ est, adhuc posset facere iterum cælum in duplo maius, & iterum in duplo maius, & sic in infinitum, ita qđ quacumq; magnitudine finita data posset Deus facere magnitudinem duplam: & tñ negarent Deum posse facere magnitudinem actu infinitam, quia forte hoc concludit contradictionē, & secundum veritatem non sequitur formaliter, si Deus potest facere magnitudinem duplam, & iterum duplam, & sic in infinitum. ergo pōt facere magnitudinem actu infinitam. Et si dicatur, quanta est magnitudo in potētia, & si sic intelligitur, quod possibile est tantam magnitudinem esse in actu, quanta fieret ex omnibus illis additionibus partium de nouo generatarū, posito quod simul adderentur. Dico, qđ illa propositio est falsa, nec sic intelligit phyl. & ideo illa propositio communis est sic intelligenda, sicut dictum est, videlicet quod quanta est magnitudo in potentia per additionem partium præexistentium de nouo generatarum tanta pōt esse in actu, & per hoc potest responderi ad difficultatem, quæ sunt circa augmentum formarum in infinitum, vt patet intuenti.

Notabile. (margin, beside "addatur. Ex istis apparet, quod Theologi")

A (margin) · B (margin) · C (margin) · D (margin)

Ipsum autem infinitum non est idem in motu: magnitudine, atque tempore: vt vna quædam natura. Sed posterius dicitur ob prius: veluti motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, super qua fit motus, & quę alteratur, aut accrescit. Tempus autem propter motum. Atque nunc quidem vtimur hisce, posterius autem, & quidnam sit horum vnumquodque: & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines: dicere enitemur.

A *Infinitum autem non idem est in motu: & magnitudine, & tempore tanquam vna quædam natura, sed posterius dicitur & secundum prius, vt motus quidem: quia prior est magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. Tempus autem propter motum. Nunc quidem enim vtimur his, posterius autem tentabimus dicere, & quid est vnumquodque: & quia omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.*

Hæc est tertia pars principalis huius cap. in qua phylo. includit quasdā conclusiones, quæ sequuntur ex dictis: & ex dicendis. Et hæc pars continet tres particulas: quia in prima declarat, q infinitas non eodem modo reperitur in magnitudine, motu, & tempore. In 2. ibi. [Non remouet autem] Declaratur, q veritas iam declarata. s. q nulla magnitudo sit infinita in actu non impedit, nec destruit considerationē mathematicorum. In 3. ibi. [Quoniam autem.] Declaratur, q si infinitum est causa, oportet, q sit causa, vt materia. In prima igitur particula huius partis declaratur, q infinitum non eodē modo reperitur in magnitudine, motu, & tempore, & hæc est B 43. conclusio huius lib. quæ probatur sic. Illud, quod reperitur in pluribus s̄m prius, & posterius non reperitur eodem modo in illis, sed infinitum reperitur in magnitudine, motu, & tempore, s̄m prius, & posterius ergo infinitū non eodem modo reperitur in magnitudine motu, & tp̄e, maior patet de se, & minor probatur, quia infinitum non reperitur in motu. nisi quia prius reperitur in magnitudine, & infinitū non reperitur in magnitudine, nisi quia prius reperitur in motu: ergo infinitū reperitur in magnitudine, motu, & tempore secundum prius, & posterius, & q infinitum non reperiatur in motu, nisi quia prius reperitur in magnitudine, nec reperitur in tempore, nisi quia reperitur in motu, manifestum erit ex sequentibus, & q omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines, nunc autē vtitur phyl. istis, supponendo ea absq; probatione. Notādum secundum Com. hic, q hoc quod phyl. d. hic, q omnis magnitudo est diuisibilis in indiuisibilia, & q ipse declarabit hoc postea, significat, q magnitudinem esse diuisibile in semper diuisibilia est notum per se, & tñ causa huius indiget demonstratione. Vnde non est ita, sicut antiqui existimabāt, scilicet, q Geometer accipit hic a naturali, quasi non esset per se notum Geometræ, imò illud est per se notum apud Geometram, scilicet, q magnitudo diuiditur in semper diuisibilia, & naturalis demonstrat eius causam, quæ est, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus, & sic apparet per Com. quod aliquid potest esse notum, & tamen causa illius potest demonstrari.

43. concl. huius lib. (margin)

Notan. (margin)

Atqui neque mathematicorum contemplationem ea ratio aufert, quæ infinitum hoc pacto e medio tollit, vt ad incrementum habeat actu sine transitione. Neque enim nunc ipso indigent infinito, neque vtuntur, sed tantam solum lineam postulant, quantam volunt finitam.

Non remouet autem ratio neq; mathematicos a consideratione, auferens sic esse aliquid infinitum, vt actu sit in augmentum intransibile. Neq; enim sic indigent infinito, neque enim vtuntur, sed solum esse quantamcumque velint finitam.

Tex. c. 72. (margin)

D Hæc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua determinatur, quod veritas iam declarata, scilicet, quod nulla est magnitudo actu infinita, non impedit nec destruit considerationem mathematicorum, & hæc est 44. conclusio huius lib. quæ ponitur sub hac forma, scilicet, q negans magnitudinem esse actu infinitam non destruit aliquod fundamentum mathematicorum, & conclusio probatur dupliciter primo sic negans illud, quod mathematici non indigent, non destruit aliquod fundamentum mathematicorum, sed negans magnitudinem esse actu infinitā non negat aliquid, quo mathematici indigent. ergo negans magnitudinem esse actu infinitam nō destruit aliquod fundamentum mathematicorum, maior patet de se, & minor probatur, quia mathematici non indigent ponere in demonstrando, aliquā magnitudinem esse actu infinitam, sed sufficit eis ponere magnitudinē finitam, quantam volunt, possunt. n. ponere magnitudinem maiorē cęlo finitam, vnde possunt ponere magnitudinē ita magnam, sicut volunt, & hoc eis sufficit. Vnde cum dicunt, extrahamus lineam in infinitū, non intēdunt loqui de aliqua

linea

lineã infinitã, sed intendunt accipere lineam quantamcunq; volunt: & d. Com. quòd hoc eis accidit, quia non considerant de magnitudine, secundum quòd est finis corporis naturalis, (Notabile.) sed secundum, quòd est in non corpore, idest secundum, quòd magnitudo abstrahit a corpore naturali. Intelligendum hic, quòd Mathematici non vtuntur in suis demonstrationibus Cathegoricis linea infinita, nec etiam vtuntur linea finita, quantumcunque longa, & hoc in demonstratione cathegorica: quoniam non vtuntur aliqua tali præmissa, videlicet aliqua linea recta est longior diametro mundi, nec, quòd lineæ rectæ æque distantes protenduntur in infinitum, sed vtuntur propositionibus hypotheticis conditionalibus, videlicet, si esset linea recta quadrupla ad semidiametrum, illa esset maior diametro mundi, & si lineæ rectæ æque distantes in infinitum protenderentur nunquam concurrerent, nunc autẽ ad veritatem conditionalis non requiritur, quod accidens sit verum, nec etiam consequens. Vnde mathematicus non demonstrat ex falsis, nec etiam vtitur aliqua propositione falsa, tanquam præmissa, ex qua demonstrat, tamen vtitur bene aliqua propositione falsa, tanquam antecedente, vel consequente in conditionali, qua vtitur tanquam præmissa.

Atque quantamuis aliam magnitudinem eadẽ diuidere ratione, qua diuisa est magnitudo maxima licet. Quare ad ostendendum quidem illo pacto nihil referret prorsus: esse autem ipsum in his est magnitudinibus, quæ in rerum sunt ratione.

Maxime autem magnitudini secundum eadem inest secari rationem, quantumcumque magnitudo sit altera. Quare ad demonstrandum quidem nullo modo nihil differret. Esse autem in existentibus erit magnitudinibus.

Secundo probatur sic eadem conclusio, scilicet per signum quoddam, videlicet, quod negans magnitudinem esse actu infinitam, non destruit aliquod fundamentorum mathematicorum, quoniam non oportet mathematicum ponere aliquam lineam actu infinitam, aut aliquam aliam magnitudinem actu infinitam, & signum huius est, quoniam illud, quod potest demonstrari in linea maxima, potest etiam demonstrari in linea minori, possumus enim lineam diuidere minorem in quacunque proportione, secundum quam potest diuidi linea maior, & sic est de multis alijs, quæ accidunt lineis, & alijs magnitudinibus, & sic non oportet ponere magnitudinem infinitam, cũ omne illud, quod potest demonstrari ponendo lineam infinitam, possit etiam demonstrari ponendo lineam finitã tantum.

Cum vero causæ in quatuor sunt distinctæ, patet infinitum, vt materiam causam esse, & esse quidem ipsius priuationem esse, per se autem subiectum continuum ipsum atque sensibile esse.

Tex.c.72. *Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam: manifestum, quod sicut materia infinitum causa est, & quod esse quidem ipsi priuatio est. Per se autem subiectum continuum, & sensibile est.*

(Idẽ supra 59. do. 61. 45. concl. huius lib.) Hæc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua determinatur, quod si infinitum est causa, oportet vt sit causa, vt materia, & hęc est 45. conclusio huius lib. quæ probatur dupliciter: primo per rationem secundo per quoddam signum, primo igitur probatur sic. illud, quod est priuatio, si sit causa, oportet quod sit causa vt materia, sed infinitum est priuatio, igitur infinitum si est causa, oportet, quod sit causa, vt materia, patet maior. Tum, quia nihil, quod est priuatio, est causa formalis efficiens, vel finalis, vt patet manifestè: igitur si illud, quod est priuatio, est causa, oportet, quod sit causa, vt materia. Tum, quia priuatio semper est a materiã, & est quodammodo idem cum illa numero: vt dictum est primo huius. ergo si priuatio sit causa, oportet, quod sit causa, vt materia, & ita patet maior: minor vero demonstratur, quia esse, idest quidditas ipsius infiniti est priuatio finiti per se, tamen subiectum illius priuationis, scilicet finiti est corpus continuũ sensibile. i. corpus compositum ex materia, & forma. Et d. hic Com. quod compositum ex materia, & forma, est subiectum infiniti, secundum quòd est materiatum. nõ secundum, quòd est abstractum formaliter, vnde licet materia non sit subiectũ infiniti, sed compositum, tamen compositum per materiam suam est subiectum infiniti, non autem per formam, hæc Commen. & intelligit per materiam partes quantitatiuas: per formam vero intelligit ipsum totum, vel ipsam formam totius, vt prius est expositum.

Cæteri etiam omnes ipso infinito, vt materia vti videntur. Quapropter & absurdum est sanè ipsum id esse, quod continet, & non id quod continetur asserere.

Videntur autem & omnes alij, sicut materia vtentes infinito. Vnde inconueniens est continens ipsum facere, sed non contentum.

Secundo probatur eadem conclusione per quoddam signũ sic, sicut omnes antiqui ponentes infinitum vtuntur infinito, tanquam materia, vt Plato, qui posuit magnum, & paruum esse materiam, & illi, qui posuerunt numeros esse materiam rerum, omnes isti ponunt materiam esse in talibus, & hoc est signum, quòd si infinitum est causa, quod sit causa, vt materia, & cum omnes isti ponunt infinitum esse causam, esset inconueniens facere ipsum infinitum esse continens non contentum, quoniam materia non continet, sed continetur.

SOLVVNTVR RATIONES PROBANTES infinitum esse. Tractatus secundi. Cap. VI.

At enim restat eas soluere rationes, quibus infinitum non solum potentia, sed vt definitum etiam esse videtur. Partim enim non sunt necessariæ: partim veras quasdam obiectiones alias habent.

Reliquum autem est aggredi, secũdum quas rationes infinitum esse videtur: non solum potentia, sed sicut determinatum est. Alia quidem ipsorũ non necessaria sunt. Alia vero habent quasdam naturales contrarietates. Tex.c.73.

Istud est sextum capitulum huius tract. in quo soluuntur rationes probantes infinitũ esse, & continet quatuor partes principales, quia in prima Phylo. proponit intentionem suam, & causam intentionis. In secunda ibi. [Neque enim vt generatio.] Soluit tertiam rationem superius in secundo capitulo positam ad probandum infinitum esse in actu, nam duas rationes ibi factas. i. primam & secundam non soluit, quia concludunt verum. In tertia parte principali ibi. [Amplius autem.] Soluit quartam rationem probantem infinitum esse. In quarta ibi. [Intelligibile autem.] Soluit quintã rationem probantem infinitum esse. In prima igitur parte princi. huius ca. phyl. proponit intentionem suam, & causam intentionis d. quòd reliquum est, i. residuum negocij de infinito est aggredi ad soluendum rationes, secundum quas videtur infinitũ esse non solum potentia, sicut determinatum est. hæc igitur est intentio phylosophi. i. soluere rationes probantes aliquod corpus esse actu infinitum, & causa intentionis est, quia aliquæ illarum rationum non sunt necessariæ. i. non concludunt de necessitate id, quod argumenta intendunt concludere, quamuis præmissæ sint veræ, & aliquæ rationum illarum habent alias naturas, quia sunt falsæ ex hoc, quia accipiunt præmissas falsas, & habent contrarietates, hoc est habent cõtradictiones veras, vnde ista est causa intentionis, quia quædam illarum rationum capiunt præmissas veras, se non concludunt illud, quod intendunt, & quædam illarum rationum accipiunt falsa. Et Com. d. hic, quòd quidam illorum sermonum sunt veri, sed ex illis non sequitur illud, quod reputant sequi, & quidam sermones sunt falsi, & habent contradictiones veras.

Non enim, vt generatio non deficiat, corpus esse sensibile infinitum actu necesse est. Potest enim alterius corruptio: generatio alterius esse: si infinitum est vniuersum.

A *Neque enim, vt generatio, non deficiat, necessarium est infinitum esse actu sensibile corpus. Contingit enim alterius corruptione alterius generationem esse: cum omne finitum sit.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua soluitur tertia ratio probans infinitum esse in actu, & prima & secunda ratio non soluuntur hic, quia concludunt verum, scilicet, quòd aliquod est infinitum in potentia, vt patet. prima enim ratio, quæ est de tempore probat tempus esse infinitum, & patet, quòd hoc sit verum, scilicet tempus esse infinitum in potentia, modo superius exposito, & hoc concludit illa ratio: similiter secunda ratio, quæ est de diuisione continui in infinitum concludit verum, scilicet, quòd infinitum est in potentia, ideo illas rationes non soluit phyl. hic, sed alias rationes, per quas videtur probari, quòd aliquod corpus est actu infinitum. Tertia ratio fuit illa, generatio est æterna, & nunquam deficit, ergo oportet ponere aliquod corpus actu infinitum, ex quo debet fieri generatio: quoniam si illud corpus esset finitum, tandem consumeretur per continuam ablationem ab eo. Istam igitur rationem soluit p. d. quod nō oporteret aliquod corpus sensibile esse actu infinitū, ne deficiat generatio: quoniam contingit alterius generationem alterius corruptionem esse, cum ergo omne, quod est, manet finitum, propter hoc generatio non deficit, quia generatio vnius est corruptio alterius, & econuerso, sed si generatio vnius non esset corruptio alterius, & generatio nunquam deficeret, oporteret, ponere aliquod corpus esse actu infinitum. Et dicit Com. hic, quod ista ratio est vera, sed non concludit illud, quod ipsi intendebant concludere. Est enim ista ratio vera, quia accipit verum, scilicet, quod generatio nunquā deficit, sed non concludit illud, quod ipsi intendebant concludere, scilicet, quòd aliquod corpus sensibile est actu infinitum. Intelligendum, quod si generatio nunquam cesset, si ad generationem vnius nunquā sequitur corruptio alterius, tunc semper per generationem fieret nouus locus, in quo generatum reciperetur, & locus primus remaneret, & sic esset locus infinitus, & per consequens corpus infinitum, sed quia generatio vnius est corruptio alterius, ideo non oportet, quòd si aliqua res generatur, quod nouus locus generetur: imò in eodem loco, in quo vna res corrumpitur, in eodem loco generatur alia res: si enim semper in generatione remaneret locus prior, & etiam nouus locus generaretur, oporteret necessario locum esse in actu infinitum, & etiā corpus sensibile actu infinitum, quoniam si semper fieret generatio, & nihil corrumperetur ex omnibus rebus generatis, tandem fieret aliquid actu infinitum. Intelligendum etiam, quod ponendo possibiles formas substantiales in eadem materia simul: sicut animam intellectiuam, vel sensitiuam, & formam mixti, non erit vniuersaliter verum, quòd generatio vnius sit corruptio alterius, quoniam in introductione animæ non corrumpitur aliqua forma substantialis præcedens, & ita est generatio sine corruptione: illa igitur propositio, scilicet generatio vnius est corruptio alterius, est intelligenda de generatione, & corruptione formarum substantialium contrariarū, scilicet, quod generatio vnius formæ est corruptio formę contrariæ præexistentis in eodem subiecto. Nec est ad intentionem phylosophi, quòd omnis generatio vnius est corruptio alterius: sufficit enim, quòd aliqua generatio sit alterius corruptio ad hoc, quòd videatur infinitum non esse actu. Intelligendum etiam, quod ex illo loco potest accipi, quòd generatio, & corruptio sunt vna mutatio: generatio enim termini, ad quem mutationis, est corruptio termini a quo: vnde sicut idem est motus, quo aliquid recedit ab vno loco, & quo tendit ad alium locum, ita est eadem mutatio, qua vna forma generatur, & qua forma contraria corrumpitur, quamuis enim generatio alicuius, & corruptio eiusdem sint contraria; tamen generatio vnius, & corruptio alterius non sunt contraria: sed sunt eadem mutatio, vt visum, & determinatum est supra primo de generatione.

Solutio tertiæ rationis per quā probat infinitū esse in actu.

Notabile primum.

Notabile secundum.

Notabile tertium.

B

C

D

Præterea: tangere, atque finitum esse, diuersa sunt. Nam illud quidem ad aliquid est: omne enim, quod tangit aliquid, tangit: atque accidit alicui finitorum. Finitum autem non est ad aliquid: neque fit, vt quod vis sine vllo discrimine quoduis tangat.

A *Amplius tangi, & finiri alterum est. Hoc quidem enim ad aliquid & cuiusdam. Tangit enim aliquid omne & finitorum alicui accidit. Finitum autem non ad aliquid est, neque tangere tangenti contingens est.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua soluitur quarta ratio probans infinitum esse in actu, & ratio est illa, omne corpus finitum finitur ad aliquid, & tunc quæritur, aut illud aliud, ad quod finitur, est finitum, vel infinitum, si infinitum, habetur propositum, si vero finitum, oportet, quod finiatur ad aliquid aliud, & quærendum est, de illo sicut prius, & sic vel esset procedere in infinitum, ita quod extra omne corpus finitum est dare aliud corpus, & sic habetur propositum, scilicet, quod aliquid est actu infinitum, vel oporteret dare, quod illud corpus, ad quod corpus animatum finitur sit actu, & hoc est propositum. Hanc rationem soluit Phylosophus d. quod non est idem finiri, & tangere aliud, siue includi ab alio: nam contactus dicitur ad aliud: quia omne tangens tangit aliquid alterum & requirit aliquod extrinsecum, quod tangat, sed finitas rei dicitur respectu suiipsius, & non in respectu alterius. Vnde illud corpus dicitur finitum, quod continetur ab vno termino, vel a terminis, quæ sunt suæ superficies, & non superficies corporum extraneorum: & ex hoc patet, quod contactus non est idem, quod finitas, & ideo non oportet, quod omne corpus finitum tangat aliquod corpus, & finiatur ad aliud corpus extra ipsum, quia corpus dicitur finitum, quia continetur terminis proprijs, & non quia finitur ad aliud corpus extrinsecum. Ad formā igitur cum dicitur, quod omne finitum finitur ad aliquid. Dico quod est verum, vel ad aliquod sui: vel ad aliquid aliud extrinsecum, sed non oporteret, quod omne finitum finiretur ad aliud extrinsecum. Et si quæratur de illo, quod finitur ad intrinsecum, ad quod illud intrinsecum finitur. Dico, quod finitur per seipsum, & non finitur ad aliud, cum sit vltimus terminus, quoniam vltimus terminus non requirit terminum vlteriorem, ad quem finiatur, sed seipso finitur.

Solutio quartæ rationis.

Atqui per absurdum est intellectioni credere. Non enim in re ipse excessus, atque defectus, sed in ipsa intellectione. Nam potest quispiam vnumquemque nostrum maiorem, quam est intelligere, augens ipsum in infinitum. At non ideo quispiam nostrum extra ciuitatem est, aut tantam magnitudinem, quam habemus, exuperat, quia quispiam sic intelligit, sed quia est, hoc autem accidit.

Intelligentiæ autem credere inconueniens est. Non enim in re abundantia, & defectus est, sed intelligentia. Vnumquemque enim nostrum intelliget aliquis multipliciter seipso augmentans in infinitum. Sed non propter hoc extra aliquid est, aut extra tantam magnitudinem quam habemus: quamuis intelligit aliquis: sed quoniam est, hoc autem accidit. Tex. c. 75.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua soluitur quinta ratio probans infinitum esse in actu, quæ ratio fuit illa. Contingit imaginari extra mundum aliquod corpus vacuum, & extra illud corpus, vel vacuum contingit imaginari aliud corpus, & sic in infinitum, cum igitur imaginatio non decipit, sequuntur, quod extra omne corpus sit aliquod corpus aliud, & per consequens aliquid est infinitū in actu. Huic rationi respondet Phylo. dicens, quod inconueniens est credere intelligentiæ, idest imaginationi, quoniam aliquis potest imaginari vnumquemque nostrum esse maiorem, quam sit, nec propter hoc sequitur, quod aliquis nostrum sit maior quam est, vnde imaginatio sequitur rem extra, ita quod quanta res potest esse, tanta potest imaginari, sed res nō sequitur imaginationem, quia oportet, quod quanta res potest imaginari, quod tanta sit in re.

Solutio quintæ rationis.

Tempus autem & motus sunt infinita, & intellectio eo non permanente, quod sumitur.

Tempus autem & motus infinita sunt, & intelligentia non permanente, accepto. A

CVm Phylosophus narrauit, quod res non sequitur imaginationem vniuersaliter, narrat, quæ sunt illa, quæ sunt infinita in esse, sicut, & in imaginatione. d. quod tempus, & motus sunt infinita secundum esse, sicut sunt infinita in imaginatione, sed quod ista conueniant, scilicet, imaginatio, & esse, hoc est per accidens.

Magnitudo vero, neque diuisione, neque incremento intelligibili est infinita.

Magnitudo autem, neque diuisione, neque intelligibili augmentatione infinitum.

SEd magnitudo non est diuisibilis, sup. in partes eiusdem quantitatis, nec etiam in esse, nec in imaginatione uera, quamuis in esse sit diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis vnde aliqui dicunt, φ Phyl. soluit hic primam rationem, & secundam, quæ sunt de tempore, & de diuisione B magnitudinis, sed siue soluit hic, aut non, non est ad præsens curandum, quia solutiones illarum rationum patent ex præcedentibus.

Sed de infinito, quonam pacto est, & non est, & quid etiam est, satis iam diximus.

Sed de infinito quidem quomodo est, & quomodo non est, & quid est: dictum est.

HIc Phy. recapitula, & ponit quinta pars principalis huius capituli: in qua dicit Phylosophus sic, quod de infinito quomodo est, & quomodo non est, & quid est: satis dictum est.

LIBER QVARTVS.

TRACTATVS PRIMVS.

DE LOCO, AN LOCVS SIT, ET QVOMODO EST, ET QVID EST,

An locus sit. Cap. I.



T autem de infinito sic de loco necesse est Phylosophum naturalem si sit nec ne: & si sit, quonam sit modo: quidq; etiam sit cognoscere.

Tex. co. 1.



Imiliter autem necesse est Physicum, & de loco sicut, & de infinito considerare, si est, aut non: quomodo est, & quid est. D



STE est liber quartus, in quo perscrutatur de lo lo, vacuo, & tempore, & continet tres Tractatus. Quoniam in primo determinatur de loco. In secũdo determinatur de vacuo: & incipit ibi. [Eodem autem modo.] In tertio vero Tractatu determinatur de tempore, & incipit ibi. [Consequens autem.] Primus Tractatus continet 7. ca. Quoniam in primo inquiritur, an locus sit. In secundo ibi [Quoniam autem quidem.] Inquiritur disputatiue, quid sit locus. In tertio ibi. [Post hoc autem.] Perscrutatur de modis dicendi in: ut per hoc videatur quot modis esse di in: corpus dicitur esse in loco. In quarto ibi [Quod autem formę.] Ponuntur suppositiones de loco, & alia necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci, vt per hoc pateat quomodo locus est. In quinto vero ibi. [Iam igitur manifestum.] Inuestigatur & concluditur diffinitio loci de loco. In sexto ibi. [Cumquidem igitur.] Ostenditur, quomodo diuersa diuersimode sunt in loco. In septimo ibi. [Manifestũ autem est ex his.] Soluitur quædam dubitatio circa esse loci.

A Primum igitur cap. in quo inquiritur, an locus sit: continet tres partes principales, quia in prima Phyl. ponit intentionem suam, & difficultates, quæ accidunt circa intentionem eius. In secunda ibi. [Quod quidem igitur locus est.] Ponit rationes probantes locum esse. In tertia ibi. [At uero habet defectum] Ponit rationes probantes, locum non esse. Prima igitur pars est partim declaratiua, & partim narratiua. Secunda igitur pars est partim inquisitiua, & partim declaratiua. Tertia autem est inquisitiua. In prima igitur parte principali huius cap. phylosophus proponit intentionem suam & continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, quod determinandum sit de loco. In secunda ibi. [Habet enim multas.] Narrat difficultatem circa locum. In prima igitur particula huius partis Phylosophus proponit intentionem suam dicens, quod sicut naturalis habet considerare de infinito, ita, & de loco, & proponit tria, quæ consideranda sunt de loco. Quorum primum est, an locus sit. Secundum est, quomodo locus sit: & hoc quantum ad conditiones, & proprietates eius. Tertium vero est, quid sit locus. Sic igitur apparet, quod in determinando de loco, est considerandum de tribus. s. de esse loci, & de proprietatibus, & conditionibus loci, & de quidditate loci.

Tria sunt consideranda de loco Primum. Secũdum. Tertium.

B

Nam omnes ea, quę sunt, alicubi esse existimãt: quia id, quod non est nusquam est. Vbi namque hippocentaurus est, aut chimera?

Et ea namque quæ sunt: omnes opinantur alicubi esse. Quod enim non est, nusquam est. Vbi enim est tragelaphus, aut phlegias? Tex. co. 2.

CVm Phylosophus proposuit, esse determinandum de loco, declarat, quod ad naturalem pertinet cõsiderare de loco, & hæc est prima conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. Et primo per rationem famosam. Secundo vero per rationem naturalem. Ratio igitur famosa est illa, quod omnes antiqui opinati sunt, locum esse necessarium in esse cuiuslibet entis, nam dixerunt, quod omnia, quæ sunt: sunt alicubi, idest, in aliquo loco, & illorum ratio fuit illa, quia omne, quod non est, non est in loco, ut patet. quia tragelaphus, C & phlegias: quia non sunt non sunt in loco: cum igitur omne, quod non est: non est in loco, sequitur secundum eos, quod omne, quod est, sit in loco, & per consequens oportet naturalem considerare de loco, ex quo locus est necessarius, in esse cuiuslibet entis.

Prima conclusio huius libri.

Communis quoque maxime, atque proprijssimus motus, quem lationem appellamus. loco sanè accommodatur.

Et de motu, qui cõmunis maxime, & magis proprius secundum locum est, quem vocamus loci mutationem.

SEcundo probatur eadem conclusio per rationem naturalem sic: naturalis habet considerare de motu: & maxime D habet considerare de motu, qui est communissimus, cuiusmodi est motus localis: omne enim mobile quocunque motu est mobile motu locali, & non econuerso, ideo motus localis est communissimus, & sine eo non est aliqua res naturalis, est etiam prior cæteris motibus. s. secundum tempus, & secundum causam, vt dicit Commen. sed motus localis non potest esse sine loco. ergo naturalis habet considerare de loco: Vnde potest sic argui, quicunque habet considerare de motu locali, habet considerare de loco, sed naturalis habet considerare de motu locali: igitur etiam habet considerare de loco. Notanda sunt hic quatuor. Primo est notandum secundum Commen. quod Phylosophus non intendit perscrutari de esse loci secundum demonstrationem, sed secundum rationes dialecticas, & huius rationem assignat, & est: quia locum esse est per se notum, & illud, quod est per se notum, non debet demonstrari, potest tamen ratione dialectica persuaderi. Secundo est notandum secundum Commen. quod aliqua sunt entia, quæ non sunt in loco, ut substantiæ separatæ a materia, & ideo opinio antiquorum erat falsa, qua s. opinati sunt, quod omne quod est, est in loco. Tertio notandum est, quod antiquorum ratio non ualet, uidelicet. illa, omne, q? non est, nõ est in loco. ergo si aliqd est, illud est in loco, qa arguitur eodem

Primum notãdum. Secũdum. Tertium.

eodem ordine affirmatiue, & negatiue, & ideo est fallacia consequentis, arguendo ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, vnde ratio antiquorum erat hypothetica conditionalis, & erat talis: si aliquid non est: illud non est in loco: igitur si aliquid est: illud est in loco: sed hic est fallacia consequentis. s. arguendo a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, vt patet manifestè. Quarto notandum est, quod secundum veritatem, si locus esset necessarius in esse cuiuslibet entis, quod ex hoc non sequitur, quod naturalis habeat considerare de loco: sed magis sequeretur, quod primus Phylosophus haberet considerare de loco: tamen, quia antiqui posuerunt, quod nulla sunt entia, nisi sensibilia, & naturalia: & sic quod scientia naturalis est prima phylosophia secundum opinionem antiquorum: bene sequitur, quod, si omne ens indigeat loco, quod naturalis habet considerare de loco.

Quartū.

Complures autem dubitationes emergunt, quidnam sit ipse locus. Non enim idem ex omnibus, quæ ipsi competunt: contemplanti videtur. Præterea nihil ab alijs: aut dubitatum de ipso: aut inuentum habemus.

Tex. cō. 2.

Habet autem multas dubitationes, quid forte sit locus. Non enim eadem videtur considerationibus, & omnibus, quæ insunt. Amplius autem, neque habemus aliquid ab alijs, neq; prædubitatum, neque bene exquisitum de hoc.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua narrantur difficultates circa locum, & causæ difficultatis, & dicit Phylosophus sic multæ sūt dubitationes, & difficultates in perscrutando, quid est locus: & huius difficultatis duplex est causa, videlicet, vna intrinseca: alia vero extrinseca: causa intrinseca est ex ipsa natura loci: quia ex quibusdam, quæ competunt loco, potest apparere locum esse aliquid, & ex alijs, quæ ei competunt, potest apparere locum non esse talem, & sic ex his, quæ competunt loco, intrinsecè accidunt difficultates, sed causa extrinseca propter quam accidūt difficultates circa perscrutationem de loco C est, quia nullus antiquorum ante tempus Arist. dixit aliquid multum de loco, nec disputatiuè, nec dubitatiue, nec subtiliter, nec veraciter inquirendo naturam loci, & hæc est causa extrinseca difficultatis in consideratione loci: quia si aliquid, qui præcesserunt Aristotelem, multum inquisiuissent de natura loci, facilius fuisset Phylosopho determinare de loco, & hæc est causa extrinseca, quia non est ex ipsa natura loci: sed est negligentia antiquorum, qui nihil dixerunt de loco, neqȝ quod faceret dubitare de eius esse, nec inuenerunt aliquid de cognitione substantiæ eius. Notanda sunt hic duo secundum

Notandū primum.

Commen. primo: quod locus non est vnum dictum vniuoce in omnibus corporibus naturalibus, sed dicitur multipliciter, & scire quidditatem huiusmodi entium. s. multipliciter dictorum est difficile, quia appropinquat ei, quod non habet rationem veram, & ideo latet nos, sed diffinitio communis declarat hanc naturam communem. Intelligendum tamen, quod locus non est aliquid dictum æquiuocè, quia locus habet vnam diffinitionem communem, vt dicit hic Commen. sed esse in loco attribuitur corporibus naturalibus, quasi æquiuocè, vnde Commen. non intendit, quod locus sit dictus multipliciter, sed, quod esse in loco attribuitur corporibus naturalibus, D quasi æquiuocè, quia suprema sphæra est æquiuocè in loco com alijs corporibus, quia non continentur a loco: sicut alia corpora, vt videbitur postea, sed si Commen. intelligit, quod locus dicitur multipliciter, non debet intelligi, quod locus sit propriè æquiuocum: sed est analogum, dictum de diuersis secundum prius & posterius. Secundo est notandum secundum

vide 6. m. c. 1. & primo de anima c. 5. de regulis diffini.

Notandū secundū.

Com. quod huiusmodi diffinitiones. s. ambiguæ de difficili inueniuntur per regulas dantes diffinitiones, quæ sunt tres, videlicet, diuisio, compositio, & demonstratio, & ita habetur hic, quod tres sunt viæ inuestigandi diffinitionem. s. diuisio compositio, & demonstratio, & per demonstrationem non intelligit demonstrationem simpliciter, quæ est simpliciter ex prioribus, sed per demonstrationem intelligit demonstrationem, quæ dicitur signum, quæ est a posterioribus, & accidentibus, quoniam substantiæ, & quidditates rerum naturalium non possunt sciri a nobis, nisi a posterioribus, & accidentibus: vt dicit Commen. 6. metaphy.

A Esse autem locum ex translatione patere videtur: vbi namq; nūc est aqua: hic rursus est aer: hinc egressa illa tanquā ex vase. Nonnunquam ēt eūdē hunc locum aliud corpus quippiam occupat: hoc autem ab his omnibus, quę insunt, atq; mutantur diuersum esse videtur. In quo namq; nūc est aer: in hoc prius fuerat aqua. Quare patet locum, & receptaculum ipsum aliud, quid esse ab vtrisque ad quod, & ex quo sunt mutata.

Tex. cō. 3.

Quod quidē igitur locus sit: videtur ex trāsmutatione manifestū esse. Vbi namq; nunc est aqua, hinc exeūte sicut ex vase; iterum aer inest: quando aūt eundem locū hunc aliud aliquid corporum detinet: hoc ab his quę insunt, & commutantur alterum omnibus esse videtur. In quo.n. aer est nunc: aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est, quod erat locus aliquid, & receptaculum alterum B *ab vtrisque in quod, & ex quod mutatum est.*

HÆc est secunda pars principalis huius ca. quæ quasi est tota inquisitiua, in qua Phyl. probat locum esse, & continet quatuor particulas, prout quatuor rationibus probat suum propositum. Secūda ibi. [Amplius autem loci.] Tertia ibi. [Amplius vacuum.] Quarta ibi. [Videtur autem.] In prima igitur particula huius partis Phyl. probat locum esse aliquid distinctum a corporibus locatis, & ita probat locum esse aliquid, & hoc sic. illud, in quo corpora sibi inuicem succedunt, est aliquid distinctum ab eis, sed in loco corpora locata sibiinuicem succedunt: ergo locus est aliquid distinctum a corporibus locatis, & per consequens locus est: maior est manifesta & minor apparet, quia in eodem loco, in quo nunc est aqua, postea erit aer. Dicit igitur Phyl. quod manifestum est ex transmutatione locali, quod locus est: nam ubi est aqua nunc, aliquando exeunte aqua de loco illo, sicut de vase, intrat aer, & aliquando intrat aliud corpus: sed illud, quod sic diuersa corpora successiuè, quæ sibi mutuo succedunt in eodem loco, est aliud ab illis: igitur locus est aliquid aliud a locato C idest ab illo, quod recipit, & ab illo, quod de nouo recipitur. Vnde ex hoc loco accipitur vnum commune dictum. s. quod transmutatio localis facit scire locum esse. Et ex isto eodem loco accipitur vnum aliud famosum dictum. s. quod diuersa corpora sibiinuicem succedunt in eodem loco secundum numerū: sed illa propositio, cum hoc, quod est famosa, est etiam falsa, ut postea videbitur: nec sunt omnes propositiones veræ, quibus Phyl. in parte inquisitiua seu disputatiua vtitur, nec sunt conclusiones signandæ in parte inquisitiua, nam Phyl. inquirendo, & disputando probat vtramque partem contradictionis, & impossibile est, utramque partem contradictionis esse conclusionem demonstratiuam, quia sic vtraque pars contradictionis esset simul vera, quod est impossibile: ideo in parte inquisitiua non signo conclusiones. Sed quia dicit Commen. hic, quod idem locus numero recipit successionem duorum corporum, & hoc cum hoc, quod est famosum est etiam notum per se. Dicendum, quod accipiendo locum pro vltimo corporis continentis, sic non est uerum, quod idem locus numero recipiat diuersa corpora successiue, ita quod maneat idē locus numero, quantum ad omnem eius partem, tamen idem locus numero manens idem secundum partem potest recipe- D re diuersa corpora successiue, & hoc est se notum. Et similiter accipiendo locum pro corpore locante, sic est famosum, ex notum per se, quod idem locus recipit successionem duorum corporum, & hoc forte intellexit Commen.

Prima rō probans locum esse aliquid.

Expositio Commē. Intelle. huius expositionis

Præterea corporū naturaliū atq; simplicium ve ignis, terræ, ac talium latione nō solū aliquid esse locum; sed ēt habere quandam potentiam indicant. Fertur n. vnumquodq; suum ad locū: aliud sursum: aliud deorsum, nisi prohibeantur. Hæc autem loci sunt partes, & species: supra, inquam, ac infra, cæteræque quatuor differentiæ.

Tex. cō. 4.

Amplius aūt loci mutationes Physicorum corporū, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talium: nō solū ostēdunt, quod aliquid est locus, sed quia & habet quandam

sem-

potentiam locus. Fertur .n. vnumquodque in sui locum non prohibitum. Hoc quidem sursum: illud autem deorsum. Hę autem sunt loci partes, & species: sursum, & deorsum: & reliqua sex distantiarum.

Secunda ratio probans locũ esse.

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua ponitur secunda ratio probans locũ esse: & continet duas partes: quoniam in prima ex diuersitate motuum naturalium ad locum probat locum esse. In secunda ibi. [Sunt autem hæc:] Declarat, quæ sunt species loci naturalis. In prima parte huius particulæ ponitur secunda ratio quæ accipitur e diuersitate motuum naturalium corporum simplicium, quæ ratio est illa. Illud, ad quod mouentur corpora naturalia tanquam ad aliquod conueniens, & saluatiuum eorum est in rerum natura: sed ad locum mouentur corpora naturalia, tanquam ad aliquod conueniens, & saluatiuum eorum: igitur locus est aliquid in rerum natura. Vel potest formari ratio sic. [Illud, ad quod mouentur corpora naturalia, est aliquid in rerum natura: sed ad locum mouentur corpora naturalia, ut patet manifestè: nam ignis sursum mouetur, & terra deorsum. ergo. Intelligendum hic, quod ex diuerso modo translationis corporum simplicium Phylosophus concludit tria. Primo, locum esse in rerum natura. Secundo, quod oportet locum habere potentiam naturalem conuenientem ei, quod mouetur ad ipsum. Tertio, ex hoc quod aliquod corpus simplex, mouetur superius: & aliquod inferius: concludit, quod superius, & inferius sunt differentiæ contrariæ loci, in quas locus diuiditur, sicut in duas differentias.

Ex hac rõne Phyl. concludit tria.

Primum.

Dicit igitur Phylosophus primo, quod transmutationes corporum naturalium simplicium, ut ignis, terræ, & talium non solum ostendunt, quod locus est aliquid: sed etiam ostendunt, quod locus habet potentiam, & virtutem conseruatiuam corporum: quoniam huiusmodi transmutationes, vt ignis superius, & terræ inferius ostendunt locum esse aliquid: vt ostensum est: quia illud, ad quod corpora naturalia mouentur naturaliter, est aliquid: sed locus est huiusmodi.

Secundũ.

Ostendunt etiam locum habere quandam potentiam naturalem conuenientem ei, quod mouetur ad ipsum, quia unumquodque corpus naturale non prohibitum non fertur in suum locum proprium: nisi propter quandam conuenientiã quam habet ad locum suum magis, quam ad alium, vt ignis sursum, & terra deorsum: sed corpus naturale non magis fertur ad vnum locum, quam ad alium, nisi propter conuenientiam, quam habet magis ad locum suum, quam ad alium. ergo. Locus igitur proprius corporis est magis conueniens corpori, quam alius locus: sed hęc conuenientia non est, nisi propter potentiam naturalem existentem in isto loco: igitur locus habet potentiam naturalem ratione, cuius est conueniẽs locato, & perfectio eius: quoniam aliter non magis moueretur corpus naturale ad vnum locum, quam ad alium.

Tertium.

Tertio vero ex hoc, quod aliquod corpus simplex mouetur ad superius: & aliquod ad inferius: concludit Phylosophus, quod sursum, & deorsum: & reliquæ quatuor differentiarum. s. dextrum, & sinistrum: ante, & retro: sunt partes, & species loci, in quas diuiditur. sicut genus diuiditur in suas specificas differentias: & hoc tertium videtur sequi ex secundo: quia ex quo locus habet potentiam naturalem conuenientem corpori simplici, quod mouetur ad ipsum, & cum corpora simplicia: vtputa ignis aer, &c. distinguantur specificè: oportet, quod in locis eorum corporum simplicium sint uirtutes secundum speciem distinctę, seu potentię: & sic sicut corpora localia distinguuntur specie: ita loca eorum, ut sursum, & deorsum ante, &c. distinguuntur specie: & sic sursum, & deorsum sunt distinctæ species loci. Notandum secundum Commen. hic, quod Phylosophus dicit hic: quod sursum, & deorsum: ante, &c. sunt partes, & species: ne aliquis per partes intelligat partes quantitatiuas, & non partes secundum formam. unde istæ sex differentię, scilicet, sursum, & deorsum: ante, & retro: dextrum, & sinistrum sunt species loci, & partes secundum formam, & non sunt partes quantitatiuæ.

Suntq. hæc: dextrum inquam, atq. sinistrum, & supra, ac infra: non solũ nostra ex parte: ad nos. n. nõ semper est idem: sed fit, ut vertimur, positione. Quocirca sæpe idẽ dextrum est, atq. sinistrum, & supra ac infra, & ante & retro. Sed etiã ex ipsa natura: vbi distinctum est sursum vtrunq. Non enim quoduis est ipsũ supra: sed id, quo fertur ignis, ac leue. Similiter & infra nõ est quoduis: sed id, quo ea, quæ põdus habẽt: & terrea pergũt. Quibus patet hæc non solum positione: sed vi quoq. differre.

Tex. cõ. 5.

Sunt huius non solũ ad nos: dextrorsum, & sinistrorsum; sursum & deorsum. Nobis quidẽ enim non semper idem; sed secundum positionem, quocunque vertamur fit; propter quod idem multotiens dextrum & sinistrũ; sursum & deorsum, & ante & retro. In natura autem determinatum est sursum vnumquodque. Non enim quoniam contingit sursum est, sed vbi fertur ignis leue. Similiter autem & deorsum, non quia contingit, sed vbi habentia grauitatem & terrena tanquam non positione solum differentia, sed potentia.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli. in qua Phylosophus declarat, quæ sunt species loci naturalis ostendens, quod sursum, & deorsum: ante, &c. quæ sunt spẽs loci naturalis non sunt illa, quæ sunt respectu ad nos sed sunt habentia esse naturaliter: hęc igitur pars continet duas particulas secundum quod dupliciter Phylosophus probat propositum suum. Secũda ibi. [Ostendunt autem.] In prima igitur particula huius partis Phylosophus probat, quod superius, & inferius. dextrũ. &c. quæ sunt species loci naturalis non sunt illa, quæ solum dicuntur in respectu, quo ad nos: hęc est secunda conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter: & primo sic. sursum, & deorsum: dextrum, &c. quę sunt species loci naturalis semper manent idem: sed sursum, & deorsum, &c. quæ dicuntur solũ in respectu quo ad nos non semper manent idem. quoniam illud, quod nunc est sursum in respectu ad me iam me mutato erit deorsum in comparatione ad me: & illud idem, quod nũc est dextrum in comparatione ad me iam me mutato in comparatione erit sinistrum, & sic illa, quæ sunt species loci naturalis non sunt illa, quæ dicuntur in respectu quo ad nos. Deinde narrat Phylosophus, quia locus est locus naturalis, sursum, & quis deorsum dicens, quod non omnis locus indifferenter est locus naturalis sursum, sed locus naturalis sursum est locus ad quem naturaliter fertur ignis, nec omnis locus indifferenter est locus deorsum, sed solum locus, ad quem naturaliter feruntur grauia: est locus deorsum, & ex hoc apparet. quod locus sursum. & locus deorsum non differunt solum positione, & situ, sed etiam differunt potentia, & uirtute. Sed hic sunt quędam notandã, & quędam dubitanda. notanda sunt tria. Primo est notandum secundum Phylosophum, quod istæ differentiæ positionis, scilicet. sursum, & deorsum, &c. sumuntur dupliciter, videlicet, naturaliter, & absolute, & in respectu ad nos, vnde istæ differentiæ acceptæ naturaliter, & absolute semper manent eædem, nec transmutantur ad nostram transmutationem: sed semper manent in eodem situ sed istæ differentiæ acceptæ respectu ad nos variantur secundum transmutationem nostram, quoniam illud, quod nunc est sursum in comparatione ad me, potest esse deorsum respectu mei per mutationem meam. Secundo est notandum secundum Commen. quod superius, & inferius sunt dupliciter, quoniam aliqua sunt quæ sunt in respectu ad nos absque eo, quod habent esse extra animam in se: & alia quæ habent esse naturaliter, & sic videtur Commen. dicere, quod sursum, & deorsum, quæ dicentur in respectu ad nos, non habent esse extra animam: sed tamen ponendo, quod relatio habet esse extra animam potest esse, quod Commen. intelligit, quod sursum, & deorsum, quæ dicuntur in respectu ad nos, non habent esse extra animam naturaliter, & absolutè, & sic intelligit Commen. quando dicit, quod sursum, & deorsum in respectu ad nos non habent esse extra animam in se. Vnde per habere esse extra animam in se intelligit habere esse extra animam naturaliter, & absolutè, & sic habere esse in se distinguitur contra habere esse in comparatione ad aliud, quia sursum, & deorsum sic accepta solum habent esse in comparatione ad alia: ideo non habent esse extra animam in se. Tertio est notandum secundum Commen. quod illa loca naturalia, scilicet, sursum, & deorsum non sunt tantũ contraria secundum positionem, quæ contrarietas attenditur ex hoc, quia sunt in duobus extremis unius lineæ rectæ longissimæ, sed cum, hoc sunt contraria secundum potentiam: res .n. quarum substantiæ sunt similes contrariis habent substantias contrarias aliquo modo, unde quia locus sursum habet potentiam naturalem similem corpori leui, ratione cuius saluat ipsum, & locus deorsum habet potentiam naturalem con

Secunda conclusio huius lib. Eius prima ratio

Secunda ratio.

Primum notãdum.

Secũdum. notandũ.

Tertium notandũ.

uenien-

neuenientem corpori contrario, s. graui, ideo illa loca sunt contraria secundum potentias, quæ habent potentias conuenientes, & similes locatis contrarijs. Sed circa dicta Philosophi, & Com. potest dubitari.

Primum dubium circa dictũ Phyl.

Primo circa hoc, quod dicit Philosophus, quod sursum, & deorsum sunt species loci, hoc non videtur verum quia locus est superficies continens, & circundans corpus locatum, sed superficies, quæ sunt sursum, & superficies, quæ sunt deorsum non differunt specie, quia superficies est species specialissima non habens sub se aliquas species. igitur locus sursum, & locus deorsum non sunt species contrariæ loci, cuius tñ oppositum dicit Phyl. hic.

Ad primũ

Dicendum, quod locus potest tripliciter accipi. vno modo pro corpore locante, quemadmodum dicimus, quod ignis est locus aeris, & aer locus aquæ, & aqua locus terræ. Alio modo accipitur locus pro virtute conseruatiua locati. Tertio modo accipitur locus pro vltimo corporis continentis. Dico igitur, quod accipiendo locum pro vltimo corporis continentis, sic locus non habet species, imò omnia loca accipiendo locum illo modo sunt eiusdem speciei specialissimæ, sed accipiendo locum pro corpore locante, vel pro virtute conseruatiua locati, sic locus sursum, & locus deorsum sunt species loci, quia corpus locans sursum, & corpus locans deorsum differunt specie, & etiam virtus conseruatiua leuis sursum, & virtus conseruatiua grauis deorsum differunt specie, & sic intelligit Philosophus, sed de illa virtute conseruatiua locali, qualis sit postea videbitur.

Secundũ dubium.

Secundo dubitatur circa illud, quod dicitur, scilicet, quod locus ad quem fertur ignis, est locus simpliciter sursum, hoc non videtur verum, quia suprema sphæra est maxime sursum, cum maxime distet a centro, quod est simpliciter, & maxime deorsum. igitur locus ignis non est simpliciter sursum cum sit aliquid superius eo.

Tertium dubiũ circa dicta elementa.

Item dubitatur circa illud, quod dicit Com. quod sursum, & deorsum, idest, locus ignis, & locus terræ sunt in duobus extremis vnius lineæ rectæ longissimæ, hoc non videtur verum, quia est aliqua linea recta longior, quam linea protracta inter locũ ignis, & locum terræ, quoniam linea recta cuius extremitates sunt centrum, & circumferentia supremi orbis, est longior, quam linea recta, cuius extremitates sunt locus ignis, & locus terræ. ergo illa linea recta, cuius extremitates sunt locus ignis, & locus terræ non est longissima linea recta. Item diameter mundi est longissima linea recta. igitur linea recta, cuius extremitates sunt locus ignis, & locus terræ, non est longissima linea recta.

Ad scũm.

Ad primum horum est dicendum, quod simpliciter, & naturaliter sursum est duplex. s. simpliciter sursum, quod, scilicet, maxime distat a centro, & illud est simpliciter sursum in toto mundo, qui constituitur ex corporibus cælestibus, & eorum motoribus & ex omnibus elemẽtis, & mixtis, & illud simpliciter sursum est circumferentia supremi orbis. Aliud est simpliciter, & naturaliter sursum in hoc mundo inferiori constituto ex his solum, quæ sunt infra sphæram Lunæ, & illud simpliciter, & naturaliter sursum est locus, ad quem naturaliter feruntur leuia. s. locus ignis. Dico igitur, quod circumferentia supremæ sphæræ est maxime sursum in toto mundo constituto ex omnibus corruptibilibus, & incorruptibilibus, quoniam locus ignis est simpliciter sursum in hoc mundo inferiori.

Ad tertiũ.

Ad aliud dubium cum dicitur, quod locus ignis, & locus terræ nõ sunt in duobus extremis lineæ rectæ longissimæ. Dico, quod locus ignis, & locus terræ, intelligendo per locum terræ centrum indiuisibile, quod est medium totius mundi, sunt in duobus extremis vnius lineæ rectæ longissimæ in hoc mundo inferiori, cuius lineæ rectæ vnus terminus est centrum. Vnde non est maior linea recta inchoata, vel terminata ad centrum in hoc mundo inferiori, quam illa linea recta, in cuius extremis sunt locus ignis, & locus terræ, & hoc intelligit Commen. dicens, quod diameter huius mundi est maior, quam illa linea recta, in cuius extremis est locus ignis, & locus terræ, & ideo illa linea non est simpliciter longissima linea recta, sed est longissima linea recta, quæ potest describi per motum naturalium grauium, & leuium.

Indicant idipsum mathematica. Nam & si non in loco; sunt nostra tamen positione dextera, leuaque habent nihil horum habentia natura, vt solum positio ipsorum intelligatur.

Ostendunt autem & mathematica. Cum enim nõ sint in loco: tamen secundum positionem ad nos habent dextra, & sinistra. Quare solum est intelligere ipsorum positionem non habentia natura horum vnumquodque.

A IN ista parte ponitur secunda ratio probans secundam conclusionem huius libri superius positam, scilicet, quod sursum, & deorsum ante, &c. quæ sunt species loci naturalis non sunt illa, quæ dicuntur solum in respectu ad nos, & accipitur ista ratio ex differentia inter res naturales, & res mathematicas, quæ ratio est talis, illa, quæ habent illas differentias solum in comparatione, quo ad nos, sunt res mathematicæ, res enim mathematicæ non habent istas differentias positionis distinctas naturaliter ex se, sed solum habent eas distinctas per comparationem ad nos, si igitur res naturales non haberent sursum, & deorsum, ante, &c. distincta naturaliter, sed solum in comparatione quo ad nos, sequeretur, quod nulla esset differentia inter naturales res, & mathematicas, quod est impossibile, relinquitur igitur, quod illæ differentiæ, quæ sunt species loci naturalis non sunt illæ differentiæ, quæ dicuntur solum in respectu quo ad nos.

Secunda ratio.

Vel potest illa ratio formari sic. Illæ differentiæ positionis aliter competunt rebus naturalibus, & aliter competunt rebus mathematicis, sed res mathematicæ habent, vel habere possunt illas differentias per respectum ad nos, & non naturaliter. ergo res naturales habent illas differentias aliter, quam solum per respectum ad nos. B igitur res naturales habent illas differentias positionis; & per consequens illæ differentiæ positionis, quæ sunt species loci naturalis non sunt illæ, quæ dicuntur solum in comparatione quo ad nos, quoniam si sic esset, tunc illæ differentiæ, quæ sunt species loci naturalis, inessent naturaliter mathematicis, sicut & naturalibus, quod est falsum.

Primum notãdum.

Sed hic sunt tria notanda. Primo, quod res mathematicæ sunt illæ, quæ non determinant sibi qualitatem sensibilem, tamen nunquam separantur ab aliquibus, vel ab omnibus qualitatibus sensibilibus, quia per qualitates sensibiles corpora naturalia determinant sibi locum, vt graue per eius grauitatem determinat sibi locum deorsum, & leue per leuitatem determinat sibi locum sursum, ideo res mathematicæ non determinant sibi certas differentias positionis, sicut nec determinant certas qualitates sensibiles, tamen corpora mathematica determinant sibi locum, cum non abstrahunt a loco secundum Comment. primo de generatione, sed non determinant sibi certam differentiam loci, quantum magnitudo, vel figura non magis determinat sibi locum sursum, quam locum deorsum, & hæc est differentia inter corpora mathematica, & inter C corpora naturalia, quia corpora naturalia determinant sibi certam differentiam positionis, sed corpora mathematica, quamuis necessario sint in loco, non tamen determinant sibi certam differentiam positionis, vel loci, & per corpora naturalia intelligo substantiam corpoream determinantem sibi certas qualitates sensibiles, vt sunt elementa, & corpora mixta, & per corpora mathematica intelligo quantitatem longam, latam, & profundam, quæ abstrahitur ab omni qualitate sensibili. Et si dicatur, quod naturalis considerat de dimensionibus, de quibus considerat mathematicus, vt patet ex secundo huius. igitur res mathematicæ sunt res naturales, & per consequens res mathematicæ determinant sibi certam differentiam positionis, sicut & res naturales.

Res naturales possunt accipi dupliciter.

Dicendum, quod res naturalis potest accipi dupliciter, s. communiter, & proprie. Vnde accipiendo res naturales communiter, sic omne illud est naturale, de quo naturalis quoquo modo considerat, & sic concedo, quod res mathematicæ sunt res naturales, & isto modo sumendo rem naturalem, ista est falsa, videlicet, omnis res naturalis determinat sibi certam differentiam positionis, sed accipiendo rem naturalem proprie, sic solum illud est res naturalis, quod secundum, quod huiusmodi includit in se princi D pium motus & quietis, & isto modo loquendo res mathematicæ non sunt res naturales, & sic loquendo est verum, quod omnis res naturalis determinat sibi certam differentiam positionis, & nulla res mathematica determinat sibi differentiam positionis. Intelligendum, quod quamuis res mathematicæ, & res naturales proprie loquendo differant, tamen quantitas naturalis, & quantitas mathematica nullo modo differunt realiter, imò vna est linea naturalis, & mathematica, & superficies naturalis, & superficies mathematica, & corporeitas, quæ est quantitas eadem manens, & est naturalis & mathematica, & ita est de omnibus alijs, de quibus vtraque scientia considerat, nam eandem lineam, quam naturalis considerat, prout est in materia sensibili, eandem considerat mathematicus, prout abstrahitur secundum intellectum a materia sensibili, & eodem modo est de superficie, & corpore, quod est quantitas, & etiam de figuris, & de omnibus alijs, quæ possunt considerari, prout sunt in materia, & prout abstrahuntur a materia.

Secũdum notandũ.

Secundo est notandum secundum Comment. quod in corporibus

animæ.

animatis requiruntur sex partes distinctæ secundum naturam, videlicet, sursum, & deorsum, ante, & retro: dextrum, & sinistrū, sed in inanimatis non inueniuntur sex partes distinctæ secundum naturam, sed solum sm existimationem, ita ꝙ non sunt extra animam, sicut sunt in anima, & eodem modo, sicut dicit Com. est de corporibus mathematicis, scilicet, ꝙ in illis non sunt illæ sex partes existentes extra intellectum, secundum ꝙ sunt mathematica, & manifesta est sententia Com. Et intelligo, ꝙ neq; in corporibus naturalibus inanimatis, neq; in mathematicis sunt illæ sex differentiæ naturaliter distinctæ extra intellectum, sunt tñ partes realiter distinctæ in comparatione ad nos, & in comparatione ad cælum, nulla tñ vna pars in inanimatis, nec in mathematicis est de natura sua magis dextra, quam sinistra, sed quælibet pars pōt indifferenter esse dextra, vel sinistra in comparatione ad nos, & in comparatione ad cælum.

Idem 3. phy. c. 34. & 2. cæl. com. 9.

Tertium notandū. Tertio est notandum secundum Com. hic, ꝙ non eodem modo inueniuntur istæ differētiæ. s. sursum, & deorsum in corporibus naturalibus, & aliæ quatuor differentiæ, scilicet, ante, & retro, dextrum, & sinistrum, quia dextrum, & sinistrum, ante, & retro, solum inueniuntur in mūdo sm ꝙ sunt partes, nō secundum, ꝙ sunt vbi, sed sursum, & deorsum inueniuntur in mundo secundum ꝙ sunt partes, & sm ꝙ sunt vbi & Com. dicit, ꝙ Phyl. exponit hoc in capitulo de infinito. Ad cuius euidentiam intelligēdum est, ꝙ in mundo sunt duo loca extrema distincta, quæ loca non sunt partes aliorum locorum, sed vterque est locus completus, vt locus sursum, & locus deorsum, est tota superficies concaua orbis Lunæ, & locus deorsum est locus, sursum, locus terræ, ideo omne corpus naturaliter mouetur sursum, vel deorsum, sed dextrum, & sinistrū, ante retro, nō sunt loca totalia, sed sunt partes locorū. Et ꝓꝑ hoc ad istas differentias positionis. s. ante, & retro, dextrum, & sinistrum, non mouentur corpora naturaliter, cum illæ differentiæ non sint loca totalia, sic igitur apparet, ꝙ ante, & retro, dextrum, & sinistrum sunt distincta realiter. s. sm ꝙ sunt partes, nō secundū ꝙ sunt vbi. s. totalia, sed inferius, & superius distinguuntur sm ꝙ sunt partes mundi, & ēt secundum ꝙ sunt totalia, nam dextrum, & sinistrum: ante, & retro sunt partes loci, sed sursum, & deorsum sunt loca totalia, vnde vna determinata pars cōcaui orbis Lunæ est ante, & alia retro, sed vna est dextra, & alia sinistra, sed totum concauum orbis Lunæ est locus sursum, & totus locus terræ est locus deorsum, & etiam vna pars loci terræ est dextra. s. illa quæ situatur versus partem cæli dextram, & alia sinistra, vt illa quæ situatur versus sinistram partem cæli, & eodem modo est de ante, & retro.

Dubium. Sed dubitatur, quia sicut dextrum, & sinistrum: ante, & retro: sunt partes determinatæ in cælo, ita sursum & deorsum, sunt determinatæ partes in cælo. vnde non quælibet pars orbis est sursum, sed vna determinata pars est sursum, & alia deorsum, vt patet ex secundo cæli. ergo sursum, & deorsum distinguuntur secūdum, ꝙ sunt partes, quia non sunt nisi partes orbis.

Tex. c. 38. Solutio. Dicendum, ꝙ in mundo contingit dupliciter assignare sursum, & deorsum, vno modo sm ꝙ mundus est animatus, siue sm ꝙ principalior pars mundi. s. cælum est animatum, & illo modo sursum, & deorsum dicuntur secundum, ꝙ sunt partes, & non secundum ꝙ sunt vbi, quia secundum ꝙ cælum est animatum vna eius pars determinata est sursum, & alia deorsum, & vna dextra, & alia sinistra, & nulla illarum partium est locus totalis, sed quælibet illarum partium est pars loci. Alio modo accipiuntur sursum, & deorsum secundum ꝙ sunt termini motuum naturalium rectorū, illo modo in cælo non est locus deorsum, sed locus deorsum est locus terræ, & locus sursum est tota superficies concaua orbis Lunæ. Dico igitur, ꝙ sursum, & deorsum, quæ sunt partes cæli secundum ꝙ cælum est animatum non magis sunt loca, quam dextrum, & sinistrum, imò sunt partes loci sursum, qui est terminus motus naturalis ignis, & illud sursum, quod est terminus motus naturalis ignis est locus totalis, & non est pars loci, est tamen pars mundi. Vnde posset, & breuiter sub aliis verbis dici, ꝙ sursum est duplex, vt sursum, quod est locus, & sursum, quod est pars, dextrum vero, & sinistrum, ante, & retro, non sunt loca, sed solum partes, vt visum est.

Notabile. Sciendum tñ est, ꝙ in rebus animatis, quæ sunt hic illæ sex differentiæ sunt partes distinctæ, & in illis partibus sunt distinctæ, siue diuersæ partes vbi illius totius, & nulla istarum partium est vbi, nec in aliqua istarum partium est totum vbi, sed totum vbi est in toto animato, & partes vbi sunt in partibus animati, & eodem modo est in cælo secundum, ꝙ cælum est animatum. s. quod illæ sex differentiæ sunt partes vbi, siue loci, sed secundum ꝙ cælum, quod est pars vniuersi continens hunc mundum inferiorem, sic tota superficies concaua orbis lunæ est sursum, & sic patet differentia inter sursum cæli, quod est locus, & sursum cæli, quod est pars omnium pars cæli, quæ est circa polum meridionalem est sursum, quod est pars & tota concauitas est sursum, quod est locus. vnde de his differentiis positionis multa alia dixi in capitulo de infinito, ideo hic pertransco.

Præterea qui vacuum esse dicunt, locum asserunt esse. Vacuum enim locus erit sane corpore carens. Locum igitur aliquid esse præter corpora ipsa, & omne corpus sensibile esse in loco, per hæc quispiam sane putabit.

Amplius vacuum affirmantes locum dicunt esse. Vacuum enim erit vtique locus priuatus corpore. Quod quidem igitur sit aliquid locus præter corpora, & omne corpus sensibile in loco est, per hoc aliquis concipiet. Tex. cō 6. Vacuū est locus priuatus corpore.

Hæc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio famosa probans locum esse, quæ ratio est ista, vacuum est, sed vacuum est locus. igitur locus est. maior est famosa. minor vero probatur per diffinitionem famosam vacui, quæ est, quod vacuum est locus priuatus corpore. Tertia ratio probās locū, esse.

Primum notan. Notanda sunt hic duo secundū Commen. primo, quod illa ratio est famosa, & ei accidit, quod fuerit non vera, sed sic non accidit duabus rationibus præcedentibus: quia cum hoc, quod sunt famosæ, sunt etiam veræ. Hæc Commen. Vnde illa ratio est famosa non vera, quia accipit duo falsa, videlicet, quod vacuum est, & quod vacuum est locus, sed aliæ duæ rationes sunt veræ, quia non accipiunt, nisi veras propositiones secundum intellectum superius expositum.

Secūdum notan. Secundo est notandum secundum Commen. breq; quod quamuis falsum sit vacuum esse, tamen ponentes mundum, secundum se totum de nouo generari, necessario habent concedere vacuum esse, & quod vacuum præcedit mundum. Vnde dicit Commen. quod loquentes suæ legis dicunt vacuum esse, quia generant mundum de nouo. Intelligendum tamen, quod si mundus secundum se totum esset in loco per se continente totum mundum, vt posuerunt saraceni, de quorum lege fuit Commen. tunc esset necesse ponere vacuum, quia si totus mundus generaretur de nouo, & nihil aliud generaretur, nisi mundus, & partes mundi: cum nec totus mundus, nec aliqua pars mundi possit esse locus totius mundi, sequitur, quod locus totius, scilicet, mundi præcessit mundum, cum nihil generaretur de nouo, nisi mundus, & partes eius per positum, sed ante generationem mundi non fuit aliquod corpus replens totum, in quo modo est mundus. ergo ante generationem eius fuit locus priuatus corpore, & per consequens fuit vacuum, sic igitur apparet, quod ponentes totum mundum esse per se in loco, & etiam de nouo generari habent ponere vacuum, sed recte, Phylosophantes, & loquentes nostræ legis, qui ponunt totum mundum non esse per se in loco, sed solum per partes, vel per accidens, non habent ponere vacuū, quia non ponunt locum præcedere generationem mundi: sed dicunt locum simul generari cum mundo.

Dubium. Sed dubitatur, quia ponentes mundum de nouo generari habent dicere, ꝙ sicut Deus creauit mundum discontinuum in partibus, propter quarum discontinuationem partes mundi sunt per se in loco: ita deus potuit creasse unum corpus continuum omnino in omnibus partibus, ita, quod nihil aliud creasset, quam illud rotundum continuum. ponamus igitur, quod Deus, qui creauit istum mundum, creasset loco istius mundi unum corpus rotundum omnino cōtinuū, & cum oē corpus sit in loco, illud corpus rotundum etiam fuisset in loco, & nō per partes, quia nulla pars esset in loco: cum locus sit continens diuisum, & illud corpus est omnino continuum. ergo relinquitur, qđ illud corpus sit in vacuo, & sic generantes mūdum habent ponere vacuum.

Solutio. Dicendum, quod loquentes cuiuslibet legis dicunt, quod Deus posset creare unum tale corpus rotundū omnino continuum replens omne spatium huius mundi, quo supposito loquentes physice habent dicere, quod illud corpus non esset in loco, quia posset esse in loco per partes, nec per vltimum corporis continentis, quia supponitur, quod nihil sit extra continens, unde non est do ratione corporis esse in loco. Et si dicatur, quod Deus posset mouere illud corpus localiter, & hoc circulariter, uel motu recto transferendo illud ad illud spatium, & omnis motus localis requirit locū. igitur posito tali corpore solo, oportet ponere locum, & non nisi locū, qui primo erat vacuus, quia supponimus, qđ Deus creat tale corpus, & nil aliud, & sic non creat locū talis corporis. &

per

per consequens ille locus præfuit primatus corpore. Dicendum, quod ponendo tale corpus continuum, & nihil extra illud continuum, Deus non posset illud corpus mouere motu recto, nisi crearet locum nouum, ad quem moueretur, nec etiam Deus posset mouere illud corpus motu circulari, vel si moueret illud circulariter, ille motus non esset localis, sed magis situalis. Difficile tamen vt mihi videtur est vitare, quin loquentes nostræ legis, & generantes mundum habeant ponere vacuum extra mundum, quia ipsi dicunt, quòd sicut Deus creauit hunc mũdum, ita potest creare alium mundum, ponamus igitur, quòd creat alium mundum, quæro, aut inter connexitates istarum sphærarum illorum mundorum est aliquid medium, vel nihil. si aliquid, illud est vacuum, cum sit quoddam diuisibile, in quo non est corpus, est tamen receptiuum corporis, si autem nihil est medium, aut igitur tangent se in puncto tantum, vel in aliquo diuisibili, non in puncto tantum, quia sic inter quæcunque non diuisibilia istarum circumferentiarum est aliquod diuisibile medium, & non nisi vacuum. ergo, si vero dicitur, quod tangunt se in aliquo diuisibili, hoc non potest dari. quia impossibile est sphæricum tangere sphæricũ secundum diuisibile. quia superficies tangens superficiem conuexam in aliquo diuisibili, quantum ad illam partem, secundum quam tangit est concaua, & sic vltima superficies sphæræ esset concaua, quod est impossibile, & sic videtur, quod loquentes nostræ legis habeant necessario ponere vacuum, sed de hoc magis dictum est in primo cæli. A B

Rectè etiam Hesiodus videbitur dicere, faciens ante omnia chaos Dicit enim ante chaos, post hoc facta est latissima tellus, propterea quod primo receptaculum hisce, quæ sunt fuisse oportebat, quia putabat (vt multi) cuncta alicubi esse, atq; in loco.

Videtur autem & Hesiodus rectè dicere faciens primum chaos. Dicit quidem igitur omniũ primum chaos factum, postea vero terram latam, tanquam indigeret primum esse receptaculum his, quę sunt, propter id quod opinati sunt, quemadmodum multi omnia alicubi, & in loco esse.

C

Quarta ratio famosa probãs locũ esse.

HÆc est quarta particula secundæ partis principalis huius cap. in qua ponitur quarta ratio probans locum esse, & continet duas partes, quia in prima ponitur ratio. In secunda vero ib [Si autem huiusmodi.] improbatur vnũ commune dictum antiquorum. In prima igitur parte huius particulæ ponitur ratio famosa fundata super loco ab auctoritate Hesiodi, qui fuit vnus de antiquis Poetis, qui posuit primo factum esse chaos, i. quoddam receptaculum corporum. Ex quo potest ratio formari sic, ante omnia fuit factum receptaculum corporum, vt patet per Hesiodum, sed quod est receptaculũ corporum, est locus. igitur locus fuit ante alia omnia, & per consequens locus est. Vnde Hesiodus posuit, quod necesse est esse receptaculum corporum ante ipsa corpora, & hoc ipse posuit, quia credidit, vt multi alij, quod omnia, quę sunt: sunt in loco, & secundum expositionem Com. hæc est quarta ratio famosa probãs locũ esse, & hoc sic. oẽ, quod nõ est nõ est in loco, ergo omne quod est: est in loco. ergo locus est. Et Com. d. quòd hoc est vanum eorum, quod mouit Homerum ad dicendum, hoc, tamen illud, quod maxime induxit eum, fuit æstimatio communis omnibus. s. quòd vacuum debet præcedere generationem mundi. vnde est secundum illam expositionem. Quarta rõ famosa non est ratio fundata super auctoritatem Homeri, vel Hesiodi, sed est ratio nunc dicta, videlicet, quod non est, non est in loco. ergo omne quod est, est in loco. igitur locus est, sed propter illam æstimationem, & propter rationem communẽ omnibus generantibus mũdum, dixit Hesiod. quod ante omnia chaos fuit factum, & dixit quod postea terra facta est lata, scilicet, ampla, & spatiosa in illo chaos.

Quod si ita sit, admirabilis quædam ipsius loci vis erit, & omnibus prior Quod enim ita se habet, vt sine ipso quidem cętera nequeant esse, ipsum autem sine cæteris sit, id primum omnium esse necesse est. Locus enim non perit, & si ea, quæ in ipso sunt corrumpantur.

Si autem huiusmodi est, mirabilis quidem vtique erit potentia loci, & prima omnium, & prima omnibus. Sine quo namq; aliorum nullum est, illud autem sine alijs, necesse est primum esse. Non enim perditur locus his, quæ sunt in eo corruptis.

HÆc est secunda pars huius particulæ, in qua improbatur illa æstimatio communis. s. quod locus præcedit generationem omnium entium, & hoc sic. si locus præcedat generationem oĩum entium, & sit necessarius in generatione omnium, vt dixerunt antiqui, tunc mirabilis erit potentia loci, quia tũc locus naturaliter erit prior omnibus entibus, & principium oĩum entium, sed illud consequens est inconueniens. ergo, & antecedens, consequentia probatur, quia illud, sine quo nullum aliorum potest esse, & illud põt esse sine alijs est naturaliter principium omnium, sed locus est huiusmodi. ergo, & non solum sequitur, quod locus est prior naturaliter omnibus alijs entibus, sed etiam sequitur, quod locus est prior tempore omnibus alijs, quæ sunt in illo, sed omne, quod potest esse sine alijs est, vel potest esse prius tempore illis, igitur locus est, vel potest esse prior tempore omnibus alijs. B

Verum si sit locus, existit continuo dubitatio quid nam sit, vtrum moles corporis quædam: an alia quædam natura. Est enim genus ipsius primo quærendum. Igitur habet quidem dimensiones tres, longitudinem, latitudinem, ac etiam altitudinem, quibus omne diffinitur nimirum corpus. At locum impossibile est esse corpus. Erunt enim in eodem corpora duo.

At vero habet defectum, si est, quid est. Vtrum enim moles quædam corporis, aut quædam altera natura. Quærendum est enim genus ipsius primum: distantias quidem igitur habet tres, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, quibus determinatur corpus omne. Impossibile est autem corpus esse locum. In eodem namque essent duo corpora. Tex. c. 6.

C

Prima ratio famosa probãs locum nõ esse.

HÆc est tertia pars principalis huius ca. in qua ponuntur rationes famosæ probantes locum non esse, & continet sex particulas secundum numerum sex rationum, quas adducit. Secunda ibi. [Amplius si veræ.] Tertia ibi. [Quod enim forte.] Quarta ibi [Amplius, & cuius.] Quinta ibi. [Amplius, & ipe.] Sexta ibi. [Amplius si omne.] In prima igitur particula huius partis ponitur ratio hæc. si locus sit, & locus est æqualis locato, tunc locus hẽret tres dimensiones, sicut & locatum. s. latitudinẽ, longitudinẽ, & profunditatẽ, sed omne habens tres dimensiones est corpus, ergo si locus est, locus est corpus, sed hoc est impossibile. s. locũ esse corpus, quia sic duo corpora essent simul secundum penetrationem, & adæquare, quod est impossibile. Notandum secundum Com. quod hęc ratio loquitur de genere loci, idest, in quo genere locus sit. vtrũ sit corpus, vel superficies. Vnde dicit sic. Oportet primo perscrutari de genere, sub quo collocatur locus, quid sit, quoniam res, quæ sunt ignotæ diffinitionis, perscrutandum est primo de genere eius, & postea de differentia, quando vtraque pars diffinitionis fuerit ignota, scilicet genus, & differentia, sicut est dispositio in loco. Notandum etiam, quod hæc ratio probans locum non esse, non concludit, nisi contraponentes locum esse spatium inter latera corporis continentis, quoniam ponentes hoc, habent cõcedere quod duo corpora sunt simul secundum penetrationem, vt postea videbitur. D

Pręterea si corporis sit locus, ac receptaculum, patet, & superficiei, & reliquorum finitu esse. Eadem enim accommodabitur ratio. Nam vbi prius erant superficies aquæ, superficies rursus aeris erunt. At nulla est differentia puncti ac loci puncti. Quare si locus non est diuersus ab hoc, neque a cæterorum vllo diuersus est, nec quicquam est ipse præter vnumquodque istorum.

Amplius si vere corporis locus est receptaculũ, manifestum, quod & superficiei erit, & reliquorum terminorum. Eadem. n. consonat ratio, vbi namq. prius erant Tex. c. 4.

aquæ planities: erunt iterũ quæ sunt aeris. At vero differentiam neq; vnam habemus puncti, & loci puncti. Quare si neque ab hoc est locus alterũ, neque ab aliorum nullo. neque est aliquid preter vnumquodque istorũ locus.

Secunda ratio probans locũ non esse.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua ponitur secunda ratio probans locum non esse, quæ ratio est hæc si locus est locus est receptaculum corporis, sed locus non est receptaculum corporis, ergo locus non est: maior de se patet, & minorem probat phylosophus sic. si locus est receptaculum corporis, eadẽ ratione locus esset receptaculum lineæ, superficiei, & puncti, quia non est alia ratio, propter quam locus ponitur receptaculum corporis, nisi quia in eodem loco, in quo est aqua succedit postea aer, vel aliud corpus: sed illa eadem ratio est de superficiebus lineis, & punctis, quia vbi primo est planities, idest, superficies aquæ postea erit superficies aeris, sic de lineis, & pũctis. Igitur qua ratione locus est receptaculum corporis: eadem ratione erit receptaculum lineæ, sed est receptaculum superficiei, lineæ, & puncti, & hoc probat phylosophus: quia, si punctus haberet locum: locus puncti supponeretur puncto, sed, quod supponitur alteri, est idem illi. ergo si punctus haberet locum: locus puncti esset idem cum puncto, & sic idem esset locus sui ipsius, & per consequens idem esset in seipso tanquam in loco, quod est impossibile. igitur punctus non habet locũ, & eadem ratione nec superficiei, nec lineæ erit locus, quia ille locus supponeretur eis, & per consequens esset idem cum eis.

Com. 21.

Ion ligendum secundum Commen. in quinto huius, quod in mathematicis non est differentia inter contigua, & continua, sed in naturalibus differunt continua a contiguis, quoniam in naturalibus ratione formæ naturalis, quæ separat terminat, & distinguit, remanent duo vltima corporum se tangentium, seu contiguorum, sed in mathematicis duo vltima reuertuntur in vnum, ita, quod in mathe. illa, quæ sunt immediata, habent idem vltimum, & per consequens sunt continua, & hoc apparet sic, quia mathe. secundum quod huiusmodi non habent formam naturalem terminantem, & distinguẽtem. Illud igitur dictum phylosophi. scilicet, quod illa, quę supponuntur sibiinuicem, sunt idem, est verum in mathematicis, sed non est verum in naturalibus.

Notabile.

Notandum est secundum Commen. hic, quod in illa ratione famosa est deceptio, quia accipitur illud, quod est per accidens loco illius, quod est per se, quoniam superficies, & alij termini, scilicet, linea, & puncta, non mouentur, nisi per accidens, & ideo non habent loca, nisi per accidens, & sunt in eodem loco per accidens, in quo est corpus per se, cuius sunt termini, & ideo non oportet, quod si superficies lineæ, & puncta moueantur localiter propter hoc habeant loca propria eis adæquata, & hoc ideo est, quia non mouentur, nisi per accidens, sed sic non est de corporibus, quia corpora mouentur per se localiter, & ideo oportet, quod habeant loca propria eis coæquata.

Quid enim tandem locum esse ponemus? Neq; enim elementum: neque ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis esse potest: talem habens naturam. Nam magnitudinem quidem habet: nullũ est autem corpus. Aut corporum quidem sensibilium elementa corpora sunt. Ex intelligibilibus autem elementis, nulla fit magnitudo.

Tex. c. 10.

Quid enim forte, & ponemus esse locum? Neque elementum enim: neque ex elementis possunt esse huiusmodi habentia naturam: neque corporeorum, neque incorporeorum. Magnitudinem quidem enim habet locus: corpus autem nullum. Adhuc autem sensibilium quidẽ corporum elementa corporea. Ex intelligibilibus autem elementis nulla magnitudo fit.

Tertia ratio probans locũ non esse.

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probans locum nõ esse, quæ talis est. Omne, quod est, vel est corporeum, vel incorporeum, sed locus non est aliquid corporeum, vel incorporeum. ergo locus non est. maior de se patet, & minor probatur, quantum ad vtrãque partem. primo, quod locus nõ est de numero incorporeorũ, quia locus habet magnitudinẽ, & incorporea non habent magnitudinem. ergo locus non est de numero incorporeorum. Probatur secundo, quod locus et non sit de numero corporeorum, quia si sic, tunc locus, aut esset corpus, aut, elementum corporis, non corpus, quia si esset corpus, & cum locus sit simul cum corpore locato, sequitur, quod essent duo corpora simul adæquata, nec etiam elementum corporis, quia, quod est elementum corporis est corpus, quia ex elementis in talibus, quæ nullam habent magnitudinem non fit aliqua magnitudo. sed locus non est corpus. ergo locus non est elementum corporis.

Præterea cuiusnam rei causam locum esse quispiam ponet. Nulla enim ipsi causarum quatuor cõpetit. Neq; enim, vt materia rerum est causa, quippe cũ nihil ex ipso constet: neque, vt formæ ratione: neque, vt finis: neque res vllas mouet.

Tex. c. 11.

Amplius cuius vtique quis ponet his, quæ sunt causam esse locum. Neque vna causa inest ipsi de quatuor. Neque. n. sicut materia eorum, quæ sunt. Neque ex ipso constituta sunt. Neq; sicut species, & ratio earum, quæ sunt: neque sicut finis. Neque sicut mouens ea, quæ sunt.

Quarta ratio probãs locum nõ esse.

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua ponitur quarta ratio probans locum non esse, quæ ratio est illa. si locus est, oportet, quod sit aliqua causa de numero quatuor causarum, sed locus non est aliqua causa de numero quatuor causarum. ergo locus non est. maior est manifesta, quia locus, vel est causa, vel effectus; sed locus non est effectus, quoniam motus corporis est ad locum, tanquam ad continens ipsum, & perficiens ipsum in esse, sed ille non est aliquis effectus, sed magis videtur esse operatio causæ, & hæc est ratio Alber. Magni. & sic patet maior, scilicet, quod si locus est, est aliqua causa de numero quatuor causarum. minor uero probatur, quia locus non est causa materialis, non est causa formalis, quia si sic, tunc quando corpus mutatur de loco ad locum corrumpetur res, sicut res corrumpitur quando materia transmutatur de una forma substantiali in aliam formam, sed hoc est inconueniens. videlicet, quod res corrumpatur, quando transmutatur de uno loco in alium locum, & ad hoc inconueniens deducit Com. hic.

Ratio Alberti Magni.

Sed expositores posteriores, vt S. Tho & Dominus Egi. de Roma, deducunt ad aliud inconueniens, scilicet, quod si locus esset causa formalis, tunc omnia essent eiusdem speciei, quæ habent unum locum, & hoc inconueniens sequitur, quia principium constituens aliquid in specie est eiusdem formę, & quod locus non sit causa efficiens manifestum est per se, vt dicit Com. Expositores tamen supradicti probant, quod locus non est causa efficiens per hoc, quia locus est terminus motus, & per consequens non est efficiens motum, nec locus est causa finalis, quia finis est forma, & locus non est forma. ergo, &c. Expositores probant, quod locus non est finis, quia, vt uidetur locus est magis propter locata, quam locata propter locum.

Expositio S. Tho. & Egidij.

Notandum secundum Commen. quod finis est duplex, scilicet, finis intrinsecus, vt forma. & finis extrinsecus, & hic negatur, quod locus sit finis intrinsecus, sed locus est bene finis extrinsecus, scilicet, in corporibus simplicibus, non autem in compositis, vt declarabitur postea.

Finis est duplex.

Præterea, & ipse si sit vnũ quid eorum, quæ sunt alibi erit Zenonis namque dubitatio rationem aliquam quærit. Nam si omne, quod est, est in loco, patet, & locum etiam esse loci. Atque hoc in infinitum abibit.

Tex. c. 12.

Amplius, & ipse si est aliquid eorũ, quæ sunt, alicubi, erit. Zenonis enim opinio quæret quandam rationem. Si namque omne, quod est, in loco est manifestum, quoniam, & loci locus erit: & hoc in infinitum procedet.

Quinta ratio probãs locũ non esse.

HÆc est quinta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quinta ratio probans locum non esse, quæ ratio est illa, si locus est, tunc locus est de numero, eorum, quæ sunt alicubi, & tunc dubitabile est

viiare rationem Zenonis, quæ fuit illa.omoe,quod est, in loco est. igitur si locus est, & locus erit in loco, & eadem ratione ille locus erit in alio loco,& sic erit processus in infinitum, qđ est inconueniens.

Insuper, si, vt est omne corpus in loco, sic est, & omni in loco corpus, quonam pacto dicemus de his, quę accrescũt? Nam si locus cuiusque neq; minor est, neque maior, necesse est vna cum ipsis incrementa locũ suscipere. Ex his igitur non solum, quidnam sit locus: sed si sit ẽt dubitare necesse est.

Tex. c. 11. *Amplius, sicut omne corpus in loco est, sic & in omni loco corpus. Quomodo igitur dicemus de his, quæ augmentãtur. Necesse enim minor, nec maior locus est vnicuique. Per hoc quidem igitur non solum quid est, sed etiam si est dubitare necesse est.*

Sexta ratio probãs locum nõ esse.

HÆc est sexta particula tertiæ partis principalis huius capituli: in qua ponitur sexta ratio probans locum non esse. ratio est ista: si locus sit. ita quod omne corpus sit in loco, & in omni loco sit corpus, vt ponunt dicentes locum esse, & negantes vacuum: tunc oportet, quod locus sit æqualis locato: ita, quod neque maior, neque minor, sed hoc est impossibile: quia tunc corporibus augmentatis necesse esset eorum loca augmentari, & ex hoc sequitur inconueniens, scilicet, quod locus est corpus, quoniam omne, quod augmentatur, est corpus, & sic duo corpora essent simul, vt prius deductum est. Ex hoc sequitur aliud inconueniens, scilicet, quod totum vniuersum augmentabitur per augmentum vnius corporis quantumcunque parui, quoniam si locus sit corpus, & augmẽtetur, & quod augmentatur habet maiorem locum, quã prius: tunc ille locus habebit maiorem locum. & eadem ratione locus illius loci augmentabitur, & iterum locus illius loci augmẽtabitur, & sic etiam vniuersum augmentabitur per augmentũ vnius corporis quantumcunque parui, quod est inconueniẽs. Et potest ista ratio poni sub hac forma: si locus est: locus est æqualis locato, & si sic: tunc augmentato corpore augmentabitur eius locus, ex quo sequuntur duo inconuenientia, videlicet, quod locus est corpus, & quod totum vniuersum augmentabitur per augmentum vnius parui corporis. Vnde expositores deducunt ad hoc inconueniens, quod si locus augmentabitur: cum locus sit immobilis, & immobile augmentaretur, & per cõsequens immobile moueretur, quod est impossibile. Vltimo vero phylosophus epilogat dicens, quod propter prædicta est necesse dubitare non solum quid sit locus, sed etiam est necesse dubitare: an sit locus.

ARISTOTELES INQVIRIT, QVID SIT locus. Tractatus primi. Cap. II.

Cum autem quoddam per se: quoddã dicatur per aliud. Et locus alius sit communis: in quo cuncta corpora sunt: alius ꝓprius: in quo primo quippiam est Nam tu nunc es in cælo: quia in aere es: qui quidem in cælo est. Et rursus in aere es: quia in terra es: & in hac simili modo: quia hoc es in loco, qui nihil plus, quam te continet.

Tex. c. 14. *Quoniam autem aliud quidem secundum se: aliud vero secundum aliud dicitur: similiter, & locus: alius quidem cõmunis, in quo omnia corpora sunt: alius vero proprius, in quo primo. Dico autem, quoniam tu nunc in cælo es: quia in aere; hic autem in cælo, & in aere: quia in terra. Similiter autem, & in hac: quia, & in loco, qui continet nihil plus, quam te.*



ISTVD est secundum capitulum huius tractatus: in quo phylosophus inquirit quid sit locus, & continet quatuor partes principales, quia in prima præmittitur vna distinctio necessaria ad propositum. In secunda ibi [Si igitur locus.] Ponuntur rationes probantes locum esse materiam, vel formam. In

A tertia ibi. [Species quidem.] Ponuntur rationes probantes, ꝙ locus, nec est forma, nec materia. In quarta ibi [Ex quibus quidem.] Epylogat determinata prima pars est narratiua. secunda inquisitiua. tertia declaratiua. quarta vero narratiua. In prima igitur parte principali huius capituli phylosophus præmittit vnam distinctionem necessariam ad suum propositum, quę distinctio est illa, quod quidam est locus per se, vt locus proprius, & quidam per accidens, vt locus communis. Vnde sicut est in entibus, scilicet, quod quoddam ens est per se, & quoddam per accidens: ita est in locis, scilicet, quod quidam locus est per se, & quidam per accidens. Locus proprius est ille, qui non continet plus, quam locatum, sed locus per accidens, scilicet, locus communis est ille, qui continet omnia, aut plura locata, locus proprius est ille, qui locat secundum se, & non secundum aliud, sed locus communis est ille, qui locat ratione alterius continentis, in eo, quoniam locus communis non locat, nisi mediante locato proprio contento in eo. verbi gratia, nos dicimus, quod aliquid est in cælo, quia est in aere, qui aer est in cœlo, & quod est in aere, quia est in terra contenta in aere, & quod est in terra, quia est in hoc loco, qui non continet amplius, quam ipsum locatum, qui locus est etiam terra,

Duplex ẽ locus per se, & per accidens.

B ex quibus apparet, quod locus est vltimum continens, & terminans rem locatam.

Cum hæc igitur ita sint: atque locus id sit, quod primum vnumquodque corporum continet: finis ipse quidã erit profecto. Quare locus, vniuscuiusque forma esse videbitur: quæ magnitudo, materiaq; magnitudinis terminatur: hæc. n. rei cuiusq; est finis. Atque hoc quidem modo considerantibus: locus vniuscuiusque forma esse videtur.

Tex. c. 15. *Si igitur est locus primum continens vnumquodque corpus terminus quidem vtique erit. Quare videtur species, & forma vniuscuiusque locus esse, quo determinatur magnitudo, & materia magnitudinis: hoc enim est vniuscuiusque terminus. Sic quidem igitur considerantibus locus vniuscuiusque species est.*

C

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponuntur rationes probantes, locum esse materiã, vel formam, & continet tres particulas, quia in prima probatur, quod locus est forma. In secunda ibi. [Secundum autẽ. quod videtur.] Probatur, quod locus est materia. In tertia ibi [Priuori quidem.] Narrat quantum habuerunt antiqui de cognitione loci, & difficultatem considerationis de loco, ponendo, scilicet, locum esse materiam, vel formam. In prima igitur particula huius partis ponitur quædam ratio famosa probans locum esse formam, quæ talis est, locus est vltimum terminãs, & continens rem, sed forma est vltimũ terminans, & continẽs rẽ igitur locus est forma. Notandum secundum Comm. quod in hac ratione est duplex deceptio. primo quia finis dicitur de loco. & forma æquiuocè, quia forma est finis intrinsecus, & locus est finis extrinsecus, & sic est deceptio, quia in hoc sermone est fallacia æquiuocationis. Secunda deceptio est, quia arguitur ex omnibus affirmatiuis in secunda figura, & sic est fallacia consequentis.

Rõ quædam probans locũ esse formam. Notabile.

D

Vt autem interuallum magnitudinis esse videtur materies: hoc enim a magnitudine est diuersum: & est id, quod a forma continetur, ac terminatur: velut a superficie, terminove.

Secundum autem, quod videtur esse locus distãtia magnitudinis materia. Hęc namque altera est a magnitudine: hæc autem est contenta sub specie, & diffinita: sicut sub plano, & termino.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, In qua probatur, quod locus est materia, & continet tres partes, ſm ꝙ triplicitet probatur. ꝙ locus est materia. secunda ibi. [Est aũt huiusmodi.] Tertia ibi. [Vñ, & Pla.]

In

Prima ratio prob. locum esse materiam.

In prima igitur parte huius particulæ probatur, quod locus A est materia, & hoc sic. Locus nihil aliud videtur esse, quam distantia inter latera corporis continentis secundum, quod multi dicunt: nunc autem distantia inter latera continentis non est aliquid de se determinatum in actu: sed determinatur per superficies corporis in actu, & per vltimum terminum corporis. quæ determinatur est a forma, ex quo arguitur sic. materia est quoddam de se indeterminatum, & non determinatur nisi a forma, & cum locus sit distantia inter latera corporis cōtinentis determinatur a forma, & est de se indeterminatus. ergo locus est materia. igitur, &c. Notandum secundum Comm. hic commen. 25. quod qui existimat, quod locus est res: prime dimensiones: quæ primo existunt in materia nihil habent pro loco nisi materiam. quæ defert dimēsiones, & causa in hoc est, quoniam qui existimat dimensiones esse locum: habet existimare, quod materia est locus: causa est, quoniam dimensiones in se non sunt corpus determinatum, & forma est determinās dimensiones, & materiam, scilicet, quia dat eis terminum, & vltimum. verbi gratia superficies obtinentes corpus, & sic existimatur, quod dimensiones sunt materia, quia conueniunt in hoc, quod determinantur a forma, & in se non sunt determinatæ hæc Commen. Vnde intelligendum, quod ponentes lo- B cum esse demensionem inter latera corporis continentis, imaginantur, quod sex differentiæ loci videlicet, sursum, & deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum, sunt quædam distantiæ de se indeterminatæ, & in potentia ad recipiendum quæcunque corpora, & per corpora recepta determinantur, sicut materia est de se determinata, & in potentia ad quamcunque formam, per quam determinatur, & propter hoc posuerunt, quod locus est materia. Item dicit Commen. hic, quod necesse est, quod materia sit dimensio in potentia, quoniam cum abstuleris a materia, vltimum, & figuram non remanebit in ea, nisi dimensio non determinata, scilicet, quæ est corpus in potentia, & cum determinatur per vltima, scilicet, per superficies fit corpus in actu.

Idem primo cap. de substantia orbis.

Tale autem est ipsa materies, & id, quod terminis caret. Nam cum aufertur finis atque affectus a pila nihil præter materiam restat.

Est autem huiusmodi materia, & infinitum. Cū enim C *remouentur termini, & passiones sphæræ relinquitur nihil præter materiam.*

Secunda ratio. Q. locus sit materia probatur per quandam similitudinem.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur vna similitudo inter locum, & materiā propter quam existimatur, quod locus est materia, quæ similitudo talis est proprium est materiæ, vt habeat dimensionem in potentia, sed locus, antequam existat in eo, locatum, est dimensio in potentia, & propter illam similitudinem existimatur, quod locus sit materia. Vnde hæc est secunda ratio probans locum esse materiam, quia materia habet dimensionem in potentia, sed locus antequam existat in eo locatum, est dimensio in potentia. ergo locus est materia. Notanda sunt hic duo secundum Comment.

Primum notan.

primo, quod Commen. dicit sic. Et debes scire, quod cum vidit Aristo. quod dimensio non separatur a materia in magnitudine nedum in esse: quoniam, quando a materia auferuntur superficies, nihil remanet, nisi dimensio, sed ista dimensio est in ea in potentia, & cum determinatur per superficies fit dimensio in actu, scilicet, corpus, & cum aufertur superficies, D fit dimensio in potentia. Hæc Comment. Vult igitur Commen. dicere, quod dimensio nunquam separatur in esse a materia, nec in quantitate, quoniam quanta est dimensio, tanta est materia, & econuerso, & cum dimensio est terminata in actu, materia etiam est determinata in actu eodem termino, & cum dimensio est terminata in potentia, materia est terminata in potentia. Intelligendum, quod Commentator hic per dimensionem in potentia intelligit illud idem, quod intelligit primo huius, & in de substantia orbis, & tam per dimēsionem in potentia, quam per dimensionem interminatam intelligit profunditatem, quæ potest terminari per diuersas latitudines, siue diuersas superficies, profunditas autem est corpus de genere quantitatis, & sic Comment. hic intelligit per dimensiones in potentia corpus de genere quantitatis, secundum quod potest terminari alia superficie, quam illa, qua terminatur. Intelligendum etiam, quod impossibile est esse corpus non terminatum superficie, quia sic esset corpus sine ter- A mino, & sic esset corpus infinitum. Vnde sicut materia nunq̄ est priuata omni forma, sed cum priuatur vna, necessario informatur alia ita corpus, cum ab eo auferitur vna superficies, statim terminatur alia superficie, sed pro tanto dicitur corpus dimensio in potentia, seu dimensio interminata, quia est indifferens, & in potentia ad diuersas superficies, quibus potest terminari. Secundo est notandum secundum Commen. quod proprium materiæ est, vt habeat dimensiones in potentia, & locus, antequam existat in eo locatum secundum Arist. & secūdum veritatem, est dimensio in potentia, hæc Commentator. Vnde secundum Commen proprium subiectum dimensionis in potentia, scilicet, corporis, vt est in potentia ad diuersos terminos, est materia, quoniam materia prima, & corporeitas de genere quantitatis semper sunt simul, & semper eodem termino terminantur, nec separantur in esse, nec ista imaginatione, sed locus non habet dimensionem in potentia. sed est dimensio in potentia, antequam locatum existat in eo. Et dico, quod antequam locus contineat locatum, locus est in potētia ad existere, sicut antichristus est in potentia ad existere, quia si locus existeret sine locato oporteret ponere vacuum. Dico igitur, quod materia est subiectum dimensionis in potentia, & B non est dimensio in potentia, sed locus, antequam contineat locatum, est dimensio in potentia, & non habet dimensionem in potentia. Et si inueniatur, quod materia est subiectum, in quo sunt dimensiones, & secundum veritatem est dimensio.

Secundū notan.

Quapropter, & Plato in Thymeo materiam, & receptaculum idem esse dicit. Susceptiuum enim, & receptaculum vnum esse dicit ac idem. Et quāquam materiam illo quidem in loco susceptiuum appellat; in hisce vero, quæ non scriptæ sententiæ nuncupantur; alio modo locum tamen, & receptaculum idem asseruit esse.

Vnde Plato materiā, & locum dicit esse idē in Thymeo. Receptiuum. n. & locum vnum, et idem dicit. Alio vero modo ibi dicens receptiuum, & in dictis nō scriptis dogmatibus tamen locum, & receptiuum idem retulit.

Tertia rō.

C HÆc est tertia pars secundæ particulæ secūdæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans locum esse materiam, & accipitur hæc ratio ex similitudine inter locum, & materiam. Et ratio est hæc, materia recipit transmutationem, & successionem formarum, & locus successionem corporum recipit, siue corpora successiue. igitur locus est materia. Et propter hanc rationem posuit Plat. quod locus est materia. vnde Plat. dixit, quod omne, quod est alterius receptiuum est locus. cum igitur materia sit aliorum receptiua, sequitur, quod materia sit locus. vnde quamuis Plat. sit diuersimode locutus de receptione, quia in Thymeo dixit receptiuū, & materiam esse omnino idem & in dogmatibus dictis, & nō scriptis, quæ verbotenus dixit in scholis, dixit receptiuum esse magnum, & paruum, quæ etiam ex parte materiæ ponebat, tamen cuicunque attribuebat esse receptiuum semper dixit, quod receptiuum, & locus sunt idem.

Vniuersi nanque locum aliquid esse dicūt: hic vero quidnam sit: solus dicere est aggressus.

Dicunt quidem enim omnes esse aliquid locum. Quid autem est, hic solus conatus est dicere. Tex. c. 16.

D HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus declarat, quantum antiqui habuerunt de cognitione loci, & narrat difficultatem considerationis loci. & dicit, quod omnes antiqui dixerūt locum esse aliquid, & nihil dixerunt de loco, nisi ipsum esse, quid autem locus sit. Plato solus conatus est dicere.

Merito autem ex hisce considerantibus difficile esse videbitur quidnam sit ipse locus cognoscere, si vtrumuis horum sit: siue materia, siue forma. Nam hæc, & summam habent contemplationē, & seorsum alterum sine altero facile cognosci nō potest. At vero non est difficile videre locum vtrumuis horum esse non posse.

Merito autem ex his intendentibus videtur vtique difficile cognoscere quid est locus: siquidem horum

quocunque est: siue materia: siue species. hæc enim altissimam habent speculationem, & seorsum ab alijs non facile est cognoscere ipsa. At vero, quod impossibile sit quodlibet horum esse locum non difficile videre.

Tex. c. 13.

CVM phylosophus narrauit, quantum habuerunt antiqui de cognitione loci: narrat difficultatem considerationis de loco: ponendo locum esse materiam, vel formam, & quasi in hoc excusat Platonem, quia propter illam difficultatem est magis excusabilis in suo errore, & assignat phylosophus duas causas difficultatis in consideratione de loco: ponendo locum esse materiam, vel formam. Prima igitur causa difficultatis est, quia tam materia, quam forma difficilis est ad cognoscendum, quoniã materia, & forma sunt prima principia entium naturalium, & valde est difficile, scire quidditates primorum principiorum, & ideo ponendo locum esse materiam, vel formam difficile est, scire quid sit locus. Alia causa huius difficultatis est, quia non est facile scire materiam sine omni forma, nec econuerso. ideo est difficile cognoscere vtrũque, scilicet, tam materiam, quam formam, & ideo si locus sit materia, vel forma, difficile est scire, quid sit locus, &c. Notanda sunt hic tria secundum Commen. Primo, quod consideratio de quidditate loci hoc modo, scilicet, ponendo locum esse materiam, vel formam inducit nos ad sciendum, quæ sunt vltimæ causæ entium: quoniam materia, & forma sunt principia simplicia entium & scire quidditates primorum principiorũ, est difficile. Secundo est notandum secundum Commen. quod scire formam absque materia, & materiam absque forma est impossibile. Et intendit Commentator, quod alterum sciri nõ potest esse sine scientia alterius: ex quo notabili apparet, quod falsum dicunt, qui imponunt phylosopho in primo huius, qđ ipse possit dicere, quod forma materialis de se est cognoscibilis ab intellectu, & quod materia est tantum scibilis per analogiam ad formam. Nam secundum Commentatorem hic: nec materia est cognoscibilis sine forma, nec econuerso. Vnde sicut forma materialis & materia mutuo a seinuicem dependẽt in esse: ita, & cognosci: hoc tamen magis apparet in primo huius. Tertio est notandum secundum Commentatorem, quod ista difficultas, quæ accidit in consideratione loci est per accidens, quia non accidit ex intrinseca quidditate loci, sed accidit ex hoc, quia ponitur locus esse materia, vel forma, quę sunt omnino extrinseca a quidditate loci. vnde leuiter potest sciri, qđ locus non est alterum illorum.

Prima că difficultatis quoad consid. de loco.

Secunda causa difficultatis.

Primum notan.

Secundũ.

Com. 39. Tertium.

Neque enim materia, neque forma separatur a re. At locus separari potest: In quo nanq; erat aer, In hoc rursus est aqua, vicissim hisce sibi cedentibus: cæterisque corporibus similiter vti diximus.

Species quidem. n. & materia non separantur a re: locum autem contingit. In quo nanque aqua erat in hoc iterum aer: sicut diximus prius, fit: transmutatis adinuicẽ aereque, & aqua, & alijs corporibus similiter.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, & est declaratiua, in qua declaratur, quod locus nec est materia, nec forma, & continet quinque particulas, quia in prima declaratur coniunctim, & generaliter, quod locus nec est materia, nec forma. In secunda ibi. [Quoniam quidem igitur.] Declaratur diuisim, & specialiter, quod locus nec est materia, nec forma. In tertia ibi. [Platoni igitur dicendum.] Facit phylosophus quandam digressionem increpando Platonem. In quarta ibi [Amplius quomodo ferentur] Declarat, quod locus non est materia, nec forma coniunctim. In quinta ibi [Amplius autem.] Reuertitur ad declarandum, quod locus aut non est materia, vel est forma. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod locus nec est materia, nec forma. Vnde ad euidentiam huius particulæ, & etiam secundæ est sciẽdum, quod quatuor sunt propositiones, super quibus phylosophus fundatus est hic. Quarum prima est, quod forma non separatur a materia. Vnde Commen. dicit, q vnum eorum, quæ ponit naturalis est, quod forma non separatur per se: ita, quod mutetur de materia in materiam, prout corpora mutantur de loco ad locum, sed separatio formæ a materia est eius corruptio. Hæc Commen. Et intelligo, quod hoc sit generaliter verum de forma inanimatorum, quę proprie non augentur, sed in augmentatione vera secundũ, q opinor, eadem forma perficit diuersas materias successiue, vt declaratum est primo de generatione. Secunda propositio est, quod locus separatur a locato loco manente, quia in quo loco nunc est aer, in illo codẽ loco iam erit aqua, aere secundum locum transmutato. Tertia propositio est, quod locus, nec est pars locati, nec passio: nec quodcunque aliquod aliud accidens eius. Et hæc tertia propositio sequitur ex secunda: vt patet. Quarta propositio est, quod locus est aliquid, sicut vas continens locatum, sicut vas continet illud, quod est in vase, nec differunt, nisi in hoc, quia vas est continens mobile, & locus est continens immobile. Notandum secundum Commen. quod phylosophus dicit hic, scilicet, quod locus est sicut vas ad notificãdum, quod est non per se differentia inter collationem rei ad locum, & collationem formæ ad materiam, licet vtraque collatio demonstretur per hanc præpositionem in, quoniam forma est in materia sicut rationabilitas in homine, & sicut figura in scanno, sed corpus est in loco, sicut aqua in vase. Ex tribus igitur primis propositionibus probatur in prima particula, quod locus nec est materia, nec forma. Et hæc est tertia conclusio huius libri, quę probatur dupliciter, & primo. sic. nec materia, nec forma separatur ab eo, cuius est. quoniam forma non separatur a materia, vt dicit phylosophus in prima propositione, sed locus separatur ab eo, cuius est, idest a locato, vt dicit propositio secunda. ergo locus nec est materia, nec forma.

Qood locus neque est materia neque forma.

Prima propositio.

A

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

3. conclus. huius lib.

B

Quare neq; pars est, neque habitus ipse locus: sed a quaque re separabilis est. Etenim quale est vas, tale quid ipse locus esse videtur: Vas enim locus est potens transferri. At vas nihil est eius rei, quæ est in ipso.

Quare neque pars neque habitus, sed separabilis est locus ab vnoquoque. Et videtur enim huiusmodi aliquid esse locus, vt vas. Etenim vas locus transmutabilis. Vas autem nihil rei.

SEcundo probatur eadem conclusio ex tertia propositione cum alia, & hoc sic: tam materia quam forma sunt partes illius, cuius sunt materia, & forma, idest, ipsius compositi, vel corporis, sed locus nec est pars eius, cuius est locus, scilicet corporis locati, cum sit separabilis ab eo. ergo locus nec est materia, nec forma.

C

Prima pb. eiusdem conclusionis.

Locus igitur quo quidem est a re separabilis: hoc forma sane non est.

Secundum quidem igitur, quod separabilis a re, sic quidem non est species.

Tex. c. 14.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur diuisim. & specialiter, quod locus nec est materia, nec forma, & primo declaratur, quod locus non est forma. Et hæc est quarta conclusio huius libri, quæ probatur per primam propositionem, & secundam sic. Locus est separabilis ab eo, cuius est, scilicet, a locato, vt patet ex secunda propositione, sed forma non est separabilis ab eo, cuius est, scilicet, a materia, vt patet per primam propositionem. ergo locus non est forma.

4. conclus. huius lib.

D

Quo vero continet: hoc a materia est diuersus. Videtur autẽ semper id, quod est in loco, aliquid esse, & extra ipsum aliquid aliud esse.

Secundum autem, quod continet, sic quidem alterum a materia. Videtur autem semper, quod est alicubi ipsum esse aliquid, & alterum aliquid extra ipsum.

PRobato, quod locus non est forma, probatur, quod locus non est materia. Et hæc est quinta conclusio huius libri: quæ ex quarta propositione cum quadam alia nota probatur sic. Locus est continens illud, cuius est locus, quia locus est sicut vas, vt patet ex quarta propositione, sed materia non continet, sed continetur. ergo locus non est materia. Vnde est notandum, quod Commentat. mouet dubium super hoc, quod dicitur, scilicet, quod locus est separabilis a locato, quoniam non videtur separari, nisi secundum opinionem dicentium vacuum esse, sed secundum opinionem

5. conclus. huius lib.

nem phylosophi non separatur a locato, sed corrumpitur per separationem, quoniam vltimum aeris, in quo est aqua, quando aqua transmutatur ab eo, & intrat in ipsum aliud corpus: *Dubium.* corrumpitur illud vltimum, & fit aliquid aliud. Est igitur dubitatio. locus est vltimum corporis continentis secundum phylosophum; & secundum veritatem, sed secundum veritatem diuersa corpora non succedunt sibi in eodem vltimo corporis continentis, quia cum vnum corpus recedit partes corporis continentis concurrunt, & destruitur illud vltimum, & si aliud corpus ingreditur causatur nouum vltimum. ergo locus non separatur a locato ita, quod possit manere sine ipso locato. *Solutio.* Ad illam dubitationem respondet Comment. dicens, quod cum ita sit, scilicet, quod locus corrumpitur per recessum corporis locati, illa propositio: locus est separabilis, ita, quod possit manere sine locato, est famosa, & non vera, & hoc est, quod dixi superius, quod illa propositio, diuersa corpora succedunt sibi inuicem in eodem loco, si per locum intelligamus vltimum corporis continentis, sic non est verum. quod diuersa corpora succedant sibi in eodem loco secundum totum, ita, quod totus locus maneat idem numero potest tamen manere idem secundum partem, vt patet, quia duo corpora possunt sibiinuicem succedere in eodem vase. igitur superficies concaua illius vasis manet eadem, & illa superficies est pars loci & ideo loquendo de loco, vt est vltimum corporis continentis, sic diuersa corpora non possunt sibiinuicem succedere in eodem loco secundum totum, sed solum secundum partem, & hoc loquendo de loco hic inferiori, locus tamen ignis, idest, concauum orbis lunæ semper manet idem secundum totum Si vero per locum intelligimus corpus locans, sic bene est possibile, quod duo corpora succedant sibiinuicem in eodem loco. *Aliud dubium.* Sed tunc occurrit dubitatio. videlicet, quomodo phylosophus in demonstrando conclusionem veram, quam intendit, vtitur propositione falsa. videlicet, quod locus est separabilis a locato. *Solutio.* Ad illud respondet Commen. ꝙ phylosophus intendit, quod quanuis vtrunque, idest, tam locus, quam forma corrumpantur apud separationem eius, cuius est, est tamen differentia inter separationem formæ a materia, & loci a locato, quoniam corruptio formæ est corruptio locati, sed corruptio loci non est corruptio locati. Vnde secundum hanc expositionem Commen. argumentantum phylosophi est illud, separatio locati a loco non est corruptio, sed separatio locati a sua forma est eius corruptio. igitur locus non est forma. Vnde illa secunda propositio, scilicet locus separatur a locato, vel est famosa, non vera, vt si intelligatur, quod idem locus numero maneat post separationem locati ab eo, vel intelligitur sic, quod locus separatur à locato, locato tamen manente, sed loco corrupto, & sic est vera, & satis sufficit ad propositum, scilicet ad probandum, quod locus non est forma.

Plato tamen dicat oportet (si parumper liceat digredi) cur forma, numerique non sunt in loco: si locus est id, quod est particeps, siue magnũ sit illud, & paruum, siue materies, vt in Thymeo asseruit.

Platoni igitur dicendum est, si oportet transgredientes dicere, quare non in loco species, & numeri sunt, & hoc si vere participatiuum est locus, siue magnitudinis & paruitatis participatiuum, siue materia, vt in Thymeo scripsit.

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus facit quandam digressionẽ increpando Platonem. qui posuit locum, & materiam esse omnino idem, vt visum est supra, posuit etiam ꝙ locus est res communis præbens separationem omnibus, & participata ab omnibus. Dicit igitur phylosophus, quod dicendum est Platoni; idest, contra Platonem, sed oportet transgredientes a proposito dicere, & inquirere, quare species hoc est ideæ, & numeri nõ sunt in loco. Ex quo ponit, quod locus est vere participatiuũ, hoc est communis omnibus, & hoc siue ponat illud commune esse magnum, & paruum, siue ponat illud commune esse materiam, sicut dicere videtur in Thymeo, hoc est illud, quod dicit phylosophus contra platonem, quia ex quo ipse posuit locum esse communem omnibus, ipse habuit ponere ideas, & numeros esse in loco, quod tamen ipse negauit, & sic ipse sibiipsi contradicit. *Notandũ.* Notandum tamen, quod Commen. vocat illã contradictionem non secundum rem, sed secundum vocem, quia Phyl. non reprehendit Platonem ex natura rei, sed solũ ex dictis suis, si enim ponantur ideæ, non oportet, quod sint in loco, nec oportet ponere, quod numeri sint in loco, secundũ tamen vocem Platonis dicentis, ꝙ locus est res communis omnibus, oportet ponere, quod ideæ, & numeri sint in loco, nisi vocauerit locum esse communem secundum transumptionẽ, quia assimilatur materiæ, & tunc erit diffinitio rethorica, non demonstratiua.

Præterea si locus esset materies aut forma; quonam pacto res ad suum pergeret locum. Esse.n. id locus non potest, ad quod non est motio, & quod hasce differentias, supra, inquam, ac infra, non habet. Quare locus in talibus est quærendus.

Amplius quomodo ferrentur in sui locum: si locus esset materia, aut species. Impossibile est enim, cuius nõ est motus, neque sursum, neque deorsum locum esse, quare quærendus in huiuscemodi locus est. *Tex. c. 19.*

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua probatur ꝙ locus, nec est materia, nec forma coniunctim. Et hæc est cõclusio tertia superius posita, hæc igitur particula continet duas partes. secundum, ꝙ duas rationes adducit. Secunda ibi. [Si autem in ipso] In prima igitur parte huius particulæ ponitur talis ratio. locus est illud, ad quod est motus naturalis, sed res non mouentur ad suam materiam, nec ad suam formam. ergo locus, nec est materia, nec forma. maior est manifesta. minor vero probatur dupliciter. Primo, quia nec ad materiam, nec ad formam est motus, quoniam materia & forma sunt partes, & res non mouentur ad illud, quod est pars eius, quoniam cum res nõ habeant materiam, nec formam, tunc non sunt, & per cõsequens nõ mouentur. *Secunda ratio probãs tertiã conclusionem.* Secundo probatur eadem maior, quia ad illud non mouetur res naturaliter, cuius differentiæ non sunt sursum, vel deorsum, sed sursum, vel deorsum, nec sunt differentiæ materiæ, nec formæ. ergo res non mouetur naturaliter ad suam materiam, nec ad suam formam. Dicit igitur phyl. Amplius, quomodo ferantur corpora in suum locum, si locus esset materia, vel forma? q.d. nullo modo, cuius ratio est, quia impossibile est illud, ad quod non potest esse motus localis nec habet sursum, nec deorsum, esse locum, sed nec ad materiam, nec ad formam potest esse motus localis, & similiter, nec forma, nec materia habet sursum, vel deorsum. ergo. quare in his, in quibus est motus localis, & quæ habent sursum, & deorsum quærendus est locus. Et dicit Commen. hic, quod locus nõ debet quæri nisi in generatione entium, cui attribuitur motus, & pars, scilicet, superius, & inferius.

Quod si in ipsa re locus non inest (insit.n. oportet si est materies, aut forma) locus erit in loco. Mutatur.n. vna cum re, atque mouetur & forma, & id quod terminis caret & non in eodem est semper, sed vbi est ipsa res. Quare fit, vt loci sit locus.

Si autẽ in ipso locus est: oportet.n. siquidem, aut forma, aut materia est, erit locus in loco. Transmutantur.n. simul cum re, & mouentur species, & infinitum nõ semper in eodem, sed vbi vtique res. Quare loci erit locus. *Tex. c. 20.*

HÆc est secunda pars quartæ particulæ tertiæ partis principalis huius cap. in qua ponitur alia ratio probans, ꝙ locus, nec est materia, nec forma, quæ talis est illa. Si locus sit materia, vel forma, tunc tam materia, quam forma mouerentur localiter ad motũ localem compositi, cuius sunt partes, & sic sequitur, ꝙ si locus sit materia, vel forma ꝙ locus mouetur localiter, sed omne, quod mouetur localiter est in loco. ergo si locus sit materia, vel forma. sequitur, ꝙ locus est in loco, sed hoc consequens, est inconueniens, & impossibile, videlicet, ꝙ locus sit in loco, igitur & antecedens est impossibile, videlicet, ꝙ locus sit materia, vel forma, impossibilitas consequentis. s. ꝙ locus sit in loco probatur sic, si locus est in loco, aut igitur est in seipso, vel in alio, sed vtrunque illorum est impossibile, quoniam locum esse in seipso est impossibile, quia nihil põt esse in seipso tanquam in loco, cum nihil possit esse extra continens seipsum, & similiter est impossibile locũ esse in alio loco, *Tertia rõ probãs eandem conclusionẽ.*

quia eadem ratione ille locus esset in alio loco: & sic procederetur in infinitum: quod est impossibile: quoniam sic essent plura loca actu simul: immo infinita, quod est inconueniens. Notandum, quod Commen. mouet hic talem dubitationem: (Dubium.) videtur enim, quod illa propositio, scilicet, materia, & forma mouentur per motum corporis compositi ex ambobus, vel sit falsa, aut non sit ad propositum Phylosophi, & sic illa ratio Phylosophi non videtur valere: quia aut intelligitur, quod materia & forma mouentur per se ad motum compositi: sic, quod sunt in loco per se: aut intelligitur, quod materia, & forma mouentur ad motum compositi per accidens: sic, quod sunt in loco per accidens, si detur primum habetur propositum, scilicet, quia propositio est falsa, videlicet, omne, quod est per se transmutabile, & etiam omne, quod est per se in loco est corpus, sed nec materia nec forma est corpus: igitur non mouentur per se: nec sunt in loco per se. Si autem intelligitur secũdo modo, videlicet, quod materia, & forma mouentur per accidens, & sunt in loco per accidens: sic non est ad propositum Phylosophi: quia sicut materia, & forma sunt in loco per accidens: ita non est inconueniens, quod locus habeat locum per accidens, & moueatur per accidens, quoniam ex hoc, quod subiectum loci inest loco per se: locus erit in loco per accidens: cum igitur locus sit per accidens in loco non potest probari, quod locus non sit forma, nec materia per hoc, quia materia, & forma sunt in loco, scilicet, per accidens, & sic locus non est in loco, quia eodem modo, quo materia, & forma sunt in loco, scilicet, per accidens, eodem modo locus est in loco. Ad istam igitur dubitationem Commen. primo respõdet, secundo vero ponit opinionem Alexandri. (Solutio.) Responsio igitur Commen. est illa, videlicet, quod illud, quod est per accidens est dupliciter. vel semper, vel raro, & illud, quod est semper in istai demonstrationem quoquo modo, nunc autem quãuis materia, & forma moueantur per accidens ad motũ compositi: tamen semper mouentur ad motum compositi, & ideo semper sunt in loco, per accidens tamen: si igitur locus esset materia, vel forma, locus semper esset in loco, quod non est verum, quia locum habere locum est de genere accidentis, quod accidit raro, vnde quando accidit vltimo continenti rem locatam moueri per motum corporis, cuius est vltimum, tunc potest attribui loco motus per accidens, sed illud accidens est raro. Vult igitur Commen. dicere, quod ratio Phylosophi est demonstratiua, sed non essentialis, est enim demonstratiua, quia est ex necessarijs, sed nõ est essentialis, quia accipit illud, quod est per accidens, non per accidens rarò, sed quod est per accidens, & semper. Demonstratio igitur Phylosophi est illa, materia, & forma semper mouentur ad motum eius, cuius sunt, & semper sunt in loco, sed per accidens, sed locus nõ semper mouetur ad motum illius, cuius est, scilicet, locati, sed solum ad motum sui subiecti, & hoc est raro. ergo locus nec est materia, nec forma. Ex quo loco potest plane videri, quod de intentione Commen. est, quod locus sit mobilis localiter, sed per accidens. (Replica.) Et si dicatur, quod Com. dicit contrarium in fine huius quæsiti, nam dicit, quod locus secundum quod locus, per se est immobilis naturaliter, & essentialiter. (Solutio.) Dico, quod Comment. intelligit hoc negatiue, quia negatio in hoc, quod dico immobile negat ly essentialiter, & naturaliter per se, & est sensus, locus non est mobilis naturaliter, & essentialiter, & hoc magis videbitur postea. (Aliud du.) Sed hic est vnum dubiũ, quia videtur, quod locus semper mouetur ad motum corporis continentis locatum, quia accidens semper mouetur ad motum sui subiecti, quia impossibile est accidens quiescere, & suum subiectum moueri. Similiter videtur, quod locus semper sit in loco, quia locus semper est subiectiue in corpore, quod est per se in loco, nunc autem accidens semper est in eodem loco per accidens, in quo est suum subiectum per se, si enim subiectum loci quiescat per se in loco, oportet locum per accidens quiescere in loco, & si subiectũ loci moueatur per se localiter oportet locum per accidens, moueri, & sic locus semper erit in loco per accidens, cuius contrarium dicit Commenta. hic. Dicendum, quod materia, & forma semper mouentur ad motum compositi ex eis, & semper, cum compositum ex materia, & forma acquirit per motum nouum locum, tam materia, quam forma acquirit nouum locum per motum compositi. Et ratio est quia a composito materia, & forma inseparabilia sunt ipso manente, sed non est sic de loco, & de corpore locante, cuius locus est vltimum, quia non semper, immo raro mouetur locus ad motum corporis, cuius est vltimum, immo frequenter cum mouetur corpus continens, in quo est locus corrumpitur, & hoc, vel per concursum partium corporis, in quo erat locus, vel per hoc, quia est aliud vltimum, quam prius. Vnde infra spheram actiuorum, & passiuorum raro mouetur locus ad motum sui subiecti, quia non mouetur ad motum sui subiecti, nisi quando locatum simul mouetur cum locante, tamen locus ignis, scilicet, concauum orbis lunæ semper mouetur ad motum sui subiecti. (Solutio.) Dico igitur, quod aliter mouentur materia, & forma ad motum compositi, & aliter sunt in loco per accidens, quam ipse locus, quia materia, & forma semper mouentur ad motum sui compositi, & semper sunt in loco acquisito per motum compositi, sed locus non est semper, nec vniuersaliter mouetur ad motum sui subiecti, nec vniuersaliter in omnibus est in loco acquisito per motum sui subiecti, sed raro, idest, in paucioribus. & hoc sufficit ad probandum, quod locus nec est materia, nec forma. (Expositio Alexan.) Postea Comment. ponit iam expositionem, scilicet Alexandri, qui dixit, quod ratio Phylosophi est illa, si materia, vel forma sit locus, cum locus sit quantitas, & quantitas mouetur, sequitur, quod cum locus mouetur, quod locus sit æqualis locato, in quo mouetur, & omne quod est æquale loco, est in loco essentialiter. ergo si materia, vel forma sit locus, sequitur, quod materia, vel forma sit per se in loco. sed hoc est falsum. ergo, & illud, ex quo sequitur, scilicet, quod locus sit materia, vel forma. (Contra Alex.) Vnde Commen. dicit, quod illud, quod dicit Alexand. non est sine dubitatione, quoniam locus secundum quod est quantitas nõ mouet, quia quantitas abstrahit a motu, sed locus secundum quod locus est immobilis essentialiter, & naturaliter, hoc est, non est mobilis naturaliter, & essentialiter.

Insuper facta ex aere aqua perijt ipse locus. Corpus enim id, quod est ortum, non in eodẽ est. At quænam est ipsius loci corruptio.

Amplius cum ex aere fit aqua: perditus est locus: si quidem speciei inerat, non enim in eodem loco fit corpus. Quæ igitur corruptio? (Tex. c. 31.)

HÆc est quinta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus reuertitur ad declarandum, vel quod locus non est materia, vel quod locus non est forma. Vnde ista litera exponitur dupliciter. (Prima expositio.) nam secundum vnam expositionem Phylosophus probat, quod locus non est forma sic. Cum ex aere generatur aqua, aut econuerso corrumpitur forma, si igitur locus esset forma, locus corrumperetur. oportet igitur eos dare causam propter quam locus debet corrumpi, non enim videtur, quod aliqua causa potest assignari. Vel potest ratio formari sic, si locus esset forma; aqua non esse posset in eodem loco in quo est aer, quia forma aquæ est alia a forma aeris. (Secunda expositio.) Vnde si locus esset forma, tunc oporteret, quod quandocunque aqua mutaret locum, quod mutaret formam, sed quod mutat formam corrumpitur. ergo quandocunque aqua mouetur localiter, ipsa corrumpitur, sed hoc est impossibile, igitur locus non est forma. Secundum vero aliã expositionem probatur, quod locus non est materia, quia si ex aere fiat aqua, aut econuerso corrumpitur locus, quoniam maiorem locum occupat aer, quam aqua cum generatur ex aere, sed cum ex aere generatur aqua, vel econuerso, non corrumpitur materia, quia materia est ingenerabilis, & incorruptibilis. igitur locus non est materia.

Dicta sunt igitur, & ea ex quibus necesse est aliquid esse locum, & ea rursus, ex quibus de substantia ipsius quispiam dubitabit.

Ex quibus igitur necessarium est locum esse aliquid, & iterum ex quibus vtique dubitabit aliquis de substãtia ipsius dictum est. (Tex. c. 32.)

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus epilogat faciens rememorationẽ de prædictis dicens, quod dictum est, quomodo ex aliquibus rationibus apparet, quod locus sit, & propter alias rationes contingit dubitare de ipsius substantia, videlicet, an ipsum sit, vel ipsum non sit.

PERSCRVTATVR DE MODIS ESSENDI aliculus in aliquo. Tractatus primi. Cap. III.

Post hæc sumendum est, quot modis quippiam in alio dicitur esse.

Post hoc autem accipiendum est, quot modis aliud in alio dicitur.

ISTVD est tertium cap. huius tractatus, in quo perscrutatur de modis essendi in: idest de significatione huius præpositionis in. Et ista perscrutatio est necessaria ad inuestigandum naturam, & diffinitionem loci. Istud capit. continet tres partes principales. Quia in primo Phylosophus narrat modos, quibus aliquid dr̃ esse in aliquo. In 2. ibi. [Dubitabit vtiq; aliquis.] Mouet Phyl. & soluit vnam dubitationem, de quodam modo essendi intransumptiue dicto. In 3. ibi. [Quod autem apposuit Zeno.] Soluit quasdā dubitationes, quæ faciunt dubitare de esse loci. In prima igitur parte principali huius capituli Phylosophus narrat, quot modis aliquid dicitur esse in aliquo. Et primo ponit Phylosophus intentionem suam, deinde ponit modos dicens, quod post prædicta accipiendum, & considerandum est, quot modis dicitur aliquid esse in alio, & sic distinguendæ sunt significationes huius præpositionis in. Vnde dicit Commenta. quod Phylosophus enumerat modos, secundum quos aliquid dicitur esse in aliquo, secundum quod artifex demonstratiuus distinguit nomina æquiuoca. Deinde cum dicit,

Vno igitur dicitur modo, vt digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio, vt homo in animali, & omnino in genere species. Alio, vt genus in specie, & omnino in speciei ratione pars speciei. Præterea, vt sanitas in calidis, atq; frigidis, & omnino in materia forma. Præterea, vt res Græcorum in rege, & omnino in primo mouente. Insuper in bono, atq; omnino in fine, hoc autem est id gratia cuius cætera sunt, atque fiunt. Omnium vero id proprijssime dicitur, quod est in vase, & omnino in loco.

Tex. c. 23. *Vno quidem igitur modo sicut digitus in manu, & omnino pars in toto est. Alio vero, sicut totum in partibus. Non enim præter partes est totum. Alio modo sicut homo in animali, & omnino species in genere. Alio vero sicut genus in specie: & omnino pars in specie in speciei ratione. Adhuc autem sicut sanitas in calidis, & frigidis, & omnino species in materia. Adhuc sicut in rege, quæ sunt Græcorum, & omnino motum in primo motiuo. Amplius, sicut in optimo, & omnino in fine. Hoc autem cuius causa fit. Omnium autem maxime proprium est, sicut in vase, & omnino in loco.*

Primus modus essendi. PONIT modos, quibus aliquid dicitur esse in aliquo. Et ponit octo modos. Et primo ponit quatuor modos secundū totum, & partem, i. s̃m vniuersale, & particulare. Deinde ponit alios quatuor s̃m causas quatuor. Vnde primus modus essendi in: est sicut pars in suo toto, vt digitus in manu. Secundus modus est: secundum quod totum est in suis partibus. Tertius modus est, sicut species in genere, vt homo in animali: quarto modo dr̃ aliquid esse in aliquo, sicut genus in specie, & vniuersaliter sicut ars speciei dicitur esse in diffinitione, seu in ratione speciei, & isti quatuor modi accipiuntur s̃m totum, & partem, i. accipiuntur s̃m vniuersale, & particulare. Reliqui vero quatuor modi sumuntur s̃m causas. Vnus modus est, secundum quod forma dicitur esse in materia, vt sanitas dicitur esse in calido, & frigido, & omnino forma in materia. Et iste est quintus modus. Sextus modus est. s. secundum quem aliquid dicitur esse in aliquo, sicut res dicitur esse in agente, & motum in primo motore, & sic cōstitutiones, & possessiones, quæ sunt Græcorum dicuntur esse in Rege, & vniuersaliter effectus dicitur isto modo esse in sua causa efficiente. Alio modo dicitur aliquid esse in aliquo sicut in suo optimo, & in suo fine: vnde istos tres modos vltimos, quia sumuntur secundum causas, po-

Secundus modus.
Tertius modus.
Quartus modus.
Quintus modus.
Sextus modus.
Septimus modus.

nit Phylosophus. Et Commen. addit alium modum acceptum secundum causam materialem. Et est modus, secundum quem aliquid dicitur esse in aliquo, sicut materia dicitur esse in composito ex materia, & forma. Vnde dicit Commen. quod Phyl. dimisit materiam, quia est propinqua parti, & toti, q̃m materia est in composito, sicut pars in suo toto. Octauus vero modus, quem ponit Phylosophus est secundum quod aliquid dicitur esse in aliquo, sicut in vase, & sicut in loco, & iste modus est proprijssimus, & maxime ad propositum. Notanda sunt hic duo secundum Commen. Primo, quod omnes isti modi, præter vltimum, sunt transumptiue dicti, sed illud, quod dicitur principaliter, & verè est sicut esse in vase, & in loco. Alij vero modi dicuntur per similitudinem ad istum modum, & propinquior illorum modorum huic modo, scilicet, quo aliquid dicitur esse in loco, sicut in vase, est modus, quo forma dicitur esse in materia: deinde modus propinquior est ille, quo pars dicitur esse in toto, & modus, qui postea est propinquior, est ille secundum quem particulare est in vniuersali, quoniam ista assimilantur ad aliquid esse in vase, sed totum esse in partibus assimilatur modo, per quem forma dicitur esse in materia, & vniuersaliter vniuersale esse in particularibus: quia totū dicitur esse, quasi forma partium, & vniuersale dicitur esse forma particulariū, & modus remotior est ille, quo res dicitur esse in suo agente, vt dicimus bonum esse in Rege, & bonum in forma. Secundo est notandum secundum Com. quod Phyl. narrat illas intentiones, ad distinguendum naturam, de qua perscrutatur, & est aliquid esse in loco, & aliquid esse in vase. Videtur. n. dicere aliquid esse in loco, & aliquid esse in vase, sicut in eodē ordine s̃m impositionē idiomatis Et narrauit hec duo, & accipit alterum, scilicet, aliquid esse in vase loco alterius, scilicet, aliquid esse in loco, vt notius acciperetur in expositione intentionis secundum famositatem, hæc Comment.

Octauus modus.
Primum notan.
Secūdum notan.

At enim hic quispiam dubitauerit: sitne, vt & in seipso quippiam sit: an nihil est in se prorsus: sed omne quoduis, aut nusquam, aut in alio est.

Dubitabit autem aliquis: vtrum vnum, & idem aliquid esse in seipso contingit, aut nihil: sed omnia, aut nusquam, aut in alio esse. Tex. c. 24.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus mouet, & soluit vnam dubitationem de quodam modo essendi intransumptiuè apud Grecos vsitato, & continet tres particulas, quia in prima mouet dubitationem. In secunda ibi. [Dupliciter autem.] Narrat, quando, quomodo, & de quo contingit dicere, quod est in seipso. In tertia ibi. [Primum autem quod non contingit.] Declaratur, quomodo est impossibile, aliquid esse in seipso. In prima igitur particula huius partis Phylosophus mouet talem dubitationem, s. vtrum contingat aliquid vnum, & idem esse in seipso, vel non, sed omnia, aut nusquam sunt, aut in alio. Notandum secundum Commen. hic, quod postquam phyl. distinxit prius modos, secundum quos dicitur aliquid esse in aliquo, secundum quod artifex demōstratiuus distinguit nomina æquiuoca, perscrutatur de quodam modo transumptiuo, quo vtebatur apud eos, scilicet, apud Græcos: dicebant enim aliquid esse in seipso, vt hominem esse in se, & dolium esse in se, & quia iste modus fuit famosus apud eos, ideo phylosophus mouet dubitationem, scilicet, an aliquid possit esse in seipso, & iste modus est alius a modis prius enumeratis, & hoc facit, vt ostendat, quod nihil est in seipso, sicut in loco. Notandū.

Hoc autem est dupliciter, aut per se, aut per aliud. Nam cum id, in quo est, & id, quod in illo est, totius sunt partes: tunc totum in seipso esse dicitur. Quippe cum, & per partes dicatur. Vt albus, quia superficies est alba: & sciens: quia animæ rationis particeps sit.

Dupliciter aūt hoc est, aut secundum se, aut secundum alterum, cum enim sint quædam partes totius, & hoc in illis, & ille in hoc, dicetur totum in seipso esse. Dicitur autem, & secundum partes, vt album, quia superficies alba, & sciens, quia ratiocinatiuum.

Hæc

Aliquid esse in aliquo potest intelligi dupliciter.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua narratur quomodo, & quando est impossibile aliquid esse in seipso, & quando, & quomodo est impossibile, & de quo potest vere dici esse in seipso. Dicit igitur phylosophus primo, quod aliquid esse in aliquo potest intelligi dupliciter, vel pōt dupliciter esse, videlicet. Vno modo, quia est in illo primo, & nō propter hoc, quod aliquid aliud est in illo: sicut aliquid dicitur esse in loco sibi proprio, non quia aliquid aliud est in illo loco. Alio modo dicitur aliquid esse in aliquo, quia aliud, scilicet, sua pars est in illo: verbi gratia, homo potest dici esse in aqua, quia pedes sui sunt in aqua, qui tamen pedes non sunt homo. Sic igitur patet, quod aliquid esse in loco contingit dupliciter, scilicet, vel primo vel secundum partem. Dicit igitur Phylosophus, quod quandoque contingit aliquid esse in seipso gratia partis, sed est impossibile aliquid esse in seipso primo. Et qualiter contingit aliquid esse in seipso ratione partis: narrat Phylosophus. d. ꝙ cum totum sit in partibus, & partes in toto: dicitur, quod totum est in toto, & hoc ratione partium, & hoc etiam persuadet ratione dicens, quod totum quandoque denominatur a dispositione partis, vt homo dicitur albus, quia eius superficies est alba. & similiter homo dicitur sciens, quia anima, quæ est eius pars, est sciens, & sic totum denominatur a dispositione partis, & eodem modo contingit dicere, quod totum est in toto, quia eius pars est in eo, & ita apparet de quo potest dici, quod est in seipso, quia de toto habente partes potest dici, quod est in seipso, quia non dicitur nisi in ratione partis, scilicet, quia pars est in seipso toto: de illo vero quod est simplex non habens partes non dicitur, quod est in seipso, verumtamen dicere totum esse in toto: quia pars est in toto: est propinquissimus modus accipiendi esse in.

A

B

Dolium igitur non est in seipso, neq; etiā vinum vini vero dolium erit. Ambo namque id, inquam, quod inest, & id, in quo est: eiusdem sunt partes. Hoc igitur pacto fit, vt quippiam in seipso fit.

Tex. 025.

Amphora quidem igitur non erit in seipsa neque vinum. Vini autem amphora erit. Quod namque est: & in quo est, vtraque eiusdem partes sunt. Sic quidem igitur contingit idem aliquid esse in seipso.

C

CVm Phylosophus narrauit, quomodo, & de quo potest dici, quod est in seipso, & quomodo non, quia ratione partis, vel partium, & non ratione totius de quo, quoniam de composito ex partibus contingit vere dicere, quod est in seipso, si hoc non debet concedi de simplici carente partibus: nunc narrat, quando de toto habente partes debet concedi, quod est in seipso, & quando non, siue de quo toto debet hoc concedi, scilicet, quod est in seipso, & de quo non, & intendit dicere, quod quando est aliquod totum habens partes contiguas adinuicem, quando vna est in altera, tunc illud totum potest vere dici esse in seipso, quia pars vna est in altera, sed quando non habet tales partes contiguas, quarum vna non est in altera, tunc non debet hoc concedi, scilicet, quod tale totum est in seipso. verbi gratia, nam amphora vini, id est, totum aggregatum simul ex amphora, & vino: est aggregatum ex duabus partibus contiguis, scilicet, ex amphora, & vino, quarum vna est in altera, quoniam vinum est in amphora: ideo dicimus, quod amphora vini est in amphora vini, sed quoniam amphora non habet tales partes, quarum vna est altera, nec etiam vinum, ideo nec concedimus, quod amphora est in amphora, nec quod vinum est in vino, sic igitur contingit, quod aliquid est in seipso propter alterum, scilicet, propter partes: sed, quod aliquid sit in seipso primo non propter aliquid hoc non contingit, & quod aliquid vere posset dici esse in seipso propter aliud, vt propter partem apparet frequenter, quia illud, quod competit parti attribuitur toti, quia albedo, quæ est in superficie attribuitur corpori, quoniam dicimus corpus esse album, quia superficies est alba. Similiter scientia, quæ est in anima attribuitur homini, nam dicimus quòd homo est sciens, quia anima est sciens, quæ scilicet, anima est pars hominis, cum igitur vinum sit in amphora, potest dici, quod amphora vini sit in amphora vini, & sic patet, quod cum aliquid componitur ex duabus partibus contiguatis adinuicem, quarum vna est in altera, potest dici, quod totum est in seipso propter hoc, quia pars est in illo toto, & pars dicitur

D

A esse in illo toto, quia est in parte illius totius, sicut vinum dicitur esse in amphora vini. quia est in amphora, si vero amphora, & vinum sunt seorsum sic, quod sint abinuicem diuisa, ita, quod non constituant vnum totum, nec contiguantur adinuicem, tunc non debet dici, quod amphora vini est in amphora vini, quia tunc non est vna pars in altera, nec constituunt vnum totum. Vnde notanda sunt hic quinque, primo, quod Phylosophus videtur hic innuere duos modos, quibus aliquid dicitur esse in seipso impropriè, & transumptiuè, primus modus est, quando aliquid dicitur esse in seipso toto, quia vna pars, vel quia partes sunt in illo, & illo modo omne compositum potest dici in seipso, quia partes eius sunt in illo toto, & hunc modum tangit Phylosophus in principio huius particulæ dicens. Cum enim sint partes totius, & hoc in illis, id est, totum in partibus, & ille in hoc, id est, partes in toto dicemus totum in seipso, sed modus ille impropriissimus est. Alio modo aliquid dicitur esse in seipso minus impropriè, quando vna pars est in alia tanquam in continente diuiso non continuo, & illo modo non esse totum debet dici in seipso, sed solum totum habens partes contiguas, quarum vna est in altera, & hunc modum tangit Phylosophus d. Amphora quidem, &c. Secundo est notandum, quod cum Phylosophus dicit, quod totum denominatur, ex dispositione partis, vt corpus ab albedine, quæ est dispositio superficiei, non intelligit Phylosophus, quod superficies sit pars corporis, quia hoc est impossibile, quia sicut linea non componitur ex punctis, ita corpus non componitur ex superficiebus, vt patebit ex sexto huius, sed quia adhuc non est determinatum, quod corpus non componatur ex superficiebus, ideo dicit hic exemplificando, quoniam exempla ponimus, non vt ita sint, sed vt sentiant addiscentes. Tertio est notandum secundum Commenta. quod ille modus transumptiuus, scilicet, quod aliquid dicatur in seipso gratia partis vsitatur in omnibus idiomatibus, sed illa transumptio non est vsitata apud Arabes, scilicet, dicere totale esse in se, & si secundum idioma deberet esse, quoniam totum apud eos disponitur per dispositionem partis, hæc Commenta. Ex quo apparet, quod duplex est transumptio, id est, vna, qua totum denominatur a dispositione partium, & hæc vsitatur in omnibus idiomatibus. Alia est transumptio, qua aliquid dicitur esse in seipso, & hæc non vsitatur in idiomate Arabum quāuis possit esse vsus conueniens, quoniam in idiomate Arabum totum disponitur per dispositionem partis, & sic apparet, quod considerandum est ad vsum loquendi quando debemus attribuere toti, quod attribuitur parti, & quando non. Contingit enim, quod aliquando in vno idiomate aliquid attribuitur parti, quod etiam attribuitur toti, & tamen in alio idiomate illud idem attribuitur parti, & nō toti, sicut esse in toto in aliquo idiomate, vt in idiomate Græcorum attribuitur parti, & etiam toti gratia partis, tamen in alio idiomate, vt in idiomate Arabum esse in toto attribuitur parti, & non attribuitur toti, quia apud Arabes non dicitur, quod totum est in seipso. Quarto est notandum, quod semper totum denominatur a dispositione partium, vel simpliciter, vel cum determinatione, quoniam si ita sit, quod dispositio, quæ est in parte, non est nata inesse cuilibet parti, sed solum vni parti, tunc illa dispositio inhærens parti denominat totum simpliciter, & absolute, vt quia crispitudo non est nata inesse nisi capiti, ideo si caput sit crispum, dicimus absolute, quod homo est crispus, sed si illa dispositio, quæ inest parti sit nata inesse cuilibet parti æqualiter, tunc illa dispositio inhærens vni parti denominat totum, non simpliciter. sed cum determinatione, vt si tantum dentes alicuius sint albi non dicimus absolute, quod illud est album, sed, quod est album secundum dentes. Quinto est notandum, quod cum conceditur aliquid esse in se, vt cum conceditur, quod amphora vini est in amphora vini, ille terminus amphora vini, non supponit pro eodem a parte subiecti, & a parte prædicati, quia tunc esset omnino falsa, sed talis terminus significans totum habens duas partes, quarum una continet aliam potest indifferenter supponere pro parte continente, uel pro parte contenta, sed hoc est impropriè, & transumptiuè. Vnde cum dicimus, quod amphora est in amphora uini, subiectum supponit pro contento, s. pro uino, & prædicatum supponit pro continente, id est, pro amphora. Quod autem tale totum possit supponere ex usu loquendi pro contento, & etiam pro continente apparet, nam dicimus, quod aliqui biberont dolium uini quamuis non biberunt uisi contentum in dolio, scilicet, uinum, dicimus etiā, quod dolium uini continet tot sextaria, cum tamen uinum non contineat, sed uas solum, & sic dolium uini potest supponere tam pro uino, quam pro dolio.

Primum notan.

B

Secūdum notan.

Tertium notan.

C

Quartum notan.

D

Quintum notan.

Sed

Sed vt primo, fieri nequit. Velut albedo est in corpore. Nā superficies est in corpore: scientia vero in anima. Et per hæc quæ sunt, vt in homine partes: appellationes hæ non incongrue fiunt. Doliū aūt, atq; vinum, cū sunt quidem seorsum, non sunt partes: sed cum sunt simul. Quocirca cum sint partes, erit ipsum in seipso: ceu albedo est in homine: quia in corpore est, & in hoc, quia in superficie. In hac autem: non per aliud. Atq; hæc diuersa sunt specie, & aliam vtraque naturam, & potentiam habent: superficies inquam, atque albedo. A

Primum autem contingit, vt album in corpore: superficies enim in corpore: scientia autem in anima. Secundum hoc autem sunt appellationes: cum partes sint, sicut in homine. Amphora autem, & vinum cum seorsum sint, non partes. Similis autem cum sint partes; erit idem in seipso, vt album in homine: quoniam in corpore, & in hoc quoniam in superficie. In hac autem amplius: quoniam secundum aliud est. Et altera specie hæc sunt, & alteram naturam habet vnumquodque, & potentiam vt superficies, & album. B

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli; in qua phylosophus declarat modum, secundum quē impossibile est, quod aliquid sit in seipso, & cōtinet tres partes, quia in prima phylosophus narrat. quō impossibile est aliquid esse in seipso: sed secundum partem bene contingit. In 2. vero ibi. [Neq; igitur inductiue.] Ponitur secunda ratio probans eandem conclusionem. In 3. ibi. [At vero neque per accidēs.] Probat, quod impossibile est, quod aliquid sit in seipso per accidens sicut in loco proprio. In prima igitur parte huius particulæ narrat phyl. quō impossibile est aliquid esse in seipso, & quō est possibile dicens, quod primo, & principaliter non cōtingit aliquid esse in seipso: sed secundum partem bene contingit, vt albedo est in corpore non primo, & principaliter, sed est principaliter in superficie, & superficies, cui principaliter inest albedo, est in corpore. Similiter scientia, quæ est in anima, est primo in anima, sed non est primo in homine, & secundū hoc, i. secundum superficiem, & animam fiunt appellationes, i. denominationes, quia homo denominatur albus ab albedine, quæ est in superficie, & denominatur sciens a scientia, quæ est in anima, cum igitur totum denominatur a dispositione partis, contingit dicere quod aliquod totū est in seipso, quia vna pars eius est in ipso toto, & pars dr̄ esse in toto, quia est in parte totius. v.g. cum amphora, & vinum sint simul, sicut continens, & contentum, contingit vere dicere, quod amphora vini est amphora vini, & vinum dicitur esse in amphora vini, quia vinum est in amphora, sicut homo dr̄ esse albus, quia eius corpus est album, & corpus eius dicitur album, quia superficies est alba, nō quia aliquid aliud est album, sed superficies est primo, & per se alba. Sicut igitur narratum est, quod impossibile est aliquid esse in seipso primo; quia illud, quod primo est in aliquo, est alterius naturæ ab illo, in quo est primo, vt superficies, in qua est primo albedo, est alterius naturæ ab albedine. Intelligendum est hic, quod quamuis gratia exempli dicat phyl. superficiem esse primo albam, tamen hoc non est verum, quia albedo primo est in corpore, quia sicut qualitates primæ, s. calor, frigus humiditas, & siccitas extenduntur secundum longum, latum, & profundum, ita qualitates secundæ resultantes ex primis extenduntur secundum longum latum, & profundum, & ideo dico, quod albedo non inest superficiei, nisi secundū apparentiam, & ideo illud, quod phylosophus dicit hic, & in multis aliis locis, scilicet, quod color primo est in superficie, hoc dicit tanquam famosum, non tanquam verum. C D

Notabile.

Neq; igitur inductiue considerantes in seipso quicquam vllo dictorum modorum esse videmus.

Tex. c.26. *Neq; igitur inductiue considerantibus nihil in seipso videmus secundum nullum determinatorum modorum.*

A HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod impossibile est aliquid esse in seipso primo. Et hæc est sexta cōclusio huius libri, quæ probatur tripliciter, primo per inductionem. secundo, & tertio per diffinitionem. Primo igitur probatur conclusio sic. nihil est in seipso primo, sicut pars in toto nec sicut totum in partibus, nec sicut genus in specie, nec sicut species in genere, & sic de omnibus aliis modis prius enumeratis. ergo nihil est primo in seipso: prima propositio est nota per se, secunda vero patet per inductionem. 6.conclus. huius lib.

Et ratione etiā hoc non posse fieri patet. Oportebit enim ambo esse vtrumque: ceu dolium quidem, & vas, & vinum: vinum autem, & vas, & dolium: si fit, vt quippiam sit in seipso.

B *Et ratione manifestum est. quia impossibile est. Oportet enim vtraque vtrumque esse, vt amphora vasque, & vinum esse. Vinum autem vinum, & amphoram, si vero primum contingit, ipsum in seipso esse.*

SEcundo probatur eadem conclusio per diffinitionem, s. illius, quod est primo in alio, & per diffinitionē eius, in quo est primo aliud. Circa quod est sciendum, quod illud, quod est primo in aliquo, est illud, quod non per aliud est in illo v.g. Sor. primo est in aliquo loco, s. in loco suo proprio. quia non est in loco suo proprio, per hoc quod aliud est in illo, sed Sor. est in cælo, quia aliud est in cælo, vt aer, in quo est Sortes est in cælo, & aer est in cælo, quia ignis est in cælo, hæc igitur est diffinitio eius, quod est primo in aliquo, s. esse in aliquo non per se, & aliud se diffinitio eius, in quo & est aliquid primo est esse, in quo est aliud non per aliud, sicut locus proprius Sortis est, in quo Sortes primo est, quia non per aliud, sed per se. sed cælum est, in quo est Sortes per aliud, quia per hoc, quod ignis est, in quo est Sortes, & ignis, in quo est Sortes per hoc, quod aer est, in quo est Sor. &c. Istis igitur diffinitionibus sic stantibus probatur, quod nihil est in seipso primo, quia si aliquid esset in seipso primo, vt si amphora vini esset primo in amphora vini, sequitur, quod vtrumque. s. tam amphora, quam vinum sit vtrumque, s. tam amphora quàm vinum. consequens est impossibile, igitur, & antecedens. hæc igitur est consequentia phyl. si amphora vini esset primo in amphora vini sequitur, quod amphora est amphora, & etiam quod amphora est vinū, & etiam sequitur, quod vinum est vinum, & etiam, quod vinū est amphora, consequens est impossibile: igitur, & antecedens, consequentia potest probari sic, suppono, quod amphora primo est continens vinum, ita, quod amphora est primum, in quo est vinū, & vinum est primo contentum in amphora, sic, quod uinum sit illud, quod primo est in amphora, & ista sunt per se nota. Et ulterius, suppono, unum dictum, per se notum, videlicet, quod si amphora uini est primo in amphora uini, tunc amphora uini est illud, quod primo est in alio, & etiam amphora uini est illud, in quo est aliquid primo, ita, quod amphora uini est primum continens, & etiam primum contentum, & hoc est per se notum, quoniam sit ita, quod a. & b. sint nomina synonyma, & significent idem, quod amphora uini, bene tūc sequitur si a. primo est in b. a. est primo in b. & b. est illud, in quo primo est a. & sic si a. sit primo in b. a. erit primo cōtinens, & etiam primum contentum, & sic patet, quod sequitur, quod si amphora uini est primo in amphora uini, amphora uini erit primum continens, & etiam primum contentum. Ex his igitur arguetur sic, si amphora uini est primo in amphora uini, amphora uini est primum continens, & etiam primū contentum, sed primum continens est amphora per primam suppositionem, & primum contentum est uinum per secundā suppositionem, & sic amphora erit amphora, & etiam uinum, ex quo sequitur, quod amphora est uinum, & quod uinū est amphora, & per consequens vtrumque est utrumque illorū. consequentia patet, quia quæcumque sunt idem numero, sunt eadem inter se. ergo si amphora sit idem, quod amphora uini, & etiā uinum sit idem, quod amphora uini, sequitur, quod uinum, & amphora sunt idem, & ex hoc sequitur, quod vtrūq; est in utroque, quia si amphora, & uinum sunt idem, si uinum est in amphora, & amphora erit in uino. Secunda probatio. C D

Quare si quam maxime in sese sint, dolium quidem vinum suscipiet, non vt est ipsum dolium vinum,

num, sed vt illud. Atque patet rationem esse diuersam. Alia enim est eius ratio, in quo est, alia eius, quod est in illo.

Quare siquidem maxime in alterutris essent, amphora quidem accipiet vinum, non secundum quod vinum, sed inquantum illa. Et vinum inerit in amphora, non inquantum amphora ipsa, sed secundum, quòd illud amphora. Secundum quidem igitur, quod alterum sit manifestum est. Alia namque est ratio eius, quod in quo, & alia illius, quod in hoc.

Tertia probatio eiusdem.

SEcunda ratio probans eandem conclusionem per diffinitionem talis est. Illud, quod competit alicui non inquantũ tale non competit ei primo: sed si idem dicatur esse in seipso hoc non erit inquantum idem. ergo idem non est in seipso primo: maior est manifesta per se, & minor probatur, quia alia est diffinitio eius, quod est in alio, & alia est diffinitio eius, in B quo est aliud, vt manifestum est, igitur si idem reciperet se non erit eadem ratio recipientis, & recepti, sed alia erit ratio seu diffinitio recipiẽtis, & recepti, vt cum vinum est in amphora, amphora non recepit vinum inquantum amphora est vinũ, sed inquantum amphora est amphora, nec vinum recipitur in amphora, inquantum vinum est amphora, sed inquantum vinum est vinum, igitur alia est diffinitio recipientis, & alia diffinitio recepti, & ita patet, quod si idem recipit se, hoc nõ est inquantum idem. Vnde quod non competit alicui, inquãtũ huiusmodi, nõ competit ei primo, sed si idem sit in seipso, hoc non est inquantum idem, quia alia est ratio eius, s'm quod est in alio, & s'm quod est illud, in quo est aliud. Intelligẽdum, quod cum dicimus aliquid esse in seipso dicimus duo, s. vnum, & idẽ esse illud, quod est in alio, & esse illud, in quo aliud est, & vnũ & idem receptum, & recipiens, sed certum est, quod inquantum aliquid recipit non recipitur, nec inquantum recipitur recipit & ideo si dicatur, quod idem est in seipso, non potest dici, quod hoc sit inquantum idem. quia non inquantũ idem recipit, & recipitur. Vnde illæ rationes videntur maxime probare, quod nihil est in seipso primo: tanquam in loco, vel vase, Verumtamen per eas potest satis probari, quod nihil est in C seipso primo. aliquo modo essendi in. Intelligendum, quod expositores hic probant, quod nihil est in seipso, & hoc sic. Illud competit alicui primo, quod competit alteri per ipsum, & ipsi non per alterum. ergo si aliquid esset in seipso primo, nihil esset in illo nisi quod esset ipsum, & sic si amphora vini esset in seipsa primo, vinum non esset in amphora, nisi vinum esset amphora vini, & sic vinum esset amphora, sed ista ratio non valet, quia per ipsam eandem rationem posset probari, quod nihil esset in alio primo, & ita quod totum vinum non potest esse in amphora, quia si totum vinũ esset primo in amphora, nihil esset in amphora, nisi quod esset totum illud vinum, & per consequens pars vini non esset in amphora, quod est falsum, si igitur ratio illa concluderet, sequeretur, quod nihil habens partes esset in altero primo. Dicẽdum igitur, quod phylosophus non loquitur hic de primitate secundum prædicationem: sicut loquitur primo post. tunc enim prædicatũ inest subiecto primo primitate adequationis, de qua loquitur phyl. primo post. quando subiectum, & prædicatum sunt adequata quantum ad supposita ita, quod de quocumque supposito dicitur subiectum, de eodem dicitur prædicatum, & econuerso, & illo modo impossibile est, quod aliquod quantum sit in aliquo loco primo, quia non posset aliquod quantum esse D in aliquo loco primo, illo modo, nisi quælibet pars illius quanti esset in illo loco, & per consequens pars illius quanti esset illud quantum, quod est impossibile. Dico igitur, quod phyl. loquitur de primo secundum quod opponitur ei, quod est secundum aliud, siue illud aliud sit pars siue non sit pars, sed omnino extrinsecum: ita, quod illud dicatur inesse alicui primo, quod nõ est sibi per aliud, nec per partem, nec per aliud, quod sit intrinsecum, & illo modo Sortes est primo in loco proprio, quia non est in loco sibi proprio, nec per partem, nec per aliquid intrinsecum, nam contingit, quod aliquid sit in loco per aliud dupliciter: Vno modo per partem suam, vt amphora vini dicitur esse in amphora vini, quia vinum est in amphora vini. Alio modo per aliud omnino extrinsecum, vt quando dicitur, quod aer est in cælo, quia est in igne qui ignis est in cælo. Hæc igitur breuiter est distinctio, scilicet quod aliquid inesse alteri primo, est dupliciter: Vno modo secundum quod

Aliquid inesse al-

A primitas dicit adequationem, secundum prædicationem, & illo modo loquitur phylosophus primo Poste. Alio modo secundum quod primitas opponitur ei, quod est per aliud. ita, quod illud inest alicui primo, quod inest ei non secundum aliud, & sic loquitur phylosophus hic. Vnde cum aliquid insit alicui primo primitate adequationis, tunc oportet, quod cuicumque inest subiectum, quod ei etiam insit prædicatum, sed secundo modo non oportet.

teri primo est duplicit.

At vero, neq; per accidens fieri potest. Nã duo simul in eodẽ erunt. Etenim, & ipsum dolium in seipso erit, si cuius natura est susceptiua, id esse in seipso potest, & insuper illud, cuius est susceptiuũ, ceu vinum si vini Fieri igitur non posse, vt in seipso quicquam sit primo, ex his, quæ diximus, patet.

At vero neque secundum accidens contingit, simul enim duo corpura in eodem erunt. Ipsaq; amphora in B seipsa erit, si eius natura receptiua est, hoc contingit in seipso esse. Et adhuc illud, cuius receptiuum est, vt si vini vinum. Quod quidem igitur impossibile sit, aliquid in seipso esse primo manifestum est.

Tex. cõ

Tex. cõ

HÆc est tertia pars tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli: in qua declaratur, quod impossibile est idem esse in seipso per accidens, sicut in loco. Et hæc est septima conclusio huius libri, quæ probatur sic, si aliquid est in seipso per accidẽs, sicut in loco, sequeretur, quod duo corpora essent simul in eodem loco. consequens est impossibile. ergo, & antecedens. consequentia probatur sic, si aliquid recipiat se per accidens, sicut locus locatum, oportet, quod recipiat per accidens illud, quod est in eo: quoniam omne, quod recipit recipiens, recipit aliquod, quod recipitur in recipiente, ergo si aliquid recipit se per accidens, sequitur, quod illud, quod recipit se, est aliquod corpus, quod non est in eo, & sic erunt duo corpora simul. v. g. si detur, quòd amphora sit in se per accidens, sicut in loco, oportet, quod illud, quod est in C amphora, sit in amphora, sicut in loco, quia in quocumque est corpus continentis, sicut in loco, in eodem est corpus contentum sicut in loco, & per consequens amphora, & vinũ erunt in eodem loco adequato, & sic duo corpora erunt simul in eodem corpore adequato, quod est impossibile. Notandũ, quod intentio phylosophi est hic probare, quod impossibile est, quod aliquid sit in seipso, sicut in loco proprio per accidens, scilicet, per hoc, quod aliquid est in eo, tanquam in loco proprio. v. g. impossibile est, quod amphora sit in seipsa tanquam in loco proprio per accidẽs, idest, per hoc, quod vinum est in amphora, tanquam in loco proprio per se, quia tũc sequeretur, quod duo corpora essent simul in eodem loco, quod est impossibile. Sed dubitatur, quia dictum est prius, quod aliquid est in seipso secundum partem, sed quod competit alicui secundum partem, competit ei per accidens. ergo aliquid est in seipso per accidens. Et phylosophus concludit in fine huius, quod impossibile est aliquid esse in seipso primo. igitur phylosophus probat, quod nihil est in seipso, & ideo non probat hic, quod nihil est in seipso per accidens. Ad primum dicendum est, quòd nihil est in seipso per accidens, sicut in loco proprio per aliquid, quod est in eo, sicut in loco proprio per se. v. g. D amphora non est in seipsa per accidens per hoc, quod vinum est in amphora, sicut in loco proprio per se, quare dico, quod aliud est esse in seipso per partem, & aliud est esse in seipso per accidens, secundum quod phylosophus loquitur hic de inesse in seipso per accidens, quoniam esse in seipso per accidens est esse in seipso per hoc, quod taliter aliud, quod non est illud ipsum, nec pars eius est in ipso per se, & illo modo loquendo, non est verum dicere, quod aliquid, quod inest secundum partem, inest secundum accidens. Ad secundum dico quod phylosophus intelligit, quod impossibile est aliquid esse in seipso primo, tanquam in loco proprio, vnde per primum intelligit proprium, seu adequatum. Vnde phylosophus vult, quod nihil est in seipso per accidens, tanquam in loco proprio, idest adæquato.

7. conclu. huius lib.

Primum dubium. Secundũ.

Ad primum.

Ad secundum.

Id vero, quod Zeno dubitabat, si locus sit in ratione rerum, in quonam erit: solui facile potest. Nihil enim prohibet: vt primus locus in alio quidem

dem

dem sit: non tamen in illo tanquam in loco. Sed vt est sanitas quidem in calidis, sicut habitus: caliditas autem in corpore, vt affectus. Quare non necesse est in infinitum abire.

Quod autem Zeno opposuit, quia si locus est aliquid in aliquo erit, soluere non est difficile. Nihil enim prohibet in aliquo esse primo locum, non tamen in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas quidem in calidis & humidis: calor autem in corpore, sicut passio est. Quare non necesse est in infinitum abire.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylos. remouet quasdam dubitationes, quæ faciunt dubitare de esse loci, & continet duas particulas sm duas dubitationes, quas soluit. secūda ibi. [Illud autem manifestum.] In prima igitur particula ponitur prima dubitatio, quæ est dubi-
Prima dubitatio. tatio Zenonis, & est talis, si locus est, necesse est, vt sit ī aliquo, sed omne, quod est in aliquo, est in loco, & ideo si locus est, locus est in aliquo loco, & eadem ratione ille locus est in loco, & ille in alio, & sic erit processus in infinitū, sed hoc est impossibile, ergo locus non est. Illam dubitationem soluit phyl. d.
Solutio. ꝙ locus proprius est in aliquo, sed non in aliquo, vt in loco, sed est in aliquo, sicut sanitas in calido, & frigido, i. in temperantia calidi cum frigido, & hoc est esse in. sicut accidens in subiecto. Hæc igitur est responsio phylosophi, s. quod locus proprius non est in aliquo, sicut in loco, sed est in aliquo, sicut accidens in subiecto. Notandum sm Com. quod illa solutio pos-
Notabi. sibilis est sm Arist. dicentem, quod locus est superficies corporis continentis, superficies enim formaliter in corpore, qui vero posuerit locum esse dimensiones existentes, in quibus disponitur locatum, non potest euadere rationem Zenonis, cū igitur secundum phylosophum locus sit superficies corporis continentis, est in corpore continente, sicut in subiecto, si vero locus esset spacium inter latera corporis continentis, cum illud spatium sit corpus, quia habet tres dimensiones, & omne corpus est in loco, sequitur, quod locus esset in loco, & ille locus in aliquo alio loco, & sic in infinitum.

C Patet autem, cum vas nihil sit eius, quod est in seipso (diuersa namque sunt id, quod inest, & id, in quo primo inest) locum, neq; formam esse, neque materiam, sed diuersum. Hæc enim illius sunt aliquid, quod est in vase. materia, inquam, ac forma. Hæc igitur de ipso loco sint dubitata.

Tex. c. 29. *Illud autem manifestum, quoniam nihil est vas eius, quod est in ipso. Alterum enim primo, & quod etiam, & in quo est, propter quod non erit vtique, neque materia, neque species locus, sed alterum, illius vero aliquid*
Tex. c. 30. *hoc vtraque est materia & forma. Hæc quidem igitur sunt opposita.*

HÆc est secunda particula huius partis, in qua soluitur secunda dubitatio, s. vtrum locus sit materia, vel forma.
Solutio secundæ dubi. Vnde ista dubitatio sic soluitur, quod locus non est materia, nec forma. Et hæc est vna conclusio posita superius, & etiam probata, tamē phylosophus probat eam hic isto modo:
D locus non est pars locati, sed iam materia, quā forma sunt partes locati. ergo locus necest materia, nec forma. Et, quod locus non sit pars locati, probatur sic: dicere aliquid esse in loco, est, sicut dicere aliquid esse in vase, sed vas nō est aliquid illius. ergo locus non est aliquid locari, non enim est locus materia locati, nec forma eius, & sic patet, ꝙ locus non est pars locati. Deinde phylosophus epilogat superius declarata dicens, ꝙ supra dicta vsque huc fuit opposita.

SVPPOSITIONES DE LOCO, ET QVÆdam præambula necessaria ad inquisitionem diffinitionis loci. Tractatus primi. Cap. IIII.

SEd quidnam sit locus hoc modo fuerit manifestum. Atque sumamus de ipso, quæ vere per se competere ipsi videntur. Censemus itaque locum

A id continere, cuius est locus, & nihil esse ipsius rei. Præterea primum locum neque minorem esse, neque maiorem. Præterea neque ab vnoquoque relinqui, & separabilem esse.

Quid autem forte sit locus, sic fiet vtique manifestum. Accipiamus autem de ipso quæcunque videntur vere, secundum ipsum inesse ipsi. Dignum est igitur locum, esse primum, quod continet illud, cuius locus est, & nihil esse rei. Amplius primum neque maiorem, neque minorem esse. Adhuc autem neque deficere vnicuique, & separabile esse.

IStud est quartum capiculum huius tractatus: in quo phylosophus præmittit quasdam suppositiones de loco, & alia necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci. Et continet tres
B partes principales. Quia in prima phylosophus narrat quasdam suppositiones de loco, &c. In secunda ibi. [Suppositis autem his.] Narrat phylosophus, qualis debet esse diffinitio loci ex dictis suppositionibus inuestiganda. In tertia ibi. [Primum quidem igitur.] Præmittit phylosophus quædam alia necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci. Prima pars potest diuidi in quinque particulas secundum numerum quinque suppositionum, seu conditionum loci. In prima igitur parte principali huius capituli phylosophus narrat quasdam suppositiones de loco, & sunt quinque. Et dicit Commenta. hic, scilicet, quod illa, que sunt essentialiter in loco, & per se, sunt quinque. Prima sup-
Prima igitur suppositio est, quod locus continet locatum, & positio. nihil eius est, ita, quod nec est pars locati, nec accidens eius. Vnde notandum secundum Commen. quod per illam suppositionem locus differt a forma, & a vacuo, quoniam per hoc, quod locus non est aliquid locati differt locus a forma, quia forma est pars, & per hoc, quod locus continet locatum differt locus a vacuo. Secunda suppositio est, quod locus est æqualis Secunda.
locato. Pro qua suppositione est intelligendum, quod locus est superficies corporis locantis, per quam corpus locans contiguatur corpori locato. Vnde, corpus locatum contiguatur
C corpori locanti: sed contigua sunt quorum vltima sunt simul, vnum vltimum igitur corporis locantis, quod vltimū est versus locatum, est simul cum superficie corporis locati, sed superficies est indiuisibilis quantum ad profunditatem. ergo cum superficies corporis locati, & superficies corporis locantis sint simul: tantum occupabit vnum illorum, quantum occupabant ambo, quia indiuisibile additum indiuisibili ex ea parte, qua vtrumque est indiuisibile, non facit maius. Cum igitur superficies locantis sit locus, & illa superficies sit æqualis superficiei corporis locati terminantis ipsum, per consequens est æqualis corpori locato, & sic sequitur, quod locus sit æqualis locato. Intelligendum, quod locus non est æqualis locato secundum omnes dimensiones, quia locus non habet, nisi duas dimensiones, scilicet, longitudinem, & latitudinem, & ideo locus est æqualis locato secundum duas dimensiones tantum, scilicet, secundum longitudinem, & latitudinem, non autem secūdum profunditatem Tertia suppositio est, quod locus est sepa- Tertia.
rabilis a locato, quia quamuis locus contineat locatum, & propter hoc non dicatur differre a locato: tamen locus est separa- Dubium.
bilis a locato, & in hoc differt locus a materia, & a forma. Sed
D hic dubitatur, quia materia est ingenerabilis, & incorruptibilis, vt patet ex primo libro, sed incorruptibile potest separari a corruptibili: igitur materia est separabilis a re, cuius est materia, & sic locus non differt a materia per hoc, quod est separabilis a locato, immo per hoc conuenit cum materia. Ad hoc Solutio a-
dubium dicunt aliqui, quod materia potest considerari dupli- liquorū.
citer, scilicet, vel secundum essentiam, vel secundum esse, vnde materia secundum essentiam suam est ingenerabilis, & incorruptibilis, & ideo secundum essentiam suam remanet, corrupto composito. & sic est separabilis a composito, sed secundum esse suum materia generatur, & corrumpitur, & sic materia nō remanet secundum esse suum, corrupto composito, sed locus secundum esse suum separatur ab eo cuius est. Et hæc est differentia inter materiam, & locum, quia locus separatur secundum esse suum ab eo, cuius est, & materia non Sed illa respon- Prima cō-
sio non valet, quia impossibile est, materiam manere, nisi in futatio e-
suo esse, quia omne, quod manet, habet esse, dicere igitur, ꝙ iusdem so-
materia manet secundum essentiam, non secundum esse, hoc lutionis.
est dicere, quod esse manet, & non manet, quia si non mane-

Secunda. rei secundum esse, tunc corrumperetur, & sic non maneret. Item esse materiæ, aut est materia, aut aliud a materia, si est materia, igitur si manet secundum essentiam manet secundum esse, cum esse materiæ, & sua essentia sint idem, sed si illud esse sit aliquid aliud a materia, vel est substantia, aut accidens, non accidens, quia non quantitas, nec qualitas, &c. nec substantia, quia tunc esset forma, vel compositum, non compositum certum est, nec est forma, quia tunc forma esset separabilis a re, cuius contrarium dicit phylosophus dicens, quod per hoc, quod locus est separabilis differt tam a materia, quam a forma. Ideo dicendum est pro intentione phylosophi, quod locus est separabilis a locato, quia non est in locato, sed in locante, ideo non est in eo, cuius est locus, sed materia, & forma sunt intrinseca rei, cuius sunt materia, & forma. Vel potest dici, quod locus est separabilis a locato sic, quod locatum potest manere, quamuis non maneat in eodem loco, & in hoc differt locus tam a materia, quam a forma, quia hoc compositum non potest manere sine hac materia, & sine hac forma, sed hoc locatum potest manere sine hoc loco. & secundum aliquos iste locus potest manere sine hoc locato, quia diuersa corpora possunt sibiinuicem succedere in eodem loco, verumtamen, si diuersa corpora non possunt sibiinuicem succedere in eodem loco, sicut verius credo, tunc dico, quod ille locus est separabilis a locato, quia locatum potest manere sine loco, in quo est, sed separatio loci a locato est eius corruptio, sicut in aliis patet, quia aliquod accidens dicitur esse separabile a suo subiecto, quia subiectum potest manere sine illo accidente, sed separatio accidentis a subiecto est corruptio accidentis.

Solutio propria.

Et insuper omnem locum differentias has habere: supra, inquam, ac infra.

Adhuc autem omnem locum habere sursum, & deorsum.

Quinta suppositio.

QVarta suppositio seu conditio est illa, quod omnis locus habet sursum, & deorsum, ita quod, differentiæ loci sunt superius, & inferius, & secundum Commentatorem per hoc differt locus a vacuo, quia in vacuo nec est superius, nec inferius naturaliter.

Et corporum vnumquodque proprios ad locos suapte natura ferri: aut sursum, aut deorsum pergendo, & in eisdem manere.

Et ferri natura, & manere vnumquodq; corporum in proprijs locis, hoc autem facere sursum, aut deorsum.

QVinta suppositio de loco est illa, quod vnumquodque corpus naturale naturaliter fertur in suum locum, & naturaliter quiescit in illo, vt leuia sursum, & grauia deorsum, & hoc demonstrat, quod locus non est vacuum, & dicit Commentat. quod vacuum non facit motum in actu, sed locus facit motum in actu, ita, quod est causa finalis eius, vt dicit Commenta. Intelligendum, quod ista suppositio, siue proprietas vltima non est communis omni loco, sed est communis omni loco, extra quem est corpus, quod natum est esse in eo, & ita ista proprietas non competit loco corporis cælestis, sed solum competit locis corporum generabilium, & corruptibilium. Intelligendum etiam, quod per illas suppositiones remouentur falsæ opiniones de loco. Vnde tres erant errores circa locum, vnus error erat, quod locus est materia, secundus erat, quod locus est forma. tertius vero, quod locus est spatium inter corporis continentis latera, vnde per hoc quod locus continet, & non est pars, habetur, quod locus non est forma, quia forma est pars, & per hoc, quod locus est separabilis a re habetur, quod locus non est materia, & per hoc, quod locus habet sursum, vel deorsum, & etiam per hoc, quod corpora naturalia mouentur ad sua loca, & quiescunt in illis, habetur quod locus non est spatium inter latera corporis continentis, nec vacuum.

His suppositis, reliqua contemplemur, oportet. Atque conandum est, considerationem hoc facere

A modo, vt ipsum quid est tale assignetur, vt & ea, quæ dubitantur, soluantur, & ea, quæ competere loco videntur, insint, & insuper ipsa difficultatis, & dubitationum, quæ circa ipsum fiunt; causa pateat. Sic enim vnumquodq; pulcherrime demonstrari profecto potest.

Suppositis autem his, reliqua consideranda: oportet autem tentare intentionem, sic fieri, vt quid sit, reddatur: & quæcunque opposita soluantur, & quæ videntur loco inesse, insint, & amplius dischboliæ causa, & oppositorum circa locum manifesta erit. Sic enim vtique pulcherrime demonstratur vnumquodque. Tex. c. 31.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua narratur, qualis debet esse diffinitio loci ex prædictis suppositionibus inuestiganda, & narrat phylosophus B quatuor, quæ requiruntur ad hoc, quod diffinitio loci sit perfecta, & complete inuestigata. Quorum primum est, vt per illam diffinitionem ostendatur, quid sit locus. Secundum est, vt per illam diffinitionem soluantur omnes difficultates, & quæstiones circa locum. Tertium est, vt per illam diffinitionē appareat causa, propter quam proprietates, & accidentia, quæ sensibiliter apparent inesse loco: insunt ei, quoniam per diffinitionem perfectam debent apparere causæ proprietatum, & accidentium sensibilium, quæ insunt diffinito. Quartum est, vt per illam diffinitionem pateat causa difficultatis, & discordiæ in opinionibus circa locum, & quando habetur talis diffinitio, tunc pulcherrime diffinitur vnumquodque. Notanda sunt hic tria secundum Commen. Primo circa tertium, quæsitum est notandum secundum Commen. quod diffinitiones completæ sunt innatæ reddere causas omnium accidentium in re existentium, sed non conuertitur, scilicet, quod omne, ex quo redduntur causæ accidentium, sit vera diffinitio, & ideo existimatur, quod hæc est regula destruens diffinitiones non verificans: hæc Commen. Vnde bene sequitur destructiue, si aliquid non reddit causas accidentium existentium in C re, illud non est diffinitio, sed non sequitur affirmatiue. videlicet, quod si aliquid reddit causas accidentium, quod propter hoc illud sit diffinitio. Et intelligo, quod per diffinitionem completam reddantur omnes causæ accidentium essentialium, quæ insunt diffinito, quæ quidem accidentia possunt demonstrari de diffinito per istam diffinitionem, tanquam per medium: tamen causæ accidentium per accidens, quæ insunt diffinito contingenter non cognoscuntur per diffinitionem completam. Secundo est notandum circa quartum requisitum secundum Commen. quod hoc est proprium rerum diffinibilium diffiniri, scilicet, vt per earum diffinitionem appareat causa difficultatis, & soluantur omnes difficultates, & obiectiones circa diffinitum. Et intelligo per diffinitionem completam illud, per quod possunt solui omnes difficultates, quæ accidunt propter ignorantiam diffinitionis, non tamen credo vniuersaliter, quod omnes difficultates possunt solui cognita diffinitione. Tertio est notandum sm Comment. quod illa tria, s. quod per diffinitionem soluantur quæstiones accidentes circa diffinitum, & per diffinitionem appareant causæ accidentiū, scilicet, sensibilium in diffinito, & quod per diffinitionem appareant difficultates, quæ accidunt circa diffinitum. Ista tria sunt D necessaria in diffinitione quærenda in hoc loco: quoniam si vnum illorum diminuitur, aut omnino nō erit diffinitio, aut si erit, perfecta non erit, hæc Commentator.

Ad hoc, quod diffinitio loci sit perfecta quatuor requiruntur.
Primum.
Secundū.
Tertium.
Quartum.
Primum notan.
Secundū.
Tertium.

Si igitur motus iste non esset, qui ad locum accommodatur: locus sanè non quæreretur, quod quidem ante omnia est animaduertendū. Ab hoc enim, & cęlum maxime in loco esse putamus Quia semper motu cietur. Hic autem triplex est, latio, accretio, & decretio. Nam in accretione, decretioneve fit sanè mutatio, & quod prius hic erat, id est ad maius, aut ad minus translatum.

Primum quidem igitur oportet intelligere, quod non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secundum lo- Tex. c. 32.

cum;

cum: propter hoc enim, & cælum maxime in loco esse opinamur, quia semper in motu est. Huiusmodi aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmentum, & decrementum. Et namque in augmento, & decremento transmutatur, & quod prius erat hic iterum transmutatum est in maius, aut minus.

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua præmittuntur quædam necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci, & continet quatuor particulas, quoniam in prima Phylosophus narrat, quis motus facit scire locum esse. In secunda ibi. [Est autem quod mouetur.] Phylosophus præmittit quoddam necessarium, quod est quædam distinctio mobilis. In tertia ibi. [Quoniam autem dicimus.] Ponitur tertiũ necessarium, quod est quædam diuisio de loco. In quarta ibi. [Cum quidem igitur.] Præmittit quartum necessarium, & est, quod locus non est continuus cum illo, quod est in loco, sed est continens diuisum. In prima igitur particula huius partis Phylosophus narrat, quis motus facit scire locum esse, & dicit quod motus localis facit scire locum esse, quoniam si non esset motus localis non perciperetur locum esse, & propter hoc opinantur antiqui, quod cælum maxime sit in loco, quia cælum semper mouetur. Similiter motus augmentationis, & diminutionis facit scire locum esse, quia quod augmentatur, & etiam quod diminuitur mutatur secundum locum, sic igitur apparet, qui motus faciunt scire locum esse, quoniam motus localis, & motus augmentationis, & diminutionis faciunt scire locum esse. Notanda sunt hic duo secundum Commen. Primo, quod Phylosophus dicit motum facere scire locum esse, & non quietem, licet vtraque significent locum esse, quia motus est notior quiete, quia quies est priuatio, & motus est habitus. Secundo est notandum secundum Comment. quod Auicenna opinatus est, quod cælum non mouetur in loco, quia quod mouetur in loco debet mutare locum secundum totum, sed cælum non mutat locum secundum totum, ideo dixit, quod cælum non mouetur in loco. Alij vero dixerunt cælum moueri secundum partem, non autem secundum totum. Contra quos dicit Commen. quod ponere cælum moueri secundum partem, & non secundum totum est inopinabile, & ideo negauit Zeno ipsum moueri, vt postea dicetur. Intelligendum tamen, quod cælum mouetur secundum partem, & secundum totum, quoniam cælum secundum se totum mutat locum, secundum formam non secundum subiectum, sed partes cæli mutant locum secundum formam, & secundum subiectum, vt patet sexto huius.

Primum necessariũ ad inuestigandum, quid sit motus.

Primum notan.

Sed vide in fiñtiam 8. ph.c. 2. secũdum Auic.

Mouentur autem alia per se actu, alia per accidens. Et horum alia per se moueri possunt, vt corporis partes, atque nauigij clauus. Alia nequeunt, sed per accidens semper mouentur, vt albedo, atque scientia. Hæc enim propterea mutantur loco, quod in quo sunt mutatur.

Est autem quod mouetur, aliud quidem per seipsum actu, aliud vero secundum accidens. Ipsius autem quod secundum accidens est: alia quidem contingentia moueri per se, vt partes corporis, & in naui clauus. Alia vero non contingentia, sed semper secundum accidens, vt albedo, & scientia. Hæc enim sic transmutant locũ, quia id, in quo sunt transmutatur.

Secũdum necessariũ

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua præmittitur secundum necessarium ad inuestigandum diffinitionem loci, quod est quædam distinctio mobilis, quæ talis est. Mobile, quoddam per se, quoddam per accidens. Mobile per accidens est duplex, quoddam, quod est aptum natum per se moueri, vt pars corporis, & clauus fixus in naui, si enim separantur, possunt per se moueri. Et quoddam est mobile per accidens, quod scilicet impossibile est moueri per se, & huiusmodi sunt accidentia, quia accidentia nõ possunt separari a subiecto. Vnde dicit Commen. quod illa est dispositio, omnium formarum existentium in subiecto. s. quod non possunt per se moueri. Dicit etiam Commen. quod Phylosophus per illam diuisionem mobilis intendit inuenire, quod motum quod de necessitate habet locum, est motum essentialiter, & hoc fecit homines percipere locum esse essentialiter, sed mobile per accidens non facit percipere locum esse, nisi accidentaliter.

Atqui dicimus in cœlo tanquam in loco esse: quia in aere sumus, hic autem est in cælo. Et item in aer non vniuerso, sed ob vltimum ipsius, & continens in aere dicimus esse. Nam si vniuersus aer esit locus, locus profecto cuiusque non erit æqualis eius cuius est locus. At æqualis esse videtur. Talis autem est is in quo primo quippiam est.

Quoniam autẽ dicimus esse sicut in loco in cælo, quia in aere, hic autem in cælo, & in aere autem non omni, sed propter vltimum ipsius, & continens in aere esse dicimus. si enim omnis aer locus, non æqualis erit vniuscuiusque locus, & vnumquodque locatum. videtur autem huius primum in quo est. Tex.c. 33.

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua ponitur tertium necessarium, quod est quędam diuisio de loco, quæ diuisio est ista, quod locorum aliquis primus, aliquis secundus, idest locorum alius est communis, alius est proprius, & res dicitur esse in loco communi, quia est in loco proprio. v. g. dicitur esse in cælo, quia est in aere, & dicitur esse in aere per illam partem aeris, quæ continet locatum, & dicitur esse in illa parte aeris, quia est in vltimo eius, sed quia finis aeris est duplex, scilicet, alius proprius, vt ille qui continet locatum, & non plus, & alius communis, vt ille qui continet locatum, & etiam alius, cuius est finis totius aeris, ideo Phylosophus declarat, quis finis, vel quod vltimum non est locus, & probat, quod nec totus aer, nec finis cõmunis est locus primus, & hæc est octaua conclusio huius libri, quæ probatur sic, locus primus est æqualis locato, sed nec totus aer, nec finis communis est æqualis locato. ergo &c. ex illa conclusione secundum expositionem Comment. deducitur alia conclusio, scilicet, quod vltimus finis est locus, & hoc sic, locus est æqualis locato, & vltimus finis est æqualis locato, igitur vltimus finis est locus, & ille syllogismus est ex duabus affirmatiuis, in secunda figura, quia locum esse æqualem locato est proprium loco, hæc Comment. vnde ille syllogismus est bonus, quamuis sit ex omnibus affirmatiuis in secunda figura, quia termini syllogismi sunt conuertibiles. Aliam expositionem ponit Commen. s. quod Phylosophus non intendit declarare, quod primus locus. s. vltimus finis aeris sit locus in rei veritate, sed intendit declarare, quod qui ponit locum esse vltimum finem concedunt ei illa propositio, scilicet locum esse æqualem locato, & non negant ei, sicut accidit dicentibus locum esse totum aerem, & per hoc intendit notificare, quod illa omnia principia non conceduntur, nisi ponentibus locum esse vltimum finem, aeris continentis locatum, hæc Commentator.

Tertiũ necessarium.

8. conclu. huius lib.

Prima expositio Commẽ. expositio.

Cum igitur non diuisum est id quod continet, sed continuum. tum in illo non tanquam in loco, sed vt pars in toto dicitur esse. At cum diuisum est, atq; tangit. tum in primo est vltimo continentis, quod quidem neque pars est eius, quod est in ipso, neq; maius, sed æquale. In eodem enim sunt eorum vltima quæ sese tangunt.

Cum quidem igitur non diuisum sit continens, sed continuũ, non dicimus esse in illo, sicut in loco, sed sicut pars in toto. cum vero diuisum sit, & contactum, in primo quodam vltimo continentis, quod neque pars est ipsius, quod est in ipso, neque maius distantia, sed ęquale. In eodem enim vltima contingentium. Tex. c. 34.

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus præmittit quartum necessarium ad inuestigandum diffinitionem loci, & est, quod locus

Quartum necessariũ

non est continuum locato, sed est diuisum ab eo, idest, quod locus debet esse continens diuisum, hæc particula continet duas partes, quia in prima narrat illud quod probare intendit. In secunda ibi. [Et cum continuum.] Declarat intentum. In prima igitur parte huius particulæ narrat Phyl. quod cum continens non fuerit diuisum a contento, sed continuum non dicitur contentum esse in illo sicut in loco, sed sicut pars in suo toto, quoniam vbi continens est continuum contento, ibi non est accipere vltimum in actu, quod tamen requiritur ad locũ, vt supra habitum est. sed cum continens fuerit diuisum a contento, tunc contentum dicitur esse in continente, sicut locatũ in loco. Notandum secundum Com. hic primo, quod Aristot. per hunc sermonem intendebat distinguere inter locatum esse in corpore, qđ est vbi eius, & partes esse in toto, hæc Com. & intelligitur, quod vbi ipsius locati est corpus locans, & continens locatum, nec est verum quod corpus locãs sit verum vbi de prædicamento vbi nec hoc intendit Com. Notandum secundo secundum Com. quod continens dicitur de tribus, scilicet de fine contangenti. i. de fine tangente, seu immediato, dicitur etiam de fine non contangenti. i. de fine mediato non tangenti, & etiam dicitur de forma. Adhuc continens, dicitur de continenti continuo, & de continenti diuiso, loquendo de continenti non contiguo, non est verum quod tale continẽs, sit æquale locato, quia vltimus intius ignis est continens me, sed non tangens, & ideo vltimum ignis non est æquale mihi, sed de vltimo contangenti est verum, quod est æquale siue sit continuum, siue diuisum sed dicere, aliquid esse in loco, sicut aqua in vase est verum, de contangenti fine, & non contangenti, sed non est verum de forma. Locus igitur proprius habet tres dispositiones. Prima est, quod locus est continens, & per hoc differt locus a vacuo, quod imaginatur esse inter superficies vasis continentis aquam, quod imaginatur esse locum apud dicentes vacuum esse. Alia dispositio est, quod locus est continens immediatum locatum, siue contangens locatum, & hæc proprietas cõuenit loco proprio communi. Alia est, quod res est in loco sicut aqua in vase. i. locus debet esse continens diuisum, & hęc dispositio est cõis loco proprio & loco communi, sed non competit formæ, nec continuo contangenti partem, nec superficiei contangenti partes corporis adinuicem.

Primum notau.

Secundũ.

Atque si continuum quidem est, non in illo, sed cum illo mouetur. Sin vero diuisum est, in illo, siue illud moueatur, siue non moueatur.

Et cum continuum quidem sit, non in illo mouetur, sed cum illo. Diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens, siue non, nihil minus.

HÆc est secunda pars quartæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod locus est continens diuisum a locato, sic quod non est continuum cũ locato, & hæc est nona conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. primo sic, illud, quod est continuum alicui non mouetur in eo, sed cum illo, sed locatum potest moueri in loco, ergo locus non est continuum locato, & cum locus contineat locatum, sequitur quod locus est continens, diuisum a locato.

Nona conclusio huius libri.

Insuper cum non est diuisum, vt pars in toto dicitur esse, vt in oculo pupilla, aut in corpore manus. Cum vero est diuisum, esse in illo dicitur, vt aqua in cado, aut in dolio vinum. Nam manus quidem cum corpore, aqua autem in cado mouetur.

Amplius cum non diuisum sit, sicut pars in toto dicitur, vt sicut in oculo visus, & in corpore manus. cum autem diuisum est, vt in cado aqua, & in scypho vinum. Manus quidem enim, cum corpore mouetur, aqua autem in cado.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. quando contentum non est diuisum a continente, tunc dicitur esse in eo, sicut pars in toto, vt visus in oculo, & manus in corpore. sed quando contentum est, diuisum a continente, tunc dicitur esse in eo, sicut aqua in vase, & non sicut pars in toto. ergo si locatum sit in loco, sicut aqua in vase, & non sicut pars in toto, sequitur quod locus est continens, diuisum a continente.

EX PRÆDICTIS INVESTIGATVR, ET Concluditur diffinitio loci. Tractatus primi. Cap. V.

Iam igitur ex hisce patet quidnã sit locus. Quatuor enim fere, sunt quorum vnum, quid locum esse necesse est. Aut enim forma, aut materies, aut interuallum, quid est inter extrema, aut ipsa extrema, si non sit interuallum vllum, præter ipsius corporis magnitudinem, quod est in loco.

Iam igitur manifestum ex his, quid locus est. Vere enim quatuor sunt, quorum necesse est cum vnum aliquod esse, aut enim forma, aut materia est, aut spatium aliquod in medio extremorum, aut extrema, si non est spatium ullum, pręter impositi corporis magnitudinem. Tex.c.41.

ISTVD est quintum capitulum huius Tractatus, in quo ex prædeterminatis inuestigatur, & concluditur diffinitio loci de loco. Istud cap. continet duas partes principales, quoniam in prima declarat quid non est locus. In secunda ibi. [Si igitur nihil horum trium.] Declarat quid est locus. prima pars continet quatuor particulas, quia in prima ponitur diuisio quadrimembris, in cuius aliquo membro oportet locum contineri, In secunda ibi. [Eorum autem.] Probat, quod locus nõ est forma. In tertia ibi. [Sed ex eo, quod mutatur.] Probatur quod locus non est spatium, vel dimensio inter latera corporis continentis, in quarta ibi. [Et materia.] Probatur, quod locus non est materia. In prima igitur particula huius partis ponitur talis ratio. locus, vel est materia, vel spatium inter extrema corporis continentis, vel si nullũ tale sit spatium, inter extrema corporis continentis, præter magnitudinem corporis contenti, oportet dicere quod extrema corporis continentis sint locus, hæc igitur est diuisio locus, aut est materia, vel forma, aut spatium inter latera corporis cõtinentis, seu vltimum corporis continentis.

Atque patet horum tria locum esse non posse. Sed quia continet, forma esse videtur. In eodem enim sunt vltima eorum, quorum alterum continet alterum continetur. Sunt igitur ambo fines, sed non eiusdem. Sed forma quidem ipsius rei, locus autem corporis eius, quod continet.

Horum aũt, quod tria non contingat esse, manifestum est, sed propter id quod cõtinet, videtur forma esse. In eodem enim sunt extrema continentis, & cõtenti. Sunt quidem igitur vtraque termini, sed non eiusdem, sed species quidem rei, locus autem continentis corporis.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua probatur, quod locus non est forma. Primo tamen Phylo. ponit similitudinem inter locum, & formam, ex qua similitudine apparet, quod locus est forma. similitudo igitur est talis, quoniam forma continet, & locus cõtinet, & propter hanc similitudinem inter locum, & formam apparet, quod locus sit forma, sed ratio illa non valet, quia locus continet tanquam terminus extrinsecus ad locatum, sed forma continet, tanquam terminus extrinsecus, vnde probat Phyl. quod locus non est forma sic. locus est terminus corporis continentis, & locantis, sed forma est terminus locati, & contenti, ergo locus non est forma. & hæc est vna conclusio superius posita, & probata, videlicet, conclusio quarta, & credo quod Phylo. per formam hic non intelligat formam substantialem, quæ est altera pars compositi, sed intelligit figuram, vel superficiem corporis locati continentem ipsum locatum, & sic innuit Commen.

Quia vero id quod continetur atque diuisum est, interdum transfertur, eo manente, quod continet, vt aqua in vase, interuallum quid esse videtur, quod

quod est inter extrema, vt aliquid aliud præter corpus id quod transfertur.

Sed ex eo, quod mutatur multotiens, manente continente, contentum, & diuisum, vt ex vase aqua: ipsum medium videtur esse aliquod spatium, tanquam aliquid sit præter corpus, quod transfertur.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, quod locus non est spatium inter latera corporis continentis, & primo ponit rationem, vel similitudinem, propter quam potest apparere, quod locus est spatium. Secundo soluit illam rationem. Tertio vero probat, quod locus non est spatium, & secundum hoc ista particula continet tres partes, quia in prima ponitur ratio probans, quod locus est spatium. In secunda ibi. [Hoc autem non est.] Soluit illam rationem. In tertia ibi. [Si enim aliquid.] Probatur, quod locus non est spatium. In prima igitur parte huius particulæ ponitur similitudo inter locum, & spatium, ex qua similitudine apparet, quod locus est spatium, seu dimensio inter superficies corporis extrinseci, v.g. dimensio, quæ est inter superficies vasis. ista enim opi. est magis apparens, quia notũ est, quod aliquid esse in loco est, sicut aquam esse in amphora, vel in cypho. sed vtrum locus sit superficies cyphi, aut vacuũ, quod intercipitur inter superficies cyphi habet perscrutationem. quoniam similitudo, propter quam existimatur, quod locus est spatium talis est: quia locus existimatur esse immobilis, & manẽs idem, exeunte vno corpore a loco, & alio ingrediente. existimatur enim, quod in eodem loco secundum numerum, in quo nunc est aqua, postea erit aer. Illud igitur, in quo recipiuntur diuersa corpora successiue, videtur esse locus. sed eadem distantia inter latera corporis continentis videtur manere continue in diuersis corporibus sibiinuicem succedentibus in eodem loco & quando aqua existens in cypho transfertur ad alium locum, & aer intrat, eadem distantia videtur permanere inter latera cyphi, & in illa distantia recipiuntur diuersa corpora successiue, & propter illam similitudinem videtur, quod locus sit spatium, siue distantia inter latera corporis continentis. Vnde ratio potest fieri sub hac forma. illud, quod est manens idem numero, & recipit diuersa corpora successiue videtur esse locus, sed inter latera corporis continentis est quoddam spatium manens idem numero, in quo recipiuntur diuersa corpora successiue. ergo videtur, quod spatium inter latera corporis continentis sit locus. Vnde isti antiqui existimabant, quod inter latera corporis continentis, est quoddam spatium dimensionatum manens, & habens alias dimensiones a dimensionibus locati, & dixerunt, quod spatium illud est locus. Intelligendum, quod illa opi. est magis apparens, & est opi. vulgaris, scilicet, quod locus est quoddam spatium inter latera corporis continentis, & illud spatium quidam vocabant vacuum, quidam vero vocabant illud spatium dimensiones separatas, quæ sunt longitudo, latitudo, & profunditas sine omni corpore naturali, non enim illud determinat sibi aliquam qualitatem sensibilẽ, nec aliquod corpus naturale: sed ipsum recipit diuersa corpora naturalia successiue.

Ratio quod locus sit spatium.

Hoc autem non est ita, sed quoduis eorum corporum incidit, quæ transferuntur, aptitudinemq́; habent tangendi.

Hoc autem non est, sed contingens incidit corpus eorũ, quæ transferuntur, & quæ se apta nata sunt contingere.

Solutio rationis.

HÆc est secunda pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. soluit rationem iam positam. d. quod non est tale spatium, nec sunt tales dimensiones, quæ semper manent eadem inter latera vasis, quã dimensiones locati, vnde quando vnum corpus exijt: aliud corpus ingreditur, & sicut corpora naturalia, quæ sibiinuicem succedunt, non sunt eadem, ita dimensiones inter latera vasis non sunt eædem, quæ dimensiones faciunt latera distare, nec est hoc corpus, quod separatur a corpore naturali, sicut illi existimabant, sed omnia corpora tangunt se, & nõ sunt simul, nec diuiduntur, nec penetrantur adinuicem, sicut illa opinio ponebat, & hoc apparet de amphora, & de alijs, vt dicit hoc Commen. In hoc igitur breuiter cõsistit solutio, scilicet, quod inter latera corporis continentis non sunt aliæ dimensiones a dimensionibus corporis naturalis contenti inter latera continentis, & diuersæ dimensiones diuersorum corporum naturalium faciunt successiue latera continentis vniformiter, & æqualiter distare. Intelligendum, quod Comment. inducit hic vnam rationem Phylosophi, quæ in hoc loco non habetur in translatione nostra ad probandum, quod locus non est tale spatium, quæ ratio est illa. si locus esset tale spatium separatũ, & abstractum a qualitatibus sensibilibus, cum illud spatium, si ponatur sit simile in omnibus suis partibus, sequeretur, quod quilibet locus indifferenter esset locus naturalis cuiuslibet corporis, quia ex quo illud spatium est consimile in omnibus partibus, non est maior ratio, quare vna pars illius sit locus alicuius corporis, quam alia, & sic locus proprius ignis non magis esset superius, quam inferius, quod est falsum, quoniam, vt dicit Com. fines corporis diuersificantur secundum diuersitatem naturarum corporum. nam in eis inuenitur superius, & inferius, & ideo illa corpora mouentur ad sua vltima propria, vt perficiantur per illa, & vt tangant illa.

Notandũ.

Quod si esset quid interuallum aptum in eodemque manens, infinita loca essent profecto. Si enim transferatur aqua, & aer: idem facient omnes partes in toto, quod vniuersa aqua in vase.

Si autem aliquid esset spatium aptum natum, & manens in eodem loco, infiniti vtique essent loci, distante enim aere & aqua idem facient omnes partes in toto, quod quidem omnis aqua in vase. Tex.c.37.

HÆc est tertia pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod locus non est spatium, & continet duas particulas: quia in prima probatur conclusio intenta. In secunda ibi. [Non est autem alius locus.] Remouetur quoddam dubium. Prima particula continet duas partes secundum numerum duarum rationum, quas adducit. Secunda ibi. [Simul autem.] In prima igitur parte huius particulæ Phyl. probat, quod locus non est spatium, & hæc est decima conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic, si locus sit spatium, vel dimensio separata, sequitur, quod infinita sunt loca simul. consequens est impossibile. igitur, & antecedens. Circa hanc rationem Phylosophus sic procedit, quoniam primo ponit illam conditionalem. si locus est spatium, igitur infinita loca sunt simul. Secundo probat eam. sed facilitatem consequentis non probat, quia est manifesta per se. igitur. consequentiam probat sic. si locus sit spatium quale imaginatur inter latera corporis continentis: tunc sicut omnis aqua, i. sicut tota aqua est in vase, siue in loco per se, ita qualibet pars totius esset in loco per se, & in loco alio a loco cuiuslibet partis, sed infinitæ sunt partes totius. ergo infinita essent loca per se, in quibus reciperentur illæ partes infinitæ locati simul: & omnia ista loca, in quibus reciperentur omnes illæ partes forent simul, quia locus est simul cum locato. Quod autem omnes illæ partes, in quas totum diuiditur, essent simul, apparet, quia illæ partes essent indiuisibiles, & indiuisibile tangens indiuisibile est simul cum eo. nam indiuisibile additum indiuisibili non facit illud maius, & sic sequitur, quod infinita loca essent simul. Vnde ratio illa fundatur super septem propositiones, quarum prima est, quod pars diuisa a toto est per se in loco, sicut & ipsum totum, & hoc apparet. quoniam cum pars diuisa est a toto est per se, & adæquate in vltimo continentis diuiso ab eo. & per consequens est in loco per se. Secunda propositio est, quod duæ dimensiones corporeæ nõ possunt esse simul, nec vna potest ingredi aliam, nisi vna penetraret aliam, quod patet nam quia clauus habet aliam dimensionem a dimensionibus ligni non potest clauus ingredi lignum nisi penetraret lignum. Tertia propositio est, quod locus si ponatur tale spatium cum sit immobilis non potest penetrari. Ex qua propositione tertiã sequitur, quarta, scilicet, si locus sit tale spatium, est necesse quod locatum ingrediens locum vndique penetretur, & hoc sequitur, quia ex quo spatium, quod ponitur esse locus, habet dimensiones corporeas alias a dimensionibus corporis locati, non potest corpus ingredi hoc spatium, nisi dimensiones corporis, penetrarentur

Prima ratio & est 10. concl. huius lib.

Talis ratio fundatur super septẽ propositiones, & prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

vndique a dimensionibus spatij, vel econuerso, quia ex quo sunt vndique simul, totum cum toto, & partes cum partibus, oportet alterum penitus penetrari, &c. Sed dimensiones spatij non possunt penetrari, vt patet per propositionem tertiam. ergo oportet corpus locum penitus, & vndique penetrari.

Quinta. Quinta propositio est, quod si corpus vndique penetretur, oportet, quod diuidatur in indiuisibilia, & hæc propositio apparet. quia si aliquod diuisibile ipsius corporis maneret non diuisum, corpus non esset vndique penetratum secundũ quamlibet partem, quia non esset vndique penetratum secundum partem diuisibilem, quę manet.

Sexta. Sexta propositio, indiuisibilia, inter quæ non est medium sunt simul adæquate, quod sic patet, quia indiuisibile additum indiuisibili non facit maius.

Septima. Septima propositio est, quod si loca sunt simul, oportet eorum locata esse simul, & hoc apparet ex hoc, quia locatum, & locus sunt simul, ideo quod simul est cum locato, est simul cum loco. Ex istis sequitur, quòd si locus sit spatium, quod infinita loca sunt simul quia si locus sit spatium, oportet, quod corpus ingrediens locum vndique penetretur, & ita omnes partes corporis locati erunt diuisæ, & per consequens eorum loca sunt adæquata, sed sicut partes corporis sunt simul infinitæ, ita eorum loca sunt infinita. ergo si sint simul infinita loca erunt simul. similiter adhuc potest probari illa consequentia. locus est spatium. ergo infinita loca sunt simul, & hoc sic. si locus spatium. ergo habet tres dimensiones, & per consequens esset corpus, ex quo sequitur quod locus haberet locum, & eadem ratione ille locus haberet alium locum, & sic in infinitum, cum ergo locus, & locatum sint simul. sequitur quod infinita loca erunt simul.

Notandũ. Notandum est, quod Commen. non solum ducit ad hoc inconueniens, quod sunt infinita loca correspondentia simul infinitis partibus totius, sed etiam ducit ad hoc, quod sunt infinita loca eiusdem corporis, & hoc sic: si totum sit in loco habente tres dimensiones, tunc quælibet pars totius erit in loco habente tres dimensiones: sicut locus partis erit alius a loco totius, & locus partis non est pars loci totius. cum ergo locus partis sit in loco totius, & non est in eo, sicut pars in suo toto. ergo oportet, quod locus partis sit in loco totius, sicut locatum in loco, eadem ratione locus totius erit in alijs dimensionibus, sicut locatum in suo loco, & illæ dimensiones erunt in alijs dimensionibus sicut locatum in loco, & sic in infinitũ. cum ergo locatum est in loco illo, in quo est suus locus, sequitur, quod eiusdem corporis locati erunt infinita loca. Quod autem dimensiones, quæ sunt locus partis, non sint partes dimensionum, quæ sunt locus totius. ita quòd locus partis non sit pars loci totius, probat Commentator sic, si dimensiones, quæ sunt locus partis, essent pars loci totius, tunc pars non esset in loco per se, quia non essent, nisi in parte loci, & si pars non esset in loco per se, propter hoc quòd locus partis est pars alterius loci, eadem ratione totum non erit in loco per se, quia locus totius est pars alterius loci, scilicet continentis illud totum, & etiam illud totum est pars alterius, scilicet, totius mundi, & ita contingeret, quòd nullum totum esset per se in loco, quia quodlibet totum est pars mundi, & quilibet locus totius est pars alterius loci, & sic nihil esset per se in loco. hoc potest sic argui. si locus sit spatium, tunc sicut totum est in loco, ita quælibet pars totius erit in loco alio a loco totius. hæc consequentia patet ex præcedentibus, tunc arguitur sic. Locus partis, si est in loco totius, aut erit in illo, sicut locatum in loco, aut sicut pars in suo toto. si primo modo, eodem modo dimensiones, quæ sunt locus totius, erunt in alijs, scilicet dimensionibus alterius totius, cuius illud totum est pars sicut locatum in loco, & sic in infinitum, & erunt infinita loca eiusdem, vt deductum est, si detur, quòd locus partis sit in loco totius sicut pars in suo toto: eadem ratione locus totius, cum sit in alijs dimensionibus erit in illis, sicut pars in suo toto, sed illud, quod solum est in loco, quia est in loco, qui est pars vlterius loci: est in loco per se. ergo nec pars, nec totum esset per se in loco, & sic nihil esset per se in loco, sed hoc est inconueniens. ergo & illud, ex quo sequitur, scilicet, quod locus est spatium.

Et insuper locus etiam transferretur. Quare loci etiam alius locus erit, & loci simul complures erunt.

Simul autem erit, & locus transmutans quanta erit loci alius locus, & multi loci simul erunt.

A Hæc est secunda pars istius particulæ, in qua ponitur secunda ratio probans, quod locus non est spatium inter latera corporis continentis, quæ ratio est talis. quoniam transmutato aliquo corpore, vt puta amphora, transmutatur illud spatium, quod est inter latera amphoræ, sed illud spatium secundum opinionem eorum est locus. ergo locus per se transmutatur localiter, tale autem recipitur per se in loco. ergo loci erit locus. & sic in infinitum, & sic infinita loca erunt simul. Intelligendum, quod illa ratio fundatur super quinque propositionibus hypotheticis. Quarum prima est, quod si sit tale spatium inter latera corporis continentis semper manens idem, oportet illud spatium transmutari ad transmutationem corporis, & hoc patet, quia eadem distantia continue videtur manere inter latera vasis vase transmutato secundum locum. Talis ratio fundatur sup quinque propositiones quarũ prima est.

Secunda. Secunda propositio est, quod si locus sit spatium. oportebit aggregatum ex vase, & ex aqua, & ex spatio contento in latera vasis, quando transmutatur, recipi in alijs dimensionibus, idest, in dimensionibus, quæ sunt inter latera continentis illud totum aggregatum.

Tertia. Tertia propositio est, quod totum aggregatum ex vase, & ex contento, & ex spatio existente inter latera vasis, si recipiatur in alijs dimensionibus B oportebit, quamlibet partem illius aggregati per se recipi in partibus illarum dimensionum, in quibus recipitur totum, & hoc patet ex præcedentibus. quia si locus sit spatium, oportebit illud, quod recipitur in loco, diuidi, & penetrari, ita quod sicut totum est in illo per se, ita oportebit, quamlibet partem esse in loco per se.

Quarta. Quarta propositio est, quod si locus sit spatium, & mouetur per se secundum locum, eadem ratione spatium, in quo recipitur poterit mutari secundum locum, & recipietur in alio spatio, & hoc apparet sic, quia sicut transmutato vase, transmutatur spatium inter latera vasis, ita transmutato corpore, in quo recipitur vas transmutatum, transmutatur spatium contentum inter latera ipsius corporis.

Quinta. Quinta propositio est, quod si talia spatia sint loca, oportebit illa remanere inter latera corporis continentis, & sic cum latera corporis continentis transferuntur de loco ad locum, illa spatia transferentur de loco ad locum. Ex quibus propositionibus sequitur, quod infinita loca erunt simul, quia ex quo illa spatia sunt loca in actu, & permanentia in quocunque instanti temporis mensurantis motum, fit transmutatio in nouum locum, & instantia in tempore sunt infinita, & omnia ista alia manent simul, sicut spatium inter latera vasis manet vase transmutato. igitur sequitur, quod infinita sunt loca simul. C

At non est alius locus ipsius partis, in quo mouetur, cum vas totum transfertur, sed idem.

Non est autem alius locus ipsius partis, in quo mouetur, cum totum vas, transmutatur, sed idem.

Hæc est secunda particula tertiæ partis, tertiæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus remouet quoddam dubium tale, quoniam posset aliquis dicere quod secundum opinionem Phylosophi sequitur, quod sunt infinita loca simul, quia quælibet pars corporis est in loco, & alia & alia in alio & alio loco, cum igitur cuiuslibet corporis sint infinitę partes, sequitur, quod erũt infinita loca, in quibus locantur istæ partes corporis. Istã dubitationem remouet Phylosophus dicens, quod non est alius locus partis, quam locus, in quo mouetur totum, idest, quam D locus totius, sed idem est locus totius, & partis, quoniam in eodem loco, in quo est totum per se sunt partes per accidens, nec correspondent partibus loca propria, quia locus proprius est continens diuisum, & partes continui non habent continens diuisum eis proprium, & adæquatum. Remouetur quoddam dubium.

Aer enim & aqua, vel partes aquæ in eo, in quo sunt, mouentur, sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui quidem pars eius est loci, qui locus totius est cæli.

In quo enim est commutatur aer, & aqua, aut partes aquæ, sed non in quo fiunt loco, qui pars est loci, qui est locus totius cæli.

Sed

Dubium. Sed adhuc est dubium, quia si non est alius locus totius & partis, tunc quando totum transmutatur, v.g. quando vas plenum aqua transmutatur, pars, ut aer, aut aqua existens in vase transmutaretur ad locum totius vasis, quod est falsum. Hæc igitur est dubitatio, q si pars non sit in alio loco a loco totius, tunc quando totum transmutatur ad aliquem locum, pars transmutaretur ad eundem locum, & ita aqua existens in uase transmutaretur ad locum totius vasis. Hoc remouet phyl. d. q quãuis idem locus, in quo commutatur. i. trãsmutatur, supple vas, vel corpus in quo est aer, vel aqua aut pars aquæ, aut aeris, nõ tamen transmutatur ad illum locum, qui est pars loci totius mundi. i. ad locum totius vasis tanquam, supple, ad locum proprium, sed tanquam ad locum cõem, quia idem est locus totius, & partis. Solutio. Solutio igitur est illa. i. q pars mutatur ad eundem locum, ad quem mouetur totum, sed non transmutatur ad illum locum, tanquam ad locum proprium, sed tanquã ad locum communem. Vel forte Phyl. intelligit, q partes trãsmutantur ad locum totius, tanquam ad locum communem. i. ad superficiem immediate continentem totum, sed non transmutatur ad locum, qui est pars loci totius mundi, quia talis locus est non locus, qui est pars loci totius mundi. Notabile. Pro quo est intelligendum, q ponendo, q locus sit spatium, tunc locus, in quo est vas, est, pars loci, in quo est totus mundus, quia si tale spatium ponatur, tunc oportet, q spatium, in quo est vas, sit pars spatij, in quo est totus mundus. sed ponendo, q locus sit ultimum corporis continentis, tunc non debet poni, q locus in quo est vas, sit pars loci, in quo est totus mundus, uel cælũ, qm ultimum totius aquæ, in quo est terra non est pars concaui orbis Lunæ, in quo est totus iste mundus inferior.

Atqui materia quoq; locus esse videbitur, si in quiescente, & non separato, sed continuo quispiam considerauerit.

Tex. c. 38. *Et materia autem videtur vtiq; esse locus, si in quiescenti aliquis consideret, & non in separato, sed cõtinuo.*

Hæc est quarta particula primæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, q locus non est materia, & continet duas partes, qm in prima ponitur ratio, p p quam aliquibus uidetur, q locus sit materia. In secunda ibi. [Sed materia.] Probat, quòd locus non est materia. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. innuit duas rationes, uel similitudines, p p quas uidetur, q locus sit materia, & soluit illas rationes. Prima rõ. Quod locus uidetur quod sit materia. Prima igitur ratio talis est, sicut in generatione substantiali est aliquod subiectum, in quo succedunt sibi formæ substantiales, quod est materia, ita in motu locali est aliquod unũ, in quo corpora sibinuicem succedunt, quod est locus, & propter hoc uidetur, q materia est locus, quia materia est illud, in quo succedunt sibinuicem diuersæ res siue diuersa corpora, & maxime hoc apparet. s. q locus sit materia, qñ unum corpus transmutatur in aliud in eodem ubi, sicut si in eodem uase primo sit aer, postea transmutetur ille aer in aquam, ita, q aqua fiat in eodem uase, & in eodem loco, tunc enim uidetur, q illud, quod est materia illarum formarum recipiens eas successiue, sit etiam locus earum recipiens eas successiue.

Nã, vt si alteratur, est aliquid, quod nunc quidẽ est album, olim aũt erat nigrum, & nunc quidem est durum, olim autem erat molle, quapropter & dicimus materiã aliquid esse, sic & locus per quãdam talem imaginationem esse videtur. D

Sicut enim si alteretur, est hoc quidem nunc vtiq; album, nunc autem nigrum, & tunc quidem durũ, olim autem molle. Vnde dicimus aliquid esse materiam, sic & locus per talem quandam videtur esse phantasiam.

Secunda ratio. Aliam rationem ad idem ponit phylosophus talem, quia illud idem, quod primo est album, est postea nigrum, & illud, quod primo est durum, postea est molle. propter hoc ponimus, quod aliquid est materia eorum recipiens ea successiue, sicut cum locus recipit diuersa corpora successiue, uidetur, propter hoc, quod locus sit materia, unde potest ratio formari sic. Illud, quod recipit diuersa corpora successiue est materia illorum, sed locus recipit diuersa corpora successiue, ergo.

A. Verum illud quidem ex eo: quia quod erat aer, id nunc est aqua locus autem ex eo, quia vbi erat aer: hic nunc est aqua.

Verumtamen propter illud quidem, quoniam quod nunc est aqua, prius erat aer, locus autem, quia vbi nunc est aqua, ibi erat aer.

Hic phyl. soluit illas rationes, & solutio stat in hoc, q materia recipit successiue diuersas formas substantiales, sed locus recipit diuersa corpora existentia in actu, & hoc est, quod phylosophus dicit. uerumtamen illud, idest, dissimilitudo est in hoc inter locum, & materiam, quia illud, scilicet, materia, sic recipit, quod illud, quod nunc est aqua, prius erat aer, sed sic non est in receptione loci, quia in receptione loci non est transmutatio substantialis, sicut in receptione materiæ. Solutio dictarum rationum.

B At enim materia quidem, vt antea diximus, neque separabilis est a re, neque continet: loco autẽ ambo competunt.

Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus, neque diuisa est a re, neque continet rem, locus autem vtraque. Tex. c. 39.

Hæc est secunda pars quartæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quod locus non est materia, quæ est una conclusio prius posita, & probata, tamen hic aliter probatur per talem rationem, materia non separatur a re, neque continet ipsam, sed locus continet, & separatur. ergo locus non est materia.

Si igitur locus non est quicquam istorum triũ, neque materia, neque forma, neque etiam internallum aliquid aliud semper præter ipsius rei spatium, quæ transfertur, necesse est locum quatuor C illorum reliquum esse: finem inquantum corporis continentis, atque id corpus contineri dico, quod est mobile latione.

Si igitur nihil horum trium locus est, neque species, neque materia, neque spatium aliquod: semper est alterum: præter id, quod est rei distantia: necesse est locũ esse reliquum terminum de quatuor continentis corporis. Dico autem contentum corpus: quod mouetur secundum loci mutationem.

Hæc est secunda pars principalis huius cap. in qua declarato, q locus non est, declaratur, quid sit locus, inferendo ex prodeclaratis diffinitionem loci, hæc pars continet tres particulas, quia in prima inuestigatur, & concluditur genus loci de loco. In secunda ibi. [Est autem sicut uas.] Inuestigatur una differentia ponenda in diffinitione loci. In tertia autem ibi. [Quare terminus continens.] Concluditur diffinitio loci, siue genus loci. Prima particula continet duas D partes, quoniam in prima concluditur diffinitio loci. In secunda ibi [Videtur autem magnum.] Narrat phyl. causas difficultatis in cognitione loci. i. quæ sunt causæ, propter quas est difficile cognoscere quid est locus. In prima igitur parte huius particulæ concluditur, quòd locus est ultimum corpus continentis, & hæc est undecima conclusio huius libri, quæ probatur per syllogismum hypoteticum diuisum sic. Locus aut est materia, uel forma, siue spatium, uel corporis continentis ultimum, locus nec est materia, nec forma, nec aliquod spatium medium inter extrema continentis, quod semper alterum est, & distinctum præter illud, quod est rei distantia. idest, a distantia, hoc est a quantitate contenti, quod contentum habet partes distantes, ergo relinquitur, quod locus est ultimum corporis continentis, siue terminus corporis continentis, quod idem est. Vnde breuiter, ex quo locus, uel est materia, uel forma, uel spatium inter latera corporis continentis distinctum a quãtitate contenti, sed nec est materia, nec forma, nec spatiũ tale, sequitur, q locus est terminus, uel ultimũ con- 12. concl. huius lib.

poris continentis. Et ne aliquis intelligat per contentum, vel locatum aliquod spatium medium: subiungit dicens: quod corpus contentum dicitur illud, quod est natum moueri secundum suam mutationem.

Magnum autem quid, difficileque esse videtur, locum percipere, tum quia partim materiæ: partim formæ similis esse videtur.

Tex. c. 40. *Videtur autem magnum aliquid, & difficile accipi, quid est locus, et propter hoc, quod apparet esse materia, & forma.*

Prima că quare locus sit difficilis ad cognoscen. HÆc est secunda pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. In qua narrantur causæ, propter quas difficile est cognoscere, quid est locus, & narrat tres causas, propter quas difficile est cognoscere, & accipere, quid est locus, & dicit primo, quod videtur aliquod magnum, & difficile accipere, quid est locus, propter hoc, quod locus apparet esse materia, vel forma, & hæc est prima causa difficultatis. Vnde propter similitudinem inter locum materiam, & formam est difficile cognoscere, quid est locus, quia consideratio de materia, & forma est difficilis, & ideo, quia locus videtur esse materia, vel forma, vt prius visum est: difficile est cognoscere, quid sit locus.

Tum, quia translatio eius, quod fertur: in ipso continente fit quiescente. Esse enim posse videtur interuallum aliud quoddam a magnitudinibus, quæ mouentur.

Et propter hoc quidem quod in quiescenti, & continenti fit transmutatio eius, quod fertur, contingere enim videtur spatium medium, aut aliud aliquid a motis magnitudinibus.

Secunda causa. SEcunda causa, propter quam est difficile cognoscere, quod est locus: est illa: quia corpora videntur transferri in continente, & quiescente, vt aqua in cypho quiescente, quoniam cypho quiescente transmutatur aqua, quæ est in cypho, & ingreditur aliud corpus, & quia cyphus quiescit transmutato corpore existimatur, quod est medium inter latera cyphi, quod quiescit corpore transmutato, & ita existimatur, quod est aliquod spatium medium inter latera cyphi, quod manet, & quiescit diuersis corporibus sibiinuicem succedentibus in cypho. sed loco quiescenti possunt diuersa corpora sibiinuicem succedere in illo: ideo videtur, quod locus sit quoddam spatium medium inter latera corporis continentis, quod est valde difficile ponere, scilicet, quod locus sit tale spatium, vt patet per supra declarata, & hæc est secunda causa difficultatis cognoscendi locum, quia locus videtur esse spatium, quod est valde difficile ponere.

Confert autem ad hoc, & ipse aer: qui videtur esse incorporeus. Nam non solum fines ipsius vasis: sed interuallum etiam ipsum, vt vacuum, locus esse videtur.

Proficit autem aliquid, & aer, & apparens incorporeus esse. Videtur enim non solum terminus vasis esse locus, sed & quoddam est medium tanquam vacuum.

Tertia causa. CAusa vero tertia difficultatis cognoscendi, quid sit locus est: quia aer; propter quod est inuisibilis existimatur, quod aer, qui est inter latera vasis sit spatium vacuum, & hæc est existimatio vulgi quoniam dicimus omnes, cyphū esse vacuū si nec sit in illo vinum, nec aqua, nec aliquod aliud corpus nobis sensibile: & propter hoc apparet, quod locus sit vacuum: sed ponere locum esse vacuum est valde difficile, vt patebit in sequentibus. i. in capitulo de vacuo: ideo difficile est cognoscere, quid est locus. Prima igitur causa difficultatis cognoscendi locum, est quia locus videtur esse materia, vel forma. Secunda causa difficultatis est, quod locus videtur esse spatium quiescens inter latera corporis continentis. Tertia causa est, quod locus videtur esse vacuum: & causa, quare hoc apparet est, quia vbi est aer videtur esse vacuum.

Vt autem vas locus est potens transferri: sic & locus vas est immobile. Quocirca cum id, quod est intus mouentur, atque transfertur: si id mouetur, in quo est, vt in fluuio nauis, vt vase tunc vtitur illo, quod continet: magis quam loco. Locus autem vult esse immobilis.

Est autē sicut vas locus transmutabilis, sic locus vas immobile. vnde cum quidem in eo, quod mouetur moueatur, & mutetur quod intus, vt in flumine nauis, tanquā vase vertitur magis, quam loco continenti, vult autem immobilis locus esse. Tex. c. 41.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua inuestigatur differentia ponenda in diffinitione loci, quæ est immobilitas essentialiter. Vnde probatur hæc conclusio, quod locus est immobilis, & hæc est decimasecunda conclusio huius libri, & intelligo conclusionem sic. quòd locus est immobilis primò sic quod negatio importata per ly in. cum dico immobilis cadat super totum: hoc quod est immobile primum, ita quod illa æquiualet huic negatiuæ, locus non est mobilis primo, & essentialiter. conclusio sic intellecta primo probatur. Secundo ibi. [Vnde omnes.] Infertur quoddam correlarium. Primo igitur probatur conclusio sic. Illud competit loco tanquam differentia eius, per quod locus differt ab alijs, cum quibus videtur maxime conuenire, sed per esse immobile primo locus differt a vase, cum quo tamen videtur maxime conuenire, sed per se esse immobile primo locus differt a vase, cum quo tamen videtur conuenire, vt dictum est supra, quoniam locus in continendo maxime assimilatur vasi, vt prius visum est. ergo immobilitas primo competit loco tanquam differentia eius, & per consequens locus est immobilis primo. maior patet de se, quia illud, per quod vna species differt ab alia specie eiusdem generis proximi, cum qua tamen maxime conuenit, est differentia eius. minor declaratur, quia locus maxime conuenit cum vase, vt supra dictum est, sed locus differt a vase per hoc, quod vas est mobile essentialiter, & locus non est mobilis essentialiter. Vnde sicut vas est locus transmutabilis, ita locus est vas immobile. cum igitur locus differt a vase per hoc, quod locus est immobilis essentialiter, & primo, sequitur, quod esse immobile primo est differentia loci, & sic sequitur conclusio, scilicet, quod locus est immobilis, & quod locus differt a vase per hoc, quia locus est immobilis primo, apparet per exemplum, quia cum aliquid mouetur in continenti moto, vt cum nauis mouetur in flumine magis vtitur continenti moto tanquam vase, quam tanquam loco, & hoc ideo, quia illud continens essentialiter mouetur, ex quo apparet, quod competit loco non moueri essentialiter, sed vasi competit essentialiter moueri. & ita apparet, quod locus differt a vase per hoc, quia locus est immobilis primò, quia aliter nauis mota in flumine per se mota non magis vteretur flumine tanquam vase, quam tāquam loco.

Quapropter vniuersus fluuius magis est locus: quia est immobilis vniuersus.

Vnde omnis fluuius magis locus est, quia immobilis omnis.

Correlarium. EX hac diuisione probata concludit Phylos. quasi correlarie, quod quando aliquid manet immotum in flumine, vt omnis quiescens in flumine, vel aliquod aliud corpus, est magis dicendum, quod totus fluuius est locus illius, quam pars fluuij sit locus illius, & ratio huius est, quia ex quo est locus immobilis primum, illud, quod est immobile primum magis debet dici locus, nunc autem totus fluuius est immobilis essentialiter, quia non mouetur, nisi secundum partes, sed partes fluuij mouentur per se, ideo totus fluuius, seu terminus totius fluuij magis debet dici locus, quam pars fluuij, vel terminus partis. Et hoc concludit Phylos. dicens, vnde omnis terminus

magis

magis locus est, quia immobilis omnis: hoc est terminus omnis, i. totius fluuij magis est locus, quam terminus partis fluuij, quia immobilis omnibus, hoc est, quia res totius fluuij est magis immobilis, quam res partis fluuij, & ideo quantum ad immobilitatē magis debet dici totus fluuius locus, quam pars: quantum tamen ad continere pars fluuij magis debet dici locus, quam totus fluuius, quia totus fluuius non continet, nisi ratione partis. Notādum, quod Commen. probat, quod locus est immobilis essentialiter, dicens. Et significat, quod locus est immobilis essentialiter in hoc, quod locus est illud, ad quod mouetur res, & quiescit in eo, & si aliquid moueretur ad rem motam, tunc motus eius esset ociosus, & hoc apparebit in alijs locis. Intelligendum est: quod si aliquid moueretur ad rē motam eadem specie motus, & eadem velocitate motus, quod esset ociosus, quia nunquam posset attingere rem motam: tamē non oportet, si aliquid moueatur ad rem motā alia specie motus, vel alia velocitate, quod propter hoc eius motus sit ociosus. v. g. motus ignis ad concauum orbis Lunæ non est ociosus, & tamē est ad rem motam, sed quia est ad rem motam alia specie motus, non oportet, quod sit ociosus.

Notādū.

B Quare locus est finis continentis immobilis primus.

Quare terminus continentis immobile primum hic est locus.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua concluditur diffinitio loci de loco, & continet duas partes, quā in prima concludit phyl. diffinitionē. In 2. ibi. [Et pp hoc medium.] Reuertitur ad declarandū, quod locus nō est mobilis essentialiter. In prima igitur parte huius particulæ phyl. concludit diffinitionem loci d. quare terminus continentis immobile primum, i. locus est terminus corporis continentis immobile primum, & hæc est decimatertia cōclusio huius libri, quæ ex præcedentibus probatur sic. Locus est terminus corporis continentis, vt patet ex vndecima conclusione, & locus est immobilis primo: ita quod non est mobilis essentialiter, vt patet ex conclusione immediate præcedenti, ex quibus sequitur, quod locus est terminus corporis continētis immobile primum. Notandum secundum Commen. hic C quod Phylos. per vltimum intelligit superficiem continentem corpus locatum, & per primum intelligit suppositum corporis, hoc est æqualiter positum supra corpus sic, quod nec est excedens corpus, supra quod ponitur, nec excessum ab eo. Vnde, quod est suppositum alicui, est æquale illi. Et addit Commen. d. primum igitur est differentia, per quam differt continens æquale ab inæquali, & per hoc, quod dixit immobilis essentialiter, differt finis extraneus a fine naturali, hoc est finis continentis, qui est extrinsecus a locato, & a fine intrinseco locato. s. a superficie locati, quæ simul est cum locato, quoniam superficies locati essentialiter, hoc est semper mouetur cū mouetur locatum, sed superficies extranea, quæ est subiectiue in ipso continente non semper mouetur ad motum locati, sed quandoque mouetur, raro tamen, ideo & per accidens mouetur ad motum locati. Intellectus igitur diffinitionis est iste, locus est vltima superficies corporis continentis supposita, id est æqualis corpori locato immobilis essentialiter. Vnde intelligendum, quod secundum istam expositionem illa duo, scilicet, immobile, & primum, sunt duæ differentiæ positæ in diffinitione loci, sic quod immobile debet intelligi illud, quod nō D est mobile essentialiter, & per primum debet intelligi suppositum, siue adæquatum, vel æquale, secundum tamen aliam expositionem illud totum immobile primum est vna differentia, ita quod negatio importata per ly in: cadit supra totum hoc, quod dico immobile primum, ita quod immobile primū intelligatur illud, quod dico per hoc, non est mobile primum, sic quod non est mobile essentialiter.

13. concl. huius lib.

Atque ob hoc medium quidem vniuersi: infra fines autem citeriores cæli, supra maximè omnibus proprie esse videntur. Quia illud quidem semper manet: fines autem cæli eodem modo sese habentes manent.

Et propter hoc medium cæli, & vltimum ad nos circularis loci mutationis videtur esse, hoc quidem sursum, A *illud vero deorsum maxime omnibus proprie, quia quidem hoc semper manet. Circa locum enim vltimum similiter se habens manet.*

Tex. c. 42.

HÆc est secunda pars secūdæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phy. reuertitur ad declarandum, quod locus non est mobilis essentialiter, & quod dicta diffinitio competit speciebus loci, & continet tres particulas, quā in prima ponitur ratio famosa ad declarandum, quod locus est immobilis. In secunda ibi. [Quare quod leue.] Declarat, quod dicta diffinitio loci competit duabus speciebus loci, vt loco superiori, & loco inferiori. In tertia ibi. [Et propter hoc.] Ostendit, quod locus est continens sicut vas, & non sicut vacuum. In prima igitur particula huius partis ponitur ratio famosa probans, quod locus est immobilis, quæ est conclusio decimasecunda superius posita. Ratio igitur est talis. Illa, quæ maxime & proprie ponuntur esse loca sunt immobilia, scilicet medium cæli, idest, locus terræ, & vltimum, quo ad nos loci mutationis circularis, scilicet, concauum orbis Lunæ, quorum vnum est maximè inferius. s. medium cæ- B li, vel medium mundi, & aliud est maxime superius. s. concauū orbis Lunæ, ista enim duo sunt immobilia, quoniam medium mundi, seu cæli est omnino immobile vltimum corporis moti circulariter, scilicet, concauum orbis Lunæ est sic immobile, quod non mouetur ad superius, nec ad inferius, quamuis moueatur circulariter. Hæc igitur videtur esse ratio, quod illa maxime propria ponuntur esse loca, quia sunt immobilia. ergo videtur, quod locus debet esse immobilis, nam propter hoc, quòd ista sunt immobilia, scilicet, medium mundi, & concauū orbis Lunæ ponuntur esse loca propriissime, quod non esset, nisi locus esset immobilis. Notandum secundum Lynconiensem hic, quod locus non est omnino immobilis, scilicet, vt nō possit desinere actu esse, quia propriè locus non est, nisi superficies concaua cæli, & si plures cæli sunt non continui, sed contigui, tot sunt loci omnino immobiles, quot cæli, & non plures, vltimæ namque superficies elementorum eo, quod elementa immutantur intra & extra suas sphæras, & non semper sunt vniformis figurationis, & magnitudinis, & ideo non penitus semper manet vnus, & idem locus terræ, & aquæ, non tamen consueuimus dicere, ea esse in alio loco nunc, quā prius, C propter hoc, quod parua est, & insensibilis hæc differentia. locus igitur omnino immobilis non est, nisi vltimum cæli circundans, nec reperiuntur differentiæ locales immobiles, nisi vltimum, & circundans centrum eius. vnde cum omnia naturaliter mota moueantur ad differentias loci immobilis, necesse est naturaliter mota moueri, vel ad vltimum cæli, quod est vltimum quo ad nos. hoc est sursum, vel ad centrum cæli, & hoc deorsum est, per Lync. igitur, &c.

Rō famosa dicens, q locus est immobilis.

Quare cum leue quidem sit id, quod sursum pergit, graue autem id, quod deorsum fertur suapte natura, his quidem finis, qui versus medium continet infra est, & ipsum etiam medium. His autem qui versus vltimum continet supra, & ipsum etiam vltimum.

Quare quoniam quod leue quidem sursum fertur na- D *tura, quod vero graue deorsum, quod quidem enim ad medium cōtinens terminus deorsum est, & ipsum medium, quod vero ad vltimum sursum est, & ipsum vltimum.*

HÆc est secunda particula huius partis, in qua declaratur, quod dicta diffinitio loci competit duabus speciebus loci, idest loco superiori, & loco inferiori. vnde probatur, quod locus sursum & locus deorsum sunt termini corporum continentiū, & hæc est decimaquarta conclusio huius libri, & hac conclusione probata, cum sit manifestum, quod illa loca sunt immobilia, sequitur, quod tam locus sursum, quam locus deorsum est vltimum corporis continentis immobile essentialiter. probatur igitur illa conclusio, videlicet, quod locus sursum, & locus deorsum sunt termini corporū continentium, & hoc sic. Omne illud, ad quod transfertur leue, naturaliter est locus sursum, & omne illud, ad quod transfertur graue, naturaliter est locus deorsum, sed leue transfertur naturaliter ad terminum corporis superius continentis. s. ad

14. concl. huius lib.

concauum

concauum orbis Lunæ, & graue naturaliter transfertur ad terminum corporis continentis deorsum. ergo locus sursum, & locus deorsum sunt termini corporum continentium. sed manifestum est, quod isti termini, scilicet, corporis sursum continentis, & corporis deorsum continentis sunt immobiles essentialiter. ergo tam locus sursum, quam locus deorsum sunt termini corporis primo continentis immobiles essentialiter. construitur tamen sic. Quare hic locus est, quia locus est vltimum corporis continentis, &c. quod leue est, idest corpus leue fertur sursum natura, idest, fertur sursum ad locum naturaliter, quod vero graue, idest, corpus graue deorsum, idest, fertur deorsum ad locū naturaliter, & per hoc potest intelligi maior, scilicet illud, ad quod naturaliter fertur corpus leue, est locus sursum, & illud, ad quod naturaliter fertur corpus graue, est locus deorsum: deinde ponit minorem, cum dicit quod quidem enim ad medium. hoc est illud, quod est continens ad mediū, idest, illud, quod est continens terram, quod est ad medium mundi, & illud, quod continet ipsum medium mundi, ad quod mouentur grauia, est terminus deorsum, idest terminus, siue vltimum aquæ versus deorsum. & illud, quod est continens ad vltimum sursum, hoc est illud, quod continet vltimatum sursum, & continet ipsum corpus vltimum, quod, scilicet, vltimum sursum inter illa grauia & leuia, ad quod continens mouentur leuia. illud supple est terminus corporis continentis, idest, concauum orbis Lunæ, & sic apparet, quod illud, ad quod naturaliter feruntur grauia, & leuia sunt termini corporum

Notabile. continentium, & hæc fuit minor. Intelligendum est hic, quod quamuis orbis Lunæ contineat ignem, non tamen continet vltimo, sed mediante superficie cōcaua quæ supponitur igni: & ideo dicit phylos. quod illud, quod est ad vltimum, supple, continens sursum, & continens corpus vltimo sursum est, sup-

Notandū. ple, terminus corporis continentis. Notandum secundum Commen. hic, quod Phyl. cum dicit, quod illud, quod cōtinet ad medium, i. versus medium, ipsum medium, i. terra est terminus, i. finis aquæ, i. concauum aquæ, quod phyl. dicit medium, quoniam graue quærit hunc finem, secundum quod est medium terræ, non secundum quod est finis aquæ, & si non esset ita, tunc terra moueretur ad aquam vbicumque fuerit vbi esset finis eius, sicut ferrum mouetur ad magnetem, & hoc non contingit de aqua. vnde si terra moueretur ad concauum orbis aquæ, secundum quod est aqua, sequeretur, quod si aqua esset in sphæra ignis, quod terra moueretur ad concauum aquæ secundum quod est vltimum continens versus medium mundi secundum quod est medium mundi.

Et propterea locus superficies quædam, & quasi vas continensq́; esse videtur.

Et propter hoc planum videtur esse quoddam & sicut vas locus & continens.

25. concl. huius lib. HÆc est tertia particula huius partis, in qua ex prædictis ostenditur, quod locus est continens, sicut vas, & non sicut vacuum, & hæc est decimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur duabus rationibus, primo per præcedentia, & hoc sic. Corpora transferuntur naturaliter ad vltima corporum continentium ipsa, & quiescunt in eis naturaliter secundum conuenientiam, & similitudinem, sed corpora non mouentur naturaliter nisi ad sua loca, cum quibus habent conuenientiā, & similitudinem. ergo loca sunt vltima corporum continentium, sed vltimum corporis continentis est continens, sicut vas, non sicut vacuum, quoniam vacuum non continet sicut vltimum: sed sicut medium inter vltima. de hac ratione ponitur conclusio in textu. vnde corpora naturalia mouentur ad vltima corporum continentium, quæ continet, sicut vas: ideo Phyl. concludit dicens, quod propter hoc videtur, quod locus sit quoddam planum, idest quædam superficies, & etiam locus videtur esse continens, sicut vas, & non sicut vacuum.

Præterea locus simul cum ipsa re quodammodo est. Quippe cum ipsi fines sint simul.

Amplius simul cum re quodammodo locus est, simul enim fines est, & locus.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. locus quodammodo est simul cum re locata, quia finis corporis locati, & locus sunt simul adæquate, sed finis corporis locati, & vacuum

A non sunt simul adæquate. ergo locus non est continens, sicut vacuum, sed magis, sicut vas. Aliter tamen exponit Commen. quod Phyl. intendit. i. quod locus & locatum sunt relatiua sic, quod locus, & locatum sunt simul, sicut relatiua sunt simul: ita quod ablato loco aufertur locatum, & econuerso, sed hoc non inuenitur, nisi in loco, qui est finis, & finis non inuenitur, nisi quando inuenitur illud, cuius est finis, & deficit per suum defectum, & si locus esset inane non esset necessarium in suo loco esse locatum, & tunc inueniretur locus sine locato. Et forte induxit hanc rationem, quia declarat, quod locus dicitur esse permanens cum permanentia corporis in eo: hæc Comment. vnde Comment. intendit sic arguere, locus & locatum sunt simul, ita quod posito vno ponitur & reliquum, & econuerso. nam sequitur, locus est. ergo locatum est, & econuerso, sed locatum & vacuum non sunt simul sic, quod vno posito necessario ponatur reliquum, non enim sequitur, locatum est. igitur vacuum est, nec sequitur econuerso. vacuum est. igitur locatum est, sed magis sequitur oppositum, quia si vacuum est non est corpus locatum in eo. Et si corpus locatum est, ibi non est vacuum, & cum Commentator dicit, quod locus est permanens cum permanentia corporis in eo,

B non intelligit, quod semper permanente eodem corpore maneat idem locus, vel econuerso, sed quod ista simul permaneant tanquam conuertibilia, locus est igitur corpus est in loco, quoniam semper sequitur, quod si locus est, quod aliquod corpus sit in loco, & econuerso, vt si aliquod corpus est in loco locus est, sed non oportet, quod manente eodem corpore maneat idem locus, nec forte econuerso. Sed circa istam partem, & etiam propter præcedentia contingit dubitare, vnde mouebo aliqua dubia, & primo de quidditate loci, quærendo, vtrum locus sit vltimum corporis continentis, & videtur, quod non, quia vltimum corporis continentis est superficies. si ergo locus esset vltimum corporis continentis, sequeretur, quod locus esset superficies, quod est contra phylosophum in lib. prædicamentorum dicentem, quod locus, & superficies sunt species quantitatis distinctæ. Item corpora naturalia mouentur naturaliter ad sua loca propter conuenientiam, quam habent cum suis locis, sed corpus naturale non habet aliquam conuenientiam naturalem magis cum vna superficie, quam cum alia. igitur locus non est superficies, & per consequens non est vltimū corporis continentis. Item locus est simul cum superficie lo-

C cati, quia superficies continet totum locatum, sed vltimum corporis continentis est simul cum superficie vltima locati contenti a loco, quia vltimum corporis continentis est superficies, & impossibile est, duas superficies esse simul, quia superficies est quantitas, & sola quantitas facit distare secundum Commentatorem. ergo locus non est vltimum corporis continentis, quia sic duæ quantitates essent simul adæquate, quod videtur impossibile. In oppositum est phy. dicens, quod locus est vltimum corporis continentis. Ad hanc igitur quæstionem quidam de nouo incipientes Phylosophari dicunt, quod locus non est vltimum corporis continentis. vnde de virtute sermonis debet dici, quod locus est corpus continens, & circūdans aliud corpus vndique, ita quod quælibet pars corporis continentis, quæ est vltima versus locati, tangit aliquam partem locati, & econuerso, quælibet pars locati, quæ est vltima versus locum, tangit aliquam partem loci. vnde quælibet pars corporis locantis immediate tangens locatum secundum omnem partem vltimam locati dicitur locus illius locati, vnde breuiter dicitur, quod locus nihil aliud est, quam corpus locans, circumdans locatum vndique. Et quod vltimum corpo-

D ris locantis non sit locus probatur per hoc, quia non est dare aliquod tale vltimum, quoniam non est dare aliquam superficiē habentem longitudinem, & latitudinem carentem profunditate, vt imaginantur ponentes puncta, lineas & superficies esse res distinctas. Quod autem non sit aliquid tale longum, & latum carens profunditate probatur, quia si esset aliquod tale, & cū omne accidēs habeat subiectū adæquatum, illud latum carens profunditate esset in aliquo subiecto adæquato, & sic oporteret ponere aliquā substantiam latam carentem profunditate, sed hoc est impossibile, quia omnis substantia corporea habet longitudinē, & omnis substātia corporea habet profunditatē. igitur nulla substantia corporea habet longitudinē sine profunditate. vnde hanc rationē declarauerunt illi diffusè, sed tā tota virtus huius rationis consistit in hoc, quod accidens adæquatum alicui subiecto in nulla dimensione excedit ipsum, nec etiam exceditur ab ipso, & omne accidens extensum in subiecto habet subiectum adæquatum ei, sed nullum est subiectum latum sine profunditate, ergo nullum est accidens latum carens profunditate, & sic cum locus non possit esse vltimum tale,

Margin notes (right column): Expositio Com. — Quæstio prima. — Primum dubium. In prædicamentis. — Secundum. — Tertium. — Rñsio ad quæstionem. — Prima ratio sic dicentium. — Secunda ratio sic dicentium.

tale vltimum corporis continentis, quod quidem vltimum caret profunditate, ideo dicunt, quod locus est corpus continens immediate tangens, & circundans vndique ipsum locatum. Alias rationes adducunt ad destruendum lineas, superficies, & huiusmodi, quæ omnes positæ sunt, & solutæ supra primum huius, sed tamen magis patebunt in secto huius, ideo nunc transeo, & arguo contra illam opinionem, & primo sic. Si locus esset corpus continens, & vltimo tangens locatum, sequeretur, quod corpus locatum posset moueri localiter motu recto, & tamen continue esset in eodem loco proprio, & communi, sed hoc videtur inconueniens, quia idem corpus, quod est continue in eodem loco, quiescit secundum locum, quia se habet eodem modo, sicut prius, quantum ad locum, & sic idem moueretur simul, & quiesceret quiete opposita illi motui, quod est impossibile, probatio primæ consequentiæ factæ. nam si locus sit corpus continens, scilicet aer, vel aqua: cum manifestum sit, quod aliquod corpus potest moueri localiter in aere, vel in aqua motu recto, & tamen ille totus aer idem non semper tangit, & circundat illud corpus motum, & sic istud corpus motum continue mouetur localiter motu recto, & tamen semper manet in eodem loco. vnde ratio potest formari formaliter sic. Sit b, corpus locatum, & sit a, locus proprius ipsius b, certum est tunc quod a, est maius, quam b, ponamus igitur, quod b, incipiat moueri versus vnā extremitatem ipsius a, manifestum est, quod b, non potest peruenire ad extremitatem ipsius a, remotissimam ab eo, nisi per motum. ergo dum b, mouetur versus extremum ipsius a, remotissimum ab ipso b, semper continue continetur b, ab ipso a, quousque perueniet ad illud extremum, & sic b, mouebitur continue motu recto, & semper erit in eodem loco proprio, & etiam in eodem loco communi. Huic posset instari, quia idem uidetur sequi ponendo, quod locus sit superficies vltima corporis continentis, quia si dolium plenum aqua, moueatur motu recto, illa aqua mouetur etiam motu recto, & tamen semper est in eodem loco proprio, quia in eodem ultimo corporis continentis. Sed ista instantia non ualet, quia aqua mota ad motum dolij non mouetur per se, sed per accidens, & sic non est inconueniens, quod aliquid manens in eodem loco proprio, moueatur per accidens, sed quod aliquid per se moueatur localiter motu recto, & tamen semper sit in eodem loco proprio, & communi est impossibile, quia sic per se moueretur, & per se quiesceret quiete opposita illi motui, sed posito casu prædicto, scilicet quod b, moueatur per se uersus extremū ipsius descendente ipso a, tunc semper b, erit in ipso a, tanquam in loco proprio quousque b, deuenerit ad extremum ipsius a, & sic est in eodem loco proprio, & communi continue, & tamen semper mouetur secundum locum. Aliter forte diceretur huic rationi, concedendo, quod aliquod corpus continue mouetur motu locali recto, & tamen continue est in aliquo eodem loco proprio, sed non est continue in omni eodem loco proprio, in quo prius, quia si moueatur motu recto continue circundatur alia, & alia parte corporis continentis, & quælibet pars corporis continentis circundans locatum est locus proprius illius locati. Sed contra illud arguitur sic. vnius locati est tantum unus locus primus, qui est primus locus per se, & primo loco, & non ratione alicuius alterius, quia si locaret ratione alicuius non locaret primo, quia non locaret: nisi quia illud aliud locaret. si igitur locus sit corpus continens, & cum illud corpus continens sit maius corpore locato, poterit corpus locatum moueri in illo loco primo, quiescente illo loco primo, & cum non sit, nisi unus locus primus unius corporis, sequitur, quod aliquod corpus potest moueri localiter motu recto, & tamen continue manere in eodem loco proprio, & primo in quo prius fuit, & ita posset aliquid moueri localiter motu recto non mutando aliquem locum suum. Item si quælibet pars corporis continentis, quæ immediate tangit, & circundat locatum undique: esset locus proprius ipsius locati: sequeretur, quod idem corpus numero esset simul in infinitis locis proprijs, quod est impossibile. ergo non est dare locum proprium, qui sit corpus immediate continens, & circundans locatum vndique, & probo, quod sequatur, quod essent infinita loca eiusdem corporis propria, quia detur aliquod corpus locans vel continens aliud corpus, illud corpus locans est diuisibile in infinitum secundum profunditatem eius. ergo illius corporis sunt infinitæ partes, quarum quælibet tangit locatum, & circundat ipsum undique, & quodlibet tale per se est locus proprius igitur idem corpus numero est in infinitis locis proprijs. Et si conceditur conclusio arguitur contra, & probo, quod secundum hoc corpus locatum nō habet aliquem locum proprium. Et arguo sic. Illud, quod non locat: nisi quia aliquid eius locat, non est locus primus, & per consequens non est locus proprius, sed si sint infinita loca propria, ut infinitæ partes istius corporis continentis, tunc nullum illorum locorum locat, nisi quia aliqua eius pars locat, & per consequens nullus erit locus proprius, & probo, quod nullum corpus locat, nisi quia aliquid eius locat, quia dicit, quod aliquid est in cælo, quia est in aere, & est in aere, quia est in parte aeris, & eadem ratione est in illa parte aeris, quia est in parte illius partis, & ita arguo de qualibet eius parte, & sic si sit dare locum proprium primum, oportet quod illud non sit aliquod corpus, nec pars corporis, quia nec corpus, nec pars corporis locat, nisi quia aliquid eius locat, quia ut dicit phylo. aliquid est in loco, quia est in aere, & est in aere, quia &c. & per consequens nullum tale est locus primus, & ideo est necesse, quod primus locus sit vltimum corporis, quod quidem vltimum non locat ratione alicuius alterius, sed se toto locat, & hæc est intentio Phylosophi. Item adduco alias rationes fundatas super auctoritatem Phylosophi, & Commen. & primo arguo sic. Illud, quod est ultimum corporis continentis, non est corpus continens, sed locus est ultimum corporis continentis ergo locus non est corpus continens, maior patet, quia idem non est ultimum, & illud, cuius est ultimum. minor uero patet per phylosophum hic. Item locus est æqualis locato, secundum phylosophum, sed corpus continens non est æquale corpori contento igitur corpus continens nō est locus totius corporis contenti, quod autem corpus continens non sit æquale corpori contento, patet, quia cum inter illa non sit medium, sequitur, quod corpus continens, & corpus contentum essent in eodem loco primo, & per consequens essent æqualia. Hæc ratio confirmatur, quia phylosophus dicit, quod si totus aer esset locus primus rei, quæ dicitur esse in aere, tunc locus rei, & etiam res, quæ dicuntur esse in loco, non essent æquales, quod phylosophus habet pro inconuenienti. Et idem argumentum est de quocunque corpore locante. ergo nullum corpus est locus primus alicuius rei. Item secundum phylosophum locus non est mobilis, nisi per accidens, sed omne corpus est per se mobile. igitur locus non est corpus. Dico igitur propter istas rationes, & auctoritates, quod nullum corpus est primus locus alicuius rei. sed primus locus est ultima superficies corporis continentis, vt patet per phylosophum, & Commentatorem. Ad rationes uero in contrarium, dico, ut dictum est supra primū huius. Quando dicitur, quod omne accidens habet subiectum adæquatum, dico quod illud est uniuersaliter falsum de omni accidenti, quod est vltimus terminus alicuius quanti. nam terminus quanti, vel quantitatis est in eodem subiecto per accidens, in quo est per se illud accidens, cuius est terminus, & ideo nullus terminus vltimus quanti, uel quantitatis habet subiectum sibi adæquatum. Viso quod locus, cuius quidditatem phylosophus inquirit hic, non est corpus, uidendum est, vtrum locus sit superficies vltima corporis immediate continentis locum, & ad istud dico, quod locus potest dupliciter accipi, scilicet uel pro eo, quod significat, vel pro eo, quod denominat. Vnde loquendo de loco primo modo, sic ille terminus locus primo significat idem, quod ille terminus continens corpus adequatum diuisum ab eo, vel idem, quod vltimū corporis primo continēs, & ideo sicut ille terminus. s. continens corpus adæquatum potest accipi dupliciter. s. vel pro eo, quod denominatus, vel pro eo, quod significat, ita ille terminus locus potest accipi dupliciter. s. vel pro eo, quod denominat, uel pro eo, quod significat, & illa distinctio cōiter habet locum in oībus terminis concretis accidentalibus. Vnde si accipiatur locus pro eo, quod significat primo, & adæquate, sic dico, φ locus est aggregatum per accidens ex superficiebus corporis continentis, & ex ipsa continētia, quæ continentia dicit respectum ad contentum, & illud apparet, nam significatum orationis, uel uocis compositæ est aggregatum ex significatis partium, nunc autem hæc oratio composita. s. vltimum corporis continentis cōponitur ex duabus uocibus, quæ sunt ultimum corporis continentis, & ideo significatum huius totius uocis, quæ est ultimum corporis continentis componitur ex significatis partium. Et ideo dico, quod hoc nomen locus, significat aggregatum ex ultimo, & continentia, siue ex ultimo, & corpore continente. Principale tamen, φ est in significatione uocis est illud, quod importatur in recto vltimum. Sic igitur si quæritur quid est locus accipiendo locum, pro eo quod significat, dictum est, quod est aggregatum ex super-

Margin notes (left column): Ratio contra sic dicentes. — Instantia. — Solutio. — Alia solutio, φ corpus nō sit locus continēs, phatur multis rationib⁹. Prima rō. — Secunda ratio. — Tertia rō.

Margin notes (right column): A — B — Quarta ratio. — Quinta ratio. — Confirmatio eiusdē rationis. — Sexta rō. — C — Primus locus est vltima superficies corporis continentis. Ad sed am rationem. — Quæstio secunda. Vtrum locus sit vltima, superficies corporis immediate continentis. — D

superficie, & continentia corporis, & sic est quoddam aggregatum per accidens, sed sic non est magna difficultas circa quidditatem loci, sed difficultas est, circa illud, quod est locus, hoc est circa illud, quod hoc nomen locus denominat, dicendo hoc est locus, sumendo subiectum secundum quod habet suppositionem personalem, & dico ad illam difficultatem, quod illud, quod est locus, & de quo uere prædicatur hoc nomen locus, ut supponit personaliter est sola superficies, non tamen est omnis superficies locus, quia superficies plana non est locus, sed solum est illa superficies locus, quæ est ultimum corporis continentis, quod quidem ultimum est circundans

Prima rō.

totum locatum, & continet ipsum adæquate. Quod autem locus, prout hic Phyl. loquitur de loco, sit superficies, apparet, quia secundum Phylosophum in prædicamentis, & etiam sexto huius. terminus lineæ est punctus, & terminus superficiei est linea, & terminus corporis est superficies, nunc autem idem est superficies, & ultimum, cum igitur superficies sit terminus corporis, sequitur, quod superficies sit ultimum corporis.

Secūa rō.

Item locus est quantitas, per Phylosophum, aut igitur est quantitas continua, vel discreta, non discreta, ut patet de se. igitur est quantitas continua, aut igitur est quantitas continua successiua, aut permanens, non successiua, quia sic omne corpus existens in loco fieret in alio, & alio loco continue, quod est falsum, igitur est quantitas permanens, sed omnis quantitas continua permanens, uel habet unam dimensionē tantum, uel duas tantum, aut tres, ut patet primo cæli. ergo locus, uel est quantitas continua permanens habens unam dimensionem tantum, quod non contingit, quia sic locus esset linea, quod nullus ponit, uel habet tres dimensiones, quod etiam non contingit, quia sic locus esset corpus, quod est impossibile, & prius improbatum. igitur relinquitur, quod locus sit quantitas continua permanens habens duas dimensiones tantum, sed omne tale est superficies. igitur locus est superficies. Et si dicas, quod solum probatur, quod locus est superficies materialiter, & hoc conceditur. Dico, quod accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, sic locus non includit materiale, & formale, sed est quædam forma simplex simplicitate oppo sita compositioni ex materiali, & formali, & sic dico, quod accipiendo locum formaliter, sic locus non est aliud quam superficies, quoniam locus secundum quod Phylo. hic loquitur per se, & primo continet locatum, sed illud, quod per se, & essentialiter continet locatum, seu corpus, est per se, & essentialiter quantitas, quoniam quantitati primo competit continere, sicut sibi competit habere partem post partem, siue extra partem: locus igitur formaliter acceptus est quantitas, & non alia quantitas, quam superficies, ut patet per deductionem iam factam, & hoc dico accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat. Si uero locus accipiatur pro eo, quod significat, sic dico, quod est aggregatum per accidens, & habet formale, & materiale, quia habet in sua descriptione aliquid loco generis, & aliquid loco differentiæ. Vnde illud, quod ponitur in recto, ponitur loco generis, & illud, quod ponitur in obliquo, ponitur loco differentiæ, vel econuerso, sed de hoc non curo, quia non loquitur hic Phylos. de loco, nisi accipiendo locum pro eo, de quo locus prædicatur denominatiue dicendo. hoc

Primum argumentum.

est locus. Sed contra istud potest argui multipliciter, & primo sic. Vltima superficies corporis continentis est simul adæquate cum ultima superficie corporis locati, sed quando aliqua duo sunt simul adæquate, qua ratione unum continet aliud, eadem ratione reliquum continet illud idem. ergo qua ratione ultimum corporis continentis est locus, eadem ratione extrema superficies corporis contenti esset lo-

Confirmatur,

cus, quod est falsum, & contra omnes. Hæc ratio confirmatur sic. Illud, quod est locus alicuius corporis per se, est locus per accidens accidentium illius corporis contenti. ergo, si ultima superficies illius corporis continentis esset locus corporis contenti, sequitur, quod illa superficies esset locus, extremæ superficiei corporis contenti, sed hoc est falsum, quia quando non sunt aliqua simul adæquate non est maior ratio,

Secūdum,

quare unum est locus alterius quam econuerso. Propterea uidetur, quod Phylos determinat de loco accipiendo locum, pro eo, quod significat, quia Phyl. hic determinat de loco, cuius est hæc diffinitio, scilicet ultimum corporis continentis, sed hæc est diffinitio loci accipiendo locum pro eo, quod signifi-

Tertium.

cat, ergo. Item probatur, quod locus non sit superficies, quia si sic, tunc unum & idem locatum posset esse simul in diuersis locis, quod uidetur impossibile. consequentia probatur sic. nam unum & idem corpus simul est in superficie terræ, & in superficie aeris, ut patet de arbore, cuius radix est in terra, & residuum in aere, &c. Item si locus esset superficies, locus

Quartum.

non esset æqualis locato, quod est contra Phylosophum, probatio consequentiæ, quoniam superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, & corpus est diuisibile secundum profunditatem, sed nullum indiuisibile æquale diuisibili. ergo. Item locus est in genere relationis, & superficies non. igi-

Quintum.

tur locus non est superficies. minor patet, & probatur maior, quia locus est ultimum, sed ultimum refertur ad illud, cuius est ultimum. Item locus est terminus motus localis, sed su-

Sextum.

perficies ultima corporis continentis non est terminus motus localis. ergo, maior patet probatur minor, nam terminus motus dicitur esse intrinsecus mobili, sed ultimum corporis continentis non est intrinsecum locato, siue moto. ergo. Ad

Ad primū illorum.

primum illorum, quando dicitur, quod ultima superficies corporis continentis est simul adæquate cum ultima superficie corporis locati, concedo. Et quando dicitur, quod tunc qua ratione superficies corporis continentis est locus, eadem ratione superficies corporis contenti est locus, dico, quod nō est eadem ratio, quia locus est continens diuisum: hoc enim est de ratione loci, scilicet quod sit diuisum a locato, & quia superficies corporis continentis est diuisa a locato, & superficies corporis contenti non est diuisa a locato, ideo superficies corporis continentis est magis locus, quam superficies corporis contenti. Ad confirmationem, quando dicitur, quod illud,

Ad cōfir.

quod est per se locus corporis est per accidens locus accidentium eiusdem corporis, concedo. Et quando dicitur, quod superficies corporis continentis non est per accidens locus superficiei corporis contenti, istud est negandum. Et cum dicitur, quod illa, quæ sunt simul adæquate neutrum est magis locus alterius, quam econuerso. dico, quod neutrum est magis per se locus alterius, quam econuerso: tamen unum est magis locus alterius per accidens, quam econuerso: quia unū est locus alterius per se, ideo est locus accidentium eius per accidens magis, quam econuerso. Ad aliam rationem dico,

Ad secūm.

quod Phyl. hic determinat de eo, quod hoc nomen locus significat, secundum quod supponit personaliter, & ita determinat de eo, quod supponit pro eo, quod denominat, & ideo proprietates, & alia, quæ hic attribuuntur loco, attribuuntur pro his, de quibus hoc nomen locus dicitur denominatiue. Ad aliam rationem, cum dicitur, si locus esset superficies, tūc

Ad tertiū.

unum & idem corpus esset in diuersis locis. Dico, quod impossibile est, quod unum & idem corpus numero sit simul & semel in duobus locis totalibus adæquatis toti corpori, tamen unum & idem corpus potest esse simul in diuersis locis partialibus secundum diuersas partes eius, quæ loca partialia sunt partes totius loci. Et si dicitur, quòd corpus existens partim in

Replica.

aere, & partim in terra, non habet locum totalem, quia ex illis superficiebus non fit aliquod unum. Dico, quod tale cor-

Solutio.

pus sic locatum non habet locum talem simpliciter unum, habet tamen unum locum unitate contiguationis, vel aggregationis, nec oportet, quòd omne corpus simplex habeat locum unum unitate simplici. Ad aliam rationem, cum dicitur, quod

Ad quartum.

si locus esset superficies. tunc locus non esset æqualis locato. Dico, quod bene sequitur, quod locus non esset æqualis locato secundum omnes dimensiones, quia locus non est æqualis locato secundum profunditatem, tamen locus est æqualis locato secundum duas dimensiones, idest secundum longitudinem, & latitudinem, unde locus est æqualis locato secundum continentiam, & non secundum dimensionem, ut postea uidebitur. Et quando dicitur, quod indiuisibile non est æquale diuisibili. Dico, quod indiuisibile secundum illam dimensionem, qua est indiuisibile non est æquale diuisibili secundum eandem dimensionem, tamen indiuisibile secundum unam dimensionem potest esse æquale diuisibili secundum aliam dimensionem. Ad aliud quando dicitur, quod locus est in ge-

Ad quintum.

nere relationis. nego illud accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, & quando dicitur, quod ultimum est in genere relationis, dico, quod ultimum potest accipi dupliciter, scilicet uel pro eo, quod hoc nomen ultimum significat, & sic est uerum, quod ponitur in genere relationis, vel potest accipi pro eo, quod hoc nomen ultimū denominat, & sic non est in genere relationis. Et cum dicitur, quod locus est ultimum. Dico, quod uerum est accipiendo ultimum pro eo, quod denominat, sed illud non est in genere relationis. Ad aliud cum dicitur, quod locus est terminus motus localis.

Ad sextū.

Dico, quod non est terminus immediatus, & intrinsecus, sed ubi quod causatur in mobili a loco circumscribente est terminus intrinsecus, & immediatus motus localis, & ideo ubi est

in

A in mobili, & locus non: nec dicitur motus localis esse ad locum, nisi quia est ad vbi, quod causatur a loco. Et quando dicitur, quod locus, & superficies sunt species distinctæ, vt patet in prædicamentis. Dico, quod non est verũ, sed Phyl. ibi loquitur secundum opinionem famosam antiquorum, ponentium locum esse spatium separatum, & si locus esset tale spatium, differret specifice a superficie, vnde ratio quare Phyl. loquitur, secundum opinionem famosam potest esse, quia nondum declarauerat, quid est locus, & ideo locutus est, vt plures quousque declarabit, quid est locus, & illo modo loquitur in pluribus locis Phylosophiæ. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod corpora naturalia naturaliter mouentur ad sua loca, &c. dicitur sicut prius, quod locus potest accipi multipliciter, scilicet, vel pro vltimo corporis, &c. vel pro virtute conseruatiua locati, vel pro corpore locante. Dico igitur, quòd accipiendo locum, pro vltimo corporis continentis, sic corpora non mouentur naturaliter ad sua loca, nisi inquantum sunt in tanta, vel in tanta distantia ab orbe. Dico igitur, quòd quamuis corpus naturale, non habeat continentiam magis, cum vna superficie, quam cum alia absolute, tamen secundum quod superficies est in tali, vel in tali distantia ab orbe, maiorem continentiam, habet cum vna superficie quam cum alia, quoniam vltimum aquæ, vel ipsa aqua secundum quod est in tali distantia, ad orbem conseruat terram, & secundum quod est in tali distantia habet virtutem, sibi influxam a cælo, per quam virtutem conseruat terram, & sic est de alijs elementis, vel potest dici, quod corpora naturalia mouentur naturaliter ad sua loca, accipiendo locum pro virtute conseruatiua locati.

Ad secundum principale primæ quæstionis.

B Vnde est sciendum, quod locus accipitur multis modis, & accipio quinque, vel sex modos, qui faciunt ad propositum nostrum, quamuis sint multo plures: vnde locus vno modo sumitur pro corpore continente, & sic loquendo de loco Phyl. dicit, quòd ignis est locus aeris, & aer locus aquæ, &c. Alio modo accipitur locus, pro origine loci proprie dicti, & illo modo dicit Commen in hoc quarto. quod centrum est locus cæli, & etiam primo cæli, & mundi dicit, quod mediũ mundi est locus cæli, & hoc d. pro tanto, quia centrum, quod est medium mundi est origo loci cæli, vel est illud per quod cælum est in loco, quamuis non sit locans cælum, sed est illud, quo cælum locatur, & de isto loco loquitur auctor sex principiorum dicens, quod locus simplex est origo, & constitutio loci compositi, intelligendo per locum simplicem aliquod indiuisibile, cuiusmodi est centrum mundi, quod est origo cuiuslibet loci, quodlibet tamen corpus mundi est in loco per centrum, vel per certam distantiam a centro. Tertio modo dicitur locus alicuius circa, quod habet fieri eius operatio, & sic loquitur Phylosophus octauo huius, & etiam primo cæli dicens, quod cælum, vel suprema sphera est locus Dei, & illo modo dicit Commen. octauo huius, quod primus motor qui non est corpus non est in loco, nisi quia motum ex eo est in loco, & his tribus modis dicitur locus improprie, & transsumptiue. Aliter accipitur locus proprie, & hoc dupliciter, quia locus proprie acceptus alius per se, alius per accidẽs, locus proprie, & per se acceptus est vltimum corporis continentis, locus vero per accidens est subiectiue, existens in mobili causatum ex oppositione ad centrum mundi. Vnde dicunt aliqui, quod locus per accidens est in prædicamento vbi: vnde Simplicius supra prædicamẽtis dicit, quod locus secundum proprium caracterem est in prædicamento vbi, intelligens per caracterem formã, & de loco sic dicto potest exponi illud, quod dicit in prædicamentis, scilicet, quod partes loci copulantur ad eundem terminum communem, ad quem copulantur partes corporis, & quod partes loci continent singulas particulas corporis, & de loco sic dicto dicit Boe. quod locus per partem corporis, & per spatium esse diffinitur, vnde locus illo modo dictus est certus situs, quem habet corpus, & oppositio, & distantia ad centrum mundi, quod est origo cuiuslibet talis loci, & de loco sic dicto forte, intelligit Phylosophus dicens, quod motus est ad locum, & quod locus est terminus motus, quoniam certum est, quod terminus motus localis, qui acquiritur mobili, habet esse subiectiue in mobili, & sic locus secundum, quod est terminus motus localis est in locato, tanquam in subiecto, & adhuc potest locus, accipi pro virtute conseruatiua locati existentis, in locante quibuscunque modis accipiatur locus.

Locus accipitũ multis modis.

C D Dico igitur, quod locus secundum, quod Phyl diffinit locum est superficies, vnde dictum est. Ad aliam rationem principalem cum dicitur, quod locus est simul cum superficie locati concedo. & quando dicitur, quod duæ superficies non possunt esse simul. Dico quòd duæ superficies ex ea parte, qua sũt

Ad tertiũ principale primæ quæstionis.

A diuisibilis non possunt esse simul adæquate, quoniam si superficies addatur superficiei ex parte longitudinis, vel ex parte latitudinis: tunc vna superficies ponitur iuxta aliam, & non sunt simul adæquate cum ea, veruntamen ex ea parte qua superficies est indiuisibilis, potest vna superficies esse simul cum alia, & quia superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, illæ duæ superficies possunt esse simul ex parte profunditatis, quoniam si vna superficies supponatur alteri ibi est additio superficierum adinuicem, ex ea parte qua sunt indiuisibiles, & ideo bene possunt esse simul. Cum ergo dicitur, quod sola quantitas facit distare. Dico, quod sola quantitas ex ea parte, qua est diuisibilis facit distare, tamen quantitas ex ea parte qua est indiuisibilis non, & quia corpus est diuisibile ad omnem partem, & secundum omnem dimensionem, ideo est impossibile duo corpora esse simul adæquate: sed non est sic de superficiebus, & lineis. Sed adhuc restant duo dubia, quia videtur, quod locus sit sola superficies, quod probatur multipliciter, & primo sic. Illud quod diffinitur per superficiem non est superficies, hoc statim patet, quia idem non diffinit seipsum. sed locus diffinitur per superficiem. ergo, maior est manifesta & minor probatur per Phylosophum

Quod locus nõ sit sola superficies.

Primum.

Secũdum.

B in textu, qui diffiniens locum dicit, quod locus est terminus corporis continentis, sed terminus loci continentis est superficies. Item loca naturalia corporum simplicium distinguuntur specie, patet primo cæli. tract. de infinito. & Com. quod idem dicit expresse supra primum de cæ. & mũ. sed vna superficies non distinguitur specifice ab alia. ergo locus non est totaliter idem, quod superficies. Item vbi causatur effectiue a circumscriptione loci, sed vbi non causatur a circumscriptione superficiei. ergo locus non est idem, quod superficies. maior patet per auctorem sex principiorum. minor vero patet per Cõmen. super hunc quartum dicentem, quod quantitas non est de potentijs actiuis. Item Phylo. dicit, quod corpus naturale naturaliter fertur ad suum locum naturalem, propter propinquitatem, & quasi vnigeneitatem loci naturalis ad ipsum, sed superficies nõ habet propinquitatem, nec vnigeneitatem magis ad vnum corpus, quam ad aliud. ergo locus non est sola superficies. Ad istas dicendum, quod accipiendo locum pro eo, quod denominat hoc nomen sic dicendo, istud est locus, vel istud est locans, sic locus est sola superficies. Et ad primum in contrarium dico, quod superficies est superius, quam locus, quia omnis locus est superficies, non tamen omnis superficies est locus, vt dictum est prius, ideo superficies ponitur in diffinitione loci, & non est inconueniens; superius, quod ponitur in diffinitione inferioris. Vnde si in diffinitione superficiei in specie ponatur superficies in cõi, ex hoc nõ accidit aliquod malum. Et cum dicitur, quod idem non diffinit seipsum, potest dici, quod idem alicui conuertibiliter non diffinit illud idem, tamen idem alicui aliquo modo, idest eo modo quo superius est idem in inferiori, bene potest in illius diffinitione. Vel posset sic dici, quod eadem res, quæ conuertitur, & adæquatur sub alio, & alio conceptu: est diffiniens, & diffinitum, sicut patet, quod homo diffinitur per animal rationale, quando est eadem res cum homine sub alio, & alio conceptu, & sic etiam potest locus diffiniri per vltimum corporis continentis, quia alius conceptus importatur nomine loci, & alius conceptus importatur nomine vltimi corporis continentis. Vel si velis dicere, quod diffinitio componitur solum ex conceptibus, scilicet vocibus, tunc est dicendum quod idem non diffinitur per seipsum, cum eadem res sub vno conceptu diffiniatur per alium conceptum eiusdem rei, & sic idem nullo modo diffinitur per seipsum, sed per suum conceptum, alius tamen est conceptus diffinientis ipsum, & alius est conceptus diffiniti. Ad secundum cum dicitur, quod loca naturalia corporum simplicium distinguuntur specie. Dico quod locus naturalis potest accipi dupliciter, scilicet pro eo, quod significat, vel pro eo quod denominat. Dico igitur accipiendo locum naturalem, pro eo quod significat, sic est verum, quod locus naturalis ignis est alius a loco naturali aquæ, & sic de alijs elementis, quia hæc vox naturalis locus significat vltimum corporis, continentis habentis virtutem conseruatiuam locati contenti, ita quod illæ voces, scilicet locus naturalis, & vltimum corporis continentis habentis virtutem conseruatiuam locati idem sunt, nunc autem manifestum est, quod tota oratio, locus, &c. non significat solum superficiem, immo in suo significato includit continentiam corporis locati, & virtutem conseruatiuam continentis, & illo modo loquendo de locis naturalibus, concedo quod loca naturalia distinguuntur specie. Si vero locus naturalis accipitur pro eo, quod

Tertium.

Quartum.

Ad primũ istorum.

Ad secundum.

hæc

hæc vox. si loca naturalia denominat, sic dico, quod loca naturalia non distinguuntur specie, immo locus naturalis est illud, quod est locus naturalis, scilicet, sola superficies continentis. Vnde accipiendo superficiem concauam ignis vt ambit totum aerem: verum est dicere, quod hæc superficies est locus naturalis aeris, sed hoc est in prædicatione accidentali. Quod autem illa distinctio sit bona, quod terminus, vel vox potest accipi pro eo, quod significat, vel quod denominat apparet: quoniam hæc est vera, homo albus est ens per accidens, accipiendo hominem album pro eo, quod significat, quia certum est, quod ille terminus homo albus significat vnum ens per accidens: & ista similiter est vera: homo albus est homo, & est substantia: accipiendo illum terminum pro eo, quod accidentaliter denominat, quia Sortes cui accidit, quod sit albus, est homo, & est substantia, & sic patet, quod huiusmodi distinctio est bona, & habet locum in omnibus terminis concretis accidentalibus, & etiam in terminis aggregatis ex accidentalibus, vel ex subiecto, & accidente.

Ad tertiũ. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod vbi causatur ex circunscriptione loci, dico quod verum est accipiendo locum pro corpore continentis, non pro vltimo corporis: vel sustinendo, quod vbi causetur ex circunscriptione loci, qui est vltimum corporis continentis, dico quod vbi causatur ex circũscriptione superficiei. Et cum dicitur, quod quantitas non est de potentijs actiuis, dico, quod quantitas est de potentijs actiuis per abiectionem contrarij, hoc est: quantitas non est de potentijs alterantis; tamen quantitas est de potentijs actiuis sine alteratione, & dico, quod vnum corpus expellit aliud corpus a suo loco per quantitatem suam effectiuè aliquo modo: quamuis quantitas non sit totalis causa effectiua, & ita quantitas est aliquo modo effectiua motus localis, & sic quantitas potest esse causa totalis effectiua ipsius vbi, quia vbi non causatur per abiectionem: nec per alterationem contrarij: propriè loquendo de contrarietate.

Ad quartum. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod locus est principium generationis secundum Porphy. dico, quod Porphy. accipit ibi locũ pro corpore locante, vel pro virtute conseruatiua locati, & non pro vltimo corporis continentis.

Ad quintum. Ad aliam, cum dicitur, quod corpus naturale naturaliter fertur ad suum locum proprium propter propinquitatem, quam habet ad locum, dico, quod verum est accipiẽdo locum pro corpore locante, vel pro virtute conseruatiua existente in corpore locante, sed accipiendo locum pro vltimo corporis non est verum: omnes tamen illæ rationes possunt solui per distinctionem de loco superius positam.

Vtrum locus sit immobilis. Secundo quæro, vtrum locus sit immobilis. Et videtur quod non: quia vltimum corporis continentis mouetur ad motum illius, cuius est vltimum. sed locus est vltimum corporis continentis: quod quidem corpus continens est mobile. ergo locus est mobilis.

Prima rõ.

Secunda. Item cælum, vel superficies concaua orbis Lunæ est locus ignis, & tamen continue mouetur. ergo. In oppositum est phyl. hic.

Respõsio aliquorũ. Ad hanc dubitationem dicunt aliqui, quod locus accipitur dupliciter, scilicet, vel pro materiali in loco, vel pro formali, si accipiatur pro materiali, sic est mobilis, quia materiale in loco est superficies, & certum est, quod superficies est mobilis, si vero accipiatur pro formali, sic est distantia causata ab orbe, siue a polo mundi, & est a centro terræ, & sic totus locus est immobilis, quia semper manet eadem distantia ad orbem, siue ad polos mundi.

Alia responsio. Aliter tamen dicunt alij, & quasi in idem redit. quod vltimum corporis continentis non habet rationem loci propriè, & formam: nisi secundum rationem, & ordinem, quem habet ad totum corpus sphericũ cæli. v. g. locus proprius nauis in aqua, vel in flumine non est hæc aqua, quæ fluit secundum quod est hæc aqua, sed secundum ordinem, vel situm, quem habet aqua fluẽs ad totum flumen: qui quidem ordo, vel situs remanet in aqua succedente, & sic licet aqua materialis fluat: tamen secundum quod aqua habet rationem loci, vt ordinatur in tali ordine vel situ ad totum flumẽn non mutatur, & hoc est exemplum Philosophi: ad quod respicientes debemus intelligere, quomodo extremitates corporis mobilis sunt loca .s. per respectum ad totum corpus sphericum cæli, quod quidem corpus sphericum habet fixionem, & immobilitatem ex fixione, & mobilitate centri, & polorum, & ideo licet illud vltimum corporis continentis secundum quod est hoc vltimum effluat, tamen illud vltimum secundum, quod habet rationem loci semper manet, quia distantia, & ordo ad totum corpus sphericum cæli semper manet. Intentio igitur illorum est, quod vltimum corporis continentis .i. superficies, quæ est materiale in loco;

A est mobilis, ordo tamen, vel situs ad totum corpus sphæricum cæli, qui est formale in loco est immobilis.

Primũ argumentũ contra sic dicentes. Sed contra hunc modum dicendi arguo, & probo, quod in loco non est aliquod tale formale vt situs vel ordo seu distantia in comparatione ad cælum, vel ad polos, seu ad centrum. Et arguo sic. Impossibile est per quamcunque virtutem, quod aliquid maneat destructo formali, quod est in eo, quod patet, quia impossibile est quod homo maneat destructa anima intellectiua, quia hoc claudit contradictionem, sed locus per virtutem diuinam potest manere idem non manente eadem distantia, vel ordine ad totum cælum, uel centrum uel polos. ergo talis ordo, uel distantia non est formale in loco, maior est nota, & minor patet, quia Deus posset mouere totum cælum simul, & omnia quatuor elementa motu recto uersus oriens, quiescente alio corpore in aere, uerbi gratia, quiescat aliquod corpus in medio aeris, & per uirtutem diuinam moueatur totum cælum, & omnia elementa motu recto versus oriens, tota igitur pars cæli, quæ est versus occidens fit propinquior illi corpori quiescenti, quam prius erat, & totum versus oriens erit remotius ab illo corpore, quam prius erat, & unus polus mundi erit sibi propinquior, quam prius, & alius remotior, & centrũ

B totius mundi erit sibi propinquius, vel remotius, quam prius, vt patet manifestè, cum igitur illud, corpus quiescat secundum locum, oportet, quod sit in eodem loco, in quo prius erat, & per consequens locus maneat idem: & tamen ordo, vel distantia ad polum mundi non manet, sed corrumpitur. ergo talis ordo, uel distantia non est formale in loco, quoniã si ita esset sequeretur, quod aliquid posset manere destructo suo formali, quod est impossibile.

Confirmatio eiusdẽ. Hoc confirmatur: Deus potest comprimere, & dilatare totum cælum, & omnia elementa quiescente illo corpore in eodem loco, sed loco compresso, uel dilatato, & omnibus elementis compressis, uel dilatatis corpus quiescens non haberet eundem ordinem, uel distantiam ad polos mundi, uel ad centrum, & tamen locus maneret idem. igitur talis distantia, uel ordo non est formale in loco: alter enim sequeretur, quod aliquod maneret sine suo formali, quod est impossibile.

Respõsio. Huic rationi dicerent phylosophantes, quod nec uirtus potest cælum: & elementa mouere a loco suo, & sic illa ratio nihil videtur ualere.

Prima rõ. Sed contra hoc arguo dupliciter, & primo sic: impossibile est aliquid intelligere manere idem numero, nisi intelligatur suum manere formale idem numero, ut communiter conceditur ab omnibus, sed possibile est intelligere locum manere eundem

C numero absque hoc, quod intelligatur idem ordo, uel distantia ad cælum, & ad polos, & centrum manere. ergo talis ordo, vel distantia non est formale in loco, maior patet: nam quia rationale est formale in homine; ideo impossibile est hominem intelligere absque hoc, quod intelligatur rationale, & sic est de omnibus alijs. Vnde illa propositio communiter conceditur, scilicet, quod nihil potest intelligi sine suo formali, minor uero patet, quia contingit intelligere, quod aliquod corpus quiescat in aere, & quod totum cælum cum quatuor elementis moueatur: sic quod totum oriẽs fiat remotius ab illo corpore, quam prius, & totum occidens fiat ei propinquius, quam prius, & per consequẽs contingit intelligere, quod utcrque polus sit corpori propinquior, uel remotior quam prius, & per consequens quod centrum mundi sit sibi propinquius, vel remotius, corpore tamen manente in codẽ loco, & sic contingit intelligere, quod locus manet idem numero, & tamen distantia, uel ordo ad cælum, uel ad centrum, & polos non manet eadem numero, & per consequens talis ordo, uel distantia non est formale in loco.

Sec̃a rõ. Secundo arguo
D ad idem sic. ex possibili secundum imaginationem non sequitur impossibile secundum imaginationem, ut uult Commen. in hoc quarto Trac. de corpore. sed hoc sequitur totum cælum, & omnia elementa mouentur uersus oriens in illo corpore quiescente in medio aere. ergo ille locus, in quo illud corpus quiescit manet idem numero non manente eadem distantia ad totum cælum, & ad polos mundi, & ad centrum, & antecedens est imaginabile. ergo consequens est imaginabile, & per consequens contingit imaginari, quod idem locus numero manet absque hoc, quod idem ordo, vel distantia manet, sed non contingit imaginari aliquid manere sine suo formali, ideo ordo, vel distantia non est formale in loco.

Tertia rõ. Tertio arguo principaliter contra illud formale, & hoc sic, si esset tale formale in in loco, cum illud non sit substantia, oportet, quod sit in aliquo subiecto, aut igitur illud formale est subiectiue in illo vltimo corporis locantis, aut est in corpore locante, aut in coelo subiectiue, si detur quod est subiectiue in vltimo

corporis

corporis continentis locatum, vel in ipso locante: cum tam corpus locans, quam vltimum corporis locantis sit mobile: sequitur, ꝙ illud formale est mobile: vel saltem sequitur, quòd remoto corpore locante, non remanet idem respectus, vel ordo ad cælum, qui prius erat, & sic non manebit idem formale. Et quod idem respectus, vel ordo non possit remanere, recedē te corpore locante, & succedente alio corpore locante: patet, quia ille respectus, vel formale illud, aut remanet sine subiecto, aut in subiecto: non sine subiecto, vt certum est, quia illud esset contra rationem accidentis, scilicet, esse per se sine subiecto. si vero sit in subiecto, aut igitur in eodem subiecto, in quo prius erat vel in alio: non in eodem, quia cū illud subiectū moueatur, & non remaneat, vt prius: sequitur, ꝙ illud formale moueatur, & non remaneat vbi prius, quod est propositū, si vero detur, quod illud formale remaneat, vbi prius, & in alio subiecto, quam prius, illud est impossibile, quia sic accidens migraret de suo subiecto in subiectum, quod est impossibile, & si detur, ꝙ illud formale non sit subiectiue in corpore locāte, nec in vltimo corporis locantis, sed in cælo, tunc quæro, aut est aliquid existens in cælo diuisibile, aut indiuisibile: si diuisibile, cum quodlibet diuisibile ipsius cæli continue moueatur, sequitur, quod illud formale continue mouetur, quod est propositum, si vero sit indiuisibile, & omne indiuisibile in cælo, præter polos, continue moueatur: sequitur, ꝙ vel formale in loco erit mobile, vel ꝙ sit subiectiue in polo, ꝙ est impossibile, quia sic omnium corporum existentium hic inferius, esset idem locus formaliter, quia formale cuiuslibet loci esset in polo, vt saltem sequitur, quod omnia loca formaliter accepta erunt simul adequate, quia cuiuslibet loci formale esset in polo indiuisibili, & per consequens non posset aliquod corpus moueri de loco ad locum, ex quo non potest mutare locum formaliter. **Confirmatio quartæ rationis.** Hoc confirmatur sic, formale cuiuslibet loci est in polo indiuisibili: igitur omnia loca formaliter accepta sunt simul adæquate, sed quandocunque sunt aliqua simul adæquate, & quod est in vno illorū est etiam in reliquo, sed quodlibet corpus est in loco aliquo formali existente in polo. ergo quodlibet corpus est in loco formali existente, vel adæquate cum loco formali cuiuslibet alterius corporis, & per consequens omnia corpora necessario sunt simul adæquate in eodem loco formali & per consequens nullū corpus potest mutare locum suum formalem, quod est impossibile, ideo non potest dari, vt videtur, ꝙ formale in loco sit in cælo materiale in aqua, vel in aere, quia ex his præcise, quæ tantum distant, quātum cælum ab aqua, non fit aliquod vnum, igitur ex formali in loco, & materiali in loco non fieret aliquod vnum, & per consequēs locus non esset res vna, immo minus esset res vna, quam aceruus lapidum, quia partes plus distarēt. **Iterū cōfirmatio huius rōnis.** Confirmatur hæc ratio, quia formale non separatur a materiali suo, ex quo ex eis debet fieri vnum, igitur fatuum est dicere, quod materiale in loco sit in terra, vel in aqua, & formale in cælo. **Solutio.** Et si dicatur, quòd formale in loco est distātia locati ad polos & ad cētrum, sed illa distantia manet eadem, ideo locus manet idē. **Replica.** Contra, distantia locati ad polos & ad centrum est in ipso locato, sed locus non est in locato, cum sit vltimum corporis continentis, vnde de distantia locati ad polos, & ad centrum nihil hic intendimus, quia loquimur de loco secundum, ꝙ phyl. loquitur hic de ipso. Item supposito per possibile, vel per impossibile, ꝙ corpore aliquo quiescente in aere, totum cælū, & omnia elementa mouerentur per virtutē Dei versus unam differentiam positionis, certum esset, quod tunc corpus quiescens maneret in eodem loco secundum opinionem istorum, & tamen non haberet eādem distantiam ad polos mundi, & ad cētrum. ergo talis distantia, siue sit in corpore locato, siue in corpore locante, non est formale in loco. ex quo locus pōt manere, illa distantia non manente. Dico igitur, quod accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, locus est quædam forma simplex, sicut & quælibet alia forma accidentalis, & non est, quid compositum ex formali, & materiali. **Quid necessitatis contineat.** Et ad illud, quod dicunt de isto fluuio. s. quod totus fluuius est magis locus nauis, quam pars fluuij. **Alia responsio.** Dico secundum phylosophum, & secundum veritatem, ꝙ totus fluuius non est prius locus nauis quiescentis in fluuio, sed est locus communis. Vnde totus fluuius nō est locus nauis, nisi quia pars fluuij est locus nauis, & pars fluuij non est locus nauis, nisi quia vltimus terminus eius est locus, quod igitur innuit phylosof. ꝙ totus fluuius magis est locus, quam pars fluuij, nō est intelligendum ꝙ phy. uelit, ꝙ totus fluuius sit locus proprius, nec ēt uult, ꝙ pars fluuii sit locus proprius, sed uult si alterum illorum debeat dici magis cōpetit toti fluuio, quam parti fluuij, non tamen simpliciter, & absolute, sed quantum ad unā conditionem, uel differentiā loci, quæ est immobilitas essentialiter, qm. locus proprius magis assimilatur toti fluuio, quā parti quātū ad mobilitatē, & immobilitatē, quia sicut totus fluuius non est mobilis s͠m totum, quia nōn deserit totū locū præcedentem, sed solum est mobilis s͠m partes, & sic per accidens, s. partes sunt per se mobiles, quia deserunt totū locū præcedentem, ita locus non est mobilis essentialiter, sed solum per accidens, sic igitur totus fluuius est magis locus, quā pars fluuii, quantū ad unā cōditionem. i. quantū ad ad immobilitatē, quia tam totus fluuius, quam etiā locus est immobilis essentialiter, sed pars fluuij per se est mobilis, simpliciter tñ & absolute loquendo pars fluuij magis est locus, fluuius totus, quātum ad alias conditiones loci, & hæc est expositio Com. comment. 11. huius quarti. Alij uero dicūt ad istam quæstionem, ꝙ locus est immobilis quantum ad æquiualentiam, sicut, ꝙ quiescēte aliquo corpore, locus illius corporis semper manet idē per æquiualentiam, ita ꝙ quantum ad distantiam a cælo, & a centro, & quātum ad motum localem inchoandum, uel determinandū, tantum ualet uel facit unus locus quam alius, si. n. quiescā hic in hac parte domus de Sarbona, probo, ꝙ aer continue moueatur circa me, uel ꝙ circa me sit maximus uentus, dum tamen ego continue quiescam, certum est, ꝙ ego continue æqualiter disto a toto cælo, & a centro, & a qualibet alia re immobili, sicut prius, & tot leucæ sunt continue inter me, & Angliā, sicut prius, & tamen non sum continue in eodem loco, sicut prius secundum numerum, sed sum in eodem loco secundum æquiualentiam quantum ad distantiam ab alijs rebus immobilibus, & quantum ad motum localem faciendum, uel determinandum, & sic dicunt, ꝙ locus est immobilis per æquiualentiam, quia quiescente locato manet idem locus numero qui prius, uel locus æquiualens quantum ad distantiam ab alijs quiescentibus, & quantum ad motum localem inchoandum, uel fiendum. Et quia hoc potest habere bonum intellectū, nec circa illud est præsens inquisitio, sed solum circa immobilitatem eiusdem loci s͠m numerum, ideo circa confirmationem, uel destructionem non insisto. Sed ad quæstionem respondendo pono duas conclusiones, quæ sunt in intentione phylosophi, & Com. quarum prima est, ꝙ locus s͠m, ꝙ phyl. loquitur hic de loco, est immobilis per se, intelligendo sic. s. quod perseitas negetur, ita quod sit sensus, locus est immobilis per se. i. locus nō est per se mobilis. Secunda conclusio est, quod locus est mobilis per accidens. **Prima cōclusio.** Prima igitur conclusio, scilicet, q᷑ locus non est per se mobilis probatur sic, omne per se mobile est corpus, sed locus non est corpus. ergo locus non est mobilis per se. maior est per se nota, & ab omnibus cōcessa, minor uero patet ex præcedentibus, potest tamen probari sic. si locus esset corpus, locus esset per se in loco, quod est contra phylosophū, & contra ueritatem, qm̄ si locus esset ꝑ se in loco, eadem ratione ille locus esset in alio loco, & ille in alio, & sic in infinitum, & sic sequeretur, quod infinita loca essent simul, quod est impossibile. **Sc͠da conclusio.** Secunda uero conclusio. s. quod locus est mobilis per accidens probatur sic, locus est ultimum corporis continentis. i. superficies corporis continentis contigua locato corpori, & sic est accidens permanens existens in corpore locante. & accidēs mouetur per accidens ad motū sui subiecti. ergo locus est mobilis per accidens, & hæc est intentio Com. in hoc, quando dicētis, quod locus mouetur per accidens raro, quod est sic intelligendum, uidelicet, quod locus raro mouetur ad motum locati. **Expositio Com.** Vnde Commen. in exponendo diffinitionem loci dicit, q᷑ illa particula, locus est immobilis, debet sic intelligi, quod locus non est mobilis essentialiter, quia per immobile intelligit nō mobile essentialiter, & ubi uidetur phylosophus innuere, quod totus fluuius magis debet dici locus, quam pars fluuij, d. Com. q᷑ hoc ideo est, quia totus fluuius non est mobilis nisi per accidens, & pars fluuij est mobilis per se, ideo si alterū illorum debeat dici locus magis debeat dici, q᷑ totus fluuius est locus quam pars fluuii sit locus, & hoc quantum ad immobilitatē, ut superius est expressum, & expositum quia locus nō est ꝑ se mobilis, sed per accidēs, &c. **Locus nō est mobilis per accidens. Primo.** Sed contra istud arguitur probādo, q᷑ locus non est mobilis per accidēs, sicut ipsa superficies corporis locātis, & hoc sic, ad illud non est motus per se q᷑ pt. acquiri alicui nulla mutatione facta in illo, cui acquiritur, ut patet quinto huius, sed si locus sit mobilis per accidens, sequitur, quod aliquo quiescente, & uento flante illi quiescenti acquireretur nouus locus nulla mutatione facta in eo. ergo ad locū non est motus per se. **Secundo.** Item sequitur secundum, quod uento flante domus fieret continue in alio loco, & in alio, quod uidetur incredibile. **Tertio.** Item sequeretur, quod ego per flatum oris mei possem mouere columnam a loco suo, & etiam palatium regis, quia possem per flatus oris mei mouere aerem iuxta

columnam, & sic columna fieret in alio vltimo aeris, quã prius erat. *Quarto.* Item sequeretur secundum hoc, quod aliquid posset moueri continue motu locali recto, & tamen semper esse in eodẽ loco, quod videtur impossibile, quia sic idem moueretur secũdum locum, & quiesceret qđ est impossibile, & probo, ꝙ hoc sequatur, quia si aliquod corpus mouetur simul cum aliquo corpore continente, & æquali velocitate illud corpus moueretur localiter, & tamen esset continue in eodem loco. v. g. si dolium totum plenum vino moueretur motu recto, certum est, ꝙ vinum continue moueretur motu recto, & tamen semper esset in eodem loco proprio. s. in superficie dolij. *Quinto.* Item si locus esset sola superficies corporis continentis, sequeretur, ꝙ impossibile esset redire ad eundem locum numero a quo locatum recedit, qđ videtur inconueniẽs, & impossibile: probo, ꝙ hoc sequatur, quia si aliquod corpus existens in aere recedat a loco suo; locus, ad quem mouetur, est totaliter nouus, & prior locus corrũpitur, quia partes aeris cõcurrũt, & corrũpitur illa superficies, quæ præfuit, cum igitur corruptu non possit redire idẽ numero ĩm phylosophum. sequitur, ꝙ corpus recedens a loco nunquã poterit reuerti ad eodẽ locum numero. *Sexto.* Et sequitur etiã aliud inconueniens. s. ꝙ duo corpora non possunt sibiinuicem succedere in eodem loco, qđ videtur contra Phylosophum. *Septimo.* Itẽ si locus sit mobilis motu locali, sequitur, ꝙ locus indiget loco, & eadem ratione ille locus indiget alio locato, & sic in infinitum, quod est impossibile. Item superficies cõcaua orbis Lunæ semper mouetur, ergo si illa superficies sit locus ignis, sequitur quod locus ignis semper mouetur, qđ est inconueniens, quia per Com. si aliquid moueatur ad rem motam motus eius esset ociosus & hoc significat, vt dicit Com. quia locus non est mobilis, igitur si locus ignis esset superficies concaua orbis Lunæ sequeretur, quod motus ignis ad superius esset ociosus, qđ est inconueniens. *Ad primũ istorum.* Ad primum illorum dicendum: concedendo conclusionem, videlicet, quod ad locum non est per se motus loquendo de loco: vt phyl loquitur hic de loco, sed motus localis est per se ad vbi: quod est in mobili subiectiue. *Prima replica.* Sed contra hoc arguitur dupliciter, & primo, quia vbi causatur ex circumscriptione loci, si igitur locus est alius quam prius, vbi erit aliud quam prius, & sic si locus potest acquiri alicui quiescenti, sequitur etiam, ꝙ vbi potest acquiri quiescenti, & per consequens ad vbi non est motus per se, quia ad illud non est motus per se. quod potest acquiri ipso quiescente, cui acquiritur, vt patet per Phylosophum. *Secunda replica.* Secundo arguitur sic non quæreretur locus, nisi esset motus: si tamen nouus locus posset acquiri sine motu illius cui motus acquiritur, posset locus esse nouus sine motu, & sic dictum phylosophi non esset verum. *Ad primã replica.* Ad primum horum potest dici multipliciter, vno modo potest dici, ꝙ aliter est de vbi & aliter de relatione, quia relatio semper cõsequitur mutationem, quæ per se est ad aliquid: sed non est sic de vbi quia licet vbi posset sic acquiri alicui ipso non mutato: hoc tamen est accidentale ipsi vbi: quia vbi potest acquiri per mutationem per se determinatam ad ipsum vbi, quia corpus corpus naturale per suũ motum naturalem mouetur per se ad vbi, tanquam ad per se terminum illius motus. Et secundũ hoc potest dici ad rationem, ꝙ phy. quinto huius probat, ꝙ ad relationẽ non est motus per se sic illud, qđ solum acquiritur per mutationem per se factam ad aliud & ad aliud, non est motus per se, relatio est huiusmodi. ergo, sed si arguitur sic de vbi, tunc minor erit falsa, quia vbi non solum acquiritur per mutationem factam ad aliud. *Iterũ secũdo ad primã replicã.* Potest tamen aliter dici, videlicet, quod ad illud non est motus per se, quod aliud a priori non solum secundum numerum, sed etiam secundum speciem pot acquiri alicui ipso non mutato, sed relatio alia secundum speciem a relatione præcedenti in subiecto potest acquiri alicui ipso non mutato, vt patet, quia si Sortes, & Plato sint albi, & postea fiant nigri, acquiritur Sorti quiescenti alia relatio ĩm speciem a relatione priori, quia prius fuit albus postea factus dissimilis: tamen ipso quiescente, sed sic non est de vbi, quia quamuis corpori locato quiescenti possit acquiri aliud vbi a priori secundum numerum, tamen corpori quiescenti non potest acquiri aliud vbi secundum speciem a priori. Deinde ad dictũ phylosophi cum dicitur, quod ad illud non est motus per se, quod potest acquiri alicui ipso non mutato, illud est sic intelligendum. s. quod ad illud non est motus per se, quod aliud secundum speciem a priori forma eiusdem generis potest acquiri alicui, ipso non mutato. *Iterũ tertio ad primã replicã.* Tertio potest dici, quod quamuis alicui quiescenti posset acquiri nouus locus, non tamen nouum vbi, vnde corpus quiescens æque distans a cælo, & a polis, & a centro semper habet idem vbi, quamuis non habeat eundem locum. Vnde melius esset dicere, quod ordo vel distantia ipsius locati ad orbem, & ad polos, & centrum esset formale in

A ipso vbi. Vel verius esset dicere, quod esset ipsum vbi quam, ꝙ talis distantia, vel ordo sit formale in loco, talis. n. ordo vel distantia existens in ipso locato subiectiue corrũpitur ad motum locati. Et cũ dicunt, quod vbi causatur a loco. Dico, quod quamuis vbi causetur a loco, non tamen oportet, quod variato loco varietur ipsum vbi, quia vbi non causatur a nouo loco, nisi ille nouus locus alium ordinem, vel situm ad totum cælum sphæricum, & ad polos immobiles habeat, vnde vbi causatur a loco non absolute, sed secundum quod locus est in tanta, vel tanta distantia ad orbem, vel ad polos, & secundum hoc esset dicendum, quod illud idem vbi, quod primo causatur in aliquo corpore, postmodum causatur in illo corpore quiescenti ab alio loco succedente, vnde breuiter non sequitur, est nouus locus, igitur est nouum vbi, quamuis sequatur, est nouus locus in alio ordine, vel distantia maiori, vel minori ad orbem centrum, & polos. ergo est nouum vbi. *Ad secũdam replica.* Ad secundum, qđ fit contra hanc responsionem cum dicitur, quod non quæreretur locus, nisi esset motus localis. Dico, quod nõ quæreretur, hoc est non inquireretur, an est locus, vel quid est locus, nisi esset motus localis, quoniam motus localis primo mouebat phylosophum ad inquirendum, quid est locus, & an est locus, sed B talia duo loca succedentia circa idem corpus quiescens non possent esse terminus motus localis. vnde talia duo loca non distantia non plus faciunt, quam vnus locus ad hoc, quod locus habeat rationem termini motus localis, quia locus præcedens, & sequens succedens circa aliquod quiescens non distant, & omnis motus localis necessario est inter terminos distantes. Dico igitur ad formam argumenti, quod non quæreretur locus, nisi esset motus localis. tamẽ an sit idem locus, vel alius corporis quiescentis, hoc non possumus scire per motũ localem locati, sed magis per motum localem corporis continentis. Et si dicatur, quod si illud corpus quiescens sit in alio loco quam prius. ergo se habet aliter quantum ad locum quã prius se habuit, & per cõsequens mouetur localiter, quia moueri localiter non est aliud quam aliter se habere nunc, quam prius quantum ad locum. Dicendum, quod non omne quod se habet aliter nunc, quam prius respectu loci mouetur localiter, sed omne, quod se habet nunc aliterq; prius respectu alicuius quiescentis secundum locum, ita quod sit propinquius, vel remotius ab illo quiescente secundum locum, omne illud mouetur localiter: vnde illud quod se habet aliter secundum C distantiam localem ad aliquod quiescens secundum locum, vtputa sic, quod sit magis vel minus distans ab eo, quã prius, omne tale mouetur localiter. *Ad secundum.* Ad aliam rationem contra positionem, cum dicitur, quod vento flante domus fieret continue in alio, & in alio loco. Dico concedendo conclusionem. s. quod domus quæ ieceat per motum aeris fieret in alio, & alio loco secundum numerum, semper tamen est in eodẽ loco per æquiualentiam ad inchoandũ, vel terminãdum motum localem. Et si dicatur, quod hoc est contra sensum. s. quod domus sit continue in alio, & alio loco. Dico, quod ad sensum nõ pertinet iudicare, vtrum locus sit idem vel alius, quia iudicium de identitate uel vniuersitate partium pertinet ad intellectum, non autem ad sensum. *Ad tertiũ.* Ad aliam rationem cum dicitur, quod homo per flatum suum posset mouere columnam aliquam, vel palatium a loco suo. Dico, quod illud non sequitur, quia ego moueo aerem circa palatium, vel circa columnam, sed nõ moueo columnam, nec palatium, sed moueo aerem, quia per flatum corrumpo, vel moueo locum columnæ, uel palatij, vnde concedo illam conclusionem. s. quod per flatum oris mei ego possum facere, quod columna, uel palatium sit in alio loco, quam prius, tamen ego non moueo columnã, nec palatiũ, D potest enim corpus fieri in aliquo alio loco quam prius, quãuis ipsum non moueatur, sed aliud. s. corpus locans ipsum. *Ad quartum.* Ad aliam rationem, quando dicitur, quod secundum hoc sequeretur, quod aliquod posset localiter moueri, & tamen semper esset in eodem loco proprio, dico concedendo conclusionem. s. quod potest moueri localiter ad motum alicuius. s. corporis cõtinentis, & tamen semper est in eodem loco proprio illi locato, non tamen semper erit in eodem loco communi, nec in eodem loco proprio corporis cõtinentis ad motum cuius mouetur. Et qñ dr, ꝙ sic idem simul moueretur ĩm locum, & quiesceret ĩm locum. Dico, ꝙ bene est possibile, ꝙ aliquid moueatur per accidens ĩm locum, & tamen ꝙ quiescat ĩm locũ quiete opposita motui locali per se, sic est de uino contento in dolio. Similiter non est inconueniens, ꝙ idem moueatur secundum unũ locum, ut ĩm locum cõem, & tñ quiescat ĩm alium locũ, ut secundum locũ proprium. *Ad quintum.* Ad quintã rõnem, qñ dr, ꝙ secundum illud non posset corpus reuerti ad eundem locũ proprium numero in quo fuit prius. Dico, ꝙ loquendo de loco habente

habente esse subiectiue in aere, vel in aqua. sic non est possibile, q aliquod corpus reuertatur ad eundem locum numero totalem, in quo prius fuit, nec est possibile, q diuersa corpora succedant sibiinuicem in eodem loco numero, totali existente in Com. 18. aere, vel in aqua, vt patet per Com. superius commēto 18. quoniam phy. superius probat, q locus non est forma, & hoc sic. locus est separabilis a locato, & forma nō. ergo locus non est forma. Et Com. super illam rationem mouet dubium dicens, & potest aliquis quærere: quoniam locus non potest dici separari, nisi secundum opi. dicentium vacuum esse, sed secundū opi. phylosophi nō separatur a locato, sed corrūpitur per eius corruptionem, quoniam vltimum aeris, in quo est aqua: cū aqua transfertur ab eo, & intrat in ipsum aliud corpus; corrumpetur illud vltimum, & fiet aliud, & cum ita sit, illa propositio est famosa, & non vara: hæc Com. commēto supradicto. Vnde Cō. facit rationem phylsophi bonam sic, locus est separabilis a locato etiam omnibus locatis manentibus, sed forma non est separabilis a locato manente locato. ergo locus non est forma, & loquitur de separatione loci, & formæ, per quam separationem vtrunque corrumpitur, vt quādo dicimus, q aliquod est accidēs separabile a subiecto, nō quia possit manere sine subiecto, sed separatio eius a subiecto, est eius corruptio. Dico igitur, q illæ propositiones, videlicet corpus, potest redire ad eūdem locum numero, a quo recedit, & diuersa corpora possunt Ad sextā. sibiinuicem succedere in eodem loco: sunt famosæ, & non veræ, vt patet per Com. Ad sextam rationem, cum dicitur, q si locus esset mobilis, locus idigeret loco, dico, q sicut locus est mobilis. s. per accidens, ita indiget loco per accidens, &, si ille alius loco moueatur per accidens, indiget alio loco per accidens: nec est inconueniens procedere in infinitum in indiuiduis, & Ad septimum. in accidentaliter ordinatis. Ad vltimam rationem quando dicitur, secundum illud superficies concaua orbis Lunæ esset locus ignis, & illa superficies semper moueretur, dicendum est, q illa superficies est locus ignis, & semper mouetur, non tamen semper mouetur motu naturali, quo ignis mouetur ad ipsam. Et cum dicitur, q si aliquid moueatur ad rem motā, motus eius esset ociosus, dico, q si aliquid moueatur ad rem motam eodem motu secundum speciem & eadem velocitate, motus eius esset ociosus, quia nunquam posset attingere terminū motus, & sic habet intelligi dictum Com. tamen si aliquid moueatur vno motu secundum speciem, non propter hoc appareret, q eius motus sit ociosus, & sic in proposito, quia ignis mouetur naturaliter motu recto ad concauum orbis Lunæ motum motu circulari. igitur, &c. & illo remoto potest dici, quod phyl. intelligit, q locus naturalis debet esse immobilis. s. illo motu, quo corpus naturaliter mouetur ad ipsum, quoniam si locus naturalis alicuius corporis esset mobilis naturaliter illo motu, quo corpus naturaliter mouetur ad ipsum, sequitur qđ eius motus sit ociosus,

OSTENDITVR QVALITER CORPORA diuersimode sint in loco. Tractatus primi. Cap. VI.

Atqui corpus quidem id est in loco extra quod aliquod est corpus continens ipsum. Quod vero non ita se habet: non est in loco.

Tex. c. 43. *Cui quidem igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum hoc in loco est: cui vero non minime.*

ISTud est sextum cap. huius tract. in quo ostenditur, qualiter corpora diuersimode sunt in loco, & continet tres partes principales, quoniam in prima phy. ponit duos modos essendi in loco. s. modum essendi in loco per se, & secundum partem. In secunda ibi. [Sicut autē dictum.] Ponit alios duos modos essendi in loco, qui modi essendi in loco accipiuntur secundum actum, & potentiā. In tertia ibi, [Alia quidem secundum se.] Ponit alios duos modos essendi in loco, qui sunt modi essendi per se, vel per accidens. Prima pars continet duas particulas, quoniam in prima phy ex præcedentibus concludit vnam conclusionem. in secunda autem ibi. [Partium etenim.] Narrat phyl. q partes vniuersi possunt moueri diuersis modis. s. sursum, aut deorsum, siue circulariter, & illud patebit ex sequētibus. In prima igitur particula huius partis phyl. concludit vnam conclusionem ex prædictis, quæ talis est, q omne corpus, & solū corpus habens corpus extrinsecum continens ipsum, est in loco per se, & hæc est decimasexta conclusio huius lib. quæ conclusio habet duas partes. vna est, q omne corpus habens corpus extrinsecum extra se ipsum est in loco per se. Alia pars est, q omne corpus non habens corpus extrinsecum extra seipsum non est in loco per se. Ista igitur cōclusio probatur dupliciter, vno modo per præcedentia, idest per diffinitionem loci. Alio modo per extrema, prima igitur prædicta conclusio probatur per præcedentia sic, omne corpus, & solum illud, quod est in vltimo corporis continentis est in loco per se, sed omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum extra seipsum est in vltimo corporis continentis. ergo omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum extra seipsum est in loco per se, maior patet per diffinitionem loci superius positā, minor patet, quia omne, quod habet corpus extra continens est in vltimo corporis continentis, sed solum corpus habens corpus extra continens est in vltimo corporis continentis, nam corpus extra continens, & vltimum corporis continentis non separantur abinuicem. 16. concl. huius lib.

Quapropter etiā si aqua fuerit tale, partes quidem ipsius mouebuntur. Alia namque aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur partim haud mouebitur. Vt totum enim simul locum non mutat, versatur tamen.

Vnde & si aqua fiat huiusmodi: partes quidem mouētur ipsius: continentur enim ad inuicem: omnis autem est tanquam quod mouebitur, est autem tanquam non: sic quidem enim tota simul locum non mutat. Circulariter autem mouebitur.

SEcundo probatur eadem conclusio probatione exemplari sic. si aqua fieret huiusmodi corpus. s. q non haberet aliquod corpus extrinsecum extra ipsam, & dicit, quòd quædam aqua non esset in loco per se, quia non esset in vltimo corporis continentis, partes tamen aquæ bene essent in loco. s. illæ partes, quæ cōtinentur ab alijs partibus eis contiguis, q patet, quia tales partes possunt moueri motu recto, & per consequēs sunt in loco per se, sed omnis aqua. i. tota aqua quodammodo potest moueri, & quodammodo non, quā non potest moueri secundum se totam motu recto, cum extra ipsam non sit locus, ad quē mouari possit, tamen tota aqua posset circulariter moueri, & quia partes aquæ, quæ habent alias partes extra se, eis discontinuatis, sunt per se in loco, ideo possunt moueri tribus motibus. s. sursum, vel deorsum, aut circulariter.

Partim enim hic locus est, & sursum quidem & deorsum non mouetur. Quædā autem versantur, & quædam sursum, atque deorsum mouetur, quæ densitatem habent, ac raritatem.

Partium autem hic locus, & sursum quidē, & deorsum non. Circulo enim quædam quidem mouentur, alia vero sursum quo deorsum quæcunque habent densitatem & raritatem.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua Phy. narrat q partes vniuersi possunt moueri tribus modis. s. q quædam partes vniuersi mouentur circulariter, & quædam mouētur sursum, & oīa ista sunt corpora, in quibus est raritas, & quædā mouētur deorsum, vt corpora, in quibus est densitas, sed istæ partes nō mouentur circulariter, & ex his pōt probari exēplariter conclusio præcedens sic, si tota aqua non haberet aliquod corpus extrinsecum cōtinens ipsam, nō esset in loco per se, sed partes aquæ, quia habent corpora extra eas, & alias partes eis cōtiguas, sunt in loco per se, vt patet, quia possunt per se moueri motu recto, & sic patet exemplariter, quod omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum continens ipsum est in loco per se, & ita apparēt tria ex precedentibus, primo, q totus mundus est in loco essentialiter, quia non habet corpus extra cōtinens ipsum. secundo apparet, q totus mundus compositus ex quatuor elementis, & quinta essentia est in loco per partes. s. quia eius partes sunt in loco per se. Tertio apparet, q oēs partes mundi contentæ ab alijs partibus eius discontinuis sunt in loco per se, vt patet de mixtis, & elementis, & de qualibet alia sphæra cælesti con- Partes vniuersi mouētur tribus modis.

tenta sub alia sphæra. Sed suprema sphæra, quæ non contine.tur ab aliquo alio corpore, est maxima dubitatio: quam Comment. hic mouet: quæ est, an suprema sphæra sit in loco, vel non: & posito, quod sit in loco, quomodo est in loco. Illud autem, quod facit eum dubitare, est, quia suprema sphæra mouetur secundum locum: aut igitur est in loco, aut non est in loco. si detur, quod non est in loco, & ipsa mouetur, sequitur, quod aliquid, quod non est in loco, mouetur secundum locum, quod videtur inconueniens, si vero detur, quod est in loco, cum non sit aliquod corpus extraneum continens, sequitur, quod suprema sphæra sit in vacuo, & sic locus erit vacuum, & dimensio separata, stamus igitur inter hæc duo: aut ponere, quod aliquod motum non est in loco: aut ponere, quod locus est inane, & dimensio: vnde Comment. dicit hic, quod Ioannes grammaticus per hoc obediuit huic ponendo, locum esse dimensionem & vacuum non finem cötinentem, vt dicit Arist.

Opinio Ioannis Grammaticus

Sed contra Ioannem Grammaticum arguit Commen. dupliciter, & primo ex dictis proprijs, nam Ioannes Grammaticus d. quod vacuum non potest separari a corporibus, vnde ipse posuit vacuum imbibitum corporibus, non vacuum, separatum: si tamen locus supremæ sphæræ esset vacuum, oporteret eum dicere, quòd esset vacuum separatum a corporibus. s. vacuum extra cælum, vbi nullum est corpus.

Primũ argumẽtum contra eũ dem.

Secundo Comment. arguit contra eundem ex dictis phylosophi, nam phylos. dicit, quod cælum, & anima sunt in loco per accidens, si tamen cælum, vel suprema sphæra esset in vacuo, tanquam in loco, sequeretur, quod suprema sphæra esset in loco per se, ideo relicta illa opinione Commentat. recitat multas opiniones ponentium supremam sphæram non esse in loco vacuo, vel in loco, qui sit dimẽsio separata, & primo ponit opinionem Themistij, qui posuit, quod totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco secundum partes. i. secundum orbes, quos continet maximus orbis, sicut est de toto mundo. s. quod totus mundus est in loco secundum partes, sed orbes inferiores, & orbis supremus differunt in hoc, quia quilibet orbis inferior est in loco, quia habet aliquid extra continens ipsum, sed orbis supremus in quo stellæ fixæ est in loco ratione partium intrinsecarum tantum. s. quæ sunt in concauo eius, quoniam istæ partes mouentur circa conuexum corporis, circa quod reuoluuntur, & illud conuexum quasi circundat eas, licet sint intra orbem, & ita ponit, quod suprema sphæra est in loco per partes, sed non est in loco secundum se totam: cum non habeat aliquid extra existens, & ratio huius opinionis fuit, quia cum suprema sphæra sit in loco aliquo modo & non est in loco secundum se totam: cum non habeat aliquid extra continens. relinquitur, quod sit in loco per suas partes, & quod non sit in loco secundum se totam: probatur, quia non mouetur secundum se totam, sed secundum partes, & eo modo, quo mouetur est in loco, & ideo cum moueatur ad vbi, nisi secundum partes, non est in loco, nisi secundum partes, & non secũdum se totam, & hoc contingit dupliciter, vt innuit hic Commen. s. quod supremus orbis in loco per partes, vno modo, quia partes eius concaui sunt in loco, quia sunt in conuexo orbis inferioris, quia circa illud conuexum reuoluuntur partes orbis superioris. Alio modo potest contingere, quod supremus orbis sit in loco per partes existentes in concauo eius, quæ mouentur alio motu a motu diurno ipsius orbis, ita quod sunt aliquæ partes in concauo orbis supremi, quæ mouentur circulariter in illo orbe motu proprio, sicut dicunt ponentes epicyclos, quoniam videmus in horologio, quod circulus vnus existens in alio circulo mouetur circulariter motu proprio: & non solum motu circulari eius in quo est, sed qualitercunque sit de hoc non est multum curandum, quoniam opinio Themi. in hoc consistit. s. quod suprema sphæra est in loco secundum partes, & non secundum totum, & ista videtur etiam sententia expositionis Thomæ.

Opinio Themistij quã etiam inuenies 6. phy 85. & 8. phy. com. 67.

Sed contra illam opin. arguit Comm. quadrupliciter, & primo ponit primam rationem d. & hoc quidem contingit toti orbi, & est talis ratio. Si supremus orbis sit in loco, quia partes eius concauæ mouentur circa conuexum orbis inferioris, cum totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus moueatur circa conuexum ignis: oporteret dicere, quod totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco, & non solum hoc, sed quod vnus orbis contineret alium ratione partium, quæ sunt in concauo eius, quæ mouentur circa conuexum ignis, & ita totum aggregatum ex omnibus partibus esset in loco dupliciter. s. quia vna sphæra continet aliam, & etiam quia partes eius mouentur circa conuexum ignis, quod non est verum.

Prima ratio contra Themi.

Secundo cum dicit, & in hoc, quod dicit The. Arguit Comm. contra The. quantum ad hoc, quod dixit, quod supremus orbis mouetur secundum partes, & non secundum totum, & arguit sic. Totum nihil aliud est, quam omnes suæ partes ergo si cælum mouetur secundum omnes suas partes, sequitur, quod cælum mouetur secundum se totum: vnde intelligendum, quod totum nihil aliud est quantum ad motum, quam omnes suæ partes sic intelligendo, quod totum non potest quiescere, si omnes eius partes moueantur, quia totum, & eius partes simul sumptæ non possunt separari quantum ad motum, & quietem, quia si omnes partes mouerentur oporteret totum moueri, & econuerso, & hoc intelligit hic Comm. sed tamen totum in entitate est aliud, quam omnes suæ partes, quoniam totum est vnum ens resultans, vel constitutum ex omnibus partibus, & ideo est aliud ens ab omnibus partibus, vt dictum est in primo huius.

Secunda ratio contra Themi.

Idẽ primo phy. c. 13.

Tertiam vero rationem contra The. ponit Comment. d. Et etiam videmus, ratio igitur ista est contra illud, quod dixit Themi. s. quod supremus orbis mutat locum secundum partes, non secundum totum, quæ ratio est fundata super rationem. P. nam. P. sexto huius versus finem respondendo rationi Zenonis d. quod corpus sphæricum mouetur secundum se totum, & secundum omnes partes suas, seu totum mutat locum secundum formam tantum. & partes mutãt locum secundum formam, & secundum substantiam, illud igitur, quod The. dicit. s. quod supremus orbis non mutat locum secundum se totum, est falsum, quid autem sit mutare locum secundum formam, & substantiam apparet in fine sexti huius. Et si aliquis dicat, quod ista est intentio phylosophi. s. quod cælum non mouetur secundum se totum, quia phylos. dicit, quod secundum, quod non est totum non transmutat locum. Respõ. Commen. d. quod phyl. non intendit dicere, quod corpus, quod mouetur circulariter. s. orbis cælestis non mouetur secundum se totum, sed secundum suas partes, sed intendit, quod totus mundus non mouetur secundum se totum, sed secundũ suas partes, vnde phyl. intendit, quod toti mundo attribuitur motus circularis propter quasdam partes, idest, propter corpora cælestia, sicut ei attribuitur motus rectus propter motum elementorum, quæ sunt quædam partes.

Tertia ratio contra Themi.

Tex. c. 13.

Obiectio Themi. Solutio.

Quartam rationem contra The. ponit Com. d. & etiam secundum expositionem. Et hæc est ratio Arist. d. quod cælum. i. suprema sphæra est in loco per accidens, sed istud, quod attribuitur alicui secundum partem non attribuitur ei per accidens, igitur suprema sphæra non est in loco secundum partes. Ad hoc respon. Themistius d. quod phyl. vtitur hic eo, quod est per accidens large secundũ, quod est commune ad per accidens propriè, & ad partem. Sed contra hoc arguit Com. sic. Phyl. ponit hic tres modos essendi in loco, quoniam quædam sunt in loco per se, & quædam per accidens, & quædam per partes, cum igitur phyl. vtatur istis modis, tanquam modis distinctis essendi in loco non intelligit per esse in loco, per accidens esse in loco per partes.

Quarta ratio contra Themi.

Idẽ quinto phy. c. primo.

Postea ponit Com. aliam opio quæ fuit opin. Auẽpac. qui posuit, quod locus cæli est superficies conuexa, circa quam cælum mouetur, & dicit, quod proprius locus corporis sphærici est superficies conuexa circa, quam mouetur, dixit. n. Auẽpace, quod sphæra secundũ, quod sphæra non est in loco, quia aliquod extrinsecum cõtinet illam, sed hoc est proprium corpori recto, & non corpori rotundo, sed locus proprius sphæræ secundum, quod sphæra est conuexũ cẽtri, circa quod reuoluitur. s. superficies conuexa, circa quã mouetur, illa. n. superficies quodãmodo cõtinet sphærã, & dixit Auẽpace, quod diffinitio, quã phyl. induxit de loco, cũ dixit, quod locus est cõtinens diuisum a re, dẽt intellẽgi, quod locus in corporibus rectis est continens extrinsece. Lex. tia locatũ, sed in corporibus rotũdis locus est continens ex intrinseco, & sic scdm ipsum oẽ corpus mobile motu recto habet corpus extra continens, in cuius vltimo est tanquã in loco, sed corpus rotundũ mobile circulariter non requirit corpus extra continẽs, sed requirit corpus cõtentum intra ipsum, & est in vltimo ipsius. s. in superficie cõuexa corporis, circa quod mouetur tanquã in loco, & cãm huius assignauit, vt d. Com. quæ est, quia corpus rotũdũ finitur per se, & corpus rectũ finitur per aliquod, & oia corpora mota motu recto s. elemẽta indigent in hoc, quod finiãtur rotundo, rotũdũ vero nõ indiget corpore extrinseco: & huius cãm assignat d. & cã in hoc est, quia linea rotunda perfecta est, & non potest recipere augmẽtationem, vel diminutionem: linea vero recta est diminuta, hæc igitur breuiter est Auẽpace opin. videlicet, quod supremus orbis est per se in loco, & ille locus est superficies conuexa orbis inferioris immediate.

Opinio Auẽpa.

Idẽ tertio phy. c. 4.

Sed cõtra illam opi. arguit Com. quadrupliciter, vnde primam rationem ponit cum dicit, & secundũ hoc sphæra, quæ ratio talis est, si proprius locus corporis circularis circa, quod mouetur

Prima ratio contra Auẽpa.

sit

sit conuexum. ergo totum cælum, & quilibet orbis est per se in loco: consequens est falsum, & contra phy. hic expresse, qui dicit, quòd totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco per accidens, & q suprema sphæra est in loco per accidens, & sic patet falsitas consequentis. consequentia declaratur sic, quia totum cælum, & quilibet orbis habet conuexum, circa, quod mouetur, vt manifestum est, & conuexū, circa qđ mouetur corpus rotundum est locus eius per se: vt dicit Auēpace, & q vna sphæra continetur ab alia, hoc est per accidens: vt dicit: vnde si corpus rotundum contineatur ab aliquo corpore, cum sit in eius vltimo: hoc est per accidens, vt dicit, quia sphæræ inferiores continentur a sphæris superioribus, & etiā continent sphæras inferiores, vel sphæras elementorum, & secundum Auēpace quælibet sphæra, quæ continetur ab aliquo corpore est per accidens in vltimo corporis continentis, & est per se, sicut in loco in vltimo continenti. s. in superficie cōuexa corporis immediate ab ipso contenti, circa quod mouetur: vnde secundum hoc sphæra Lunæ est per se in superficie conuexa ignis, tanquā in loco, & est per accidens in superficie concaua orbis superioris, quia accidit corpori rotundo, q habeat aliquid extra continens, & hæc fuit op. Alpharabij, vt d. hic Comm. ratio igitur prima consistit in hoc. s. q secundum opin. illam Auēpace cælum, & quilibet orbis erit per se in loco, & vniuersaliter omne corpus erit in loco per se, quod est cū tra phyl.

Secunda rō contra Auēpa.

Secundam vero rationem contra Auēpace ponit Cōmen. cum dicit. Et cum ita sit hoc quod dicit. &c. & hæc est ratiō phylos. in principio huius capitul. d. quod omne corpus, extra quod nihil est, non est in loco, & q omne corpus, extra quod aliquid est, est in loco, sed illud est falsum secundū opin. Auēpace. d. q corpus. extra quod nihil est, est per se in loco. s. in superficie corporis contenti, circa quod mouetur, sed hoc est contra opin. Arist. qui dixit, q corpora naturalia sunt in loco tripliciter, vno modo essentialiter. & illo modo corpus motum motu recto est in loco. Alio modo est corpus naturale in loco per accidens, & illo modo corpora rotunda sunt in loco, vel saltem illo modo supremus orbis est in loco. Tertio modo aliquid est in loco secundum suas partes, & illo modo totus mundus est in in loco.

Tertia ratio contra Auēpa.

Tertiam vero rationem contra Auēpa. ponit Com. d. Nos autem reuertamur, quæ ratio est talis, locus est æqualis locato, ita quod omnes superficies loci sunt æquales omnibus superficiebus locati, sed superficies conuexa sphæræ inferioris non est æqualis superficiebus orbis superioris, sed solum superficiei concauæ, igitur superficies conuexa orbis non est locus sphæræ superioris, vnde illud dictum Com. videlicet, q omnes superficies loci sunt æquales omnibus superficiebus locati, intelligo sic s. quòd omnes superficies loci. i. totus locus est æqualis, vel maior omnibus superficiebus locati, nam totus locus. i. tota superficies vltima corporis locantis, quæ immediate circundat locatum, est æqualis maximæ superficiei locati, quia maxima superficies locati est superficies suprema eius includens totum locatum, quare locus est æqualis extremæ superficiei locati, & per consequens est maior qualibet alia superficie locati, & ita totus locus est æqualis, vel maior omnibus superficiebus locati, vnde Com. quando dicit, quod omnes superficies loci sunt æquales, &c. per æquale intelligit tantum, quod est commune ad æquale, & ad maius, quia illud, quod est æquale alicui, est tantū quantum illud. & illud, quod est maius aliquo, est tantum quantum est illud. Nota secundum Comment. hic quod æqualitas dicitur dupliciter, videlicet secundum continentiam, & secundum commensurationem, æqualitas secundū continentiam est, quando aliquid continet aliud: neque maius, neque minus natus est continere præcisè, vt vas vnius quartæ dicitur æquale esse vni quartæ vini, quam potest recipere, & neque plus, neque minus præcisè, & hæc æqualitas non requirit æqualitatem in omnibus dimensionibus, sed requirit æqualitatem solum secundum duas superficies. i. secundum concauam vltimam superficiem corporis continentis, & secundum superficiem extremam & conuexam corporis contenti, quoniam si aliquod vas sit omnino plenum vino vndique circum dans vinum, oportet, quod superficies concaua vasis sit æqualis superficiei cōuexæ, uel extremæ vini, sed æqualitas secundum commensurationem est, quando duo æqualia habent mensuram communem, quā mensurantur, & secundum hoc dicitur corpus esse æquale corpori, & superficies superficiei. Vnde breuiter illa æqualitas. s. commensurationis est æqualitas secundum omnem dimensionem ipsorū æqualium, vt si duo corpora secundum commensurationē sunt æqualia, oportet, q sint æqualia secundum longitudinē, latitudinem, & profunditatem & hoc est æqualitas propriè, & æqualitas sic accepta potest sic describi. Æqualitas secundum commensurationem est, qua superposita sibi inuicem in nulla dimensionē se excedant, ita quod neutrum excedit aliud in aliqua dimensione, vnde hæc æqualitas, vt d. Com. non est vera de loco, nisi locus esset inane, idest vacuum, æqualitas igitur, quæ est propria loco est æqualitas secundum continentiam, & ex hoc concludit Com. d. quod ex hoc apparet manifeste, q sphæra secundum, q sphæra non est in loco simpliciter, nisi hoc accidat ei, sicut accidit sphæris cælestibus, quas continet alia sphæra extrinseca, hæc Com. & sic apparet, quod de ratione sphæræ non est, quod sit in loco per se, sed hoc accidit ei, quia accidit sibi, quod contineatur ab alia sphæra.

Quarta ratio contra Auempa.

Quartam rationem contra Auempa. ponit Commen. ibi, ex hoc igitur apparet hoc, quod quandocunque primum motum, &c. quæ ratio est talis, locus comparatur ad locatum, sicut vas comparatur ad illud, quod est in vase, & hoc est primo notum de loco, quod collatio rei ad ipsum est, sicut collatio continentis ad contentum, sicut nos dicimus, quod aqua est in cypho, & non sit collatio totius ad partem, sed superficies conuexa, circa quam corpus sphericum mouetur, non comparatur ad corpus sphericum motum, sicut vas ad illud, quod continetur in vase, sed magis, sicut pars comparatur ad totum, quoniam superficies conuexa circa quam corpus sphericum mouetur non comparatur ad corpus sphæricum motum, sicut vas ad illud, quod continetur in vase, sed magis, sicut pars comparatur ad totum, quoniam superficies conuexa, circa quam corpus sphericum mouetur continetur a corpore sphærico. sicut pars continetur a suo toto, & non dicitur continens, nisi æquiuoce, igitur supremus orbis non est in superficie conuexa, circa quam mouetur, tanquam in loco per se. Vnde d. Commen. q de hoc demonstrat veritatem opi. Arist. & falsitatem eius, quod intendit Auempace. & impossibile est exponere verba. P. ita, quod diffinitio, quā induxit p. de loco, sit communis corpori simplici, & rotundo. His igitur opinionibus sic positis, & probatis, Commen. ponit opinionem propriam d. Nos autem dicimus, & postea ponit opi. Alex. & improbat eum.

Opi. com.

Dicit igitur Commen. respondēs huic quæstioni. Nos autem dicimus, quoniam cum sit fixum secundum totum: necesse est, vt hoc modo sit quiescens, & quies est ei propter quietem centri, quod est terra, & terra est in loco essentialiter, ideo dicitur cælum esse in eodem loco, & non transmutatur ab eo per accidens. i. quia centrum eius est in loco essentialiter, & hoc est intentio sermonis Arist. d. q cælum est in loco per accidens, & postea dicit, quod cælum supremum, de quo est quæstio, est motum, & quiescens in loco suo per accidens. i. propter centrum, quod est in loco essentialiter, hæc Com. In quibus verbis apparent quinque.

Primū elicitum.

primo enim apparet, quod orbis supremus est quiescens s'm totum, quia non mutatur locum secundum subiectum, non. n. supremus orbis secundum se totum habet in vno t. pe aliam distantiam aut propinquitatem ad centrum quam in alio t. pe, quia sic mutaretur secundū subiectum cum secundū se totum appropinquaret magis ad centrum, quam prius, quod est falsum, vnde cum supremus orbis sit fixus s'm totum, oportet, q sit quiescens s'm totum, sic q non mutet locum s'm subiectum, nam sic haberet aliam distantiam ad centrum quam prius, quod est impossibile, hoc igitur est primum. s. q supremum cælum est quiescens s'm totum, modo quo dictum est.

Secūdum.

Secundo apparet, q ratione eiusdem est cælum in loco, ratione, cuius est quiescens, ita q eadem est causa cælum essendi in loco, & quiescendi s'm totū, quamuis enim motus localis sit principium perscrutationis de loco, vt patuit prius in hoc tractatu, tamen ipsa quies est quodammodo finis, & perfectio motus, vt patebit in quinto huius, & ideo locus est magis attribuendus corporibus naturalibus propter quietem naturalem, quam propter motū, quia corpora naturalia non mouentur naturaliter ad sua loca naturalia, nisi vt postea quiescant in eis, & ideo eadem est causa quietis in loco, & causa essendi in loco. vnde quies est magis causa essendi in loco, quam motus.

Tertium.

Tertio apparet, q centrū, quod est terra est in cælo causa quiescendi in loco s'm totum, & hoc dico quiete opposita motui locali s'm subiectū propter hoc enim supremum semper habet eandem distantiam ad centrum quod est terra, ideo supremum cælum dicitur esse quiescens s'm totum, quia s'm se totum eodem modo in equali distātia semper se habet in cōparatione ad cētrum, qđ est terra, & sic per idem ex his apparet.

Quartum.

Quartum. s. q cælum est in loco per centrum quod est terra, & hoc sic, per illud est supremus

Vniuersum autem alicubi non est, & ipsum est aliquid. Quod enim alicubi est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habet, quod continet. At præter vniuersum, ac totum: nihil est extra.

Omne autem non alicubi est. Quod enim alicubi ipsum aliquid est: & adhuc aliquid oportet esse extra hoc, in quo quidem continet. Extra autem omne, & totum nihil est.

EX prædictis igitur concludit Phylosophus, quod totus mundus non est in loco per se, nec per accidens, & hæc
17. concl. huius lib. est decimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur primo quantum ad illam partem, scilicet, quod totus mundus non est in loco per accidens, & probatur sic, quia totus mundus secundum se totum non potest moueri motu recto, nec etiam motu circulari, quoniam quædam eius partes mouentur motu recto, & aliqua pars eius est quiescens, vt centrum mundi, sed illud non mouetur secundum motum, cuius aliquæ partes mouentur, & aliquæ quiescunt. igitur totus mundus non mouetur per accidens, & per consequens totus mundus non est in loco per accidens, quod autem etiam totus mundus non sit in loco per se probatur, quia omne, quod est in loco per se, habet aliquid extra continens, sed totus mundus non habet aliquid extra continens ipsum. ergo totus mũdus non est in loco per se, & sic patet, quod totus mundus secundum se totum non est in loco, quamuis per partes suas aliquas sit in loco. quoniam omnia generabilia, & corruptibilia sunt in loco per se, sed totus mundus non est in loco per
Opinio Auic. quã etiam vide 6. phy. c. 85. se, quia extra omne, & totum nihil est. Notandum quod Commen. narrat hic opinionem Auic. qui dixit, quod corpus cœleste non est in loco, neque per se, neque per accidens, dixit enim, quod motus circularis non est motus localis, sed est motus in situ, & non est necessarium immotum secundum situm, vt motum sit in loco. Sed contra hoc arguit Commen.
Contra hoc primo. quadrupliciter. Primò, quia secundum Phylosophum quinto huius, motus non est, nisi in quantitate, qualitate, & vbi,
Secundo. & per consequens non est in situ. Secundò arguit sic. locus est prior situ, & accipitur in eius diffinitione. igitur non est possibile, quod sit motus secundum situm, & secundum locũ.
Tertio. Tertiò, quia manifestum est, quod motus sphæræ est motus localis, & hoc manifeste apparet in partibus. quoniam partes mutant locum, tota vero sphæra non mutat locum, vt existi-
Quarto. matur. Quartò, quia Phylosophus sexto huius versus finem dicit, quod cœlum mutat locum secundum formam, & non secundum subiectum, & qualiter hoc sit verum declarat Commen. vt videbitur sexto huius.

Et propterea omnia sunt in cælo: forsitan enim cælum est vniuersum.

Tex. c. 46. *Et propter hoc omnia in cœlo sunt. Cœlum enim quidem omne fortassis est.*

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus concludit vnam conclusionem, & remouet vnam dubitationem. conclusio
18. concl. huius lib. igitur est ista. s. quod omnia sunt in cælo, & hæc est decimaoctaua conclusio huius libri, quæ ex præcedentibus probatur sic. Omnia sunt in toto, & totum est in cælo. ergo omnia sunt in cælo. hæc conclusio sic intelligenda, videlicet, quod omnia sunt in cælo, sic quod extra cælum nihil est, vel dicimus, quod hic sit distributio accommodata, quia non fit distributio pro cælo, sed pro omnibus aliis, & eodem modo potest intelligi maior, potest tamen maior probari sic. omnia sunt partes totius mundi, & partes sunt in toto. igitur omnia sunt in toto. minor patet, quia extra cælum non est aliquod corpus omnino, vt declarabitur in libro cæli, & mundi.

Est autem locus non ipsum cælum: sed aliquid eius, vltimus inquam finis quiescens, quo corpus mobile tangit. Et ideirco terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere, & æther in cælo est collocatus.

A Ipsum vero cælum nullo in alio corpore est vlterius collocatum.

Est autem locus non cælum: sed cæli quoddam vltimum, & tangens mobilis corporis terminus quiescens: & propter hoc quidem terra in aqua. hæc vero in aere: hic autem in æthere. Aether vero in cælo: cælum autem non amplius in alio.

HIc Phylosophus remouet quoddam dubium, quod oritur ex prædictis. nam dictum est, quod omnia sunt in cælo. ex hoc posset aliquis credere, quod corpus cæleste est locus illorum corporum generabilium, & corruptibilium. hoc remouet Phylos. d. quod cælum non est locus, sed cæli vltimum continens, & intendit per vltimum continens concauum orbis Lunæ, quod continet ignem, & tangit mobile motu recto, & est terminus quiescens, quia concauum orbis Lunæ non transfertur de loco ad locum, ex quo concludit, quod
B quia concauum orbis Lunæ est locus ignis, propter hoc terra est in aqua, ita quod in vltimo aquæ, & aqua in aere, & aer in æthere, idest, in igne, & ignis in cælo, cælum autem non amplius in alio est. Circa istam partem quæro primo, vtrum Primum dubium. suprema sphæra est in loco per accidens. Et videtur, quod nõ, quia sequitur, suprema sphæra est in loco per accidens. ergo suprema sphæra est in vltimo corporis continentis per accidens. consequens est falsum, quia suprema sphæra, nec habet continens per se, neque per accidens. consequentia probatur, quia de quocunque dicitur diffinitum cum aliqua determinatione, de eodem dicitur sua diffinitio cum eadem determinatione. igitur, vt aliquid sit in loco per accidens. requiritur, quod Secundũ. illud sit in vltimo corporis continentis per accidens. Item omne, quod per se mouetur in loco, est per se in loco. hoc patet, quia moueri præsupponit esse, sed suprema sphæra mouetur per se, cum sit primum omnium mobilium. ergo supre- Tertium. ma sphæra est per se in loco. Item quod habet vbi per se, habet etiam locum per se, cum vbi sit ex circumspectione loci, vt patet per auctorem sex princ. sed suprema sphæra habet per se vbi, quia per se mouetur secundum vbi, vt omnes concedunt.
C ergo suprema sphæra est, in loco per se. In oppositum est hic Ad dubitationẽ. Commen. Ad istam dubitationem breuiter dico, quod duplex est locus, scilicet, locus per se, & locus per accidens, locus per se corporis est vltimum corporis. locus vero per accidens alicuius corporis est corpus quiescens. circa quod corpus, cuius dicitur esse locus, mouetur vltimum corporis continentis, dicitur esse locus per se, quia vt in pluribus, & secundum famositatem est locus, sed corpus quiescens, circa quod corpus sphæricum mouetur, dicitur esse locus per accidens, quia nomen loci non competit sibi proprie, nec secundum vsum, nec secundum famositatem, & quod oporteat distinguere de loco, patet per Commen. commento 43. huius quarti dicit, quod impossibile est exponere verba Arist. ita, quod diffinitio, quam induxit de loco sit communis corpori simplici, & rotundo. hæc Commẽ. & sic apparet, quòd nullo modo possit dici, quod suprema sphæra sit in loco accipiendo locum, prout hic diffinitur ab Arist. oportet igitur alio modo accipere locum, si debeamus diffinire, vel dicere, quod suprema sphæra sit in loco, & propter hoc, vt possit saluari, quod suprema sphæra sit in loco, oportet distinguere de loco, & ideo præmisi distinctionem illam de loco, scilicet, quod quidam est locus per se, & quidam est
D locus per accidens, locus per se vltimum corporis continentia, locus vero per accidens est corpus quiescens, circa quod corpus sphæricum mouetur. Secundo dico, quod cum dicimus aliquid esse in loco. hæc præpositio in, potest dicere circumstantiam contenti ad continens, ita quod illud, quod est in loco, contineatur a loco, vel potest dicere circumstantiam continentis ad contentum, ita quod illud dicatur esse in loco, quod continet illum locum, & mouetur circa illum locum, illud autem, quod est in loco per se, est in loco secundum, quod ly in. dicit circumstantiam contenti ad continens, quia quod est in loco per se continetur a loco, sed illud, quod est in loco per accidens, est in loco secundum quod ly in. dicit circumstantiam continentis ad contentum: quoniam illud, quod est in loco per accidens, continet illum locum, & mouetur circa illum. Vnde esse in loco per se, est esse in loco continente, sed esse in loco per accidens, est esse in loco contento. Tertio dico, quod cum aliquid dicitur esse per se, vel per accidens in loco, illæ determinationes, videlicet, per se, & per accidens possunt referri ad verbum, vel ad locum. ad

verbum

verbum sic. hoc per se, vel per accidens est in loco. ad locum sic, intelligendo, quod hæc sunt in loco per se, vel per accidens. Vnde multum refert dicere aliquid per se esse in loco, & dicere aliquid esse in loco per se. His præmissis dico quarto, quod de numero corporum quædam per se sunt in loco per se, & quædam in loco per accidens sunt in loco per se, & quædam per se sunt in loco per accidens, & quoddam corpus, nec per se, neque per accidens est in loco per se, vel per accidens: omnia enim hæc patent hic per Phylosophum, & Comment.

Quot modis aliquid potest esse in loco per se, & per accidens.

Exemplũ primi. Exemplum primi, vt corpora mota motu recto, vt grauia, & leuia sunt per se in loco per se; quia sunt in vltimo corporis continentis, & sic sunt per se in loco per se primo, vt dicit hic Commen. commento 20. Dicit enim quod illorum, quæ sunt in loco vero, hoc est in loco per se quædam sunt per se, vt sunt illa, quæ mouentur motu recto. Et sic patet, quod quædam sunt per se in loco per se, vt patet illa, quæ mouentur motu recto, vt sunt grauia, & leuia.

Exemplũ secundi. Exemplum secundi, scilicet, qualiter est aliquid per accidens in loco per se, quoniam sphæræ contentæ ab aliis sphæris sunt in loco per se, sed hoc accidit eis, & sic sunt per accidẽs in loco per se, & hoc est, quod dicit Commen. in commento præallegato, scilicet, 44. vbi dicit, quod licet sphæræ contentæ sint in loco simpliciter, hoc est in loco per se, hoc est eis per accidens, quoniam sphæris nõ est innata moueri in sphæra, & voluntaliter in continente. hæc Commen. Vnde si sphæra non contineretur ab alia sphæra, nihilominus posset moueri, & ita accidit sphæræ, quod contineatur ab alia sphæra, & sic patet, quod aliquid est per accidẽs in loco per se.

Exemplũ tertij. Exemplum tertij, scilicet, quomodo aliquid est per se in loco per accidens. nam suprema sphæra, & etiã quilibet orbis inferior est in loco per accidens, quia mouetur circa centrum, quod est locus per accidens, tamen hoc competit per se corpori rotundo, quod mouetur circa quiescens, & ideo dico, quòd suprema sphæra, & aliæ sphæræ cælestes sunt per se in loco per accidens, quia per se mouentur circa centrũ, quod quidem centrum est locus per accidens, vt dictum est, & hoc innuit Commen. hic commento 43. huius quarti.

Exemplũ quarti. Exemplum quarti, vt scilicet, quomodo aliquod corpus, nec per se, nec per accidens est in loco per se, vel per accidens, quoniam totus mũdus aggregatus ex toto mundo inferiori, ex omnibus sphæris cælestibus non est secundum se totum, neque per se, neque per accidens in loco per se, vel per accidens, sicut Phyl. declarat in textu.

Solutio du. His igitur visis breuiter est dicendum ad istam dubitationem. quando quæritur. vtrum suprema sphæra sit in loco per accidens. Dico, quod illud est multiplex secundum amphibologiam ex eo, quod ista determinatio per accidens potest determinare hoc verbum est, vel locum. primo modo sensus est ille, quod suprema sphæra per accidens est in loco per accidens, & ille sensus est falsus. Secundus sensus est, quod suprema sphæra est in loco per accidens, hoc est circa locum, qui locus dicitur locus per accidens, & cui competit per accidens, & improprie hoc nomẽ locus, & in illo sensu dico, quod illa est vera, scilicet, suprema sphæra est in loco per accidens, & non solum dico, quod suprema sphæra est in loco per accidẽs, sed dico, quod suprema sphæra est per se in loco per accidens, vt dictum est supra, & ista videntur esse de intentione Comment. nec video qualiter posset concedi, quod suprema sphæra sit in loco per accidens loquendo de loco secundum quod diffinitur hoc a Phylosopho, quoniam ista est omnino falsa, scilicet, quod supremum cælum sit in vltimo corporis per accidens. vnde accipiendo locum prout hic diffinitur. dico, quod suprema sphæra nullo modo est in loco, & hoc dicit hic Cõmen. expresse.

Ad primum. Ad rationes vero principales ad primã, quando dicitur, quòd si cælum sit in loco per accidens. igitur est in vltimo corporis continentis per accidens. dico, quod bene sequitur accipiendo locum secundum quod hic diffinitur, sed sic non accipitur locus, cum dicitur, quod cælum est in loco per accidens, sed accipitur hic locus per accidẽs pro corpore quiescente, circa quod mouetur corpus sphæricum.

Ad secundum. Ad secundum quando dicitur, quod suprema sphæra per se mouetur secundum locum. dico, quod verum est, & ideo dico, quod est per se in loco, sed non est per se in loco per se, sed est per se in loco per accidens. vnde concedo, quod omne, quod per se mouetur in loco est in loco per se, nõ tamen omne, quod per se mouet in loco est per se in loco per se.

Ad tertiũ. Ad tertium cum dicitur, quod vbi causatur a loco, & ideo vbi per se in loco per se. dico, quod a loco per accidens, & improprie dicto potest causari vbi per se, vel posset dici quod cælum habet vbi per accidens, sed hoc competit sibi per se, scilicet, habere vbi per accidens. Sed circa istum modum dicendi occurrunt multa dubia. primò: quia non videtur verum, quod suprema sphæra sit in loco per accidens, scilicet, per centrum, quia illud, quod est in loco per alterum, est in eodem loco, in quo est illud alterum; vt anima, quæ est in loco per corpus, est in eodem loco, in quo est corpus. si igitur suprema sphæra esset in loco per centrum, quod est terra, sequeretur, quod suprema sphæra esset in eodem loco, in quo est terra, & sic suprema sphæra esset in concauo aquæ tanquam in loco, quod non conceditur.

Primum dubium.

Cõfirma. huius. Hoc confirmatur per Commen. sic. Omne, quod inuenitur in aliquo per accidens inuenitur in eo per aliquid habens illud per se. igitur si suprema sphæra sit in loco per accidens, oportet, quòd aliquid sit in illo loco per se, & ille locus, in quo cælum est per se accidens est locus alicuius alterius per se, & non nisi terræ. ergo cælum est per accidens in loco terræ, quod non est verum.

Secundũ. Item supposito, quod centrum moueatur circulariter, sicut cælum mouetur circulariter: nihilominus cælum esset in loco, quia localiter moueretur, sed si centrum moueretur localiter, cælum non esset in loco per centrum, quia non est in loco per centrum, nisi, quia mouetur circa centrum quiescens. ergo cælum nunc non est de facto in loco per centrum.

B

Tertium. Item quod est per accidens potest non esse. igitur si cælum sit in loco per accidens, sequitur, quod omnino cælum potest non esse in loco, per consequens cælum posset nõ moueri, secundum locum.

Quartũ. Item omne, quod est omnibus aliis locatis causa essendi per se in loco, illud non est in loco per accidens, quoniam per accidens non est causa eius, quod est per se, vt patet secundo huius, sed ipsum cælum est in loco, & est causa omnibus aliis essendi in loco, sicut enim cælum est causa omnium aliorum locatorum quantum ad suas substantias, ita est causa omnium proprietatum naturalium, quæ conueniunt eis per se.

Cõfirma. hu⁹ quarti. Tex. cõ. 4. Hoc confirmatur, quia primum in uno quoque genere est maxime tale, ut patet secundo metaphysicæ, sed cælum est primum in genere locatorum. igitur est maxime locatum, & per consequens cælum non est in loco per accidens. Pro istis rationibus est intelligendum, quod aliquid dicitur tale per se, uel per accidens dupliciter, uidelicet, uel secundum communem acceptionem, & ut frequentius accipitur, ita quod illud dicatur per se tale, quod secundum communiorem acceptionem est, ut in pluribus tale. Et illud dicatur per accidens tale, quod minus communiter, & in paucioribus reperitur, & per se, & per accidens isto

C

modo dicuntur secundum acceptionem nominis. Alio modo dicuntur per se, & per accidens ex natura rei, ita quod illud dicatur tale per se, quod est tale per suam naturam, & non per aliud, & quod illud dicatur per accidens tale, quod per aliud est tale. Dico igitur, quod ultimum corporis continentis dicitur locus per se, quia ultimum corporis continentis dicitur locus secundum communem acceptionem, & vt in pluribus, quia omne corpus præter supremam sphæram dicitur esse in loco sicut in ultimo corporis continentis, sed suprema sphæra dicitur esse in loco solum per centrum, quod est terra, & sic ultimum corporis continentis secundum acceptionem nominis, & ut in pluribus utimur hoc nomine, locus est locus per se, & centrum quantum ad acceptionem, & usum nominis dicitur esse locus per accidens, & improprie, non quantum ex natura sua, sed centrum ex natura sua est locus per se, & non per aliud est locus eo modo quo est locus. Ad primam igitur rationem in contrarium, quando dicitur, quod illud, quod est in loco per alterum, &c. dico, quòd non est uniuersaliter uerum, immo sicut dicit Comment. hic, sunt duo modi eius, quod est per accidens, scilicet, attribuere accidenti rei illud, quod attribuitur rei, & sic est uerum,

D

quod illud, quod est in loco per accidens, siue per alterum est in eodem loco in quo est alterum. Alio modo attribuitur rei aliquid per accidens cum attribuitur toti illud, quod attribuitur parti, uel alicui se habenti per modum partis, & illo modo loquendo dico, quod non oportet, quod illud, quod est in loco per alterum sit in eodem loco in quo est illud alterum. vnde suprema sphæra est in loco, per alterum, scilicet, per centrum, quod est terra, tamen non est in loco terræ. vnde locus terræ non est locus per accidens cæli: sed centrum, quod est terra est locus per accidens cæli.

Ad cõfir. Et ad confirmationem, quando dicitur, quod omne, quod inuenitur in alio per accidens inuenitur in eo, propter aliquid habens aliud per se. dico, quod illa propositio de uirtute sermonis non est uniuersaliter uera, quoniam accidentia per accidens, ut currere, & sedere inueniuntur in aliquo per accidens, & in nullo inueniuntur per se: talia enim accidentia non habent substantiã propriã, quibus potius necessario est

ponere

superficie, & consiliens illa corporis, & sic est quoddam aggregatum per accidens, sed sic non est magna difficultas circa quidditatem loci, sed difficultas est circa illud, quod est locus, hoc est circa illud, quod hoc nomen locus denominat, dicendo hoc est locus, sumendo subiectum secundum quod habet suppositionem personalem, & dico ad illam difficultatem, quod illud, quod est locus, & de quo vere prædicatur hoc nomen locus, ut supponit personaliter est sola superficies, non tamen est omnis superficies locus, quia superficies plana non est locus, sed solum est illa superficies locus, quæ est ultimum corporis continentis, quod quidem ultimum est circundans totum locatum, & continet ipsum adæquate. Quod autem locus, prout hic Phyl. loquitur de loco, sit superficies, apparet,

Prima rõ. quia secundum Phylosophum in prædicamentis, & etiam lesso huius. terminus lineæ est punctus, & terminus superficiei est linea, & terminus corporis est superficies, nunc autem idem est superficies, & ultimum, cum igitur superficies sit terminus corporis, sequitur, quod superficies sit ultimum corporis.

Scd̃a rõ. Item locus est quantitas, per Phylosophum, aut igitur est quantitas continua, vel discreta, non discreta, ut patet de se. igitur est quantitas continua, aut igitur est quantitas continua successiua, aut permanens, non successiua, quia sic omne corpus existens in loco fieret in alio, & alio loco continue, quod est falsum, igitur est quantitas permanens, sed omnis quantitas continua permanens, uel habet unam dimensionẽ tantum, uel duas tantum, aut tres, ut patet primo cæli. ergo locus, uel est quantitas continua permanens habens unam dimensionem tantum, quod non contingit, quia sic locus esset linea, quod nullus ponit, uel habet tres dimensiones, quod etiam non contingit, quia sic locus esset corpus, quod est impossibile, & prius improbatum. igitur relinquitur, quod locus sit quantitas continua permanens habens duas dimensiones tantum, sed omne tale est superficies. igitur locus est superficies. Et si dicas, quod solum probatur, quod locus est superficies materialiter, & hoc conceditur. Dico, quod accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, sic locus non includit materiale, & formale, sed est quædam forma simplex simplicitate opposita compositioni ex materiali, & formali, & sic dico, quod accipiendo locum formaliter, sic locus non est aliud quam superficies, quoniam locus secundum quod Phylo. hic loquitur per se, & primo continet locatum, sed illud, quod per se, & essentialiter continet locatum, seu corpus, est per se, & essentialiter quantitas, quoniam quantitati primo competit continere, sicut sibi competit habere partem post partem, siue extra partem: locus igitur formaliter acceptus est quantitas, & non alia quantitas, quam superficies, ut patet per deductionem iam factam, & hoc dico accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat. Si uero locus accipiatur pro eo, quod significat, sic dico, quod est aggregatum per accidens, & habet formale, & materiale, quia habet in sua descriptione aliquid loco generis, & aliquid loco differentiæ. Vnde illud, quod ponitur in recto, ponitur loco generis, & illud, quod ponitur in obliquo, ponitur loco differentiæ, vel econuerso, sed de hoc non curo, quia non loquitur hic Phylos. de loco, nisi accipiendo locum pro eo, de quo locus prædicatur denominatiue dicendo. hoc est locus. Sed contra istud potest argui multipliciter, & pri-

Primum argumentum. mo sic. Vltima superficies corporis continentis est simul adæquate cum ultima superficie corporis locati, sed quando aliqua duo sunt simul adæquate, qua ratione unum continet aliud, eadem ratione reliquum continet illud idem. ergo qua ratione ultimum corporis continentis est locus, eadem ratione extrema superficies corporis contenti esset lo-

Confirmatur. cus, quod est falsum, & contra omnes. Hæc ratio confirmatur sic. Illud, quod est locus alicuius corporis per se, est locus per accidens accidentium illius corporis contenti. ergo, si ultima superficies illius corporis continentis esset locus corporis contenti, sequitur, quod illa superficies esset locus, extremæ superficiei corporis contenti, sed hoc est falsum, quia quando non sunt aliqua simul adæquate non est maior ratio,

Secũdum. quare unum est locus alterius quam econuerso. Propterea uidetur, quod Phylos. determinat de loco accipiendo locum, pro eo, quod significat, quia Phyl. hic determinat de loco, cuius est hæc diffinitio, scilicet ultimum corporis continentis, sed hæc est diffinitio loci accipiendo locum pro eo, quod significat, ergo. Item probatur, quod locus non sit superficies, quia

Tertium. si sic, tunc unum & idem locatum posset esse simul in diuersis locis, quod uidetur impossibile. consequentia probatur sic, nam unum & idem corpus simul est in superficie terræ, & in superficie aeris, ut patet de arbore, cuius radix est in terra, & residuum in aere, &c. Item si locus esset superficies, locus

Quartum. non esset æqualis locato, quod est contra Phylosophum, probatio consequentiæ, quoniam superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, & corpus est diuisibile secundum profunditatem, sed nullum indiuisibile æquale diuisibili. ergo. Item locus est in genere relationis, & superficies non. igi-

Quintum. tur locus non est superficies. minor patet, & probatur maior, quia locus est ultimum, sed ultimum refertur ad illud, cuius est ultimum. Item locus est terminus motus localis, sed su-

Sextum. perficies ultima corporis continentis non est terminus motus localis. ergo, maior patet probatur minor, nam terminus motus dicitur esse intrinsecus mobili, sed ultimum corporis continentis non est intrinsecum locato, siue moto. ergo. Ad

Ad primũ illorum. primum illorum, quando dicitur, quod ultima superficies corporis continentis est simul adæquate cum ultima superficie corporis locati, concedo. Et quando dicitur, quod iuxta qua ratione superficies corporis continentis est locus, eadem ratione superficies corporis contenti est locus, dico, quòd nõ est eadem ratio, quia locus est continens diuisum: hoc enim est de ratione loci, scilicet quod sit diuisum a locato, & quia superficies corporis continentis est diuisa a locato, & superficies corporis contenti non est diuisa a locato, ideo superficies corporis continentis est magis locus, quam superficies corporis contenti. Ad confirmationem, quando dicitur, quod illud,

Ad cõfir. quod est per se locus corporis est per accidens locus accidentium eiusdem corporis, concedo. Et quando dicitur, quod superficies corporis continentis non est per accidens locus superficiei corporis contenti, istud est negandum. Et cum dicitur, quod illa, quæ sunt simul adæquate neutrum est magis locus alterius, quam econuerso. dico, quod neutrum est magis per se locus alterius, quam econuerso: tamen unum est magis locus alterius per accidens, quam econuerso: quia vnũ est locus alterius per se, ideo est locus accidentium eius per accidens magis, quam econuerso. Ad aliam rationem dico,

Ad secũ. ꝙ Phyl. hic determinat de eo, quod hoc nomen locus significat, secundum quod supponit personaliter, & ita determinat de eo, quod supponit pro eo, quod denominat, & ideo proprietates, & alia, quæ hic attribuuntur loco, attribuuntur pro his, de quibus hoc nomen locus dicitur denominatiue.

Ad tertiũ. Ad aliam rationem, cum dicitur, si locus esset superficies, tũc vnum & idem corpus esset in diuersis locis. Dico, quod impossibile est, quod unum & idem corpus numero sit simul & semel in duobus locis totalibus adæquatis toti corpori, tamen vnum & idem corpus potest esse simul in diuersis locis partialibus secundum diuersas partes eius, quæ loca partialia sunt partes totius loci. Et si dicitur, quòd corpus existens partim in

Replica. aere, & partim in terra, non habet locum totalem, quia ex illis superficiebus non fit aliquod vnum. Dico, quod tale cor-

Solutio. pus sic locatum non habet locum talem simpliciter unum, habet tamen unum locum vnitate continuationis, vel aggregationis, nec oportet, quòd omne corpus simplex habeat locum vnum unitate simplici. Ad aliam rationem, cum dicitur, quod

Ad quartum. si locus esset superficies, tunc locus non esset æqualis locato. Dico, quod bene sequitur, quod locus non esset æqualis locato secundum omnes dimensiones, quia locus non est æqualis locato secundum profunditatem, tamen locus est æqualis locato secundum duas dimensiones, idest secundum longitudinem, & latitudinem, vnde locus est æqualis locato secundum continentiam, & non secundum dimensionem, vt postea videbitur. Et quando dicitur, quod indiuisibile non est æquale diuisibili. Dico, quod indiuisibile secundum illam dimensionem, qua est indiuisibile non est æquale diuisibili secundum eandem dimensionem, tamen indiuisibile secundum unam dimensionem potest esse ęquale diuisibili secundum aliam dimensionem. Ad aliud quando dicitur, quod locus est in ge-

Ad quintum. nere relationis. nego illud accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, & quando dicitur, quod ultimum est in genere relationis, dico, quod vltimum potest accipi dupliciter, scilicet uel pro eo, quod hoc nomen vltimum significat, & sic est uerum, quod ponitur in genere relationis, vel potest accipi pro eo, quod hoc nomen vltimũ denominat, & sic non est in genere relationis. Et cum dicitur, quod locus est vltimum. Dico, quod uerum est accipiendo vltimum pro eo, quod denominat, sed illud non est in genere relationis.

Ad sextũ. Ad aliud cum dicitur, quod locus est terminus motus localis. Dico, quod non est terminus immediatus, & intrinsecus, sed vbi quod causatur in mobili a loco circumscribente est terminus intrinsecus, & immediatus motus localis, & ideo ubi est

in

in mobili, & locus non: nec dicitur motus localis esse ad locum, nisi quia est ad vbi, quod causatur a loco. Et quando dicitur, quod locus, & superficies sunt species distinctæ, vt patet in prædicamentis. Dico, quod non est verū, sed Phyl. ibi loquitur secundum opinionem famosam antiquorum, ponentium locum esse spatium separatum, & si locus esset tale spatium, differret specifice a superficie, vnde ratio quare Phyl. loquitur, secundum opinionem famosam potest esse, quia nondum declarauerat, quid est locus, & ideo locutus est, vt plures quousque declarabit, quid est locus, & illo modo loquitur in pluribus locis Phylosophiæ. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod corpora naturalia naturaliter mouentur ad sua loca, &c. dicitur sicut prius, quod locus potest accipi multipliciter, scilicet, vel pro vltimo corporis, &c. vel pro virtute conseruatiua locati, vel pro corpore locante. Dico igitur, quod accipiendo locum, pro vltimo corporis continentis, sic corpora non mouentur naturaliter ad sua loca, nisi inquantum sunt in tanta, vel in tanta distantia ab orbe. Dico igitur, quòd quamuis corpus naturale, non habeat continentiam magis, cum vna superficie, quam cum alia absolute, tamen secundum quòd superficies est in tali, vel in tali distantia ab orbe, maiorem continentiam, habet cum vna superficie quam cum alia, quoniam vltimum aquæ, vel ipsa aqua secundum quod est in tali distantia, ad orbem conseruat terram, & secundum quod est in tali distantia habet virtutem, sibi influxam a cælo, per quam virtutem conseruat terram, & sic est de alijs elementis, vel potest dici, quod corpora naturalia mouentur naturaliter ad sua loca, accipiendo locum pro virtute conseruatiua locati. Vnde est sciendum, quod locus accipitur multis modis, & accipio quinque, vel sex modos, qui faciunt ad propositum nostrum, quamuis sint multo plures: vnde locus vno modo sumitur pro corpore continente, & sic loquendo de loco Phyl. dicit, quòd ignis est locus aeris, & aer locus aquæ, &c. Alio modo accipitur locus, pro origine loci proprie dicti, & illo modo dicit Commen in hoc quarto. quod centrum est locus cæli, & etiam primo cæli, & mundi dicit, quod mediū mundi est locus cæli, & hoc d. pro tanto, quia centrum, quod est medium mundi est origo loci cæli, vel est illud per quod cœlum est in loco, quamuis non sit locans cælum, sed est illud, quo cælum locatur, & de isto loco loquitur auctor sex principiorum dicens, quod locus simplex est origo, & constitutio loci compositi, intelligendo per locum simplicem aliquod indiuisibile, cuiusmodi est centrum mundi, quod est origo cuiuslibet loci, quodlibet tamen corpus mundi est in loco per centrum, vel per certam distantiam a centro. Tertio modo dicitur locus alicuius circa, quod habet fieri eius operatio, & sic loquitur Phylosophus octauo huius, & etiam primo cæli dicens, quod cælum, vel suprema sphera est locus Dei, & illo modo dicit Commen. octauo huius, quod primus motor qui non est corpus non est in loco, nisi quia motum ex eo est in loco, & his tribus modis dicitur locus improprie, & transumptiue. Aliter accipitur locus proprie, & hoc dupliciter, quia locus proprie acceptus alius per se, alius per accidēs, locus proprie, & per se acceptus est vltimum corporis continentis, locus vero per accidens est subiectiue, existens in mobili causatum ex oppositione ad centrum mundi. Vnde dicunt aliqui, quod locus per accidens est in prædicamento vbi: vnde Simplicius supra prædicamētis dicit, quod locus secundum proprium caracterem est in prædicamento vbi, intelligens per caracterem formam. & de loco sic dicto potest exponi illud, quod dicit in prædicamentis, scilicet, quod partes loci copulantur ad eundem terminum communem, ad quem copulantur partes corporis, & quod partes loci continent singulas particulas corporis, & de loco sic dicto dicit Boe. quod locus per partem corporis, & per spatium esse diffinitur, vnde locus illo modo dictus est certus situs, quem habet corpus, & oppositio, & distantia ad centrum mundi, quod est origo cuiuslibet talis loci, & de loco sic dicto forte, intelligit Phylosophus dicens, quod motus est ad locum, & quod locus est terminus motus, quoniam certum est, quod terminus motus localis, qui acquiritur mobili, habet esse subiectiue in mobili, & sic locus secundum, quod est terminus motus localis est in locato, tanquam in subiecto, & adhuc potest locus, accipi pro virtute conseruatiua locati existentis, in locante quibuscunque modis accipiatur locus. Dico igitur, quod locus secundum, quod Phyl diffinit locum est superficies, vnde dictum est. Ad aliam rationem principalem cum dicitur, quod locus est simul cum superficie loca, ti concedo & quando dicitur, quod duæ superficies non possunt esse simul. Dico quòd duæ superficies ex ea parte, qua sūt

Ad secundum principale primæ quæstionis.

Locus accipit multis modis.

Ad tertiū principale primę quęstionis.

A diuisibilis non possunt esse simul adæquate, quoniam si superficies addatur superficiei ex parte longitudinis, vel ex parte latitudinis: tunc vna superficies ponitur iuxta aliam, & non sunt simul adæquate cum ea, veruntamen ex ea parte qua superficies est indiuisibilis, potest vna superficies esse simul cum alia, & quia superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, illæ duæ superficies possunt esse simul ex parte profunditatis, quoniam si vna superficies supponatur alteri ibi est additio superficierum adinuicem, ex ea parte qua sunt indiuisibiles, & ideo bene possunt esse simul. Cum ergo dicitur, quod sola quantitas facit distare. Dico, quod sola quantitas ex ea parte, qua est diuisibilis facit distare, tamen quantitas ex ea parte qua est indiuisibilis non, & quia corpus est diuisibile ad omnem partem, & secundum omnem dimensionem, ideo est impossibile duo corpora esse simul adæquate: sed non est sic de superficiebus, & lineis. Sed adhuc restant duo dubia, quia videtur, quod locus sit sola superficies, quod probatur multipliciter, & primo sic. Illud quod diffinitur per superficiem non est superficies, hoc statim patet, quia idem non diffinit seipsum. sed locus diffinitur per superficiem. ergo, maior est manifesta, & minor probatur per Phylosophum B in textu, qui diffiniens locum dicit, quod locus est terminus corporis continentis, sed terminus loci continentis est superficies. Item loca naturalia corporum simplicium distinguuntur specie, patet primo cæli. tract. de infinito. & Com. quod idem dicit expresse supra primum de cæ. & mun. sed vna superficies non distinguitur specifice ab alia. ergo locus non est totaliter idem, quod superficies. Item vbi causatur effectiue a circumscriptione loci, sed vbi non causatur a circumscriptione superficiei. ergo locus non est idem, quod superficies. maior patet per auctorem sex principiorum. minor vero patet per Cōmen. super hunc quartum dicentem, quod quantitas non est de potentijs actiuis. Item Phylo. dicit, quod corpus naturale naturaliter fertur ad suum locum naturalem, propter propinquitatem, & quasi vnigeneitatem loci naturalis ad ipsum, sed superficies nō habet propinquitatem, nec vnigeneitatem magis ad vnum corpus, quam ad aliud. ergo locus non est sola superficies. Ad istas dicendum, quod accipiendo locum pro eo, quod denominat hoc nomen sic dicendo, istud est locus, vel istud est locans, sic locus est sola superficies. Et ad primum in contrarium dico, quod superficies est superius, quam C locus, quia omnis locus est superficies, non tamen omnis superficies est locus, vt dictum est prius, ideo superficies ponitur in diffinitione loci, & non est inconueniens: superius. n. ponitur in diffinitione inferioris. Vnde si in diffinitione superficiei in specie ponatur superficies in cōi, ex hoc nō accidit aliquod malum. Et cum dicitur, quod idem non diffinit seipsum, potest dici, quod idem alicui conuertibiliter non diffinit illud idem, tamen idem alicui aliquo modo, idest eo modo quo superius est idem in inferiori, bene potest in illius diffinitione. Vel posset sic dici, quod eadem res, quæ conuertitur, & adæquatur sub alio, & alio conceptu est diffiniens, & diffinitum, sicut patet, quod homo diffinitur per animal rationale, quando est eadem res cum homine sub alio, & alio conceptu, & sic etiam potest locus diffiniri per vltimum corporis continentis, quia alius conceptus imponitur nomine loci, & alius conceptus imponitur nomine vltimi corporis continentis. Vel si velis dicere, quod diffinitio componitur solum ex conceptibus, scilicet vocibus, tunc est dicendum quod idem non diffinitur per seipsum, cum eadem res sub vno conceptu diffiniatur per alium conceptum eiusdem rei, & sic idem nullo modo diffinitur per seipsum, sed per suum conceptum, D alius tamen est conceptus diffinientis ipsum, & alius est conceptus diffiniti. Ad secundum cum dicitur, quod loca naturalia corporum simplicium distinguuntur specie, Dico quod locus naturalis potest accipi dupliciter, scilicet pro eo, quod significat, vel pro eo quod denominat. Dico igitur accipiendo locum naturalem, pro eo quod significat, sic est verum, quod locus naturalis ignis est alius a loco naturali aquæ, & sic de alijs elementis, quia hæc vox naturalis locus significat vltimum corporis, continentis habentis virtutem conseruatiuam locati contenti, ita quod illæ voces, scilicet locus naturalis, & vltimum corporis continentis habentis virtutem conseruatiuam locati idem sunt, nunc autem manifestum est, quod tota oratio, locus, &c. non significat solum superficiem, imo in suo significato includit continentiam corporis locati, & virtutem conseruatiuam continentis, & illo modo loquendo de locis naturalibus, concedo quod loca naturalia distinguuntur specie. Si vero locus naturalis accipitur pro eo, quod

hæc

Quod locus nō sit sola superficies.

Primum.

Secūdum.

Tertium.

Quartum

Ad primū istorum.

Ad secundum.

hæc vox. Ilora naturalia denominat, sic dico, quod loca naturalia non distinguuntur specie, immo locus naturalis est illud, quod est locus naturalis, scilicet, sola superficies continentis. Vnde accipiendo superficiem concauam ignis vt ambit totum aerem: verum est dicere, quod hæc superficies est locus naturalis aeris, sed hoc est in prædicatione accidentali. Quod autem illa distinctio sit bona, quod terminus, vel vox potest accipi pro eo, quod significat, vel quod denominat apparet: quoniam hæc est vera, homo albus est ens per accidens, accipiendo hominem album pro eo, quod significat, quia certum est, quod ille terminus homo albus significat vnum ens per accidens. & ista similiter est vera: homo albus est homo, & est substantia: accipiendo illum terminum pro eo, quod accidentaliter denominat, quia Sortes cui accidit, quod sit albus, est homo, & est substãtia, & sic patet, quod huiusmodi distinctio est bona, & habet locum in omnibus terminis concretis accidentalibus, & etiam in terminis aggregatis ex accidentalibus, vel ex subiecto, & accidente.

Ad tertiũ. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod vbi causatur ex circumscriptione loci, dico quod verum est accipiendo locum pro corpore continentis, non pro vltimo corporis: vel sustinendo, quod vbi causetur ex circunscriptione loci, qui est vltimum corporis continentis, dico quod vbi causatur ex circũscriptione superficiei. Et cum dicitur, quod quantitas non est de potentijs actiuis, dico, quod quantitas est de potentijs actiuis per abiectionem contrarij, hoc est, quantitas non est de potentijs alterantis; tamen quantitas est de potentijs actiuis sine alteratione, & dico, quod vnum corpus expellit aliud corpus a suo loco per quantitatem suam effectiuè aliquo modo: quamuis quantitas non sit totalis causa effectiua, & ita quantitas est aliquo modo effectiua motus localis, & sic quantitas potest esse causa totalis effectiua ipsius vbi, quia vbi non causatur per abiectionem: nec per alterationem cõtrarij: propriè loquendo de contrarietate.

Ad quartum. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod locus est principium generationis secundum Porphy. dico, quod Porphy. accipit ibi locũ pro corpore locante, vel pro virtute conseruatiua locati, & non pro vltimo corporis continentis.

Ad quintum. Ad aliam, cum dicitur, quod corpus naturale naturaliter fertur ad suum locum proprium propter propinquitatem, quam habet ad locum, dico, quod verum est accipiẽdo locum pro corpore locante, vel pro virtute conseruatiua existente in corpore locante, sed accipiendo locum pro vltimo corporis non est verum: omnes tamen illæ rationes possunt solui per distinctionem de loco superius positam.

Vtrum locus sit immobilis. Secundo quæro, vtrum locus sit immobilis. Et videtur quod non: quia vltimum corporis continentis mouetur ad motum illius, cuius est vltimum: sed locus est vltimum corporis continentis: quod quidem corpus continens est mobile. ergo locus est mobilis. (Prima rõ.) Item cælum, vel superficies concaua orbis Lunæ est locus ignis, & tamen continuè mouetur. ergo. (Secunda.) In oppositum est phys. littc.

Respõsio aliquorũ. Ad hanc dubitationem dicunt aliqui, quod locus accipitur dupliciter, scilicet, vel pro materiali in loco, vel pro formali, si accipiatur pro materiali, sic est mobilis, quia materiale in loco est superficies, & certum est, quod superficies est mobilis, si vero accipiatur pro formali, sic est distantia causata ab orbe, siue a polo mundi, & est a centro terræ, & sic totus locus est immobilis, quia semper manet eadem distantia ad orbem, siue ad polos mundi.

Alia responsio. Aliter tamen dicunt alij, & quasi in idem redit quod vltimum corporis continentis non habet rationem loci propriè, & formam: nisi secundum rationem, & ordinem, quem habet ad totum corpus sphericũ cæli. v. g. locus proprius nauis in aqua, vel in flumine non est hæc aqua, quæ fluit secundum quod est hæc aqua, sed secundum ordinem, vel situm, quem habet aqua fluẽs ad totum flumen: qui quidem ordo, vel situs remanet in aqua succedente, & sic licet aqua materialis fluat; tamen secundum quod aqua habet rationem loci, vt ordinatur in tali ordine vel situ ad totum flumen non mutatur, & hoc est exemplum Phylosophi, ad quod respicientes debemus intelligere, quomodo extremitates corporis mobilis sunt loca s. per respectum ad totum corpus sphericum cæli, quod quidem corpus sphericum habet fixionem, & immobilitatem ex fixione, & mobilitate centri, & polorum, & ideo licet illud vltimum corporis continentis secundum quod est hoc vltimum effluat, tamen illud vltimum secundum, quod habet rationem loci semper manet, quia distantia, & ordo ad totum corpus sphericum cæli semper manet. Intentio igitur illorum est, quod vltimum corporis continentis. s. superficies, quæ est materiale in loco; A est mobilis, ordo tamen, vel situs ad totum corpus sphericum cæli, qui est formale in loco est immobilis.

Primũ argumentũ contra sic dicentes. Sed contra hunc modum dicendi arguo, & probo, quod in loco non est aliquod tale formale vt situs vel ordo seu distantia in comparatione ad cælum, vel ad polos, seu ad centrum. Et arguo sic. Impossibile est per quamcunque virtutem, quod aliquid maneat destructo formali, quod est in eo, quod patet, quia impossibile est quod homo maneat destructa anima intellectiua, quia hoc claudit contradictionem, sed locus per virtutem diuinam potest manere idem non manente eadem distantia vel ordine ad totum cælum, uel centrum uel polos. ergo talis ordo, uel distantia non est formale in loco, maior est nota, & minor patet, quia Deus posset mouere totum cælum simul, & omnia quatuor elementa motu recto uersus oriens, quiescente alio corpore in aere, verbi gratia, quiescat aliquod corpus in medio aeris, & per virtutem diuinam moueatur totum cælum, & omnia elementa motu recto versus oriens, tota igitur pars cæli, quæ est versus occidens fit propinquior illi corpori quiescenti, quam prius erat, & totum versus oriens erit remotios ab illo corpore, quam prius erat, & unus polus mundi erit sibi propinquior, quam prius, & alius remotior, & centrũ B totius mundi erit sibi propinquius, vel remotius, quam prius, vt patet manifestè, cum igitur illud, corpus quiescat secundum locum, oportet, quod sit in eodem loco, in quo prius erat, & per consequens locus maneat idem: & tamen ordo, vel distantia ad polum mundi non manet, sed corrumpitur. ergo talis ordo, uel distantia non est formale in loco, quoniã si ita esset sequeretur, quod aliquid posset manere destructo suo formali, quod est impossibile.

Confirmatio eiusdẽ. Hoc confirmatur: Deus potest comprimere, & dilatare totum cælum, & omnia elementa quiescente illo corpore in eodem loco, sed loco compresso, uel dilatato, & omnibus elementis compressis, uel dilatatis corpus quiescens non haberet eundem ordinem, uel distantiam ad polos mundi, uel ad centrum, & tamen locus maneret idem. igitur talis distantia, uel ordo non est formale in loco: alter enim sequeretur, quod aliquod maneret sine suo formali, quod est impossibile.

Respõsio. Huic rationi dicerent phylosophantes, quod nec uirtus potest cælum: & elementa mouere a loco suo, & sic illa ratio nihil videtur ualere.

Prima rõ. Sed contra hoc arguo dupliciter, & primo sic: impossibile est aliquid intelligere manere idem numero, nisi intelligatur suum manere formale idem numero, ut communiter conceditur ab C omnibus, sed possibile est intelligere locum manere eundem numero absque hoc, quod intelligatur idem ordo, uel distantia ad cælum, & ad polos, & centrum manere. ergo talis ordo, vel distantia non est formale in loco, maior patet: nam quia rationale est formale in homine: ideo impossibile est hominem intelligere absque hoc, quod intelligatur rationale, & sic est de omnibus alijs. Vnde illa propositio communiter conceditur, scilicet, quod nihil potest intelligi sine suo formali, minor uero patet, quia contingit intelligere, quod aliquod corpus quiescat in aere, & quod totum cælum cum quatuor elementis moueatur: sic quod totum oriẽs fiat remotius ab illo corpore, quam prius. & totum occidens fiat ei propinquius, quam prius, & per cõsequẽs contingit intelligere, quod utrique polus sit corpori propinquior, uel remotior quam prius, & per consequens quod centrum mundi sit sibi propinquius, vel remotius, corpore tamen manente in eodẽ loco, & sic contingit intelligere, quod locus manet idem numero, & tamen distantia, uel ordo ad cęlum, uel ad centrum, & polos non manet eadem numero, & per consequens talis ordo, uel distantia non est formale in loco.

Secũda rõ. Secundo arguo D ad idem sic. ex possibili secundum imaginationem non sequitur impossibile secundum imaginationem, ut uult Commen. in hoc quarto Trac. de corpore: sed bene sequitur totum cælum, & omnia elementa mouentur uersus oriens in illo corpore quiescente in medio aere. ergo ille locus, in quo illud corpus quiescit manet idem numero non manente eadem distantia ad totum cælum, & ad polos mundi, & ad centrum, & antecedens est imaginabile. ergo consequens est imaginabile, & per consequens contingit imaginari, quod idem locus numero manet absque hoc, quod idem ordo, vel distantia manet, sed non contingit imaginari aliquid manere sine suo formali. ideo ordo, vel distantia non est formale in loco.

Tertia rõ. Tertio arguo principaliter contra illud formale, & hoc sic, si esset tale formale in in loco, cum illud non sit subst̃a, oportet, quod sit in aliquo subiecto, aut igitur illud formale est subiectiua in illo vltimo corporis locantis, aut est in corpore locante, aut in cælo subiectiue, si detur quod est subiectiue in vltimo

corporis

corporis continentis locatum, vel in ipso locante: cum tam corpus locans, quam vltimum corporis locantis sit mobile: sequitur, quod illud formale est mobile: vel saltem sequitur, quod remoto corpore locante, non remanet idem respectus, vel ordo ad cælum, qui prius erat, & sic non manebit idem formale.

Quarta ratio.

Et quod idem respectus, vel ordo non possit remanere, recedente corpore locante, & succedente alio corpore locante: patet, quia ille respectus, vel formale illud, aut remanet sine subiecto, aut in subiecto: non sine subiecto, vt certum est, quia illud esset contra rationem accidentis, scilicet, esse per se sine subiecto. si vero sit in subiecto, aut igitur in eodem subiecto, in quo prius erat vel in alio: non in eodem, quia cũ illud subiectũ moueatur, & non remaneat, vt prius: sequitur, quod illud formale moueatur, & non remaneat vbi prius, quod est propositũ, si vero detur, quod illud formale remaneat, vbi prius, & in alio subiecto, quam prius, illud est impossibile, quia sic accidens migraret de suo subiecto in subiectum, quod est impossibile, & si detur, quod illud formale non sit subiectiue in corpore locãte, nec in vltimo corporis locantis, sed in cælo, tunc quæro, aut est aliquid existens in cælo diuisibile, aut indiuisibile: si diuisibile, cum quodlibet diuisibile ipsius cæli continue moueatur, sequitur, quod illud formale continue mouetur, quod est propositum, si vero sit indiuisibile, & omne indiuisibile in cælo, præter polos, continue moueatur: sequitur, quod vel formale in loco erit mobile, vel quod sit subiectiue in polo, quod est impossibile, quia sic omnium corporum existentium hic inferius, esset idem locus formaliter, quia formale cuiuslibet loci esset in polo, vt saltem sequitur, quod omnia loca formaliter accepta erunt simul adæquate, quia cuiuslibet loci formale esset in polo indiuisibili, & per consequens non posset aliquod corpus moueri de loco ad locum, ex quo non potest mutare locum formaliter.

Confirmatio quartæ rationis.

Hoc confirmatur sic, formale cuiuslibet loci est in polo indiuisibili: igitur omnia loca formaliter accepta sunt simul adæquate, sed quandocunque sunt aliqua simul adæquate, & quod est in vno illorũ est etiam in reliquo, sed quodlibet corpus est in loco aliquo formali existente in polo. ergo quodlibet corpus est in loco formali existente, vel adæquate cum loco formali cuiuslibet alterius corporis, & per consequens omnia corpora necessario sunt simul adæquate in eodem loco formali & per consequens nullũ corpus potest mutare locum suum formalem, quod est impossibile, ideo non potest dari, vt videtur, quod formale in loco sit in cælo materiale in aqua, vel in aere, quia ex his præcise, quæ tantum distant, quantum cælum ab aqua, non fit aliquod vnum, igitur ex formali in loco, & materiali in loco non fieret aliquod vnum, & per consequẽs locus non esset res vna, immo minus esset res vna, quam aceruus lapidum, quia partes plus distarẽt.

Iterũ cõfirmatio huius rõnis.

Confirmatur hæc ratio, quia formale non separatur a materiali suo, ex quo ex eis debet fieri vnum, igitur fatuum est dicere, quod materiale in loco sit in terra, vel in aqua, & formale in cælo.

Solutio.

Et si dicant, quòd formale in loco est distãtia locati ad polos & ad cẽtrum, sed illa distantia manet eadem, ideo locus manet idẽ.

Replica.

Contra, distantia locati ad polos & ad centrum est in ipso locato, sed locus non est in locato, cum sit vltimum corporis continentis, vnde de distantia locati ad polos, & ad centrum nihil hic intendimus, quia loquimur de loco secundum, quod phyl. loquitur hic de ipso. Item supposito per possibile, vel per impossibile, quod corpore aliquo quiescente in aere, totum cælũ, & omnia elementa mouerentur per virtutẽ Dei versus unam differentiam positionis, certum esset, quod tunc corpus quiescens maneret in eodem loco secundum opinionem istorum, & tamen non haberet eãdem distantiam ad polos mundi, & ad cẽtrum. ergo talis distantia, siue sit in corpore locato, siue in corpore locante, non est formale in loco. ex quo locus põt manere, illa distantia non manente. Dico igitur, quod accipiendo locum pro eo, quod hoc nomen locus denominat, locus est quædam forma simplex, sicut & quælibet alia forma accidentalis, & non est, quid compositum ex formali, & materiali.

Quid eminuis contineat.

Et ad illud, quod dicunt de toto fluuio. s. quod totus fluuius est magis locus nauis, quam pars fluuij. Dico secundum phylosophum, & secundum veritatem, quod totus fluuius non est prius locus nauis quiescentis in fluuio, sed est locus communis. Vnde totus fluuius nõ est locus nauiu, nisi quia pars fluuij est locus nauis, & pars fluuij non est locus nauis, nisi quia vltimus terminus eius est locus, quod igitur innuit phylosophus. quod totus fluuius magis est locus, quam pars fluuij, nõ est intelligendum quod phy. uelit, quod totus fluuius sit locus proprius, nec etiam uult, quod pars fluuii sit locus proprius, sed uult. si alterum illorum debeat dici magis cõpetit toti fluuio, quam parti fluuij, non tamen simpliciter, & absolute, sed quantum ad unã conditionem, uel differentiã loci, quæ est immobilitas essentialiter, quia locus proprius magis assimilatur toti fluuio, quã parti quantũ ad mobilitatẽ, & immobilitatẽ, quia sicut totus fluuius non est mobilis secundum totum, quia non deserit totũ locũ præcedentem, sed solum est mobilis secundum partes, & sic per accidens, tamen partes sunt per se mobiles, quia deserunt totũ locũ præcedentem, ita locus non est mobilis essentialiter, sed solum per accidens, sic igitur totus fluuius est magis locus, quã pars fluuii, quãtũ ad unã cõditionem. i. quantũ ad ad immobilitatẽ, quia tam totus fluuius, quam etiã locus est immobilis essentialiter, sed pars fluuij per se est mobilis, simpliciter tñ & absolute loquendo pars fluuij magis est locus, fluuius totus, quãtum ad alias conditiones loci, & hæc est expositio Com. comment. 1 t. huius quarti.

Alii alia respõsio.

Alij uero dicũt ad istum quæstionem, quod locus est immobilis quantum ad æquiualentiam, sicut, quod quiescẽte aliquo corpore, locus illius corporis semper manet idẽ per æquiualentiam, ita quod quantum ad distantiam a cælo, & a centro, & quãtum ad motum localem inchoandum, uel determinandũ, tantum ualet uel facit unus locus quam alius, si. n. quiescã hic in hac parte domus de Sarbona, probo, quod aer continue moueatur circa me, uel quod circa me sit maximus uentus, dum tamen ego continue quiescam, certum est, quod ego continue æqualiter disto a toto cælo, & a centro, & a quolibet alia re immobili, sicut prius, & tot leucæ sunt continue inter me, & Angliã, sicut prius, & tamen non sum continue in eodem loco, sicut prius secundum numerum, sed sum in eodem loco secundum æquiualentiam quantum ad distantiam ab alijs rebus immobilibus, & quantum ad motum localem faciendum, uel determinandum, & sic dicitur, quod locus est immobilis per æquiualentiam, quia quiescente locato manet idem locus numero qui prius, uel locus æquiualens quantum ad distantiam ab alijs quiescentibus, & quantum ad motum localem inchoandum, uel fiendum. Et quia hoc potest habere bonum intellectũ, nec circa illud est præsens inquisitio, sed solum circa immobilitatem eiusdem loci secundum numerum, ideo circa confirmationem, uel destructionem non insisto. Sed ad quæstionem respondendo pono duas conclusiones, quæ sunt in intentione phylosophi, & Com. quarum primu est, quod locus secundum, quod phyl. loquitur hic de loco, est immobilis per se, intelligendo sic. s. quod per se tras negetur, ita quod sit sensus, locus est immobilis per se. i. locus nõ est per se mobilis. Secunda conclusio est, quod locus est mobilis per accidens.

Primu cõclusio.

Prima igitur conclusio, scilicet, quod locus non est per se mobilis probatur sic, omne per se mobile est corpus, sed locus non est corpus. ergo locus non est mobilis per se. maior est per se nota, & ab omnibus cõcessa, minor uero patet ex præcedentibus, potest tamen probari sic. si locus esset corpus, locus esset per se in loco, quod est contra phylosophũ, & contra ueritatem, quia si locus esset per se in loco, eadem ratione ille locus esset in alio loco, & ille in alio, & sic in infinitum, & sic sequeretur, quod infinita loca essent simul, quod est impossibile.

Secũu conclusio.

Secunda uero conclusio. s. quod locus est mobilis per accidens probatur sic, locus est ultimum corporis continentis. i. superficies corporis continentis contigua locato corpori, & sic est accidens permanens existens in corpore locante. & accidẽs mouetur per accidens ad motũ sui subiecti. ergo locus est mobilis per accidens, & hæc est intentio Com. in hoc, quarto dicẽtis, quod locus mouetur per accidens raro, quod est sic intelligendum, uidelicet, quod locus raro mouetur ad motum locati.

Expositio Com.

Vnde Commen. in exponendo diffinitionem loci dicit, quod illa particula, locus est immobilis, debet sic intelligi, quod locus non est mobilis essentialiter, quia per immobile intelligit nõ mobile essentialiter, & ubi uidetur phylosophus innuere, quod totus fluuius magis debet dici locus, quam pars fluuij, d. Com. quod hoc ideo est, quia totus fluuius non est mobilis nisi per accidens, & pars fluuij est mobilis per se, ideo si alterũ illorum debeat dici locus magis debeat dici, quod totus fluuius est locus quam pars fluuii sit locus, & hoc quantum ad immobilitatẽ, ut superius est expressum, & expositum quia locus nõ est per se mobilis, sed per accidẽs, &c.

Locus nõ est mobilis per accidens. Primo.

Sed contra illud arguitur probãdo, quod locus non est mobilis per accidẽs, sicut ipsa superficies corporis locantis, & hoc sic, ad illud non est motus per se quod põt acquiri alicui nulla mutatione facta in illo, cui acquiritur, ut patet quinto huius, sed si locus sit mobilis per accidens, sequitur, quod aliquo quiescente, & uento flante illi quiescenti acquireretur nouus locus nulla mutatione facta in eo. ergo ad locũ non est motus per se.

Secundo.

Item sequitur secundum, quod uento flante domus fieret continue in alio loco, & in alio, quod uidetur incredibile.

Tertio.

Item sequeretur, quod ego per flatum oris mei possem mouere columnam a loco suo, & etiam palatium regis, quia possem per flatus oris mei mouere aerem iuxta

columnam, & sic columna fieret in alio vltimo aeris, quã prius erat. Item sequeretur secundum hoc, quod aliquid posset moueri continue motu locali recto, & tamen semper esse in eodẽ loco, quod videtur impossibile, quia sic idem moueretur secundum locum, & quiesceret quod est impossibile, & probo, quod hoc sequatur, quia si aliquod corpus mouetur simul cum aliquo corpore continente, & æquali velocitate illud corpus moueretur localiter, & tamen esset continue in eodem loco. v.g. si dolium totum plenum vino moueretur motu recto: certum est, quod vinum continue moueretur motu recto, & tamen semper esset in eodem loco proprio. s. in superficie dolij.

Quarto.

Item si locus esset sola superficies corporis continentis, sequeretur, quod impossibile esset redire ad eundem locum numero a quo locatum recedit, quod videtur inconueniẽs, & impossibile: probo, quod hoc sequatur, quia si aliquod corpus existens in aere recedat a loco suo; locus, ad quem mouetur, est totaliter nouus, & prior locus corrumpitur, quia partes aeris cõtinuãtur, & corrumpitur illa superficies, quæ præfuit, cum igitur corruptum non possit redire idẽ numero secundum phylosophum, sequitur, quod corpus recedens a loco nunquã poterit reuerti ad eundẽ locum numero. Et sequitur etiã aliud inconueniens. s. quod duo corpora non possunt sibiinuicem succedere in eodem loco, quod videtur contra Phylosophum.

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Itẽ si locus sit mobilis motu locali, sequitur, quod locus indiget loco, & eadem ratione ille locus indiget alio locato, & sic in infinitum, quod est impossibile. Item superficies cõcaua orbis Lunæ semper mouetur, ergo si illa superficies sit locus ignis, sequitur quod locus ignis semper mouetur, quod est inconueniens, quia per Com. si aliquid moueatur ad rem motam motus eius esset ociosus & hoc significat, vt dicit Com. quia locus non est mobilis, igitur si locus ignis esset superficies concaua orbis Lunæ, sequeretur, quod motus ignis ad superius esset ociosus, quod est inconueniens.

Ad primũ istorum.

Ad primum illorum dicendum: concedendo conclusionem, videlicet, quod ad locum non est per se motus loquendo de loco: ut phyl. loquitur hic de loco, sed motus localis est per se ad vbi: quod est in mobili subiectiue.

Prima replica.

Sed contra hoc arguitur dupliciter, & primo, quia vbi causatur ex circumscriptione loci: si igitur locus est alius quam prius, vbi erit aliud quam prius, & sic si locus potest acquiri alicui quiescenti, sequitur etiam, quod vbi potest acquiri quiescenti, & per consequens ad vbi non est motus per se, quia ad illud non est motus per se, quod potest acquiri ipso quiescente, cui acquiritur, vt patet per Phylosophum.

Secunda replica.

Secundo arguitur sic non quæreretur locus, nisi esset motus: si tamen nouus locus posset acquiri sine motu illius cui motus acquiritur, posset locus esse nouus sine motu, & sic dictum phylosophi non esset verum.

Ad primã replica.

Ad primum horum potest dici multipliciter, vno modo potest dici, quod aliter est de vbi & aliter de relatione, quia relatio semper cõsequitur mutationem, quæ per se est ad aliquid, sed non est sic de vbi quia licet vbi posset sic acquiri alicui ipso non mutato: hoc tamen est accidentale ipsi vbi: quia vbi potest acquiri per mutationem per se determinatam ad ipsum vbi, quia corpus corpus naturale per suũ motum naturalem mouetur per se ad vbi, tanquam ad per se terminum illius motus. Et secundũ hoc potest dici ad rationem, quod phy. quinto huius probat, quod ad relationẽ non est motus per se sic illud, quod solum acquiritur per mutationem per se factam ad aliud & ad aliud, non est motus per se, relatio est huiusmodi. ergo. sed si arguitur sic de vbi, tunc minor erit falsa, quia vbi non solum acquiritur per mutationem factam ad aliud.

Iterũ secũdo ad primã replicã.

Potest tamen aliter dici, videlicet, quod ad illud non est motus per se, quod aliud a priori non solum secundum numerum, sed etiam secundum speciem põt acquiri alicui ipso non mutato, sed relatio alia secundum speciem a relatione præcedenti in subiecto potest acquiri alicui ipso non mutato, vt patet, quia si Sortes, & Plato sint albi, & postea fiant nigri, acquiritur Sorti quiescenti alia relatio secundum speciem a relatione priori, quia prius fuit albus postea factus dissimilis tamen ipso quiescente, sed sic non est de vbi, quia quamuis corpori locato quiescenti possit acquiri aliud vbi a priori secundum numerum, tamen corpori quiescenti non potest acquiri aliud vbi secundum speciem a priori. Deinde ad dictũ phylosophicum dicitur, quod ad illud non est motus per se, quod potest acquiri alicui ipso non mutato, illud est sic intelligendum. s. quod ad illud non est motus per se, quod aliud secundum speciem a priori forma eiusdem generis potest acquiri alicui, ipso non mutato.

Iterũ tertio ad primã replicã.

Tertio potest dici, quod quamuis alicui quiescenti posset acquiri nouus locus, non tamen nouum vbi, vnde corpus quiescens æque distans a cælo, & a polis, & a centro semper habet idem vbi, quamuis non habeat eundem locum. Vnde melius esset dicere, quod ordo vel distantia ipsius locati ad orbem, & ad polos, & centrum esset formale in

A ipso vbi. Vel verius esset dicere, quod esset ipsum vbi quam, quod talis distantia, vel ordo sit formale in loco, talis. n. ordo vel distantia existens in ipso locato subiectiue corrũpitur ad motum locati. Et cũ dicitur, quod vbi causatur a loco. Dico, quod quamuis vbi causetur a loco, non tamen oportet, quod variato loco varietur ipsum vbi, quia vbi non causatur a nouo loco, nisi ille nouus locus alium ordinem, vel situm ad totum cælum sphæricum, & ad polos immobiles habeat, vnde vbi causatur a loco non absolute, sed secundum quod locus est in tanta, vel tanta distantia ad orbem, vel ad polos, & secundum hoc esset dicendum, quod illud idem vbi, quod primo causatur in aliquo corpore, postmodum causatur in illo corpore quiescenti ab alio loco succedente, vnde breuiter non sequitur, est nouus locus, igitur est nouum vbi, quamuis sequatur, est nouus locus in alio ordine, vel distantia maiori, vel minori ad orbem centrum, & polos. ergo est nouum vbi.

Ad secundam replicã.

Ad secundum, quod fit contra hanc responsionem cum dicitur, quod non quæreretur locus, nisi esset motus localis. Dico, quod nõ quæreretur, hoc est non inquireretur, an est locus, vel quid est locus, nisi esset motus localis, quoniam motus localis primo mouebat phylosophum ad inquirendum, quid est locus, & an est locus, sed

B talia duo loca succedentia circa idem corpus quiescens non possent esse terminus motus localis. vnde talia duo loca non distantia non plus faciunt, quam vnus locus ad hoc, quod locus habeat rationem termini motus localis, quia locus præcedens, & sequens succedens circa aliquod quiescens non distant, & omnis motus localis necessario est inter terminos distantes. Dico igitur ad formam argumenti, quod non quæreretur locus, nisi esset motus localis. tamẽ an sit idem locus, vel alius corporis quiescentis, hoc non possumus scire per motũ localem locati, sed magis per motum localem corporis continentis. Et si dicatur, quod si illud corpus quiescens sit in alio loco quam prius, ergo se habet aliter quantum ad locum quã prius se habuit, & per cõsequens mouetur localiter, quia moueri localiter non est aliud quam aliter se habere nunc, quam prius quantum ad locum. Dicendum, quod non omne quod se habet aliter nunc, quam prius respectu loci mouetur localiter, sed omne, quod se habet nunc aliter, quã prius respectu alicuius quiescentis secundum locum, ita quod sit propinquius, vel remotius ab illo quiescente secundum locum, omne illud mouetur localiter: vnde illud quod se habet aliter secundum

C distantiam localem ad aliquod quiescens secundum locum, vt puta sic, quod sit magis vel minus distans ab eo, quã prius, omne tale mouetur localiter.

Ad secundum.

Ad aliam rationem contra positionem, cum dicitur, quod vento flante domus fieret continue in alio, & in alio loco. Dico concedendo conclusionem. s. quod domus quiescens per motum aeris fieret in alio, & alio loco secundum numerum, semper tamen est in eodẽ loco per æquiualentiam ad inchoandũ, vel terminandum motum localem. Et si dicatur, quod hoc est contra sensum. s. quod domus sit continue in alio, & alio loco. Dico, quod ad sensum nõ pertinet iudicare, vtrum locus sit idem vel alius, quia iudicium de identitate vel vniuersitate partium pertinet ad intellectum, non autem ad sensum.

Ad tertiũ.

Ad aliam rationem cum dicitur, quod homo per flatum suum posset mouere columnam aliquam, vel palatium a loco suo. Dico, quod illud non sequitur, quia ego moueo aerem circa palatium, vel circa columnam, sed nõ moueo columnam, nec palatium, sed moueo aerem, quia per flatum corrumpo, vel moueo locum columnæ, vel palatij, vnde concedo illam conclusionem. s. quod per flatum oris mei ego possum facere, quod columna, vel palatium sit in alio loco, quam prius, tamen ego non moueo columnã, nec palatiũ,

D potest enim corpus fieri in aliquo alio loco quam prius, quamuis ipsum non moueatur, sed aliud. s. corpus locans ipsum.

Ad quartum.

Ad aliam rationem, quando dicitur, quod secundum hoc sequeretur, quod aliquod posset localiter moueri, & tamen semper esset in eodem loco proprio, dico concedendo conclusionem. s. quod potest moueri localiter ad motum alterius. s. corporis cõtinentis, & tamen semper est in eodem loco proprio illi locato, non tamen semper erit in eodem loco communi, nec in eodem loco proprio corporis cõtinentis ad motum cuius mouetur. Et qñ dr. quod sic idem simul moueretur secundum locum, & quiesceret secundum locum. Dico, quod bene est possibile, quod aliquid moueatur per accidens secundum locum, & tamen quod quiescat secundum locũ quiete opposita motui locali per se, sic est de vino contento in dolio. Similiter non est inconueniens, quod idem moueatur secundum unũ locum, vt secundum locum cõem, & tñ quiescat secundum alium locũ, ut secundum locũ proprium.

Ad quintum.

Ad quintã rõnem, qñ dr. quod secundum istud non posset corpus reuerti ad eundem locũ proprium numero in quo fuit prius. Dico, quod loquendo de loco

habeon

habente esse subiectiue in aere, vel in aqua. sic non est possibile, q; aliquod corpus reuertatur ad eundem locum numero totalem, in quo prius fuit, nec est possibile, q; diuersa corpora succedant sibiinuicem in eodem loco numero, tuealt existente in
Com. 18. aere, vel in aqua, vt patet per Com. superius commẽ in 18. quoniam phy. superius probat, q; locus non est forma, & hoc sic: locus est separabilis a locato, & forma nõ. ergo locus non est forma. Et Com. super illam rationem mouet dubium dicens, & potest aliquis quærere; quoniam locus non potest dici separari: nisi secundum opi. dicentium vacuum esse, sed secundũ opi. phylosophi nõ separatur a locato, sed corrũpitur per eius corruptionem, quoniam vltimum aeris, in quo est aqua: cũ aqua transfertur ab eo, & intrat in ipsum aliud corpus: corrumpetur illud vltimum, & fiet aliud, & cum ita sit, illa propositio est famosa, & non vera: hæc Com. commẽto supradicto. Vnde Cõ. facit rationem phylosophi bonam sic, locus est separabilis a locato etiam omnibus locatis manentibus, sed forma non est separabilis a locato manente locato. ergo locus non est forma, & loquitur de separatione loci, & formæ, per quam separationem vtrumque corrumpitur, vt quãdo dicimus, q; aliquod est accidẽs separabile a subiecto, nõ quia possit manere sine subiecto, sed separatio eius a subiecto, est eius corruptio. Dico igitur, q; illæ propositiones, videlicet corpus, potest redire ad eũdem locum numero, a quo recedit, & diuersa corpora possunt
Ad sextũ. sibiinuicem succedere in eodem loco: sunt famosæ, & non veræ, vt patet per Com. Ad sextam rationem, cum dicitur, q; si locus esset mobilis, locus idigeret loco, dico, q; sicut locus est mobilis. s. per accidens, ita indiget loco per accidens, & si ille alius loco moueatur per accidens, indiget alio loco per accidens: nec est inconueniens procedere in infinitum in indiuiduis, &
Ad septimum. in accidentaliter ordinatis. Ad vltimam rationem quando dicitur, secundum illud superficies concaua orbis Lunæ esset locus ignis, & illa superficies semper moueretur, dicendum est, q; illa superficies est locus ignis, & semper mouetur, non tamen semper mouetur motu naturali, quo ignis mouetur ad ipsam. Et cum dicitur, q; si aliquid moueatur ad rem motã, motus eius esset ociosus, dico, q; si aliquid moueatur ad rem motam eodem motu secundum speciem, & eadem velocitate, motus eius esset ociosus, quia nunquam posset attingere terminũ motus, & sic habet intelligi dictum Com. tamen si aliquid moueatur vno motu secundum speciem, non propter hoc apparet, q; eius motus sit ociosus, & sic in proposito, quia ignis mouetur naturaliter motu recto ad concauum orbis Lunæ motum motu circulari. igitur, &c. & illo remoto potest dici, quod phyl. intelligit, q; locus naturalis debet esse immobilis. s. illo motu, quo corpus naturaliter mouetur ad ipsum, quoniam si locus naturalis alicuius corporis esset mobilis naturaliter illo motu, quo corpus naturaliter mouetur ad ipsum, sequitur q; eius motus sit ociosus.

OSTENDITVR QVALITER CORPORA diuersimode sint in loco. Tractatus primi. Cap. VI.

Atqui corpus quidem id est in loco extra quod aliquod est corpus continens ipsum. Quod vero non ita se habet: non est in loco.

Tex. c. 43. *Cui quidem igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum hoc in loco est: cui vero non minime.*



Stud est sextum cap. huius tract. in quo ostenditur, qualiter corpora diuersimode sunt in loco, & continet tres partes principales, quoniam in prima phy. ponit duos modos essendi in loco. s. modum essendi in loco per se, & secundum partem. In secunda ibi. [Sicut autẽ dictum.] Ponit alios duos modos essendi in loco, qui modi essendi in loco accipiuntur secundum actum, & potentiã. In tertia ibi, [Alia quidem secundum se.] Ponit alios duos modos essendi in loco, qui sunt modi essendi p se, vel per accidens. Prima pars continet duas particulas, quoniam in prima phy ex præcedentibus concludit vnam conclusionem. in secunda autem ibi. [Partium etenim.] Narrat phyl. q; partes vniuersi possunt moueri diuersis modis. s. sursum, aut deorsum, siue circulariter, & illud patebit ex sequẽtibus. In prima igitur particula huius partis phyl. concludit vnam conclusionem ex prædictis, quæ talis est, q; omne corpus, & solũ corpus habens corpus extrinsecum continens ipsum, est in loco

A per se, & hæc est decimasexta conclusio huius lib. quæ conclusio habet duas partes. vna est, q; omne corpus habens corpus extrinsecum extra se ipsum est in loco per se. Alia pars est, q; omne corpus non habens corpus extrinsecum extra seipsum non est in loco per se. Ista igitur cõclusio probatur dupliciter, vno modo per præcedentia, idest per diffinitionem loci. Alio modo per extrema, prima igitur prædicta conclusio probatur per præcedentia sic, omne corpus, & solum illud, quod est in vltimo corporis continentis est in loco per se, sed omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum extra seipsum est in vltimo corporis continentis. ergo omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum extra seipsum est in loco per se, maior patet per diffinitionem loci superius positã, minor patet, quia omne, quod habet corpus extra continens est in vltimo corporis continentis, sed solum corpus habens corpus extra continens est in vltimo corporis continentis, nam corpus extra continens, & vltimum corporis continentis non separantur abinuicem. 16. concl. huius lib.

Quapropter etiã si aqua fuerit tale, partes qui
B dem ipsius mouebuntur. Alia namque aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur partim haud mouebitur. Vt totum enim simul locum non mutat. versatur tamen.

Vnde & si aqua fiat huiusmodi: partes quidem mouẽtur ipsius: continentur enim ad inuicem: omnis autem est tanquam quod mouebitur, est autem tanquam non: sic quidem enim tota simul locum non mutat. Circulariter autem mouebitur.

SEcundo probatur eadem conclusio probatione exemplari sic. si aqua fieret huiusmodi corpus. s. q; non haberet aliquod corpus extrinsecum extra ipsam, & dicit, quòd quædam aqua non esset in loco per se, quia non esset in vltimo corporis continentis, partes tamen aquæ bene essent in loco. s. illæ partes, quæ cõtinentur ab alijs partibus eis contiguis, q; patet, quia tales partes possunt moueri motu recto, & per consequẽs sunt in loco per se, sed omnis aqua. i. tota aqua quodammodo
C potest moueri, & quodammodo non, q̃m non potest moueri secundum se totam motu recto, cum extra ipsam non sit locus, ad quẽ moueri possit, tamen tota aqua posset circulariter moueri, & quia partes aquæ, quæ habent alias partes extra se, eis discontinuatis, sunt per se in loco, ideo possunt moueri tribus motibus. s. sursum, vel deorsum, aut circulariter.

Partim enim hic locus est, & sursum quidem & deorsum non mouetur. Quædã autem versantur, & quædam sursum, atque deorsum mouetur, quæ densitatem habent, ac raritatem.

Partium autem hic locus, & sursum quidẽ, & deorsum non. Circulo enim quædam quidem mouentur, alia vero sursum quo deorsum quæcunque habent densitatem & raritatem.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua Phy. narrat q; partes vniuersi possunt moueri tribus modis. s. q; quædam partes vniuersi mouentur
D circulariter, & quædam mouẽtur sursum, & nã ista sunt corpora, in quibus est raritas, & quædã mouẽtur deorsum, vt corpora, in quibus est densitas, sed istæ partes nõ mouentur circulariter, & ex his põt probari exẽplariter conclusio præcedens sic, si tota aqua non haberet aliquod corpus extrinsecum cõtinens ipsam, nõ esset in loco per se, sed partes aquæ, quia habent corpora extra eas, & alias partes eis cõtiguas, sunt in loco per se, vt patet, quia possunt per se moueri motu recto, & sic patet exemplariter, quod omne corpus, & solum corpus habens corpus extrinsecum continens ipsum est in loco per se, & ita apparẽt tria ex præcedentibus, primo, q; totus mundus est in loco essentialiter, quia non habet corpus extra cõtinens ipsum. secundo apparet, q; totus mundus compositus ex quatuor elementis, & quinta essentia est in loco per partes. s. quia eius partes sunt in loco per se. Tertio apparet, q; oẽs partes mundi contentæ ab alijs partibus eius discontinuis sunt in loco per se, vt patet de mixtis, & elementis, & de qualibet alia sphæra cælesti con- Partes vniuersi mouẽtur tribus modis.

venta sub alia sphæra. Sed suprema sphæra, quæ non continetur ab aliquo alio corpore, est maxima dubitatio: quam Comment. hic mouet: quæ est, an suprema sphæra sit in loco, vel non: & posito, quod sit in loco, quomodo est in loco. Illud autem, quod facit eum dubitare, est, quia suprema sphæra mouetur secundum locum: aut igitur est in loco, aut non est in loco. si detur, quod non est in loco, & ipsa mouetur, sequitur, quod aliquid, quod non est in loco, mouetur secundum locum, quod videtur inconueniens, si vero detur, quòd est in loco, cum non sit aliquod corpus extraneum continens, sequitur, ꝙ suprema sphæra sit in vacuo, & sic locus erit vacuum, & dimensio separata, stamus igitur inter hæc duo: aut ponere, quod aliquod motum non est in loco: aut ponere, ꝙ locus est inane, & dimensio: vnde Comment. dicit hic, quod Ioannes grammaticus per hoc obediuit huic ponendo, locum esse dimensionem & vacuum non fi(?)em cõtinentem, vt dicit Arist.

Opinio Ioannis Grammatici

Sed contra Ioannem Grammaticum arguit Commen. dupliciter, & primo ex dictis proprijs, nam Ioannes Grammaticus d. ꝙ vacuum non potest separari a corporibus, vnde ipse posuit vacuum imbibitum corporibus, non vacuum separatum: si tamen locus supremæ sphæræ esset vacuum, oportet eum dicere, quòd esset vacuum separatum a corporibus. s. vacuum extra cælum, vbi nullum est corpus.

Primũ argumẽtum contra eũdem.

Secundo Comment. arguit contra eundem ex dictis phylosophi, nam phylos. dicit, ꝙ cælum, & anima sunt in loco per accidens, si tamen cælum, vel suprema sphæra esset in vacuo, tanquam in loco, sequeretur, ꝙ suprema sphæra esset in loco per se, ideo relicta illa opinione Commentat. recitat multas opiniones ponentium supremam sphæram non esse in loco vacuo, vel in loco, qui sit dimẽsio separata, & primo ponit opinionem Themistij, qui posuit, quod totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco secundum partes. s. secundum orbes, quos continet maximus orbis, sicut est de toto mundo. s. quod totus mundus est in loco secundum partes, sed orbes inferiores, & orbis supremus differunt in hoc, quia quilibet orbis inferior est in loco, quia habet aliquid extra continens ipsum, sed orbis supremus in quo stellæ fixæ est in loco ratione partium intrinsecarum tantum. s. quæ sunt in concauo eius, quoniam istæ partes mouentur circa conuexum corporis, circa quod reuoluuntur, & illud conuexum quasi circundat eas, licet sint intra orbem, & ita ponit, quod suprema sphera est in loco per partes, sed non est in loco secundum se totam: cum non habeat aliquid extra existens, & ratio huius opinionis fuit, quia cum suprema sphæra sit in loco aliquo modo & non est in loco secundum se totam: cum non habeat aliquid extra continens, relinquitur, quod sit in loco per suas partes, & quod non sit in loco secundum se totam: probatur, quia non mouetur secundum se totam, sed secundum partes, & eo modo, quo mouetur est in loco, & ideo cum moueatur ad vbi, nisi secundum partes, non est in loco, nisi secundum partes, & non secũdum se totam, & hoc contingit dupliciter, vt innuit hic Commen. .s. quod supremus orbis in loco per partes, vno modo, quia partes eius concaui sunt in loco, quia sunt in conuexo orbis inferioris, quia circa illud conuexum reuoluuntur partes orbis superioris. Alio modo potest contingere, quod supremus orbis sit in loco per partes existentes in concauo eius, quæ mouentur alio motu a motu diurno ipsius orbis, ita quod sunt aliquæ partes in concauo orbis supremi, quæ mouentur circulariter in illo orbe motu proprio, sicut dicunt ponentes epicyclos, quoniam videmus in horologio, quod circulus vnus existens in alio circulo mouetur circulariter motu proprio: & non solum motu circulari eius in quo est, sed qualitercunque sit de hoc non est multum curandum, quoniam opinio Themi. in hoc consistit. s. quod suprema sphæra est in loco secundum partes, & non secundum totum, & ista videtur etiam sententia expositionis Thomæ.

Opinio Themistij quã etiam inuenies 6. phy 85. & 8. phy. com. 67.

Prima ratio contra Themi.

Sed contra illam opin. arguit Comm. quadrupliciter, & primo ponit primam rationem d. & hoc quidem contingit toti orbi, & est talis ratio. Si supremus orbis sit in loco, quia partes eius concauæ mouentur circa conuexum orbis inferioris, cum totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus moueatur circa conuexum ignis: oporteret dicere, quod totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco, & non solum hoc, sed quod vnus orbis continet alium ratione partium, quæ sunt in concauo eius, quæ mouentur circa conuexum ignis, & ita totum aggregatum ex omnibus partibus esset in loco dupliciter. s. quia vna sphæra continet aliam, & etiam quia partes eius mouentur circa conuexum ignis, quod non est verum, Secundo cum dicit, & in hoc, quod dicit The. Arguit Comm. contra The. quantum ad hoc, quod dixit, ꝙ supremus orbis mouetur secundum partes, & non secundum totum, & arguit sic. Totum nihil aliud est, quam omnes suæ partes ergo si cælum mouetur secundum omnes suas partes, sequitur, quod cælum mouetur secundum se totum: vnde intelligendum, quod totum nihil aliud est quantum ad motum, quam omnes suæ partes sic intelligendo, quod totum non potest quiescere, si omnes eius partes moueantur, quia totum, & eius partes simul sumptæ non possunt separari quantum ad motum, & quietem, quia si omnes partes mouerentur oporteret totum moueri, & econuerso, & hoc intelligit hic Comm. sed tamen totum in entitate est aliud, quam omnes suæ partes, quoniam totum est vnum ens resultans, vel constitutum ex omnibus partibus, & ideo est aliud ens ab omnibus partibus, vt dictum est in primo huius.

Secunda ratio contra Themi.

Idẽ primo phy. c. 17.

Tertiam vero rationem contra The. ponit Comment. d. Et etiam videmus, ratio igitur ista est contra illud, quod dixit Themi. s. quod supremus orbis mutat locum secundum partes, non secundum totum, quæ ratio est fundata super rationem. P. nam. P. sexto huius versus finem respondendo rationi Zenonis d. quod corpus sphæricum mouetur secundum se totum, & secundum omnes partes suas, seu totum mutat locum secundum formam tantum, & partes mutãt locum secundum formam, & secundum substantiam, illud igitur, quod The. dicit. s. quod supremus orbis non mutat locum secundum se totum, est falsum, quid autem sit mutare locum secundum formam, & substantiam apparet in fine sexti huius.

Tertia ratio contra Themi.

Tex. c. 85.

Et si aliquis dicat, ꝙ ista est intentio phylosophi. s. ꝙ cælum non mouetur secundum se totum, quia phylos. dicit, quod secundum, quod non est totum non transmutat locum. Respõ. Commen. d. quod phyl. non intendit dicere, quod corpus, qđ mouetur circulariter. s. orbis cælestis non mouetur secundum se totum, sed secundum suas partes, sed intendit, quod totus mundus non mouetur secundum se totum, sed secundũ suas partes, vnde phyl. intendit, quod toti mundo attribuitur motus circularis propter quasdam partes, idest, propter corpora cælestia, sicut ei attribuitur motus rectus propter motum elementorum, quæ sunt quædam partes.

Obiectio Themi.

Solutio.

Quartam rationem contra The. ponit Com. d. & etiam secundum expositionem. Et hæc est ratio Arist. d. quod cælum. i. suprema sphæra est in loco per accidens, sed istud, quod attribuitur alicui secundum partem non attribuitur ei per accidens, igitur suprema sphæra non est in loco secundum partes. Ad hoc respon. Themistius d. quod phyl. vtitur hic eo, quod est per accidens large secundũ, quod est commune ad per accidens propriè, & ad partem. Sed contra hoc arguit Com. sic. Phyl. ponit hic tres modos essendi in loco, quoniam quædam sunt in loco per se, & quædam per accidens, & quædam per partes, cum igitur phyl. vtatur istis modis, tanquam modis distinctis essendi in loco non intelligit per esse in loco, per accidens esse in loco per partes.

Quarta ratio contra Themi.

Idẽ quinto phy. c. primo.

Postea ponit Com. aliam opin quæ fuit opin. Auẽpac. qui posuit, quod locus cæli est superficies concaua, circa quam cœlum mouetur, & dixit, qđ proprius locus corporis sphærici est superficies conuexa circa, quam mouetur, dixit. n. Auẽpace, quod sphæra secundũ, quod sphæra non est in loco, quia aliquod extrinsecum cõtinet illam, sed hoc est proprium corpori recto, & non corpori rotundo, sed locus proprius sphæræ secundum, ꝙ sphera est conuexũ cẽtri, circa qđ reuoluitur. s. superficies conuexa, circa quod mouetur, illa. n. superficies quodãmodo cõtinet sphærã, & dixit Auẽpace, ꝙ diffinitio, quã phyl. induxit de loco, cũ dixit, qđ locus est cõtinens diuisum a se, dẽt intelligi, qđ locus in corporibus rectis est continens extrinsece. s. extra locatũ, sed in corporibus rotũdis locus est continens ex intrinseco, & sic ſm ipsum oẽ corpus mobile motu recto habet corpus extra continens, in cuius vltimo est tanquã in loco, sed corpus rotundũ mobile circulariter non requirit corpus extra continẽs, sed requirit corpus cõtentum intra ipsum, & est in vltimo ipsius. s. in superficie cõuexa corporis, circa qđ mouetur tanquam in loco, & cãm huius assignauit, vt d. Com. quæ est, quia corpus rotũdũ finitur per se, & corpus rectũ finitur per aliquod, & oĩa corpora mota motu recto s. elemẽta indigent in hoc, ꝙ finiãtur rotundo, rotũdũ vero nõ indiget corpore extrinseco: & huius cãm assignat d. & cã in hoc est, quoniam linea rotunda perfecta est, & non potest recipere augmẽtationem, vel diminutionem: linea vero recta est diminuta, hæc igitur breuiter est Auẽpace opin. videlicet, ꝙ supremus orbis est per se in loco, & ille locus est superficies conuexa orbis inferioris immediate.

Opinio Auẽpa.

Idẽ tertio phy. c. 74.

Sed cõtra illam opi. arguit Com. quadrupliciter, vnde primam rationem ponit cum dicit, & secundũ hoc sphæra, quæ ratio talis est, si proprius locus corporis circularis circa, qđ mouetur

Prima ratio contra Auẽpa.

sit

sit conuexum. ergo totum cælum, & quilibet orbis est per se in loco: consequens est falsum, & contra phy. hic expresse, qui dicit, quòd totum cælum aggregatum ex omnibus orbibus est in loco per accidens, & q suprema sphæra est in loco per accidens, & sic patet falsitas consequentis. consequentia declaratur sic, quia totum cælum, & quilibet orbis habet conuexum, circa, quod mouetur, vt manifestum est, & conuexū, circa qđ mouetur corpus rotundum est locus eius per se: vt dicit Auēpace, & q vna sphæra continetur ab alia, hoc est per accidens: vt dicit: vnde si corpus rotundum contineatur ab aliquo corpore, cum sit in eius vltimo: hoc est per accidens, vt dicit, quia sphæræ inferiores continentur a sphæris superioribus, & etiā continent sphæras inferiores, vel sphæras elementorum, & secundum Auēpace quælibet sphæra, quæ continetur ab aliquo corpore est per accidens in vltimo corporis continentis, & est per se, sicut in loco in vltimo continenti. s. in superficie cōuexa corporis immediate ab ipso contenti, circa quod mouetur: vnde secundum hoc sphæra Lunæ est per se in superficie conuexa ignis, tanquā in loco, & est per accidens in superficie concaua orbis superioris, quia accidit corpori rotundo, q habeat aliquid extra continens, & hęc fuit op. Alpharabij, vt d. hic Comm. ratio igitur prima consistit in hoc. s. q secundum opin. illam Auēpace cælum, & quilibet orbis erit per se in loco, & vniuersaliter omne corpus erit in loco per se, quod est cō-

Secunda ratio contra Auēpa. tra phyl. Secundam vero rationem contra Auēpace ponit Cōmen. cum dicit. Et cum ita sit hoc quod dicit &c. & hæc est ratiò phylos. in principio huius capitul. d. quod omne corpus, extra quod nihil est, non est in loco, & q omne corpus, extra quod aliquid est, est in loco, sed illud est falsum secundū opin. Auēpace. d. q corpus, extra quod nihil est, est per se in loco. s. in superficie corporis continenti, circa quod mouetur, sed hoc est contra opin. Arist. qui dicit, q corpora naturalia sunt in loco tripliciter, vno modo essentialiter. & illo modo corpus motum motu recto est in loco. Alio modo est corpus naturale in loco per accidens, & illo modo corpora rotunda sunt in loco, vel saltem illo modo supremus orbis est in loco. Tertio modo aliquid est in loco secundum suas partes, & illo modo

Tertia ratio contra Auēpa. totus mundus est in in loco. Tertiam vero rationem contra Auēpa. ponit Com. d. Nos autem reuertamur, quæ ratio est talis, locus est æqualis locato, ita quod omnes superficies loci sunt æquales omnibus superficiebus locati, sed superficies conuexa sphæræ inferioris non est æqualis superficiebus orbis superioris, sed solum superficiei concauæ, igitur superficies conuexa orbis non est locus sphæræ superioris, vnde illud dictum Com. videlicet, q omnes superficies loci sunt æquales omnibus superficiebus locati, intelligo sic. s. quòd omnes superficies loci. i. totus locus est æqualis, vel maior omnibus superficiebus locati, nam totus locus. i. tota superficies vltima corporis locantis, quæ immediate circundat locatum, est æqualis maximæ superficiei locati, quia maxima superficies locati est superficies suprema eius includens totum locatum, quare locus est æqualis extremæ superficiei locati, & per consequens est maior qualibet alia superficie locati, & ita totus locus est æqualis, vel maior omnibus superficiebus locati, vnde Com. quando dicit, quod omnes superficies loci sunt æquales, &c. per æquale intelligit tantum, quod est commune ad æquale, & ad maius, quia illud, quod est æquale alicui, est tantū quantum illud, & illud, quod est maius aliquo, est tantum quantum est illud. Nota secundum Comment. hic quod æqualitas dicitur dupliciter, videlicet secundum continentiam, & secundum commensurationem, æqualitas secundū continentiam est, quando aliquid continet aliud: neque maius, neque minus natus est continere præcisè, vt vas vnius quartæ dicitur æquale esse vni quartæ vini, quam potest recipere, & nequa plus, neque minus præcisè, & hæc æqualitas non requirit æqualitatem in omnibus dimensionibus, sed requirit æqualitatem solum secundum duas superficies. i. secundum concauam vltimam superficiem corporis continentis, & secundum superficiem extremam & conuexam corporis contenti, quoniam si aliquod vas sit omnino plenum vino undique est cum dans vinum, oportet, quod superficies concaua vasis sit æqualis superficiei conuexæ, uel extremæ uini, sed æqualitas secundum commensurationem est, quando duo æqualia habent mensuram communem, qua mensurantur. & secundum hoc dicitur corpus esse æquale corpori, & superficies superficiei. Vnde breuiter illa æqualitas. s. commensurationis est æqualitas secundum omnem dimensionem ipsorū æqualium, vt si duo corpora secundum commensurationē sunt æqualia,

A oportet, q sint æqualia secundum longitudinē, latitudinem, & profunditatem, & hoc est æqualitas proprie, & æqualitas sic accepta potest sic describi. Æqualitas secundum commensurationem est, qua superposita sibi inuicem in nulla dimensionē se excedunt, ita quod neutrum excedit aliud in aliqua dimensione; vnde hæc æqualitas, vt d. Com. non est vera de loco, nisi locus esset inane, idest vacuum, æqualitas igitur, quæ est propria loco est æqualitas secundum continentiam, & ex hoc concludit Com. d. quod ex hoc apparet manifeste, q sphęra secundum, q sphæra non est in loco simpliciter, nisi hoc accidat ei, sicut accidit sphæris cælestibus, quas continet alia sphęra extrinseca, hæc Com. & sic apparet, quod de ratione sphæræ non est, quod sit in loco per se, sed hoc accidit ei, quia accidit sibi, quod contineatur ab alia sphæra. Quartam rationem contra Quarta ratio contra Auempa.

Auempa. ponit Commen. ibi, ex hoc igitur apparet hoc, quod quandocunque primum motum, &c. quæ ratio est talis, locus comparatur ad locatum, sicut vas comparatur ad illud, quod est in vase, & hoc est primo notum de loco, quod collatio rei ad ipsum est, sicut collatio contenti ad contentum, sicut nos dicimus, quod aqua est in cypho, & non fit collatio totius ad partem, sed superficies conuexa, circa quam corpus sphericum mouetur, non comparatur ad corpus sphęricum motum,

B sicut vas ad illud, quod continetur in vase, sed magis, sicut pars comparatur ad totum, quoniam superficies conuexa circa quam corpus sphęricum mouetur non comparatur ad corpus sphæricum motum, sicut vas ad illud, quod continetur in vase, sed magis, sicut pars comparatur ad totum, quoniam superficies conuexa, circa quam corpus sphericum mouetur continetur a corpore sphærico. sicut pars continetur a suo toto; & non dicitur continens, nisi æquiuoce, igitur supremus orbis non est in superficie conuexa, circa quam mouetur, tanquam in loco per se. Vnde d. Commen. q de hoc demonstrat veritatem opi. Arist. & falsitatem eius, quod intendit Auempace. & impossibile est exponere verba. P. ita, quod diffinitio, quā induxit p. de loco, sit communis corpori simplici, & rotundo; His igitur opinionibus sic positis, & probatis, Commen. ponit opinionem propriam d. Nos autem dicimus, & postea ponit Opi. com.

opi. Alex. & improbat eam. Dicit igitur Commen. respondēs huic quæstioni. Nos autem dicimus, quoniam cum sit fixum secundum totum: necesse est, vt hoc modo sit quiescens, & quies est ei propter quietem centri, quod est terra, & terra est

C in loco essentialiter, ideo dicitur cælum esse in eodem loco, & non transmutatur ab eo per accidens. i. quia centrum eius est in loco essentialiter, & hoc est intentio sermonis Arist. d. q cælum est in loco per accidens & postea dicit, quod cælum supremum, de quo est quæstio, est motum, & quiescens in loco suo per accidens. i. propter centrum, quod est in loco essentialiter, hæc Com. In quibus verbis apparent quinque. primo enim Primū elicitum.

apparet, quod orbis supremus est quiescens ſm totum, quia non mutatur locum secundum subiectum, non. n. supremus orbis secundum se totum habet in vno tpe aliam distantiam aut propinquitatem ad centrum quam in alio tpe, quia sic mutaretur secundū subiectum cum secundū se totum appropinquaret magis ad centrum, quam prius, quod est falsum, vnde cum supremus orbis sit fixus ſm totum, oportet, q sit quiescens ſm totum, sic q non mutet locum ſm subiectum. nam sic haberet aliam distantiam ad centrum quam prius, quod est impossibile, hoc igitur est primum. s. q supremum cælum est quiescens ſm totum, modo quo dictum est. Secundo apparet, q ratione Secūdum.

eiusdem est cælum in loco, ratione, cuius est quiescens, ita q eadem est causa cælum essendi in loco, & quiescendi ſm totū, quamuis enim motus localis sit principium perscrutationis

D de loco, vt patuit prius in hoc tractatu, tamen ipsa quies est quodammodo finis, & perfectio motus. vt patebit in quinto huius, & ideo locus est magis attribuendus corporibus naturalibus propter quietem naturalem, quam propter motū, quia corpora naturalia non mouentur naturaliter ad sua loca naturalia, nisi vt possint quiescant in eis, & ideo eadem est causa quietis in loco, & causa essendi in loco, vnde quies est magis causa essendi in loco, quam motus. Tertio apparet, q centrū. quod est terra est in cælo causa quiescendi in loco ſm totum, Tertium.

& hoc dico quiete opposita motui locali ſm subiectū propter hoc enim supremum semper habet eandem distantiam ad centrum quod est terra, ideo supremum cælum dicitur esse quiescens ſm totum, quia ſm se totum eodem modo in æquali distātia semper se habet in cōparatione ad cētrum, qđ est terra, & sic per idem ex his apparet. Quartum. s. q cælum est in loco Quartum

per centrum quod est terra, & hoc sic, per illud est supremus

orbis in loco per quod est quiescens fixus, & immobilis eo modo, quo debetur sibi quies, quia sibi non debetur, nisi quies opposita motui locali secundum substantiam, vt videbitur in fine textus huius, sed quies, fixio, & immobilitas insunt supremo orbi per centrum, igitur supremus orbis est in loco per centrũ.

Quintũ. Quinto apparet, quod supremus orbis est in loco accidentaliter per centrum, quod est in loco essentialiter, & ad hoc inducit Comm. vnam rationem dicens sic, omne, quod inuenitur in alio per accidens inuenitur in eo propter aliquid habens ipsum per se, sed supremus orbis non est in loco, nisi per accidens, cum non habeat corpus extra ipsum continens, & ergo oportet, quod sit in loco per accidens propter aliquid, quod est in loco per se, & illud non est nisi centrum, quia non est in loco per partes, nec per superficiem conuexam orbis inferioris, &c. vt patet decurrendo per opiniones aliorum reprobatas, & sic apparet, quod suprema sphæra est in loco per accidens, quia est in loco per centrum, quod centrũ est in loco per se, & sic apparet ex prædictis, quod omne corpus est in loco, & quod corpus attribuitur loco tripliciter. s. per se, & per accidens, & secundum partem, & hoc sic intendebat phylosophus: sed qualiter supremus orbis sit in loco per accidens, videbitur in dubitationibus, domino præstante. Sed Commen. mouet super

Obiectio. hoc quæstionem. d. Sed quæritur super hoc, si corpus cæleste sit in loco per accidens, igitur mouetur per accidens, sed hoc est inconueniens, quia sicut declarabitur infra, corpus cæleste, de quo loquimur, est simpliciter primum mobilium, sed si mouetur per accidens, tunc illud, quod est per accidens erit prius illo, quod est per se, quod est impossibile. Ad hoc Commen. respondet dicens, quod illa, quæ mouentur per se, indigent aliquo quiescente, circa quod moueatur per accidens: vt vult

Solutio. Arist. lib. de motibus localibus animalium, & hoc quiescens forte erit locus per se quando fuerit continens rem motam: & forte erit locus per accidens, quando non fuerit continens rem motam in omnibus partibus. sicut est dispositio in corporibus cælestibus, igitur locum esse per se non est de necessitate essendi rem motam per se, sed dignius est, vt sit de necessitate essendi quietem naturaliter, quiescens enim quiescit propter similitudinem continentis, mouetur propter priuationem similitudinis inter ipsum, & continens: & hoc erit, quando mouetur in continente: & ideo causa motus eius, quod mouetur in continente, est extra naturam, & est rem motam esse extra suum vbi naturale, & hæc est dispositio corporum simplicium, quæ mouentur motu locali. s. quatuor elementorum, quod autem non mouetur in continente: sed circa quiescens aliquod tantum: est illud, cuius motus non est per accidens extrinsecum a natura, & hæc est dispositio corporis rotundi, & hoc quod accidit quibusdam corporibus cælestibus, scilicet, quod sunt in loco, quia continentur ab alijs: hoc est per accidens, secundum hoc igitur intelligendus est ille locus, vt mihi videtur, hæc Comment. Vnde ex illis ver-

Primũ notan. bis possunt quinque notari. Primo quod omne motum indiget aliquo quiescente, vt declaratum est in lib. de motibus animalium, & ratio huius est, quia si aliquid mouetur: oportet, quod se habeat aliter, quam prius. igitur quod sit aliquod quiescens respectu cuius se habeat aliter sic, quod sit, vel simpliciter quiescens, vel quiescens quiete opposita illi motui, ita quod non moueatur illo motu, vel non tanta velocitate, si enim aliquis moueretur versus sanctum Dionysium, & aliquis in sequeretur cum tanta velocitate, vt omnino æquali: neuter se haberet respectu alterius aliter, quam prius. Vnde illa propositio, videlicet omne motum indiget quiescente: potest habere triplicem intellectum. s. verum, vel quod indigeat simpliciter quiescente, vel quod indigeat aliquo quiescente quiete opposita illi motui, quo motum mouetur, vel quod quiescat a tanta velocitate, ita quod non mo-

Secundũ. ueatur tanto motu, vel tanta velocitate. Secundo est notandum, quod illud quiescens, quo res mota indiget, quandoque est eius locus per se, vt patet in his, quæ mouentur motu recto. illa enim, quæ mouentur motu recto naturaliter mouentur ad locum quiescentem quiete opposita illi motui, & quandoque illud quiescens est locus per accidens, vt quando locus non continet locatum ex omni parte, sicut est in corporibus cælestibus, illud enim quiescens, quo corpora cælestia indigent in suis motibus est centrum, quod est terra, & illud centrum est locus per accidens corporum cir-

Tertium. culariter motorum. Tertio est notandum, quod Commen. soluit dubitationem, qua dubitatur, quomodo potest esse, quod cælum per se moueatur, & tamen, quod non sit in loco

A nisi per accidens, & consistit solutio in hoc, quod motus localis per se non indiget loco per se, sed quies per se secundum locum indiget loco per se: vnde d. Commentat. quod locum esse per se, non est de necessitate essendi rem motam per se, sed dignius est, vt sit de necessitate essendi quietem naturaliter: hæc Comment. Certum enim est, quod locus naturalis attribuitur corporibus propter quietem naturalem magis, quam propter motum, vt dictum est supra, vnde breuiter ad formam dubitationis est respondendum secundum Cõmentat. quod quamuis supremus orbis moueatur per se motu locali, propter hoc non oportet, quod sit in loco per se, intelligendo per locum per se vltimum corporis continentis extra continens, sed qualiter hoc habeat veritatem, videbitur in dubitationibus. Notandum est quarto secundum Comment. quod de numero corporum quædam mouentur in

Quartũ. continente, vt quatuor elementa, & corpora mixta ex his, & quædam corpora non mouentur in continente, sed circa aliquod quiescens, vt corpora cælestia, unde de corporibus motis in continente dicit Cõment. quod tale corpus quiescens quiescit propter similitudinem continentis, & mouetur propter

B priuationem similitudinis inter ipsum & continens, & modicum post d. quod ideo causa motus eius, quod mouetur in continẽte, est extra naturam, & extra rem motam esse extra suum vbi naturale, sed de corporibus motis in non continente, id est, circa aliquid quiescens dicit Commen. quod motus eorum non est propter aliquod extrinsecum a natura. & hæc est dispositio corporis rotundi, quoniam corpora cælestia non acquirunt aliquam perfectionem nouam per suos motus, sed solum per suos motus conseruant perfectiones quas habent, vt

Quintũ. vult Comment. 12 meta. Quinto est notandum secundum Comment. quod corpus cæleste sit in loco per aliquod continens ipsum hoc accidit, vnde corpori rotundo accidit, quod contineatur ab aliquo, sed quod moueatur circa quiescens, hoc est, magis per se, & sic apparent verba Commen. & etiam intentio eius. Postmodum Commen. ponit, & reprobat opi-

Opinio Alexand. nionem Alexand. qui dicit, quod supremus orbis, scilicet sphæra stellarum fixarum non est in loco nec per se, nec per accidens, nec secundum totum, nec secundum partem & hoc probatur sic. Cælum supremum non est in loco, nisi eo modo, quo mouetur localiter, sed cælum supremum non mouetur, nec per se, nec per accidens, nec secundum totum, nec secun-

C dum partem. ergo supremum cælum nullo modo est in loco, & quod cælum non mouetur per se, patet, quia nec mouetur per se secundum totum, nec secundum partes, non secundum totum, quia nõ mutat locum secundum totum, nec etiam mouetur per se secundum partes, tum quia partes non sunt diuisæ a toto, & per se motum esse, est per se esse eos in actu: tum quia, totum est quiescens, & impossibile est, partes per se moueri quiescente toto. Item probat Alexand. quod cælum non mouetur per accidens, quia si sic, aut moueretur secundum totum per accidens, aut secundum partes, non secundum totũ, quia totum non mutat locum, nec secundum partes: quia, quod mouetur secundum partes, non mouetur per accidens secundum partes, nisi quia motus totius est per se, sed totum non mouetur per se. igitur, &c. Secundo probatur id sic. Partes cæli non sunt distinctæ, vel separatæ, nec in actu, neque in potẽtia, nunquam distinguuntur: sed illa, quæ mouentur per accidens, sunt distincta in potentia, vel in actu, & ideo propter illa Alexand. dixit precise, quod motus circularis non est translatio, id est, non est motus localis, & dixit, quod non est impossibile corpus esse in loco, quoniam locus non est corpus essen-

D tialiter, quia non accipitur in diffinitione corporis, neque corpus in diffinitione loci, & etiam, quia locus, qui est finis, est in continente non in contento, & ideo locus, quo corpus locatur, non est de essentia corporis, nec intrinsecum corpori locato, & ita potest corpus esse sine loco. Sed contra Alexand. ar-

Improbatio. guit Commen. d. quod quamuis ponatur, quod de necessitate corporis nõ est, quod sit in loco, tñ de necessitate motus est, vt sit in loco, aut per se, aut per accidens, quoniam cum sphæra non fuerit in loco per se, vel per accidens, non erit in loco, & cum fuerit in loco, quomodo igitur mouebitur localiter, nisi dicatur, quod locus non est de necessitate motus: & totum hoc est inopinabile, hæc Comment. Vnde breuiter ista est ratio, omne, quod mouetur localiter, est in loco, vel per se vel per accidens, sed suprema sphæra mouetur localiter, ergo suprema sphæra est in loco, vel per se, vel per accidens.

Vt

Vt autem dictum est, quædam in loco potentia sunt, quædam actu. Idcirco cum id, quod est similium partium continuum est, tum partes potentia sunt in loco. Sed cum sunt separatæ, atque vt in cumulo fit, se tangunt, tum in loco sunt actu.

Tex. c. 44. *Sicut autem dictum est: alia quidem sunt in loco secundum potentiam: alia vero secundum actum. Vnde cum quidem continuum sit: quod est similis partis: secundum potentiam in loco partes sunt: cum autem separata quidem sunt tangant autem se: sicut collectio secundum actum sunt.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus duos alios ponit modos essendi in loco, vt secundum potentiam, & secundum actum, & dicit, vt prius dictum est: aliqua sunt in loco secundum accidens, & aliqua secundum potentiam: vnde quando aliquid consimilium partium est omnino continuum in partibus, sicut est de aqua, & huiusmodi: cum continuatur in partibus, tunc sunt in loco in potentia, & non in actu: quia non sunt distinctæ abinuicem: sed quando sunt separata abinuicem, sicut multa grauia separantur abinuicem: tunc non sunt in loco actu, quia non continuantur adinuicem. Vnde habetur, quod partes continuatæ adinuicem, sunt in loco in potentia, sed cum sunt distinctæ abinuicem, sunt in loco actu, quia non continuantur abinuicem: siue etiam tangunt se, siue non. Notandum secundum Commenta. hic quod cum partes continui consimilium partium sunt continuatæ adinuicem sunt in loco in potentia, & sunt in eodem loco, in quo totum est in actu, & si partes cōsimilium partium diuidantur abinuicem, aut igitur sunt separatæ abinuicem, sic quod non contingant se, & tunc sunt in diuersis locis in actu, aut contingunt se, sic quod distant non secundum locum medium, & tunc sunt in vno loco actu, & tūc erit quasi medium inter illud, quod est in potentia pura, & illud, quod est in actu puro, quoniam lapides in aceruo nō sunt in loco, & ita, nec in actu, sicut lapides distātes abinuicem, nec sunt in loco in potentia pura, sicut partes continui, quæ continuantur adinuicem in ipso toto. (Notandū.)

Et rursus alia quidem per se, vt omne corpus, aut latione, aut accretione mobile per se alicubi est.

Tex. c. 45. *Et alia quidem per se sunt, vt omne corpus, aut secundum loci mutationem, aut augmentum mobile alicubi per se.*

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua Phyl. ponit duos alios modos essendi in loco. s. modos essendi in loco per se, vel per accidens, & continet duas particulas, quia in prima ponit phylosophus duos modos, siue diuisiones illorum modorum cum declaratione membrorum. In secunda ibi. [Et propter hæc omnia.] Concludit phylosophus vnam conclusionem, & remouet vnam dubitationem. In prima igitur particula huius partis phylosophus ponit talem diuisionem. s. quod de numero corporum, quædam sunt in loco per se, & quædam sunt in loco per accidens. vnde circa istos duos modos essendi in loco phylosophus primo ponit primū modum, siue primum membrum dictæ diuisionis. Secūdo ibi. [Alia vero non ēm accidens.] Ponit Phylosophus secundum modum, siue secundum membrum. Dicit igitur primo, quod alia sunt in loco per se, exemplificat, sicut omne corpus mobile motu recto, & omne corpus, quod potest augeri, vel minui est in loco per se, & hoc sic patet, quia omne tale corpus habet quoddam corpus extra continens ipsum.

Cælum autem, vt dictum est, alicubi totum, neque est vllo in loco: si nullum ipsum continet corpus. Sed quo mouetur: hoc & locus est partibus. Alia namque partium alij hæret.

Cælum autem, sicut dictum est, non est alicubi totum, neque in aliquo est. Siquidem nullum continet ipsum A *corpus. Secundum quod autem mouetur, sicut & locus est partibus. Altera enim ab altera habita partium est.*

HIc excludit cælum hoc modo esse in loco. d. quod sic acceptū esse in loco, cælum, siue accipiatur pro suprema sphæra, siue pro omnibus orbibus cælestibus, siue pro toto mundo, non est alicubi, nec in aliquo loco, quia non habet aliquid extra continens ipsum, quamuis partes cæli sint in loco per se. s. orbes inferiores, qui continentur ab orbibus superioribus, quoniam, quilibet orbis, qui continetur ab alio orbe, est in loco per se. Notandum secundum Comment. hic quod licet sphæræ contentæ sint in loco simpliciter, siue in loco per se, hoc tamen est eis per accidens: quoniam sphæra non est nata moueri in sphæra, & vniuersaliter in continente, & non est ita de illo, scilicet, quod mouetur motu recto. Mobilium enim quædam sunt in loco per se, & quædam sunt in loco per accidens, vt calores, & accidentia, quæ sunt in loco, quia subiectum eorum est in loco, & per hunc modum dicimus, quod cælum est in loco per accidens, scilicet, quia aliqua pars eius est in loco, scilicet, centrum & illorum, quæ sunt in loco, quædam sunt in loco per se, vt sunt illa, quæ mouentur motu recto, & quædam per accidens, vt sunt sphæræ cælestes contentæ, hæc Comment. Ex istis est notandum, quod quædam sunt in loco per se, & quædam sunt in loco per accidens, de numero eorum, quæ sunt in loco per se, quædam sunt per se in loco per se, & quædam sunt per accidens in loco per se: corpora mota motu recto sunt per se in loco per se, sed corpora mota circulariter, vt orbes inferiores sunt per accidens in loco per se, quia sunt in vltimo corporis continentis, tamen per accidens sunt in loco per se, quia accidit eis, quod sunt in loco per se, quia accidit eis, quod contineantur ab aliquo, quoniam ita bene posset sphæra moueri circulariter, si non contineretur ab aliquo, sicut si contineretur, sed non est sic de illis, quæ mouentur motu recto, quia nullo modo possent moueri motu recto, si non continerentur ab aliquo. (Notandū.) B

Alia vero per accidens, vt anima, atq; cælum. Omnes namq; partes quodammodo sunt in loco. C Circumquaque enim alia aliam continet Quapropter supremum quidem corpus versatur.

Alia vero secundum accidens, vt anima, & cælum: partes enim in loco quodammodo omnes sunt, in eo enim, quod circulariter sunt, continet alia aliā. Vnde mouetur circulariter solum, quod sursum est.

CVm posuit primum membrum diuisionis, seu primum modum. ponit secundum, & exemplificat de illo modo dicens, quod præter illa, quæ sunt per se in loco, quædam alia sunt, quæ sunt in loco per accidens, sicut anima, & cælum, quoniam anima per accidens est in loco, quia corpus eius est in loco, cælum vero est in loco per accidens, quia circulariter mouetur, & non habet aliquid extra continens ipsum, & sic est in loco per centrum quiescens, & sic per accidens. Notandum secundum Commen. quod isti sunt duo modi eius, quod est per accidens, scilicet, attribuere accidenti rei illud, quod attribuitur rei substantiæ, & attribuere toto, quod attribuitur parti. hæc Commen. Et per hoc videtur, quod Phylosophus hic per cælum intelligit totum mundum, quia centrum est pars totius mundi. Dico tamen, quod per cælum intelligit supremum orbem, & quod centrum habet modum partis respectu illius, quod continetur ab eo, sed non est pars secundum veritatem, sed habet modum partis. vt dictum est, & hoc intelligit Comment. & sic apparet, qualiter supremum cælum mouetur localiter per accidens, & non solum hoc est verum de supremo cælo, sed etiam de sphæris contentis, quæ mouentur circulariter circa medium, quod est centrum mundi, & ea ipsa, quod sic mouentur, sunt in loco per accidens, quamuis quælibet sphærarum contentarum sit in loco per se propter hoc, quod vna continet aliam, & quælibet illarum mouetur circulariter. vnde illud, quod sursum est, scilicet, vltra elementa, solum mouetur circulariter, & ideo ad hoc, quod moueatur, non requiritur, quod sit in loco per se, quamuis aliquid tale sic circulariter motum sit in loco per se, sed hoc accidit, vt dictum est. (Notandū.) D

Vniuersum

Vniuersum autem alicubi non est, & ipsum est aliquid. Quod enim alicubi est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habet, quod continet. At præter vniuersum, ac totum: nihil est extra.

Omne autem non alicubi est. Quod enim alicubi ipsum aliquid est: & adhuc aliquid oportet esse extra hoc, in quo quidem continet. Extra autem omne, & totum nihil est.

EX prædictis igitur concludit Phylosophus, quod totus mundus non est in loco per se, nec per accidens, & hæc
17. concl. huius lib. est decimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur primo quantum ad illam partem, scilicet, quod totus mundus non est in loco per accidens, & probatur sic, quia totus mundus secundum se totum non potest moueri motu recto, nec etiam motu circulari, quoniam quædam eius partes mouentur motu recto, & aliqua pars eius est quiescens, vt centrum mundi. sed illud non mouetur secundum motum, cuius aliquæ partes mouentur, & aliquæ quiescunt. igitur totus mundus non mouetur per accidens, & per consequens totus mundus non est in loco per accidens, quod autem etiam totus mundus non sit in loco per se probatur, quia omne, quod est in loco per se, habet aliquid extra continens, sed totus mundus non habet aliquid extra continens ipsum. ergo totus mundus non est in loco per se, & sic patet, quod totus mundus secundum se totum non est in loco, quamuis per partes suas aliquas sit in loco. quoniam omnia generabilia, & corruptibilia sunt in loco per se, sed totus mundus non est in loco per
Opinio Auic quã etiam vide 6. phy. c. 85. se, quia extra omne, & totum nihil est. Notandum quod Commen. narrat hic opinionem Auic. qui dixit, quod corpus celestu non est in loco, neque per se, neque per accidens, dixit enim, quod motus circularis non est motus localis, sed est motus in situ, & non est necessarium immotum secundum situm, vt motum sit in loco. Sed contra hoc arguit Commen.
Contra hoc primo. quadrupliciter. Primò, quia secundum Phylosophum quinto huius, motus non est, nisi in quantitate, qualitate, & vbi,
Secundo. & per consequens non est in situ. Secundò arguit sic. locus est prior situ, & accipitur in eius diffinitione. igitur non est possibile, quod sit motus secundum situm, & secundum locum.
Tertio. Tertiò, quia manifestum est, quod motus sphæræ est motus localis, & hoc manifeste apparet in partibus. quoniam partes mutant locum, tota vero sphæra non mutat locum, vt existi-
Quarto. matur. Quartò, quia Phylosophus sexto huius versus finem dicit, quod cælum mutat locum secundum formam, & non secundum subiectum, & qualiter hoc sit verum declarat Commen. vt videbitur sexto huius.

Et propterea omnia sunt in cælo: forsitan enim cælum est vniuersum.

Tex. c. 46. *Et propter hoc omnia in cælo sunt. Cælum enim quidem omne fortassis est.*

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus concludit vnam conclusionem, & remouet vnam dubitationem. conclusio
18. concl. huius lib. igitur est ista s. quod omnia sunt in cælo, & hæc est decimaoctaua conclusio huius libri, quæ ex præcedentibus probatur sic. Omnia sunt in toto, & totum est in cælo. ergo omnia sunt in cælo. hæc conclusio sic intelligenda, videlicet, quod omnia sunt in cælo, sic quod extra cælum nihil est, vel dicimus, quod hic sit distributio accommodata, quia non fit distributio pro cælo, sed pro omnibus aliis, & eodem modo potest intelligi maior, potest tamen maior probari sic. omnia sunt partes totius mundi, & partes sunt in toto. igitur omnia sunt in toto. minor patet, quia extra cælum non est aliquod corpus omnino, vt declarabitur in libro cæli, & mundi.

Est autem locus non ipsum cælum: sed aliquid eius, vltimus inquam finis quiescens, quo corpus mobile tangit. Et idcirco terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere, & æther in cælo est collocatus,

A Ipsum vero cælum nullo in alio corpore est vlterius collocatum.

Est autem locus non cælum: sed cæli quoddam vltimum, & tangens mobilis corporis terminus quiescens: & propter hoc quidem terra in aqua. hæc vero in aere: hic autem in æthere. Aether vero in cælo: cælum autem non amplius in alio.

HIc Phylosophus remouet quoddam dubium, quod oritur ex prædictis. nam dictum est, quod omnia sunt in cælo. ex hoc posset aliquis credere, quod corpus cæleste est locus illorum corporum generabilium, & corruptibilium. hoc remouet Phylos. d. quod cælum non est locus, sed cæli vltimum continens, & intendit per vltimum continens concauum orbis Lunæ, quod continet ignem, & tangit mobile motu recto, & est terminus quiescens, quia concauum orbis Lunæ non transfertur de loco ad locum, ex quo concludit, quòd
B quia concauum orbis Lunæ est locus ignis, propter hoc terra est in aqua, in quod in vltimo aquæ, & aqua in aere, & aer in æthere, idest, in igne, & ignis in cælo, cælum autem non
Primum dubium. amplius in alio est. Circa illam partem quæro primo, verum suprema sphæra est in loco per accidens. Et videtur, quod nõ, quia sequitur, suprema sphæra est in loco per accidens. ergo suprema sphæra est in vltimo corporis continentis per accidens. consequens est falsum, quia suprema sphæra, nec habet continens per se, neque per accidens. consequentia probatur, quia de quocunque dicitur diffinitum cum aliqua determinatione, de eodem dicitur sua diffinitio cum eadem determinatione. igitur, vt aliquid sit in loco per accidens. requiritur, quod
Secundũ. illud sit in vltimo corporis continentis per accidens. Item omne, quod per se mouetur in loco, est per se in loco. hoc patet, quia moueri præsupponit esse, sed suprema sphæra moue-
Tertium. tur per se, cum sit primum omnium mobilium. ergo suprema sphæra est per se in loco. Item quod habet vbi per se, habet etiam locum per se, cum vbi sit ea circumspectione loci, vt patet per auctorem sex princ. sed suprema sphæra habet per se vbi, quia per se mouetur secundum vbi, vt omnes concedunt.
C ergo suprema sphæra est, in loco per se. In oppositum est hic
Ad dubitationẽ. Commen. Ad istam dubitationem breuiter dico, quod duplex est locus, scilicet, locus per se, & locus per accidens, locus per se corporis est vltimum corporis. locus vero per accidens alicuius corporis est corpus quiescens. circa quod corpus, cuius dicitur esse locus, mouetur vltimum corporis continentis, dicitur esse locus per se. quia vt in pluribus, & secundum famositatem est locus, sed corpus quiescens, circa quod corpus sphæricum mouetur, dicitur esse locus per accidens, quia nomen loci non competit sibi proprie, nec secundum vsum, nec secundum famositatem, & quod oportet distinguere de loco, patet per Commen. commento 43. huius quarti dicit, quod impossibile est exponere verba Arist. ita, quod diffinitio, quam induxit de loco sit communis corpori simplici, & rotundo. hæc Commẽ. & sic apparet, quòd nullo modo possu dici quod suprema sphæra sit in loco accipiendo locum, prout hic diffinitur ab Arist. oportet igitur alio modo accipere locum, si debeamus diffinire, vel dicere, quod suprema sphæra sit in loco, & propter hoc, vt possit saluari, quod suprema sphæra sit in loco, oportet distinguere de loco, & ideo præmisi distinctionem illam de loco, scilicet, quod quidam est locus per se, & quidam est
D locus per accidens, locus per se vltimum corporis continentis, locus vero per accidens est corpus quiescens, circa quòd corpus sphæricum mouetur. Secundo dico, quod cum dicimus aliquid esse in loco. hæc præpositio in, potest dicere circumstantiam contenti ad continens, ita quod illud quod est in loco, continetur a loco, vel potest dicere circumstantiam continentis ad contentum, ita quod illud dicatur esse in loco, quod continet illum locum, & mouetur circa illum locum, illud autem, quod est in loco per se, est in loco secundum, quod ly in. dicit circumstantiam contenti ad continens, quia quod est in loco per se continetur a loco, sed illud, quod est in loco per accidens, est in loco secundum quod ly in. dicit circumstantiam continentis ad contentum: quoniam illud, quod est in loco per accidens, continet illum locum, & mouetur circa illum. Vnde esse in loco per se, est esse in loco continente, sed esse in loco per accidens, est esse in loco contento. Tertio dico, quod cum aliquid dicitur esse per se, vel per accidens in loco, illæ determinationes, videlicet, per se, & per accidens possunt referri ad verbum, vel ad locum. ad

verbum

verbum sic. hoc per se, vel per accidens est in loco. ad locum sic, iotelligendo, quod hæc sunt in loco per se, vel per accidens. Vnde multum refert dicere aliquid per se esse in loco, & dicere aliquid esse in loco per se. His præmissis dico quarto, quod de numero corporum quædam per se sunt in loco per se, & quædam in loco per accidens sunt in loco per se, & quædam per se sunt in loco per accidens, & quoddam corpus, nec per se, neque per accidens est in loco per se, vel per accidens: omnia enim hæc patent hic per Phylosophum, & Comment. Exemplum primi, vt corpora mota motu recto, vt grauia, & leuia sunt per se in loco per se; quia sunt in vltimo corporis contioentis, & sic sunt per se in loco per se primo, vt dicit hic Commen. commento 26. Dicit enim quod illorum, quæ sunt in loco vero, hoc est in loco per se quædam sunt per se, vt sunt illa, quæ mouentur motu recto. Et sic patet, quod quædam sunt per se in loco per se, vt patet illa, quæ mouentur motu recto, vt sunt grauia, & leuia. Exemplum secundi, scilicet, qualiter est aliquid per accidens in loco per se, quoniam sphæræ contentæ ab aliis sphæris sunt in loco per se, sed hoc accidit eis, & sic sunt per accidēs in loco per se, & hoc est, quod dicit Commen. in commento præallegato, scilicet, 44. vbi dicit, quod licet sphæræ contentæ sint in loco simpliciter, hoc est in loco per se, hoc est eis per accidens, quoniam sphæra nō est innata moueri io sphæra, & vniuersaliter io continente. hæc Commen. Vnde si sphæra non contineretur ab alia sphæra, nihilominus posset moueri, & ita accidit sphæræ, quod contineatur ab alia sphæra, & sic patet, quod aliquid est per accidēs in loco per se. Exemplum tertij, scilicet, quomodo aliquid est per se in loco per accidens. nam suprema sphæra, & etiā quilibet orbis inferior est in loco per accidens, quia mouetur circa centrum, quod est locus per accidens, tamen hoc competit per se corpori rotundo, quod mouetur circa quiescens, & ideo dico, quod suprema sphæra, & aliæ sphæræ cælestes sunt per se in loco per accidens, quia per se mouentur circa centrū, quod quidem centrum est locus per accidens, vt dictum est, & hoc innuit Commen. hic commento 43. huius quarti. Exemplum quarti, vt scilicet, quomodo aliquod corpus, nec per se, nec per accidens est in loco per se, vel per accidens, quoniam totus mūdus aggregatus ex toto mundo inferiori ex omnibus sphæris cælestibus non est secundum se totum, neque per se, neque per accidens in loco per se, vel per accidens, sicut Phyl. declarat in textu. His igitur visis breuiter est dicendum ad istam dubitationem, quando quæritur. vtrum suprema sphæra sit in loco per accidens. Dico, quod illud est multiplex secundum amphibologiam ex eo, quod ista determinatio per accidens potest determinare hoc verbum est, vel locum. primo modo sensus est ille, quod suprema sphæra per accideos est in loco per accidens, & ille sensus est falsus. Secundus sensus est, quod suprema sphæra est in loco per accidens, hoc est circa locum, qui locus dicitur locus per accidens, & cui competit per accidens, & impropriè hoc nomē locus, & in illo sensu dico, quod illa est vera, scilicet, suprema sphæra est in loco per accideos, & non solum dico, quod suprema sphæra est in loco per accidēs, sed dico, quod suprema sphæra est per se io loco per accidens, vt dictum est supra, & ista videntur esse de intentione Comment. nec video qualiter posset concedi, quod suprema sphæra sit in loco per accidens loquendo de loco secundum quod diffinitur hoc a Phylosopho, quoniam ista est omoino falsa, scilicet, quod supremum cælum sit in vltimo corporis per accidens. vnde accipiendo locum prout hic diffinitur. dico, quod suprema sphæra nullo modo est in loco, & hoc dicit hic Cōmen. expresse. Ad rationes vero principales ad primā, quando dicitur, quod si cælum sit in loco per accidens. igitur est in vltimo corporis continentis per accideos. dico, quod bene sequitur accipiendo locum secundum quod hic diffinitur, sed sic noo accipitur locus, cum dicitur, quod cælum est in loco per accidens, sed accipitur hic locus per accidēs pro corpore quiescente, circa quod mouetur corpus sphæricum. Ad secundum quando dicitur, quod suprema sphæra per se mouetur secundum locum. dico, quod verum est, & ideo dico, quod est per se in loco, sed non est per se in loco per se, sed est per se in loco per accidens. vnde concedo, quod omne, quod per se mouetur in loco est in loco per se, nō tamen omne, quod per se mouet in loco est per se in loco per se. Ad tertium cum dicitur, quod vbi causatur a loco, & ideo vbi per se in loco per se. dico, quod a loco per accidens, & impropriè dicto potest causari vbi per se, vel posset dici quod cælum habet vbi per accidens, sed hoc competit sibi per se, scilicet, habere vbi per accidens. Sed circa istum modum dicendi occurrunt multa dubia. primò: quia non videtur verum, quod suprema sphæra sit in loco per accidens, scilicet, per centrum, quia illud, quod est in loco per alterum, est in eodem loco, in quo est illud alterum; vt anima, quæ est in loco per corpus, est in eodem loco, in quo est corpus. si igitur suprema sphæra esset in loco per centrum, quod est terra, sequeretur, quod suprema sphæra esset in eodem loco, in quo est terra, & sic suprema sphæra esset in concauo aquæ tanquam in loco, quod non conceditur. Hoc confirmatur per Commen. sic. Omne, quod inuenitur in aliquo per accidens inuenitur in eo per aliquid habens illud per se. igitur si suprema sphæra sit in loco per accidens, oportet, quod aliquid sit in illo loco per se, & ille locus, in quo cælum est per se accidens est locus alicuius alterius per se, & non nisi terræ. ergo cælum est per accidens in loco terræ, quod non est verum. Item supposito, quod centrum moueatur circulariter, sicut cælum mouetur circulariter: nihilominus cælum esset in loco, quia localiter moueretur, sed si centrum moueretur localiter, cælum non esset in loco per centrum, quia non est in loco per centrum, nisi, quia mouetur circa centrum quiescens. ergo cælum nunc noo est de facto in loco per centrum. Item quod est per accidens potest non esse. igitur si cælum sit in loco per accidens, sequitur, quod omnino cælum potest non esse in loco, per consequens cælum posset nō moueri, secundum locum. Item omne, quod est omnibus aliis locatis causa essendi per se in loco, illud non est in loco per accidens, quoniam per accidens non est causa eius, quod est per se, vt patet secundo huius, sed ipsum cælum est in loco, & est causa omnibus aliis essendi in loco, sicut enim cælum est causa omnium aliorum locatorum quantum ad suas substantias, ita est causa omnium proprietatum naturalium, quæ conueniunt eis per se. Hoc confirmatur, quia primum in vno quoque genere est maxime tale, ut patet secundo metaphysicæ, sed cælum est primum in genere locatorum, igitur est maxime locatum, & per consequens cælum non est in loco per accidens. Pro istis rationibus est intelligendum, quod aliquid dicitur tale per se, uel per accidens dupliciter, uidelicet, uel secundum communem acceptionem, & ut frequentius accipitur, ita quod illud dicatur per se tale, quod secundum communiorem acceptionem est, ut in pluribus tale. Et illud dicatur per accidens tale, quod minus communiter, & in paucioribus reperitur, & per se, & per accidens isto modo dicuntur secundum acceptionem nominis. Alio modo dicuntur per se, & per accidens ex natura rei, ita quod illud dicatur tale per se, quod est tale per suam naturam, & non per aliud, & quod illud dicatur per accidens tale, quod per aliud est tale. Dico igitur, quod ultimum corporis continentis dicitur locus per se, quia ultimum corporis continentis dicitur locus secundum communem acceptionem, & vt in pluribus, quia omne corpus præter supremam sphæram dicitur esse in loco sicut in ultimo corporis continentis, sed suprema sphæra dicitur esse in loco solum per centrum, quod est terra, & sic ultimum corporis contioentis secundum acceptionem nominis, & ut in pluribus utimur hoc nomine, locus est locus per se, & centrum quantum ad acceptionem, & usum nominis dicitur esse locus per accidens, & impropriè, non quantum ex natura sua, sed centrum ex natura sua est locus per se, & non per aliud est locus eo modo quo est locus. Ad primam igitur rationem in contrarium, quando dicitur, quod illud, quod est in loco per alterum, &c. dico, quod non est uniuersaliter uerum, immo sicut dicit Comment. hic, sunt duo modi eius, quod est per accidens, scilicet, attribuere accidenti rei illud, quod attribuitur rei, & sic est uerum, quod illud, quod est in loco per accidens, siue per alterum est in eodem loco in quo est alterum. Alio modo attribuitur rei aliquid per accidens cum attribuitur toti illud, quod attribuitur parti, uel alicui se habenti per modum partis, & illo modo loquendo dico, quod non oportet, quod illud, quod est in loco per alterum sit in eodem loco in quo est illud alterum. vnde suprema sphæra est in loco, per alterum, scilicet, per centrum, quod est terra, tamen non est in loco terræ. vnde locus terræ non est locus per accidens cæli: sed centrum, quod est terra est locus per accidens cæli. Et ad confirmationem, quando dicitur, quod omne, quod inuenitur io alio per accidens inuenitur io eo, propter aliquid habens aliud per se. dico, quod illa propositio de uirtute sermonis non est uniuersaliter uera, quoniam accidentia per accidens, ut currere, & sedere inueniuntur in aliquo per accidens, & in nullo inueniuntur per se: talia enim accidentia non habent substantiā propriā, quibus positis necessario est

ponere

Marginal notes (left column): Quot modis aliquid potest esse in loco per se, & per accidens. — Exemplū primi. — Exemplū secundi. — Exemplū tertij. — Exemplū quarti. — Solutio du. — Ad primum. — Ad secundum. — Ad tertiū.

Marginal notes (right column): Primum dubium. — Cōfirma. huius. — Secundū. — Tertium. — Quartū. — Cōfirma. hui⁹ quarti. Tex. cō. 4. — Ad cōfir.

ponere illa accidentia, quia si sic ad destructionem cuiuslibet accidentis sequeretur destructio substantiæ, quod est inconueniens. dico igitur, quod illa auctoritas Commentatoris est sic intelligenda, scilicet, quod omne, quod inuenitur in aliquo per accidens, hoc est impropriè, & non solum secundum communem modum loquendi, inuenitur in eo per aliquid habens illud propriè, & secundum communem vsum loquendi, quod nomen transfertur ab eo, cui conuenit secundum vsum, & vt in pluribus ad aliquid, cui conuenit impropriè, & in paucioribus, & sic hoc nomen locus transfertur ab vltimo corporis continentis, cui communiter conuenit secundum vsum paucioribus. Et illa transumptio fit propter similitudinem inter illud, in quo transfertur, & illud ad quod transfertur, & est similitudo quantum ad hoc quod sicut vltimum corporis continentis naturaliter habet quietare locatum, & immobilitare ipsum, ita centrum, quod est terra habet quietare, & immobilitare cælum, quoniam cælum habet quietem, & immobilitatem a centro, quod est terra, sicut dictum est prius.

Ad secundum. Ad secundam rationem, quando dicitur, quod si terra moueretur circulariter, adhuc cælum esset in loco sicut nunc est. concedo. Et quando dicitur, quod non est in loco per centrum: nisi quia centrum quiescit, dico quod est in loco per centrum, siue centrum quiescat siue non: & hoc ideo, quia cælum sic se habet, quod si centrum quiesceret in medio partes cæli aliter, & aliter se haberent successiue respectum partium centri: & ideo dico, quod quamuis de facto cælum sit in loco per centrum actu quiescens: tamen posito, quod centrum moueretur: adhuc cælum esset in loco per centrum, quia sic se haberet cælum, quod si centrum quiesceret partes cæli se haberent aliter respectu partium centri quam prius.

Alia solutio. Vel posset dici, quod si terra moueretur circulariter tanta velocitate quanta cælum mouetur: tunc cælum esset in loco per centrum simpliciter indiuisibile totius mundi. quia respectu illius partes se haberent aliter quam prius. veruntamen secundum intentionem Phylosophi est dicendum, quod impossibile est centrum moueri circulariter: omnes enim dij non possunt mouere terram, vt dicitur libro de motibus animalium.

Ad tertiũ. Ad aliud, quando dicitur, quod est per accidens potest non esse. Dico, quod verum est distinguendo per accidens contra necessarium, tamen non oportet, quod illud, quod est per accidens, vt distinguitur contra per se, vel contra primo, possit non esse. Dico etiam, quod ratio ista non est ad propositum, quia non dixit, quod cælum per accidens est in loco per accidens: sed dixit, quod cælum per se est in loco per accidens, hoc est in illo, vel circa illud, cui hoc nomen locus competit impropriè, & transumptiuè, vt dictum est.

Ad quartum. Ad aliud quando dicitur, quod omnia alia locata sunt in loco per cælum. Dico, quod verum est: & ideo dico, quod cælum est per se in loco, sed non est per se in loco per se: sed est per se in loco per accidens, scilicet, in loco impropriè, & minus consuetè dicto, & sic possum dicere, quod cælum est primo locatum, & tamen non est locatum, nisi in loco per accidens: hoc tamen competit ei primo.

Replica. Si vero dicatur contra hoc: quia videtur quod hoc sit oppositum in adiecto, videlicet, quod sit per se locatum in loco per accidens, quia per se, & per accidens sunt opposita.

Solutio. Dico, quod est oppositum in adiecto, quia per se, & per accidens referuntur ad diuersa: quoniam per se refertur ad hoc verbum est. per accidens vero refertur ad locum, sed si referrentur ad idem, tunc esset oppositũ in adiecto, sed non est ita.

Secundo dubitatur multipl. Secundo circa illud cap. quæro vtrum locus naturalis terræ sit superficies concaua totius aquæ, & sic de aliis elementis, vtrum, scilicet, locus naturalis cuiuslibet elementi sit superficies concaua corporis locantis, & continentis ipsum.

Primum dubium. Et videtur, quod non: quia ille locus non est locus naturalis alicuius corporis, a quo illud corpus non prohibitum, sed suæ naturæ derelictum, naturaliter recedit, seu mouetur: sed terra non prohibita existens in superficie concaua aquæ mouetur, & recedit naturaliter ab illa superficie. ergo illa superficies non est locus naturalis terræ. maior patet: quia per Phylosophum hæc est vna conditio naturalis, scilicet, vt illud ad quod locatum non impeditum naturaliter mouetur, per consequens non mouetur, nec recedit naturaliter ab eo. minor patet, quia si terra esset perforata, & vna gleba terræ poneretur in superficie aquæ, illa terra descenderet, & moueretur a superficie aquæ, & per consequens superficies aquæ non est locus naturalis terræ: quia terra non prohibita non mouetur naturaliter ad illam: immo recedit, & mouetur naturaliter ab illa.

Cõfirmatur. Hæc ratio confirmatur per Phylosophum Tractatu de infinito. Idem numero est locus na-

A turalis totius, & partis. cum igitur superficies concaua totius aquæ non sit locus naturalis, vt patet, vnius glebæ: sequitur quod superficies concaua totius aquæ non est locus naturalis totius terræ.

Secundũ. Item locus naturalis, & proprius est naturaliter circundare locatum, vt patet, quia de ratione loci est circundare locatum vndique, vt dictum est superius: sed superficies concaua aquæ non circundat totam terram, ergo superficies concaua aquæ non est locus naturalis totius terræ.

Tertium. Item: sicut leue simpliciter se habet ad locum simpliciter sursum: ita se habet graue simpliciter ad locum simpliciter deorsum: sed leue simpliciter est in loco simpliciter sursum: vt ignis in concauo orbis Lunæ. igitur simpliciter graue debet esse in loco simpliciter deorsum: sed terra est simpliciter grauis, vt patet quarto cæli. & centrum mundi est simpliciter deorsum: cum maximè distet a cælo, & superficies aquæ non est simpliciter deorsum. igitur locus naturalis terræ non est superficies aquæ: sed magis debet esse centrum mundi.

Quartum. Item ignis continetur immediatè ab orbe Lunæ: sed superficies concaua orbis Lunæ non est locus naturalis ignis: quia ignis mouetur in ipsa. igitur non videtur, quod superficies concaua orbis Lunæ continentis sit locus natura-

B lis corporis elementaris. minor probatur, quia ignis mouetur in superficie concaua orbis Lunæ, sed locatum non mouetur in suo loco naturali, sed quiescit in eo, quia non mouetur ad ipsum locum, nisi vt quiescat in eo: cum quiescere sit perfectio motus eorum. In oppositum est Phylosophus hic, qui loquitur de locis naturalibus elementorum di. sic. Terra est in aqua: aqua in aere, aer in æthere, idest, in igne, æther in cælo: cælum autem non amplius in alio.

Prima distin. Ad istam igitur quæstionem dico præmittendo quasdam distinctiones. Primo, quod locus naturalis elementi est duplex, idest, locus quo: & locus qui, scilicet, locat: locus quo, scilicet, corpus locatum est illud per respectum ad quod dicitur elementum, vel corpus in suo loco naturali esse: quamuis illud non contineat, nec circundet locatum, sed locus, qui est vltimum corporis continentis, locus igitur quo cuiuslibet elementi, est centrum totius mundi: quia nullum elementum est in loco suo naturali, nisi centrum eius sit centrum totius mundi, vt patet per phylosophum in li. cæli. & mundi. locus autem qui, scilicet locans, est duplex, vt locus per se, & locus per accidens: locus per se est locus, qui secundum quod hu-

C iusmodi locat: ita quod corpus elementare semper mouetur ad illum vbicunque situetur, sicut ferrum mouetur ad magnetem: locus qui locat, & continet per accidens, est locus, qui de facto continet, & circundat corpus in hoc situ. ad quam locum existentem in hoc situ corpus naturaliter mouetur, sed si esset in alio situ non moueretur ad ipsum naturaliter secundum quod patebit posterius. Istæ igitur sunt duæ distinctiones. Prima, quod locus naturalis est duplex, scilicet, quo, & qui.

Secunda distin. Secunda distinctio est, quod locus naturalis qui, scilicet, locat est duplex, videlicet, per se, & per accidens.

Tertia distin. Tertia vero distinctio accipitur ex parte elementorum locatorum, quæ talis est, quod de numero locatorum elementorum, quidam magis sunt in loco naturali per centrum suum, quam per suam circumferentiam, vt omnia elementa, quæ sunt magis grauia, quam leuia, & quædam magis sunt in loco per circumferentiam, quam per centrum, vt elementa, quæ sunt magis leuia, quam grauia. His præmissis ad quæstionem dico tria.

Notabile primum. Primo, quod locus naturalis quo quodlibet elementum est in loco: est centrum mundi, hoc probatur sic. Illud est locus quo: quo quodlibet elementum est in loco naturali per respectum ad quod quodli-

D bet dicitur esse, vel non esse in suo loco naturali, vt satis patet, quia illud est origo, & regula per quam cognoscitur vtrum aliquod elementum sit in loco suo naturali, vel non, sed respectu ad centrum mundi vnumquodque elementum dicitur esse, vel non esse in loco suo naturali. nam si centrum mundi sit centrum eius: tunc illud elementum est in loco suo naturali: sed si centrum mundi non sit centrum eius: tunc illud elementum non est in loco suo naturali. ergo centrum mundi est locus quo quodlibet elementum est in loco suo naturali. maior est manifesta. & minor patet per Phylosophum secundo cæli, & mundi. Terra non est in loco suo naturali, nisi eius medium sit medium totius mundi, & hoc demonstrat Phylosophus euidenter, sed cum aqua naturaliter habeat circundare terram vndique: aqua non est in loco suo naturali nisi idem sit centrum eius cum centro mundi: quoniam corporum rotundæ figuræ, quorum vnum continet aliud æqualiter ex omni parte, est idem centrum, vt

patet

A patet cuilibet intelligenti: & qua ratione idem est centrum terræ, & centrum aquæ, eadem ratione est centrum omnium elementorum. cum igitur centrum totius mundi sit locus, quo terra est in loco naturali: sequitur, quod centrum totius mundi est locus, quo quodlibet corpus elementale est in suo loco naturali, &c. Et si dicatur, quod cum centrum sit indiuisibile, cum non debet dici locus.

Repli.

Dico, quod Phylosophus, & Commenta. in hoc quarto, & in secundo cæli vocant centrum locum cæli, & elementorum, & certum apud me est, quod ipsi loquuntur de centro mathematico omnino indiuisibili: quia si loquerentur de centro naturali diuisibili quærendum esset quomodo, & per quid illud esset in loco suo naturali, & si illud per quod esset diuisibile quærendum esset de illo sicut prius, & procederetur in infinitum, nec possemus certificari de terra, quando, scilicet, esset in suo loco naturali, & quando non. Et dico, quod centrum mundi simpliciter indiuisibile est illud, quo terra est in suo naturali loco, & est mensura per quam scitur utrum terra sit in suo loco naturali, vel non: & per consequens centrum indiuisibile mundi est illud, quo omnia elementa sunt in locis suis naturalibus: quoniam nullum elementum in loco suo naturali, nisi centrum eius sit centrum mundi.

Ad replicam.

Ad argumentum igitur cum dicitur, quod centrum est indiuisibile. & locus nullus est indiuisibilis. Dicendum est, quod locus dicitur multipliciter, vt dictum est supra. Vnde accipiendo locum proprie secundum, quod Phylosophus loquitur hic de cælo cum diffinit locum. Dico, quod sic loquendo verum est, quod nullus locus est indiuisibilis, tamen accipiendo locum pro illo, quo corpora naturalia, & præcipue elementa dicuntur esse in locis suis, qui locus potest dici signum, vel mensura loci naturalis proprie dicti, sic dico, quod simpliciter indiuisibile potest dici locus. vnde breuiter indiuisibile est locus quo, sed non est locus, qui, scilicet, locat, & circundat:

Notabile secundũ.

Secundo dico, quod superficies concaua totius aquæ: non est locus naturalis per se ipsius terræ, & hoc probo sic. Illud non est locus per se naturalis terræ, ad quod secundum, quod huiusmodi non mouetur terra existens extra illud non prohibita. hoc patet, quia corpora naturalia existentia extra sua loca naturalia naturaliter mouentur ad illa vbicumque fuerint, si non fuerint prohibita, seu impedita, sed terra existens extra superficiem concauam aquæ non mouetur ad superficiem concauam aquæ, vbicumque superficies illa fuerit, quoniam si terra esset in medio mundi, & aqua esset in sphæra Lunæ, vel in loco ignis, certum est, quod terra non moueretur ad superficiem aquæ ibi existentem, & propter hoc superficies aquæ non est locus naturalis per se ipsius terræ, & hæc est intentio Commenta. comment. vigesimoquarto huius capituli, vbi dicit, quod graue quærit hunc finem secundum quod est medium totius, & non secundum quod est finis aquæ. Et si non esset ita, tunc terra moueretur ad aquam vbicumque fuerit finis eius, sicut ferrum mouetur ad magnetem vbicunque fuerit. sed hoc non fenit de aqua. hæc Comment. Dico igitur, quod vltimum aquæ non est per se locus naturalis terræ, nec eadem ratione est vltimum aeris locus naturalis aquæ. Et si quæratur, quis igitur est locus naturalis terræ per se loquendo de loco locante, & circumscribente. dico, quod locus naturalis per se ipsius terræ est vltimum aquę secundum quod aqua est in tali situ, & in tali distantia ad orbem, locus enim naturalis plus dicit, quam vltimum corporis continentis, quia vltra vltimum corporis continentis addit virtutem conseruatiuam locati existentis in corpore locante, & ideo si aer esset in loco totius aquæ, vltimum aeris esset locus naturalis terræ, quia aer existens in tali situ haberet virtutem conseruandi terram.

Notabile tertium.

Tertiò dico, quod quamuis omnia elementa sint in suis locis naturalibus per centrum, & superficiem corporis continentis, tamen quædam elementa, vt elementa grauia magis sunt in locis suis naturalibus per centrum, quā ꝑ superficiem corporis continentis, & quædam econuerso, ut elementa leuia, quæ sunt magis in locis suis naturaliter per superficiem corporis continentis quam per centrum. Primum arguitur sic, quoniam illud corpus est magis in loco per centrum, quam per superficiē continentis, quod semper naturaliter quiescit, quando medium eius est centrum mundi, sed terra, & aqua quæ sunt elementa grauia sic se habent, quod semper quiescunt naturaliter in locis suis, quando centrum mundi est centrum eorum. aliter non quiescerent naturaliter qualitercumque se habeant ad superficiem continentis. ergo corpora grauia magis sunt in locis suis naturalibus per centrum quam per superficiem corporis continentis. Secundo arguitur, quia elementa leuia sunt magis in locis suis naturalibus per superficiem continentis, quam per centrum. illud patet, quia illud corpus est magis in loco naturaliter per superficiem continentis quam per centrum, quod separatum in actu existens non est in loco suo naturaliter, nisi contiguetur toti superficiei concauæ corporis continentis, quantumcumque idem sit medium, vel centrum eius, & totius mundi, sed sic est de igne existente in actu separato, quoniam si accipiamus vnum ignem in actu non contiguum toti superficiei concauæ orbi, Lunæ, quamuis centrum eius sit centrum mundi. iste ignis mouebitur naturaliter applicãdo se toti orbi, nec esset in suo loco naturaliter, nisi superficies sua conuexa applicaretur toti superficiei concauæ orbis Lunæ, & de aere respectu ignis idem est, & hoc si aer sit magis leuis, quam grauis in loco suo naturali, sed vtrum aer sit magis grauis, quam leuis in loco suo naturali, vel econuerso. hoc habet videri super quarto cæli, & mundi. Vnde quamuis omnia elementa sint in locis suis naturalibus tam per superficiem, quam etiam per centrum, tamen quædam magis naturaliter sunt in suis locis per superficiem, quam per centrum, & quædam econuerso, vt dictum est. Et sic apparet, quid sit dicendum ad formam quæstionis, scilicet, quod vltimum corporis continentis est locus

B naturalis, qui locat illud elementum sed hoc non est per se, scilicet, secundum quod est vltimum talis corporis, sed secundum, quod est in tali, vel in tali situ, vel distantia ad orbem. Dico tamen, quod talis, vel tanta distantia ad orbem non est de ratione loci absolute, est tamen de ratione loci naturalis inquantum est locus naturalis corporis, locus tamen quo, est idem quòd centrum mundi, vt patet ex præcedentibus.

Ad primã.

Ad primam rationem quando dicitur, quod ille non est locus naturalis alicuius corporis, a quo illud corpus naturaliter recedit, & ad quod non naturaliter mouetur. Dico, quod verum est de loco naturali, a quo locatum primo, & principaliter habet, quod sit in eo naturaliter, de illo loco dico, quod verum est, & ideo terra non est primo, & principaliter in loco per superficiem aquæ, sed per centrum totius mundi. vnde terra non recedit naturaliter a centro, sed naturaliter mouetur ad centrum, quando medium eius non est medium mundi.

Ad eius confir.

Et per consequens ad confirmationem, quando dicitur, quod idem est locus totius, & partis. Dico, quod vno modo est idem locus totius, & partis: loquendo de loco quo locatur pars, & totum, & sic est vnus locus totius terræ, & vnius glebæ, loquendo de lo-

C co quo locatur vtrumque, quia centrum totius mundi est locus quo vtriusque, & sic patet qualiter potest intelligi illud commune dictum, scilicet, idem est locus totius, & partis. Alio modo potest intelligi loquendo de loco qui locat, & continet, & sic loquendo, sic dico, quod de parte possumus loqui dupliciter. vno modo de parte inexistente toti, & continuata cum toto, secundum hoc illa propositio debet sic intelligi, quod idem est locus totius per se, & partis per accidens, quoniam pars continuata toti non est in loco, nisi per accidens, in loco, scilicet, in quo est totum per se, sed si loquatur de parte separata a toto, & de loco, qui locat & continet. Dico, quod illa propositio est sic intelligenda, quod idem est locus proprius totius, & locus communis partis, & hoc patet, quia si tota terra sit in superficie concaua corporis aquæ, sicut in proprio loco, tūc vna gleba terræ esset tota in ista superficie concaua aquæ, sicut in locante communi, & erit in vna superficie cõtinente ipsam circa centrum mundi, cuius superficiei centrum est centrum totius mundi, tanquàm in loco proprio.

Prima replica.

Sed si dubitatur, quia corpus est naturaliter in loco per virtutem conseruatiuam influxam in cælo, ut prius dictum est, sed cælum maiorem virtutem conseruatiuam influit parti terræ propinquæ cælo, quam

D parti remotæ. ergo partes terræ magis debent esse in loco suo naturali propinquiori cęli quam in parte remotiori, & ita partis terræ locus naturalis magis debet esse in superficie aquæ quam in centro, uel iuxta centrum, & ita pars terræ existens in centro non prohibita debet naturaliter moueri ad superficiem concauam aquæ.

Secunda replica.

Item illa virtus conseruatiua in terra, est in corpore continentis. s. in aqua. ergo terra ubicunque ponatur debet naturaliter moueri ad uirtutem, seu ad corpus, in quo est ista uirtus, sicut ferrum mouetur ad magnetem ubicunque fuerit magnes.

Ad primã re.

Ad primum horum dicendum quòd uirtus conseruatiua locati perfectius, & intensius influitur, & recipitur in partibus elementi purioribus, & magis elongatis a contrarijs suis. Et cum dicitur, quòd cælum maiorem uirtutem conseruatiuam influit parti terræ, quæ est magis propinqua cælo, quia agens naturale fortius agit in propinquum quam in remotum. Dico, quòd non est uerum, quòd cælum maiorem uirtutem conseruatiuam influat in partem propinquam, quam in remotam, quia sic superiores partes aquæ, & propinquiores

agri

aeri magis haberent uirtutem conseruatiuam terræ, quam partes inferiores. Dico igitur, quod cælum maiorem virtutē conseruatiuam influit in illis partibus, quæ sunt puriores, & magis elongatæ a suis contrariis, & illæ sunt partes essentiales. Et cum dicitur, quod agens naturale, seu corporeum fortius agit in propinquum, quam in remotum. dico, quod verum est, cæteris paribus, sed si cætera non sunt paria non oportet, nunc autem partes terræ propinquiores cælo, & remotiores a centro non purificantur a poritate, nec in elongatione a suis cōtrariis, & ideo non sunt æqualiter dispositæ ad recipiendum conseruationem, & sic partes remotiores a cælo bene possunt recipere maiorem conseruationem, vel virtutem conseruatiuā quam partes propinquiores cælo. Et hæc est causa, quare virtus cōseruatiua naturalis aeris influitur magis ipsi igni, quam aquæ, ita quòd vltimum ignis est naturaliter locus aeris, & nō superficies concaua aquæ, & huius causa est, quia ignis est magis elongatus ab eo, quòd est contrarium, maxime aeri, scilicet terra, quæ magis contrariatur aeri in duabus qualitatibus, quā aqua, virtus enim conseruatiua aquæ magis influit aeri quam igni, quia aer est minus contrarior aquæ, quā ignis, quia ignis contrariatur aquæ in vtraque qualitate, & sic aer est magis elongatus a contrario aquæ quàm sit ignis. Et si dicatur quòd secundum hoc virtus conseruatiua aquæ fortior esset in terra quam in aere, quia terra magis distat ab igne, qui contrariatur aquæ in vtraque qualitate, & per consequens terra esset magis locus quam aer. Dicendum. quòd vt credo in terra est magis virtus conseruatiua aquæ, quam in aere, quia secūdum Phylosophum secundo cæli, aqua naturaliter mouetur infra terram si non impediatur, & hoc videmus ad sensum, quod non esset nisi virtus conseruatiua aquæ magis esset in terra,

Tex. c. 30.

quam in aere. Et propter hoc dicit Phylosophus quarto cæli, quod aqua in suo loco naturali est magis grauis, quam leuis. Et cum dicitur, quod tunc vltimum terræ esset locus aquæ. Dico, quòd non sequitur, quia de ratione loci est continere locatum, & non contineri, nunc autem terra continetur ab aqua. vnde quamuis terra habeat magis vnam conditionem loci naturalis respectu aquæ: tamen deficiunt sibi multæ aliæ conditiones.

Ad secundā repli.

Ad secundum cum dicitur, quòd illa virtus conseruatiua terræ est in aqua, dico quòd virtus conseruatiua totius terræ est in aqua secūdum, quod est in tali situ, tamen maior virtus conseruatiua terræ est versus centrum, quodcumq; corpus ibi fuerit, quam sit in aqua, & ideo tota terra comprimit se ex omni parte versus centrū, & quia non potest esse propinquior centro, quam quando medium eius est medium mundi, ideo quando sequitur, non potest se mouere versus centrum. dico, quòd gleba terræ sibi derelicta non impedita, naturaliter mouetur ad centrum, & non ad superficiem concauam aquæ.

Iterū aliā repli.

Sed contra hoc posset dici, quòd secundum istud sequeretur, quod quælibet pars terræ, cuius medium est medium mundi, quiesceret violenter, quia si non impediretur moueretur naturaliter ad centrum, & sic maior pars terræ quiesceret violenter, & cōcedere hoc, est impossibile.

Secunda repli.

Item si terra esset perforata ab vna circumferentia ad centrum, & a centro ad aliam circumferentiam, gleba terræ moueretur per se deorsum quousque centrū eius fieret centrum mundi, sed non poterit sic moueri, nisi alia pars eius recederet a centro versus cælum, quoniam si vna gleba nunc sit ex ista parte centri, & moueatur quousque mediū eius sit medium mundi, oportebit, quòd vna medietas eius sit ex vna parte centri, & alia ex altera. igitur cum anterior pars glebæ primo uenerit ad centrum orbis oportebit eam vlterius moueri vltra centrum ad hoc, vt medium eius sit mediū mundi, sed motus de centro versus cælum est motus sursum. ergo ad hoc, quod gleba terræ sit in suo loco naturali necesse est aliquam eius partem ascendere, sed hoc est impossibile, quia motus terræ sursum est uiolentus, & sic non posset aliquid esse in suo loco naturali nisi per motum uiolentum, quod est impossibile.

Ad primam.

Ad primum horum dico, quòd quælibet pars terræ in actu separata, hoc est quælibet pars, quæ est portio terræ separata a tota terra, siue non continuata toti terræ, cuius medium non est medium mundi quiescit uiolenter, quia amoto impedimento naturaliter moueretur ad centrum, pars tamen terræ inexistens toti terræ, & continuata cum tota terra non quiescit uiolenter, quamuis medium, eius non sit medium mundi, quia pars continuata toti non quiescit per se, sed ad quietem totius, & hoc est sibi naturale inquantum est pars continuata toti, & ideo quiescit naturaliter per accidens: tamen ad quietem totius per se.

Ad secundam.

Ad secundum dicitur, quod gleba existens in actu separata non posset ferri in loco suo naturali, nisi alia pars eius moueretur sursum, quia vltra centrum, &c. Dico, quod verum est sicut probat argumentum. Et cum dicitur, quod motus partis a centro est uiolentus illi parti: quia graue non mouetur sursum nisi uiolenter. Dico, quod pars non mouetur sursum nisi per accidens. & dico, quod motus illius partis sursum ad motum totius deorsum ad locum suum naturalem non est uiolentus parti, sed magis naturalis, quia illa pars non mouetur per se, sed ad motum totius, & motus totius est naturalis, sed de hoc alias uisum est in secundo cæli, & adhuc, domino præstante, magis uidebitur.

Iterū alia solutio.

Aliter tamen posset dici ad illam rationem de uirtute conseruatiua loci, quæ probat, quod gleba magis deberet naturaliter moueri ad superficiem aquæ quam ad centrum, quia ibi magis viget virtus conseruatiua terræ, cum sit propinquior cælo, dicendum est, quod quanto aliquod elementum est uirtutis maioris, ex hoc non sequitur, quod habeat uirtutem fortiorem ad conseruandum terram, quoniam illa uirtus, quæ fortior est in se, ut uirtus ignis non est fortior, nec conuenientior ad conseruandū terram, immo magis esset dicendum, quod quanto uirtus influxa a cælo est debilior, quod tanto magis est conseruatiua terræ, ideo quamuis in aqua sit aliqua uirtus, quæ non est in partibus centralibus terræ, non tamen est fortior, aut conuenientior ad conseruandum terram.

Ad secundum prin.

Ad secundam rationem principalem cum dicitur, quod si superficies aquæ esset locus naturalis terræ, tunc deberet circundare totam terram. Dico, quod uerum est, si terra esset magis naturaliter in loco per circumferentiam suam, quam per centrum, & etiam si ultimum aquæ, secundum, quod ultimum aquæ esset locus naturalis terræ, sed utrumque illorum est falsum, ut uisum est in positione. Potest etiam dici, quod tota terra est circundata aqua, sed aqua permixta aeri, & terræ, quoniam aer, qui est circa terram in quo animalia viuunt non est purus aer, quia sic in eo non viuerent animalia, vt dicit Albertus, sed est aer permixtus vaporibus aqueis, & exalationibus terrestribus, ut patet metheo. primo. Potest iterum dici, quod terra pura est circundata aqua, quoniam terra pura non est terra super quam viuimus, neque in qua nascuntur uegetabilia, sed terra pura est magis deorsum, quæ est omnino rotunda, & circundata aqua, vel supposito, quod terra super quam viuimus sit terra pura, tunc prima responsio esset tenenda, sed causa finalis propter quam tota terra non est circundata aqua pura, est vt homines, & animalia terrestria, quæ sunt partes essentiales vniuersi, possint viuere, quæ non possent viuere in pura aqua, & ideo ingeniat natura vniuersalis, vt aliqua pars terræ non esset circundata aqua pura, tamen quantum est ex parte naturæ vniuersalis accidit hoc, & hoc propter bonum, & propter terminationem totius mundi. Et si dicatur, quod tunc terra semper esset priuata sua perfectione naturali, quod videtur inconueniens. Dico, quod illa non est perfectio per se illius terræ, sed perfectio accidentalis, sed perfectio per se terræ quantum ad locum, est quod sit in medio mundi, sed quod ipsa sit tota in vltimo aquæ non est perfectio per se, & quod tota terra semper sit priuata aliqua perfectione accidentali propter maius bonum, vt propter bonum totius vniuersi, non est inconueniens, sed magis conueniens, & decens.

Ad tertiū princ.

Ad tertium principale, cum dicitur, quod graue simpliciter debet esse in loco simpliciter deorsum concedo. Et cum dicitur, quod centrum est locus simpliciter deorsum. Dico, quod centrum non est locus locans, & circundans, sed quanto aliquis locus locans est magis deorsum, tanto est locus conuenientior simpliciter graui potentis recipi, & locari in illo. Dico etiam, quod centrum est simpliciter deorsum, ideo omne graue simpliciter est in centro tanquam in loco locante, & continente.

Ad quæstum.

Ad vltimum, cum dicitur, quod concauum Lunæ est locus ignis, quia ignis mouetur in illo. Dico, quod corpus existens in loco suo naturali non mouetur in illo loco motu quo moueretur ad ipsum, si esset extra ipsum locum, immo quiescit quiete, quæ est perfectio illius motus, potest tamen moueri motu aliquo alio, & sic est in proposito. Vnde ignis existens in concauo orbis Lunæ, non mouetur motu sursum, quo moueretur si esset extra locum suum, & non prohiberetur, sed mouetur motu circulari secundum motum orbis, & hoc non est inconueniens, sed necessarium.

EX DIFFINITIONE INVESTIGATA soluuntur dubitationes contingentes circa locum.

Tractatus primi. Cap. II.

Patet autem ex his: si hoc modo locus dicatur: dubitationes omnes solui facile posse.

Manifestum

Tex.c.47. *MAnifestum autem ex his, quoniam, & dubitationes omnes soluuntur, sic vtique dicto loco.*

IStud est vltimum capitulum huius tractatus in quo ex diffinitione loci, soluuntur rationes probantes locum non esse, & continet duas partes principales, quoniam in prima soluuntur quatuor rationes probantes locum non esse. In secunda vero ibi. [Et fertur igitur vndique.] Assi. Phylosophus causam, propter quam corpora naturalia mouentur ad sua loca propria, & quiescunt in eis. Prima pars continet quatuor particulas, secundum numerum quatuor rationum, quas soluit. secunda ibi [Nec probanti.] tertia ibi. [Nec duo corpora.] quarta ibi [Est locus alicubi] In prima igitur particula huius partis Phylosophus ponit intentionem suam, & soluit vnam rationem. Dicit igitur primo, quod manifestum est, quomodo omnes dubitationes, & rationes, quibus probatur locum non esse, soluuntur, scito quid est locus, & quomodo diffinitur.

Neque enim vna cum corpore necesse est, locum incrementa suscipere.

Neque vtique simul augmentari necesse est locum.

HIc Phylosophus soluit vnam rationem, scilicet, rationē vltimam superius positam probantem locum non esse, ratio igitur fuit illa. Si omne corpus est in loco, & in omni loco est corpus, tunc cum corpus augetur, necesse est locum eius augeri, sed quod augetur est corpus. ergo si locus est, locus est corpus, sed locus non est corpus. ergo, locus non est. Istam rationem soluit Phyl dicens, quod quamuis omne corpus sit in loco, nō propter hoc necesse est locum augeri, quando corpus locatum augetur, nec plus dicit Phylo. in soluendo rationem illam. Sed Com. di. quòd ista quæstio soluitur per hanc diffinitionem, quoniam in ista loci diffinitione apparet, quod locus sit finis corporis continentis, & secūdū hoc, quod est finis, accidit ei augmentum per accidens, secundum quod locus, accidentaliter est finis corporum, quæ sunt facilis passionis, scilicet, aquæ, & aeris, & ideo contingit, quando potest augeri esse taliter, vt scilicet, ex suo augmēto. quod sit corpus, quoniam hoc non sequitur, nisi augmentum eius esset per se, hæc Com. Solutio igitur Commen. consistit in hoc, s. quod locus non semper augetur ad augmētationem locati sed quandoque, idest, quando corpus locatum est rarefactibile, vt aer, & aqua, tunc enim quandoque contingit, quod locus, & locatum simul rarefiant, & ita locus augmentetur, sed hoc est per accidens, & non per se. nunc vero omne, quod per se augetur est corpus, sed non oportet, vt omne, quod augetur per accidens sit corpus. vnde Commen. vtitur hic augmentatione large, scilicet, secundum quod se extendit ad augmentationem veram, & etiam ad rarefactionem.

Solutio quintæ rationis.

Neque locum esse puncti.

Neque puncti esse locum.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua soluitur secunda ratio, quæ talis est. si locus est, oportet, quod locus sit in loco, & si corpus habet locum, necesse est, quod superficies habeat locum, & si superficies habet locum. necesse est, quod punctus habeat locum. Istam rationem soluit Phylosophus di. quod non est necesse punctum habere locum, & dicit Commen. quod hoc non contingit, nisi ponentibus locum esse corpus, sed ponentibus locum non esse vltimum corporis continentis non contingit hoc hæc Commen. Intelligendum, quod si locus esset corpus, idest, spatium inter latera corporis continentis, in quo reciperetur corpus, tunc de ratione loci non esset continere locatum, sed esse simul cum locato. cum igitur aliqua duo corpora tangit se, & punctus vnius corporis est simul cum puncto alterius corporis, sequitur, quod vnus punctus esset locus alterius puncti. cum de ratione loci secundum hoc non sit continere, sed esse simul, sed ponendo, quod locus sit vltimum corporis continentis, sicut ponit Phylosophus, tunc de ratione loci esset continere locatum, sed vnus punctus non potest continere alium punctum, ideo punctus non potest esse locus, & sic patet per diffinitionem loci, quod punctus non est in loco per se.

Solutio secundæ rationis.

Notabile.

A

Neque in eodem corpora esse duo, neque interuallum quidem corporeum esse. Corpus est enim quoduis id, quod est inter fines corporis continentis, sed non corporis spatium.

Neque duo corpora in eodem loco. Neque spatium aliquod esse corporeum, corpus autem medium loci contingens est, sed non spatium corporis.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua soluitur tertia ratio, quæ talis est. Si locus est, oportet, quod sit corpus, & per consequens isto modo duo corpora simul erunt in eodem loco. Ista igitur ratio soluitur sic, quod non sequitur, quod si locus est, quod propter hoc duo corpora sint simul in eodem loco, nisi ponendo locum esse tres dimensiones, quod tamen non ponimus, sed

B

ponendo, quod locus non est corpus, sed vltimum corporis continentis, non sequitur, quod si locus est, propter hoc duo corpora esse simul in eodem loco. Aliam vero rationem, videlicet, quæ probat locum nō esse, quasi sic arguitur si locus est, oportet, quod sit aliqua quatuor causarum, sed non est aliqua quatuor causarum. ergo locus non est. Phylosophus non soluit hic, quia solutio eius patet ex prædictis.

Solutio tertiæ rationis.

Est etiam, & ipse locus alicubi, non vt in loco, sed vt finis in eo, quod est finitum. Non est enim in loco omne, quod est, sed tantum mobile corpus.

Et est locus alicubi, non sicut in loco, sed sicut terminus infinito. Non enim omne, quod est, in loco est, sed mobile corpus.

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua soluitur quarta ratio, quæ talis est. Omne, quod est, est in loco. ergo si locus est, locus est in lo-

C

co, & eadem ratione ille locus est in alio loco, & ille in alio, & sic in infinitum. Istam rationem sol. Phylosophus di. quod nō omne, quod est, est in loco, quia locus non est in loco, nec est alicubi, sicut in loco, sed est alicubi, sicut termin⁹ finiti est in finito, & sicut accidens est in subiecto, nec est verum, quod omne, quod est, est alicubi, sicut locatum in loco, sed tantum corpus mobile, quod mutat locum, primo est in vno loco, & postea in alio, & tale est per se in loco tantum.

Solutio quartæ rationis.

Et fertur igitur quodq. cum ratione suum ad locum Quod enim post aliquod deinceps est collocatum, ac illud non violentia tangit, id propinquū est illi natura, atque si copulata quidem sint, passione carent. Si vero se tangant, passiua sunt vicissim, atque actiua.

Tex. c.48.

D

Et fertur igitur in suiipsius locum, vnumquodque rationabiliter. Quod enim consequenter, & quod tangitur non vi proximum est. Et simul apta nata impassibilia sunt. Quæ vero tanguntur, & actiua, & passiua sunt adinuicem.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phyl assi. causam, propter quam corpora naturalia mouentur ad sua loca propria, & quiescunt in eis. Et continet duas particulas, quoniam in prima Phylophus ostendit, qualiter vnumquodque corpus naturale mouetur ad suū locum proprium. In secunda ibi [Et manet] Assi. causam, propter quam vnumquodque corpus naturale quiescat in suo loco proprio. Vnde loquitur Phyl. hic de corporibus naturalibus grauibus, & leuibus, non autem de corporibus cœlestibus. In prima igitur particula huius partis Phylosophus assignat causam, propter quam corpora naturalia, scilicet, grauia, & leuia, quando sunt extra sua loca, naturaliter mouentur

ad ipsa, & causa huius est, conuenientia, & similitudo inter corpus naturale, & eius locum naturalem, quoniam corpus naturale, & locus eius naturalis sunt eiusdem naturæ, & hoc probatur, & hæc est conclusio decimanona huius libri, quæ probatur sic. omne, quod tangit aliud, & sequitur ipsum non per violentiam est eiusdem naturæ cum eo, quod tangit, sed corpora naturalia sequuntur sua loca propria, & tangunt ipsa non per violentiam ergo corpora naturalia sunt eiusdē naturæ cum suis locis, & propter hanc identitatem corpus naturale mouetur ad suum locum proprium. Circa istam rationem Phylosophus primo ponit veritatem minoris, dicens, quod vnumquodque corpus simplex naturale, naturaliter fertur in suum locum, & tangit eum naturaliter, non per violentiam. secundo ponit veritatem maioris, di. Cui enim consequitur, & quod tangit, hoc est cum corpus naturale est coniunctum naturaliter, & tangitur ab illo non vi proximum est, immo est et proximum, & eiusdem naturæ cum illo, & ideo passibilia sunt, quæ tamen tangunt se per violentiam sunt actiua, & passiua adinuicem. Vel forte per illam literam. [Tanguntur quidem, &c.] Remouet Phylosophus errorem vnum, quia posset aliquis credere, quod corpus locans, & corpus locatum nullo modo sunt actiua, & passiua adinuicem. Illud remouet Phylosophus dicēs, quod quæ tanguntur sunt actiua, & passiua adinuicem, & ideo cum locus, & locatum tangant se, oportet, quod sint aliquo modo actiua, & passiua adinuicē. Vnde omnia tangentia se actu naturaliter, & proprie dicto sunt actiua, & passiua adinuicem.

19. concl. huius lib.

Primum notan. Notanda sunt hic tria secundum Comment. primo, quod causa in hoc, quod corpora mouentur ad loca propria est, quia vltimum corporis continentis conuenit cum vltimo rei motæ, & hoc non inuenitur in vacuo, quoniam in vacuo non est natura, nec vnigenea, nec diuersa, hæc Commen. & hic videtur dicere, quod in vltimo corporis continentis est aliqua virtus, vel natura, per quam conuenit cum loco naturaliter.

Secūdum notan. Secundo est notandum, secundum Com. quod omne, quod mouetur ad aliquid naturaliter est vnigeneum cum eo, vltimum igitur necesse est esse vnigeneum, & similiter est in quolibet vltimo elementorum, scilicet, quādo aliqua fuerint in aliquo loco non naturali, aut in aliquo loco violento.

Tertium notan. Tertio est notandum secundum Commentatorem, quod cum res vnigeneæ fuerint continuæ non agunt in seinuicem, & cum fuerint contangentes agunt adinuicem in se, hæc Commen. & idem dicit Phylosophus.

Continuatio est duplex. Circa quod dictum est intelligendum, quod continuatio est duplex, scilicet, continuatio secundum formam, & continuatio secundum quantitatem. Illa sunt continua secundum formam, quæ sunt omnino similia in qualitatibus actiuis, & passiuis, & illa sunt continua secundum quantitatem, quorum vltima sunt vnum. Dico igitur, quod continua secundum formam non agunt in se, nec patiuntur adinuicem, quia omnino simile non agit in sibi simile, & hoc volunt hic Phylosophus, & Commen. Dico, tamen, quod continua secundum quantitatem, dum tamen sint discontinua secundum formam, bene agunt, & patiuntur adinuicem, & sic patet, quod si vna pars aquæ esset multum calida, & alia non, quod vna pars aquæ frigidæ agit in aliā, quamuis sint continua secundum quantitatem.

Notabile. Notandum est hic, quod cum Phyl. assignat causam, propter quam grauia, & leuia mouentur ad sua loca propria, non intelligit loqui de causa effectiua motus, sed de causa finali, quoniam causa finalis, propter quam graue mouetur deorsum, est salus sua, & conseruatio eius deorsum, quia graue conseruatur deorsum propter conuenientiam, quam habet cum loco deorsum, sed causa effectiua motus grauis deorsum est sua grauitas, & ideo graue non prohibitum semper mouetur deorsum, siue deorsum sit sibi locus conueniens, siue disconueniens, & hoc ideo, quia grauitas est causa effectiua sufficiens motus grauis deorsum, vnde si terra esset in loco ignis, & ignis in loco deorsum, idest in loco terræ, adhuc terra moueretur deorsum ad ignem, & tamen ignis non conseruaret terram, sed magis eam destrueret. Sed contra hoc forte diceretur: quia secundum, quod dictum est, causa finalis motus grauis deorsum est sua conseruatio, ergo si non posset conseruari deorsum, non mouebitur deorsum, &c.

Obiectio tacita.
Respōsio.

Dicendum, quod graue semper mouetur deorsum, vt ibi conseruetur, siue ibi sit corpus conseruatiuum eius, siue ibi sit omnino contrarium corpus, & destructiuum grauis, vnde agentia naturalia vniformiter agunt, siue cōsequantur finem, propter quem agunt, siue frustrētur ab illo fine propter aliquod impedimentum existens in materia, vnde agentia naturalia quandoque deficiunt a fine intento propter aliquod impedimentum, sed hoc est raro, & in paucioribus. Vnde graue quandoque in mouendo deorsum, vt saluetur ibi corrumpitur, antequam perueniat ad locum deorsum, sed hoc est præter intentionem mouentis, dico igitur, quod si ignis esset in loco naturaliter, & terra esset sursum in loco ignis, adhuc terra moueretur deorsum propter eundem finem propter quem mouetur nunc, frustraretur tamen, & deficeret a fine intento.

Notabile. Intelligendum est, quod quamuis corpora naturalia conseruentur in locis naturalibus, non tamen sic saluantur, quod nullo modo corrumpantur a corruptione naturali locantis, imò elementa in suis sphæris agunt, & patiuntur adinuicem, & corrumpunt se mutuo, tamen corpora naturalia sic saluantur in locis suis naturalibus, quia melius, & diutius conseruantur in illis locis naturalibus, quam in alijs locis, sicut terra melius, & diutius conseruatur in aqua, quam in igne, vel in aere, & causa huius est conuenientia in aliqua qualitate eiusdem rationis existentis in locante, & in locato, cuiusmodi forte est æqualitas symbola. Melius tamen credo, quod sit aliqua quantitas eiusdem rationis causata a corporibus cælestibus, vt dictum est supra, in quadam quæstione.

B Manet præterea, quoduis proprio in loco non sine ratione suapte natura. Etenim hæc pars toto in loco, vt diuisibilis pars est ad totum. Veluti cum aeris quispiam, vel aquæ mouerit partem.

Et manet igitur natura in proprio loco, vnumquodque rationabiliter. Et namque hæc pars in toto loco, sicut diuisibilis pars ad totum est, vt cum aquæ aliquis moueat partem, aut aeris.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus assignat causam, propter quam vnumquodque corpus naturale graue, vel leue quiescit in suo loco proprio, & continet duas partes, quoniam in prima Phyl. ostendit, quæ sit causa quietis corporum naturalium in suis locis proprijs. In secunda ibi. [Sic autem, & accidentia.] Assignat causam, propter quam locatum est simile locanti ipsum naturaliter. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus assignat primo causam, propter quam corpora naturalia quiescunt in locis suis naturalibus, & proprijs, dicens, quod eadem est causa quietis naturalis in loco naturali, & motus ad locum suum naturalem, & est conuenientia inter locans, & locatum. Quod autem omne corpus naturale graue, & leue quiescat in suo loco proprio, declarat Phylo. & hęc est vigesima conclusio huius libri, & secundum Commentatorem formatur sic. corpus locatum est in corpore continente ipsum sicut pars diuisa a toto continuo, sed omnis pars diuisa a toto continuo figitur, & continuatur cum toto, & quiescit apud ipsum v.g. pars aquæ diuisa, quando mouetur ad vniuersum aquæ, hoc est ad totam aquam, & cum continuatur cum ea, figitur, & ex hoc sequitur, vt corpus locatū figatur, & quiescat in loco, secundum quod est pars illius. Vnde breuiter ratio est illa, pars quando est in toto naturaliter mouetur, & quiescit in toto, quia quamuis pars aliquando diuidatur & separetur a toto, quando tamen pars est in loco quiescit in illo, vt patet de partibus aquæ, vel aeris, sed corpus graue, vel leue quiescit in loco suo naturali. ergo.

20. concl. huius lib.

Notabile. Intelligendum hic, quod corpus locatum non est pars corporis locantis proprie loquendo, tamen est, sicut pars, quoniam sicut totum continet partem, ita corpus locans continet locatum, sic igitur locatum est, sicut pars, & corpus locans, sicut totum. Sciendum etiam, quod quando corpus locatum est in loco suo naturali, tunc est in suo toto conuenienter ordinato, quoniam vniuersum est conuenienter ordinatum. quando ignis est in cælo, & in igne aer, & in aere aqua, & terra in aqua, ideo sicut pars existens in toto conuenienter ordinato quiescit in illo, ita quodlibet corpus naturale graue, vel leue existens in suo loco naturali quiescit in illo. Vnde posset ratio, quæ probat hāc conclusionem formari sic. Omnis pars existens in toto conuenienter ordinato, ita, quod pars ordinetur in toto conuenienter, vbi debet naturaliter ordinari, quiescit ibi, vt patet inductiue, sed quandocunque aliquod corpus graue, vel leue est in suo loco naturali, tunc est in suo toto, idest in toto vniuerso illo ordine, quo conuenientius debetur sibi esse in illo toto. ergo omne corpus naturale graue, vel leue cum est in loco suo naturali quiescit in illo.

A Sic etiam ex aqua sese ad aerem habet. Nam alterum est velut materies, alterum forma. Aqua quidem materies aeris, aer autem quasi quidam illius actus.

Tex.c. 49. *Si autem, & aer habet ad aquam, vt materia enim. hic autem species. Aqua quidem materia aeris, aer autem sicut actus quidam ipsius.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. assignat causam propter quam locatum est simile locanti, & contentum est simile continenti. Et secundo remouet quoddam dubium ibi. [Aqua enim] Tertio concludit vnam conclusionem ibi. [Si igitur idem videtur] Vnde ista pars posset diuidi in tres particulas secundum numerum harum rationum, sed non curo. Ratio vero, quare locatum est simile locanti, est, quia contentum ita se habet ad continens, sicut materia ad formam, sicut enim materia perficitur per formam, ita contentum perficitur per continens, & ita contentum assimilatur continenti, sicut materia assimilatur formæ, & sicut perfectibile assimilatur suæ perfectioni, & propter hanc similitudinem alterum perficitur per alterum, sicut materia per formam, sed differũt in hoc, quia continens, & contentum sunt in actu, sed materia. & forma non sunt in actu, continens igitur, & contentum etiam assimilatur toti, & parti quodammodo, vt patet in præcedenti parte, & etiam quodammodo assimilantur materiæ, & formæ, quoniam, aqua est materia aeris, aer vero est, sicut quidam actus, & forma illius aquæ. hoc est igitur, quod dicit Phyl scilicet, quod causa, propter quam locatum assimilatur locãti, est, quia locatum est, vt materia, & locans, vt forma, materia vero, & forma assimilantur in hoc, quia materia perficitur per formam, & forma perficit materiam. Intelligendum hoc, quod Phyl. non intendit his dicere, quod aqua est vera materia aeris, neque, quod aer est vera forma aquæ, sed intendit dicere, quod aqua assimilatur materiæ, & aer formæ, & vniuersaliter, quod contentum assimilatur materiæ, & continens formæ, & possunt poni multæ similitudines, vna, quod materia continetur, & forma continet. sicut locatum continetur, & locans continet. Secunda similitudo est, quod sicut materia perficitur per formam, ita locatum, vel contentum aliquo modo perficitur per locans, & per continens mediantibus qualitatibus, consimilibus conseruantibus ipsum locatum.

Consimile primo de generatione. tex. com. 50. Idẽ 4. cæ. li. 34. & 35.

Aqua nanq; potentia aer est. At aer alio modo potentia aquæ. Sed de his est posterius pertractandum. Atque id, quod nunc necessitate compulsi temporis hunc ad locum attulimus, obscureq. est dictum, tunc dilucidius explicabitur.

Aqua enim potentia aer est, aer vero potentia est aqua alio modo. Determinandum autem de his posterius est, sed propter tempus necesse quidem dicere. Incerte autem nunc dictum, tunc erit certius.

REmouet dubium, quia posset aliquis dicere, quod sicut aqua est in potentia, quod sit aer, & aer in potentia, vt sit aqua. igitur non magis est aqua materia aeris, & aer forma aquæ, quam econuerso. Hoc remouet Phyl. dicit, quod aer est in potentia aqua, & aqua est in potentia aer aliquo modo. Et dicit Com. quod potentia in eis non dicitur eodẽ modo, quia, vt dicit Com. aqua creata est in potentia primitus, & primaria intentione, vt sit aer: aer vero esset quasi in potentia propter formam materiæ, & causa in hoc est, quia aer est quasi perfectio aquæ, & ignis aeris, & continens est nobilius contento, sed hoc est manifestum, quod alterum est quasi priuatio, alterum vero quasi forma, alterum quasi generatio, alterum quasi corruptio, hæc Com. Et intelligo, quod aqua est creata primaria intentione, vt aer sit, hoc est, vt ex ea fiat tanquam ex materia alterationis, quæ non manet in generato, sed corrumpitur, semper enim in generabilibus, & corruptibilibus imperfectiora generantur, & fiunt, vt ex eis fiant perfectiora, sicut embrio generatur, & fit, vt ex embrione fiat homo, tanq̃ ex imperfecto perfectũ, & sic aqua fit prima intentione, vt fit aer, hoc est primo intenditur, vt in materia aquę fiat forma aeris, quã propter hoc, vt in materia aquæ fiat forma aquæ, quia natura per prius intendit, quod melius est. Et vlterius dicit, Com. quod aer est in potentia, propter formam materiæ, hoc est sic intelligendum. s. quod aer est in potentia, vt ex eo fiat aqua propter formam materiæ, hoc est propter hoc, quia habet formam in materia, quæ est communis formæ suæ, & formæ aeris, hæc enim est causa, propter quam est possibile, quod etiam ex aere fiat aqua. Et quod Com. dixit vlterius, scilicet, ꝙ alterũ sit quasi priuatio, alterum vero quasi forma, intelligit, quod alterum est perfectius, alterum vero imperfectius, quia dicit, quod aqua est quasi materia aeris non est intelligendum de materia compositionis aquæ, s. materia in aere facta, sed intelligendum de materia alterationis, quæ non manet. sed corrumpitur in aduentu formæ sequentis. Determinantibus autem ex his prius. Quare ista, quæ hic dicta sunt, scilicet. ꝙ aqua est, vt materia aeris, & aer, vt forma aquæ, & sic de alijs elementis, hoc non est manifestum hic, sed est supponendum pro constanti quousque declarabitur in alijs, scilicet, primo cæli.

Quæ sit forma materiæ. vide com. 60. 7. me. consimile primo de generatione. tex. com. 18.

D

Pro hoc vide c. 15. 1. phy. vide etiam. 4. cæli. tex. com. 34.

Quod si idem est materies, atque actus, ambo B nanque est aqua, sed alterum potentia, alterum actu, ipsa sane ad aerem, vt pars quodammodo se habeat ad totum. Quapropter, & his est tactus. Copulatio vero tunc erit, cum ambo fuerint vnũ actu. Sed esse quidem locum, & quidnam sit locus, satis iam diximus.

Si igitur idem materia & actus, aqua enim vtraque, sed hoc quidem potẽtia, illud vero actu. Habebit vtiq. sicut pars quodãmodo ad totum. Vnde ex his tactus inest. Copulatio autem cum vtraque actu vnum fiant, & de loco quidem, & quoniam est, & quid est, dictum est.

EX his Phyl. concludit vnam conclusionem, quoniam ex hoc, quod locatum est, vt materia, & locans, ut forma, concludit Phyl. alterum horum, scilicet, ꝙ locatum est, vt pars, reliquum vero, s. continens, vt totum, & pono conclusionem sub hac forma, s. quod locatum est, vt pars, & locans, vt totum. Et hæc est 21. conclusio huius libri, quæ probatur sic. materia dicitur quasi pars respectu formæ, quia per materiã totum est in potentia solum, & per formam totum est in actu, nunc autem pars est in potentia, & totum in actu, & ideo illud per quod totum est in potentia est quasi pars, & illud per quod totum est in actu est quasi totum, ex quo patet, quod materia est, vt pars, & forma vt totum, sed locatum est, vt materia, vt visum est. & locans quasi forma. ergo locatum est, vt pars, & locans, vt totum. Notanda sunt hic verba Com. dicit, enim sic, ꝙ cum aqua fuerit cõposita ex materia, & forma, vtrunque. n. dicitur aqua, quoniam materia dicitur aqua in potentia, & forma dicitur aqua in actu, manifestum est, quod materia est tanquam pars, & forma tanquam totum, quia hoc nomen. res de parte dicitur in potentia, & de toto in actu, cum ista sit dispositio continentis de contento, manifestum est, quod continens ita se habet de contento, sicut pars de toto, & est quasi alia causa in similitudine, quæ est inter ista. Hæc sententia Com. plana est. Vnde ex his, s. quia contentum se habet, vt pars, & continens vt totum, infert Phyl. ꝙ propter hoc continens, & contentum sunt continua, & sicut continua, idest, eiusdem naturæ. quoniam alterum transmutabitur in alterum, quoniam si aqua transmutatur in aerem, tunc ex aere generato ex aqua, & ex aere præexistente, quæ remanet, fieret vnum continuum secundum formam, & hoc si fiat copulatio, sic quod aer de nouo genitus copuletur aeri præexistẽti. Deinde Phyl. epilogat dicẽs, quod dictum est, quoniam locus est & quid est, & quomodo est, & sic dictum est de esse loci, & de eius quidditate.

21. concl. huius lib.

C

Consimile. 7. met. c. 35.

PERSCRVTATVR DE VACVO, VTRVM est, & quid est, & quale, seu quomodo est, si est. Tractatus secundus.

Eodem modo autem putandum est, naturalis esse Phylosophi de vacuo contemplari, quemadmodum, & de loco si sit, nec ne, & quonam sit modo, aut quid tandem sit.

A *Eodem autem modo accipiendum physici esse, considerare de vacuo, & si est: aut non, & quomodo est, & quid est, sicut, & de loco.*

ISTE est secundus tractatus huius libri, in quo Phylosophus perscrutatur de vacuo, vtrum est, vel non, & posito, quod est, quid est, & quale, idest quomodo est. Vnde tractatus iste continet quinque capitula. Quia in primo Phylosophus proponit intentionem suam, & causam intentionis, & ponit rationes, tam probantes vacuum esse, quam etiam probantes vacuum non esse. In secundo ibi. [Quale autem si habeat] Ponit Phylosophus significationes, & descriptiones vacui, & destruit vacuum esse secundum illas descriptiones. Et soluit rationes probãtes vacuum esse. In tertio ibi. [Quoniam autem non est.] Declarat per rationes assumptas ex parte motus, quod non est ponere, quod sit vacuum separatum a corporibus. In quarto vero ibi [Amplius autẽ ex his.] Declarat vacuum separatum a corporibus non esse, per rationes sumptas ex parte velocitatis, & tarditatis in motu, & etiã ex parte naturæ illius vacui. In quinto ibi. [Sunt autem quidam.] B Declarat vacuum imbibitum corporibus non esse, sicut quidam posuerunt. Primum capitulum continet tres partes principales, quoniam in prima Phyl. ponit intentionem suã, & causam intentionis, & modum procedendi. In secunda ibi. [Alij quidem igitur] Ponit Phylosophos, insufficientiã quorundam ponentium, & probantium vacuum non esse. In tertia ibi. [Sed magis affirmantes.] Ponit Phylosophus opi. ponentium vacuum esse. Prima pars cõtinet tres particulas, quoniam in prima ponit Phylo. intentionem suam. In secunda ibi. [Et namque.] Proponit Phylosophus causam intentionis. In tertia ibi. [Incipere autem] Ponit Phylosophus modum agendi, vel procedendi. In prima igitur particula Phylosophus

Tria sunt cõsideranda de vacuo.

proponit intentionem suam, di. quod Phylo. naturalis, debet considerare de vacuo, vtrum sit aut non, & quomodo est, & quid est, si sit, sicut, & de loco, patet igitur intentio Phylosophi, videlicet, quod est considerandum de vacuo, sicut de loco, vnde tria sunt consideranda de vacuo, videlicet, an sit, quomodo sit, & quid sit, si sit. Et hoc, quod Commen. dicit hic,

Expositio Commẽ.

quod naturalis habet ponere perscrutationem, in potentia de tribus interrogationibus, de quibus perscrutatus est de loco, C scilicet, vtrum sit, quid sit, & quale sit. Notandum, quod in textu quem exponit Comment. primo ponitur interrogatio, vel quæstio quid vacuum est. Vnde in translatione sua scribitur sic oportet perscrutari de illo, scilicet, vacuo quid sit, & an sit, vel non, & quomodo, vbi di. Commen. quod alterum incepit ab interrogatione per quid sit & postea induxit interrogationem per vtrum, quia oportet primo perscrutari, quid significat hoc nomen vacuum, quoniam per quid interrogatur ad sciendum significationem nominis, & illa interrogatio præcedit interrogationem, per vtrum in interrogationibus simplicibus. Interrogatione autem, quid sit interrogatur de dif-

Quæstio quid nominis præcedit quæstionem si est inter rogationibus simplicibus. Idẽ primo co. 57.

finitione post interrogationem per vtrum. Et modicum post dicit, Et forte in sermone est ordo præposterus, ita, quod oportet logicum perscrutari de vacuo, vtrum sit aut non, & si sit, quid sit, & quale. hæc Commen. & secundum hoc intelligit per quid: quid rei, & non quid nominis, & illud debet præcedere, quæstionem quærentem vtrum est, & ita est duplex expositio huius literæ quid sit, vna, quod per quid intelligat quid nominis, & illa debet præcedere quæstionem quærentem vtrum est. Alia expositio est, quod per quid est intelligendum quid rei, & secundum hanc expositionem, quæstio quid D est vacuum est posterior quæstione quærente vtrum est. Vnde ex his dictis Com. possunt tria notari. Primo, quod interrogatio, vel quæstio quærens de aliquo quid est, est duplex:

Primum notan.

quoniam quædam est quæstio, quærens quid nomen significat, & quædam est quæstio quærens diffinitionem rei significatæ per nomen, & ita quædam est quæstio quærens quid nominis, & quædam quærens quid rei, & qualiter illæ differant declaratum est in principio primi poster. & Themistius satis declarauit illud. Secundo est notandum, quod quæstio quid

Secũdum notan.

nominis præcedit quæstionem an est, quæ est quæstio simplex non ponens in numerum, quia primo oportet scire, quid nomen significat. postea inquirere an illud, quod nomen significat possit esse, vel non esse. Tertio est notandum, quod quæ-

Tertium notan.

stio quærens an res est, siue vtrum res est, præcedit quæstionem quærentem quid rei, siue quid importatur per diffinitionem. Et hoc dicit Phylo. secundo poster. quoniam quæstio quærens, quid nominis quærit de entitate in generali, quæ

A est communis ad omne intelligibile, quia omne intelligibile potest significari per nomen. vnde si quærimus quid nomen significat, est quærere, quod ens, vel cuiusmodi ens significatur per nomen, siue illud ens sit, vel possit esse in rerum natura, siue non. vnde quærere, quid nominis est quærere indifferenter de omni intelligibili, scilicet, quod intelligibile significatur per nomen, sed quæstio an est, vt est quæstio simplex, quærit de entitate, cui non est prohibitum, vnde quærere de aliquo vtrum est, secundum quod hæc quæstio pertinet ad demonstrationem est quærere vtrum sit ens possibile, siue vtrũ sit ens, cui non est esse prohibitũ, vel vtrum sit ens, de quo possit esse scientia, sed quæstio rei, quærit quid est ista res, siue quid est quidditas illius rei, cui non est prohibitum esse. Ad hoc ante quæstionem quærentem, quid nominis est quæstio alia prior, quæ quærit, an nomen significat aliquid, ista tamen non multum pertinet ad artifices speculatiuos, & sic habetur ordo inter illas quæstiones. Quia prima quæstio est, an vox aliquid significet, & hæc quærit in generali de omni intelligibili, scilicet, an vox significat aliquod intelligibile. Secunda quæstio est, supposito, quod vox aliquid significat est quæstio quid significat, & hæc quærit indifferenter de omni ente, ita,

Qualis sit ordo inter quæstiones si est, scilicet an est, &c.

B quod per omne ens contingit ad istam quæstionem respondere, tamen hæc quæstio magis, quærit in speciali, quam prima quæstio, quoniam quærit, quod ens nomen significat, & ita quærit certificationem de aliquo in speciali, sed hoc non quærit certificationem de aliquo in speciali, sed hoc non quærit prima quæstio, quæ quærit, an nomen aliquid significet. vnde quamuis vtraque quæstio de ente transcendente quærat. tamen prima quæstio generalius, & confusius quærit, quam secunda, quia determinatius, & perfectius scit ille, qui scit, quid nomen significat, quam ille, qui scit, quod nomen aliquid significat. Postea sequitur in ordine quæstio quærens, an res est, hoc est, an res significata per nomen sit ens cui esse existere nõ est prohibitum, quia sciro, quid nomẽ significat, adhuc potest ignorari, an illud sit ens reale actu existens, vel potens existere. Deinde sequitur quæstio quærens, quid sit res in specie, quoniam possumus scire, quod res significata per nomen est ens, cui no repugnat esse existere, & ignorare, cuiusmodi ens est, vtrum sit animal rationale, vel irrationale. Et sic patet, quod istæ quæstiones sunt ordinatæ, & semper secunda præsupponit primam, quoniam quæstio quid nominis præsupponit quæstionem quærentem, an nomen aliquid significat, & C quæstio an est præsupponit quæstionẽ quid nominis, & quæstio quærens quid res præsupponit quæstionem quærentem an res est. Vnde quæstio quærens, an nomen aliquid significat, quærit de ente transcendenti absolute, quæstio quid nominis quærit de ente transcendenti in comparatione ad omnia sua inferiora, quia quærit, quod contentum sub ente transcendenti nomen significat. Quæstio vero an est quærit de ente reali, vel prædicamentali absolute, scilicet, vtrum res significata per nomen sit ens reale prædicamentale. Quæstio quid rei quærit de ente reali in comparatione ad sua contenta, vel ad sua specialia, quia quærit quid ens reale est, scilicet, vtrum est homo, vel asinus, aut linea, seu albedo, & sic de alijs.

Etenim similiter creditur, atque non creditur, per ea quæ de ipso putantur. Nam qui dicunt vacuum esse, vt locum quendam, & vas ipsum ponunt. At plenum quidem esse videtur, cum habet eam molem, cuius est susceptiuum. Vacuum D autem illa eadem caret, quia idem est vacuum, plenum, & locus. Esse vero ipsorum non idem est, sed diuersum.

Et namque similẽ habet incredulitatem, & fidem, per ea, quæ opinantur, vt enim locum quendam, & vas vacuum ponunt dicentes. Videtur autem esse plenũ quidem cum habet graue, cuius susceptiuum est. Cum vero priuatum est vacuum, tanquam idem quidem sit vacuum, & plenum, & locus, esse autem ipsis non idem.

HÆc est secunda particula primę partis principalis huius, in qua Phyl. ponit causam suę intentionis, & est quod antiqui similem opinionẽ credulitatis habuerunt de loco, & vacuo, & per eandem rationem posuerunt vacuum, & locum antiqui, quia probant vtrumque esse per motum localem. Vnde dixerunt,

dixerunt, quod vacuum est tanquam locus, & tanquam vas, & ita dixerunt, quod vacuum, & plenum, & locus sunt idem subiecto, quia dixerunt, quod locus est plenus, quando habet corpus, cuius est susceptiuus, & quod est vacuus, quando caret tali corpore, & quod dicitur locus, siue habeat tale corpus, siue sit priuatus tali corpore, & propter hoc naturalis habet considerare de vacuo, & similis est opinio de loco, & vacuo. Et potest

22. concl. huius lib.

hic poni conclusio 22. huius libri, videlicet, quod ad naturalē pertinet determinare de vacuo, hæc conclusio probatur sic. Quicunque habet determinare de loco, habet determinare de vacuo, sed naturalis habet determinare de loco. ergo naturalis habet determinare de vacuo. minor patet ex præcedentibus, & maior probatur sic. quandocunque est de aliquibus similis opinio, seu credulitas, quicunque habet determinare de vno habet etiam determinare de altero, sed de loco, & vacuo est similis opinio, seu credulitas. ergo. Intelligendum, quod cum Phyl. dicit, quod vacuum, plenum, & locus videntur idem apud antiquos esse, aut ipsis non idem, super hoc dicit Com. quod contingit istis antiquis, s. ponentibus vacuum esse, quod vacuum, plenum, & locus sunt idem secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem. Circa, quod est intelligendū,

Idem primo. 106. & secūdo de anima. 147. & quę ibi vide etiam hic 3. com. 61. & 104. & 1. com. 121.

quod quando aliqua nomina significantia diuersa, verificantur de eadem re numero, siue simul, siue successiue, illa dicuntur idem secundum subiectum, quia verificantur de eodē subiecto secundum numerum, & dicuntur diuersa secundum diffinitionem exprimentem, quid nominis, nam ex quo ista nomina non significant idem, oportet, quod habeāt diuersas diffinitiones exprimentes quid nominis, tamen ista res, de qua illa verificantur, est omnino idem secundum diffinitionem, vt si homo sit albus, & musicus, manifestum est, quod album, & musicum verificantur de eodem homine secundum numerum, & insunt eidem subiecto, tamen illa nomina non significant idē, & sic album, & musicum sunt diuersa secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, & sic debet intelligi dictum Phy. vbicunque dicit aliqua esse idem, & omne ipsis non idem. Et vbicunq; Com. dicit aliqua esse idem secundum subiectum, & diuersa secundum rationem, vel diffinitionem, per idem subiectum intelligit verificari de eodem subiecto secundum numerum, & per esse diuersa secundum esse, siue secundum diffinitionem intelligit esse diuersa secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, & hoc est idem cum illa diuisione, videlicet, quod terminus concretus potest accipi pro eo, quòd denominat, vel pro eo, quod significat, secundum quod dictum est, in quadam quæstione supra tractatu de loco. Sed contra hoc dicitur, quod Phylo. & Com. videntur dicere de eisdem, quod sunt idem secundum subiectum, & diuersa secūdum diffinitionem, vel secundum esse, sed illa quæ sunt idem secundū subiectum sunt idem realiter. ergo eadem res est diuersa a seipsa secundum diffinitionem. Dicendum, quod cum Phylo. & Com. dicunt aliqua esse idem numero, vel secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem accipiunt actum exercitum pro actu significato, vnde hæc de virtute sermonis est falsa, scilicet, quod aliqua sunt idem numero, vel secundū subiectum, & habent diuersa esse, vel diffinitiones, sed cum dico, quod aliqua sunt idem per hoc verbum est, vel per hoc verbum sunt, quod exercet prædicationem, debet intelligi verbū significans prædicationem, cuiusmodi est verbum prædicari. Vnde intellectus est ille, quòd, scilicet, aliqua prædicantur de eodem subiecto secundum numerum, quæ tamen habent diuersas diffinitiones exprimentes, quid nominis.

Incipiamus autem considerationem oportet, & hisce, quæ dicunt hi, qui vacuum asserunt esse, D & his etiam, quæ dicunt, qui ipsum è medio tollunt, & tertio communibus de ipsis opinionibus sumptis.

Tex. c. 51.

Incipere autem oportet considerationem accipientes, quæ dicunt affirmantes esse, & iterū quæ dicunt affirmātes non esse, & tertio communes opiniones de ipsis.

Quomodo procedendū sit in determinando de vacuo.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit modum procedendi in determinando de vacuo, dicens, quod incipiendum est a sermonibus aliorum antiquorum, quorum quidam posuerūt vacuum esse, & quidam posuerunt ipsum non esse, & posterius est ponenda perscrutatio de vacuo secundum principia communia, & cognita in eo, & secundum veritatem, vnde dicit hic

A Com. quod principium perscrutationis naturalis est præponere sermones dialecticos, sermonibus demonstratiuis, & sermones eorum, qui ponunt vacuum, & destruunt ipsum, sunt tales, & maxime sermones eorum, qui ponunt ipsum, hæc Commen. Et sic patet, quis est modus procedendi hic, quia primo possunt poni opiniones aliorum, quæ dicuntur sermones dialectici, eo quod sunt contrariæ, quia vna ponit aliam partem contradictionis, & aliam ponit aliam. Secundo est procedendum demonstratiue ex principijs, per se notis in determinando de vacuo, & sic patet intentio.

Idem supra c. 3. & quæ ibi.

Qui igitur non esse conantur, ostendere, non id è medio tollunt, quod homines dicere vacuum volunt. Sed, quod dicunt, errantes, vt Anaxagoras: & qui hoc redarguunt modo. Nam aerem aliquid esse demonstrant torquentes vtres, ac aerem roboris esse participem ostendentes, & item ipsum in hisce vasis includentes, quæ surripiunt aquam. At B homines. vacuum spatium esse volunt, in quo nullum est sensibile corpus.

Alij quidem igitur tentantes monstrare, quia non est, quod homines volunt dicere, vacuum, hoc arguunt, sed peccantes dicunt, sicut Anaxagoras, sed non eodem modo arguentes, demonstrant enim, quod aliquid est aer ligantes vtres, & demonstrantes, quod aer est fortis, & accipientes in clepsydris. Alij autem homines volunt vacuum esse spacium, in quo nullum est corpus sensibile.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponitur insufficientia quorundam ponentium, & probantium vacuum non esse, & continet duas particulas, quoniam in prima Phyl. ponit rationes eorum. In secūda ibi. [Opinantes autem.] Ponit eorum insufficientiam. In prima igitur particula huius partis Phyl. dicit, quod antiqui vt Anaxagoras, & alij intendentes probare, vacuum non esse, non im- C probant vniuersaliter vacuum esse. secundum quod alij antiqui posuerunt vacuum esse, sed ipsi peccant per sufficientiam, quia non contradicunt contradictioni vniuersali, sed solū particulari, quia non probant vacuū non esse, sed solum probant, quod vacuum non est locus, in quo est aer, & per hoc credebāt sufficienter probare, vacuum non esse, & causa, quare aliqui credebant sufficienter probare vacuum non esse probando, quod vacuum non est locus, in quo est aer fuit, quia aliqui posuerūt locum plenum aere esse vacuū, & credebant, quod omne, quod est, sit sensibile, & ideo dixerunt, quod vacuum est locus, in quo est aer, & secundum eos aer est nihil. Et ratio huius est, quia dixerunt, quod in loco pleno aere nihil est, & per consequens, quod locus plenus aere est vacuus, ideo Anaxagoras, & alij, volentes probare vacuum nō esse, probant, quod aer est aliquid, & per consequens, quod locus, in quo est aer, non est vacuus. Sed, quod aer sit aliquid, probant duo signa. Primum signum fuit, quòd per vtres inflatos fortiter & ligatos ostenditur, quod aer est fortis, & per consequens, quod aer est aliquid. Quod autem aer sic ligatus in vtribus sit fortis, potest dupliciter apparere, ut innuit hic Commen. vno modo, quod vtres inflati exprimantur, donec per tactum sentiatur exitus aeris ab eis. Aliter D potest hoc fieri, quia quando vtres inflantur, & ligantur fortiter possunt portare, vel sustinere aliquod magnum pondus sine depressione partium, quod non possent portare, quando non ligantur, quia tunc potest aer exire, & hoc est signum, quod aer est fortis, & per consequens, quod aer est aliquid. Secundum signum eorum, per quod, scilicet, probant aerem esse aliquid, fuit hoc, ipsi accipiebant quoddam instrumentum, vel vas, quod vocabant clepsydram, vel raniaphoram, quod quidem vas habet plura foramina, vnum inferius, & aliud superius, & si illud vas repleatur aqua, & foramen superius obturetur ita, quod aer nullo modo possit intrare, & foramen inferius aperiatur, non fluet aqua per foramen illud inferius apertum, sed si foramen superius aperiatur fluet aqua per foramen inferius, vel per foramina inferiora, & tunc patet aerem intrare per foramen superius, ex quo igitur per introitum aeris aqua, quæ prius non poterat fluere fluit, quia aer non poterat intrare, apparet, quod aer sit aliquid, quia quod est causa fluxus oportet quod sit aliquid.

Opinio Anaxa. & aliorum.

Ratio eorum.

Primū signum per quod probāt, quod aer est aliquid.

Secūdum signum.

Atque cum omne, quod est, corpus esse existiment: id, in quo nihil est, omnino, vacuum esse dicunt. Quapropter id, quod est aere plenum vacuũ inquiunt esse. Non igitur id ostendere eos oportet, aerem inquam aliquid esse. Sed spatium non esse quicquam præter corporum molem, aut separabile, aut actu, quòd quidem vniuersum corpus seiungit, vt non sit continuum, quemadmodum Democritus, & Leucippus, & complures alij naturalium dicunt, aut etiam si quid ponitur extra corpus continuum vniuersi. Hi igitur ad propositum non rectè proficiscuntur.

Tex.c. 52. *Opinantes autem omne, quod est esse corpus, dicunt omnino, in quo nihil est, hoc esse vacuum. Vnde plenum aere vacuum est. Igitur hoc non oportet monstrare, quia est aliquid aer, sed quia non est alterum spatium a corporibus, neque separabile, quod sit actu, quod distinguat omne corpus, vt sit non continuum, sicut dicunt Democritus, & Leucippus, & alij multi Phylosophorum. Aut, & si aliquod extra omne corpus est cum sit continuum.* Tex.c. 53. *Hi quidem igitur non secundum posita, ad problema contradicunt.*

Motiuum Anasa. & aliorum. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit insufficientiam eorum sic probantium vacuum non esse. Primo tamen narrat motiuum eorum, quod fuit tale, quia antiqui opinabantur, quod omne, quod est, est corpus sensibile. igitur apud eos idẽ est vacuum esse illud, in quo nihil est omnino, & vacuum esse, in quo non est corpus sensibile, sed apud antiquos vacuum est illud, in quo nihil est. ergo apud eos vacuum est, in quo nõ est corpus sensibile, & per consequens vacuum est, in quo est aer: cum aer non sit corpus sensibile, vel saltem non est corpus multum sensibile, & ideo probare, quod aer est aliquid est sufficienter probare, quod vacuum non est secundum, quod isti dixerunt, igitur hoc non oportet monstrare, sed isti sufficienter posuerunt, & illud declarat Phylo. & potest poni conclusio 23. huius libri sub hac forma, scilicet, quod probare aerem esse aliquid, non est sufficienter probare vacuum non esse, hæc (23. concl. huius lib.) conclusio probatur sic. Quandocunque aliud diuersimode ponitur esse ita, quòd circa idem sunt diuersæ opiniones ponentes illud esse, probare illud non esse eodem modo, quo vna illarum opinionum ponit solum illud esse, non est sufficienter probare illud non esse, sed vacuum diuersimode ponitur esse ita, quod sunt diuersæ opiniones circa vacuum. ergo probare vacuum non esse particulariter, scilicet, vno modo, quo ponitur vacuum non esse, non est sufficienter probare vacuum nõ esse, & sic probant isti, scilicet, vno modo secundum, scilicet, vnam opinionem tantum ponẽtium vacuum esse, in quo est aer. ergo probare aerem esse aliquid, non est probare sufficienter vacuum non esse, maior videtur manifesta, quia ad negationem volus particularis, vel vnius modi non sequitur negatio vniuersalis, vel illius omnibus modis. minor patet, quia apud ponentes vacuum esse. hoc erat generale, scilicet, vacuũ

Prima opinio. est, in quo omnino nihil est. Vnde de hoc suppositio erãt quatuor opiniones, vna quod plenum aere est vacuum, & ratio illius fuit, quia ipsi dixerunt, quod omne, quod est, est corpus sensibile, & quia aer non est corpus sensibile, vt ipsi dixerunt, ideo dixerunt, quod aer nihil est. Secunda opinio fuit, quòd

Secunda opinio. vacuum erat quoddam spatium separatum a corporibus receptiuum corporum, & distinguens corpora adinuicem. Tertia

Tertia opinio. opinio fuit, & posuit vacuum esse imbibitum corporibus, ita quod omne corpus secundum illam opinionem, habet multa foramina plena vacuo. Quarta opinio erat, quod extra cœlum

Quarta opinio. est vacuum infinitũ. cum igitur multę fuerint opiniones de vacuo, ad destruendũ vniuersaliter vacuum esse non sufficit probare, quod aer est aliquid, quia hoc est solum improbare vnã opinionẽ, sed oportet vniuersaliter probare, quod nullum est tale spatiũ separabile, vel inseparabile a corporib. & receptiuũ corporũ, & priuatum omni corpore, & siue tale spatium sit imbibitum corporibus, vt posuit Democritus, siue sit extra totum mundum, cõtinuatum toti mundo, vt dicunt alij. Isti igitur probantes, quod aer est aliquid non contradicunt ad proban-

A dum vacuum esse secundum ea, quæ posuerũt aduersarij, quia non contradicunt, nisi vni opinioni particulari de vacuo.

Sed hi magis, qui vacuum esse dicunt. Atque primo quidem motum, loco accommodatum non fore dicunt, qui quidem est latio, atque accretio. Non enim esse motus videtur, nisi sit vacuum. Fieri, namque non potest, vt ipsum plenum suscipiat. Quod si susceperit, fuerintque duo corpora in eodem possunt, & quorquot volueris corpora simul esse. Differentia namque dici non potest, ob quam dictum hoc non eueniet. Quod si hoc erit, poterit & minimum suscipere maximum, quippe cum ipsum magnum multa sit parua Quare si fit, vt æqualia multa sint in eodem, fieri potest, vt multa quoque inæqualia simul sint in eodem.

B *Sed affirmantes esse magis dicunt vnum quidem, qui motus secundum locum non erit, hic autem est loci mutatio, & augmentum. Non enim videbitur vtique motus esse, nisi sit vacuum. Plenum enim impossibile est recipere. Si vero recipiat, & sunt duo in eodem, continget vtique qualibet simul esse corpora. Differentia enim, propter quam non erit vtique, quod dictum est, non erit dicere. Si autem hoc continget, & paruissimum accipiet maximum. Multa namque parua magnum sunt. Quare si multa æqualia continget in eodem esse, & multa inæqualia.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ponuntur opiniones ponentium vacuum esse, & rationes eorum Vnde pars illa cõtinet quinque particulas secundum numerum quinque rationum probantium vacuum esse, secunda ibi. [Alio quidem igitur modo,] tertia ibi. [Amplius C autem.] quarta ibi. [Testimonium autem] quinta ibi.] Esse autem æstimant.] In prima igitur particula huius partis Phylo. prius comparat ponentes, vacuum esse ad destruentes vacuum esse per hoc, quod aer est aliquid, & dicit, quod affirmantes vacuum esse conuenientius videntur dicere, quam negantes ipsum, quia magis videntur accedere ad apparentiam, & sufficientiam veritatis. Deinde Phyl. primam rationem probantem vacuum esse. Et est ratio ponentium vacuum esse separatum a corporibus, quæ ratio est talis, si motus localis est, vacuum est, sed motus localis est. ergo vacuum est maior. probatur, quia si motus localis est, illud, quod mouetur, aut recipitur in pleno, aut in vacuo, non recipitur in pleno, quia sic duo corpora essent simul, quod est impossibile. ergo si motus localis est, oportet, quod mobile recipiatur in vacuo, & per consequens, si motus localis est, vacuum est, sed quod sit impossibile duo corpora esse simul, probat Phylosophus sic, si duo corpora possunt esse simul, eadem ratione quælibet corpora possent esse simul. Non enim potest assignari ratio, propter quã magis duo corpora essent simul in eodem loco, quam tria, vel quatuor, vel quotcunque, quia si dimensiones alicuius corporis penetrarent dimensiones alterius corporis in eodem loco, possibile D etiam esset, quod tertium corpus penetraret dimensiones illorum in eodem loco, & sic de infinitis, quare si possibile sit duo corpora esse simul in eodem loco, sequitur, quod eadem ratione infinita corpora poterunt esse simul, sed quod hoc consequens sit impossibile, scilicet, quod infinita corpora, vel quotcunque corpora essent simul in eodem loco, probat Phylosophus sic, quia si sic esset, sequeretur, quod maximum corpus reciperetur in loco minimi corporis, vt quod maximum corpus reciperetur in loco vnius grani synapis, quod est impossibile, & quod sequatur illud probatur sic, quia sic possibile est maximum corpus diuidi in partes, æquales illi corpori minimo, dato, quod omnia ista, ex quo sunt æqualia illi corpori minimo possunt, recipi in loco illius corporis minimi, & sic maximum corpus reciperetur in loco minimi corporis. Deinde Phylosophus inducit aliud impossibile, scilicet, quod inæqualia essent æqualia, quod est impossibile, & quod sequatur illud probatur sic, si multa æqualia sunt simul in eodem loco, tunc magis essent in eodem loco cum minori, quia

Prima rõ. Impossibile est, q duo corpora sint simul. Idem primo phys. cõ. 70.

compos-

compositom ex duobus minimis esset æquale vni mioimo: ex quo ambæ eius medietates essent cum illo, & sic si multa æqualia sunt simul in eodem loco: multa etiam inæqualia sunt simul in eodem loco: sed quæ sunt io eodem loco sunt æqualia. ergo inæqualia sunt æqualia.

Melissus autem, & vniuersum ex his ostēdit im mobile esse. Nam si mouebitur: necesse est, inquit, vacuum esse. At vacuum in ratione rerum non est. Tex.c.54.

Melissus quidem igitur demōstrat, quod omne immo bile ex his. Si enim mouebitur aliquid: necesse est esse vacuum; dicit autem vacuum non est eorum, quæ sunt.

HÆc ratio confirmatur per opi. Melissi, qui posuit, quod si aliquid mouetur secundum locum, necesse est esse uacuum: cum igitur secuodum ipsum vacuum non sit: di xit omoiuo, nihil moueri secundum locum. Et Commen. dicit hic, quod Melissus tendit in petus: quia negat motum esse: vnde hæc opi. Melissi confirmat hanc coosequentiam, scilicet, si motus localis est: vacuum est.

Tex.c.55. Vno igitur modo ex his vacuum quid esse ostē dunt. Deinde alio modo: quia nonnulla corpora premi: cogique videntur; quod intueri licet; cum dolia vna cum vtribus (vt inquiunt) vinum suscipiunt: propterea, quod corpus quod densatur: ea vacua, quæ in sunt ingreditur.

Vno quidem igitur modo ex his demonstrant, quod aliquid est vacuum. Alio vero modo, quia videntur quædam coeuntia, & calcantia, vt & vinum dicunt cū vtribus recipere dolia: tanquam in ea, quæ sunt vacua, coeunte densato corpore.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capitul in qua ponitur secunda ratio, qua probatur, vacuum esse, & ista ratio cum duabus rationibus sequentibus sunt rationes ponentium vacuum esse imbibitū corporibus. secunda igitur ratio probans vacuum esse sumitur ex condensatione corporum. Dicit igitur Phylosophus primo, quod alio modo probatur nacuum esse propter hoc, quod quædam corpora videntur quasi coeuntia. hoc est quædam corpora condentantur, & constringuntur: ita, quod minorem locum, quam prius nunc occupant, sicut dicunt, quod vinum potest constringi io dolio, vel in utribus: quia dolia tantum recipiuot de uino recipiendo simul vtres cum vino, quantum reciperent de vino sine vtribus receptis in dolijs, quod non potest contingere, vt ipsi dicunt, nisi condensato vino: sed coodensatas non fit nisi propter hoc: quia partes coeuot, & comprimuntur, vt ipsi dicuot, ita quod recipiuntur in locis vacuis præexistentibus in vino, vel in alio corpore, & propterea dicit, quod dolium tantum potest recipere de vioo cum vtribus, quantum sine utribus: quia quando vinum sic comprimitur partes vini recipiunt in foraminibus vacuis, quæ tantum occupant de loco, quantum occupant vtres. Vnde breuiter eorum ratio potest formari sic: quando corpus cō densatur partes mouentur versus centrum totius corporis: aut igitur una pars recipitur io alia parte, quod est impossibile, aut pars mota sic uersus centrum corporis recipitur in va cuo, & hoc est propositum.

Secunda ratio.

Præterea accretio etiam per vacuum fieri omnibus videtur: nam alimentum quidem est corpus Fieri vero non potest: vt corpora duo sint simul.

Amplius autem, & augmentum videtur omnibus fieri per vacuum, alimentum quidem corpus esse: duo autem corpora impossibile simul esse.

Tertia ratio.

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua ponitur tertia ratio, quæ sumitur ex parte augmenti: quę talis est. Augmētatio fit per hoc, quia alimentum recipitur in corpore, quod augetur: aut igitur alimentum adueniens recipitur in vacuo, aut in pleno: non in pleno: quia alimentum est corpus, & impossibile est duo corpora esse simul. ergo alimentum recipitur in vacuo: & per consequens uacuum est: unde ista ratio differt a ratione præcedenti: quia ratio præcedens procedit, quando nihil aduenit nouum: sed hæc ratio procedit, quando corpus extra secum aduenit, vtputa alimentum, & Commen. dicit, has tres rationes esse, vnam, scilicet, ex motu translationis, secundam, ex motu coodensationis tertiam ex nutrimento, & impossibile, quod sequitur secundum existimationem est unum, scilicet, corpus penetrari, & ratiocinatio ex tribus est particularis, & reducitur ad rationem deositatis, & raritatis.

In quo differat tertia ratio a secūda.

Testem etiam huius id afferunt: quod in cinere fieri solet: qui quidem tantum suscipit aquæ, quantum vas vacuum capit.

Testimonium autem, & quod est de cinere faciunt, quod recipit tantum aquæ, tantum vas vacuum est. Tex.c.56.

Quarta ratio.

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta ratio probans uacuum esse, & accipitur hęc ratio a quodam signo, quod est tale, uas plenum cineribus tantum recipit, de aqua quantum reciperet idem uas, si io eo non essent cineres, sed hoc non esset possibile, nisi quia in cineribus sunt aliqua foramina vacua, immo uidetur, quod uacuum sit ubicunque interceptum in cineribus. Et dicit Commen. hic, hoc non sum expertus, sed si est, vt dicuot, non est alia causa, nisi quia aer existens, inter partes cineris corrumpitur, & subintrant partes aquæ: aut quia quædam partes aquæ corrumpuntur. Et hoc est signum verius otriusque, quoniam, quando exprimitur aqua de cineribus, non est tanta, quam fuit prius, & hoc est signum quod aliquæ partes aquæ corrumpuntur, & etiam aliquæ partes cineris corrumpuntur, quia quando cineres desiccantur non remanent in tanta quantitate, sicut prius.

Propter quid est quod uas plenum cinere recipit tantum de aqua quantum si uacuū esset.

Esse autem, & Pithagorici vacuum dixerunt, & ipsum ex infioito spiritu cælum ingredi: quasi respirando cęlum ipsum, etiam vacuum traheret, quod naturas ipsas distinguit. Proptereaque vacuum, separatio quędam est eorum, atque distinctio, quæ deinceps sunt collocata, atque hoc (inquiunt) primum in numeris esse. Vacuum enim naturam ipsorum distinguere dicūt. Talia igitur, & tot fere sunt, ex quibus quidam esse: quidam non esse vacuum censent.

Esse autem affirmant, & Pythagorici vacuum, & ingredi ipsum a cælo ex infinito spiritu: tanquam respiranti, & hoc esse vacuum, quod determinat naturas: tāquam sit vacuum separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter, & determinatio, & hoc est primum in numeris. Vacuum enim determinare naturam ipsorum. Ex quibus quidem alij dicunt esse: alij vero non dicunt: ferè tot, & huiusmodi sunt. Tex.c.57.

Quinta ratio.

HÆc est quinta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua pooitur quinta ratio probans uacuum esse, quæ ratio sumitur ex opi. Pythago. quæ ratio sic formatur secundum Commen. Si uacuum non est, diuisio eorum non est, sed diuisio entium est, ergo uacuum est, uel sic, si distinctio, & diuisio rerum adinuicem est, uacuum est, sed distinctio, & diuisio entium adinuicem est, igitur uacuum est. Vnde Pythago. dixerunt, quod causa diuisionis entium coosequentium, idest, non contingentium est uacuum, & opinātur infinitum uacuum esse extra cælum, & quod cælum tanquam unum animal magnum respiraret spiritu infinito, scilicet, ex uacuo, ita, quod cælum respiraret de illo uacuo ultra se respiratione infinita, & dixerunt illud uacuum penetrare totum mundum, & esse causam distinctionis rerum non contingentiū se adiouicē, & cum hoc dixerunt uacuum determinare, & separare naturam rerum, & consequenter entium, tanquam quædam determinatio, & separatio, quia di-

Opinio Pythago.

stinctio

stinctio est primo in numeris: propterea posuerunt vacuum primo esse causam distinctionis, & diuisionis in numeris, & per consequens in aliis rebus. Postea epilogando dicit Phylosophus, quod rationes, ex quibus alij dicunt vacuum esse, & aliquid dicunt ipsum non esse: sunt tot.

PONVNTVR, ET DESTRVVNTVR SIGNIficationes vacui. Tractatus secundi. Cap. II.

At nos, vt percipiamus vtronam modo res sese habeat: accipiamus oportet, quid ipsum nomen significat. Vacuum igitur locum esse videtur, in quo nihil est. Quod quidem inde emersit. Omne enim quod est: corpus esse existimãt, & omne corpus esse in loco, & vacuum esse locum in quo nullum est corpus. Quare si alicubi non est corpus, ibi nihil esse dicunt. Rursus omne corpus tangibile esse putãt & tale, vt grauitatis, aut leuitatis sit particeps. Fit igitur per ratiocinationem, vt id sit vacuũ, in quo nõ est graue quicquã, vel leue. Hæc igitur vti diximus per ratiocinationem eueniunt.

Ad æquale autem se habeat, oportet accipere quid significet nomen. Videtur autem vacuum locus esse: in quo nihil est. Huius autem causa est: quia omne quod est, corpus opinantur esse. Omne autem corpus in loco est, vacuum autem in quo nullum corpus est. Quare si alicubi non est corpus, nihil est hic. Corpus autem iterum omne opinatur esse tangibile, huiusmodi autem est, quod habet grauitatem, aut leuitatem. Accidit igitur ex syllogismo hoc esse vacuum, in quo nihil est graue aliquid, aut leue, hæc quidem igitur ex syllogismo, sicut prius diximus accidunt.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo ponuntur significationes, & descriptiones vacui, & etiam destruitur vacuum esse secundum illas significationes. Illud capitulum continet quinque partes principales, quia in prima phylosophus ponit unam significationem uacui, & disputat contra eam. In secunda ibi. [Sed hic videtur.] Mouet, & soluit unum dubium. In tertia ibi. [Alio uero modo.] Ponit aliam discriptionem vacui, & remouet errorem prouenientem ex illa discriptione. In quarta ibi. [Quoniam autem de loco.] Destruit vacuum acceptum in uera, & propria significatione vacui. In quinta ibi. [Neque vna necessitas] Respondet rationibus probantibus vacuum esse. Prima pars continet duas particulas, quontã in prima phylosophus ponit vnam significationem uacui In secunda ibi. [Sed inconueniens est.] Destruit illam significationem, vel descriptionẽ vacui. In prima igitur particula huius partis phylosophus primo ponit eius intentionem d. quod ad videndum quale se habeat, hoc est an sit concedendum vacuum esse, vel negãdum, oportet accipere, quid significat hoc nomen uacuum. Deinde ponit vnam significationem, vel descriptionem uacui, quam intendit destruere d. quod aliquibus videtur, quod uacuum est illud, quod nihil est, & causa, propter quam ipsi sic descripserint uacuum, fuit, quia ipsi supposuerunt tanquam certum, quod vacuum est illud, in quo non est corpus. Et ipsi etiã opinati sunt, quod omne, quod est, sit corpus, ex quo sequitur, quod vacuum est, in quo nihil est: nam ex quo secũdũ eos omne, quod est, est corpus, sequitur, quod si uacuum est, in quo non est corpus, quod uacuum est, in quo nihil est. Et vlterius ipsi opinabantur, qđ oẽ corpus est tangibile, & per cõsequens oẽ corpus est graue, vel leue, quia secundũ eos nihil est tangibile, nisi quod habet grauitatem, & leuitatem, ex quo sequitur, quod uacuum est, in quo non est graue, uel leue, ita quod illa esset descriptio uacui. Vacuum est illud, in quo non est graue, nec leue, & quod ita sit apparet ex eorum dictis, quia ipsi dixerunt, quod ens & corpus conuertuntur, quia secundum eos, omne, quod est, est corpus, & omne corpus est ens, & similiter secundum eos corpus, & graue, & leue conuertuntur, quia ut ipsi dicunt, oẽ corpus est graue, uel leue, & omne, quod est graue, uel leue est corpus, ex quo sequitur, quod tas corpus graue, & leue conuertuntur, & sic si hæc sit descri-

Descriptio uacui secundum opi. antiquorum. Idẽ primo Tex. c. 57.

Secunda descri. uacui.

prio vacui, scilicet, vacuum est, in quo nec est graue, nec leue, erunt idem conuertibiliter. Vnde Commen. di. hic, quod primo oportet perscrutari, quid nomen significat: vnde dicit sic, quod principium perscrutationis per vtrum simplex, scilicet, vtrum aliud sit, aut non, est exponere nomen per sermonem compositum ex aliquo, quod est tãquam genus, & aliquo, qđ est tanquam differentia. Deinde quæritur, si illud genus est in illa differentia, sed si fuerit verificabitur illud quæsitum, si non, non: vt declaratum est in posterioribus, hæc Commẽ.

Consimile supra. c. 50.

Absurdum autem est, si punctus sit vacuum. Sit enim id locus oportet, in quo corporis est tangibilis moles.

Sed inconueniens est; si punctum vacuum sit. Oportet enim locum esse, in quo loco corporis sit spatium tangibilis.

HAec est secunda particula primæ partis: in qua phylosophus destruit istam descriptionem, vel significationẽ vacui, scilicet, quod vacuum est, in quo nec est corpus graue, nec leue: ita, quod ista non sunt omnino, & conuertibiliter idem, scilicet, vacuum, & illud in quo, nec est graue nec leue. Et potest hic poni conclusio uigesimaquarta, scilicet, quod uacuum non est omnino idem, quod illud, in quo nec est graue, nec leue. Hæc conclusio probatur sic: si uacuum sit omnino idem, quod illud, in quo nec est graue, nec leue: tunc omne illud erit uacuum, in quo nec est graue nec leue, quia descriptio, & descriptum conuertuntur: sed istud consequens est falsum, scilicet, quod omne illud est vacuum in quo nec est graue, nec leue, quia si ita esset, quod omne illud esset vacuum, in quo nec est graue, nec leue, cum in puncto, nec est graue, nec leue: sequitur, quod punctum esset vacuum: sed hoc impossibile, quia uacuum est receptiuum corporis: sed punctus nõ est receptiuum corporis: quoniam omne corpus est diuisibile, & punctum est indiuisibile, & indiuisibile non recipit diuisibile. ergo punctus non est uacuum, cum uacuum sit corporis receptiuum, punctus vero non: ex quo sequitur, quod punctus non est vacuum. Vnde Commen. dicit hic, quod hoc contingit eis, scilicet, quod punctus esset uacuum, quia negatio, per quam disposuerunt uacuum: est negatio uniuersalis, per quam non intelligitur natura terminata, scilicet, cum dico, quod vacuum est locus, in quo non est corpus, & hoc est uerum de puncto, & ratio est, quia illi, qui dicunt ipsum esse dimensionem, in qua non est corpus, non cõtingit eis hoc inprobabile: quoniam dicere ipsum esse locum, in quo nõ est corpus, non significat naturam determinatam, sed significat apud dicentes ipsum esse dimensionem, in qua non est corpus. hæc Commen. Ex hoc loco apparet, quod uitium negationis non ponit aliquam naturam.

Vigesima quarta cõclusio huius libri.

Attamen vacuum vno quidem modo videtur id dici, quod non est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile vero est tactu quod grauitatem habet, vel leuitatem. Idcirco, & quispiam dubitauerit: quidnam dicent, si spatium colorem habeat, aut sonum. Vacuum ne; an non uacuum esse. At, vt patet vacuum esse dicent: si corpus tangibile suscipere possit. vacuum non esse: si illud suscipere nequeat.

Sic igitur videtur dici vacuum: vno quidem modo non plenum sensibili corpore secundum tactum. Sensibile aũt secundũ tactum est grauitatem habens, aut leuitatem. Vnde, & si dubitat aliquis quid vtique dicat: si habeat hoc spatium colorem, aut sonum: vtrum vacuũ: Aut non. At manifestum est, si quidem accipiat corpus, quod tangitur vacuum esse: si vero non: minime.

Tex. c. 58.

HAec est secunda pars principalis huius capituli in qua phylosophus remouet unam diffinitionem uacui: & primo repetit prædictam diffinitionem vacui. secũdo mouet, & soluit vnum dubium. Dicit igitur phylosophus primo, quod uno modo illud dicitur vacuum, quod non est plenum corpore sensibili sensu tactus, quale est corpus habens grauitatem, & leuitatẽ. Vnde, & sic dubitat. Hic phylosophus soluit, & mouet vnam dubitationẽ, quæ talis est. si ponitur aliquod

Quædam diffinitio uacui.

Dubium. Solutio.

quod spatium habens colorem, aut sonum, siue corpus coloratum, vel corpus sonorum, & non habens aliquam qualitatem tangibilem, vtrum tale spatium sit vacuum, vel non. Hanc dubitationem Sol. Phylosophus di. quod si illud spatium sit receptiuum corporis tangibilis, tunc illud spatium est vacuum, non obstante, quod in illo sit color, aut sonus, si vero non possit recipere corpus tangibile non est vacuum, ex quo patet, quod illa descriptio est vacui, scilicet, vacuum est receptiuum corporis tangibilis, in quo non est aliquod corpus tangibile. Intelligendum secundum veritatem, quod impossibile est colorem, aut sonum esse, nisi in corpore tangibili, tamen secundum antiquos ponentes, prædictam diffinitionem vacui, color, & sonus possunt esse sine corpore tangibili, quoniam ipsi posuerunt, quod omne corpus tangibile est simpliciter graue, vel leue, ideo dixerunt, quod aer non est corpus tangibile, tamen aer potest recipere colorem, & sonum.

Alio vero modo id in quo non est hoc aliquid, neque substãtia corporea vlla. Quapropter quidã vacuum esse corporum materiam dicunt, qui quidem, & locum hoc idem asserunt esse, non rectè B dicentes, vt patet. Materia namque separabilis non est a corporibus. Vacuum autem, vt separabile quærunt.

Tex. c. 59.

Alio autem modo in quo non est hoc aliquid, neq; substantia aliqua corporea. Unde quidam dicunt vacuũ esse corporis materiam, quidã vero, & locum dicentes idem hoc non bene, materia quidem enim non separabilis est a rebus. Vacuum autem quærunt sicut separabile.

Secunda descriptio vacui.

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua Phylo. ponit aliam descriptionem vacui & etiã destruit quendam errorem ex illa descriptione prouenientem. Dicit ergo primo, quod alio modo describitur vacuum ab antiquis, & hoc sic. Vacuum est illud in quo non est aliquid determinatum, nec accidens nec aliquid de substantia corporali, & quia ista descriptio competit materiæ primæ, primi quidem, scilicet, Platonici dicunt, quod materia prima, & vacuum sunt idem, sicut etiam existimauerunt, quod locus, & materia prima sunt idem. Illud igitur improbat Phyl. & probat hanc conclusionem, scilicet, quod materia, & vacuum non sunt idem, & hæc est 25. conclusio huius libri, quæ probatur sic, materia non est separabilis ab ipsis rebus manentibus, sed vacuum esse separabile a rebus secundum ponentes vacuum, quia separato vacuo possunt res manere. ergo materia, & vacuum non sunt idem, vnde Com. d. hic, quod cum dicimus, quod in materia prima nil demonstratur in actu non intendimus, quod materia prima possit denudari ab omnibus rebus demonstratis in actu, sed intendimus, quod in sua essentia non est aliquid demonstratum, nec est in se aliquod demonstratum, quoniam si ita esset non remoueret res determinatas, sed vacuum est illud in quo non est aliquod demonstratum, ita, quod vacuum reperitur separatum a rebus demonstratis, hæc Com. & sic patet, quod differentia est inter materiam primam, & vacuum, quia materia prima nunquam denudatur ab omnibus rebus demonstratis, quamuis nulla res determinata sit de essentia sua, sed vacuum denudatur ab omnibus rebus demonstratis, secundum ponentes vacuum esse. Intelligendum, quod Com. hic per demonstratum in actu intelligit indiuiduum in actu alicuius speciei, vel formam per quam tale indiuiduum est in actu, nam certũ est, quod materia, nec est indiuiduum completum in actu alicuius speciei, nec etiam includit aliquam essentiam, aut formã, per quam indiuiduum alicuius est in actu completo, seu completo in aliqua specie.

Opinio. Platonicorum.

Consimile supra. cap. 16.

25. concl. huius lib.

Quomodo intelligit dictum cõ. quod in materia nihil est demõstratum in actu.

Quoniam autem de loco est pertractatum, & vacuum necesse est locum esse, si corpore careat: dictumque est quomodo non est. & quomodo nõ est locus in rebus, patet hoc pacto vacuum, aut separatum, aut inseparabile in ratione rerum non esse. Vacuum enim non corpus, sed corporis spatium esse volunt.

Tex. c. 60.

Quoniam autem de loco determinatum est, & vacuũ locum necesse est esse, si est priuatum corpore. Locus autem quomodo est, & quomodo non est, manifestum est, quoniam sic quidem vacuum non est, neque separatum, neque inseparabile, vacuum enim non corpus, sed corporis spatium volunt esse.

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua destruitur vacuum esse, accipiendo vacuum secundum veram descriptionem vacui, quæ est, quod vacuum est dimensio, in qua non est corpus, vt di. hic Com. & Com. per veram descriptionem vacui intelligit descriptionem indicantẽ, quid nominis, & non descriptionem indicantem quid rei. dicit, quod cum determinatum sit de loco: Et manifestum est, quod vacuum est locus, si est, quia vacuum est locus priuatus corpore, & determinatum est, quomodo locus est, & quomodo locus non est, manifestum est ex illis determinatis, quod vacuum non est, quia manifestum est, quod vacuum, neq; est separatum, neque inseparabile, quia secundum sic dicentes vacuum non est aliquod naturale, sed est corporis spatium, & nõ est tale spatium separatum a corpore naturali, nec inseparabile, vt dictum est in cap. de loco. Vnde hæc potest poni 26. conclusio huius libri. videlicet, quòd nulla est dimensio receptiua corporis, in qua non est corpus. Hæc conclusio probatur sic. quia si esset talis dimensio aut illa esset separata a corporibus, aut inseparata secundum dicentes, quod vacuum est mixtum cum corporibus, sed nulla est talis dimensio separata, uel non separata receptiua corporis, in qua non est corpus. igitur nulla est dimensio receptiua corporis, in qua nõ est corpus. maior patet, minor vero probatur ex præcedentibus, idest, ex declaratis in tractatu de loco, quia ibi probatum est, quod non est aliqua dimensio talis receptiua corporis, in qua non est corpus, quia sic duo corpora possent esse simul, vt patet ibidem. Intelligendum tamen, quod Com. probat hanc minorem hic, videlicet, quod non est aliqua dimensio existens per se separata a corporibus naturalibus, vel existens inter corpora naturalia, dicens, quod si ita esset, scilicet, quod esset dimensio per se existens, siue esset separata omnino ab accidentibus naturalibus, siue mixta cum eis, idest, infra ea in foraminibus corporis naturalis, tunc prædicamentum quantitatis esset separatum, & tunc quantitas esset substantia. Hæc Com. Ex isto loco apparet, quod de intentione Com. est, quod quantitas non est substantia. Vnde Com. ducit ad hoc tanquam ad inconueniens, scilicet, quod quantitas sit substantia, & hoc est contra modernos, qui dicunt, quod substantia, & quantitas idem sunt realiter.

Vera descriptio vacui quantum ad quid nominis.

26. concl. huius lib.

Quãtitas secundum Com. non est substãtia.

Quapropter, & vacuum videtur quid esse, quia & locus. Et per eadem sane. Motus enim qui loco accommodatur in mentem venit, & hisce qui locum esse, quid præter corporum molẽ ingredientium dicunt, & hisce, qui vacuum ponunt. Atque causam motus vacuum sic esse putãt, vt in illo corpora moueantur hoc autem tale erit, qualem ipsum locum quidam inquiunt esse.

Vnde, & vacuum videtur aliquid esse, quia & locus, & propter hoc acceptũ est, prouenit enim motus, qui est secundum locum, & locũ dicentibus esse aliquid, præter corpora incidentia, & in his vacuum. Causam autem motus opinantur esse vacuum, sic sicut, in quo mouetur, hoc autem erit quale locum quidem dicunt esse.

Tex. c. 61.

CVm Phylosophus destruxit vacuum, secundum veram significationem vacui narrat causam, propter quam antiqui posuerunt vacuum esse, accipiendo vacuum in vera significatione vacui dicens, quod antiqui existimauerunt locum, & vacuum esse idem, quia locus est aliquid præter corpora mobilia secundum locum, quæ succedunt in loco, existimauerunt enim vacuum esse, aliquid præter corpora sibinuicem succedentia in vacuo. Et causa vtriusque apud eos erat vna, & eadem propter quam posuerunt locum esse aliquid præter corpora, & etiam vacuum esse aliquid præter corpora, & causa vtriusque fuit motus localis, sicut enim posuerunt locum esse, aliquid aliud a corporibus locatis, propter motum localem, vt scilicet, recipiat corpora mota secundum locum, ita posuerunt vacuum esse propter motum localem, dicit enim, quod vacuum requiritur propter motum localem:

Quare antiqui posuerũt vacuum esse.

lem: ut, scilicet, sit illud in quo res mota mouetur. Et Com. di. hic, quod opinari locum esse, propter motum est vera opinio, sed opinari vacuum esse, propter motum est falsum.

At nulla prorsus necessitas cogit, si motus est, vacuum esse. Atque omnino quidem vacuum omnis motus causa non est. Quapropter, & Melissus idipsum præterijt. Potest enim alterari plenum, vt patet.

Tex. c. 61. *Neque vna autem necessitas est, si motus est: esse, & vacuum. Omnino quidem igitur omnis motionis, nequaquam. Vnde, & Melissum latuit, alterari nanque contingit plenum.*

HÆc est quinta pars principalis huius capituli, in qua Phyl. respondet rationibus probantibus vacuum esse, & continet quatuor particulas, secundum numerum quatuor rationum quas hic soluit. secunda ibi. [Contingit omnino.] tertia ibi [Et augmentari.] quarta ibi. [Omnino autem.] In prima igitur particula huius partis Phyl. soluit primam rationem, quæ talis est, si motus est, vacuum est, sed motus est, igitur vacuum est. Istam rationem sol. Phylo. dupliciter. primo

Prima solutio primæ rationis. quia ad motum esse, non sequitur vniuersaliter vacuum esse. Et hoc quia motus alterationis non indiget vacuo, sed aut indiget pleno, aut non indiget vacuo, & hoc latuit Melissum qui dixit, quod si non esset vacuum non esset motus omnino.

Deinde neq; eius motus, qui ad locum accommodatur. Possunt.n corpora mutuo sibi cedere, etiam si nullum sit spatium separabile, præter corpora, quæ mouentur. Atque hoc in continuorum sicut, & in humidorum conuersionibus patet.

Sed neq; secundum locum motum. Simul enim subingredi adinuicem cōtingit, si nullū spatium separabile sit præter corpora mota, & hoc manifestum est etiā in continuorum reuolutionibus, sicut his, quæ sunt humidorum.

Secunda solutio primæ rōnis. SEcundo soluitur illa ratio sic. Ad motum localem esse, qđ maxime videtur, non sequitur vacuum esse, quoniam non sequitur, motus localis est. ergo vacuum est, quoniam moto vno corpore secundum locum potest aliud corpus cedere ei in loco, quamuis non sit aliquod spatium vacuum, in quo recipiatur, vt patere potest de aere, & aqua, quia partes aeris, & aquæ mouentur, quādo cedunt sibi in loco adinuicem, & similiter corpora cedunt in loco naturaliter rebus, quæ mouentur in eis, scilicet, mobilibus in aqua, & in aere, & sic patet conclusio, quæ consistit in hoc, scilicet, quod propter motum localem non oportet ponere vacuum, quia in corporibus, quæ cedunt alijs corporibus, vt sunt aer, & aqua, potest esse motus absque

Dubium. hoc, quod ponatur vacuum. Sed dubitatur hic, quia si corpus moueatur localiter, aut recipitur in pleno, aut in non pleno, non in pleno, quia sic duo corpora essent simul, si vero recipi-

Solutio. tur in vacuo habetur propositum videlicet, quod vacuum est. igitur, &c. Dicendum igitur, quod per ly recipi possumus duo intelligere, videlicet, vel motum fieri, vel mutatum esse, seu factum esse. Dico igitur, quod corpus, quod mouetur semper recipitur in pleno, si enim per recipi intelligitur fieri, seu moueri præcedens receptum esse, sic dico, quod illud, quod mouetur recipitur in pleno per aliud corpus. Sed si per recipi intelligatur receptum esse, sic dico, quod illud, quod mouetur, recipitur in pleno per ipsum, quod mouetur, & sic nullo modo sequitur duo corpora esse simul, vel quod sit vacuum.

Possunt etiam corpora non ob ingressionem in vacuum, sed ob extrusionem eorum, quæ in ipsis insunt densari. Veluti cum præmitur aqua, fit, vt aer, qui in ipsa est, extrudatur.

Tex. c. 63. *Contingit autem densari non in vacuum, sed propter id quod ea, quæ insunt elabuntur, vt aqua collisa aerem, qui est.*

HÆc est secunda particula quintæ partis principalis huius capituli in qua Phylo. soluit aliam rationem probantem vacuum esse, quæ ratio accepta fuit ex parte condensationis,

A quæ ratio erat talis. In condensatione partes corporis, quæ condensantur, mouentur inferius, siue versus centrum, sed hoc non posset esse, nisi in corpore essent aliquæ vacuitates in quibus istæ partes recipiuntur. Ad hoc respondet Phylo. di. quod contingit condensationem fieri absque hoc, quod sit vacuum, vt

Solutio secundæ rationis. quia quædā partes corporis condensati dissoluuntur, & exeūt a toto, in quarum locis recipiuntur aliæ partes ipsius corporis, quod condensatur, cum aqua comprimitur, reuertitur in minorem quantitatem, quia partes aeris admixtæ cum aqua dissoluuntur, & exeunt, in quorum locis succedunt aliæ partes aquæ, & hoc similiter apparet in lana, & in filtro, seu in spongia. Vnde Com. dicit hic, quod est possibile, quod dēsitas accidat non propter exitum partium, sed ex exhalatione tantum, vt quando corpus maioris quantitatis, trāsfertur in minorem

Notabile. quantitatem, hæc Com. Intelligendum est hic, quod quædam est condensatio improprie dicta, & apparens tantum, & quædam est condensatio vera, quoniam quando aliquod corpus sic constringitur, quod aliquæ partes exeunt non est condensatio vera, sed apparens tantum, nec illud corpus, a quo exeunt partes, occupat maiorem locum, quam prius secundum veritatem, quia prius non occupat totum locum, quia illæ partes sic

B exeuntes aliquā partem loci occupabant, quamuis appareat vulgo, quod illud corpus prius occupabat totum locum, & sic minoris quantitatis quam prius erat, vt si spongia comprimatur, ita quod exeant partes aeris à spongia, nō est verum, quod spongia prius occupabat tātum locum, quia partes aeris prius occupabant de illo toto loco. Alia est condensatio vera, vt qn̄ idem corpus numero, nō propter exitum aliquarum partium ab eo, prius occupabat aliquem locum maiorem, quam prius, & postea occupabat locum minorem absq; hoc, quod aliquod corpus exeat ab eo, & hæc condensatio fit per alterationem.

Fiunt præterea incrementa, non solum aliquo ingrediente, sed etiam alteratione. Veluti si aer ex aqua fiat.

Et augmentari non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiet.

C HÆc est tertia particula quintæ partis principalis huius capituli in qua Phyl. soluit aliam rationem probantem vacuum esse, quæ ratio fuit sumpta ex natura augmenti, quæ talis est, augmentatio fit adueniente corporeo, aut igitur illud corporeum recipitur in pleno, aut in vacuo, si in pleno sequitur, qđ duo corpora sunt simul, si vero in vacuo, habetur

Solutio tertiæ rationis. propositum, scilicet, quod vacuum est. Hoc soluit Phylo. dicēs quod contingit aliquid augmentari per alterationem, quamuis nihil extrinsecum adueniat, vt cum aqua transmutatur in aerem, augmentatur aqua per alterationem, & non propter aliquid corporeum extraneum adueniens. Et hic dicit Com. quod illud dicitur augmentum transumptiue, quoniam augmentum in rei veritate non est, nisi in animato.

Omnino autem ea ratio, quæ de accretione fit, & de aqua, quæ in cinerem funditur, ipsa seipsam impedit. Aut enim non augetur quicquam, aut non corpore, aut fieri potest. vt sint duo corpora in eodem. Dubitationem igitur communem soluere volunt, sed non vacuum esse ostendunt, aut

D totum corpus vacuum esse necesse est, si omni ex parte augetur, & per vacuum (vt dicunt) accrescit. Eadem est, & de cinere ratio. Patet igitur perfacile esse eas soluere rationes, ex quibus quidam vacuum esse ostendunt.

Omnino autem, & quæ est de augmento ratio, & in cinerem diffusæ aquæ, ipsa seipsam impedit. Aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore. Aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur volunt communem soluere, sed non demonstrant vacuum, quomodo est. Aut omne esse corpus necesse est vacuum, si penitus augetur, & augetur per vacuum. Eadem autem, & in cinere ratio est. Quod quidem igitur, et ex quibus demonstrant vacuum, soluere facile sit, manifestum est. Tex. c. 64.

Hæc

HÆc est quarta particula quintæ partis principalis huius cap. in qua soluitur ratio de cineribus, & etiam ratio de vero augmento. Vnde dicit Phyl. quod illa ratio nunc facta, quæ est per naturam augmenti, & etiam ratio, quæ est per naturam aquæ infusæ in cineribus, impediunt seipsas, quia quamuis ponatur vacuum esse, adhuc sequitur impossibile iuxta illas rationes, quoniam si ponitur vacuum in quo fiat augmentum, vel in quo recipitur alimentum, vt ipsi dixerũt, sequitur aliquod horum quatuor, scilicet, vel, quod non quælibet pars aucti est aucta, aut, quod augmentatio non fit adueniẽte corporeo, aut quod duo corpora essent simul, aut quod totum corpus auctum sit vacuum, & sic nihil esset de corpore, sed vndique esset vacuitas, & quod illud inconueniens sequatur, probatur sic, quia si in corpore aucto sunt aliquæ vacuitates, aut igitur vndique sunt tales vacuitates in corpore, & tũc habemus secundam partem disiunctiue, scilicet, quod totum est vacuum, & nihil de corpore, aut aliqua pars aucti est plena, & aliqua vacua. Et tunc quæro, an pars plena carens omnino vacuitate augetur, vel non, si sic, quæro, aut augetur adueniente corporeo, & si sic, tunc potest esse augmentatio absque hoc, quod aliquod extrinsecum adueniat, quod est inconueniens. Si vero dicitur, quod illa pars plena omnino carens vacuitate non augetur, tunc sequitur, quod nulla pars aucti est aucta, quod est impossibile loquendo de parte, aut toto, quoniã quælibet pars primi aucti augetur, vt patet primo de genere, & in principio quinti huius, vbi dicit Phyl. quod primum motum mouetur secundum quamlibet partem, & ita patet secundum rationem istorum, quia aliquod istorum quatuor incõuenientium contingit, quod ratio de cineribus non est conueniens, quia si propter vacuitates existentes de cineribus, vas plenum cineribus reciperet tantum de aqua, quantum reciperet, si in eo non essent cineres, quoniam aut illud vas est totum vacuũ, quod est inconueniens, cum cineres ponantur in eo, aut non est totum vacuum, & tunc aliqua pars est plena, & per consequens cum tantum recipiat, quantum reciperet, si non essent in eo cineres sequitur, quod aqua recipitur in illa parte, quæ est tota plena cineribus, & per consequens ibi erunt duo corpora simul, & igitur istæ rationes quærunt solutionem communem illius, vel non demonstrat vacuum esse. Istas igitur rationes de augmento, & de aqua infusa in cineribus, non soluit hic Phyl. ostendendo, quod concludunt vacuum esse, quia supposito, quod ita sit sequuntur inconuenientia. Secundam rationem de cineribus soluit Com. prius, & ratio de augmento soluitur per hoc, quia vnum corpus cedit alteri, vel propter hoc, quod vnum corpus sit maioris quantitatis, quam prius per alterum, sine aliquo extrinseco adueniente, & hoc visum est supra primum de generatio. Vlterius vero Phyl. epilogat dicens, quod quidem ex prædictis manifestum est, quod facile est soluere rationes, per quas probatur vacuum esse.

RATIONIBVS ACCEPTIS EX PARTE motus declaratur vacuum non esse. Tract. II. Cap. III.

Rursus autem dicamus vacuum, hoc pacto separatum non esse, vt quidam inquiunt esse. Nam si natura cuiq; simplicium corporum aliqua latio competat, vt igni quidem sursum, terræ vero deorsum, atque ad medium, patet vacuum causam lationis non esse. Cuius igitur motus causa vacuum erit. Eius enim esse videtur qui loco accommodatur. At huius causa non est.

Quoniam autem non est vacuum sic diuisum, sicut quidam dicunt, dicemus iterum. Si enim est vniuscuiusque loci mutatio aliqua simplicium corporum natura est, vt ignis quidem sursum, terræ autem deorsum, & ad medium, manifestum est, quod non vacuum erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit vacuum, videtur autem causa esse motus secundum locum. Huius autem causa non est.



Istud est tertium capitulum huius tractatus, in quo declaratur vacuum non esse rationibus sumptis ex parte motus, & continet duas partes principales: quoniam in prima ostenditur, quod vacuum non est causa motus, sicut antiqui dixerunt. In secunda ibi. [Accidit

A autem dicentibus.] Declaratur, quod vacuum nõ est, si motus est, & ita per hoc, quod motus est, destruitur vacuum esse. Prima pars continet duas particulas, quarũ in prima ostenditur, q vacuum non est causa motus. In secunda ibi. [Eadem autem ratio.] Ostenditur, quod locus non est causa motus, supposito, quod locus sit dimensio separata, vt dixerunt quidam. Prima particula continet duas partes secundum numerum duarũ rationum, quibus ostenditur propositum. secunda ibi. [Amplius si est aliquid.] In prima igitur parte primæ particulæ primæ partis principalis huius cap. Phyl. proponit intentionem suã. di. quod iterum dicemus, ostendentes, quod non est aliquod vacuum diuisum, idest, separatũ a corporibus naturalibus, in quo corpora naturalia sibiinuicem succedunt, quod sit causa motus. Deinde Phylosophus ponit rationem, per quam ostendit propositum, & intendit ostendere, vt dicit Commen. quod vacuum non est causa finalis motus. Et hæc vigesimaseptima conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. si vacuum esset causa finalis motus, maxime esset causa finalis motus localis, sed vacuum non est causa finalis motus localis ergo vacuum non est causa finalis alicuius motus. maior patet, quia si vacuum ponitur propter motum, maxime poneretur propter motum localem, vt manifestum est, minorem vero probat Phylosophus sic. diuersorum corporum naturalium sunt diuersi motus locales naturales, sed motus naturalis ignis est motus sursum, & motus naturalis terræ est motus deorsum, ergo isti motus habent diuersas causas finales, quia si eadem esset causa finalis, illorum motuum non esset maior ratio, quare ignis moueretur sursum, quam quod terra mouetur sursum, sed in vacuo non sunt diuersæ naturæ, per quarum vnam possit causari vnus motus, & per aliam motus contrarius, ergo vacuum non est causa alicuius motus localis. Ista ratio fundatur super duas propositiones, quarum prima est, quod effectuum contrariorum, siue diuersorum secundum speciem, non potest esse eadem causa finalis, & hoc est verum de agentibus naturalibus, & de eorum effectibus. Et hoc, scilicet, loquendo de causa finali proxima, & immediata, tamen diuersorum motuum secundum speciem potest esse, & est eadem causa finalis remota. Secunda propositio, super quam fundatur illa ratio est, quod in vacuo non sunt diuersæ naturæ secundum speciem, & hoc manifestum est, quia vacuum ponitur dimensio separata ab omnibus rebus naturalibus, & ideo in vacuo non possunt poni diuersæ naturæ intrinsecæ, per quas vacuum sit alterius naturæ in vna parte, &

Prima rõ.

Vigesima septima conclusio huius lib.

B

Prima ꝓpositio.

Secũda ꝓpositio.

C alterius naturæ in alia parte, & ideo uacuum non est causa, propter quam mouetur, quia ex quo vacuum est vndique eiusdem naturæ, quælibet pars vacui est æqualiter finis corporis naturalis, propter quem finem mouetur, & ideo si graue mouetur deorsum, & terra sursum, eodem modo consequuntur fines suos, sicut si ignis mouetur sursum, & terra deorsum. Intelligendum hic, quod expositores latini exponunt illam partem sic, quod Arist. intendit hic probare, quod vacuum non est causa effectiua motus localis, nec per consequens est causa effectiua alicuius motus alterius. Vnde formant rationem sic, si vacuum esset, esset causa effectiua motus localis, quia aliter frustra poneretur, sed vacuum non est causa motus, quoniam omnia corpora simplicia habent motum naturalem, sicut motus naturalis ignis est sursum, & motus naturalis terræ est motus deorsum, ita natura vniuscuiusque corporis est causa motus localis, & non vacuum, sed si vacuum non sit causa motus localis non esset causa alicuius alterius motus, & per consequens frustra poneretur, & sic patet, quod ipsi intelligũt, quod Phylosophus vult probare, quod vacuum non est causa effectiua motus, nec proprietatum naturalium, & hæc fuit

Expositores latini.

D opi. Alex. ut dicit hic Comment. Vnde dicit hic Comment. q hæc contradictio est propria ponentibus vacuum, quia est causa agens translationis ad superius non ponentibus ipsum esse causam materialem translationis, ponentes enim vacuum esse causam materialem translationis ponunt vacuum causam, propter quam aptitudo, siue causa receptiua motus, & mobilis moti est in ipso vacuo, & ex his dictis Comment. potest notari, quomodo per illam rationem potest probari, quod vacuum non est causa finalis motus localis, nec est causa agens sufficiens ad mouendum corpus, & sic patet, quod causa effectiua sufficiens motuum grauium & leuium non potest poni aliquod unum secundum speciem, scilicet, nec cælum, nec medium, quia idem est medium, per quod graue mouetur deorsum, & leue sursum, quoniam cælum continens graue, & leue est idem, vnde quia idem secundum speciem non est causa effectiua naturalis sufficiens motuum contrariorum, vt patet per Commen. & etiam per expositores, qui exponũt, quod

Phylo-

Notandũ. Phylosophus intendit hic probare, quòd vacuum non est causa effectiua motus localis, ideo nec medium, nec cælum, nec aliquid idem specie potest poni causa effectiua totalis sufficiens, motuum naturalium sursum, & deorsum. Notandum secundum Com. hic, quod ex hoc sermone apparet, quod vacuum non est locus, quoniam si vacuum esset locus, in quo non erat corpus, & transferetur ad ipsum corpus, esset in eo superius, & inferius sed non inuenitur superius, & inferius. ergo non est locus, & tum non fuerit locus non erit ens, quia in eius diffinitione dicitur, quod est locus, hæc Com. Intelligendum, quod si ponatur vacuum separatum a corporibus naturalibus, cum illud vacuum sit vniforme in omnibus suis partibus, sequitur, quòd in vacuo non sint superius, & inferius distincta secũdum genus, quorum vnum sit causa finalis vnius motus secundum speciem, & aliud alterius motus, i. motus contrarij. nisi, quod illa loca habeant virtutes contrarias, per quas vnum corpus mouetur ad vnum locum, & aliud ad alium locum, quomodo inuenitur, sit superius, & inferius in isto mundo inferiori. si tamen per inferius intelligatur illud, quod est propinquius centro, & per superius illud, quod est remotius a centro, sic ponendo vacuum esse, bene esset ponendum superius, & inferius in vacuo, nec huic contradicit Phylosophus.

Præterea si est aliquid, vt locus corpore carens, cum est vacuum. quonam feretur corpus, quod in illo positum fuerit. Non enim ad vniuersum mouebitur.

Tex. c. 65. *Amplius si vacuum est aliquid, velut locus priuatus corpore, cum sit vacuum, quomodo mouebitur positum in ipso corpus. Non enim iam in omnem.*

Secunda ratio. HÆc est secunda pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, quod vacuum non est causa finalis motus, quæ ratio est illa. si vacuum sit aliquid, vt scilicet, locus, vel dimensio separata a corpore, si ponatur esse causa finalis motus, & etiam aliquod mobile ponatur in illo vacuo, illud mobile per naturam vacui mouebitur alicubi, sed qua ratione mouebitur ad vnam partem, eadem ratione mouebitur ad omnes partes, cũ in vacuo nulla sit diuersitas. ergo corpus motum in vacuo mouebitur simul motibus contrarijs, quod est impossibile. Vel sic. si vacuum sit causa finalis motus, sequitur, quod haberet potentiam attrahendi corpus mobile ad ipsum, quemadmodum locus attrahit corpus. igitur corpus positũ in vacuo, aut non mouebitur ad aliquam partem propter hoc, quia attrahitur ad sursum, & deorsum, aut mouebitur ad omnem locum, cum non sit maior ratio, quare moueatur ad vnam partem, quam ad aliam, si detur primũ, scilicet, quod illud mobile non mouetur, sequitur, quod vacuum non est causa motus, quod est propositum, si detur secundum, sequitur, quod idem simul mouetur duobus motibus contrarijs, quod est impossibile.

In quo differat prima declaratio a secunda secundum Com. Notandum secundum Com. hic, quod hæc secunda declaratio differt a prima in hoc, quoniam prima posuit vacuum esse nõ consimilium partium, & quod in eo non est potentia simul cũ moto, ita, quod motũ attrahatur ad ipsum ex ista potentia, sicut attrahitur ad continens sibi proprium. sed in hac quæstione concedit, quod in vacuo est potentia simul, & quod motum attrahitur ad istam, sed cum hoc fuerit positum, & fuerit manifestum, quia si in vacuo fuerit consimilis potẽtia, necesse est cum idem corpus fuerit positum in vacuo, aut, quod non moueatur omnino propter æqualitatem actionis, ex qualibet parte æqualiter, aut moueatur secundum se totum ad loca contraria, aut diuidatur secundum ipsum. sed totum moueri ad loca contraria est impossibile, & etiam ipsum quiescere in omni loco est impossibile, diuisio etiam eius non sentitur, & iste expressit primam diuisionem, & tacuit secundam, quia intelligitur ex dictis. Et sic patet qualiter Commen. format hanc rationem secundam.

Eadem, & ad eos accommodatur ratio, qui locum separatum, quid esse ponunt, in quem id fertur, quod motu cietur. Quo namque modo feretur id, quod ibi positum fuerit, aut manebit. Et de differentijs hisce supra, inquam, ac infra, & de vacuo non iniuria eadem, accommodabitur ratio. Qui namque vacuum esse dicunt, locum ipsum inquiunt esse.

Eadem autem ratio, & ad locum esse aliquid opinantes separatum, in quod fertur, quod fertur. Quomodo enim mouebitur positum, aut manebit, & de sursum, & deorsum, & de vacuo conuenit eadem ratio merito. Vacuum enim locum faciunt esse dicentes.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua probatur idem de loco, s. si locus sit dimensio separata, non potest esse finalis motus, & continet duas partes, quia in prima probatur, quod locus non est causa motus. si locus sit dimensio separata, &c. In secunda ibi. [Et quomodo iam.] Probatur, quod nec locus, nec vacuum est dimensio separata. In prima igitur parte huius particulæ probatur hæc conclusio, quod si locus esset dimensio separata, locus non esset causa motus. & hæc est 28. conclusio huius libri. Vnde dicit Phyl. quod eadem ratio est, quæ est de vacuo. si locus ponitur dimensio separata a corporibus naturalibus, vt quidam opinantur. ratio igitur est illa, si locus ponitur dimensio separata, tunc corpus positum in loco, aut non mouebitur omnino, nec sursum, nec deorsum, aut mouebitur simul sursum, & deorsũ, & sic simul mouebitur duobus motibus contrarijs, quia non est maior ratio, quare moueatur ad vnam partem, quam ad aliam, cum in dimensione separata non sit diuersitas. aut igitur mouebitur ad omnem partem, aut ad aliquam sic, & ad aliquã non, aut ad nullam. vnde omnino eadem est ratio de loco, & vacuo, si ponitur locus talis dimensio separata. nam sic ponentes posuerunt vacuum esse locum, & ideo secundum opinionẽ istorum eadem est difficultas de loco, & vacuo. Notandum secundum Com. hic, quod tam ponentibus vacuum, quam etiã ponentibus locum esse dimensionem separatam, accidunt inconuenientia, & Com. recitat illa inconuenientia, quæ eis accidunt, quia cum ipsi interrogantur de causa, propter quam quædam corpora mouentur in vno loco, & quiescunt in alio, non possunt dare causam, dimensiones enim, quando abstrahuntur a materia, non habent potentiam, nedum, vt habeant potentiam non consimilem, ita quod faciant quiescere in alio loco, & mouere in alio loco. Secundum inconueniens est, quod quando interrogantur de differentijs, quibus locus diuiditur in superius, & inferius non possunt dare aliquid ex dimensionibus, & totum hoc est contrarium ei, quod accidit dicentibus locum esse vltimum continens. hæc Commen.

28. concl. huius lib.

Primũ inconueniẽs. Vide sup. c. 48.

Secũdum inconueniens.

At quonam pacto corpus, aut in loco, aut in vacuo erit. Non enim fit id quod ratio flagitat, cum totum quippiam corpus, aut inseparato, permanenteve loco positum fuerit. Pars enim si non seorsum ponatur, non in loco est, sed in toto. Præterea si neque locus est, neque vacuum erit.

Et quomodo iam fuerit, aut in loco, aut in vacuo. Nõ enim accidit, cum totum positum sit, sicut in separato loco, & sufferente corpore. Pars enim, nisi seorsum ponatur, non enim in loco, sed in toto. Amplius si non est locus, vacuum non erit.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur ratio probãs, quod non sunt tales dimensiones separatæ, siue ponatur locus, siue vacuum. vnde potest hic poni vigesimanona conclusio huius libri sub forma ista, videlicet, quod nec locus, nec vacuum est dimensio separata receptiua corporis, hæc conclusio probatur sic. Si locus, vel vacuum sit dimensio separata receptiua corporis, tunc si corpus ponitur in illis dimensionibus quælibet pars corporis esset per se in loco, sicut & totum corpus, nec posset alia ratio assignari, quare corpus secundum se totum sit in loco per se, & secundum partes in loco per accidens, sed hoc consequens est impossibile, quia pars non separata a toto, non est in loco, sed est per se in suo toto, nec est in loco, vel in vacuo per se, nisi quando est separata a toto. consequentia probatur sic. si locus, vel vacuum sit talis dimensio separata, tunc si corpus ponitur in illis dimensionibus, tunc sicut tota dimensio correspondet toti, ita pars correspondet parti, & per consequens ita pars esset per se in loco, vel in vacuo sicut totum, quia ita proprie, & adæquate correspondet dimensio parti corporis, sicut tota dimensio correspondet toti corpori, & ita patet consequentia. Ex his concludit Phylo.

29. concl. huius lib.

Phylosophus, quod si locus non est talis dimensio separata, vacuum non est, & si locus sit talis dimensio separata vacuū erit.

Accidit autem hisce, qui dicunt vacuum esse, vt necessarium, si motus erit, contrarium potius, si quispiam diligẽter consideret, non posse, inquam, quicquam moueri, si vacuum est. Nam, vt quidam terram ob similitudinem quiescere censere, sic & in vacuo, quod vis quiescere corpus, necesse est. Non est enim quonam magis, aut minus mouebitur. Quo namque vacuum est, hoc differentiarum est expers.

Tex. c. 66. *Accidit autem dicentibus esse vacuum, tanquam necessarium, si quidem erit motus, contrarium magis esse. si aliquis intendat, non contingere moueri nihil: si sit vacuum. Sicut enim propter simile dicentes terram quiescere, sic & in vacuo, necesse est quiescere. Non enim quo magis, & minus mouebitur. Secundum enim quod vacuum est, non habet differentiam.*

B HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod si vacuum est, non est motus. hęc pars continet sex particulas, quoniam in prima declaratur, ꝙ si vacuum est quodlibet corpus quiescit, & ita ad vacuum esse, sequitur oppositum motus. In secunda ibi. [Demum quoniam omnis.] Declarat quandam propositionem necessariam ad propositum. In tertia ibi. [At vero.] Probat, ꝙ si vacuum est: motus naturalis non est. In quarta ibi. [Amplius autē.] Probat ꝙ si vacuum est, nullus motus violentus est. In quinta ibi. [Amplius nullus.] Probat ꝙ si vacuum est non est aliqua quies naturalis. In sexta ibi. [Amplius autem.] Reuertitur ad declarandum vacuum non esse per rationem suprapositam ex parte motus violenti. In prima igitur particula huius partis Phyl. dicit, ꝙ dicentibus vacuum esse propter illam rationem, quia motus non potest esse, nisi sit vacuum, accidit contrarium si diligenter considerent, quia sequitur, vacuum C est. igitur motus non est, sicut ostenditur, ergo propter motū non oportet, ponere vacuum esse, sed magis oppositum, scilicet, vacuum non esse. Dicit igitur Phyl. ꝙ si aliquis dicat, quod non contingit motum esse, nisi vacuum sit, habens virtutem attractiuam corporis, ut ponunt dicẽtes uacuum esse, sequitur oppositum, uidelicet, ꝙ quodlibet corpus quiescit, & hæc est trigesima conclusio huius libri. [quod si vacuum esset, quodlibet corpus positum in uacuo quiesceret. conclusio probatur

30. concl. huius lib. sic. Vacuum non habet differentiam in suis partibus, sed est eiusdem rationis in toto, & in partibus, siue in qualibet parte, si ponatur corpus. igitur positum in uacuo non habet maiorem conuenientiam cum una parte uacui, quam cum alia, nec una pars uacui magis haberet uirtutem attractiuam, quã alia pars. igitur non est mutata, quare corpus positum in uacuo magis mouetur ad unam partem uacui, quam ad aliam, sed nō potest simul moueri ad omnem partem, ergo, si vacuum sit, & corpus ponitur in vacuo, necesse est, quod corpus quiescat in vacuo, & sic si motus est, vacuum non est. igitur propter motū non debet poni vacuum. Ista ratio confirmatur per quoddam simile tale, quoniam quidam posuerunt, quod terra posita in medio quiescit, quia ęqualiter trahitur a circunferentia cęli ab D omni parte, & ideo quiescit, nec magis mouetur ad vnam partem quam ad aliam. igitur eodem modo propter eandem rationem habent ponere, quod corpus vbique positum in vacuo debet quiescere, quia ex quo in uacuo non est aliqua diuersitas, quia vna pars vacui non habet magis virtutem attractiuam, quam alia, & per consequens non est aliqua causa, propter quam corpus positum in vacuo magis moueatur ad vnã partem, quam ad aliam, & cum non possit simul moueri ad omnem partem, sequitur, ꝙ corpus positum in vacuo necessario

Notandū. quiescit. Notandum secundum Com. hic, ꝙ Phyl. non intendit hic verificare sermonem eorum de terra, scilicet, quod terra quiescit propter hoc, ꝙ æqualiter attrahitur ab omni parte circunferentię, sed intendit, cum fuerit positum in continente potentia actiua, contingit, ut res posita in medio quiescat. hæc Com. Vnde si terra non esset nata in medio, & cælum attraheret terram ex omni parte, bene esset ponendum, quod terra quiesceret in medio propter hoc, quia attrahitur æqualiter ab omni parte circunferentiæ.

A Atqui patet omnem motum, aut vi fieri, aut natura Et si fit violentus, & eũ necessario, qui natura competit esse. Quippe cum violentus quidem sit præter naturam, qui vero est præter naturam posterior sit eo, qui est secundum naturam Quare si hisce motus non fit, qui corporum naturalium cui que suapte natura competit, neq; cęterorum profecto motuum quisquam erit.

Deinde, quoniam omnis motus, aut violentus, aut secundum naturam est. Necesse est autem siquidem sit violentus, esse & eum qui secundum naturam. Violentus quidem enim est extra naturam, qui autem extra naturam posterior est eo, qui est secundum naturam. Quare si non secundum naturam est vnicuique physicorum corporum motus, neq; aliorum erit motuum, neque vnus. Tex. c. 67.

B HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus declarat unam propositionem necessariam ad propositū. Primo tamen proponit Phylosophus vnam diuisionem motus, quæ talis est. s. quod omnis motus est naturalis, uel violentus, qua diuisione posita, declarat propositionem necessariam ad eius propositũ, videlicet, quod si motus violentus est, necesse est, esse motum naturalem, & hęc est trigesimaprima conclusio huius lib. quæ probatur sic. Motus violentus est extra naturam, sed motus extra naturam est posterior motu secundum naturam, & si prius non est, sequitur etiam, quod posterius non est. ergo si motus secundum naturam non est, sequitur, quod motus uiolentus non est, & patet consequentia, quia ex opposito consequẽtis, sequitur oppositum antecedentis, videlicet, quod si motus violentus est, oportet quod motus naturalis sit. Vnde est intelligendum, quod motus naturalis est prior naturaliter motu violento, quia, vt dicit Com. hic, illud, quod est extra naturam, non intelligitur nisi ex illo, quod non est extra naturam. Vnde motus naturalis est prior motu uiolento, sicut habitus est prior priuatione. Quod tamen non est sic intelligẽdum, quod C si motus violentus ponitur in aliquo actualiter, quod propter hoc oportet motum naturalem pro eodem tempore poni in illo, sed sic debet intelligi, scilicet, quod si motus violentus ponitur in aliquo, necesse est, quod motus naturalis possit poni in eodem. Vnde talis est hic prioritas, & posterioritas, quod si aliquid mouetur violenter, sequitur, quod possit moueri naturaliter, sed non est talis prioritas, uel posterioritas, quod oporteat, quod si aliquid moueatur uiolenter, quod propter hoc oporteat illud moueri in actu naturaliter.

31. concl. huius lib. Oĩs motus, aut naturalis, aut uiolentus. Sed uide 2. cę. c. 20. & secūdo. metheo c. 2. & reperies instantiam.

At quonam pacto motus is erit: qui nam competit rebus: cum ratione vacui, ac infiniti nulla prorsus sit differentia. Nam quo infinitum est, eo nihil infra, nihil supra, nihil denique medium est. Quo vero vacuum est, eo nihil interest inter superum, inferumque. Nam, vt nihil nulla est differentia, sic & eius, quod haud est, nulla differentia assignari potest. Vacuum vero non ens quid, priuatioq; esse videtur. At ea latio, quæ natura compe- D tit, differentiam subit. Quare erunt ea, quæ differentia sunt natura. Aut igitur non est natura latio vsquam, aut si est, vacuum in ratione rerum profecto non est.

At vero motus natura quō erit in vacuo, cum nec vna sit differentia secundum vacuum, & infinitum. Secundum quidem enim, quòd infinitum est, nihil erit sursum, neque deorsum, neque medium, secundum autem, ꝙ uacuum est, nihil differens sursum a deorsum. Sicut enim nullius, neque una est differentia, sicut & non entis, vacuum autem cum non sit aliquid priuatio videtur esse. natura autem loci mutatio differens est. Quare erunt, quæ sunt natura differentia. si igitur non est natura, nusquam & nulla loci mutatio, aut si hoc non est vacuum.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius ca. in qua probatur, quòd vacuum esse destruit motum naturalem esse, probatur igitur, quòd si vacuum sit, motus naturalis non est, & hæc est trigesimasecunda concl. huius lib. quæ probatur per vnam rationem, quam Comm. format sic, omne, quod mouetur motu naturali mouetur in aliquo, in quo est superius, & inferius, sed in vacuo non est superius, nec inferius, ergo illud, quod mouetur motu naturali, non mouetur in vacuo, & per consequens, si vacuum est, motus naturalis non est in illo vacuo, sed vacuum non ponitur propter aliud, nisi, vt motus sit in illo, ergo si vacuum est motus naturalis non est. Sed quòd vacuum non habeat superius, & inferius probatur dupliciter, primo, quia vacuum est infinitum, & infinitum non habet superius, & inferius. Et quòd vacuum sit infinitum, si sit, potest sic probari. si vacuum sit, oportet, quòd sit corpus, cum habeat tres dimensiones, igitur oportet, quòd recipiatur in loco, sed ille locus est dimensio separata secundũ ponentes vacuum, ergo est corpus, & per consequens, oportet, quòd recipiatur in aliquo loco, & ille in alio, & sic in infinitum, ergo locus est infinitus, sed locus, & vacuum sunt idem, igitur vacuum est infinitum. Secundo probatur, quòd vacuũ non habet superius, & inferius sic. In vacuo non est diuersitas naturarum, ergo in vacuo non est superius, & inferius, minor patet, & maior probatur sic. Sicut illius, quod est simpliciter nihil, non est diuersitas naturarum, ita illius, quòd est priuatio non est diuersitas naturarum, sed vacuum est priuatio corporum naturalium, ergo in vacuo non est diuersitas naturarũ. sed, quòd superius, & inferius differant naturaliter, probatur, quia vna pars loci numero differt naturaliter ab alia, vt motus sursum naturaliter differt à motu deorsum, sed diuersitas motuum differt a diuersitate terminorum, ergo sursum, & deorsum differunt naturaliter, & sic patet, quod si vacuum est, nullum corpus mouetur naturaliter, vnde dicit Commen. quod signum huius est, quod hic sunt vbi diuersa naturaliter quoniam hic sunt motus diuersi naturaliter, quoniam causa in diuersitate motuum est diuersitas naturalis locorum, & non rerum motarum, hæc Commen. Ex prædictis igitur concludit Phyl. quod aduersarius non potest alterum horum fugere, scilicet, aut concedere vacuum esse, ex quo sequitur motum localem naturalem non esse, aut motum naturalem esse, ex quo sequitur necessarium vacuum non esse.

32. concl. huius lib.

Quod vacuum nõ habeat superius, & inferius probatur dupli. & primo.

Secundo.

B

Præterea nunc quidem mouentur ea, quæ iaciuntur, eo, qui pepulit, non tangente, aut ob antiparistasim, vt quidam inquiunt, aut quia pulsus aer, motu pellit celeriore, quæ sit ea latio pulsi, qua locum ad proprium fertur. At in vacuo nihil horum esse potest Neque, si vt quicquam feratur, nisi vt id, quod vehitur.

C

Tex.c.68.

Amplius, nunc quidem proiecta mouentur, proiectore non tangente, aut propter repercussionem, sicut quidam dicunt, aut ex eo, quod pellit pulsus aer velociore motu, quam latio pulsi, secundum quam, fertur in proprium locum. In vacuo autem nihil horum contingit esse, neque erit fieri, sed aut sicut quod vehitur.

HÆc est quarta particula secundæ partis principalis huius ca. in qua probatur, quòd vacuum esse destruit motum violentum esse, vnde hæc conclusio ponitur sub hac forma, videlicet, quòd si vacuum est, motus violentus nõ est, sic intelligendo quòd si vacuum ponitur esse spatium separatum, in quo debet fieri motus, ita quòd motus non possit fieri sine vacuo, quòd tunc si vacuum est, motus localis violentus non est, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur sic. Cum aliquid mouetur motu violento, vt in proiectione lapidis ipsum proiectum mouetur a proijciente non tangente ipsum, & hoc oportet, vt sit, aut propter successionem aeris succedentis mouentis proiectum succedente loco proiecto, vt dixerunt quidam, aut quia per motus ab expellente mouetur motu veloriori motu proiecti & ille motu suo mouet proiectum, cum igitur non sit aer in vacuo, sicut mediante quo possit proiectum moueri aliquo illorum modorũ, sequitur, quòd in vacuo non esset motus violentus, quia si sic sequitur, quòd aliquid moueretur sine motore, quod est impossibile. Intelligendum, quod hæc ratio fundatur super hoc,

D

33. concl. huius lib.

A

videlicet, quòd impossibile est aliquid moueri sine motore, cũ igitur proiectum moueatur, postquam manus separatur ab eo, & similiter sagitta mouetur, postquam separatur a chorda, oportet, quòd moueantur aliquo motore, sed ille motor non est manus, vel chorda, quia mouens, & motum debent esse simul, & nihil mouet proiectum, postquam separatur a proiiciẽte, nisi aer, vt omnes concedunt, & in vacuo non est aer, ideo si vacuum esset, non esset motus violentus in vacuo, quia nõ est in motore. Intelligendum secundum Phylosophum hic, quod causa motus proiectionis est aer & in hoc omnes conueniũt, & hoc per antiparistasim idest, secundũ successionem, ita quòd, quando proiectum vacuat suum locum, succedit ibi aer in eodem loco, qui aer succedens mouet proiectum, & sic procedendo donec quiescat, & hæc fuit opinio Platonis, vt dicit hic Cõ. Alio modo ponitur, vt dicit Phyl. secundum expositionẽ Cõ. quòd aer sic mouet proiectum, quia aer est primo coniunctus expellenti, quia aer motus ab expellente defert rem expulsã, postquam expellens separatur a loco, propter hoc, quia in natura aeris est recipere, & moueri ab alio, & retinere ipsũ diu, postquam separatur a motore & hoc per suam formam, s. quòd postquam separatur ab expellente mouetur a sua forma, s. a sua forma naturali, & antequã separetur, mouetur ab vtroq; s. ab expellente, & sua forma, postquã motus aeris est velocior necessario, quã motus expulsi, quia expulsus non hẽt principiũ motus in se, cũ eius motus sit violentus purus, aer vero hẽt in se principiũ motus, vt declaratũ est quarto cæli, & mundi, & octauo huius. Vnde Commen. vlterius dicit, quòd aer per potentiã leuitatis, quæ est in eo innatus est cum aliquo motu aduenientе adiunctus moueri ad superius s. quòd causa in motu lapidis post separationẽ proijcientis nõ est successio aeris, sed trãslatio illius aeris & hæc est sententia Arist. vt declaratũ est, in libro cæli, hæc Commen. Vnde breuiter proiectum, postquã fuerit separatum expellens ab eo, mouetur ab aere, & hoc potest intelligi dupliciter, s. vel, quod mouetur solũ per expulsionẽ aeris succedentis sibi in eodẽ loco, & iterũ per expulsionẽ aeris succedentis & hæc fuit opinio Platonis. Alio modo potest intelligi, quod expulsum separatũ a proijciente mouetur ab aere moto a sua forma naturali, idest, a sua leuitate, sed ante separationem aeris ab expellente mouetur a sua forma naturali tantum, & quia aer habet in se principium sui motus, & proiectũ non, ideo aer mouetur motu velociori, quã moueatur proiectũ, igitur aer defert proiectũ. Sed forte diceretur, si aer moueatur motu velociori, quã proiectũ, tunc aer statim separabitur a proiecto, & per consequens non mouebit proiectum, quia mouens, & motũ sunt simul. Dicendũ, quod Commen. in proposito per velocius intelligit fortius, i. motu fortiori. Vnde potest hic notari secundum Comm. quod aer mouetur a sua forma naturali, & sic nõ est inconueniẽs apud eũ, quod idem sit mouens, & motũ. & sic patet ex prædictis, quòd in vacuo non põt fieri motus violentus, vel motus proiectionis, nisi dicatur; quod aliquid vehitur in vacuo, sed illud non potest poni, quia in vacuo non est aliquod vehens, vel deferens, &c.

Vide 7. phy. com. 10.

Opinio Plato quã etiam uidere pone ... phy. ...

Tex.c.57.

Obiectio tacita.

Responsio.

B

C

Præterea, nemo dicere potest, cur motum alicubi stabit, cur enim hic, quam ibi potius stabit. Quare aut quiescet, aut in infinitum feratur, necesse est, si non potentius quippiam impedierit.

Tex.c.69.

Amplius, nullus habebit dicere, propter quid, quod mouetur stabit alicubi. Quid enim magis hic, quam ibi. Quare aut quiescet, aut in infinitum necesse est ferri, nisi aliquid impedierit maius.

D

HÆc est quinta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, quod vacuũ esse destruit quietem naturalem, vnde Phylosophus probat hanc conclusionem, si uacuũ est, nulla est quies naturalis in uacuo, & hæc est trigesimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Si ponitur uacuũ, & aliquod corpus naturale ponitur in uacuo, cum illud corpus naturale nõ habeat maiorẽ cõuenientiã cũ una parte uacui, quã cũ alia, sequitur quod corpus naturale in uacuo existens non quiescit magis naturaliter in una parte uacui, quã in alia, & sic non quiescit naturaliter in aliqua parte uacui, cũ non habeat conuenientiã in aliqua parte uacui, quia si naturaliter quiesceret in una parte uacui, eadẽ ratione quiesceret in qualibet parte uacui, quod est impossibile, quia unum corpus naturale non habet, nisi unum locum naturalem,

34. concl. huius lib.

&

A & hoc concludit Phylosophus dicens, quod corpus naturale positum in vacuo, aut quiesceret in qualibet parte positũ, aut moueretur in infinitum nisi per aliquod fortius impediatur.

Expositio Com. Et hanc consequentiam declarat Commen. sic, quia aut quod libet vbi in vacuo est naturale illi corpori naturali, aut nullũ, sed cum non sit aliqua ratio, quare vnum vbi sit naturale, & aliud non, si quodlibet fuerit naturale, tunc corpus naturale in quocunque quiescit naturaliter, & si nullum fuerit naturale a quocunque mouetur naturaliter, & sic, vel semper quiesceret, aut semper moueretur.

Insuper nunc quidem in vacuo ex eo corpora ferri videntur, quia cedit. At in vacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte. Quare omnem ad partem ferentur.

Tex. c. 70. *Amplius autem nunc quidem in vacuum ob id, quod cedit, ferri videtur. In vacuum autem vbique similiter est huiusmodi. Quare vbique feretur.* B

HAec est sexta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. reuertitur ad declarandum, quòd si vacuum est, motus violentus nõ est, sin vacuo, & hæc est vna conclusio superius posita, & probata, tamen hic probatur sic. Motus violentus fit per hoc, quia continens cedit ipsi moto, sed vacuum non cedit ipsi corpori moto violenter, igitur si vacuum est, non est motus violentus in vacuo, maior patet sensibiliter, minor vero declaratur, quoniam nulla pars vacui resistit mobili magis, quam alia, sed quælibet æqualiter cedit, cum igitur motus violentus moueatur ad ipsam partem, quia continens cedit mobili, sequitur, quòd si aliquid violenter mouetur, mouetur in vacuo, quod ipsum mouet ad quamlibet partem vacui, & sic simul moueretur motibus contrarijs, quod est impossibile. Vnde Commen. format istam rationem

Expositio Comment. sic, dicens, quòd vacuum esse destruit illa, quæ sensibiliter habent esse in motu violento, quia in motu violento non semper mouetur corpus in illam partem, in qua proijcitur a mouente, vt patet de corpore semilatæ formæ, quia si proijciatur, non mouetur directè in illam partem, in qua proijcitur, & hoc si proijcitur secundum latitudinem, immo potius mouetur in partes sui acuminis, quia acumini facilius cedit proijciens, quam latitudini, sed si ponitur in vacuo illud, vbique cedit corpori, ita quòd omne, quod est in vacuo, fertur æqualiter, & sic semper moueretur proiectũ in partem illam, in quã proijcitur. Notandum secundum Commen. hic, quod plures motus apud expulsionem impellentis erunt in aliqua parte. C & non in illa propter diuersitatem partium in aptatione, scilicet, quia mouetur ad partem, quæ est magis apta, addens, quod motus naturalis mouetur propter aptationem ad suum motum naturalem, vt accidit in accidentibus, vt mouentur ad inferius, quando non inueniunt exitum ad superius.

EX PARTE VELOCITATIS, ET TARDItatis in motu, & etiam ex parte naturæ vacui probatur vacuum non esse.

Tractatus secundi. Cap. IIII.

At qui perspicuum id, quod dicitur, & ex hisce, quæ deinceps dicemus, erit. Videmus enim idem pondus, corpusve celerius duas ob causas ferri. Aut quia id differt, per quod mouetur, vt si per terram, vel aquam, vel aerem moueatur. Aut quia id, quod fertur, differt, si sint eadem cætera, ob ponderis, aut leuitatis excessum. D

Amplius autem & ex his manifestum est, quod di-

Tex. c. 71. *citur. Videmus enim idem, & graue, & leue corpus velocius ferri propter duas causas, aut in differendo, propter quod fertur, vt per aquam, aut per terram, aut per aerem, aut in differendo, quod fertur, si alia sunt eadem propter excellentiam grauitatis, aut leuitatis.*

A ISTVD est quartum capitulum huius Tractatus, in quo declaratur vacuum non esse ex parte velocitatis, & tarditatis in motu, & continet duas partes principales, quoniam in prima facit Phyl. quod dictum est. In secunda ibi. [Per se autem considerantibus.] Probatur vacuum non esse ex parte naturæ illius vacui. Prima pars continet duas particulas, quia in prima Phyl. probat propositum rationibus sumptis ex diuersitate mediorum. In secunda ibi. [Secundum autem, quod dicunt.] Probatur idem ex diuersitate sumpta ex parte potentiarum mouentium. Prima pars continet duas partes secundum numerum duarum rationum, per quas ipse probat propositum suum. Secunda ibi. [Sed si per subtilissimum.] Circa igitur primam partem primæ particulæ primæ partis principalis huius ca. Phyl. facit duo. Primo præmittit quædam necessaria ad propositum. Secundo vero arguit in terminis ibi. [Istud igitur, in quo est.] Primo igitur Phyl. ponit intentionem suam dicens, quòd manifestum est ex eis, quæ dicentur, quòd vacuum non est. Deinde ponit duo necessaria ad suum propositum ostendendum, quorum primum est, quòd propter duas causas contingit, quod vnũ corpus graue, vel leue mutatur velocius alio. Vna causa est diuersitas medij in spissitudine, & subtilitate, quia idem mobile tardius mouetur in medio spissiori, quam in medio subtiliori, ita quod idem mobile motum ab eodem motore velocius mouetur in aere, quam in aqua, & velocius in aqua, quam in terra, & si sic sint duo corpora æqualia in grauitate, figura, magnitudine, & in omnibus alijs, quæ conferunt ad motum, vel impediunt, vnum illorum velocius mouetur in medio subtiliori, quam in medio spissiori. Alia vero causa velocitatis, & tarditatis motus est diuersitas in grauitate, & leuitate, quia corpus grauius velocius mouetur in eodem medio, quam corpus minus graue, & corpus leuius velocius mouetur, & ascendit per idem medium, quam corpus minus leue, & hoc est, quod primo præmittit, scilicet, quòd duæ sunt causæ velocitatis, & tarditatis in motu, diuersitas in spissitudine, & subtilitate, & diuersitas mobilis in grauitate, & leuitate.

Primum necessariũ. Prima causa velocitatis, & tarditatis.

Secunda causa.

Atque id quidem, per quod fertur, causa est, propterea, quod impedit, maxime quidem si econtra feratur. Minus autem si maneat, & magis id, quod non est facile diuisibile. Quale est id, quod magis est crassum. C

Hoc igitur, per quod fertur, causa est, quia impedit maxime quidem, quod contra fertur, postea autem, & manens. Magis autem, quod non facile diuiditur, huius autem grossius est.

SEcundum vero, quod præmittit est, q causa, propter quã mobile mouetur velocius in vno medio, quam in alio est, quia medium impedit motum mobilis, & resistit ei, & mediũ contra motum magis resistit, quam idem medium quiescens, sicut aqua currens contra motum nauis, quæ motui nauis magis resistit, quam aqua quiescens, & siue medium sit quiescẽs, siue econuerso, motui potest medium magis, vel minus resistere, secundum quòd est faciloris, vel difficilioris diuisionis, seu facile, vel difficile ad diuidendum, & hoc, siue tale medium quiescat, siue moueatur. D Intelligendum, quòd præter causas prædictas possunt poni multæ aliæ causæ, propter quas vnum mobile velocius mouetur alio, vt figura, magnitudo, & alia multa. Vnde corpus vnius figuræ æquale alteri corpori in grauitate mouetur velocius in eodem medio, quam corpus alterius figuræ, similiter vnum corpus minoris quantitatis æquale illi in grauitate mouebitur velocius in eodem medio, & ratio huius est, quia quamuis medium sit idem, & corpora mota sint æqualia in grauitate, tamen plures partes medij resistunt corpori vnius figuræ, quam corpori alterius figuræ, quoniam plures partes medij resistunt corpori latæ figuræ, quam corpori acutæ, vel strictæ figuræ, & similiter plures partes medij resistunt corpori maioris quantitatis, quam corpori minoris quantitatis, & ideo omnia prædicta de causis velocitatis, & tarditatis motus sunt intelligenda cum ista additione, scilicet, quod cætera sint paria, quæ possunt impedire, vel perficere motum, & secundum hoc prædictæ regulæ sunt infallibiliter veræ.

Secundũ necessariũ

Notandũ.

A Pondus igitur a per b, quidem medium in tempore c, fertur. Per d, vero subtilius quidem illo, longitudine vero æquale, in tempore e, impedientis corporis ratione. Sit enim b, quidẽ aqua, d, autem aer. Quanto igitur aer aqua subtilior, tanto celerius a, pondus per d, quam per b, medium feretur (vt patet) Habeat igitur eandem rationem ad celeritatem celeritas, qua distat aer ab aqua Quare si in duplo sit aer aqua subtilior, duplo in tempore b, medium pertransibit ad id tempus, in quo per medium d, feretur, & c, tempus duplum erit temporis e, atque quo subtilius est, minusque impedit, atque facilius scinditur id, per quod fit transitio, eo pondus a, celerius semper feretur.

B *Id igitur, in quo est a, aut mouebitur per b, quod a, in quo c, tempus, per ipsum autem d. cum sit subtilius sed æqualis longitudo est ipsius b, quæ est ipsius d, secundũ analogiam impedientis corporis. Sit enim b, quidem aqua, d, vero aer. Quanto igitur subtilior aer aqua, & incorporalior, tanto citius a, per d, mouebitur, quam per b. Habeat igitur eandem rationem, qua quidem distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare si dupliciter est, in duplici tempore, quod est ipsum b, transibit, quam d. Et erit, in quo est c, tempus duplex eo, in quo est e, & semper iam quantumcunque sit incorporalius, & minus impeditum, & bene diuisibilius, per quod fertur, citius mouebitur.*

Demonstratio.

A mobile.
B. spatium Aqua.
D. spatium. Aer.
C. Tempus.
E. Tempus.

35. concl. huius lib.

Istis sic suppositis Phyl ponit rationem, in qua comparat idem mobile ad duo media, intẽdens probare, quod vacuum esse destruit vnam proprietatem, quæ est fieri in tempore diuisibili, & probat istam conclusionem, scilicet, quòd si vacuum est motus, non fieret in tempore diuisibili. Et hæc est trigesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. Primo ostensiue. Secundo per impossibile, & in probando illam conclusionem. Primo comparat Phyl. idem corpus ad duo media, & arguit sic. Cum idem corpus mouetur in duobus medijs, quæ est proportio vnius medij ad aliud medium in spissitudine, & subtilitate, eadem est proportio motus facti per vnum medium ad motum factum per aliud medium in velocitate, & tarditate, & etiam eadem est proportio temporis, in quo fit motus per vnum medium ad tempus, in quo fit motus per aliud medium in longitudine, & breuitate; sed vacui ad plenum nulla est proportio in velocitate, & tarditate, cum igitur motus sit diuisibilis, & fiat in tempore diuisibili, oportet, quòd motus factus in vacuo sit diuisibilis, & quòd fiat in non tempore diuisibili sed si motus factus in vacuo sit diuisibilis, & tempus diuisibile, in quo fit motus in vacuo, esset alia proportio inter motum factum in vacuo, & motum factũ in pleno, & sic temporis ad tempus esset aliqua proportio, quia cuiuslibet diuisibilis ad diuisibile est aliqua proportio. Circa hanc rationem Phyl. ita procedit, quia primo declarat maiorẽ in terminis exemplariter. Secundo vero declarat minorẽ ibi. [Vacuũ aũt nullã.] Primo igitur Phyl. declarat maiorẽ in terminis dicẽs, vocetur a. mobile, & b, vocẽ mediũ, in quo moueatur a, & sit c, tẽpus, in quo mouetur a, in b, medio. si tũc ipsum a, reliquo tẽpore mouetur per aliud mediũ subtilius, vt per d. tũc si illa duo media. s. b, & d, sunt æqualia in lõgitudine, tũc proportio illorũ duorũ motuũ in velocitate, & tarditate esset sm proportionẽ vnius medij impediẽtis ad aliud mediũ impediẽs in spissitudine, & subtilitate. v. g. sit b, aqua, & d, aer, tũc quanto aer est subtilior aqua, tãto a, mobile velocius mouetur per d. i. per aerẽ, quam per b. i. per aquã. & ita talis esset proportio velocitatis vnius motus ad velocitatẽ alterius motus, qualis est proportio aeris ad aquã in subtilitate, & per cõsequẽs si aer sit in duplo subtilior, quam aqua, velocitas motus ipsius a, in aere esset dupla ad velocitatẽ motus ipsius a, in aqua. & per cõsequẽs tempus, in quo pertransitur totũ b, esset duplũ respectu temporis, in quo pertrãsitur ipsum d, puta aer, & sic si e, sit tẽpus, in quo mouetur per mediũ grossius, & spissius, & c, tẽpus, in quo mouetur per mediũ, subtilius, tũc c, esset duplũ ad e, & sic vniuersaliter, qualis est proportio medij ad mediũ in subtilitate, & spissitudine, talis est proportio motus ad motũ in velocitate, & tarditate, & etiã temporis ad tẽpus in lõgitudine, & breuitate, maior igitur dẽt sic intelligi, qualis est proportio medij ad mediũ, cæteris existẽtibus paribus, quæ, scilicet impediunt, vel promouent motum, vt dictum est, &c.

At vacuum nullam rationem habet, qua corpore exceditur, quemadmodum, neque ipsum nihil ad numerum. Nam si quatuor vno quidem tria, pluribus vero duo, & pluribus etiam, quam duo, vnum excedunt, nullam profecto rationẽ vlterius habent, quia nihilum ipsum excedunt. Id enim, quod excedit, in excessum ipsum, & in id, quod exceditur, necesse est diuidatur. Quare ipsa quatuor erunt id, quod excedunt. Et nihil. Idcirco neque linea punctum excedit, si non componatur ex punctis. Similiter & vacuum nullam ad plenum rationem habere potest. Quare neque etiam motus.

C *Vacuum autem nullam habet rationem, qua excellatur sub pleno, sicut neque nihil ad numerum. Si enim quatuor tribus excellunt vnum, pluribus autem duo, et adhuc vnum pluribus, duobus. Nihil autẽ non amplius habet rationem, quam excellunt. Necesse est enim diuidi excellens in excellentiam, & in id, quod excellitur. Quare erunt quatuor quantumcunque excellunt, & nihil. Vnde neque linea punctum excellit, nisi componatur ex punctis. Similiter autem vacuum ad plenum nullam possibile est habere rationem, ergo neque ad motum.*

Declarata maiori, Phyl. declarat minorẽ, s. quod vacuum nullã habet proportionẽ ad plenũ in subtilitate, quoniam vacuũ non excedit plenũ in subtilitate, nec econuerso, sicut numerus nõ excedit nihil, & hoc declarat Phyl. sic, quæcũque aliqua cõparantur in aliquo sm magis, & minus, ita quod vnum excedit aliud in alio, oportet, quod illud, in quo cõparantur, conueniat vtrique illorũ, ita quod necesse est, vtrunque illorũ esse tale, quoniam excedens diuiditur in excessum, & in illud, quod excedit, sicut quaternarius numerus excedit ternariũ numerũ in vno, & ideo numerus quaternarius diuiditur in numerũ ternariũ, qui exceditur, & etiã in vnũ, per quod excedit, & numerus nõ

D excedit nihil, quia non diuiditur in nihil, & quia linea nõ diuiditur in puncta, ideo linea non excedit punctũ, cũ igitur vacuũ non sit subtile, nec spissum, nulla esset proportio vacui ad plenũ in spissitudine, & subtilitate, & sic nulla esset proportio velocitatis motus facti in vacuo ad velocitatẽ motus facti in pleno, & per consequens motus factus in vacuo esset in instanti, potest igitur breuiter probari sic. Illud, quod non est subtile, nec spissum nullã proportionẽ habet ad aliquid aliud in spissitudine, & subtilitate, sed vacuũ, nec est subtile, nec spissũ, ergo. Itẽ aliter potest eadẽ minor probari sic. Illud, quod non diuiditur in aliud, non excedit illud, nec ecõuerso, sed vacuum nõ diuiditur in plenũ, nec ecõuerso, ergo neutrũ excedit aliud. Vnde circa has duas propositiones, quarũ prima est, quod illud in quo aliqua cõparantur sm magis, & minus, cõpetit vtrique illorũ. Secũda quod omne excedẽs diuiditur in illud, per quod exceditur, & in illud, quod excedit, est intelligendũ, quod prima propositio nõ est intelligẽda in cõparatione abusiua, sed in cõparatione

ne ꝓprie dicta. Vnde comparatio proprie dicta, est, qñ fit cō-
Quid comparatio ꝓprie dicta. paratio respectu alicuius, in quo saluatur natura positiui, & tunc est vniuersaliter verum, quòd omne comparatiuū præsupponit suum positiuum, quoniam si aliquid sit albius alio, sequitur, quòd illud sit album, sed comparatio abusiua est, quādo fit comparatio respectu alicuius, in quo non saluatur natura positiui, vt si dicitur, quòd aqua sit leuior terra, ex hoc non sequitur, quòd aqua sit leuis, nec sequitur coruus est albior pice, igitur coruus est albus. Dico igitur, quòd illud, in quo aliqua
Quid sit comparatio abusiua. comparantur, secundum magis, & minus in comparatione proprie dicta, conuenit vtrique illorum, sed non oportet in comparatione abusiua. Circa illam propositionem est intelligendum, quod non oportet vniuersaliter, quòd omne excedens componatur ex illo per quòd exceditur, & ex illo, pro quo excedit, quia vna intelligentia excedit aliam in perfectione, & tamen vna intelligentia non componitur ex illa, similiter vnum lignum excedit aliud, & tamen non componitur ex illo, & similiter intensa albedo excedit albedinem remissam, & tamen non componitur ex illa, neque ex alia consimili. Dico igitur, quod illa propositio, scilicet omne excedens diuiditur, &c est intelligenda de excessu quantitatiuo, vel reducibili ad excessum quantitatiuum, & tunc debet sic intelligi, scilicet, quod omne excedens aliud secundum quantitatem componitur ex illo, quod exceditur, & ex aliquo consimili, & illo, quo excedit, & hoc est verum vniuersaliter in omni excessu quantitatiuo, & hoc tam in continuis, quam in discretis, sed in excessu perfectionali, seu quantitatiuo non oportet, & illud sufficit quantum ad intentionem Phylosophi hic, quia excessus in spissitudine, & subtilitate reducitur ad excessum in quantitate, quoniam si ex spisso fiat subtile, illud occupabit maiorem locum, quam occupabat, quando fuit spissum. Vnde sequitur,
Tex. c. 10. quod vacuum, nec est spissum, nec subtile, quia subtile, & grossum, seu spissum sunt quantitates tangibiles, vt patet secūdo de genera. sed in vacuo non est quantitas tangibilis, si tamen vacuum esset subtile in infinitum subtilius quocunque pleno, non esset aliqua proportio in subtilitate inter vacuū,
Notandū. & plenum. Notandum, quod Commen. facit hic vnam magnam digressionem circa illam propositionem, scilicet qualis est proportio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, & etiam temporis ad tempus in longitudine, & breuitate. Vnde ista digressio potest diuidi in quinque particulas quoniam in prima ponit opinionem Auempace, & rationem opinionis. In secunda ibi. [Et si hoc, quod dicit, concedatur.] Arguit Commen. contra Auempacem. In tertia ibi. [Et causa illius erroris.] Commen ponit & remouet motiuum Auempace ea dictis Phylosophi. In quarta ibi. [Et quæret aliquis.] Mouet, & soluit vnam aliam quæstionem, quam induxit Auempace. In quinta ibi. [Nos vero dicimus.] Commen ponit veras causas successionis in motu, propter quas causas necesse est omnem
Opinio Auemp. motum esse in tempore. In prima igitur particula huius digressionis Commen. ponit opinionem Auemp circa istā propositionem, & rationem probantem, quod illa propositio nō est vera, qualis est proportio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, & quod illud non sit verum, probauit Auēp. per vnam rationem, quæ est talis, si talis esset proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, qualis est proportio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, tunc motus nō esset in tempore, nisi propter medium impediens, quia si nō esset medium impediens, vel resistens motus esset in instanti, & sic motus esset in tempore solum propter hoc, quod mediū impedit, vel resistit, & quod illud sit falsum probauit Auempace dupliciter, primo quia motus non esset in tempore, nisi ꝓpter medium impediens, & tunc corpora cælestia mouerentur in instanti cum in eorum motibus non sit medium resistens in quo, vel quod mouentur, sed hoc consequens est impossibile, scilicet, quod motus corporum cælestium sit in instanti, ergo impossibile est, quod medium resistens sit tota causa, ꝓ-
Secunda rō Auem. pter quam motus esset in tempore. Secundo probauit idē sic, si motus sit in tempore, nisi propter medium resistens, tunc omnes motus naturales grauium, & leuium essent violenti, quia omnes motus naturales grauium, & leuium sunt in tempore, & non sunt in tempore, nisi propter medium impediēs, sed quod impedit violentat, ergo motus naturalis simplicium esset violentus. Dico igitur cum Auempace, quod non est verum, quod qualis est proportio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, sed dicit, quod qualis est proportio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, talis est proportio tardi-

A tatis accidentis motui in vno medio ad tarditatem accidentē motui in alio medio. Vnde iste ponit, quod grauia, & leuia habent motus naturales, quos habent ex se, non ex residua medij, & præter illos motus naturales habent tarditatem accidentem motui naturali, sicut vna linea additur lineæ, & Comm. ponit verba Auempace in quibus ista sententia continetur. Et si hoc, quod dicit concedatur. Hæc est secunda particula illius digressionis, in qua Commen. arguit contra opinionem Auemp. & adducit contra eum rationes tres, quarum prima est, quod secundum illam opinionem illa declaratio Arist. est falsa, quoniam si proportio subtilitatis medij ad subtilitatem alterius medij sit, sicut proportio tarditatis accidentalis motui in altero eorum ad tarditatem accidentem ei in alio, non sicut proportio illius motus, nō sequitur, quod illud, quod mouetur in vacuo, mouetur in instanti, quia in vacuo non auferatur a motu, nisi tarditas, quæ accidit ei propter medium, & remanet motus naturalis, & omnis motus naturalis est in tēpore, igitur illud, quod mouetur in vacuo, mouetur necessario in tempore, & motu diuisibili, & nullum sequitur impossibile. Hæc igitur est prima ratio, quia si non esset talis proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, qualis est pro- Prima rō Commē. contra Auemp.
B portio medij ad medium in spissitudine, & subtilitate, sed solum esset talis proportio tarditatis accidentis motui ex vno medio ad tarditatem accidentem motui ex alio medio, qualis est proportio medij ad medium in subtilitate, tunc si poneretur vacuum, motus factus in vacuo fieret in tempore, cum natura motus maneret, posito vacuo, quia nihil ei aufertur per positionem vacui, nisi tarditas, quæ accidit ex medio, & ita conclusio, quam Phylosophus hic intendit, non sequitur ex præmissis. Secunda vero ratio ponitur. Nos autem dicamus. Ratio Secunda ratio. talis est. Si duo mobilia æqualia in omnibus conditionibus ꝓmouentibus, vel impedientibus motum mouerentur in medijs æqualibus in quantitate, & in quibus est resistentia æqualis, manifestum est, quod motus erunt æquales in velocitate, ergo eisdem conditionibus existentibus paribus diuersificata sola resistentia secundum istam proportionem diuersificatur motus in velocitate. Vnde Commen. facit istam consequentiam, & dicit eam esse per se manifestam, scilicet, quod si causa æqualitatis motuum, vel motorum conuenientium in declinatione, idest, in grauitate, & leuitate, magnitudine, & figura, quando mouetur in vno medio, aut in duobus æqualibus in
C tenuitate, & grossitie est æqualitas medij, manifestum est, quòd diuersitas eius in tenuitate secundum magis, & minus est causa diuersitatis motuum in velocitate, & tarditate. Et dicit vlterius, quod ista diuersitas, scilicet, motuum in velocitate, & tarditate, grossitie, & subtilitate sequitur augmentū illius diuersitatis, s. motuū in velocitate, & tarditate, s. augmentū subtilitatis, & diminutio illius, igitur est manifestū, quod proportio motuū sequitur proportionē mediorū in spissitudine, & subtilitate, & istæ proportiones sunt manifestæ per se, s. quod cum fuerint duo mota æqualia in grauitate, & leuitate, figura, & magnitudine, & moueantur in vno medio, quod eorū motus erunt æquales in velocitate, & quod vtrunque pertransit æquale spatiū in tēpore æquali, & cū fuerint diuersa in tenuitate, & motus eorū diuersificantur diuersitate proportionali. Et dicit Commen vlterius, quod vniuersaliter manifestū est, quòd causa diuersitatis, & æqualitatis motuū est diuersitas, & æqualitas proportionis motoris ad rē motā, & per rē motā intelligit, vt mihi videtur, totū resistens, siue sit resistentia ex parte mobilis tantū, siue ex parte vtriusque, siue ex parte medij tantū, cū igitur fuerint duo motores, & duo mota, & proportio alterius motoris ad alterū motū fuerit, sicut proportio reliqui mo-
D toris ad reliquū motū, tunc duo motus erunt æquales in velocitate, & cum proportio diuersificatur, etiam motus secundū proportionem diuersificabuntur, & hoc idem est in motibus violentis, & naturalibus, sed tamen differentia est in hoc, quia in motibus violentis, cum duo motores fuerint æquales in potentia, diuersitas erit propter impediens, in naturalibus autem diuersitas, & æqualitas fiunt propter diuersitatem, aut æqualitatem proportionis motorum ad rem motam, & non sequitur, vt in eis sit æqualitas apud æqualitatem mouentium in potentia, quando proportio diuersificatur, sed nō sequitur hoc in violentis, quando impediens diuersificatur, & motus secundum istam proportionem diuersificabuntur, hæc Comm. Vnde breuiter tota vis huius rationis consistit in hoc, quod æqualitas mediorum in subtilitate omnibus alijs conditionibus existentibus paribus est per se causa æqualitatis motuum in velocitate, & tarditate, & ideo diuersitas mediorum in subtilitate est per se causa diuersitatis motuum in velocitate, & tarditate, quia, quæ est proportio mediorum in subtilitate,

litate, eadem est proportio motuum in velocitate, cæteris paribus. Hæc ratio fundatur super hoc, quod in causis per se, & propriis, qualis est proportio causæ ad causam eadem est proportio effectus ad effectum. Vult etiam Comm. quod in omnibus motibus tam naturalibus, quam etiam violentis sit talis proportio motus ad motum in velocitate, qualis est proportio motoris ad rem motam, hoc est, qualis est proportio potentiæ motoris ad totum resistens, sed in hoc est differentia inter motum naturalem, & violentum, quia in motu violento resistens est impediens motum & ideo diuersitas in motibus violentis est secundum diuersitatem proportionis impedientis ad impediens, sed in naturalibus non est diuersitas motuum secundum diuersitatem impedientium, quia in motu naturali medium non impedit, immo in motibus naturalibus est diuersitas, vel æqualitas secundum diuersitatem, & æqualitatem proportionis motoris ad rem motam, siue ad resistens.

Tertia rō. Tertia ratio huius ponitur ibi. Et si esset, sicut Auem. &c. Quæ ratio est talis. Si in talibus motibus non esset proportio motus ad motum, sicut proportio spissitudinis ad spissitudinem, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatem, contingit hoc in omnibus motibus violentis, scilicet, quod non esset talis proportio motus ad motum, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam, & tunc dictum Philosophi in fine septimi huius esset falsum, scilicet quod cum aliquod corpus mouerit aliud corpus per aliquod spatium in aliquo tempore, quod mouebit medietatem illius corporis per idem spatium in medietate temporis, & probo, quod hoc sequatur, quoniam secundum Auempace non est talis proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, nec per consequens temporis ad tempus in longitudine, & breuitate, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam, cum igitur medietas mobilis in duplo minus resistat potentiæ motoris, quam totum mobile, non oportet, quod qualis est proportio medietatis mobilis ad totum mobile in resistentia, talis sit proportio temporis, in quo mouetur medietas mobilis ad tempus, in quo mouetur totum mobile & sic non oportet, quod mouens aliquod corpus per aliquod spatium in aliquo tempore etiam moueat medietatem illius corporis per illud spatium in medietate temporis, quoniam secundum Auempace proportio temporis ad tempus non est, nisi sicut proportio tarditatis ad tarditatem. Et intelligo, quod Commen. hic per mobile intelligit totum resistens, & per medietatem mobilis intelligit medietatem resistentiæ, vel resistentis. Et causa illius erroris.

Causa erroris Auempace. Hæc est tertia particula illius digressionis, in qua ponit, & remouet Commentator motiuum opinionis Auempace. Vnde causa illius erroris fuit, quia ipse opinabatur, quod tarditas est motus diminutus a motu, & quod velocitas est motus additus motui, sicut linea additur lineæ, vel aufertur ab ea, & quod resistentia ex parte medii est causa huius tarditatis. Et ideo dicit, quod qualis est proportio in vno medio ad resistentiam in alio medio, talis est proportio tarditatis ad tarditatem, quia qualis est proportio causæ ad causam, talis est proportio effectus ad effectum, tamen non oportet, quod talis sit proportio totius motus sensibilis ad motum sensibilem, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam.

Positio Auemp. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod Auempace posuit tres motus, scilicet motum naturalem, in quo successio causatur ex sola resistentia mobilis ad motorem distinguendo mobile contra medium, quia ille motus fieret in aliquo medio, in quo nulla esset resistentia, si esset tale medium, & illi motui naturali posset fieri additio, & etiam ab eo posset fieri diminutio, vt si mobile motum motu naturali tantum possit pertransire duas leucas in vna hora, posito tunc quod medium resisteret tantum quantum mobile resistit motori, mobile solum transiret per vnam leucam in vna hora, quia iam ponitur dupla resistentia, & in hoc diuidit medietatem motus, quia motus pure naturalis in vna hora pertransit duas leucas, & motus in medio resistentiæ tantum, quantum mobile resistit motori, fieret per vnam leucam tantum, quantum fieret in vna hora, vel igitur tarditas diminuit motum naturalem, vel est motus diminutus a motu naturali, sed velocitas est motus additus motui naturali, quia si motus naturalis fieret per duas horas in vna hora, si addatur virtuti motoris alia virtus motiua æqualis virtuti motoris, tunc illud mobile moueretur per quatuor leucas in vna hora, quia dupla virtus potest mouere idem mobile per duplum spatium in eodem tempore, & sic velocitas addit super motum naturalem. Sunt igitur, secundum Auem. tres motus, scilicet, motus naturalis, & motus diminutionis, scilicet, tarditas, & motus additionis, scilicet velocitas, posset etiam poni

Ratio Auempace. motus quartus, vt motus aggregatus ex motu naturali, & super addito secundum imaginationem Auempace. Motum autem

A sensibilem vocat Commen. totum motum in actu, qui totus motus est sensibilis in actu. His igitur visis, probat Auempace, quod non est talis proportio motus sensibilis ad motum sensibilem, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam, & hoc probabat sic, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam, talis est proportio tarditatis ad tarditatem, si tunc qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam, talis est proportio motus sensibilis ad motum sensibilem, tunc qualis est proportio tarditatis ad tarditatem, talis est proportio motus sensibilis ad motum sensibilem, cum igitur tarditas sit motus diminutus a motu naturali, sequitur, quod qualis est proportio diminuti ad diminutum, talis sit proportio remanentis ad remanens, sed hoc est falsum, vt patet manifeste in numeris, & magnitudinibus, quoniam si ab vno numero quaternario auferantur duo, & ab alio quatuor, non oportet, quod qualis est proportio quatuor ad duo, quod talis sit proportio remanentis ad remanens, quia quatuor se habent in dupla proportione ad duo, sed septem non se habent in tali proportione ad quinque, & idem apparet in magnitudinibus, quia si accipiantur duæ magnitudines, & vtraque sit nouem pedum, & ab vna auferantur quatuor pedes, & ab alia duo, non oportet, quod qualis est pro-

B portio diminuti ad diminutum, quod talis sit proportio remanentis ad remanens, vt patet manifeste. & eodem modo est in additione, quia non oportet, quod si aliquæ duæ magnitudines sint æquales, & vtrique fiat additio, quod qualis est proportio additi ad additum, quod talis sit proportio totius ad totum, vt patet in numeris, quoniam si vni trinario addantur duo, & alteri trinario addantur quatuor non est talis proportio totius ad totum, qualis est proportio additi ad additum, quia quatuor se habent duo in dupla proportione, sed septem ad quinque non se habent in dupla proportione, & eodem modo sequitur in magnitudinibus, & ideo non oportet, quod qualis est proportio diminuti ad diminutum, quod talis sit remanentis ad remanens, & sic similiter non oportet, quod qualis est proportio tarditatis ad tarditatem, quod talis sit proportio motus sensibilis ad motum sensibilem, nec etiam oportet, quod qualis est proportio additi ad additum, quod talis sit proportio totius resultantis ad totum resultans, & ideo non oportet, quod qualis est proportio velocitatis superadditæ velocitati naturali ad velocitatem superadditam, quod talis sit proportio totius resultantis ex motu naturali, & velocitate su-

C peraddita ad illum motum resultans ex alio motu naturali, & velocitate superaddita. Et eodem modo de omnibus quantitatibus proportionalibus, scilicet, quod quando quantitatibus proportionabilibus additur quantitas, vel diminuitur, non remanebunt eedem proportiones, vt si eadem quantitas, puta binarius, vel dualitas addatur quatuor, vel sex, non remanet eadem proportio, quia sex ad quatuor est proportio sesquialtera, sed octo ad sex non est proportio sesquialtera, & eodem modo est de diminutione, quia si a sexcuplo terminatur non remanet eadem proportio, quæ prius fuit, quia octo ad sex non est proportio sesquialtera, sed sex ad quatuor est proportio sesquialtera. Intelligendum est hic, quod secundum veritatem Auempace non habuit ponere, quod in motu facto in medio resistentiæ est aliqua pars motus naturalis, nec quod in tali motu remanet aliquid de motu naturali, sed dixit, tarditatem, seu motum, cum dicitur tardum propter resistentiam medii ad motum diminutum a motu naturali, quia est imperfectior, quam motus naturalis, quo modo dicimus, quod paruus homo est homo diminutus respectu magni hominis, non quia paruus homo sit pars magni hominis, sed quia deficit in quantitate magni hominis. Eodem modo, motus, qui est tardus

Quomodo sit intelligenda opinio Auempace.

D propter resistentiam medii, non dicitur esse diminutus a motu naturali, quia est pars naturalis motus remanentis post diuisionem, sed quia est minor, & imperfectior, quam motus naturalis. Et eodem modo dico de velocitate, quod velocitas non dicitur esse addita motui naturali, quia ex velocitate, quæ imaginatur superaddi motui, fiat aliquod vnum, cuius vnius vna pars sit motus naturalis, & alia pars sit velocitas, sed dicitur motus superadditus, quia maior, & perfectior, vt quomodo dicitur, quod virga duorum pedum superadditur virgæ vnius pedis, quia continet tantum, & plus. Posito motiuo opinionis Auempace, nunc vero ibi. Quare differunt. Remouet Commen. motiuum opinionis prædictæ, & primo respondet ad opinionem. Secundo vero arguit contra opinionem in se. Respondet igitur Commen. ad rationem Auempace dicens, quod non est simile de additione, & diminutione in quantitatibus mathematicis, & de additione in motibus, quoniam quando ex quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas remanet residua quantitas in actu, sed quando in motu naturali accidit

Responsio Commen. ad opinionem Auempace.

A vidit diminutio, tunc motus naturalis non habebit esse, nisi in potentia, & ideo non est simile de quantitate mathematica, & motu naturali. Deinde Commen. arguit contra opinionem Auempace sic. Ex quo motus naturalis non habet esse, nisi in potentia, sequitur, quod omnis motus naturalis sensibilis, & in actu esset motus non naturalis, quia omnis motus sensibilis est diminutio ex motu naturali, & non motus naturalis, cui accidit diminutio, nisi poneretur vacuum. similiter cum aliquod motum moueretur velocius motu suo naturali, tunc non esset ille motus suus naturalis, & additio. hoc est, non esset aggregatum ex motu naturali, & additione, sed est additio tantū, & sic non posset esse motus naturalis, nisi poneretur vacuum, quod est impossibile. Quod autem ista sequātur, potest probari. ponamus, quod aliquod mobile v.g. a. possit moueri motu suo naturali per duas leucas in vna hora, & ponamus, quod a, moueatur in medio resistenti, ita quod non possit per illud medium moueri, nisi per sex leucas in vna hora, manifestum est, illo supposito, quod a, non mouetur motu naturali, quia mouetur per duodecim leucas in vna hora. ergo relinquitur, ꝙ motus, quo mouetur in medio pleno, & resistenti non est motus naturalis. Eodem modo, si addatur virtuti mouenti alia

B virtus tanta, quanta est virtus mouentis, tunc a, mouebitur in duplo velocius, & per consequēs non moueretur motu suo naturali, sed motu additionis tantum. & sic non posset aliquod corpus naturale moueri motu naturali, nisi poneretur vacuū secundum Auempace, quia si fiat motus naturalis in pleno, ille motus non esset tarditas. Et si dicatur, ꝙ Com. d. ꝙ quando motui naturali accidit diminutio, tunc motus naturalis non habebit esse, nisi in potentia, igitur in motu diminutionis vel tarditatis manet aliquo modo motus naturalis. Dicendum, quod quamuis Auempace imaginatus fuerit, quod in motu diminutionis sunt duo motus, s. motus naturalis, & motus tarditatis, tamen secundum veritatem, non sunt duo motus propter rationem prædictam, & etiam, quia si essent duo motus, sic idem mobile moueretur duobus motibus per se ad eundē terminum, quod est impossibile. Quando igitur dicitur, quod in motu diminutionis motus naturalis non habet esse, nisi in potentia. Dico, quod in motu diminutionis motus naturalis habet esse in potentia, sicut magis perfectum dicitur esse in potentia respectu minus perfecti, non quia magis perfectum existat in minus perfecto. Vnde vno modo loquendo de potentia, & actu, diminutum dicitur esse in potentia, respectu illius,

C cuius est perfectum, & in illo modo in motu diminutionis dicitur motus naturalis habere esse in potentia, sicut perfectum in diminuto. Vnde d. Com. quod ista quæstio Auempace est sophistica, & est difficilis, quia est secundum coniunctionem. i. secūdum comparationem, vel secundum proportionem, quia motus assimilatur lineæ, ideo existimatur, quod illud, quod

Epilogatio com.

conuenit lineæ, conueniat motui. Postea vero recapitulando d. Commen. quod declaratum est ex sermone isto, quod proportio impedientis ad impediens est, sicut proportio motus ad motum, & recapitulatio est satis plana. Et quæret aliquis. Hæc

Alia quæstio mota ab ipso Auemp.

est quarta particula illius digressionis, in qua Commen. mouet, & soluit vnam dubitationem, quę talis est, supposito, quod concedatur, quod talis est proportio motuum factorum in medio adinuicem, qualis est proportio impedientum ad impediēs, ex hoc non videtur sequi, quod si idem motus moueatur in vacuo, quod propter hoc moueatur in vacuo in instanti, sed solum sequitur, quod mouetur in tempore, cuius proportio ad tempus, in quo mouetur, in medio pleno, sit sicut proportio excessuum potentiæ motoris ad rem motam, secundum, quod est mota. i. absque eo, quod illic sit impediens extrinsecum excessum potentiæ motoris, super rem motam, secūdum

D

Obiectio.

quod est impedita. Est igitur quæstio, quō sequitur, quod corpus moueatur in vacuo in instanti, licet hic concedantur propositiones, quibus Phyl. vtitur. s. quod talis est proportio motus ad motum in medio, qualis est proportio impedientis ad impediens, non enim sequitur, vt videtur, quia certum est, quod mobile, secundum quod mobile tantum, absque quocunque extrinseco resistit motori, mobile etiam cum medio impediente resistit motori, & magis resistit, quam mobile solum, aliqua igitur est proportio inter resistentiam mobilis solum ad motorem, & inter resistentiam mobilis cum medio impediente ad motorem. sit igitur, quod mobile cum medio in triplo plus resistat motori, quam mobile solum, & per se resistat motori, certum est, quod sequitur, quod tempus, in quo mobile mouetur in medio non impediente, sit in triplo maius, quam tempus, in quo mobile moueatur in medio non impediente. i. in vacuo, in quo non est aliqua resistentia, nisi mobilis ad motorem, & si non sequitur, quod motus factus in vacuo non esset in instanti. Hanc igitur dubitationem soluit

A

Solutio.

Com. cum dicit. Et hic est dubitandum, & breuiter sua solutio consistit in hoc, quod in corporibus simplicibus, vt grauibus, & leuibus non est aliqua resistentia mobilis ad motorem, quo etiam resistentia non inuenitur inter motorem, & rem motā, nisi quando res mota est ens in actu distinctum a suo motore, sicut est in corporibus cælestibus, sed in corporibus simplicibus. i. grauibus, & leuibus res mota non est in actu distincta a motore, quia motor in eis est forma, & res mota est materia, sed materia non est ens in actu, nec potest resistere motori.

Qūn sit intelli. dictū commen.

Intelligendum tamen, quod Com. cum dicit, quod res mota est materia, intelligit, quod illud, ratione, cuius mouetur, est materia, & illud ratione cuius mouet, est forma, tamen illud, quod per se mouet, est totum compositum ex materia, & forma. similiter illud, quod per se mouetur, est totum compositum. nam materia prima nō mouetur per se, cum non sit ens in actu, & ideo in motu simplicium corporum grauium, & leuium idem est motor, & res mota, & ideo non est aliqua resistentia mobilis ad motorem, & propterea si moueretur in vacuo moueretur in instanti, quia in motu eorum in vacuo nulla resistentia esset, sed si mobile aliquo modo resisteret motori,

B sequitur, quod motus corporum simplicium in vacuo esset in tempore, secundum quod deducit ratio quæstionis inductæ, & propter hoc Phyl. octauo huius declarat, quod non mouetur ex se, sic quod diuidatur in motorem in actu. & in motum in actu.

Notandū

Notandum secūdum Com. quod isti motus, qui sunt corporum simplicium mediantibus aqua, & aere, non sunt impediti a medio, vt apparet in primo aspectu, quoniam si ita esset, tunc essent huiusmodi motus naturales, qui non inuenti sunt, nec inuenientur, aut esset possibile, huiusmodi corpora moueri sine medio, quod est impossibile, nisi vacuum esset. Et huius causa est, quia ista mota indigent medio, quoniam res mota debet necessario habere, cum motore aliquam resistentiam, qua potentia motoris excedit potentiam illius, & hoc in motibus naturalibus, & si non, tunc quilibet motor moueret corpus quodlibet, & per diuersitatem illius proportionis, quæ est inter resistentiam, & rem motam, similiter diuersificantur motus corporum cælestium. Vnde quædam sunt velociora quibusdam, & propter hanc resistentiam motor non mouet rem motam, nisi quando ponitur, quod eius potentia excedit potentiam rei motæ, res enim mota vniuersaliter est similis, quodā-

C modo motui, & contraria aliquo modo. Et hoc intelligendū in mobilitate, de qua dicit Auempace, quod est in corporibus cælestibus, quoniam motor, cuius potentia est excedens, est magis velocior motore, cuius potentia est minor in excessu, hæc Com. Ex quibus verbis possunt colligi quinque proposi-

Prima propositio.

tiones notabiles. quarum prima est, quod medium plenum non impedit motum naturalem corporum simplicium grauium, & leuium. Causa tamen est, quia illud, sine quo non potest esse motus, non impedit motum, sed sine medio pleno nō potest esse motus grauium, & leuium, vt probatum est supra.

Prima obiectio.

ergo. Et si dicatur, quod medium plenum resistit mobili. ergo impedit ipsum. Item si graue, aut leue moueatur in aliquo medio, & ponatur in medio subtiliori, mouebitur velocius, & tamen naturaliter moueretur. ergo illa velocitas, quam habet

Secunda obiectio.

in medio subtiliori, est sibi naturalis, & tantam velocitatem non habet in medio spisso. ergo medium spissum impedit velocitatem naturalem, & per consequens impedit motum naturalem, & eodem modo potest argui de quolibet medio pleno, probando, quod impedit velocitatem naturalem, quia impedit velocitatem naturalem motus.

Ad primā obiectionem.

Ad primum dico, quod medium plenum resistit mobili, & impedit mobile, ne sit in termi-

D no motus. vnde graue descendens per medium plenum impeditur, ne sit iam hic deorsum, sed non impeditur a moueri deorsum, immo, nisi esset medium, non moueretur deorsum. Et dico, quod aliud est impedire mobile a moueri, & aliud est impedire mobile a termino motus. Vnde medium plenum impedit mobile abesse in termino motus, sed non impedit a motu, vel a moueri.

Ad secundam.

Ad secundum dico, quod corpus simplex graue, vel leue non habet aliquam determinatam velocitatem absolutam, sed solum in comparatione ad medium, in quo mouetur, & quælibet velocitas, & tarditas, quam habet in motu naturali est sibi naturalis. Dico igitur, quod si graue moueatur in medio spisso, illa velocitas, qua mouetur est sibi naturalis respectu illius medij non impedit ab aliqua velocitate naturali, quamuis impediatur a velocitate naturali, quam habet, si moueatur in alio medio, nec propter hoc impeditur motus naturalis, quia non est natum habere tantam velocitatem in medio spissiori, quam natum est habere in medio subtiliori. Secunda propositio est, quod res mota necessario habet aliquam resi-

sientiam

stentiam cum motore, & intelligo per mobile totum resistēs, siue sit medium, siue sit mobile, distinguendo mobile contra medium, sic in motu grauium, & leuium medium resistit, quia in corporibus grauibus, & leuibus motum resistit in eis, tamen distinguendo mobile contra medium, sic in motu grauium, & leuium mobile non resistit motori, vt dictum est, quia idē non resistit sibiipsi. Tertia propositio est, quod propter diuersitatē proportionis, quę est ex resistentia inter motorem, & rem motam simpliciter diuersificatur motus corporum cælestium in velocitate, & tarditate. & sic diuersitas corporum cælestium in velocitate, & tarditate est ex proportione resistentiæ inter motorem, & rem motam. Similiter hoc non est ex alia resistentia, quam ex resistentia mobilis ad motorem, quia in motibus corporum cælestium non est medium resistens, & hoc intelligit Com. hic dicens, quòd inter rem motam, & motorem non est alia resistentia, quam mobilis ad motorem. Quarta propositio est, quod motor non mouet rem motam, nisi quando potentia motoris in mouendo excedit potentiam rei motæ in resistendo, & hoc per se est notum. Sed vtrum, omnis excessus potentiæ motoris super potentiam rei motæ, sufficiat ad causandum motum vel non: videbitur infra. Quinta propositio est, quod vniuersaliter in motu naturali res mota est quodāmodo similis motori, & est contraria alio modo. Et hæc propositio est diuersimode vera in diuersis motibus, est enim vera in motu alterationis, & augmentationis, quoniam mouens, & motum sunt similia, & contraria secundum formam, vt pãet primo de generatione, sed in motu locali naturali grauiū, & leuium per motum debet intelligi medium non ipsum graue, vel leue motum, quia idem non contrariatur sibiipsi, & tūc debet sic intelligi, scilicet, quòd in aliis mouens, & motū sunt similia in materia, & contraria contrarietate, quæ est inter potentiam, & actum siue contrarietate resistentiæ ad illud, cui resistit, quoniam mouens est in actu, & motum in potentia, & similiter medium in motu grauium, & leuium resistit motori. In motu vero animalium, & corporum cælestium mouens, & motum sunt similia in hoc, quoniam motus est perfectio mobilis, & etiam sunt similia secundum proportionem, sed non sunt similia in materia, & sunt contraria contrarietate, quæ est inter potentiam, & actum, vel inter resistens, & illud, cui resistit. Postea Com. in fine huius particulæ repræhendit dicta Auemp. d. quod d. Auemp. facit dubitare in sermone isto in duobus locis. vnus eorum est, in quo d. quod proportio motus ad motum non est, sicut proportio spissitudinis medij ad spissitudinem alterius medij. Secundus autem est, quod isti motus corporum simplicium sunt impediti à medio, & non naturales, vt dicit Com. Vnde dicit Com. quod nullus ante ipsum peruenit ad has quæstiones, ideo profundus erat iste super alios, & exemplari, à quo scripsimus, inuenimus quoddam folium per se, in quo scriptum erat illud, quod scilicet dictum est supra. Nos autem dicimus. Hæc est quinta particula huius digressionis, in qua Commentator ponit veras causas successionis in motu, propter quam necesse est, omnem motum esse in tempore, & dicit. Nos autem dicimus sic scilicet, quod necesse est, quod inter motorem, & rem motam sit resistentia, quoniā motor mouet rem motam, secundum quod est contrarium, & res mota mouetur ab alio secundum, quod est similis, hoc est mouet, secundum quod est in actu, & motū in potentia, & mouetur secundum, quod est simile alicui modorum prædictorū, & omnis motus est secundum excessum potentiæ motoris super rem motam, & diuersitas motuum in velocitate, & tarditate est secundum hanc proportionem, quæ est inter duas partes, s. inter potentiam motiuam motoris, & inter potentiam, & resistentiam rei motæ. Et dicit Commentator, quod ista resistentia, quam ponit inter motorem, & rem motam contingit tripliciter, vel ex parte moti tantum, sicut est in motu corporum cælestium, quoniam in motibus illorum non est aliqua resistentia, nisi mobilis ad motorem. Alio modo contingit ista resistentia ex parte medij tantum, sicut in motibus corporum simplicium leuium, & grauium, quoniam in illis res mota nō diuiditur in motorem, & rem motam in actu. tertio modo cōtingit ista resistentia ex vtroque, scilicet, ex re mota, & ex medio, sicut est dispositio in animalibus quæ mouentur in aqua: & sic patet ex dictis Commen. quod causæ successionis in motu sunt tres, videlicet, resistentia solius mobilis ad motorem, sicut accidit in motibus corporum cælestium. Alia causa est resistentia solius med[illegible] motorem, sicut accidit in motu naturali grauium, & leuium. Tertia cau[illegible] resistentia ex parte vtriusque, s. ex parte mobilis, & ex parte me[illegible], sicut accidit in motu anima[illegible] in aere, vel in aqua, quoniam in tali motu corpus resistit animæ, & etiam medium resistit, maxime si medium [illegible]

Tertia propositio.

Quarta propositio.

Quinta propositio.

In quibus faciat dubitare ipse Auemp.

Sūma cōmendatio ipsius Auempa.

Quæ sint cāæ successionis in motu secūdū veritatem.

A tra mouent. Deinde narrat Commentator, quæ corpora mobilia indigēt medio in motibus suis, & quæ non, dicens, quod illa, in quibus res mota ex se diuiditur in motorem in actu, & rem motam in actu non necessario indigent medio. Et huius ratio potest esse, quia habent resistentiā intrinsecam sufficientem ad motum, sed si fuerit, scilicet, quod indigent medio, erit per accidens, scilicet propter inspirationem, & expirationem, sine quibus non poterit motus manere, & non requiritur per se propter motum. Vnde ex hoc loco accipitur, quod si esset vacuum, animal posset moueri in vacuo. Deinde ostendit, quæ sunt corpora, quæ indigent medio in motibus suis, dicēs, quod illa, quæ mouentur ex se, & non diuiduntur in motorem, & rem motam in actu, necesse est, quod indigeant medio, cuiusmodi sunt corpora grauia, & leuia. Ex isto loco potest accipi, quod grauia, & leuia mouentur ex se, & causam, propter quam indigent medio, assignat Commentator dicens, quod si non indigerent medio, mouerentur in non tempore, cum nihil sit illis, quod resistat potentiæ motiuæ. & ille motus in non tempore esset motus naturalis eorum. igitur aliquando mouerentur in non tempore. nam impossibile est, quod habeant motus naturales, & semper sint impedita. ergo aliquando mouebuntur in non tempore, scilicet, quando mouentur motu naturali in vacuo, quod est impossibile, quia omnis motus est B in tempore. Et sequitur aliud inconueniens, scilicet, quod motus grauis, & etiam grauioris essent æquales in velocitate, cæteris paribus, quod est impossibile. Quod igitur existimauit Auempace est, quod ista simplicia grauia, & leuia habent motus naturales sine medio, & in hoc completur intentio digressionis huius. Sed circa dicta Commentatoris in hac digressione occurrunt tria dubia. quorum primum est. An, posito vacuo, corpora simplicia grauia, & leuia, vt puta ignis, & aer, non possunt moueri in vacuo motu diuisibili facto in tempore. Secunda dubitatio, an posito vacuo, corpus mixtum possit moueri in vacuo. Tertia dubitatio, an, posito vacuo, animal possit moueri in vacuo motu progressiuo. Ad primum dubium arguo, & probo, quod posito vacuo corpus simplex graue, vel leue posset moueri in vacuo, quoniam vacuum imaginatur esse spatium, quasi inter duo extrema, nunc autem sola distantia quantitatiua inter terminos sufficit ad motum successiuum. ergo, posito vacuo, posset corpus graue, aut leue successiue moueri in vacuo. Quod autem sola distantia quantitatiua inter terminos sufficiat ad motum successiuum, probatur per auctoritates, & per rationes. Per auctoritatem primo sic. Phyl. tractatu de tempore, dicit, quod prius, & posterius in motu accipiuntur a C priori, & posteriori in magnitudine. ergo positis priori, & posteriori in magnitudine, super quam, vel in qua fit motus, ponetur prius, & posterius, & per consequens successio in motu, sic sola distantia quantitatiua inter terminos motus sufficit ad motum successiuum. Item spatium, quod imaginatur esse vacuum, habet, seu imaginatur habere extrema, & per Phylosophum. quinto huius, medium est, in quod continue mutans prius deuenit, quam in vltimum, & etiam per Phylosophum in sexto huius, probando, quod indiuisibile non mouetur, accipitur tanquam notum, quod illud, quod mouetur prius pertransit æquale sibi, quam maius se, & septimo huius dicit, quod si al. quod mobile moueatur in tanto tempore per tantum spatium, mobile in duplo velocius pertransibit duplum spatium in tanto tempore. Vnde omnes istæ auctoritates probāt, quod diuersitas successionis in motu maior, & minor cæteris paribus accipiuntur ex diuersitate spatij, super quod fit motus, cum igitur vacuum ponatur spatium diuisibile, sequitur, quod posito vacuo grauia, & leuia possent moueri successiue in vacuo. Idē etiam probatur per rationes, & primo sic. Omne mobile, quod D debet pertransire ab extremo ad extremum, prius peruenit ad medium, quā ad extremum, sed omne, quod prius peruenit ad medium, quam ad extremum, mouetur successiue, & per consequens in tempore. ergo graue, vel leue positum in vacuo mouebitur successiue in tempore. Item omne mobile est continue in loco sibi æquali, vt patet octauo huius, si igitur graue subito descenderet in vacuo, in eodem instanti esset, sursum, & deorsum, & in toto medio. ergo si minimum graue vt terra minima, moueretur in maximo vacuo, illa terra in vno instanti occuparet totum vacuum, & per consequens esset æqualis toti vacuo, quod est impossibile, quia ponamus, quod vacuum sit maius in centuplo, quam ista terra minima. Item propter hoc motus alterationis est successiuus in tempore, quia qualitas inhærens mobili, & qualitas inducenda sunt incompossibiles simul in eodem subiecto, quia igitur prior, & posterior sunt incompossibiles simul in eodem subiecto, igitur diuersæ partes spatij æqualis mobili sunt incompossibiles ipsi mobili,

Primū dubiū circa dicta Cō.

Secūdum.

Tertium.

Prima rō primi dubij.

Tex.c.104

Secunda ratio.

Tex. c.22.

Tex. c.57.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

mobili, nam impossibile est idem corpus esse simul in diversis partibus spatij distantibus æqualibus corpori. ergo sicut propter incompossibilitatem graduum formæ est successio in motu alterationis, ita etiam propter incompossibilitatem partiũ vacui, respectu mobilis, esset motus successiuus in vacuo, si vacuum ponitur. In contrarium est phylo. hic, qui vult, quod posito vacuo, motus corporum simplicium grauium, & leuiũ fieret subito, & in instanti, & non in tempore. Item ratio Philosophi ad hoc est talis, qualis est proportio medij ad mediũ in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, sed medij pleni ad medium vacuum nulla est proportio in subtilitate, ergo motus facti in vacuo ad motũ factum in pleno nulla est proportio, sed cuiuslibet motus facti in tempore ad motum factum in tempore est aliqua proportio, sed motus factus in pleno fit in tempore, ergo motus factus in vacuo fit in non tempore. Ad quæstionem istam dicendum est, quod tres

Tres sunt significationes vacui.

sunt significationes vacui secundum Phylosophum, vacuum vno modo significat illud, in quo nihil est. Secundo modo significat illud, in quo non est corpus sensibile, & istis duobus modis accipitur vacuũ trãsumptiue, quia verũ vacuũ non est illud, in quo nihil est, quia sic punctũ esset vacuũ, nec verum vacuum est illud, in quo non est corpus sensibile, quia sic locus, in quo est aer, esset vacuũ. Tertio modo accipitur vacuũ pro spatio receptiuo corporis naturalis, priuato tñ corpore naturali, & illud potest intelligi dupliciter, vno modo, quod in illo spatio, nec sit corpus naturale, nec quantitas separata. Secundus intellectus est, quod in illo spatio sit quantitas separata. Primus intellectus claudit contradictionem, scilicet quod sit aliquod receptiuum corporis carens omni quantitate, quia ponere hoc, est ponere quantum sine quantitate, nihil enim potest recipere quantum, nisi quantum. Secundus intellectus est minus impossibilis, scilicet, quod sit aliqua quantitas longa, lata, & profunda, separata ab omni quantitate sensibili, quoniam secundum Theologos illud est possibile apud Deum, sicut in sacramẽto altaris est quantitas sine omni substantia corporea, in qua sit, sicut in subiecto, ita Deus posset facere quantitatẽ esse sine omni qualitate, & talem quantitatem separatam receptiuã corporis, & hanc dixerunt aliqui antiquorũ esse vacuũ. Adhuc potest poni talis quantitas separata dupliciter. Vno modo sic, quod nec cederet corpori naturali, sed ingrediente corpore naturali, simul adæquate esset cum corpore naturali, & immobiliter maneret, & sic posuerunt antiqui quantitatem separatam esse vacuum. Alio modo posset intelligi, quod illa quantitas cederet corpori naturali, & sic loquitur phyl de quantitate positiua in secunda parte principali huius capituli, vbi dicit, quod sola quantitas facit distare, vt si corpus cubum separatum ab omni subã, & ab omni quantitate sensibili poneretur in aqua, faceret tantum de aqua distare, quantum est corpus cubum. Dico igitur, quod accipiendo vacuum pro spatio inter terminos, in quo spatio nullum corpus naturale est, nec etiam quantitas separata a qualitatibus sensibilibus, dico quod in tali vacuo nullo modo moueretur graue, vel leue motu diuisibili tempore mensurato, immo graue positum in tali vacuo subito, & in instanti fieret deorsum absque hoc, quod transiret aliquam partem spatij, cuius ratio est, quia ad motum tempore mensuratum necessario requiritur aliqua resistentia, vel ex parte mobilis, vel ex parte medij, seu ex parte vtriusque, sed tale medium non resistit, cum nihil ponatur in eo, nec mobile resistit motori, quia in motu grauiũ, & leuium idem est motor, & motum, & idem non resistit sibi ipsi, & ideo in tali medio nullo modo posset corpus simplex graue, vel leue moueri, nec sufficit ad motum successiuum distantia terminorum motus, sed simul cum hoc requiritur aliqua resistentia, si tñ corpus transiens ab extremo in extremũ illius distantiæ transiret per mediũ, necessario esset illũ transmutatum esse in tpe, sed non dico, quod graue positum super tale spatium imaginatum fieret subito in altero extremo spatii absque hoc, quod transiret per medium, vel per partem aliquam spatii. Et si dicatur, aut graue sic deueniens ab extremo in extremũ est in eodem instanti in vtroque extremo, vel in alio instanti, & alio in alio extremo. Dico, quod supposito

Duæ opiniones circa quantitatẽ sic acceptam.

tali spatio graue in alio, & in alio instanti est in vno extremo spatii, & in alio, & si sit dare primum, in quo est in vno extremo non esset dare primum instans, in quo est in alio extremo, & si sit dare primũ instans, in quo est in vno extremo, s. in extremo deorsum, non esset dare vltimũ instans, in quo est in alio extremo sursum. Sed si vacuum accipiatur positiue, scilicet, pro quantitate separata ab omni subiecto, & ab omni quantitate sensibili, sic est duplex opinio de tali quantitate. Vna, quod talis quantitas separata manens immobilis est re-

A ceptiua corporis, & est locus corporis extensus vndique cum corpore locato, vel locante, qualiter antiqui ponentes vacuũ, dixerunt vacuum esse dimensiones separatas immobiles. Alia est opinio, quod si ponitur talis quantitas separata, illa manẽs immobilis, non posset recipere aliud corpus, sed cederet alteri corpori. Ista opinio ponit, quod duæ dimensiones corporeæ non possunt esse simul adæquatæ. Sm primũ modum ponendi dimensionem separatam, si graue, vel leue esset positum in tali spatio quanto, quod spatium non cederet corpori naturali, sed compateretur corpus naturale secum. Sic dicendum, quod non mouetur motu diuisibili in tali spatio, quia ex quo permittit secum corpus graue, vel leue nullo modo resisteret graui, vel leui, & per consequens non esset resistentia ibi ex parte medij, nec est aliqua resistentia ex parte mobilis, quia idem non resistit sibi ipsi, ideo dico, quod corpus graue, vel leue fieret subito ab vno extremo talis spatii ad aliud extremum, nec transiret medium, nec aliquam partem ipsius spatii, sicut dictũ est, in membro priori. Secundum vero alium modum ponendi quantitatem separatam, scilicet, si poneretur aliqua quantitas corporea separata ab omni substantia, & ab omni qualitate sensibili, quæ tamen quantitas corporea non permitteret secum aliquam aliam quantitatem corpoream, immo cederet ei, sic est difficilius respondere. Mihi tamen videtur secundum intentionem Phylosophi, quod talis quantitas separata resisteret alteri quantitati, & non permitteret secum aliquam aliam quantitatem corpoream. Et secundum hoc esset dicendum, quod graue, vel leue posset moueri motu successiuo in tali spatio repleto quãtitate separata resistenti mobili, quia ad motum successiuum sufficit resistentia ex parte medij, & quantitas secundum illam opinionem resistit, quia sola quantitas facit distare secundum Phylosophum. Vnde si quantitas per se posset resistere, non est dubium, quod grauia, & leuia possent moueri motu successiuo per spatium quantũ quantitate separata. Illud tamen est dubium, videlicet, vtrum quantitas separata ab omni quantitate posset resistere alteri corpori. Et dico, quod intentio Phylosophi est, quod si ponatur vacuum esse eodem modo, quo antiqui posuerunt, scilicet, quod vacuum sit quantitas separata receptiua corporis naturalis, non resistens, resisteret corpori naturali, quod grauia, & leuia non mouerentur in vacuo motu successiuo, ponendo tamen quantitatem separatam eo modo, quo catholici posuerunt quantitatem posse separari a substantia, & ab omni qualitate, sic esset dicendum, vt opinor, quod graue, vel leue posset moueri motu successiuo in tali quantitate, tanquam in medio. Vnde secundum Phylosophum, & Commentatorem successio non causatur propter distantiam terminorum spatii, vel medii, per quod fit motus, sed per se, & præcise causatur propter aliquam resistentiam, scilicet, vel medii, aut mobilis, aut vtriusque. Sed contra hoc arguitur per rationem Phylosophi sic.

Quæstio.

Dubium.

quantitas separata nullam proportionem habet in subtilitate, & spissitudine ad medium plenum corpore naturali, quia quantitas separata ab omni qualitate non habet raritatem, vel densitatem, quia raritas, & densitas sunt qualitates, ergo nulla est proportio inter motum factum in medio pleno corpore naturali, & motum factum in medio vacuo quantitate, & per consequens motus factus in medio pleno quantitate separata fit subito, & in instanti. Dicendum, quod raritas, & densitas, seu spissitudo, & subtilitas, vno modo sunt qualitates consequentes calidum, & frigidum, alio modo accipiuntur pro approximatione partium quantitatis adinuicem, vel pro elongatione partium adinuicem, & sic, vel sunt de genere quantitatis, vel relationes necessario fundatæ in quantitate, si accipiatur raritas, & densitas, vt sunt qualitates tangibiles consequentes calidum, & frigidum, vt Com. loquitur de istis 7. huius com. 15 sic dico, quod in quantitate separata nõ sunt raritas, & densitas, & quod quantitas bene potest separari a raritate, & densitate, quæ sunt qualitates tangibiles. Et idem dico de spissitudine, & subtilitate: & isto modo loquendo de istis non est verum vniuersaliter, quod qualis est proportio medii ad mediũ in raritate, & densitate, quod talis sit proportio motus ad motũ in velocitate, & tarditate. Si aũt accipiantur raritas, & densitas, vt sunt remotio, vel propinquitas partium quãtitatis inter se, sic dico, quod est impossibile, separare quantitatem continuã permanentem a situ. Vnde quamuis Deus possit separare quodlibet absolutum ab alio absoluto secundum Catholicos, tamen non posset separare quodcunque absolutum a quocunque respectiuo. Vnde dico, quod loquendo de raritate, & densitate, vel de spissitudine, & subtilitate, secundo modo. s. secundum, quod sunt relationes necessario consequentes quantitatem sub disiunctione, quoniam omnis quãtitas est necessario

Solutio.

Com. 15.

tata,

rara, vel densa, sic est verum, quòd qualis est proportio medij ad medium in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate. Sed dubitatur, quia diceres, quod relatio non est principium actionis. ergo densitas, secundum quod est relatio, non est principium resistentiæ.

Dubium. Solutio.

Dicendum, quod quamuis relatio non sit per se principium actiuum, nec etiam resistat, tamen quantitas, vt est sub vna relatione, idest sub propinquitate partium adinuicem magis resistit, quam, vt est sub relatione opposita.

Replica.

Sed adhuc diceretur in contrarium, quia quantitas non est de potentijs actiuis, vt d. Commen. infra in hoc tractatu, nec relatio est principium actiuum. ergo quantitas, vt est sub relatione, non est principium.

Solutio.

Dicendum, quod quantitas non est de principijs actiuis per abiectionem contrarij, & hoc intelligit Com. verumtamē bene potest esse de principijs absque abiectione contrarij, vnde, quod vnum corpus expellat aliud a loco suo, hoc est per quantitatem, tanquam per causam partialem. & ideo dico, quod quantitas est sic actiua, quia est resistitiua, quamuis non sit actiua sic, quod sit alteratiua.

Ad primā rationem.

Ad primam rationem, cum dicitur, quod sola distantia inter terminos sufficit ad motum successiuum. Dico, quod non est verum, immo simul cum distantia terminorum requiritur resistentia ex parte medij, vel ex parte mobilis, vel ex parte vtriusque.

Ad auctoritatē Philosophi.

Et ad auctoritatem in contrarium, cum dicitur, quod prius, & posterius in motu causantur a priori, & posteriori in magnitudine. Dico, quod verum est a priori, & posteriori in magnitudine, super quam fit motus, sed super magnitudinem separatam ab omni quantitate sensibili non fit motus eo modo, quo dictum est. Vnde quando mobile transit per priorem, & posteriorem partem magnitudinis, tunc verum est, quod prius, & posterius est in motu, sed graue, & leue si ponantur in vacuo non pertransirent partes vacui, vt dictum est.

Ad secundam rationem.

Ad aliud cum dicitur, quod medium est, in quod continue mutans, &c. Dicendum est, quod verum est, sed in vacuo separato non posset graue, vel leue continue moueri, quia, quod continue mouetur mouetur successiue. Ad tertiam vero in contrarium, cum dicitur, quod illud, quod pertransit ab extremo in extremum, prius peruenit ad medium. Dico, quod non est verum, nisi quando fit transitus ab extremo in extremum per motum successiuum, quando vero non fit aliquid subito ab extremo in extremum, non oportet, quod prius perueniat ad medium, vnde transiens ab extremo in extremum per medium, prius peruenit ad medium, & sic non est in proposito. Ad aliud, cum dicitur, quod omne mobile est in loco sibi æquali, &c. Dico, quod verum est, & dico, quod mobile transiens ab vno extremo vacui ad aliud extremum, si in vno instanti est in vno extremo, & in alio instanti est in alio extremo, in nullo instanti est in medio, nec in aliqua parte vacui. Ad aliud, cum dicitur, quod sicut diuersi gradus formæ sunt incompossibiles, ita diuersæ partes spatij. concedo, & ideo dico, quod graue transiens per partem spatij non est simul in diuersis partibus spatij. Et dico, quod posito vacuo, graue non transiret partes spatij, sed subito fieret ab vno extremo ad aliud extremum. Quidam dicunt, quòd posito vacuo corpus graue posset descendere in vacuo, quia ad motum, vt dicunt, sufficit sola distantia terminorum, inter quos fit motus. Et si dicitur, quod in vacuo non est resistentia. Ad hoc dicunt, quod resistentia est duplex, scilicet quędam positiua, & illa est semper cum resistentia, & reactione, talis resistentia nunquam est sine violentia resistentis, & hoc si resistens vincatur, sicut patet, quando aliquod corpus penetrat terram, vel mouetur contra aquam currentem, vel contra motum aeris. Resistentia priuata est incompossibilitas aliquorum ad tertium, vel alicuius vnius ad aliqua diuersa. v.g. posito, quod lapis posset esse simul cum aere, sic, quod lapis non pelleret aerem extra locum suum, secundum quod aer, & lapis possent esse simul in eodem loco adæquato, tunc aer non resisteret lapidi positiue quia non oporteret aerem violenter moueri ad motum lapidis, tamen aer secundum diuersas partes eius resisteret lapidi priuatiue, & illud non est aliud dicere, quam quod lapis non potest esse in diuersis partibus aeris, & ista resistentia requiritur necessario in omni motu locali recto, & talis resistentia sufficit ad motum localem. Sed sine dubio illud est contra intentionem Philosophi, & Commen. quia si illud esset verum, conclusio, quam Philosophus intendit demonstrare non esset vera, scilicet, posito vacuo, motus grauis esset in vacuo in non tempore, secundum quod antiqui locuti sunt de vacuo, imaginantes, quod vacuum sit quantitas separata a substantia, & omni qualitate sensibili, & si talis quantitas poneretur, haberet diuersitatem in partibus, & per consequens resistentiam priuatiuam, quæ sufficit ad successionem motus, & sic in vacuo esset motus successiuus, quod est contra Philosophum. Item illa propositio Philosophi esset falsa, videlicet, quæ est proportio medij ad medium in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, quia certum est, quod vacui ad plenum, nulla est proportio in subtilitate. Item secundum istud sequitur, quod in eodem tempore pertransirentur duo spatia æqualia ab eodem mobili, quorum vnum est plenum, & aliud vacuum, quod est impossibile. consequentia patet, quia omnis motus grauis, & leuis quantumcunque velox potest fieri in tempore quantumcunque tardo, vt patet, quia medium potest subtiliari in infinitum, & ideo dico, vt prius dictū est.

Secūdum dubium.

Secundum dubium est, vtrum posito vacuo possit corpus mixtum moueri in vacuo. Et videtur, quod non, quia si sic, sequitur, quod aliquod mixtum posset æque velociter moueri in pleno, sicut in aere, & vacuo, sed consequens videtur impossibile, quia certum est, quod maior resistentia est in pleno, quam in vacuo. probatio consequentiæ. quia ponamus aliquod mixtum motum in vacuo, tunc certum est, quod illud mixtum potest moueri in aere, aut igitur æque velociter, sicut in vacuo, & habetur propositum, aut velocius, quod non contingit. igitur illud mixtum tardius mouebitur in aere, quam in vacuo. ponamus igitur, quod in duplo tardius moueatur in aere, quam in vacuo, tunc mixtum maius eo in quantitate, vniforme sibi secundum proportionem elementorum mouebitur velocius in eodem aere in aliqua proportione, supposito, quod non plus de aere resistat sibi, quam in isto primo minori eo, & non, nisi per additionem maiorem ex parte mouentis, quam ex parte resistentis. ergo tanta potest fieri additio, quod tandem aliquod graue mixtum secundum compositionem fieret magis quantitatiue, & mouebitur in eodem aere in duplo velocius, quam primum mixtum, sed illud mixtum primum non mouetur velocius in aere, quam in vacuo. non ergo illud magnum mixtum datum mouebitur æque velociter in aere, sicut paruum mixtum in vacuo, sed illud magnum mixtum æque velociter mouebitur in vacuo, sicut paruum mixtum, quia, ex quo sunt æqualis commixtionis eadem est proportio coniunctis ad leuitatem in vtroque, & in vacuo non est resistentia extrinseca, ergo illa duo mixta æqualiter mouentur in vacuo, sequitur igitur, quod illud mixtum magnum mouetur æque velociter in aere, & in vacuo, quod videtur inconueniens, & consequentia patet, quia illud magnum mixtum mouetur in duplo velocius in aere, quam mixtum paruum, & mixtum paruum mouetur in duplo velocius in vacuo, quam in aere, quam illud magnum mixtum mouetur æque velociter in aere, sicut paruum mixtum mouetur in vacuo, illud magnum mixtum, & paruum mixtum mouentur æque velociter in vacuo. ergo illud magnum mixtum mouetur æque velociter in aere, & in vacuo, & sic patet cōsequentia.

Dubium.

In contrarium arguitur sic. Mixta sunt composita ex contrarijs. ergo in eis est resistentia intrinseca sufficiens ad motum.

Solutio.

Ad illud dubium dico, quod mixta sunt duplicia, s. quædam imperfecta, in quibus elementa sunt in actu completo distincta secundum situm, & quasi colligata, vt sunt corpora porosa, in quibus est aer in actu. Alia sunt mixta perfecta, vt illa, in quibus nullum elementum existit in actu completo, sed in tota materia est forma mixti vniformis. Et de talibus mixtis est duplex opinio, videlicet, vna, quæ ponit, quod in tali mixto perfecto non manent elementa in actu, sed quod simpliciter corrumpuntur, sed remanet quædam forma substantialis media perficiens totam materiam, & eodem modo est de grauitatibus, & leuitatibus elementorum scilicet, quod non manent actu in mixto perfecto, sed quædam forma media. Idem enim est iudicium de formis substantialibus elementorum, & grauibus, & leuibus elementorum, siue grauitas, & leuitas sint formæ substantiales, siue non. Et secundum istam opinionē consequenter est dicendum, quod huiusmodi mixtum perfectum non posset moueri in vacuo, plusquam elementum purum, quia in eo non est, nisi vna forma, quæ est principium motus, & materia prima, sicut nec in elemento, & ideo in eo non est aliquod resistens motui, & sic non habet resistentiam intrinsecam, nec in vacuo est aliqua resistentia intrinseca, sed omnis motus requirit aliquam resistentiam, vt dictum est, ideo secundum istam opinionem dico, quod mixtum perfectum nullo modo posset moueri in vacuo.

Opinio aliquorum.

Alia est opinio quæ ponit q in mixto perfecto sunt elementa aliquo modo in actu, & secundum illam opinionem vniformiter est dicendum de mixtis perfectis, & imperfectis, & esset consequenter dicendum, quod omnia mixta possent ex se moueri in vacuo propter resistentiam intrinsecam, vt superius arguitum est. Intelligendum tamen, quòd licet omne mixtum posset ex se moueri in vacuo, non tamen in quocunq; loco positum, vt si esset aliquod mixtum

tum imperfectum, in quo non essent ignis omnino, illud non posset ex se moueri in vacuo posito in loco ignis, quia ibi omnia elementa, ex quibus componitur, essent grauia, & non resisterent in motu descensus, & tale mixtum positum in vacuo existente in loco ignis, non haberet resistentiam intrinsecam, illud tamen mixtum posset moueri ex se in vacuo posito in loco terræ, vel aquæ, & forte in loco aeris, quia aer resistit motui descensus in loco suo, secundum quod patet in motu grauis simplicis facti in medio aeris, & sic est impossibile, quòd tale mixtum perfectum moueatur in vacuo in vno loco, & non in alio, propter hoc, quòd vnum elementum intrinsecum pot resistere alijs in vno loco, & non in alio, & sic est possibile, tale mixtum esse, quod propter magnitudinem resistentiæ intrinsecæ tardius mouetur in vacuo posito in vno loco, quam in pleno, in alio loco, in quibus ista elementa sua mouent, quæ in priori vacuo resistebant verbi gratia, vt si esset aliquod mixtum compositum solum ex terra, & aqua, ita proportionatũ, quod aqua prædominetur super terram, & quod ille excessus non sit tantus, quantum eadem aqua, si esset per se excederet aerem in loco aeris ad diuidendum ipsum, & mouendum per ipsum deorsum, & tale mixtum positum in vacuo sub loco aquæ. i. in loco terræ moueretur sursum aliqua velocitate: supposito, quòd aqua naturaliter moueretur a loco terræ, sicut ad pisceos, gratia exempli, suppono, & illud mixtum si poneretur superius in loco aeris descenderet velocius, probo, quoniam si esset ibi sola aqua, quæ est in illo mixto, ipsa descenderet velocius, quam ascenderet, huiusmodi mixtum in vacuo supradicto, ergo cum in hoc mixto sit illa aqua cum terra, quæ est grauis in isto loco aeris, & inclinat versus deorsum, sequitur, quod ipsum totum compositum præcise ex ista aqua, & terra multo velocius descendit in illo aere, quam ascendit in prædicto vacuo, & tota causa huius est, quia tale mixtum positum in vacuo in tali loco habet resistentiam intrinsecam, quam non habet in alio medio pleno. s. in loco aeris, & sic patet, quod aliquod mixtum tardius mouetur in vacuo posito in vno loco, quam in pleno posito in alio loco. Impossibile est tamen, quòd aliquod mixtum æque velociter moueatur in pleno, sicut in vacuo, si tantam resistẽtiam habeat intrinsecam vtrobique, & cum hoc habet resistentiam extrinsecam in pleno, quia vbicunque est maior resistãtia, ibi est motus tardior. Ad argumentum factũ in principio est respondendum, quod illud argumentum probat vniuersaliter de omni mixto. s. quod si mixtum posset moueri in vacuo, quod idem mixtum æque velociter moueretur in pleno, sicut in vacuo, tamen nõ valet illud de mixto, quod vniformiter habet resistentiam intrinsecam in pleno, & in vacuo, sicut de alio mixto, ideo ad illam rationem est dicendum, concedendo totum vsque ad istam consequentiam, mixtum magis quantitatiue mouebitur velocius, quam mixtum minus in eodem medio in aliqua proportione propter maiorem additionem ex parte mouentis, quam ex parte resistentis, ergo tanta potest fieri additio, quod tandem aliquod tale mixtum secundũ compositionem quãtitatiue maius mouebitur in eodem aere velocius in duplo, quam primum mixtum, hæc enim consequentia non valet, nec est possibile inuenire duo mixta vniformia secundum proportionem elementorum, quorum vnum mouetur in medio resistenti vtrunque in duplo velocius, quã aliud, & quod vnum istorum. s. illud, quod est tardioris motus in pleno moueatur solũ in duplo velocius in illo pleno resistenti, quam in vacuo, quamuis enim forte vtrumque istorum sit possibile. s. quod sint duo mixta vniformia secundum proportionem elementorum, quorum vnum mouetur in duplo velocius præcise, quàm reliquum in pleno resistenti vtrique, & etiam sit possibile, quod illud, quod est tardioris motus in pleno, quam reliquum moueatur in duplo velocius præcise in pleno, quam in vacuo, tamen ista duo inter se sunt incompossibilia. Et hæc de quæstione illa. Tertium dubium est, vtrum posito vacuo animal posset moueri in vacuo motu progressiuo. Et videtur, quod non, quia in omni motu progressiuo requiritur aliquod fixũ, ad quod animal figat pedes suos, sed in vacuo nullum est tale fixũ, ergo posito in vacuo non potest animal moueri in vacuo motu progressiuo. In oppositum videtur esse Commentator hic, qui dicit, quod illa, in quibus mobile ex se diuiditur in motorem in actu, & in rem motam in actu non necessario indigent medio, hæc Com. sed animalia, quæ mouentur ex se diuiduntur in motorem in actu, & in rem motam in actu, ergo animal in motu suo proprio, cuiusmodi est motus progressiuus non indiget medio, & per consequens talis motus progressiuus potest fieri in vacuo. Dicendum breuiter, quod posito vacuo quantum ex parte resistentiæ non repugnat animali moueri in vacuo motu progressiuo, quia in animali est

Ad secundum dubium.

Tertium dictum.

A resistentia intrinseca sufficiens ad motum, tamen posito solo vacuo non posset animal moueri in vacuo motu progressiuo, quia non haberet aliquod fixum intrinsecum, sicut posito vacuo, non posset auis volare in uacuo, quia nõ haberet aliquid, cui inniteretur, superans ipsum. Quod igitur dicat Com. quod mota ex se, quæ diuiduntur in motorem actu]. non indigent medio. Dico, quòd verum est, quod non indigent medio in ratione resistentis, tamen indigent medio, super quod moueantur, & cui innitantur, & tale medium non est in vacuo. Vnde eo modo, quo corpora simplicia grauia, & leuia indigent medio in motibus suis, quia indigent medio in ratione resistentis, cum non habeant resistentiam intrinsecam, illo eodem modo non indigent animalia medio, idest, medio resistente, cum habeant resistentiam intrinsecam sufficientem ad motum, & hæc est intentio Commen. igitur. Et si dicatur, ponamus, quod super terram sit vacuum, ita quòd totus locus aquæ, & aeris esset vacuus, posset ne animal moueri in illo vacuo figendo pedes suos super terram? Dico, ut mihi videtur, quod animal bene posset ambulare in vacuo existente super terram figendo pedes ad terram, quia haberet fixionem, & resistentiam intrinsecam sufficientem, posset etiam animal saltare in uacuo, & tamen non esset possibile animal uolare in

B vacuo, quia ibi non esset corpus, cui inniteretur in volando.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Sed si per subtilissimum tanto motu tanto in tempore pondus a, fertur, per vacuum si mouebitur, omnem profecto rationem exuperabit. Si enim z. vacuum longitudine æquale b. & d plenis. Pondus igitur a, si transierit. Atque aliquo quidem in tempore, quod sit idest minore vero, quam est tempus e, fuerit motum. hanc profecto rationem, & vacuum habebit ad plenum; quam ad tempus, tempus habebit Sed tanto in tempore quantum est i. pleni d, partem aliquam transierit pondus a. Sitque illa d. K Transierit autem a, pondus medium ipsum z. Si ea etiam ratione differat subtilitate ab aere, quam e, tempus ad i, tempus habet. Nam si corpus z tanto subtilius sit ipso o, quã

C to tempus e, tempus excedit i, econtra profecto pondus a, transierit illud celeritate, tanto in tempore, quantum est tempus i, si per illud feratur. Si igitur nullum in z. fuerit corpus celerius adhuc per illud sane mouebitur. At in i, tempore motum iam erat. Quare pondus a, æquali in tempore plenum, & uacuum pertransibit. At hoc fieri nequit.


Sed si per subtilissimum in tanto, talique fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. Sit enim c, vacuum qui æqualem habeat magnitudinem his, quæ sunt b, & d. A, ergo si transibit, & mouebitur per c, in quodam quidem tempore, quod est i. Sed in minori, quam in quo est e, & hanc habebit rationem vacuum ad plenum; sed in tanto tempore, quantum est in quo est i, ipsius d, a, transibit

D *subtilius. Transibit autem, si sit aliquid subtilitate differens ab aere, in quo est z. secũdum hanc proportionem: quam tempus habet, in quo est e, ad tempus, in quo est i. Si enim in tanto subtilius est corpus, in quo est z. ipso d. quantum exuperat e. ipsum i. transibit econtrario velocitate in tantum, quantum i. ipsum exuperat z. quod est, in quo est a. si feratur. Si igitur nullum sit corpus, in quo est z. adhuc velocius pertransibit, quoniam & sicut prius, sed erat, in quo est i. Quare inæquali tempore transibit, quod est plenum, & vacuum. Sed impossibile est.*

Tex. c. 72.

Hæc

Demonstratio.



Hæc est secunda pars primæ particolæ, Iqua probatur conclusio immediate præcedēs per impossibile, scilicet, quod posito vacuo motus corporum simplicium grauium, & leuium fieret in nō tempore, & tam tatis est, supposito, quod vacuū sit, & quòd motus in vacuo fiat in tempore, sequitur, quod in æquali tempore pertransiremus duo spatia æqualia, quorum vnū est plenum, & aliud uacuum ab eodem mobili. Hoc consequēs est impossibile, igitur, & antecedens, scilicet, quòd corpus simplex graue, vel leue moueatur in vacuo in tēpore, consequentia probatur sic, si motus grauis, vel leuis in vacuo fiat in tempore sit illod tempus a. & sit b, tempus, in quo idem mobile, vel mobile æqualis velocitatis pertransit spatium plenū æquale illi vacuo. & tunc certum est, quod a, est minus, quā b, quia in minori tempore pertransitur vacuum, quam plenum ab eodem mobili cæteris paribus, sed certum est, quod tempus b, non excedit tempus a. in infinitum, sed in aliqua determinata proportione, detur igitur proportio. & sit proportio decupla, vel centupla, & pono tunc, quòd illud medium plenum rarefiat, & subtilietur in duplo, vel in centuplo, hoc non repugnat sibi secundum, quod est corpus, qua subtilitate facta idē mobile mouebitur per æquale spatiū velocius in decuplo, vel centuplo, quia qualis est proportio medij ad medium in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, & temporis ad tempus in longitudine, & breuitate. ergo idem mobile pertransit æquale spatium plenum, ita subtiliatum in minori tempore in decuplo, vel centuplo, quod est ipsum b, sed tempus minus ipso b, in tanta proportione est æquale tempori, in quo pertransitur uacuum. ergo idem mobile, uel mobile æque uelox in æquali tempore pertransit duo spatia æqualia, quorum unum est uacuū, & aliud est plenum, & sic patet consequentia. Istam tñ consequentiam format Phyl. sub alijs verbis, & terminis, & ratio patet cuilibet intelligenti.

Si igitur tempus aliquod erit, in quo per vacuū quoduis corpus mouebitur, hoc eueniet impossibile, vt ex hisce, quæ diximus, patuit. In tempore enim æquali quippiam plenum: atq; vacuum pertransibit. Erit enim sic aliquod corpus ad corpus, vt ad tempus est tempus. Vt in summa autem dicam: manifesta est huiusce causa accidentis. Nam motus quidem omnis ad motum est ratio. Est enim in tempore, & omnis temporis, item ad tempus, modo sint ambo finita. Sed vacui ad plenum nulla prorsus esse ratio potest.

Tex. c. 73. *Manifestum est igitur, quòd si fuerit aliquod tēpus, in quo vacuum quodlibet fertur, accidet hoc impossibile. In æquali enim accipietur, & quod plenum est transire aliquid, & vacuum. Erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterum; vt tempus ad tempus. Sed sicut in capitulo est dicere, palam accidētis causa est; quia motus quidem ad motum omnis proportio est, in tempore enim est. Temporis autem omnis est ad tempus finitis vtrisque, vacui autem ad plenum non est.*

A Hic Phylosophus facit summam eius, quod prædixit in hac demonstratione, & patet cuilibet intelligenti. Sed dobitatur hic, quia in illa ratione assignatur vna propositio falsa, videlicet, quod medium potest fieri subtilius alio medio in quacunque proportione. Illud non videtur verum, quia si sic, inoc medium posset subtiliari in infinitum: quod est falsum, quia omnium natura constantium est determinata ratio magnitudinis, & augmenti. Ad illud respondet Comment. dicens, quod ita est de subtilitate, & spissitudine, sicut de diuisione lineæ, & superficiei, quemadmodum enim linea, secundum quod linea posset diuidi in infinitum, quod est tamen impossibile, secundum quod est linea terrestris, uel lignea, ita est de subtilitate, quoniam subtilitati secundum quod est subtilitas, non repugnat subtiliari in infinitum, quamuis subtilitati secundū quod est propria passio corporis naturalis, inquātum talis, repugnat, ut procedatur in infinitum, quia tunc implicaret, quia corpori naturali repugnat subtiliari in infinitum. Vnde subdit Commentator dicens, & secundum hoc propositio posita est falsa, possibilis secundū quòd posita fuit. Et ex falso possibili non sequitur impossibile. Dubium. Solutio.

B & hoc modo declarationis vtitur multotiens Ari. & Plato. & est vera declaratio, quando non ponitur falsum in ea secundum quod est falsum impossibile. hæc Commen. Intelligendū quod Commen. non intendit, quod eadem propositio sit possibilis, & impossibilis, sed intelligit, quod eadem oratio multiplex potest habere duos sensus, videlicet, vnum possibilem, & alium impossibilem, verbi gratia, illa oratio lineæ non repugnat diuidi in infinitum, habet duos sensus secundum idiomata Græcorum, & Arabum. Vnus sensus est, quod lineæ non repugnat diuidi in infinitum, secundum quod linea, & hic quidem sensus est uerus. Alius sensus est, quod lineæ non repugnat diuidi in infinitum, secundum quod est in materia naturali. & ille sensus est falsus. Vnde intelligendum, quod propositiones Commen. s. linea secundum quod linea potest diuidi in infinitum, & subtilitas inquantum subtilitas, &c. sunt falsæ de virtute sermonis, quia sequitur, linea secundum quod linea potest diuidi in infinitum, igitur linea potest diuidi in infinitum, consequens est falsum, tamen per huiusmodi propositiones debent intelligi propositiones veræ. Vnde per huiusmodi propositiones affirmatiuas debent intelligi propositiones negatiuæ, quia per possibile intelligit Comment. non Quomodo sit intelligendum dictum Com.

C repugnare: ita quod negatio repugnantiæ debeat præcedere reduplicationem, ita quod per illam: linea, secundum quod linea potest diuidi in infinitum, intelligit Commen. illam negatiuam, lineæ non repugnat diuidi in infinitum, secundum quod est linea, & hoc est verum. Ista tamen est falsa, scilicet lineæ secundum quod linea, non repugnat diuidi in infinitum, quia lineæ terrestri repugnat diuidi in infinitum.

Hæc igitur eueniunt ab eorum differentia, per quæ corpora motu cientur. Eorum autem, quæ feruntur excessu, eueniunt hæc. Cernimus enim ea corporum, quæ plus, aut grauitatis, aut leuitatis habent momenti: modo eadem ipsis insit figura: celerius per æquale spatium ferri, eaque ratione, quam inter sese habent. Quare & per vacuum ita ferentur. At fieri profecto nequit. Quam enim ob causam celerius mouebuntur. In plenis

D enim id necessario fit. Maius enim celerius vi sua medium diuidit. Nam id, quod fertur, aut est iactum, figura diuidit, aut momento quod habet. Aequalis igitur celeritatis omnia erunt. At fieri nequit.

Secundū quidem igitur, quod differūt, per quæ feruntur, hæc contingunt. Secundum autem horum, quæ feruntur excellentiam, hæc sunt. Videmus enim maiorem inclinationē habentia, aut grauitatis, aut leuitatis, sic alia similiter se habent figuris citius ferentia per æquale spatium finitū, & secūdum rationem, quam habent magnitudines adinuicem. Quare & per vacuum, sed impossibile est, propter quā enim causam fertur uelocius. In plenis quidem enim ex necessitate. Velocius enim diuidit ex for Tex. c. 74.

titudine

titudinem maius, aut enim figura diuidit, aut inclinatio ne, quam habet, quod fertur, aut proiectum. Aeque velocia ergo omnia erunt. Sed impossibile est.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua cũ phyl probauit vacuum non esse ex parte mediorum, probat vacuum non esse ratione sumpta ex diuersitate potentiarum motiuarum, cõparando duo mobilia ad idem medium, & intendit probare, q; vacuum esse destruit vnam proprietatem motuum naturalium, quę est inæqualitas motuum naturalium in velocitate. Vnde pono conclusionem hic probãdam sub hac forma, videlicet, si vacuũ esset, non erit æqualitas motuum naturalium in velocitate. Et hæc est cõclusio trigesimasexta huius lib. hec conclusio probatur, sic. Nos videmus, q; grauiora velocius ferũtur deorsum, q̃ minus grauia, cæteris paribus, & sic est de leuibus, respectu motus sursum, videmus ẽt, q; corpus vnius figuræ velocius mouetur, quam corpus alterius figuræ. v.g. graue acutę figuræ velocius mouetur, quam graue latæ figuræ, cæteris existentibus paribus; vnde, q; vnum corpus velocius moueatur, quam aliud corpus per idẽ medium potest duplex assignari causa. s. aut ratione figurę, aut ratione grauitatis, vel leuitatis. Ratio vero, quare grauis, & leuis velocius mouetur cæteris paribus, & quare corpus vnius figuræ velocius mouetur, quam corpus alterius figuræ est, q̃a habet maiorem virtutem diuidendi medium, & si vacuum ponitur, neutra istarum causarum potest dari, quia in vacuo non est medium resistens, vnde ratio potest formari in hac forma. motus naturales non sunt inæquales in velocitate, nisi p̃p resistentiam medii, aut quia vni corpori naturali mediũ minus resistit, quam alteri, sed minus resistit medium grauiori, quã minus graui, cæteris paribus, quando grauius diuidit medium, sed si vacuum est, nulla resistentia est ex parte mediorum, nec vnum corpus facilius diuidit medium, quam aliud. ergo si vacuum est, non est inæqualitas motuum naturalium in velocitate, & sic patet, q; vacuũ esse destruit istas proprietates motus, s. fieri in tempore, & inæqualitatem temporum, & motuum in velocitate, & tarditate. Et q; vacuum esse destruat motum fieri in tempore, probatum est ex parte mediorum, & quod vacuũ esse destruat inæqualitatem motuum naturalium in velocitate, probatur ex diuersitate potentiarum motiuarum.

(margin: 37. concl. huius lib.)

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, si vacuũ sit: contrarium illius accidere, propter quod vacuum esse probant, qui ipsum asserunt esse. Hi nãque, si motus is erit, qui loco accõmodatur: vacuũ separatũ per se esse putant. Hoc aũt perinde est, atq; si separatum quid locum asserunt esse. Quod quidem esse non posse: prius est demonstratum.

Tex. c. 75. *Quod quidem igitur si vacuum sit, accidat contrarium: propter quod probãt esse vacuum: manifestum ex dictis est. Hi quidem igitur opinantur vacuũ esse. Si quidem erit secundum locum motus discretum secũdum se. Hoc autem idem est ei, quod est dicere secundum locum esse aliquod separatum. Sed hoc quod sit impossibile esse, dictum est prius.*

HIc recapitulando phy. d. q; ex prædictis demonstrationibus apparet, q; si vacuum fuerit, cõtingit dicentibus vacuum esse, eos dicere contrarium illius, quod cogit eos ad dicẽdum vacuum esse, mouit enim eos dicere vacuum esse, quia dixerunt, quod si motus est vacuum est, & hoc loquendo de vacuo separato a corporibus, sed ex demõstrationibus iam factis patet, quod si vacuum separatum est, motus non est, nã dicere vacuum esse separatum nihil aliud est, quam dicere locum esse dimensiones separatas, quod destruximus in capitulo de loco. Ex dictis igitur hic patet, quod si vacuum est motus non est, & etiam in capitulo de loco, patet, quod vacuum separatum non est, quia locus non est dimensio separata.

At vero, si per se quoque ipsum considerabimus vanum id quod vacuum dicitur, atque inane vere videbitur. Nam vt si in aqua quispiam cubum posuerit tantum aquæ cedet, quantus est ipse cubus, & sic, & in aere fiet, sed sensu non patet. Et semper omne corpus, quod ferri potest ad id, ad qđ aptũ est ferri nisi densetur, aut ad infera si sit terra, aut ad supera si sit ignis, aut ad vtraque feratur cedẽdo necesse est: siue cubus, siue quoduis aliud in ipso corpus ponatur, quod ferri põt ad id, quod est aptũ ferri, nisi densetur. At hoc quidem in vacuo fieri nequit: quippe cum non sit corpus Cubum autem æquale vacui spatium penetrasse videbitur, perinde atque si aqua ligneo cubo non cederet, neque aer, sed ipsum omnia penetrarent.

Et per se autẽ considerantibus videbitur vtique, debile vacuũ, sicut vere vacuum. Sicut enim in aqua si ponat aliquis cubum, distabit tanta aqua, quantus est cubus, sic est etiam in aere, sed sensui immanifestum est. Et semper igitur in omni corpore habenti transmutationẽ, ad quod est aptum natum mutari, necesse est, nisi coeat transmutari, aut deorsum semper, & si deorsum est motus, sicut est terræ, aut sursum sicut ignis, aut in vtraq; aut quale aliquid sit impositũ. In vacuo autem hoc quidem impossibile est, nullum enim corpus est, sed per vacuum æquale spatium trãsire videtur, quod quidem erat prius in vacuo, tãquam si aqua nõn cederet ligneo cubo: neque aer, sed omnia transirent per ipsum. Tex. c. 76.

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua phyl. destruit vacuum esse rationibus sumptis ex natura illius vacui, & continet ista pars duas particulas, quia in prima probatur, quod vacuum separatum non est infra mundum. In secunda ibi. [Amplius autem manifestum.] Probatur, quod uacuum separatum non est extra mundum: ut dixerunt Platonici. Prima particula continet duas partes secundum numerum duarum rationum, quas adducit. secũda ibi. [Amplius autem manifestum.] In prima igitur parte huius particulæ d. phyl. quod considerantibus uacuum per se, hoc est per naturã uacui, uidebitur, quod sicut aliquid dicitur uacuum secũdum uocem. ita uacuum esse caret uere omni ueritate, & entitate. Deinde phyl. probat intentionem suam, & ponit conclusionem sub hac forma. s. quod uacuum non est receptiuum corporis infra se, & hæc est trigesimaseptima conclusio huius lib. & ex hac conclusione sequitur conclusio principaliter intenta in hoc tractatu. s. quod uacuum non est, quoniam uacuum nõ ponitur propter aliud, nisi ut sit receptiuum corporis, conclusio igitur sic intenta probatur dupliciter, & primo sic. Omne receptiuum corporis infra se tantum cedit corpori recepto, quantum est corpus receptum infra ipsum, sed uacuum non cedit alteri corpori. ergo uacuum non est receptiuum corporis infra se, si igitur uacuum esset, sequitur, q; uacuum esset receptiuum corporis infra se, quia ista est natura uacui, si uacuũ esset. Et ideò hæc ratio non sumitur a natura uacui Circa quam rationem sic procedit Phylosophus, quia primo probat maiorẽ. Secundo ponit minorem ibi. [In uacuo enim.] Tertio uero mouet unam responsionem. Primo igitur phyl probat maiorem inductiue dicens, si corpus cubicum ponitur in aqua, tantum cedit de aqua illi corpori, quantum est illud corpus, similiter si ponitur in aere tantum de aere cedit quantum est illud corpus cubicum, & uniuersaliter quantumcunque unum corpus mouetur de uno loco ad alium locum, oportet, quod tantum corpus cedat illi corpori moto, & tantum recedat, quantum est illud corpus, nisi forte corpus aduenien[s] condensetur, vt si corpus cubum recipiatur in terra, oportet, quod terra cedat deorsum, aut ad superius, ut si sit ignis, aut ad utranque partem, ut si sit aer, uel aqua, & sic patet maior inductiue, siue per experientiam, minor uero probatur ibi. [In uacuo autem.] & hoc sic. Cum uacuum non sit corpus, nec in uacuo est aliquod corpus naturale impossibile est, quod uacuum cedat, aut moueatur localiter, uel quod condensetur, immo oportet, quod simul maneat cum corpore recepto, & hoc secundum ponentes uacuum esse locum receptiuum corporis, quia secundum eos uacuum simul manebit cũ eo corpore recepto in uacuo, sicut si aqua, uel aer non cederet, quando corpus recipitur in eis, contingeret, quod dimensiones aquæ, uel aeris

(margin: 37. concl. huius lib. & ẽ prima rõ phylosophi.)

esse simul cum dimensionibus corporis recepti in aqua, vel in aere.

At qui cubus etiam tãtam magnitudinem hẽt quanta est ea vacui, quæ occupatur ab ipso. Quæ etsi calida est, aut frigida, & grauis, aut leuis, non minus tamen ob hoc ratione ab vniuersis affectib. est diuersa: etiam si nõ ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem: Quare etiam si ab illis omnibus fuerit separata, & neq; grauis fuerit, neque leuis: æquale sibi spatium occupabit: in eademq; loci vacuive parte sibi æquali erit, vt patet: Qm̃ igitur cubi moles ab æquali vacuo differret, atq; loco. Et si duæ tales simul fuerint moles: cur & quotquot volueris in eodem non erunt? Vnum igitur hoc absurdum, ac impossibile sequitur.

At vero cubus habet tantam magnitudinem: quantam continet vacuum, quod si calidum est, aut frigidum: aut graue, aut leue nihil minus alterum inesse ab omnibus passionibus est, & si non diuisibile sit ab illis. Dico autẽ corpus lineis cubi. Quare etiam si separetur ab omnibus alijs, & neque graue, neq; leue sit, continebit æquale vacuum, & in eadem erit quæ est loci, & vacui parte æquali sibiipsi: quid igitur distabit cubi corpus ab æquali vacuo, & loco? Et si duo huiusmodi sunt: propter quod non qualibet in eodem erunt. Vnum quidem igitur hoc inconueniens, & impossibile est.

Obuiatio rõnis quę dari posset.

NVnc phyl. remouet quandam rationem, quæ posset dari ad rationem suam: nam posset aliquis dicere, quod duo corpora non possunt subijci in eodem loco; sed hoc est propter qualitates sensibiles, vt propter grauitatem, & leuitatem; frigus, & caliditatem, & sic de alijs qualitatibus naturalibus. Illud remouet phy. d. quod, hoc corpus cubum receptum in vacuo habeat dimensionem æqualem sibi, quam occupat: nõ est secundum, quod cubum est calidum, vel frigidum: graue, vel leue, sed hoc habet ex suis dimensionibus, & iden si a corpore cubo separarentur oẽs qualitates sensibiles, & ponatur in aqua manentibus solis dimensionibus: adhuc faceret tantũ de aqua cedere, quantum est ipsum corpus cubum: cum igitur vacuum non cedat, si corpus cubum ponatur in vacuo, dimensiones vacui essent simul cum dimensionibus corporis, & sic si a corpore cubo separarentur omnes qualitates sensibiles, non esset aliqua differentia inter vacuum, & cubum, vt d. phy cum vtrũque. s. tam vacuum, quam corpus cubum sint dimensiones separatæ ab accidentibus: si igitur corpus cubum, & vacuum sunt simul, cum vacuum ponatur habere tres dimensiones, & per consequens ponitur esse corpus: sequitur, quod duo corpora sunt in eodem, & eadem ratione infinita corpora possunt esse simul. Vnde Comm. d. hic, quod phyl. d. ꝙ impossibile est accidentia corporis cubi separari ab eo in esse, sed tantum secundũ imaginationem, & d. hoc ad declarandum, quod impossibilitas penetrationis corporum accidit eis ex suis formis mathematicis sensibilibus, vnde hoc accidit ex natura dimensionum, & non ex natura qualitatum sensibilium.

Præterea patet id cubum ipsum habere cũ trãsfertur, quod & vniuersa certa corpora habẽt. Quare si nihil a loco differat, cur corporibus facere locum oportet: præter vniuscuiusque molem: si moles sit affectuum expers. Nihil enim confert: si tale circa ipsam aliud spatium sit æquale.

Tex. c. 77. *Amplius autem manifestum est, quia hoc cubus hẽt transmutatus, quod & omnia alia corpora habent. Quare si a loco nihil differt: quid oportet locum facere corporibus extra vniuscuiusque corpus si impossibile est corpus. Nihil enim confert, si alterum circa ipsum æquale spatium huiusmodi sit.*

A HÆc est secunda pars primæ particulæ partis principalis huius capit. in qua ponitur secunda ratio probans, ꝙ vacuum non est receptiuum corporis infra se, quæ ratio est ista. Cubus transmutatus in locu hẽt tres dimensiones, sic omnia alia corpora habent tres dimensiones, cum igitur secundũ ponentes vacuum esse vacuum non sit locus, nisi propter dimensiones, quas includit: sequitur, ꝙ cubus ita bene esset locus, sicut vacuum. ergo non oportet, vacuum ponere ad locandum corpus, quia propriæ dimensiones corporis sufficiunt ad locandum ipsum corpus: quia si corpus indigeat alijs dimensionibus a dimensionibus sui corporis, in quibus recipiatur: tunc illæ dimensiones, in quibus recipitur, indigerent alijs dimensionibus, in quibus reciperetur, & sic in infinitum, hoc potest sic argui. Separentur a cubo omnes qualitates sensibiles, tunc si vacuum sit receptiuum corporis, & cubus recipiatur a vacuo tanquam in loco, quæro, aut illud vacuũ, in quo recipitur cubum indiget alio loco a seipso, in quo recipiatur: si dr̃. ꝙ sic: tunc ille alius locus indigebit alio loco, & erit processus in infinitum, quod est inconueniens. Si vero dicitur, ꝙ nõ indiget alio loco, & cum cubum sit dimensio separata, sicut & vacuum, quia cubũ ponitur dimensio per se sine qualitatibus: B sequitur, ꝙ si vacuum non indigeat alio loco, ꝙ etiam cubum non indiget alio loco a seipso, & sic non oportet ponere aliũ locũ extra corpora ad recipiendum ipsa corpora, maxime propter dimensiones corporum, quæ non sunt passibiles: hoc est, quia non sunt qualitates passibiles, & ideo non oportet ponere alias dimensiones præter ista, quia nihil cõferunt ad hoc, ꝙ corpus sit in loco, immo si illæ dimensiones sint in dimensionibus corporis recepti in eis non est maior ratio, ꝙ istę dimensiones sint locus, quam ipsum corpus sit locus ipsarum dimensionum, qm̃ quãdo aliquæ dimensiones sunt simul adæquatæ non est maior ratio, ꝙ istæ dimensiones, sint locus per se quam corpus. Notandum secundum Com. hic, ꝙ si corpus separaretur ab omnibus qualitatibus, adhuc indigeret dimensionibus, sed non duobus modis dimensionum. s. dimensionibus, quibus constituitur, & dimensionibus, in quibus subijciatur. Vnde nõ est necesse, ꝙ corpus habeat dimensiones, in quibus subijciatur, sed solum indiget dimensionibus, quibus constituatur. Notandum etiam secundum Com. ꝙ phyl. per hoc, ꝙ d. quod non est necesse ponere dimensionem extrinsecam, in qua recipiatur corpus, intendit per hoc innuere, ꝙ æqualitas C loci non est æqualitas secundum dimensionem. sed æqualitas continentis, quoniam ex hoc, ꝙ locus est æqualis, & ęquales dimensiones, existimauerunt locum esse dimensiones, & in hoc est modus deceptionis, quoniam ibi est æquiuocatio in hoc nomine æqualitas.

Secunda ratio.

Primũ notan.

Secũdum notan.

Amplius autem oportet manifestum esse quale vacuum sit in his, quæ mouẽtur. Nunc autem nusquam infra mundum. Aer. n. aliquid est, non videtur autem. Neq; aqua si essent pisces ferrei. Tactu. n. fit discretio illius, quod tãgitur. Ex his igitur patet, in ratione rerum vacuum separatum non esse.

Tex. c. 78. *Amplius oportet manifestum esse, quale vacuũ sit in his, quæ mouentur. Nunc autem unsquam infra mundum, aer enim aliquid est, non videtur autem, neque aqua, si essent pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius, quod tangitur. Quod quidem igitur non separatum sit* D *vacuum, ex his manifestum est.* Tex. c. 79.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, quod vacuum separatum non est extra mundum, & hæc est trigesimaoctaua conclusio huius lib. quæ probatur sic. si esset vacuum separatum extra mundum, in quo mũdus existeret, oportet, quod appareret nobis aliquod residuum ex eo, ita quod intra mundum appareret nobis aliquod vacuum, quia nihil est ponendum a nobis, nisi quod nobis apparet, & quod a nobis aliquo modo cognoscitur, sed intra mundum non apparet nobis aliquod vacuum. ergo non debemus ponere vacuum extra mundum, maior patet ex dictis, minor probatur, quoniam plenum aere, qđ vulgo videtur vacuum: non est vacuum, quoniam aer est aer, quamuis nõ recipiatur visu. Exemplum huius, nã si pisces essent ferrei ex similitudine, & propter cõuenientiam, quã haberent cum aqua, non posset aqua discerni ab eis ꝑ visum: nõ tamen essent aqua: quamuis. n. per visum non discernerentur

38. concl. huius lib.

ab

ab aqua: attamen per tactum bene possent discerni ab aqua, si forent duri sicut ferrum, quoniam tactus est distinctiuus taliũ qualitatum. s. duritiei, &c. Eodem modo, quamuis aer non per visum percipi tamen potest per tactum. Vnde Com. d. hic, ꝙ si spissitudo aeris esset durior ferro, visus non perciperet aerem, quia aer non habet colorem, quia iudicare de tangibilibus nõ est per sensum visum: sed per sensum tactus, ex quibus est manifestum, quod vacuum non est aliquod spatium separatum, nec infra mundum, nec extra mundum.

Vide 3. de aër co. 67. consimile 2. de aĩa. co. 97. & I lib. de sen. & sen.

IMPROBATVR OPINIO PONENTIVM vacuum imbibitum corporibus, & penetrans illa. Tractatus secundi. Cap. V.

Sed sunt qui putant per rarum, ac densum patere vacuum esse.

Nunc autem quidam sunt, qui per rarum, & densum opinantur manifestum esse, quod sit vacuum.

Istud est quintũ capitulum huius tract. in quo postquam est declaratum, ꝙ non est ponere vacuum separatũ a corporibus receptiuum corporis. reuertitur ad contradicendum ponentibus vacuum imbibitũ esse corporibus, & penetrans ipsa. Vnde hoc capitulum continet duas partes principales, qm̃ in prima phy. ponit opinionem suam, & destruit opinionẽ ponentiũ vacuũ imbibitum corporibus. In secunda ibi. [Qm̃ aũt vacuum] destruit phy. radicem illius opinionis soluendo rationem, super quam opinio illa radicatur. Prima pars continet duas particulas, quia in prima phy. ponit opinionem cum sua ratione. In secunda vero ibi. [Siquidem igitur rarum.] Destruit opinionem prædictam. In prima igitur particula huius partis d. phy. ꝙ sunt quidã, qui ꝑ rarũ, & densum opinantur vacuũ esse, & eorum rõ talis erat. Si nõ sit vacuũ infra corpora rarefactio, & condensatio non possunt fieri. consequens est falsum. ergo & antecedens, falsitas consequentis ostenditur, ex parte motus localis, & ẽt ex parte generationis. Ex parte motus localis sic. si ex raro non posset fieri densum, vel econuerso, sequitur alterum illorũ impossibilium. s. vel, ꝙ nullus motus localis rectus possit esse, vel, ꝙ moto vno corpore totum vniuersum mouebitur, & ꝙ hoc sequatur probatur, quia aut est possibile, quod aliquid moueatur motu recto, aut nõ, si non, hæc est vna pars disiunctiuæ, videlicet, quod nullus motus localis rectus possit esse, si vero detur, quod aliquod corpus possit moueri localiter motu recto, tũc ponatur, quod aliquid moueatur motu recto, & tunc, si non fiat cõdensatio, & rarefactio, oportet, quod illud corpus motum expellat aliquod corpus æquale sibi extra locũ suũ, & illud aliud corpus expellat aliquod aliud corpus æquale sibi vsque ad cælum, si non fiat condensatio corporũ, oportebit, quod nostra corpora sic moueantur, & sic moto corpore motu recto mouebuntur totum vniuersum. Ex parte etiam generationis ostenditur falsitas consequentis conditionalis principalis, & hoc sic. Si condensatio, & rarefactio non possunt fieri sequitur illud impossibile, quod semper generabitur æquale, ita quod nunquam generantium esset maius, aut minus, ꝙ illud, ex quo generatur: & sic si ignis generaretur ex aere. oportet, quod ignis generatus, & aer, ex quo generatur, sint æqualis quantitatis, quia si diceretur, quod cum generatum sit maius, oportet quod occupet maiorem locum, quam illud, ex quo generatur occupabat, & sic si nõ fiat condensatio, oportet totum vniuersum occupare maiorem locum, quam prius, & sic cælũ cederet isti mundo, & expelleretur de loco suo, & sic si condensatio, & rarefactio non possunt fieri, sequitur alterum illorum triũ, videlicet, aut quod generatio non sit: aut quod moto vno mouebuntur oĩa, aut quod semper generatũ, & illud, ex quo generatur sint æqualia in quantitate. Intelligẽdum, quod isti antiqui supponebant illam consequentiam, tanquam manifestam. vacuum non est. ergo nihil potest condensari, nec rarefieri, quia ipsi non viderunt alium modũ condensationis, nisi condensatio fieret per hoc, quod aliquæ partes subintrant aliqua foramina vacua inf. corpus, qđ condensatur, nec viderũt alium modũ rarefactionis, nisi quod rarefactio fieret per hoc, quod aliquæ partes exirent de foraminibus vacuis infra corpus rarefacti.

Ratio aliquorũ de vacuo.

Quid antiqui supponebant.

Nam si nõ sit rarum, ac densum, neq; fieri põt, vt corpora coeant, atque premantur. Quod si id

A non sit, aut motus omnino non erit, aut vniuersum fluctabit, vt inquit Xuthus. Aut in aerem æqualẽ atque aquam fieri mutationem semper oportet. Hoc, inquam, pacto: vt si ex aqua poculi vnius oriatur aer, tanta simul aqua ex aere generetur, aut necesse est vacuum esse. Alio nanque modo fieri nequit, vt corpora constringantur, ac dilatentur. Si igitur id, inquiunt, esse rarum, quod habet multa vacua separata: patet, si vacuum separatum esse nõ possit, sicut neque locus spatium habens, neque rarum in ratione rerum sic esse.

Siquidem enim non est rarum, & densum, neque coire, & calcari possibile est. Si vero hoc, aut omnino motus non erit, aut mouetur totum, sicut dixit Cassimedras, aut inæquale semper est mutare aquam, & aerem. Dico autem sic, vt ex aqua ciati factus sit aer: simul ex æquali B *aere tantundem aquam fieri: aut vacuum erit ex necessitate. Conculcari enim, vel extendi non contingit aliter. Siquidem igitur rarum dicunt multa vacua separata habens: manifestum est, quod si neque vacuum cõtingit esse separabile, sicut nec locum habentem aliquod vacuum suipsius: nec rarum sic.*

Tex. c. 80.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua phy. destruit hanc opin. quę ponit vacuũ imbibitum corporibus, & continet duas partes, quorũ in prima probat, quod non est dare vacuum, vel ponere in corporibus vacuum distinctum secundum situm ab alijs partibus plenis. In secunda ibi. [Si autem non est.] Destruit vacuũ esse in corporibus simul cum alijs partibus corporis, vnde vacuum esse in corporibus potest dupliciter intelligi uno modo, quod in corpore sint foramina uacua separata secundum situm ab alijs partibus. Alio modo, quod uacuum non sit separatum ab alijs partibus secundum situm, immo dimensiones, quas dixerunt subintrant omnes partes corporis. Primo igitur phy. de- C struit primum intellectum, & probat istam conclusionem, qđ non est ponere in corporibus vacuum separatum secundũ situm ab alijs partibus corporis, & hæc est trigesimanona conclusio huius lib. quæ probatur sic. Si in corporibus sit uacuum separatum secundum situm ab alijs partibus, cum illud, quod manet separatum secũdum situm ab alijs partibus, existat per se semper, quod sit separatum a corporibus existet per se, & sic esset locus habens tres dimensiones præter dimensionem corporis, quod est improbatum prius, unde per eandem rationem, per quam ostenditur, quod non est aliquod uacuum separatum extra corpora, nec locus habens dimensiones alias a dimensionibus corporis, potest probari, quod non est aliquod corpus hoc modo, rarum. s. quod habeat in se foramina uacua distincta secundum situm ab alijs partibus corporis, & Comm. introducit istam partem sic, dicens, quod cum phy. superius destruxit uacuum separatum esse, hic destruere uult uacuum esse alio modo a prædicto. In prædicto enim modo destruit uacuũ esse ex penetratione dimensionum in inuicem, secundũ hoc, quod dixit, quod quemadmodum est impossibile aliquam dimensionem existere per se, hic uult destruere ipsum alio modo, dimensiones enim sunt ultima accidentia, quæ non pos- D sunt existere per se, hæc Com. secundum igitur hoc probatur conclusio sic, dimensiones, quæ ponunt uacuum sunt accidentia, sed impossibile est accidens per se existere distinctum secũdum situm a suo subiecto. ergo impossibile est ponere uacuũ separatum in corporibus distinctum secundum situm ab alijs partibus plenis, quia sic accidens existeret per se sine subiecto. Et subdit Com. d. quod ista est destructio uacui secũdum quod est uacuum, destructio autem prædicta est secundum quod ipsum ponitur recipere corpora.

Vacuum esse in corporib. potest intelligi dupliciter.

39. concl. huius lib.

Si vero non separabile. Sed tamen in esse quid vacuum dicũt: minus quidem est hoc impossibile. Accedit autem primo quidem: non omnis motus causam vacuum esse, sed eius duntaxat, quo supera loca petuntur. Rarũ enim leue est. Quapropter & ignem rarum inquiunt esse.

Tex. c. 81. *Si autem non est separabile, sed tamen inest aliquod vacuum: minus quidem impossibile. Contingit autē primum, quod non omnis motus est causa vacui, sed qui sursum est. Rarum enim leue. Vnde ignem rarū esse dicūt.*

HÆc est secūda pars secundæ particulæ primę partis principalis huius cap. in qua probatur, q vacuum non est in corporibus simul cum aliis partibus plenis, & hæc est

40. concl. huius lib. 40 conclusio huius lib. quæ probatur per quinque rationes, & scd'm hoc hæc pars posset diuidi in quinque particulas. Primo tamen d. phyl. q si ponitur vacuum non esse dimensionem separatam a corporibus, sed esse imbibitum, & mixtum corporibus, minus impossibile ponitur, quam ponendo talem dimensionem separatam, quia ponendo dimensionem separatam ponitur accidens existere per se sine subiecto: quāuis illud sit minus inconueniens: tamen huic opinioni accidunt multa impossibilia.

Prima rō phylosophi. Deinde ponit phyl. primam rationem probantem conclusionem suam, quæ talis est. Si vacuum sit imbibitum corporibus, ita q sit vndique cum corpore: sequitur, q vacuū non sit causa omnis motus localis: cuius contrarium ipsi posuerūt, quia ipsi posuerunt, vacuum esse causam omnis motus localis, & probatur, q illud sequatur. I. q vacuum non esset causa omnis motus localis, quoniam secundum eos vacuum est causa raritatis, nunc autem rarum, cui admixtum est vacuum est leue, & leue mouetur sursum. igitur vacuum solum est causa motus sursum, & sic vacuum est solum causa raritatis, & raritas leuitatis secundum eos, & leuitas solum est causa motus sursum. ergo vacuum solum esset causa motus sursum,

Deinde nō esse vacuum motus sic causam: vt in ipso quid moueatur. Sed vt vtres mouent id sursum: quod adductum est ipsis ex eo quia sursum ipsi feruntur, sic & vacuum sursum mouere,

Postea motus causam nō sic vacuum, sicut in quo est: sed sicut vtres in eo, quod feruntur ipsi, sursum ferunt cōtinuum, sic vacuum fertur sursum.

Secunda ratio. SEcundo probatur eadem conclusiō sic. Illi posuerunt vacuum, vt in eo esset motus rectus tanquam in loco, sed si vacuum sit imbibitum corporibus vndique: ita, q sit causa raritatis, & leuitatis: sicut ipsi posuerunt: tunc vacuum non esset illud, in quo est motus, sicut in loco, sed magis esset causa motus: sicut motor ad mouendum, secundum quem vtres mouēt res ligatas cum eis, quādo vtres mouentur sursum, vacuum enim maxime cum corpore leui mouet ipsum ad superius secundū istam opinionem.

At quonam pacto latio vacui potest, vel locus esse. Vacui namq; vacuum id erit, ad qd' feretur.

Quamuis qualiter potest esse vacui, & locus vacui. cui enim sit vacuum, in quod fertur.

Tertia rō. TErtia ratio est. Si vacuum sit imbibitum corporibus vndique commixtum cum corporibus: tunc moto vno corpore mouebitur vacuum mixtum cum corporibus, sed omne, qd' mouetur localiter habet locum. ergo vacuum habebit locum, & sic vacui esset vacuum, & hoc in infinitum, quod est impossibile.

Præterea quam causam assignabunt, qua graue deorsum fertur.

Tex. c. 83. *Amplius quomodo assignāt, et grauia ferri deorsum.*

QVarta ratio ad eandem cōclusionem est illa. Si ponitur vacuum imbibitum corporibus deferens corpora sursum, non poterit assignari causa motus deorsum consequens

Qoarta ratio. est falsum, igitur & antecedens, consequentiam istam nō probat P. sed Com. probat eam sic. si vacuum sit causa motus sursum, vt dicunt isti, tunc aut plenum est causa motus deorsum, sicut vacuum est causa sursum, aut aliquid aliud a pleno est causa motus deorsum, sed non est dare, q aliquid aliud. & tamē est plenum deorsum, vt patet inductiue etiam, quia contrariorū contrariæ sunt causæ, & ideo si vacuum sit causa motus sursum plenum erit causa motus deorsum, sed q plenum non sit causa motus deorsum, probatur, quia nihil est ita plenum, q in eo

A sit aliquid plenum secundum eos, si igitur plenum sit causa motus deorsum, & vacuum causa motus sursum, tunc plenū & graue essent omnino illud, etiam vacuum, & leue est omnino idem, & cum nihil sit simpliciter plenum, nec simpliciter vacuum: sequitur, q nihil sit graue simpliciter, nec leue simpliciter, sed solum cuius, & leuius, quod est improbatum a causa.

Et insuper patet si quanto rarius quippiam, magisq; vacuum est, tanto celerius sursum fertur, q vacuum sit omnino: sursum id, vel celerrime ferti. An forsitā, & hoc moueri non potest, vt n. demonstratum est: in vacuo cuncta immobilia, sic eadem ratione vacuum etiam demonstrabitur immobile esse. Celeritates etiam comparari non possunt.

Et manifestum est quoniam quanto vtique rarius, et magis vacuum sit magis sursum fertur, & si sit omnino vacuum: velocissime vtiq; fertur. Fortassis autē hoc impossibile est moueri. Tex. c. 26. & 27.

B *Ratio autem eadem sicut, quia in vacuo sine motu omnia sunt, sic & vacuū, quod est sine motu. Incomparabiles enim sunt velocitates.*

QVinta ratio ad eandem conclusionem est illa. Si vacuū sit imbibitum corporibus, & sit causa motus sursum, tūc Quinta ratio. quanto aliquid est rarius, & magis vacuum, tanto uelocius mouebitur sursum. ergo si aliquid sit omnino vacuū mouebitur sursum in non t'pe, qd' est impossibile, & q omnino vacuum non possit esse in t'pe: probatur per eandem rationem, per quā probatum est superius, q posito vacuo motus grauium, & leuium in vacuo esset in non t'pe, quia sicut proportio motus facti in vacuo ad motum factum in pleno non est proportio in velocitate, ita motus puri vacui ad motum plenum nulla esset proportio in velocitate, sed cuiuslibet motus facti in t'pe ad motum factum in t'pe est aliqua proportio in velocitate. ergo motus vacui esset in nō t'pe, & hæc est ratio phylosophi, & Com. probat per rationem ducentem ad impossibile, q motus puri vacui esset in non t'pe. d. si non fuerit concessum nobis

C q motus est in tempore, probabimus, q est impossibile inuenire aliquem motum compositum ex vacuo, & pleno, qd' pertrāsit cum suo vacuo illud spatium in eodem tempore, qd' est valde inopinabile. com. Sed hic dubitatur, quia si illa ratio Dubium. valeret, sequeretur, quod purum graue nihil habens de leuitate moueretur in tempore, quia grauitas est causa motus deorsum. ergo quanto est aliquid grauius, tanto velocius mouetur deorsum. ergo purū graue nihil habēs de leuitate mouebitur deorsum in non tempore, & sic potest ēt probari, quod purum leue mouebitur sursum in non tempore. Dicendum, quod si Solutio. non esset aliqua resistentia ex parte medij, sicut dixerunt antiqui ponentes vacuum esse medium, per quod fit motus. tūc bene concluderet ratio de graui simpliciter, & de leui simpliciter, videlicet, quod mouerentur in non t'pe, vnde si in motu grauium, & leuium non esset, nisi resistentia intrinseca, & cū simpliciter graue, vel leue non habeat aliquam resistentiā intrinsecam: semp simpliciter graue, vel leue mouentur in instanti, sed non est ita: quia vt superius declaratū est in motu grauiū, & leuium resistentia prouenit ex parte medij. Et si dicas, quod si motus simpliciter grauis sit in tempore, tunc contingit, q in

D eodem t'pe per æquale spatium mouerentur simpliciter graue, & compositum ex graui, & leui. Dicendū est, quod cæteris exi- Solutio. stentibus paribus ex parte medij, & ex parte magnitudinis, & figuræ ipsorum mobilium impossibile est, quod simpliciter gra- Obiectio. ue, & compositum ex graui, & leui moueatur per æquale spatium in æqualitate, quia simpliciter graue, vel leue non hēt aliquam resistentiam intrinsecam, sed compositum ex graui, & leui nunquam habet aliquam resistētiam, & propter hoc si sit medium æque resistens in motu vtriusque maior esset resistētia in motu compositi ex graui, & leui, quia duplex est resistentia, scilicet, extrinseca & intrinseca, quam in motu simpliciter grauis, quia non est nisi resistentia extrinseca, si tamen cætera non sint paria: bene est possibile, quod simpliciter graue, & cōpositum ex graui, & leui moueantur per æquale spatium in æquali tempore, quia possent media ita disponi, quod in motu simpliciter grauis esset tanta resistentia ex parte medij, quāta est resistentia tam extrinseca, quam intrinseca in motu compositi ex graui, & leui: & tunc motus simpliciter grauis, & motus compositi ex graui, & leui essent æque veloces.

At

At enim cum vacuum quidē non esse dicamus: cętera aūt verę sunt dubitata, & hæc cōsideremus oportet. Nam aut motus non erit, si raritas densitasve non erit, aut inundabit cælū: aut aqua ex aere, & aer ex aqua semper orietur æqualis. Patet.n. plus aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igitur si corpora non premantur, atq; densentur, aut id qđ hæret efficiat tandem expulsum, vt vltimū turgeat, atq; tumescat. Aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, vt tota moles ęqualis sit vniuersi, aut nihil penitus moueatur. Semper n. cum aliquid mouetur, id accidet, nisi versetur. At non vniuersa versantur sed sunt, & ea quæ recto motu cientur. Illi igitur ob hæc ipsa vacuum quid dicerent esse.

Tex. c. 83. *Quoniam autem vacuum quidē non dicimus esse: alia vero vere dubitata. Aut motus non erit: nisi erit densitas, & raritas, aut turbatur cælum, semper ęqualis aqua ex aere: & ex aqua erit aer. Manifestum enim quia plus aer ex aqua fit. Necesse igitur nisi calcatio fit: aut depulsum, quod habetur vltimum tumultuari facere, aut alibi alicubi æqualiter mutare ex aere in aquam: vt omne corpus totius æquale sit, aut nihil moueri. Semper trāsmutato hoc accidet, nisi circulariter circunstet. Non semper autem in circulum loci mutatio, sed aliquando, & in rectum est. Hi quidem igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua phyl. destruit radicem opinionis ponentium vacuū imbibitum corporibus: soluendo rationem super quā eorum opinio radicatur, & ista pars continet duas particulas: quoniam in prima phy. recitat rationem ponentium vacuum imbibitum corporis. In secunda ibi. [Nos autem dicimus.] Soluit phy rationem, super quam ista opinio radicatur. Dicit igitur phy. ꝙ quamuis nos dicamus, ꝙ vacuum non sit, & concedamus rarefactionem, & condensationem esse. tamen isti antiqui vnam veram consequentiam fecerunt, & aliam falsam, & ideo quantum ad aliquid vere arguebant. ratio igitur eorum fuit illa, si vacuum non sit inf corpora, rarefactio, & condensatio non erunt possibiles, consequens est falsum. ergo, & antecedens. & falsitatem consequentis probant, & in probando falsitatem consequentis bene arguebant, & ꝙ consequens sit falsum probant ex parte motus localis, & etiam ex parte generationis, ex parte motus localis sic, si non posset fieri rarefactio, & condensatio, sequitur, vel ꝙ motus localis rectus non posset esse, vel si aliquid mouetur localiter motu recto cælum turbabitur, sic, ꝙ cælum expelletur a loco suo, sicut probatum est superius, sed consequens est falsum. ergo & antecedens. Idem ēt probabant ex parte generationis sic. si rarefactio, & condensatio non essent possibiles, sequitur, vel ꝙ generatio non esset, aut si generatio sit, vt cælum expelleretur de loco suo, vel generatio in elementis semper esset æqualis, ita ꝙ si in aliqua hora generetur ex vncia aquæ aer in vno loco, necesse esset, vt in ipsa hora generaretur ex aere vna vncia aquæ in alio loco. istam consequentiam probat phyl. sic. quandocunque ex aqua generatur aer, aer genitus est maioris quantitatis, quam aqua ex qua generatur. Si igitur aer generatur ex aqua, & non sit alicubi cōdensatio; cum aer genitus occupet maiorem locum, quam occupabat aqua, ex qua generatur, vel oportet cælum cedere, & moueri, vel oportet, ꝙ aer fiat æqualis aquę, ex qua fit aer, quia si non fiat condensatio, nec generaretur aqua ex aere modo, quo dictum est, aut igitur oportet, ꝙ totum vniuersum occupet maiorem locum. vel ꝙ aliqua pars vniuersi expellatur a loco suo, vel ꝙ cælum, aut pars terræ simul sint adæquatæ. ẽ cum corpore elementari, quorum quodlibet est impossibile, & sic sequitur, ꝙ rarefactio, & condensatio non sunt possibiles, vel ꝙ cælum cedat, & expellatur de loco suo, & non solum sequitur cælum moueri, sed ēt sequitur cælum localiter cedere, & expelli nisi dicatur, ꝙ quicquid mouetur localiter, mouetur circulariter, quod nō est verum, quoniam non est necesse omnem motum localiter moueri circulariter, quia aliquid potest moueri motu recto. isti igitur propter hanc rationem dicunt esse vacuum.

Rō ponētium vacuū imbibitum, &c.

A Nos aūt ex hisce, quæ iam cōcessa sunt dicimus materiam vnam esse contrariorum: caliditatis inquam, atque frigiditatis, & cæterarum naturaliū contrarietatum, & ex ente potentia ens actu fieri. Atq; non esse quidem ipsam materiam separabilē: ratione vero esse diuersam. Et vnam numero coloris si forte fuerit, & caliditatis atque frigiditatis.

Nos autem dicimus ex subiectis: quoniam est materia vna contrariorum: & calidi & frigidi: & aliarū physicarum contrarietatum. Et ex eo, quod potentia est: acti vens fit. Et non separabilis quidem materia est esse aut alterum est. Et vna quidem numero: si contingat caloris calidi & frigidi. Tex. c. 84.

HÆc est secunda particula secundæ partis principa. huius cap. in qua phy. soluit illam rationē, super quam eorum opinio radicatur, & continet hęc particula duas partes; quoniam in prima ponit phyl. quadrupliciter propositiones necessarias ad propositum. In secunda ibi, [Est igitur corporis] Applicando prædictas rationes ad propositum suum soluit prædictam rationem. In prima igitur parte huius particulæ d. phy. Nos dicimus dictam rationem ex subiectis. hęc est ex propositionibus, quæ supponuntur in scientia naturali, quarū prima est. Quia vna est materia contrariorum alternatim recipiens ea, sicut est vna, & eadem materia calidi, & frigidi, & aliarum contrarietatum Secunda propositio est, ꝙ illud, qđ est in actu necessario fit ex eo, ꝙ est in potētia, vt calidum in actu generatur ex calido in potentia, & non ex calido in actu. Tertia propositio est, ꝙ materia nunquam separatur ab vtroque contrariorum, immo semper est sub altero eorum, quamuis quantitas materię sit alia a quantitate vtriusq; contrarij. Quarta propositio est, ꝙ eadem materia numero est materia diuersarum contrarietatum, quia eadem materia numero est materia calidi, & frigidi, albi, & nigri.

B Solutio. Prima propositio. Secunda. Tertia. Quarta.

Et corporis item materiam eandem magni, ac parui, quod quidem ex eo maxime patet.

C *Et igitur & corporis materia, & magni & parui eadem, manifestum est autem.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secūdæ partis principalis huius cap. in qua phyl. per propositiones suppositas soluit prædictam rationem probantem vacuum esse imbibitum corporibus, & continet tres particulas, in quarū prima ostendit phyl. propositum suum per rationem. In secunda ibi [Cum nec ex aere] ostendit propositum suum per exempla. in 3. ibi [Duo.o. sunt] ostendit propositum suum per effectū rari, & densi. In prima igitur particula huius partis phyl. primo ponit substantiā solutionis. secundo declarat per quedā similia, ꝙ substantia solutionis consistit in hoc, quia rarefactio non fit per aduentum partium extrinsecarum ad foramina, nec condensatio fit per exitum partium a foraminibus hoc probatur. & potest poni quadragesimaprima conclusio huius libri, quæ ponitur sub forma, videlicet. Quod rarefactio non fit per aduentum partium extrinsecarum ad foramina, nec cōdensatio fit per exitum partium a foraminibus, hæc igitur cōclusio probatur. primo per rationem sic. eadem est materia contrariorū, sed rarum, & densum sunt contraria. ergo eadem est materia rari & densi. quando igitur ex raro fit densum, omnes partes corporis, quæ prius erant in raro postea sunt in denso & cum ex denso fit rarum eædem partes omnino, q̃ primo erant sub densitate, fiunt postea sub raritate. igitur in rarefactione non adueniunt aliquæ nouæ partes, nec in condensatione exeunt aliquæ partes, sed totū, qđ prius fuit sub raritate fit postea sub densitate, & econuerso. aliter non esset eadem materia omnino contrariorum, & sic rarefactio non fit aduenientibus partibus extrinsecis ad foramina, nec condensatio fit per exitum aliquarum partium de foraminibus, sed rarefactio, & etiam condensatio fiunt per hoc, quia illud, quòd erat in potentia reducitur ad actum: non sic, quòd aliquid existat, & postea adueniat, ideo illud, quòd de nouo acquiritur secūdum se totum præexistebat prius in potentia materiæ.

Solutio rōnis dicentiū vacuum esse imbibitū corporib. 41. concl. huius lib.

D

Nam si factus est aer ex aqua: eadē materia facta est aer: nulla re insuper alia assumpta. Sed qđ erat potentia id, tandem factum est actu. Et rursus simili modo, si orta est ex aere aqua. Eadem namq;

materia nunc in magnam ex parua: nunc in paruã ex magna uertitur molem. Simili igitur modo: si & aer ex maiore stringitur in minorem, & ex minore rursus in maiorem extenditur molem: materia ipsa, quæ est ambo potentia fit vicissim vtrunque.

Cum enim ex aqua aer fiat, eadem materia non accipiens aliud aliquid facta est. Sed quod erat potẽtia; actu facta est iterum aqua ex aere similiter, aliquando quidẽ in magnitudine ex paruitate, aliquando in paruitate ex magnitudine. Similiter igitur, & cum multus aer existens in minori fit mole, & ex minori maior potentia cũ sit, fit materia vtraque.

HÆc est secunda particula secundæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phyl. ostẽdit propositum suum per exempla, & adducit quinque exempla ad declarandum, ꝙ rarefactio, & cõdensatio non fiunt per aduẽtum partium extrinsecarum ad foramina: nec per recessum partium a formalibus. Primum exemplũ est in transmutatione substantiali, & est tale. Si ex aqua fiat aer oportet, quod fiat rarefactio materiæ, & si ex aere fiat aqua oportet, quod fiat condensatio materię. sed quando ex aqua fit aer non fit aliquod præexistens, sed eadem materia numero sine aliquo præexistente addito sibi est primo sub forma aquę: & postea sub forma aeris, & similiter, quando ex aere fit aqua non recedit aliquod præexistens, sed tota materia quę erat sub forma aeris fit postea sub forma aquæ. ergo rarefactio non fit per aduentum nouarum partium præexistentium: nec condensatio fit per recessum partium, ex quo tota materia manet eadem successiue in raro, & in denso, vt patet quando ex aqua fit aer, & econuerso. Vnde secundum Commen. hæc declaratio est per signum, quia in transmutatione de minori quantitate ad maiorem non est aliquod extrinsecum aduenians nõ solum illud, quod est in potentia reducitur ad actum, vt manifestum est in generatione, quia cũ aliquod corpus maioris quantitatis generatur ex corpore minoris quantitatis, vt aer generatur ex aqua: tunc materia recipiens formam aeris recipit maiorem quantitatem post minorem nullo extrinseco aueniente, qum aer fiat maioris quantitatis. Sed illud, quod est potentia maioris quantitatis. i. materia fit actu maioris quantitatis nullo extrinseco in actu adueniente. similiter quando ex aere fit aqua: aer transfertur de magnitudine in paruitatem nullo exeunte. Quidam autem illud exemplum sic deducunt: propositum sicut est in transmutatione substantiali, ita est in transmutatione ad quantitatem, sed in transmutatione substantiali, ita est, quod tota materia, quæ prius fuit sub vna forma, postea est sub alia forma nullo extrinseco adueniente materiæ, nec aliquo recedẽte ab ea, sed solum, quod erat in potentia reducitur ad actum. ergo sic est in transmutatione ad quantitatem i. in rarefactione, & condensatione. s. quod condensatio, & rarefactio fiunt sine aliquo extrinseco aueniẽte præexistente in aliquo recedente, & sicut est in transmutatione substãtiali. s. quod omnino eadem materia manet sub vtroque terminorũ transmutationis, ita est quando idem aer numero non transformatur substantialiter. primo existit in minori mobili. hoc est in magnitudine minori & fit maior non adueniente sibi aliquo præexistente, sed ille aer. qui primo erat minor actualiter, & in potentia minor fit actu maior. propter hoc, quod eadem materia numero est in potentia ad vtrunque. s. ad quantitatem maiorem, & ad quantitatem minorem. Notandum quod Cõmen. d. hic, & manifestum est, ꝙ rarum, & densum sunt contraria in quantitate, cum translatio corporis de raritate in densitatem sit translatio de quantitate maiori ad minorem, & econuerso. sequitur ex hoc, vt materia rari, & densi sit eadẽ, & quod idem corpus transfertur de minori quantitate ad maiorẽ nulla quantitate actu aduenięte, ex qua fiat maius ex eo, quod est in potentia aliquid, non ex illo, quod est in actu: & similiter, quando fit minus non exeũt ab eo partes in actu: sed tunc materia denudatur a termino maioris quantitatis, & recipit terminum minoris quantitatis eodem modo, quo recipit calidũ, & frigidum, & alia contraria in quantitate. hæc Commen. Intelligendum est hic, quod cum Commen. dicit, quod rarum, & densum sunt contraria in quantitate, non intelligit, quod raritas, & densitas sint de prædicamento quantitatis, immo raritas, & densitas sunt qualitates consequentes calidum, & frigidum, vt dicit Commen. 7. huius: dicens, quod rarum, & densum sunt contraria fundata in quantitate, & quod sunt formaliter de genere quantitatis. Et vlterius cum Commen. dicit, quod translatio corporis ex raritate ad densitatem est translatio de maiori quantitate in minorem, non habet per hoc intelligi, quod rarefactio, & condensatio sint motus ad quantitatem, quia sm Commen. primo huius, & in de substantia orbis quantitas est inseparabilis a materia: ideo manente eadem materia manet eadem quantitas, & propter hoc, quia eadem materia numero remanet sub vtroque terminorum rarefactionis, & condensationis: sequitur, quod eadem quantitas numero manet, quando ex raro fit densum, & econuerso. Quando igitur dicitur, quod rarefactio est ad maiorem quantitatem, & condensatio ad minorem: illud sic debet intelligi, quod rarefactio est ad maiorem extensionem quantitatis, istę tamen extẽsiones maior, & minor non sunt quantitates, sed sunt passiones, vel termini quantitatis. Nam sicut eadem materia numero potest esse nũc sub minori extensione, & iam sub maiori extensione, ita eadẽ quantitas minor potest, quandoq; esse minus extensa, & quãdoque magis. Et si dicitur, quod rarefactio fit ad maiorem quãtitatem. igitur rarefactio est ad quantitatem, & non ad quantitatem. igitur rarefactio est ad quãtitatem nouam. Dicendum, quod rarefactio est ad maiorẽ quantitatem. i. ad maiorem quãtitatis, siue ad maiorem extensionem quantitatis, nec ex hoc sequitur, ꝙ rarefactio sit ad quantitatem, sicut nec sequitur. calefactio est ad substãtiam calidam. igitur calefactio terminatur ad substantiam, quia omnis transmutatio terminatur ad compositum, vt patet per phylosophum 7. meta quia generatio terminatur ad compositum ex materia, & forma, sed ex hoc nõ sequitur, quod generatio terminetur ad materiam. Ita in proposito dico, ꝙ rarefactio terminatur ad maiorem quantitatẽ, hoc est ad compositum ex quantitate, & densitate, seu extensione maiori, nec ex hoc sequitur, ꝙ rarefactio terminatur ad q̃titatem. Et si dicitur, quod hic arguitur ab inferiori ad suum superius. videlicet rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem. ergo rarefactio terminatur ad quantitatem, & per consequens hæc consequentia est bona, & antecedens verum. ergo consequens est verum. Huic potest dici, quod antecedens de virtute sermonis est falsum, attamen intellectus Commen. est verus, & est, quod rarefactio terminatur ad maioritatem quantitatis. Vel potest dici, quod ista consequentia non valet, videlicet, rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem. ergo rarefactio terminatur ad quantitatem, sicut non sequitur, generatio terminatur ad compositum ex materia, & forma. ergo generatio terminatur ad materiam. Et cum dicitur, quod in ista consequentia arguitur ab inferiori ad superius. Dico, quod arguitur ab inferiori habente suppositionem simplicem ad superius, & talis consequentia non valet, sicut non sequitur, homo est species specialissima. igitur animal est spẽs specialissima, quia ille terminus hõ in antecedente hẽt suppositionem simplicẽ, sic est in proposito. quia secundum quod illa est vera. s. rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem, ille terminus maior quantitas supponit pro aggregato ex quantitate, & maioritate. Sed hic sunt duo dubia. Primum dubium est de eo, quod dicitur, videlicet, quod rarefactio terminatur ad maioritatem, vel ad extensionem maiorem. Hoc non videtur verum, quia maioritas est relatio, sed relatio non est per se terminus alicuius motus. Secundũ dubium est, ꝙ rarefactio, & condensatio sunt opposita. igitur habent terminos. ergo si rarefactio terminetur ad extensionem quantitatis, sequitur. quod condensatio terminatur ad intensionem quantitatis, sed hoc falsum, quia quãtitas non intenditur, cum non suscipit magis, & minus, vt patet ex lib prædicamentorum. Ad primum horum potest dici, quod rarefactio per se terminatur ad raritatem, quæ est quędã qualitas absoluta, & non terminatur ad maioritatem nisi per accidens. Vel potest dici, quod rarefactio non est motus per se, sed est motus per accidẽs ex hoc, quia necessario sequitur aliũ motum, vt motum in qualitatibus primis rarefactio enim per se sequitur ad motum calefactionis, & non est inconueniens, ꝙ motus per accidens terminetur ad relationẽ, vnde põt probabiliter dici, quod omnis alteratio per se est ad aliquam qualitatem tangibilem primam, quoniam sicut nulla quantitas per se agit, nisi quantitas prima tangibilis, ita nulla qualitas per se terminatur ad alterationem nisi qualitas prima tangibilis. Et patet ad formam argumenti cum dicitur, quod maioritas est relatio, & relatio non est per se terminus motus. Dicitur igitur, quod relatio non est motus per se, sed relatio bene potest esse terminus motus per accidens. Et ad secundum argumentum cum dicitur, quod rarefactio. & condensatio sunt motus oppositi. igitur habent terminos oppositos, concedo. Et cum dicitur, tunc si rarefactio sit ad extensionem quantitatis, condensatio erit ad intensionem quantitatis, concedo.

Margin notes: Primum exemplũ. — Rarum & densũ sũt contraria in quantitate, sed videtur dicere oppositum cõ. sequen. & 7. phy. — Qũo debeat intelligi dictũ Cõ. i locis pra dictis. — Obiectio. — Solutio. — Primum dubium. — Secundũ dubium. — Ad primũ — Ad scd̃m.

do: accipiendo intensionem, prout opponitur extensioni. Et A qn̄ dicitur ꝙ quantitas non intenditur: dico ꝙ intensio accipitur dupliciter. vno modo ſm ꝙ opponitur remissioni, & hæc intensio est secundū formam, siue formalis: & isto modo forma suscipiens magis, & minus recipit intensionem. Alio modo accipitur intensio, prout opponitur extensioni, & hæc est intensio materialis, quæ fit per comparationem materiæ. vnde si accipiamus duo corpora eiusdem rationis, & eiusdem quantitatis, & consimilis densitatis, vt duas feras eiusdem quantitatis, & eiusdem densitatis, & ponderositatis quæ sint a, & b, & condensetur vna sicut & alta intantum ꝙ occupent in duplo minus de loco quam prius: remaneat tñ b, sub eadem extensione qua prius: certum est tunc quòd a, post condensationem est tm̄ intensiue quantum est b, quòd est tanti ponderis, & tanti valoris. non tamen est tantum extensiue, quia non occupat tantum de loco quantum b, & sic patet quod intensio vno modo opponitur extensioni. Quando igitur dicitur in argumento quod quantitas non intenditur. Dico quod quantitas non intenditur intensione opposita remissioni: tamen quantitas bene intenditur intensione opposita extensioni.

Nam vt ex frigido calidum eadem, & ex calido frigidum fit, quia potentia erat ambo, sic & ex calido fit magis calidum, nulla prorsus ipsius parte B tunc emergente calida, quæ nō erat antea calida, cum calida minus erat.

Sicut enim ex frigido calidum, & ex calido frigidū, eadem, quæ erat potentia, sic ex calido magis calidum nullo facto in materia calido, quod non esset calidum, quando erat minus calidum.

Secūdum exemplū.

SEcundum exemplum, seu simile est illud. Sicut enim eadē materia est in potentia ad calidum, & frigidum, & ex calido fit frigidum, & econuerso. sine omni extrinseco adueniente: ita qn̄ ex denso fit rarum, vel econuerso non aduenit aliquid in actu præexistens, nec etiam aliquid recedit, qn̄ ex raro fit dēsum. & sic cum ex raro fit densum non exeunt aliquæ partes ex foraminibus, nec qn̄ ex denso fit rarum nō intrant aliquæ partes præexistentes in foraminibus ipsis. Sic ex magis calido, secundum expositionem Commen. phyl. remouet tale dubium, C dictum est, ꝙ possibile est minorem quantitatem fieri ex maiori, & econuerso, & calidum fieri ex frigido & econuerso, sed tñ illud non apparet verum quia pōt aliquis dicere, quòd calidum fieri ex frigido, vel caliditatem fieri ex frigiditate, & econuerso, non est, sicut quantitatem fieri maiorem ex minori, aut econuerso, quoniam impossibile est imaginari, quòd caliditas augmentetur ex frigiditate, cum sint contraria, sed possibile est magnum augeri ex partibus paruis additis. & licet magnū, & paruum sint opposita tamen possibile est alterum augmētari ex altero, sed non est sic de contrariis in qualitate. Et phyl. percipiēs hanc obiectionem posuit aliud exemplum, quod est magis simile dicens, quod ex minus calido fit maius calidum extrinsecum in actu præexistens, sed illud idem numero, quòd prius erat minus calidum fit magis calidum, & magis calidum, & minus calidum se habent adinuicē in qualitate, sicut magis, & minus se habent adinuicem in quantitate, & ideo sicut materia venit de caliditate determinata ad maiorem caliditatem D nullis partibus calidis. i. nullis corporibus in actu aduenientibus, ita materia transfertur de quantitate minori in maiorem nulla quantitate in actu adueniente. Notanda sunt hic tria secundum Commen. Primo notandū est illud, quòd dixit phyl. videlicet, quòd ex minori quantitate fit maior nullo extrinseco adueniente, manifestum est, quòd dolium fusum ex musto, quoniam mustum fit maioris quantitatis nullo extrinseco adueniente, manifestum est etiam in aere qn̄ rarefit ex calore, & condensatur ex frigore. hæc Commen. Secundo est notandum, quòd Cōm. remouet vnum dubium, quia posset aliquis dicere, caliditas crescit ex caliditate adueniēte intrinseca, oportet igitur, vt ibi sit aliquid de quantitate. Ad illud igitur dicit Commen. sic. dicamus, quod additio caloris agentis in calorē corporis non est secundum additionem partis in toto, & vniuersaliter partis in materiā, sed est secundum additionē actionis agentis in passionem patientis, vt quando calor agentis vigoratur crescit calor patientis, non secundum partium calidarum extrinsecarum additionem, quia ad patientem non trāsfertur aliqua pars ab agente. hec Commen. intendit dicere ꝙ calor non augmentatur per additionem partis ad partē, sed secundum ꝙ calefaciens dominatur super calefactibile. Cum.n. calefactibili fit calor intensior, non per additionem caloris alicuius extrinseci præexistentis, sed secundū ꝙ fuit in potentia patiētis reducitur ad actū. Tertio est notādum secundū Cōm. ꝙ differentia est inter transmutationem ad quantitatem, & transmutationem ad qualitatem, quoniam in transmutatione ad qualitatem vna qualitas fit ab alia effectiue, quia vna caliditas fit ab alia caliditate in actu, sed in transmutatione ad quantitatem vna quantitas non fit ab alia quantitate in actu secundum viam generationis. i. tanquam ab agente, cum quantitas non sit de potentiis actiuis, sed sequitur potentias actiuas, & operationes earum, s. calidi, & frigidi. Intendit igitur phyl. dicere ꝙ caliditas crescit ex alia caliditate secundum translationē sic. quòd aliqua caliditas extrinseca transfertur ad passum, ex cuius aduentu crescit caliditas patientis, & transfertur a debilitate in vigorem, & eodem modo est de translatione corporis de parua quantitate in magnam, aut econuerso.

Primum notan.

Secūdum notan.

Tertium notan.

Quemadmodum neque circumferentia circuli in minoris ambitum est redacta, siue sit eadem, siue sit alia · pars ipsius nulla facta est curua, quæ B non erat antea curua, sed recta. Non enim ex eo quippiam minus, aut magis est tale. quia id intermittitur quo minus, aut magis dicitur tale.

Sicut quando, nec maioris circuli circulatio, & conuexitas: si fiat minoris circulari eadem, cum sit: aut alia: in nullo alio factus est ambitus, quod non etiam ambitus: sed rectum. Non enim deficiendo minus, aut maius.

Tertium exeplum.

TErtium exemplū, vel simile est. s. ad probādum, quòd cū ex denso fit rarum nihil fit per exitum partium a foraminibus, nam cum ex raro fit densum fit per aduentum partium ad foramina, sed per hoc, quòd eadē materia numero est in potentia ad illa cōtraria quæ sunt rarum, & densum. Est igitur tale exemplum. sicut in curuatione alicuius circuli. s. cū arcus circuli incuruatur fit maior incuruatio in qualibet parte non ita, ꝙ aliquæ partes erant in eo, quæ postea incuruātur, qm̄ non fit incuruatio in aliquibus partibus, & non in aliis. C immo quælibet pars curui incuruatur, ita est in trāsmutatione corporis de magnitudine in paruitatem, siue de raritate in densitatem, vel econuerso. per aduentum partium foraminibus, vt fingunt dicentes vacuum esse, qm̄ si ita esset corpus, quod rarefit non rarefieret in qualibet parte, nec corpus, qđ cōdensatur cōdensaretur in qualibet parte, qđ est falsum, vt patet per exēplum iam positum, qm̄ sicut circulus cum incuruatur incuruatus in qualibet parte, & nihil extrinsecum aduenit, vel recedit. Similiter cum ex curuo fit rectum, ita cum ex raro fit densum, & ecōuerso. fit enim rarefactio in qualibet parte, & nulla pars aduenit de nouo, nec recedit. Vnde dicit Commen. quòd illud exemplum est rhetoricum, & tali exemplo vtitur phyl. in his locis propter difficultatem imaginandi, quoniam difficile est imaginari aliquid crescere sine quantitate extrinseca adueniente, aut diminui sine quantitate recedente.

D Neque fit, vt flammæ pars vlla sumatur in qua caliditas, albedoq; non sit.

Neque enim scintillæ accipere aliquam magnitudinem, in qua non, & caliditas, & albedo inest. Sic igitur, & prior calor posteriori.

Quartum eaēplum.

QVartum exemplum, vel simile est tale, sicut corpus calidum est calidum secundum omnes suas partes. v. g. scintilla est calida secundū oēs partes, & non secundum aliquam partem sic, & aliquam non: & etiam corpus est albū secundum omnes partes, vel ex frigido fit calidum, vel ex minus calido fit magis calidum corpus calefit in omni parte, & non in aliqua parte sic, & in alia non: ita est de raro, & denso. s. quod rarum est rarum in omni parte, & densum est densum in omni parte, & cum ex denso fit rarum, qualibet pars rarefit, & cum ex raro fit densum condensatur, si tamen rarefactio & condensatio fierent per recessum partiū a foraminibus, vel per aduentū partium ad foramina non fieret rarefactio, nec condensatio ſm omnes partes, sed solum ſm ipsa foramina.

Quare

Quare & ipsa moles sensibilis non ideo extendi- A tur, aut constringitur quia materies aliquid insuper accipit, aut abiicit, sed quia ipsa materies vtrũque subire potest. Quo fit, vt idem sit rarum, & densum, & vtriusque materies vna.

Quare & magnitudo paruitas sensibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur: sed quia potentiæ est materia vtriusque. Itaque idem est densum, & rarum, & vna materia ipsorum.

EX prædictis patet, quod magnitudo, & paruitas quæ inueniuntur in eodem corpore sensibili non fiunt per additionem, vel per remotionem partium materiæ: sed per hoc q eadem materia omnino est in potentia ad vtrunque, & codẽ modo est de raro, & denso cum corpus rarefit: fit maius, & cum condensatur, fit minus. ex raro igitur fit densum, & econuerso per hoc: quia eadem est materia vtriusque.

B Atqui densum quidem est graue: rarum autem leue.

Est autem densum quidem graue: rarum autem leue.

Expositio prima Cõmẽtatoris. Quintum exẽplum.

ILlud Commen. exponit dupliciter. vno modo, q per hoc probat propositũ per aliud exemplum, & est quintum exẽplum: q sicut eadem materia numero recipit summam grauitatem, & leuitatem: ita eadem materia numero successiue recipit raritatem, & densitatem, & illud exemplũ est conueniens, quia graue est densum, & leue rarum. Item simile est de graui, & leui, raro, & denso. Alius modus exponendi illud fm Cõm. est hic: quia phyl. intendit contradictionem eorum, ita q per illud ostenditur quòd isti contradicunt sibipsis: quoniam si rarefactio fieret per aduentum partium extrinsecarum, vt ipsi dicunt, & condensatio per recessum partium: tunc rarũ esset grauius, quia in eo sunt plures partes, & densum esset leuius, quia in eo sunt pauciores partes, sed hoc est falsum, & contra eos, quia densum est graue, & rarum leue secundum istos.

Secunda expositio Cõmẽ.

C Amplius sicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud concauum: sed quod erat inuexum, sic & ignis. Quia si aliquis accipiat omne calidum est. Sic & omne conductione, & distẽtione eiusdem materiæ.

Tex. c. 85.

Amplius: sicut circuli circulatio conducta in minus non aliud accipit concauum: sed quod erat conductũ est. Sic & ignis quod cum aliquis accipiat omne esse calidũ. Sic & omne conductione, & distensione eiusdẽ materiæ.

CVm phyl adduxit exempla ad probandum, quòd ex raro non fit densum, nec econuerso per additionem, vel ablationem alicuius partis materiæ. Reuertitur ad declarandum idem per quædam exempla prius posita dicens. Quod autem ita sit, s. quod rarefactio non fiat per aduentum partium extrinsecarum, nec cõdensatio per exitum partium, vt patet per exẽplum. nam sicut arcus circuli quandoq; recipit maiorem curuatem, vel incuruationem, & quandoq; minorem absq; eo, quòd in eo sit aliquid, quod ante non fuit, & additio in curuatione in eo nõ est in aliqua parte sic, & in aliqua non: fm quãcunque partem acceperis: inuenies incuruationem additam in eo: sicut quando ignis fuit magis calidus non fit vna pars magis calida, & alia non: sed quælibet pars fit magis calida nullo extrinseco alio adueniente: sicut est de raro, & denso: quod D quando ex raro fit densum, vel econuerso. non fit aliqua pars rara, & aliqua non: sed quælibet pars fit rara, nullo extrinseco in actu adueniente, & sic patet, quod rarefactio non fit per aduentum partium extrinsecarum, nec econuerso. immo circa eandem materiam omnino habet fieri raritas, & densitas. Et dicit hic Commen. quòd ex hoc est manifestus antiquorum defectus, quia non potuerunt ponere rarefactionem, & condensationem per exitum partiũ a foraminibus, vel per ingressum corporum in foramina, & hoc ideo, quia tunc non quælibet pars rari fieret rara in rarefactione, nec quælibet pars densi fieret densa in condensatione, sed tantum foramina fierent densa, vel rara illa vero, quæ essent inter foramina, non se haberẽt nunc aliter quam prius, & sic non esset idem in potentia rarũ, & densum, quod est falsum, quia sicut in generatione manet eadem materia numero, ita in condensatione, & rarefactione, generatio, & corruptio apud nos, quas antiqui vocabant aggregationem, & segregationem, sunt eiusdem materiæ, & non fiunt secundum aggregationem, & segregationem partium.

Duo namq; comitantur vtrunque: graue enim & durum densa esse videntur, leue vero, ac molle rara. Verum in plumbo, ac ferro: graue, durumq; discrepant.

Duo enim sunt ab vtroq; denso, & raro. Graue enim & durum densa videntur esse, & contraria rara, leueq; & molle. Dissonat autem graue, & durum in plumbo, & ferro.

Quid sequatur ad rarum, & dẽsum, & primum

HÆc est tertia particula secundæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua phyl ostendit propositum suum per effectum rari, & densi sic, quod ad rarũ, & ad densum sequuntur quatuor contraria. Quorum primum est, quòd eadẽ est materia omnino qñ ex vno fit densum, vel ecõuerso, & manebit eadem materia numero omnino, sic q nulla pars materiæ de nouo aduenit. consequẽtia patet de se, quia quicquid sequitur ad antecedens, sequitur ad consequẽs. ergo si rarum, & densum sequitur identitas materiæ, sequitur, quod ad rarum, & densum sequitur identitas materiæ. antecedens patet. nam sequuntur ista duo graue, & durum, & horũ contraria, vt leue, & molle sequitur si sit rarum, ita tamen, q si sit densum sit grauius, & durius, & si sit rarum, sit leuius, & mollius: sed quamuis graue, & durum sequitur densum, tamen graue, & durum non sequuntur se vniuersaliter: sed solum in corporibus eiusdem speciei specialissimę, in corporibus vero diuersis secundum speciem non sequuntur se vniuersaliter, quoniam plumbum est grauius ferro: sed tamen non est durius: sed potius econuerso, quia ferrum est durius plumbo.

Plumbum est grauius ferro.

Ex his igitur quę dicta sunt patet, neq; separatum, aut simpliciter, aut in raro, neq; potentia vacuum esse, nisi quispiam voluerit omnino vacuum id appellare, quod est causa lationis. Hoc autẽ pacto grauis ipsius leuisq; materies, vt est talis: vacuum erit. Rarum enim ac densum, ac quidem contrarietate lationis sunt effectiua. Ratione vero duri mollisve causa sunt facilis difficilisve passionis. & non lationis: sed potius alterationis. Sed de vacuo quidem quo pacto est, & quo pacto non est in ratione rerum hoc sit modo determinatum.

Tex. c. 86

Ex dictis igitur manifestum est, quod nec discretum est vacuum, nec simpliciter, nec in raro, nec potentia, nisi aliquis velit penitus vocare vacuum causam illius, quod fertur. Sic autem, quæ grauis est, aut leuis materia, quæ huius erit vacuum. Densum enim & rarum secundum hanc contrarietatem motus actiua sunt. Secundum autem durum, & molle passionis, & non passionis receptiua, & non loco mutationis, sed alterationis magis, & de vacuo quidem quomodo est, & quomodo non est determinatum sit hoc modo.

Epilogatio.

CVm igitur phyl. declarauit de vacuo epilogat determinata dicens, q ex dictis manifestum est, q vacuum non est aliquid distinctum, vel separatum a corporibus manẽs immobile extra corpora receptiuum corporum, nec est vacuum aliquid existens in raro. s. imbibitum corporibus raris separabile ab eis, sicut antiqui imaginabantur vacuum esse quædam foramina existentia in raro mota ad motum ipsius, est enim vacuum aliquid in potentia, nisi aliquis velit vocare vacuum ipsam materiam quę est causa translationis illius, quod fertur,

& sic

& sic accipiendo vacuum, vacuum est materia grauis, & leuis. Et quòd materia sit causa translationis patet, quia materia est causa densitatis, & raritatis, vt patet ex dictis superius, & corpora non recipiunt translationem in eis, nisi secundum raritatem, & densitatem: densitas, & raritas recipiunt motum translationis, s. motum corporum translatorum in alia: & cum ita sit materia est causa, quod corpora recipiunt translationem per hoc quod concipiuntur ex raritate, & densitate, sed non est ita de duro, & molli, quia durities, & mollities non sunt causa huius translationis, sicut rarum, & densum, sed sunt causae facilitatis, & difficultatis translationis, quia corpus, in quo est translatio, fuerit molle, translatio erit facilis in eo, sicut in aere, & cum fuerit durum, erit difficilis, seu impossibilis translationis, sicut in terra, sed quamuis durum, & molle non sint causae translationis in loco, sicut graue, & leue, sunt tamen causae translationis propriae. Et intelligit phyl. per hoc, vt mihi videtur, quod molle sit causa passionis, & durum sit causa actionis, quia molle est passiuum, & durum est actiuum, & vt mihi videtur loquitur de raritate, & densitate duritie, & mollitie ipsius medii, & non ipsius mobilis, sed quamuis raritas, & densitas, & similiter durities, & mollities illius medii aliquid faciant ad motum localem ipsum promouendo, vel impediendo: tamen grauitas, & leuitas illius medii, nec promouent, nec impediunt, sicut grauitas, & leuitas ipsorum motuum sunt causae actiuae ipsorum motuum superius, & inferius.

Consimile 18. phy. c. 82. idem sup. i hoc lib. c. 68.

Primo dicit phyl.

De vacuo quidem igitur quid est, & quo est, & quo non est determinatum sit hoc modo, & sic in illa recapitulatione dicit phyl. primo, quod ex dictis patet, quod nec est vacuum separatum a corporibus, nec etiam est imbibitum corporibus.

Secundū.

Secundò dicit phyl. quod vacuum non est aliquid in potentia, nisi aliquis velit vocare vacuum ipsam materiam, quae est causa translationis eius, quod fertur, & sic accipiendo vacuum, vacuum est materia grauis, & leuis.

Tertium.

Tertio dicit phyl. quòd etiam materia est causa motus, & dicit, quòd materia est causa raritatis, & densitatis, & densitas, & raritas sunt causa grauitatis & leuitatis duri, & mollis, & sic grauitas, & leuitas sunt causae actiuae motus localis.

Quartū.

Quarto dicit phyl. quòd durum, & molle sunt causa passionis, i. facilis receptionis motus localis, & non passionis, i. difficilis, vel impassibilis receptionis motus localis, non etiam durum, & molle sunt causae alterationis, & sic durum, & molle sunt causa passionis, & alterationis. Vnde circa istam partem quaero duo.

Primum dubium.

Primo an ex raro possit fieri densum, & econuerso.

Secūdum

Secundo quaero an rarefactio, & condensatio sint motus ad quantitatem.

Prima ratio primi dubij.

Ad primum dubium arguo, & probo, quod ex raro non potest fieri densum. Secundo, quòd ex denso non potest fieri rarum. Primum probo dupliciter. & primo sic. impossibile est, quòd partes alicuius continui fiant propinquiores, quam sint, sed in denso partes sunt propinquiores, quam in raro. ergo impossibile est, quòd ex raro fiat densum. maior patet de se, quia densum est, cuius partes propinqua iacent, probo tamen minorem sic. partes continui quantumcunque sint continuatae sunt indiuisibile, sed impossibile est aliqua magis approximari quam quod inter nihil sit medium nisi indiuisibile. ergo impossibile est partes alicuius continui propinquius iacere, quam iaceant, & sic partes rari non possunt fieri propinquiores quam sint, & per consequens, ex raro non potest fieri densum.

Secunda ratio.

Item si ex raro posset fieri densum, sequitur, quod ex vno pugillo aeris possunt fieri triginta ignis, quod est impossibile, quia ex vno pugillo aeris non possunt fieri, nisi decem pugilli ignis, & probo quod illud sequatur, quia tres pugilli aeris possunt condensari vsque ad quantitatem vnius pugilli. ergo ex tribus pugillis aeris possunt fieri triginta pugilli ignis, & sic etiam sequitur, quod ex vno pugillo ignis potest fieri vnus pugillus, vel duo aeris, quia possibile est, quod decem, vel duodecim pugilli condensentur vsque ad quantitatem vnius, & ex illo vno pugillo fieri duo pugilli aeris, quod tamen omnes negant. deinde probo, quod ex denso non potest fieri rarum, quia si ex denso fieret rarum, tunc motus localis esset in instanti, quod est impossibile. probo, quod hoc sequatur, quia in termino rarefactionis rarefactum plus occupat de loco, quam prius occupabat. igitur in instanti illo, in quo rarefactio est primo terminata, rarefactum est in maiori loco, quam vnquam prius fuit, sed occupatio loci maioris arguit simul recessum corporis circundantis, cum igitur maior locus acquiratur in instanti, sequitur, quòd recessus circunstantis est motus in instanti.

Prima rō pro secūdo mēbro.

Item, si ex denso potest fieri rarum, tunc esset possibile, quòd aliquod corpus rarefieret circulariter, ita quod quaelibet pars eius magis quam immediata ad centrum magis distat a centro, quam prius, & tunc accipio totum rarefactum, i. primum, & adaequatum subiectum illius rarefactionis, & sit a illud totum, & primum subiectum rarefactionis, ex quo igitur a, secundum se totum rarefit, oportet, quod occupet maiorem circulum, quam prius occupabat: ergo per suum motum fiet, quod aliquid extra ipsum occupat maiorem circulum, quam prius, & per consequens aliquid extra ipsum est rarefactum, & per consequens a, non est totum, & adaequatum subiectum totius rarefactionis, ex quo a, extra ipsum rarefit. hoc est sic arguere. si rarefacere est possibile, tunc esset dare primum, & adaequatum subiectum rarefactionis, sed consequens est falsum, vt isti probant. igitur, & antecedens est falsum.

Secunda ratio.

Item si ex denso potest fieri rarum, tunc esset possibile, quod aliquod corpus rarefieret vniformiter, & circulariter, & per consequens quaelibet duo puncta illius corporis aequaliter distarent a centro, & per consequens inter quaelibet duo puncta esset aequalis distantia, & per consequens nulla pars eius esset rarefacta, sed hoc est impossibile. igitur impossibile est quòd ex denso fiat rarum.

Tertia ratio.

Item si ex denso posset fieri rarum, sequitur quod aliquod corpus simul secundum se totum rarefieret, & condensaretur, & sic simul moueretur duobus motibus contrariis, quod est impossibile, & probo, quòd hoc sequatur, quoniam possibile est, quod aliquod corpus rarefiat secundum longitudinem, sic quod quaelibet pars fiat longior, quam prius, & possibile est, quod idem corpus condensetur secundum latitudinem, ita quod quaelibet eius pars fiat minoris latitudinis. igitur si rarefactio sit possibilis aliquod corpus secundum se totum posset simul rarefieri, & condensari, quod videtur impossibile. In oppositum est phylosophus.

Prima ratio secundi dubij.

Ad secundum vero dubium arguo, & probo, quod rarefactio sit motus ad quantitatem, & hoc sic, quantitas est per se occupatiua loci, omnibus aliis circumscriptis, vt patet in hoc tractatu per phylosophum, & etiam per Commen. primo de gene. capitolo de tactu. igitur maior quantitas requirit maiorem locum, & minor minorem, cum igitur corpus rarefactum occupet maiorem locum quam prius occupabat ante rarefactionem, sequitur quod rarefactum habet maiorem quantitatem quam prius habuit, & sic rarefactio est motus ad nouam quantitatem.

Secunda.

Item rarefactio, vel est motus ad quantitatem, vel ad qualitatem, sed non est motus ad qualitatem. igitur est motus ad quantitatem. probatio minoris patet per phylosophum in praedicamentis. vbi dicitur, quod rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium, & per consequens non sunt qualitates, & per consequens rarefactio non est motus ad qualitatem. In oppositum videtur Commen. 7. huius, dicens quod raritas, & densitas sunt qualitates consequentes calidum, & frigidum. cum igitur rarefactio sit ad raritatem, sequitur quod rarefactio sit motus ad qualitatem, & non ad quantitatem. Ad primum igitur dicendum quod rarefactio, & condensatio sunt possibiles, ad quod probandum suppono duo.

Primum suppositū.

Primò, quod eadem est materia contrariorum quae. s. successiue suscipit contraria.

Secundū.

Secundo suppono, quod illa quorum est vna materia sunt transmutabilia adinuicem, sic quod vnum est in potentia ad alterum, & econuerso. Ex hoc igitur arguo sic. Illa quae communicant in materia sunt transmutabilia adinuicem, sed rarum, & densum communicant in materia, cum sint contraria. igitur rarum, & densum sunt transmutabilia adinuicem. ergo ex raro potest fieri densum, & econuerso, & per consequens rarefactio, & condensatio sunt possibiles. illud est sufficienter declaratum in textu.

Ad primā rationem primi dubij.

Ad rationes in contrarium. ad primam quando dicitur quod impossibile est partes alicuius continui fieri propinquiores, quam sunt. Dico quod partes continui sunt duplices. s. quaedam mediatae, & quaedam immediatae. Dico igitur quod partes immediatae in continuo non possunt iacere propinquius quam iacent, nec possunt fieri propinquiores quam sunt, & hoc probat illa ratio, sed partes mediatae possunt fieri propinquiores quam sunt. Vnde si ex raro fiat densum, omnes partes mediatae propinquius iacent in denso, quam prius in raro, partes tamen immediatae non iacent propinquius in denso, quam in raro.

Ad secundam rationem.

Ad aliam quando dicitur, quod tunc ex vno pugillo aeris possunt fieri duodecim ignis. Dico quod per vnum pugillum aeris si intelligimus aerem sub certa extensione, ita quod si idem aer fieret sub minori extensione non esset pugillus, & tunc esset dicendum, quod non est inconueniens, quod ex vno pugillo aeris passo, & condensato vltra primam dispositionem fierent triginta ignis. Nec etiam est inconueniens quod ex vno pugillo ignis rarefacti [illegible] per actionem agentis fiant duo pugilli aeris, vel vnus. sed quod ex raro pugillo aeris derelicto propter naturam fiant triginta ignis, vel quod ex vno pugillo ignis derelicto propter naturam fiant duo pugilli aeris, vel ignis. est impossibile. Sed si per pugillum aeris intelligimus aerem, vel ignem in certa proportione materiae, sic dico, quod ex vno pugillo aeris fiunt decem ignis & non plures, & si tres pugilli aeris condensentur sic, quod non occupent plus

de loco

de loco quam vnus pugillus, tunc dico, quod compositum ex illis tribus pugillis non est vnus pugillus, immo continet tres pugillos aeris, ex quibus bene possunt fieri triginta pugilli ignis, sed si condensentur vsque ad quantitatem vnius pugilli, & tunc illi pugilli sic condensati non constituunt vnum pugillum, sed multo magis. Ad rationes vero probantes, quod ex denso non potest fieri rarum, quando primo dicitur, quod si sic motus localis esset in instanti. Dico quod non sequitur.

Ad primã rationem secũdi mẽbri.

Et ad probationem concedo, quod in termino rarefactionis rarefactum plus occupat de loco, quam prius occupabat, & concedo, quod acquisitio maioris loci est sine motu locali. Vnde dum iste locus maior fuit in acquiri, tunc fuit motus localiter, & in primo instanti, in quo ille maior locus est acquisitus terminatur ille motus localis. Vnde illa acquisitio maioris loci est in tempore, & est simul cum motu locali, sed acquisitum esse loci maioris est in instanti, & tunc non est motus localis.

Obiectio.

Et si dicitur, quod ille maior locus acquisitus in termino rarefactionis excedit omnem locum præcedentem in quo præfuit illud corpus rarefactum. ergo in aliquo diuisibili excedit omnem locum præcedentem, & illud diuisibile fuit simul acquisitum, quia si successiue acquiratur, tunc ille maior locus non excederet omnem locum præcedentem, per tantum igitur illud indiuisibile per quod excedit omnem locum præcedentem, fuit totum simul acquisitum in vno instanti, & non fuit acquisitum nisi per motum. ergo fuit in instanti.

Solutio.

Dicendum, quod ille maior locus acquisitus in termino rarefactionis excedit omnem locum præcedentem, sed non est verum, quod in aliquo excedit omnem locum præcedentem, immo in vno excedit omnem locum præcedentem, & in alio excedit alium locum, & ideo non est concedendum, quod in aliquo, siue per aliud excedit omnem locum præcedentem. Ista tamen est concedenda, quod ille maior locus excedit omnem locum præcedentem in aliquo, vel per aliquod: sed ex hoc non sequitur, quod in aliquo, siue per aliquid excedat omnem locum præcedentem, quia ibi est fallacia figuræ dictionis, quia proceditur a termino supponente confuse respectu alicuius multitudinis ad eundem terminum supponentem determinate respectu eiusdem multitudinis, & sic mutatur quale quid in hoc aliquid.

Ad secundam rationem.

Ad secundam rationem quando dicitur, quod si rarefactio esset possibilis, tunc esset possibile, quod aliquod corpus rarefieret circulariter sic, quod quælibet pars non terminata ad centrum magis distaret, quam prius concedatur. Et quando dicitur, quod totum subiectum, & adæquatum totius rarefactionis occuparet maiorem circulum, quam prius occupabat. Dico, quod illud non sequitur. nec est verum: quoniam si aliquod corpus rarefiat circulariter: ita quod totũ, & adæquatum subiectum illius rarefactionis sit circumferentia illius corporis circulariter rarefacti, stabit sic mobilis, quod non maiorabitur, quælibet tamen pars terminata circa illam circumferentiam occupabit maiorem locum, quam prius, & continebitur infra maiorem circulum, quàm prius, tamen totum rarefactum non occupabit maiorem circulum, quàm prius, nec continebitur infra maiorem circulum, quam est circulus infra quem prius continebatur. Vnde necesse est, quod aliquod corpus rarefiat versus aliquam partem, ita quod sit dare terminum, vltra quẽ non fit rarefactio, sed in qualibet parte circa illum terminum fit rarefactio: aliter vno rarefacto moto mouebuntur omnia. Et quando dicitur, quod si aliquod corpus rarefiat circulariter, oportet, quod occupet maiorem circulum, quam prius. Dico, quod si rarefieret secundum omnem dimensionem, & non condensaretur secundum aliquam dimensionem, tunc oporteret, quòd contineretur in maiori circulo, quam est circulus, in quo prius continebatur, sed non est sic in proposito, quia si accipiamus corpus rarefactum circulariter, vsque ad aliquam circumferentiam, ita quod quilibet circulus contentus infra ipsum circulum sit propinquior illi circulo, quam prius erat, & remotior a centro, quam prius. ille circulus, ad quem fit rarefactio omnino manet immobilis, & tunc dico, quod illud corpus totum contentum infra illum circulum rarefit, & multæ partes condensantur, quoniam quælibet pars replens circulum contentum infra ipsum circulum immobilem rarefit secundũ longitudinem vocando longitudinem lineã circularem continẽtem illud corpus, quia omne corpus replens circulum contentum infra circulum immobilem fit continue, & ante rarefactionem in maiori circulo, quam prius, & partes contentæ infra circulum minorem, & circulum maiorem immobilem condensantur secundum profunditatem, vocando profunditatem dimensionem inter circulum maiorem, & minorem mensuratum per lineam rectam protensam a circunferentia immobili versus centrum. Sed quod continetur infra circulum maiorem, & minorem condensatur secundum profunditatem partis, quia continue fit minoris, & minoris profunditatis, ut patet manifeste. quoniam ex quo circulus minor, & etiam corpus contentum infra circulum minorem fit continue propinquius circulo maiori quiescenti quam prius erat: oportet, quod corpus contentum inter illa sit continue minoris spissitudinis quam prius, vocando spissitudinẽ dimensionem mensuratam secundum lineam rectam protractam de circulo maiori ad circulum minorem. Ad formam igitur argumenti dico, quod contingit dare aliquod corpus circulariter rarefactum, quod quidem corpus esset subiectum totius rarefactionis: & illud corpus rarefit vsque ad aliquam circumferentiam immobilem, & quælibet pars nunc terminata ad illam circumferentiam rarefit versus illam circumferentiam quiescentem non occupans maiorem locum, quam tempus. Et cum dicitur, quod rarefactio est ad maiorem quantitatem, & per consequens ad maiorem locum.

Prima replica.

Dico, quod rarefactio in cuius subiecto non fit condensatio in aliqua parte secundum aliquam dimensionem, necessario est ad maiorem quantitatem, & per consequens ad maiorem locum. si tamen corpus rarefit secundum unam dimensionem, & condensetur secundum aliam dimensionem, non oportet, quod illud corpus fiat in maiori loco quam prius erat.

Secunda replica.

Et si dicatur, quod corpus rarefactum secundum illam dimensionem secundum, quam rarefit occupabit maiorem locum, sed illud corpus contentum infra eundem circulum quiescentem secundum nullam dimensionem fit in maiori loco, quam prius. ergo non rarefit, igitur.

Tertia replica.

Item accipiamus aliquod corpus, & rarefiat circulariter rarefactione pura non coniuncta condensationi in aliqua parte, hoc enim videtur possibile, & tunc procedit argumentum, scilicet, quod rarefacto aliquo corpore circulariter, tunc rarefiunt, & mouentur omnia.

Ad primã repl.

Ad primum illorum dicendum, quod illud quod rarefit secundum aliquam dimensionem & in nulla parte condensatur, fit in maiori loco secundum illam dimensionem, si tamen condensetur in aliqua parte non oportet.

Ad secundam.

Ad secundum dico, quod non est possibile, quod aliquod corpus rarefiat circulariter rarefactione pura, sic quòd secundum nullam dimensionem condensetur in aliqua parte, vt iam visum est.

Ad tertiã.

Ad tertium, quando dicitur, quòd si rarefactio esset possibilis, tunc esset possibile, quòd aliquod corpus rarefieret vniformiter, & circulariter. Dico, quod intelligendo per rarefactionem, rarefactionem, in qua inter quælibet duo pũcta semper manet æqualis distantia. Dico, quod talis rarefactio vniformis est impossibilis, & includens contradictionem, quia si omnia puncta distant æqualiter, sicut prius non esset rarefactio.

Ad tertiã rationem principalem.

Ad aliud, quando dicitur, quòd si ex denso posset fieri rarum, tunc aliquod corpus secundum se totum posset simul rarefieri, & cõdensari, dico, quòd bene est possibile, quòd aliquod corpus secundum se totum rarefiat, & condensetur secundum diuersas dimensiones, quoniam possibile est, quod aliquod corpus rarefiat secundum se totum secundum longitudinem, & quod idem corpus secundum se totum condensetur secundum latitudinem, vt patet, quoniam si aliquis aer inclusus vndique inter duo corpora solida calefiat, & illa corpora solida fiunt continue propinquiora quam prius erant secundum se tota. condensatur secundum latitudinem, & rarefit secundum longitudinem, vt si vna corrigia, vel chirotheca trahitur in longum manifestum est, quod rarefit secundum longitudinem, & condensatur, & restringitur secundum latitudinem. Et quando dicitur, quod idem corpus simul moueretur motibus contrariis. Dico, quod isti motus, scilicet, rarefieri secundum vnam dimensionem, & condensari secundum aliam dimensionem non sunt contrarij.

Ad secundum dub.

Ad secundum dubium dico, quod rarefactio non est motus ad quidditatem, cuius ratio potest assignari duplex. Prima, quia quantitas est inseparabilis a materia, ita quod manente eadem omnino materia, manet eadem quantitas, & econuerso, vt patet per Commenta. in de substantia orbis, sed in rarefactione non aduenit aliqua noua materia, vt patet per phy. quia tunc non esset eadem materia contrariorum, ergo in rarefactione non aduenit noua quantitas, & per consequens rarefactio non est motus ad quantitatem. Hoc potest sic argui. si rarefactio esset motus ad quantitatem, aut igitur est ad quantitatem, quam rarefactibile habet actu, aut ad quantitatem, quam non habet, non ad quantitatem, quam habet, quia nihil mouetur ad illud, quod habet, nec ad quantitatem, quam non habet, quia noua quantitas nõ acquiritur, nisi in acquisitione nouæ materiæ, sed in rarefactione non acquiritur noua materia, vt patet per phy. Alia ratio potest assignari talis, quælibet pars rari est rara, & quælibet pars rarefacti rarefit. ergo si rarefactio esset ad nouam quanti-

tatem,

tiam, oportet, ꝙ quælibet pars rarefacti acquirat nouã quantitatem: igitur oportet, ꝙ tota quantitas præcedens corrumpatur, & sic sequitur, ꝙ duæ quantitates essent simul, quorum vtrumq; est impossibile, & ideo dico, ꝙ rarefactio non est motus ad quantitatem. Ad primam igitur rationẽ in contrariũ, quã dicitur, ꝙ quantitas est per se occupatiua loci. Dico, ꝙ verum est: tamen quantitas non determinat sibi certum locum, immo eadem quantitas numero potest nunc occupare minorem locum, & iam maiorem. Et cum dicitur, ꝙ rarefactum occupat maiorem locum, quam prius, ergo habet maiorẽ quantitatem. concedo: sed ex hoc non sequitur, ꝙ habeat aliam quantitatem quam prius, sicut non sequitur. iste homo est maior quam prius fuit. ergo est alius, quam prius fuit, quia sic idem homo potest esse maior, quam prius extensiue. Ad aliam rationem, quã dicitur, ꝙ rarefactio, vel est motus ad quãtitatem, &c. Dico, ꝙ rarefactio est motus ad quantitatem, quia raritas, & densitas sunt qualitates ẽm Commen. 7. huius. Et quã phyl. dicit in prædicamentis, ꝙ rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium. Dico, ꝙ phyl. ibi non determinat, ꝙ raritas, & densitas sint positiones, sed hoc sub dubio derelinquens dicit, ꝙ rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium. Vel potest dici, ꝙ raritas, & densitas sunt æquiuoca, quia vno modo significant dispositionem partium in toto in comparatione ad locum, & sic sunt positiones. Alio modo significant qualitates sensibiles causatas ex tali dispositione partium. quoniam rarum, & dẽsum vno modo sunt qualitates tangibiles resultantes ex diuersa dispositione partium in toto in comparatione ad locum. nam rarum imitatur tactum cedendo tactui, & densum resistendo.

Ad primã rationẽ secundi dub.

Ad secundam.

DE TEMPORE SI EST, ET QVID EST, & quomodo est; libri quarti. Tractatus tertius.

Post hæc autem consequens est de tempore tractare. Atque primo quidem dubitandum est de ipso, & per rationes exteras, si sit in ratione rerũ, necne. Deinde contemplandum est: quænam sit ipsius tandem natura.

Tex. c. 87. *Consequens autem dictis est aggredi de tempore, primum autem bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rationes, vtrum eorum, quæ sunt est, aut non entium, postea quæ natura ipsius.*

ISTE est tertius Tractatus huius libri, in quo phyl. perscrutatur de tempore si est, & quid est, & quomodo est, & continet octo capitula. in quorum quatuor primis determinatur de tempore in se, & absolute, & in aliis quatuor determinatur de tempore in comparatione ad alia. In primo igitur cap. inquiritur an tempus sit. In 2. ibi. [De his quidem] inquiritur, & declaratur quid sit tẽpus. In 3. vero ibi. [Motus semper.] Soluit dubitationem de esse temporis, & instãtis. In 4. ibi [Quod quidem igitur tempus.] Determinat de proprietatibus temporis reducendo ex diffinitione iam assignata rationes eorum, quæ dicitur de tempore. In 5. ibi. [Quoniam autem metrum] Incipit determinare de tẽpore in comparatione ad alia, & primo determinat de tempore in comparatione ad ea, quæ sunt in tempore tanquam mensura, & hoc facit in quinto cap. In 6. ibi. [Ipsum autẽ nunc.] Determinatur de tempore in cõparatione ad ea, quæ sunt intrinseca tempori tanquã partes, & passiones, vel continuatiua partium temporis. In 7. ibi. [Mutatio autem omnis.] Determinatur de tempore in comparatione ad illa, quorum tempus est causa. In 8. ibi. [Dignum autem considerare.] Determinatur de tempore in comparatione ad ea quibus tẽpus causatur, & soluuntur quædam dubitationes circa tempus. Capitulum primum partim narratiuum, & partim inquisitiuum, & continet tres partes principales: quã in prima phyl. proœmialiter narrat intentionem suam, & ordinẽ intẽtionis. In 2. vero ibi. [Quod quidem igitur omnino.] Inquirit phyl. vtrum tempus sit, vel non. In 3. autem ibi. [Amplius aũt ipsum nunc.] Mouet phyl. vnam quæstionem de instanti inquirendo, vtrum sit idem instans in toto tempore, vel aliud, & aliud. In prima igitur parte principali huius cap. phyl. narrat intentionem suam dicens, ꝙ consequens dictis de vacuo, & loco aggredi est de tempore, & hæc est intentio in hoc Tractatu s. determinare de tempore, & primo determinare de tẽpore disputatiue, & per rationes extraneas inquirendo de tempore, vtrum tempus sit de numero entium, vel de numero non entium, hoc est vtrum tempus sit, vel non, & postea est inquirendum quid sit ipsum tempus, & quæ sit natura eius, & sic patet quòd intentio in hoc Tractatu est determinare de tempore, & ordo intentionis est primo inquirere an tempus sit. Secundo vero quid sit tempus. Vnde notandum est secundum Commen. hic, quòd per rationes extraneas intelligit phyl. sermones Logicos: sermones enim Logicos vocat extraneos, & phylosophiã, quæ cõponitur ex dictis istis vocat phylosophiã extraneam: dicit enim Com. ꝙ ẽm Logicam est perscrutandum, an tempus sit, quia ẽm hanc perscrutationẽ inueniuntur plures sermones qui destruunt tẽpus esse.

Vide etiã c. 70. primi cæli.

Ex his itaque tempus non esse penitus, aut vix esse, exigue quispiam suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit, atque non est: aliud est futurum, & nondum est. Ex hisce autem constat, & infinitum, & quòd semper accipitur tempus. At hoc in ratione rerum esse, quod ex hisce, quæ non sunt constat: impossibile esse videtur.

Tex. c. 88. *Quod quidem igitur omnino non sit, aut vix, aut obscure: ex his aliquis vtique concipiet. Hoc quidem enim ipsius factum est, & non est. Illud vero futurum, & nondum est. Ex his autem & infinitum, & semper acceptum tempus compositum. Ex his autem, quæ non sunt compositum impossibile esse videtur participare aliquando substantiam.*

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua phyl. inquirit vtrum tẽpus sit, vel non, & cõtinet duas particulas ẽm numerum duarum rationum, per quas probat tempus nõ esse. Secunda ibi. [Adhuc omnes diuisibiles.] In prima igitur particula huius partis phyl. ponit primo intentionem suam. Secundo vero format rationes. Dicit igitur primo. Quod quidem igitur tempus omnino nõ sit, aut si sit vix potest percipi, & obscure aliquis vtique concipiet ex his rationibus: & translatio, quam Cõm. exponit habet sic. Aut si fuerit est difficile, & occultum. Vnde dicit Com. ꝙ phyl. dicit hoc, quã ex sermonibus Logicis non præcisè iudicatur aliquid esse, vel nõ esse, sed ẽm existimationem intrinsecam. Hic Com. per sermones Logicos intelligit sermones dialecticos, ex quibus nõ generatur scientia certa: sed opinio, & hoc intelligit Com. per hæc verba. Deinde ponit phyl. primam rationem probantem tempus nõ esse, quæ talis est. Omne compositum ex his, quæ non sunt impossibile est esse: sed tempus est compositum ex his, quæ non sunt. ergo impossibile est tempus esse. huius rationis phyl. primo ponit probationem minoris dicẽs, ꝙ hoc quidem ipsius s. præteritum est factum, & iam desinit: illud autem est futurũ, hoc est alia pars temporis est futura, & nondum est, ex his duobus compositum totum tempus infinitum, & quodlibet tẽpus acceptum. s. ex præterito, & futuro, & patet minor. s. quòd tempus est compositum ex his, quæ non sunt, quia est compositũ ex præterito, & futuro, quæ non sunt. maior vero ponitur ibi. Ex his quæ non sunt. Vnde dicit phyl. quòd cõpositum ex his, quæ non sunt impossibile est esse, aut aliquando percipere substantiam. Notandum est hic, quòd ista est ratio dialectica, quia procedit ex probabilibus non veris vniuersaliter. Vnde illa maior, videlicet. Omne compositum ex his, quæ non sunt, est ex probabilibus, & non veris, & hæc est intentio Com. hic dicentis, quod motus componitur ex non entibus, & tamen motus est: quia comprehenditur sensu, & nihil sentitur: nisi illud quòd est. Vnde notanda sunt hic duo ẽm Cõm. Primò, ꝙ illa ratio est dialectica quia maior est probabilis, & non est vniuersaliter vera, quã instantia est in motu, qui componitur ex non entibus, & tamen est, cum comprehendatur a sensu exteriori. Est enim motus sensibile commune, vt patet ex secũdo de anima. Secundò est notandum secundum Cõmen. quòd motus, & tempus, & talia successiua non habent esse completum nisi per animam, quia partes eorum non habent esse in actu, nisi in consideratione. vnde dicit Commen. sic. & deceptio in hoc sermone est: quã ita est de motu. Motus. n. comprehenditur sensu, & nulla eius pars est in actu, sed quælibet pars demonstrata recessit: & sic est compositus ex hoc, quod iam deficit, & ex hoc ꝙ nondum est. hæc Com. & illud est primũ notabile. Deinde ponit Commen. aliud notabile dicens, ꝙ talia nondum habent esse completum, sed esse eorum componitur ex actione animæ

Prima ratio.

Primum notan. Tex. c. 64. Secũdum notan. Cõsimile de motu habet in. 8. c. 104. & cõ. 109.

Cõsimile inf. c. 131.

animæ in eo, quod est in eis extra animam, & entia cōpleta suoi illa, quorum esse nihil facit anima, vt post declarabitur de tem ore. s. quia est de numero entium, quorum actus complentur per animam, & hoc phyl forte mouebat cum dixerat difficile. & occultum. i. esse de entibus latentibus, quæ si anima nō esset: non essent nota nisi in potentia. hæc Com. Et intelligo, quòd tempus, & motus nō habent esse completum ita in actu quantum ad omnes suas partes nisi per animam. Vnde tempus, & motus non habent esse totum simul nisi in consideratione animæ. motus tamen non habet esse sibi debitum. s. in successione, & in fluxu præter animam, nec in aliquo dependet ab anima quantum ad suum naturale: sed solum dependet ab anima quantum ad suum esse actu actualitate simultatis, & quantum ad esse suarum partium, vnde præteritum, & futurum non sunt nisi in consideratione animæ. anima vero potest considerare motum totum simul: quamuis motus non possit existere totus simul. Sed vtrum tempus dependeat ab anima, vel non, & quantum ad quid dependet ab anima videbitur posterius in isto Tractatu.

B Præterea, partibilis omnis rei si sit: necesse est cum est, aut omnes partes, aut nonnullas esse. At temporis, quod quidem esse partibile cōstat: aliæ partes transactæ: aliæ futuræ sunt, nullaq; penitus adest. Ipsum autem nunc partem non esse cōstat: pars namque metitur: at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea constet totum oportet. At tempus ex ipsis nunc non videtur constare.

Tex. c. 49. *Adhuc autem omnis diuisibilis si quidem esse necesse est cum est, aut omnes, aut quasdam partes esse, temporis autem aliæ factæ, alio vero futuræ sunt. Est autem nihil cum sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars: Mensurat enim pars: & componi oportet totum ex partibus. Tempus autem non videtur componi ex nunc.*

Secunda ratio. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua ponitur secūda ratio probans tempus nō esse, quę ratio est talis. Omne diuisibile, si ipsum sit eius, necesse est, vt omnes eius partes sint in actu, aut quædam eius partes sint in actu, sed tempus est quoddam diuisibile, nec omnes partes tēporis sunt actu, nec aliquæ partes eius sunt in actu. ergo tēpus non est. huius rationis primo ponitur maior, deinde ponitur vna probatio minoris, quæ est ista, partes tēporis sunt præteritū, & futurū, sed nec præteritū est in actu, nec futurum est in actu. ergo, deinde concludit conclusionem dicens. [Est autē nihil cum sit diuisibile.] Deinde phyl. ibi. [Ipsum autē.] Ponit aliam probationem minoris, quæ talis est. Nihil inuenitur de tēpore, nisi instans: sed instans non est pars tēporis in actu, & per consequens, nec omnes partes temporis, nec aliquæ partes temporis sunt in actu, de qua ratione ponitur minor cū sua probatione in textu, quæ tamen minor probatur dupliciter. s. quòd instans non est pars temporis. primo sic. pars mensurat

De ratione partis est mensurare totū, quia oportet totum ex partib. componi. suum totum habens partem, sed instans non mensurat tps. ergo instans non est pars tēporis. maior aūt patet, & vniuersaliter est vera de parte aliquota totius quā pars aliquota aliquotiens sumpta reddit ipsum totum suū, minor igitur patet, quia instans est indiuisibile, sed indiuisibile, quia indiuisibile non mensurat diuisibile quotienscunq; sumatur nunquā reddit diuisibile. Secundo probatur ista minor. s. q instans non est pars tpis, & hoc sic omnis pars componit totum, cuius est pars, sed instans non componit tempus. ergo instans non est pars temporis. In prima illarum rationum sumitur pars pro parte aliquota. In secunda ratione sumitur pars pro parte nō aliquota. Pars aūt aliquota, est, quæ aliquotiens sumpta reddit suū totū, sed pars non aliquota est illa ex qua cum aliis partibus constituitur totum, sed non reddit totum præcisè quotiescunque sumatur. Vnde ex istis duabus rationibus pōt fieri vna rō probans, q instans nō est pars tpis, quę ratio est talis. Omnis pars, vel mensurat totū vti binarius senariū, vel cōponit totum, & non mensurat, vt quaternarius senarium, sed instans, nec cōponit, nec mensurat tps. ergo instans non est pars temporis.

Insuper ipsum nunc quod præteritū distinguere futurumq; videtur: vtrum vnum idemq; sem-

A per permaneat, an aliud fit, atq; aliud: nō discerni facile potest. Nam si sit aliud, atq; aliud semper cū plures partes temporis nullæ simul: nisi altera contineatur ab altera perinde, atq; minus a maiore tempore continetur, atq; id, quod nunc quidē non est, antea vero fuit necesse fit aliquando esse corruptum: ipsa nunc profecto simul non erunt. Prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest: propterea quod tunc est. In alio vero nunc, qui fieri potest, vt sit corruptum. Sit enim hoc impossibile ipsa nunc sibi hærere, vt puncto punctum. Si igitur non in eo, quod est deinceps corruptum est: sed in alio, in ipsis profecto nunc mediis simul erit, quæ quidem sunt infinita. At fieri nequit.

B *Amplius autem ipsum nunc, quod videtur determinare præteritum, & futurum, vtrū vnum, & idem semper permanet, aut aliud, & aliud nō facile est scire, si quidem enim nunc semper alterum, & alterum, nulla autē eorum, quæ sunt in tempore alia, & alia pars simul est, quæ non contineat, alia vero contineatur, sicut minus tēpus modo sub plurali, ipsum nunc quod est, prius autem non fuit, necesse est corrumpi aliquando, quia ipsa quidē nunc simul adinuicem non erunt. Corruptum autem esse necesse est prius. In eodem quidem igitur corruptum esse impossibile est propter hoc, quod tunc est. In alio autē nunc corrumpi prius nunc, non contingit. Sic enim impossibile est habere adinuicem ipsa nunc, vt punctum cū puncto. Si quidem igitur in eo quod consequenter est non corrumpitur, sed in alio. In mediis nunc quæ sunt infinita simul erit, hoc autem impossibile est.* Tex. c. 5[illegible]

C HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua phyl. mouet quōnem de instanti, videlicet, an sit idem instans in toto tempore, vel aliud, & aliud. ista pars continet duas particulas, quā in prima phyl. probat quod est idem instans in toto tempore. In secunda. [At vero neque.] Probat, quod non est idem instans in toto tempore. In prima igitur particula huius partis phyl. primo proponit quæstionem, & difficultatem quæstionis. Deinde arguit ad quæstionem probando, quod idem instans manet in toto tempore. Dicit igitur phyl. primo quod nō est facile, immo est difficile videre vtrū ipsum nunc quod videtur determinare, vel distinguere præteritum, & futurum permaneat semper vnum, & idem, vel aliud, & aliud. Deinde ponit rationē probantem q est idem instans in toto tempore, & non aliud & aliud. Et hæc ratio est ad impossibile, & est talis. Si instans esset aliud & aliud, & cum sint impossibilia duo instantia esse simul in tempore, oportet instans corrumpi, sed impossibile est instans corrumpi. ergo impossibile est, q continue sit aliud & aliud instans, & q impossibile sit duo instantia simul esse in tempore probatur, quia impossibile est aliqua duo intrinseca tēporis, q sint simul, nisi alterum contineat reliquum, sicut annus continet mensem, & mē- Qō quod sit idē instans in toto tēpore.

D sis diem, sed vnum instans non continet aliud instās, quia instans est simpliciter indiuisibile. ergo impossibile est, q duo instantia sint simul in tpe, sed q instans non possit corrūpi probatur, quia si instans corrumperetur, aut igitur in eodem instanti, in quo est, vel in alio, si in eodē instanti, tunc instās corrumperetur, qō est, sed instans, qā corrūpitur non est. ergo idē instans simul est, & non est, quòd est impossibile. Si vero dī, q instans corrūpitur in alio instanti, aut igitur in instanti priori, vel posteriori. si in instanti priori, tunc corrūperetur, antequā esset, quòd est impossibile, si vero dicitur quòd instans corrūpitur in instanti posteriori, aut igitur in instāti mediato, aut immediato, non in instanti immediato, quia instans non est immediatum instanti, nec etiam in instanti mediato, quia tūc illud instans maneret in hoc medio, quia semper maneret, donec corrumperetur, & cū in illo medio sint infinita instantia, sequitur, quod illud instās corrūpendū maneret cū infinitis instātibus, & sic plura instātia essent simul, quòd est impossibile.

At

A At vero neque idem semper permanere potest. Nullius enim diuisibilis finiti finis est vnus: siue ad vnum, siue ad plura continuum sit. At ipsum nunc finis est: tempusque sumi finitum potest.

Tex. c. 91. *At vero neq; nunc semper manere idem possibile est. Nullius enim diuisibilis finiti vnius terminus est: nec si in vno sit continuum, nec si in plura. Ipsum autem nūc terminus est, & tempus est accipere finitum.*

Quod nō moueat idem instās in toto tempore quod probat dupliciter, & primo.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua probatur, ꝙ nō manet idem instans in toto tempore, & illud probatur dupliciter, & primo sic. nullum continuū finitū hēt vnum finē tantū: sed tps est quoddam finitum, qm̄ contingit accipere tps finitum, sed instans est finis temporis, ergo non est tm̄ vnum instans in tempore. De hac ratione primo ponitur conclusio, deinde maior cum sua probatione: deinde ponitur maior. dicit igitur phylosophus primo, quod non est possibile idem nunc semper manere, quia nullius diuisibilis, vel continui finiti est vnus terminus tantū: cuius probatio est, quasi inductiua: qm̄ siue aliquid sit cōtinuū in vna parte, hoc est, ſm vnam dimensionem tantum, siue sit continuum in pluribus partibus, vel dimensionibus, oportet, quod habeat multos fines. Et Commen. addit signum ad hoc probandum dicens, & signum eius est, quod non inuenitur finitum, vel aliquod continuum habens vnum finem, sed saltem duos, quibus finitum sit, videlicet, si fuerit continuum in vna parte, vt linea, quæ solum habet longitudinem: quoniā linea habet duos fines tantum, nec si fuerit continuum in pluribus vna parte, vt superficies, & corpus, corpus. n. hēt sex fines, & superficies quatuor. hæc Comm. Vnde linea habet duos fines tantum, scilicet, duo puncta, & superficies habet quatuor fines, vt duas lineas, & duo puncta: corpus autem habet sex fines, vt duas superficies, duas lineas, & duo puncta.

B Preterea: cū simul esse tpe, & neque prius, neq; posterius nihil aliud sit, quàm in eodē nunc esse: si priora, posteriorave in hoc nunc sunt: ea profecto, quæ ante centies centenos annos sunt facta: simul cum his erunt, quæ hodierno die conficiuntur, & neque prius quicquam alio, neque posterius erit.

C Tex. c. 92. *Amplius: si simul esse secundū tempus, & nec prius, nec posterius in eodem esse, & in ipso nūc est: simul sunt, quæ in annum sunt millesimum his, quæ sunt hodie: nec prius, nec posterius nihil aliud alio.*

Secundo. SEcundo probatur idem sic. videlicet, quod non est idē instans in toto tempore, & hoc sic, illa, quæ sunt in eodē instanti, sunt simul. si igitur idem instans est in toto tempore, sequitur, quod illa, quæ fuerunt ante mille annos sunt simul cū his, quæ sunt hodie, quod est inconueniens, vtranque istarū rationū dicit Commen. esse signum, siue rationem per signū, & ponitur ista secunda ratio per Comm. si esset idem instans in toto tempore, tunc omnia inuenirentur in eodem instāti, & sic omnia essent simul, quod est impossibile. Deinde recapitulat phylosophus dicens, ꝙ de his, quæ sunt ipsi tempori tot opposita sunt. Sed hic occurrunt duo dubia. Primum est, an tēpus habeat esse. Secundum dubium est, an instans possit corrūpi.

Primū dubium. Ad primum dubium arguitur primo per rationem phylosophi, & primo sic: cuius partes non sunt ipsum non est: sed partes temporis non sunt. ergo. Secūdo sic, quod non est actu

Secūdum dubium. D non est, sed tēpus non est actu, quia nulla eius pars est in actu.

Prima rō primi du. ergo. Item si tēpus haberet esse: aut haberet esse in anima, aut extra aīam, non est dicere, ꝙ tempus sit in anima, quia tps est

Secunda ratio. q̄titas, sed anima non est quantitas. ergo. Nec habet tps extra animam, quia vt dicit Comm. tempus est de numero entium:

Tertia rō. quorum esse completur per animam, sed nullū tale habet esse

Quarta ratio. extra animam. Item si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse diuisibile, aut indiuisibile, non indiuisibile, quia tunc esse temporis esset totum simul: nec etiam diuisibile: quia tunc haberet partes, & tunc, aut habet partes eiusdem rationis, aut diuersarum rationum, non eiusdem rationis, quia tunc pars preterita illius esset esse, & sic tēpus præteritum haberet esse, quia partibus temporis correspondent partes illius esse, nec etiam est, quod habeat partes alterius, & alterius rationis, quia tunc aliqua pars illius esse non esset, & sic esse componeretur ex non esse, quod est impossibile. Item omne, quod

Quinta ratio. habet esse, habet esse in tempore, vel in instanti, sed tēpus non

A hēt esse in tempore, vel in instanti. ergo tēpus non habet esse. In oppositum huius est phylosophus. Ad secundam dubitationem arguitur, probando, quod instans non potest corrumpi, & hoc sic, si instans corrumpitur, aut quando est, aut quando non est, non quando est, quia tunc simul esset, & non esset, nec quando non est, quia, vel in instanti mediato, vel in instanti immediato, non in instanti immediato, quia instans non est immediatū instanti, nec in instanti mediato, quia instans semper manet, donec corrumpitur, si igitur instans corrumperetur in instanti mediato, sequitur, ꝙ instans maneret in toto illo medio, sed in illo medio sunt infinita instantia media. ergo idem instans numero maneret cum infinitis instantibus, quod est impossibile. In oppositum arguitur, quia si instans non posset corrumpi, sequitur, quod in toto tempore maneret idem instans numero, & sic omnia essent in eodem instanti, & sic sequitur contradictoria esse vera pro eodem instanti. Circa primam quæstionem dico duo. Primo, quod tempus habet esse. Secundo dico, quod requiritur, & sufficit ad hoc, quod tempus, vel quodcunque aliud successiuum habeat esse. Quo ad primum dico, quod tempus est, & hoc est manifestum, vt dicit Cūmen. hic, tamen ꝙ tempus sit potest sic persuaderi. Motus est,

Argu. pro secūdo du.

B vt patet ad sensum, sed motus non habet esse, nisi in tempore. ergo tempus est. Idem potest sic probari, manifestum est, quod vnus motus est velocior alio, sed hoc non est nisi, quia per illum motum plus pertransitur de spatio in æquali tempore. ergo tempus est cum sit mensura motus existentis. Quantum ad secundum dico, ꝙ ad hoc, quod aliquod successiuum habeat esse, sufficit, & requiritur, quod aliquod indiuisibile copulans eius partes ad inuicem habeat esse, nec sufficit, quod aliquod indiuisibile illius habeat esse, quia si sic, cum idem indiuisibile, scilicet, præsens instans copulat præteritum, & futurum adinuicem, ita, quod idem instans est finis præteriti, & initiū futuri, & sic si ad hoc, quod successiuum habeat esse sufficeret, quod aliquod indiuisibile illius haberet esse, sequitur, quod præteritum, & futurum simul essent, quia cum est verum dicere, quod aliquod indiuisibile illius temporis præteriti est, & quod aliquod indiuisibile temporis futuri est, sequitur, quòd non cesset verum dicere, quod tempus futurum esset, & quod tam tempus præteritum, quam tempus futurum esset præsens. Similiter idem instans est principium noctis, & finis diei. ergo si ad esse successiui sufficeret esse alicuius indiuisibilis, sequitur, quod dies, & nox simul essent. Dico igitur, quod ad esse

C successiui non requiritur, quod indiuisibile, vel initiatiuū, vel terminatiuum eius habeat esse, quia secundum phylosophum sexto huius, successiuum non habet esse in suo principio, nec in suo termino, sed ad esse successiui requiritur, & sufficit, quod aliquod indiuisibile continuans eius partes adinuicem habeat esse, qm̄ omne successiuum, cuius vna pars est præterita, & alia futura habet esse per indiuisibile continuans eius partes. s. partem præteritam, cum parte futura. Et ideo bene dicit Priscianus, quod præsens est, cuius pars præterita, parsque futura est.

Ad primū primi dubij. Ad primum igitur in contrarium, qn̄ dicitur, cuius partes nō sunt, &c. Dico, quod ad hoc, quod successiuum habeat esse non requiritur, quod omnes eius partes sint, nec quod aliqua pars eius sit tota simul, sed sufficit, quod indiuisibile copulans eius partes adinuicem habeat esse, vt dictum est. Sed si dicatur, illud

Obiectio. non est, cuius nulla pars est, sed tps nō habet alias partes, nisi præteritum, & futurum, & neutrum eorum est. ergo. Dicendū

Solutio. concedendo, ꝙ illud non est cuius nulla pars est. Et cum dr̄, ꝙ nulla pars tpis est. Dico, ꝙ cuiuslibet tpis præsentis sunt infinitæ partes hn̄tes vnam partem præteritam, & aliam futurā. v. g. Annus pn̄s hēt infinitas partes, quarum quælibet hēt partem

D præteritā, & partē futurā, vt. s. mēsem pn̄tem, diem septimanā, & horā, & in infinitum. Dico tn̄, ꝙ nulla pars successiui est tota simul. Vnde si sic arguitur, cuius nulla pars est tota simul, illud non est, sed tps est huiōi. ergo. Dico, ꝙ maior est vniuersaliter falsa in successiuis, quia cōtra rationē successiui est, ꝙ hēat aliquam partē totā simul, & qn̄ dr̄, ꝙ tps pn̄s non hēt alias partes, nisi præteritū, & futurū. Dico, ꝙ illud est falsum, immo cuiuslibet partis pn̄tis sunt infinitæ partes pn̄tes. Et si dr̄ ſm illud, qđ sequitur, ꝙ multa tpa sint simul, dico, ꝙ multa tpa sūt, quorū nulla pars est pars alterius, nec pars vnius est pars alterius, & has partes esse simul est impossibile, tn̄ multa tpa sunt, quorū vnum est pars alterius, vel pars unius est pars alterius, & hoc non est impossibile, sed magis est necessarium. Ad aliā rōnem, qn̄ dicit, ꝙ illud qđ non est in actu non est. Dicēdum, ꝙ

Ad secundam rationem. actus est duplex quo ad propositum. videlicet actus perfectus, & actus imperfectus. Illud est in actu perfecto, quod habet omnes partes suas simul sic, quod nulla pars eius est in potentia ad esse. Et illud est in actu imperfecto, quod est in actu continuo

ctu cum potentia: quoniam ille actus, qui semper est coniunctus cum potentia est semper actus imperfectus, & illo modo successiua sunt in actu: quia sunt semper in actu, qui est cum potentia coniunctus. ita, quod si potentia non fuerit non erit actus. quoniam nunquam aliquid successiuum esset, nisi aliqua pars sit futura, & per consequens in potentia. Ad formam vero argumenti, quando dicitur, quod illud, quod non est in actu non est. Dico, quod illud, quod non est in actu perfecto, neque imperfecto, illud non est, nec tempus est huiusmodi: quia tempus præsens est in actu imperfecto, quia est in actu coniuncto potentiæ. Et quando dicitur, quod nihil est in actu de tempore, nisi instans. Dico, quod nihil est in actu simultatis, nisi instans, quoniam nulla pars est tota simul, instans est totum simul, cum sit indiuisibile. Illud igitur dictum: nihil est in actu de tempore, nisi instans: habet sic intelligi: de tempore, nihil est totum simul, nisi instans.

Ad tertiã. Ad tertiã rationem, quando dicitur: si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse in anima, vel extra animam. Dico, quod illud, quod est tempus, & de quo prædicatur tempus, dicendo, hoc est tempus, illud habet esse extra animam, quamuis forte illud, quod hoc nomen tempus significat sit partim in anima, & partim extra animam, vt postea videbitur. Et quando dicitur, quod esse temporis completur per animam, & quod tempus non habet se in actu, nisi per animam, vt vult Comment. Dico, quod Comment. intelligit, quod tempus non habet esse in actu perfecto, & completo, nisi in consideratione animæ, quoniam tempus non habet esse totum simul, nisi in consideratione animæ, quia anima potest intelligere totum tempus simul, cum tempus non existat in se totum simul, & sic esse temporis completur per animam, quo ad secundam completionem, quæ est esse simul totum.

Ad quartam. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse diuisibile, aut indiuisibile. Dico, quod esse temporis est idem, quod tempus, & esse cuiuslibet rei est idem, quod ipsa res, vt patet quarto metaphy. & ideo sicut tempus est diuisibile, ita esse temporis est diuisibile. Et cum quæritur, an partes ipsius esse sint eiusdem rationis, vel alterius. Dico, quod alterius rationis, & quia esse temporis præsentis componitur ex fore, & fuisse, sicut tempus componitur ex præterito, & futuro, ideo concedo, quod non quælibet pars esse est esse, sic non quælibet pars temporis præsentis est tempus præsens. Et si quæratur, quomodo partes illius esse temporis copulantur adinuicem, dico, quod per esse instantis.

Ad quintam. *Auicena.* Ad quintam rationem, quando dicitur, quod omne, quod est, est in tempore, vel in instanti. Dico, quod illa est falsa. Vnde Auicenna secundo capit. suæ physicæ negat istam. Ista tamen est vera, scilicet, tempus est, quando instans est, vel relatio importata per hoc aduerbium, quando non semper denotat fieri illius, quod habet esse in tempore, vel in instanti, sed fit aliquando respectu istius, quod nec est in tempore, nec in instanti, cum ipsum sit, cum instãs est. Vnde Auicen. capitulo de tempore suę physicæ dicit, quod multa sunt, quæ non sunt in instanti, & illud dicitur esse cum instanti, quod habet esse in instanti existenti, & ideo tempus & motus habent esse cum instanti, quia habent esse cum instanti existente, non tamen habent esse in instanti. dico igitur, quod tempus habet esse, quando instans est, sed ex hoc non sequitur, quod tempus habeat esse in indiuisibili, sicut instans. Sed adhuc est dubium circa prædicta:

Obiectio. quoniam dictum est, quod tempus habet esse per hoc, quia partes copulantur ad terminum communem, videlicet, ad instans. Sed illud non videtur verum, quia tempus præteritum, & tempus futurum sunt non entia, & non ens nulli copulatur.

Solutio. Dicendum, quod non ens, quod nunquam fuit, nec vnquam erit ens nihil copulatur, tamen non ens, quod aliquando fuit ens potest alicui copulari, vnde phylosophus dicit inferius, quod non entia, quæ aliquando fuerunt, vel erunt mensurantur tempore, & continentur in tempore.

Ad secundum dubium. *Corruptio pôt accipi dupliciter.* Ad secundum dubiũ, quando quæritur, vtrum instans possit corrumpi. Dico, ꝙ corruptio potest accipi dupliciter, propriè, & largè, propriè loquendo corruptio est mutatio ab esse rei in nõ esse eiusdem rei. sed corruptio largo modo accepta, est definitio illius esse, hoc est corrumpi largo modo accipiendo corruptionem est habere non esse post esse, & sic dico, quod propriè loquendo de corruptione, sic instans non corrumpitur, nec generatur, nec etiã corrumpitur propriè aliquod indiuisibile, nec aliquid habens esse per instans in totum, & hæc est intentio phylosophi tertio metaphy. qui dicit, quod quædam sunt, quæ quandoque

Tex. c. 17. sunt, & quandoque non sunt sine generatione, & corruptione, vt indiuisibilia cuiusmodi sunt puncta, superficies, & instantia: dico igitur, quod propriè loquendo de corruptione, quę est mutatio per se terminata ad non esse illius, quod corrumpitur: sic instans non potest corrumpi, quod probo sic, res, quæ propriè est corruptibilis semper, habet esse quousque corrumpatur. Similiter corruptio, quæ est mutatio, cum sit subita, simul est cum termino mutationis.

Ratio. Et ex his arguo sic. Si instans propriè corrumperetur, instans semper maneret quousque sua corruptio esset, si igitur instans corrumpitur, aut corrumpitur in instãti, in quo est, aut in alio, si in instanti, in quo est, seu quando est, tunc instans simul esse cum sua corruptione, sed corruptio, quæ est mutatio, simul est cum termino corruptionis, & terminus corruptionis est non esse rei, quæ corrumpitur, igitur si instans corrumpitur, quando est instans, simul esset cum suo non esse, & sic instans simul esset, & non esset, quod est impossibile. Nec est etiam dare, quod instans corrumpatur in alio instanti, quia tunc instans maneret, & continue vsque ad aliud instans, in quo corrumpitur, & sic instans maneret per totum tempus medium inter ipsum instans, & instans suæ corruptionis, quod est impossibile, & ideo dico, quod instans propriè non corrumpitur.

Primum fundamentum. *Secũdum fundamẽtum.* Hæc igitur ratio fundatur super duo fundamenta, quorum primum est, quod corruptio subita simul est cum termino corruptionis. Secundum, quod res corruptibilis continue manet vsque ad instans suæ corruptionis, & ista, nota, sunt per se. sed loquẽdo de corruptione largè accepta, secundum, scilicet, quod se extendit ad omnem acceptionem non esse post esse, sic dico, quod instans corrumpitur, & desinit esse, quia habet esse post non esse, sed hæc corruptio non est mutatio, sed est definitio esse, & quod instans hoc modo corrumpatur, patet, quia aliter maneret idem instans in toto tempore, & sic omnia, quæ fuerunt, fuerunt in eodem instanti, quod est impossibile, vt argutum est supra, igitur, &c. Et si dicitur, quod ratio principalis dubitationis manet, quia si instans corrumpatur qualitercunque, vel desinat esse, aut igitur quando est, vel quando non est, & redit difficultas. Dico, quod idem intelligo per corruptionem largè loquendo, & per desinere esse, & per generari, & per incipere esse. sed desinere exponitur dupliciter, & sic habet duplicem intellectum,

Desinere exponitur dupli. quia vno modo desinere exponitur per positionem præsentis, & negationem futuri, vt sic, hoc desinit esse hoc, & hoc nunquam postea erit. Alio modo desinere exponitur per negationem præsentis, & per positionem præteriti, & sic hoc desinit esse, exponitur sic, hoc non est, & hoc sine medio fuit.

Incipere exponitur dupli. Dico similiter, quod incipere exponitur dupliciter, videlicet. Vno modo per positionem præsentis, & negationem præteriti, & sic hoc incipit esse, exponitur sic, hoc est, & hoc nunquam prius fuit. Alio modo exponitur per negationem præsentis, & positionem futuri, & sic hoc incipit esse sic exponitur, hoc non est, & hoc statim sine medio erit, & eodem modo debet exponi generari, & corrumpi largo modo accepta. Cum igitur quæritur, aut instans corrumpitur, vel desinit esse quando est, vel quando non est, dico, quod exponendo corrumpi, vel desinere esse per positionem præsentis, & negationẽ futuri, sic instans corrumpitur, quando est, quia quando aliquod instans est, verum est dicere, quod hoc instans, & nunquam postea erit, sed cum corrumpi, vel desinere esse exponitur per negationem præsentis, & positionem futuri, sic dico, quod nunquam est verum dicere de aliquo instanti, qđ ipsum corrumpitur, quia nunquam est verum dicere de aliquo instanti, quod ipsum corrumpitur, quia nunc non est, & immediate ante hoc fuit, nisi instans esset immediatum instãti, & quando dicitur, quod si instans corrumpitur, quando est, tunc corruptio instantis esset, quando instans est, & quando corruptio est suus terminus est. ergo si instans est, quando corrumpitur, sequitur quòd instans simul est, & non est. dico, ꝙ instans corrumpitur quando est. exponendo corrumpi per positionem præsentis, & negationem futuri, & tunc corruptio non est mutatio, sed est acceptio non esse sine medio, & dico, quod huiusmodi corruptio, quæ non est mutatio, non est simul cum termino mutationis, nec corrumpitur propriè instans, vt dictum est, quia corruptio propriè dicta sp est finis alterationis præcedentis, & talis corruptio simile est cum termino corruptionis, sed corruptio large accepta exponendo corruptionem, vt dictum est. s. per positionem præsentia præcedit corruptum esse, & dico, ꝙ in talibus non est dare primũ corruptum esse. Et si dr, ꝙ qñ instans corrũpitur, tunc non est. Dico, ꝙ exponendo corrũpi, per positionem pñtis, sic non est verũ, imo sic est verũ, qñ instans corrũpitur, ꝙ tunc instans est.

Obiectio. Sed contra illud vr esse, quia quando instans est, tunc incipit esse, gñatur, largo mõ loquẽdo. ergo, qñ est non corrumpitur, nec desinit esse, quia generatio, & corruptio, & similiter inceptio, & disinitio sunt opposita.

Solutio. Dicendũ est, ꝙ exponendo vtrumque,

scilicet

ſcilicet, incipere, & deſinere per poſitionem præſentis,ſic non ſunt oppoſita,qm̃ iſta non ſunt oppoſita a.eſt, & a.nunq̃ erit, & a eſt, & nunquam prius fuit, ſed exponendo vnum illorum per poſitionem præſentis,& aliud per negationẽ præſentis,ſic ſunt oppoſita, & tunc dico, quod hoc inſtans præſens incipit eſſe,exponendo incipere per poſitionem præſentis,& negationem præteriti, quia hoc inſtans eſt, & hoc inſtans nunquam prius fuit,& etiam hæc eſt vera, hoc inſtans deſinit eſſe, exponendo deſinere per poſitionem præſentis. & negationem futuri:qm̃ hoc inſtans eſt,& nunquam poſtea erit, & tunc dico, ꝙ inceptio, & deſinitio, generatio, & corruptio,hoc modo ſunt oppoſita. Et ſic ad dubitationem, & ad rationem dubitationis.

INQVIRITVR, ET DECLARATVR, QVID eſt tempus. Tractatus tertij. Cap. II.

De his igitur, quæ inſunt tempori ſint dubitata. Sed quidnam ſit tempus, & quæ ſit ipſius natura, ſimiliter eſt obſcurum,& ex his,quæ a maioribus noſtris tradita ſunt,& ex his, quæ nuper a nobis ſunt dicta. Quidam enim vniuerſi motum: quidam ſphæram ipſam tempus eſſe dixerunt. Quorum neutrum verum eſt.

Tex. c.93. *De his quidẽ igitur,quę inſunt ipſi:tot oppoſita ſint: quid autem eſt tempus, & quæ ipſius natura ſimiliter, & ex traditis,manifeſtum eſt: & de quibus attingimus aduenientes prius. Quidam enim totius quidem motum dicunt. Alij autem ipſam ſphæram.*


STVD eſt ſecundum capitulum huius tractatus, in quo inquiritur,& declaratur quid eſt tempus, & continet duas partes principales, qm̃ in prima ...laratur, quid non eſt tempus, remouendo a ...idditate temporis ea, quæ aliquibus videntur non ſunt. In ſecũda ibi.[Manifeſtum eſt.]quod ...atur, qũo tempus eſt. Prima pars continet qua... qm̃ in prima declaratur,quod tempus non eſt ...s,vt quidam dixerunt. In ſecunda ibi. [Tempus ...m.] Deſtruuntur opiniones ponentium tempus In tertia ibi. [Quoniam autem videtur.] Proba...u eſſe idem,quod motus, accipiendo motum,vt ...nes motus. In quarta ibi. [Quod quidẽ igitur oõ ... quod tempus non eſt ſine motu:quamuis oõ ſit ...otus. In prima igitur particula huius partis phy...pitulat prænominata, & proponit intentionem ...at quod tempus non eſt motus diurnus. Dicit igi...phus primo, quod de his intentionibus, quæ in...,quantum ad eſſe,tot oppoſita ſunt. Deinde intẽ...nifeſtum eſt ex dictis ab antiquis quid ſit tempus, ...a natura,ideo oportet nos inquirere,quid ſit tem... ſit eius natura. Deinde phyloſophus ponit duas ...k improbat vnam illarum dicens. Quidam enim, ...d quidam dicunt tempus eſſe motum totius coeli, ...icunt tempus eſſe ſphæram coeleſtem. Deinde cum ...s dicit.

...n conuerſionis pars: tempus eſt quoddã. ...o vero non eſt. Pars enim cõuerſionis eſt ...ſumptum eſt,non conuerſio.

...is circulationis eſt pars tempus quoddam eſt. ... autem nõ eſt: pars enim circulationis eſt qua... ſed non circulatio.

...t primam opinionem, quæ poſuit, quod tempus eſt ...otius cęli, & intendit per motum totius cęli reuolu...i completam,ſcilicet,motum diurnum,vt dicit Com... at igitur phyloſophus, quod tempus non eſt com...lutio cęli,& hæc eſt quadrageſimaſecunda concluſio ...ti,quæ probatur dupliciter. primo ſic. Qualibet pars ...tionis diurnæ eſt tempus completũ,vt patet,quia dies, ...x quæ ſunt partes reuolutionis completæ ſunt duo tem...ra.ergo,&c. maior eſt vera ſecundum eos,ſcilicet,quod quę...libet pars reuolutionis diurnæ eſt tempus completum,ſed nulla pars reuolutionis completæ eſt reuolutio completa.ergo tẽpus non eſt reuolutio completa.ſ.reuolutio diurna. Vel poteſt ratio formari ſic, & forte melius, qualibet pars temporis eſt tempus, ſed nulla pars reuolutionis diurnæ eſt tempus. ergo nulla pars reuolutionis diurnæ eſt pars temporis, & per conſequens nulla reuolutio diurna eſt tempus, quia ſi reuolutio diurna eſſet tempus, tunc pars reuolutionis diurnæ eſſet pars temporis: maior huius rationis eſt per ſe manifeſta,minor vero patet per iſtam opin. Omne tempus eſt reuolutio diurna: dicit iſta opin. ſed nulla pars reuolutionis diurnæ eſt reuolutio diurna, vt de ſe patet.ergo nulla pars reuolutionis diurnæ eſt tempus. Quidam vero formant hanc rationẽ ſic.qualibet pars temporis eſt tempus,ſed nulla pars reuolutionis eſt reuolutio. ergo reuolutio non eſt tempus. Sed contra iſtum modum arguendi inſtatur tripliciter ſic. ſi ille modus arguendi eſſet bonus: ſequeretur, quod homo non eſſet ſubſtantia,quia arguo eodem modo,quo iſti arguunt,& hoc ſic,qualibet pars ſubſtãtiæ eſt ſubſtãtia, ſed nulla pars hominis eſt homo.ergo homo non eſt ſubſtantia, præmiſſæ ſunt veræ. Igitur,& concluſio ſi modus arguendi eſſet bonus. Item ſi ille modus arguendi valeret,ſequeretur,quod annus nõ eſſet tẽpus & arguo ſic:qualibet pars temporis eſt tempus,ſed nulla pars anni eſt annus.ergo annus non eſt tempus. Item ex propoſitionibus,quæ non communicant in aliquo termino ratio non concludit, vt patet,nihil enim ſequitur ex iſtis: Sortes currit,baculus ſtat in angulo:quia iſtæ propoſitiones non communicant in aliquo termino.ſic iſtæ propoſitiones, videlicet, qualibet pars temporis eſt tempus: nulla pars circulationis eſt circulatio non communicant in aliquo termino, vt patet, ideo ratio non concludit. Dicendum, quod ratio phyloſophi concludit bene contra antiquos: qui dixerunt,quod tempus, & completa circulatio,vel reuolutio cęli ſunt idem non conuertibiliter.quia ſi eſſent idem conuertibiliter,tunc ſequeretur,quod ſi pars temporis eſſet tempus,quod etiam pars reuolutionis completæ eſſet completa reuolutio. Ad primum in contrarium dico, quod ſi ratio phyloſophi formaretur ſic, tunc ratio eſſet bona,ſed iſtæ præmiſſæ, qualibet pars ſubſtantiæ eſſet ſubſtantia,nulla pars hominis eſt homo, bene concludunt,quod homo,& ſubſtãtia non ſunt idem conuertibiliter. Eodem modo dico ad ſecundum,quod ex dictis propoſitionibus.ſ.qualibet pars temporis eſt tempus, & nulla pars anni eſt annus, bene ſequitur, quod annus,& tempus non ſunt conuertibiliter idem,& illo modo arguit phyloſophus. Ad tertiũ dico,quod quamuis illę propoſitiones non communicent in aliquo termino,poſſunt tamen communicare in aliquo termino, vnde poteſt argui ſic. Quæcunque ſic ſe habent,quod nulla pars vnius eſt pars alterius,illa non ſunt idem, ſed tempus, & circulatio completa ſic ſe habent,quod nulla pars vnius eſt pars alterius.ergo tẽpus, & circulatio completa non ſunt idem,maior de ſe patet,& minor probatur ſic,nulla pars circulationis eſt tempus, & qualibet pars temporis eſt tempus. ergo nulla pars tẽporis eſt pars circulationis, & ſic patet,quod tempus, & circulatio ſic ſe habent,quod nulla pars vnius eſt pars alterius, minor huius rationis patet de ſe,& maior eſt nota,ſecundum hanc opinionẽ, quia ſi tempus, & circulatio eſſent idem, vt dicit iſta opinio, tunc ſequeretur,quod nulla pars circulationis eſſet circulatio, & per conſequẽs nulla pars circulationis eſſet tempus, & ſic patet,quod formando rationem phyloſophi modo prædicto ratio eſt bona reſpectu concluſionis, quam phyloſophus intendit, quæ eſt, quod tempus, & circulatio non ſunt idem penitus,& conuertibiliter.

Contra prædictũ modũ argu. inſtãt tripliciter & primo.

Secundo.

Tertio.

Ad primum.

Ad ſecundum.

Ad tertiũ.

Præterea ſi plures eſſent cęli motus, vniuſcuiuſque ſimiliter tempus eſſet. Quare plura tempora ſimul eſſent.

Amplius autem ſi plures eſſent cęli: ſimiliter eſſet tẽpus cuiuslibet ipſorum, motus. Quare multa tempora ſimul.

Secunda ratio.

Hic ponit ſecunda ratio probans concluſionem,quæ talis eſt. Si tempus ſit reuolutio completa cęli.ergo ſi plures eſſent cęli, plura eſſent tempora, ſed conſequens eſt falſum.igitur, & antecedens, falſitas conſequentis patet,quia conſequens eſt vna conditionalis,cuius antecedens eſt inopinabile.& conſequens inopinabile, ſed ex opinabili non ſequitur inopinabile,nam antecedens huius eſt opinabile,& conſequens inopinabile, qm̃ dicentes plures motus eſſe, opinantur plures cęlos eſſe,& ſi plures cęlos eſſe,eſt inopinabile,ſed plura tempora eſſe ſimul eſt inopinabile, qm̃ nullus vnquam dixit plura tempora ſimul eſſe,quorum quodlibet ſit totaliter extra aliud,& ſic illud conſequens eſt falſum, videlicet,ſi plures ſunt cęli, plura ſunt tempora, quia illud conſequens eſt vna conditionalis, cuius antecedens eſt opinabile, & conſequens inopinabile.

Tex. c. 81. *Si autem non est separabile, sed tamen inest aliquod vacuum: minus quidem impossibile. Contingit autẽ primum, quod non omnis motus est causa vacui, sed qui sursum est. Rarum enim leue. Vnde ignem rarũ esset dicũt.*

HÆc est secũda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua probatur, ꝙ vacuum non est in corporibus simul cum alijs partibus plenis, & hæc est 40. conclusio huius lib. quæ probatur per quinque rationes, & sed in hoc hæc pars posset diuidi in quinque particulas. Primo tamen d. phyl. ꝙ si ponitur vacuum non esse dimensionem separatam a corporibus, sed esse imbibitum, & mixtum corporibus, minus impossibile ponitur, quam ponendo talem dimensionem separatam, quia ponendo dimensionem separatam ponitur accidens existere per se sine subiecto: quãuis illud sit minus inconueniens: tamen huic opinioni accidunt multa impossibilia. Deinde ponit phyl. primam rationem probantem conclusionem suam, quæ talis est. Si vacuum sit imbibitum corporibus, ita ꝙ sit vndique cum corpore: sequitur, ꝙ vacuũ non sit causa omnis motus localis: cuius contrarium ipsi posuerũt, quia ipsi posuerunt, vacuum esse causam omnis motus localis, & probatur, ꝙ illud sequatur, s. ꝙ vacuum non esset causa omnis motus localis, quoniam secundum eos vacuum est causa raritatis, nunc autem rarum, cui admixtum est vacuum est leue. & leue mouetur sursum. igitur vacuum solum est causa motus sursum, & sic vacuum est solum causa raritatis, & raritas leuitatis secundum eos, & leuitas solum est causa motus sursum. ergo vacuum solum esset causa motus sursum.

40. concl. huius lib.

Prima rõ phylosophi.

Deinde nõ esse vacuum motus sic causam: vt in ipso quid moueatur. Sed vt vtres mouent id sursum: quod adiectum est ipsis ex eo quia sursum ipsi feruntur, sic & vacuum sursum mouere.

Postea motus causam nõ sic vacuum, sicut in quo est: sed sicut vtres in eo, quod feruntur ipsi, sursum ferunt cõtinuum, sic vacuum fertur sursum.

Secunda ratio. SEcundo probatur eadem conclusio sic. Isti posuerunt vacuum, vt in eo esset motus rectus tanquam in loco, sed si vacuum sit imbibitum corporibus vndique. ita, ꝙ sit causa raritatis, & leuitatis: sicut ipsi posuerunt: tunc vacuum non esset illud, in quo est motus, sicut in loco, sed magis esset causa motus: sicut motor ad mouendum, secundum quem vtres mouent res ligatas cum eis, quãdo vtres mouentur sursum, vacuum enim maxime cum corpore leui mouet ipsum ad superius secundũ istam opinionem.

At quonam pacto latio vacui potest, vel locus esse. Vacui namq; vacuum id erit, ad qđ feretur.

Quamuis qualiter potest esse vacui, & locus vacui. cui enim sit vacuum, in quod fertur.

Tertia rõ. TErtia ratio est. Si vacuum sit imbibitum corporibus vndique commixtum cum corporibus: tunc moto vno corpore mouebitur vacuum mixtum cum corporibus, sed omne, qđ mouetur localiter habet locum. ergo vacuum habebit locum, & sic vacui esset vacuum, & hoc in infinitum, quod est impossibile.

Præterea quam causam assignabunt, qua graue deorsum fertur.

Tex. c. 82. *Amplius quomodo assignãt, et grauia ferri deorsum.*

QVarta ratio ad eandem cõclusionem est illa. Si ponitur vacuum imbibitum corporibus deferens corpora sursum, non poterit assignari causa motus deorsum consequens est falsum, igitur, & antecedens, consequentiam istam nõ probat P. sed Com. probat eam sic. si vacuum sit causa motus sursum, vt dicunt isti, tunc aut plenum est causa motus deorsum, sicut vacuum est causa sursum, aut aliquid aliud a pleno est causa motus deorsum: sed non est dare, ꝙ aliquid aliud. & tamẽ est plenum deorsum, vt patet inductiue etiam, quia contrariorũ contrariæ sunt causæ, & ideo si vacuum sit causa motus sursum plenum erit causa motus deorsum, sed ꝙ plenum non sit causa motus deorsum, probatur, quia nihil est ita plenum, ꝙ in eo

Quarta ratio.

A sit aliquid plenum secundum eos, si igitur plenum sit causa motus deorsum, & vacuum causa motus sursum, tunc plenum & graue essent omnino idem, etiam vacuum, & leue essent omnino idem. & cum nihil sit simpliciter plenum, nec simpliciter vacuum sequitur, ꝙ nihil sit graue simpliciter, nec leue simpliciter, sed solum grauius, & leuius, quod est improbatum 4. cæli.

Et insuper patet si quanto rarius quippiam, magisq; vacuum est, tanto celerius sursum fertur, ꝙ vacuum sit omnino: sursum id, vel celerrime ferri. An forsitã, & hoc moueri non potest, vt. n. demonstratum est: in vacuo cuncta immobilia, sic eadem ratione vacuum etiam demonstrabitur immobile esse. Celeritates etiam comparari non possunt.

Et manifestum est quoniam quanto vtique rarius, et magis vacuum sit et magis sursum fertur, & si sit omnino vacuum: velocissime vtiq; fertur. Fortassis autẽ hoc impossibile est moueri. Ratio autem eadem sicut, quia in vacuo sine motu omnia sunt, sic & vacuũ, quod est sine motu. Incomparabiles enim sunt velocitates. Tex. c. 26. & 27.

B

QVinta ratio ad eandem conclusionem est illa. Si vacuũ sit imbibitum corporibus, & sit causa motus sursum, tũc quanto aliquid est rarius, & magis vacuum, tanto uelocius mouebitur sursum. ergo si aliquid sit omnino vacuũ mouebitur sursum in non t. pe, qđ est impossibile, & ꝙ omnino vacuum non possit esse in t. pe. probatur per eandem rationem, per quã probatum est superius, ꝙ posito vacuo motus grauium, & leuium in vacuo esset in non t. pe, quia sicut proportio motus facti in vacuo ad motum factum in pleno non est proportio in velocitate, ita motus puri vacui ad motum pleni nulla esset proportio in velocitate, sed cuiuslibet motus facti in t. pe ad motum factum in t. pe est aliqua proportio in velocitate. ergo motus vacui esset in nõ t. pe, & hæc est ratio phylosophi, & Com. probat per rationem ducentem ad impossibile, ꝙ motus puri vacui esset in non t. pe. d. si non fuerit concessum nobis ꝙ motus est in tempore, probabimus, ꝙ est impossibile inuenire aliquem motum compositum ex vacuo, & pleno, qđ pertransit cum suo vacuo illud spatium in eodem tempore, qđ est valde inopinabile. com. Sed hic dubitatur, quia si illa ratio valeret, sequeretur, quod purum graue nihil habens de leuitate moueretur in tempore, quia grauitas est causa motus deorsum. ergo quanto est aliquid grauius, tanto velocius mouetur deorsum. ergo purũ graue nihil habẽs de leuitate mouebitur deorsum in non tempore, & sic potest et probari, quod purum leue mouebitur sursum in non tempore. Dicendum, quod si non esset aliqua resistentia ex parte medij, sicut dixerunt antiqui ponentes vacuum esse medium, per quod fit motus, tũc bene concluderet ratio de graui simpliciter, & de leui simpliciter, videlicet, quod mouerentur in non t. pe, vnde si in motu grauium, & leuium non esset, nisi resistentia intrinseca, & cũ simpliciter graue, vel leue non habeat aliquam resistentiã intrinsecam, semp simpliciter graue, vel leue moueretur in instanti, sed non est ita: quia vt superius declaratũ est in motu grauiũ, & leuium resistentia prouenit ex parte medij. Et si dicas, quod si motus simpliciter grauis sit in tempore, tunc contingit, ꝙ in eodem t. pe per æquale spatium mouerentur simpliciter graue, & compositum ex graui, & leui. Dicendũ est, quod cæteris existentibus paribus ex parte medij, & ex parte magnitudinis, & figuræ ipsorum mobilium impossibile est, quod simpliciter graue, & compositum ex graui, & leui moueatur per æquale spatium in æqualitate, quia simpliciter graue, vel leue non hẽt aliquam resistentiam intrinsecam, sed compositum ex graui, & leui nunquam habet aliquam resistẽtiam, & propter hoc si esset medium æque resistens in motu vtriusque maior esset resistẽtia in motu compositi ex graui, & leui, quia duplex est resistentia, scilicet, extrinseca & intrinseca, quam in motu simpliciter grauis, quia non est nisi resistentia extrinseca, si tamen cætera non sint paria: bene est possibile, quod simpliciter graue, & cõpositum ex graui, & leui moueantur per æquale spatium in æquali tempore, quia possent media ita disponi, quod in motu simpliciter grauis esset tanta resistentia ex parte medij, quãta est resistentia tam extrinseca, quam intrinseca in motu compositi ex graui, & leui: & tunc motus simpliciter grauis, & motus compositi ex graui, & leui essent æque veloces.

Quinta ratio.

C

Dubium.

Solutio.

D

Solutio.

Obiectio.

At enim cùm vacuum quidē non esse dicamus: A cætera aūt verè sunt dubitata, & hæc cōsideremus oportet. Nam aut motus non erit, si raritas densitasve non erit, aut iouandabit cælū: aut aqua ex aere, & aer ex aqua semper orietur æqualis. Patet. n. plus aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igitur si corpora non premantur, atq; densentur, aut id qđ hæret efficiat tandem expulsum, vt vltimū tur geat, atq; tumescat. Aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, vt tota moles æqualis sit vniuersi, aut nihil penitus moueatur. Semper n. cum aliquid mouetur, id accidet, nisi versetur. At non vniuersa versantur, sed sunt, & ea quæ recto motu cieotur. Illi igitur ob hæc ipsa vacuum quid dicerent esse.

Tex. c. 83. *Quoniam autem uacuum quidē non dicimus esse: alia vero vere dubitata. Aut motus non erit: nisi erit densitas, & raritas, aut turbatur cælum, semper æqualis aqua ex aere: & ex aqua erit aer. Manifestum enim quia plus aer ex aqua fit. Necesse igitur nisi calcatio fit: aut depulsum, quod habetur vltimum tumultuari facere, aut alibi alicubi æqualiter mutare ex aere in aquam: vt omne corpus totius æquale fit, aut nihil moueri. Semper trāsmutato hoc accidet, nisi circulariter circunstet. Non semper autem in circulum loci mutatio, sed aliquando, & in rectum est. Hi quidem igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua phyl. destruit radicem opinionis ponentium vacuū imbibitum corporibus: soluendo rationem super quā eorum opinio radicatur, & ista pars continet duas particulas: quoniam in prima phy. repetit rationem ponentium vacuum imbibitum corporis. In secunda ibi. [Nos autem dicimus.] Soluit phy rationem, super quam ista opinio radicatur. Dicit igitur phy. ꝙ quamuis nos dicamus, ꝙ vacuum non sit, & concedamus rarefactionem, & condensationem esse. tamen isti antiqui vnam veram consequentiam fecerunt, & aliam falsam, & ideo quantum ad aliquid vere arguebant. ratio igitur eorum fuit illa, si vacuum non sit inf corpora, rarefactio, & condensatio non erunt possibiles, consequens est falsum. ergo, & antecedens. & falsitatem consequentis probant, & in probando falsitatem consequentis bene arguebant, & ꝙ consequens sit falsum probant ex parte motus localis, & etiam ex parte generationis, ex parte motus localis sic, si non posset fieri rarefactio, & condensatio, sequitur, vel ꝙ motus localis rectus non possit esse, vel si aliquid mouetur localiter motu recto cælum turbabitur, sic, ꝙ cælum expelletur a loco suo, sicut probatum est superius, sed consequens est falsum. ergo & antecedens. Idem & probabant ex parte generationis sic, si rarefactio, & condensatio non essent possibiles, sequitur, vel ꝙ generatio non esset, aut si generatio sit, vt cælum expelleretur de loco suo, vel generatio in elementis semper esset æqualis, ita ꝙ si in aliqua hora generetur ex vncia aquæ aer in vno loco, necesse esset, vt in ipsa hora generaretur ex aere vna vncia aquæ in alio loco. istam consequentiam probat phyl. sic. quandocunque ex aqua generatur aer, aer genitus est maioris quantitatis, quam aqua ex qua generatur. Si igitur aer generetur ex aqua, & non fit alicubi cōdensatio, cum aer genitus occupet maiorem locum, quam occupabat aqua, ex qua generatur, vel oportet cælum cedere, & moueri, vel oportet, ꝙ aer fiat æqualis aquę, ex qua fit aer, quia si non fiat condensatio, nec generaretur aqua ex aere modo, quo dictum est, aut igitur oportet, ꝙ totum vniuersum occupet maiorem locum. vel ꝙ aliqua pars vniuersi expellatur a loco suo, vel ꝙ cælum, aut pars terræ simul fiat adæquatæ. s. cum corpore elementari, quorum quodlibet est impossibile, & sic sequitur, ꝙ rarefactio, & condensatio non sunt possibiles, vel ꝙ cælum cedat, & expellatur de loco suo, & non solum sequitur cælum moueri, sed & sequitur cælum localiter cedere, & expelli nisi dicatur, ꝙ quicquid mouetur localiter, mouetur circulariter, quod nō est verum, quoniam non est necesse omnem motum localiter moueri circulariter, quia aliquid potest moueri motu recto. isti igitur propter hanc rationem dicunt esse vacuum.

Rō ponētium vacuū imbibitum, &c.

B

C

D

Nos aūt ex hisce, quæ iam cōcessa sunt dicimus materiam vnam esse contrariorum: caliditatis inquam, atque frigiditatis, & cæterarum naturaliū contrarietatum, & ex ente potentia ens actu fieri. Atq; non esse quidem ipsam materiam separabilē: ratione vero esse diuersam. Et vnam numero coloris si forte fuerit, & caliditatis atque frigiditatis.

Nos autem dicimus ex subiectis: quoniam est materia vna contrariorum: & calidi & frigidi: & aliarū physicarum contrarietatum. Et ex eo, quod potentia est: actu ens fit. Et non separabilis quidem materia est esse aut alterum est. Et vna quidem numero: si contingat caloris calidi & frigidi. Tex. c. 84.

HÆc est secunda particula secundæ partis principa. huius cap. in qua phy. soluit illam rationē, super quam eorum opinio radicatur, & continet hęc particula duas partes, quoniam in prima ponit phyl. quadrupliciter propositiones necessarias ad propositum. In secunda ibi, [Est igitur corporis] Applicando prædictas rationes ad propositum suum soluit prædictam rationem. In prima igitur parte huius particulæ d. phy. Nos dicimus dictam rationem ex subiectis. hęc est ex propositionibus, quæ supponuntur in scientia naturali, quarū prima est. Quia vna est materia contrariorum alternatim recipiens ea, sicut est vna, & eadem materia calidi, & frigidi, & aliarum contrarietatum. Secunda propositio est, ꝙ illud, qđ est in actu necessario fit ex eo, ꝙ est in potētia, vt calidum in actu generatur ex calido in potentia, & non ex calido in actu. Tertia propositio est, ꝙ materia nonquam separatur ab vtroque contrariorum, immo semper est sub altero eorum, quamuis quantitas materię sit alia a quantitate vtriusq; contrarij. Quarta propositio est, ꝙ eadem materia numero est materia diuersarum contrarietatum, quia eadem materia numero est materia calidi, & frigidi, albi, & nigri.

Solutio.

Prima propositio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Et corporis item materiam eandem magni, ac parui, quod quidem ex eo maxime patet.

Et igitur & corporis materia, & magni & parui eadem, manifestum est autem.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secūdæ partis principalis huius cap. in qua phyl. per propositiones suppositas soluit prædictam rationem probantem vacuum esse imbibitum corporibus, & continet tres particulas, in quarū prima ostendit phyl. propositum suum per rationem. In secunda ibi [Cum nec ex aere] ostendit propositum suum per exempla. in 3. ibi [Duo. n. sunt] ostendit propositum suum per effectū rari, & densi. In prima igitur particula huius partis phyl. primo ponit substantiā solutionis. secundo declarat per quędā similia, ꝙ substantia solutionis consistit in hoc, quia rarefactio non fit per aduentum partium extrinsecarum ad foramina, nec condensatio fit per exitum partium a foraminibus hoc probatur, & potest poni quadragesimaprima conclusio huius libri, quæ ponitur sub forma, videlicet. Quod rarefactio non fit per aduentum partium extrinsecarum ad foramina, nec cōdensatio fit per exitum partium a foraminibus, hæc igitur cōclusio probatur. primo per rationem sic. eadem est materia contrariorū, sed rarum, & densum sunt contraria. ergo eadem est materia rari & densi. quando igitur ex raro fit densum, omnes partes corporis, quæ prius erant in raro postea sunt in denso & cum ex denso fit rarum eædem partes omnino, q̃ primo erant sub densitate, fiunt postea sub raritate. igitur in rarefactione non adueniunt aliquæ nouæ partes, nec in condensatione exeunt aliquæ partes, sed totū, qđ prius fuit sub raritate fit postea sub densitate, & econuerso. aliter non esset eadem materia omnino contrariorum, & sic rarefactio non fit aduenientibus partibus extrinsecis ad foramina, nec condensatio fit per exitum aliquarum partium de foraminibus, sed rarefactio, & etiam condensatio fiunt per hoc, quia illud, quòd erat in potentia reducitur ad actum: non sic, quòd aliquid existat, & postea adueniat, ideo illud, quòd de nouo acquiritur secūdum se totum præexistebat prius in potentia materiæ.

Solutionis dicentiū vacuum esse imbibitū corporib. 41. concl. huius lib.

Nam si factus est aer ex aqua: eadē materia facta est aer: nulla re insuper alia assumpta. Sed qđ erat potentia id, tandem factum est actu. Et rursus a simili modo, si orta est ex aere aqua. Eadem namq;

X 1 materia

materia nunc in magnam ex parua: nunc in paruã ex magna uertitur molem. Simili igitur modo: si & aer ex maiore stringitur in minorem, & ex minore rursus in maiorem extenditur molem: materia ipsa, quæ est amboo potentia sit vicissim vtrunque.

Cum enim ex aqua aer fiat, eadem materia non accipiens aliud aliquid facta est. Sed quod erat potẽtia; actu facta est iterum aqua ex aere similiter, aliquando quidẽ in magnitudine ex paruitate, aliquando in paruitate ex magnitudine. Similiter igitur, & cum multus aer existens in minori fit mole, & ex minori maior potentia cũ sit, fit materia vtraque.

HÆc est secunda particula secundæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phyl. ostẽdit propositum suum per exempla, & adducit quinque exempla ad declarandum, quod rarefactio, & cõdensatio non fiunt per aduẽtum partium extrinsecarum ad foramina: nec per recessum partium a formalibus. Primum exemplũ est in transmutatione substantiali, & est tale. Si ex aqua fiat aer oportet, quod fiat rarefactio materiæ, & si ex aere fiat aqua oportet, quod fiat condensatio materiæ. sed quando ex aqua fit aer non fit aliquod præexistens, sed eadem materia numero sine aliquo præexistente addito sibi est primo sub forma aquę: & postea sub forma aeris, & similiter, quando ex aere fit aqua non recedit aliquod præexistens, sed tota materia quę erat sub forma aeris fit postea sub forma aquæ. ergo rarefactio non fit per aduentum nouarum partium præexistentium: nec condensatio fit per recessum partium, ex quo tota materia manet eadem successiue in raro, & in denso, vt patet quando ex aqua fit aer, & econuerso. Vnde secundum Comment. hæc declaratio est per signum, quia in transmutatione de minori quantitate ad maiorem non est aliquod extrinsecum adueniens nõ solum illud, quod est in potentia reducitur ad actum, vt manifestum est in generatione, quia cũ aliquod corpus maioris quantitatis generatur ex corpore minoris quantitatis, vt aer generatur ex aqua: tunc materia recipiens formam aeris recipit maiorem quantitatem post minorem nullo extrinseco adueniente, quo aer fiat maioris quantitatis. Sed illud, quod est potentia maioris quantitatis. i. materia fit actu maioris quantitatis nullo extrinseco in actu adueniente. similiter quando ex aere fit aqua. aer transfertur de magnitudine in paruitatem nullo exeunte. Quidam autem illud exemplum sic deducunt: propositum sicut est in transmutatione substantiali, ita est in transmutatione ad quantitatem, sed in transmutatione substantiali, ita est, quod tota materia, quæ prius fuit sub vna forma, postea, est sub alia forma nullo extrinseco adueniente materiæ, nec aliquo recedẽte ab ea, sed solum, quod erat in potentia reducitur ad actum. ergo sic est in transmutatione ad quantitatem. i. in rarefactione, & condensatione (quod condensatio, & rarefactio fiunt sine aliquo extrinseco adueniẽte præexistente in aliquo recedente, & sicut est in transmutatione substãtiali (quod omnino eadem materia manet sub vtroque terminorũ transmutationis, ita est quando idem aer numero non transmutatur substantialiter. primo existit in minori mobili. hoc est in magnitudine minori & fit maior non adueniente sibi aliquo præexistente, sed ille aer. qui primo erat minor actualiter, & in potentia maior fit actu maior. propter hoc, quod eadem materia numero est in potentia ad vtranque. i. ad quantitatem maiorem, & ad quantitatem minorem. Notandum quod Cõmen. d. hic, & manifestum est, quod rarum, & densum sunt contraria in quantitate, cum translatio corporis de raritate in densitatem sit translatio de quantitate maiori ad minorem, & econuerso. sequitur ex hoc, vt materia rari, & densi sit eadẽ, & quod idem corpus transfertur de minori quantitate ad maiorẽ nulla quantitate actu adueniẽte, ex qua fiat maius ex eo, quod est in potentia aliquid, non ex illo, quod est in actu: & similiter, quando fit minus non exeũt ab eo partes in actu: sed tunc materia denudatur a termino maioris quantitatis, & recipit terminum minoris quantitatis eodem modo, quo recipit calidũ, & frigidum, & alia contraria in quantitate. hæc Commen. Intelligendum est hic, quod cum Commen. dicit, quod rarum, & densum sunt contraria in quantitate, non intelligit, quod raritas, & densitas sint de prædicamento quantitatis, immo raritas, & densitas sunt qualitates consequentes calidum, & frigidum, vt dicit Commen. 7. huius dicens, quod rarum, & densum sunt contraria fundata in quantitate, & quod sunt formaliter de genere quantitatis. Et vlterius cum Commen. dicit, quod translatio corporis ex raritate ad densitatem est translatio de maiori quantitate in minorem, non habet per hoc intelligi, quod rarefactio, & condensatio sint motus ad quantitatem, quia secundum Commen. primo huius, & in de substantia orbis quantitas est inseparabilis a materia: ideo manente eadem materia manet eadem quantitas, & propter hoc, quia eadem materia numero remanet sub vtroque terminorum rarefactionis, & condensationis: sequitur, quod eadem quantitas numero manet, quando ex raro fit densum, & econuerso. Quando igitur dicitur, quod rarefactio est ad maiorem quantitatem, & condensatio ad minorem: illud sic debet intelligi, quod rarefactio est ad maiorem extensionem quantitatis, istę tamen extẽsiones maior, & minor non sunt quantitates, sed sunt passiones, vel termini quantitatis. Nam sicut eadem materia numero potest esse nũc sub minori extensione, & tam sub maiori extensione, ita eadẽ quantitas minor potest, quandoq; esse minus extensa, & quãdoque magis. Et si dicitur, quod rarefactio fit ad maiorem quãtitatem. igitur rarefactio est ad quantitatem, & non ad quantitatem. igitur rarefactio est ad quãtitatem nouam. Dicendum, quod rarefactio est ad maiorẽ quantitatem. i. ad maiorem quãtitatis, siue ad maiorem extensionem quantitatis, nec ex hoc sequitur, quod rarefactio sit ad quantitatem, sicut nec sequitur. calefactio est ad substãtiam calidam. igitur calefactio terminatur ad substantiam, quia omnis transmutatio terminatur ad compositum, vt patet per phylosophum 7. meta quia generatio terminatur ad compositum ex materia, & forma, sed ex hoc nõ sequitur, quod generatio terminetur ad materiam. Ita in proposito dico, quod rarefactio terminatur ad maiorem quantitatẽ, hoc est ad compositum ex quantitate, & densitate, seu extensione maiori, nec ex hoc sequitur, quod rarefactio terminatur ad q̃titatem. Et si dicitur, quod hic arguitur ab inferiori ad suum superius videlicet rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem. ergo rarefactio terminatur ad quantitatem, & per consequens hæc consequentia est bona, & antecedens verum. ergo consequens est verum. Huic potest dici, quod antecedens de virtute sermonis est falsum, attamen intellectus Commen. est verus, & est, quod rarefactio terminatur ad maioritatem quantitatis. Vel potest dici, quod ista consequentia non valet, videlicet, rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem ergo rarefactio terminatur ad quantitatem, sicut non sequitur, generatio terminatur ad compositum ex materia, & forma. ergo generatio terminatur ad materiam. Et cum dicitur, quod in illa consequentia arguitur ab inferiori ad superius. Dico, quod arguitur ab inferiori habente suppositionem simplicem ad superius, & talis consequentia non valet, sicut non sequitur, homo est species specialissima. igitur animal est spẽs specialissima, quia ille terminus hõ in antecedente hẽt suppositionem simplicẽ, sic est in proposito. quia secundum quod illa est vera. i. rarefactio terminatur ad maiorem quantitatem, ille terminus maior quantitas supponit pro aggregato ex quantitate, & maioritate. Sed hic sunt duo dubia. Primum dubium est de eo, quod dicitur, videlicet, quod rarefactio terminatur ad maioritatem, vel ad extensionem maiorem. Hoc non videtur verum, quia maioritas est relatio, sed relatio non est per se terminus alicuius motus. Secundũ dubium est, quod rarefactio, & condensatio sunt opposita igitur habent terminos. ergo si rarefactio terminetur ad extensionem quantitatis, sequitur, quod condensatio terminatur ad intensionem quantitatis, sed hoc falsum, quia quãtitas non intenditur, cum non suscipit magis, & minus, vt patet ex lib prædicamentorum. Ad primum horum potest dici, quod rarefactio per se terminatur ad raritatem, quæ est quędã qualitas absoluta, & non terminatur ad maioritatem nisi per accidens. Vel potest dici, quod rarefactio non est motus per se, sed est motus per accidẽs ex hoc, quia necessario sequitur aliũ motum, vt motum in qualitatibus primis rarefactio enim per se sequitur ad motum calefactionis, & non est inconueniens, quod motus per accidens terminetur ad relationẽ, vnde põt probabiliter dici, quod omnis alteratio per se est ad aliquam qualitatem tangibilem primam, quoniam sicut nulla quantitas per se agit, nisi quantitas prima tangibilis, ita nulla qualitas per se terminatur ad alterationem nisi qualitas prima tangibilis. Et patet ad formam argumenti cum dicitur, quod maioritas est relatio, & relatio non est per se terminus motus. Dicitur igitur, quod relatio non est motus per se, sed relatio bene potest esse terminus motus per accidens. Et ad secundum argumentum cum dicitur, quod rarefactio, & condensatio sunt motus oppositi. igitur habent terminos oppositos, concedo. Et cum dicitur, tunc si rarefactio sit ad extensionem quantitatis, condensatio erit ad intensionem quantitatis, concedo.

Primum exemplũ.

Rarum & densũ sũt contraria in quantitate, sed videtur dicere oppositum cõsequen. & 7. phy.

Quõ debeat intelligi dictũ Cõ. ĩ locis pr. dictis.

Obiectio.

Solutio.

Primum dubium.

Secundũ dubium.

Ad primũ.

Ad secũdum.

A do: accipiendo intensionem, prout opponitur extensioni. Et qñ dicitur ꝙ quantitas non intenditur: dico ꝙ intensio accipitur dupliciter. vno modo ſm ꝙ opponitur remissioni, & hæc intensio est secundũ formam, siue formalis: & isto modo forma suscipiens magis, & minus recipit intensionem. Alio modo accipitur intensio, prout opponitur extensioni, & hæc est intensio materialis, quæ fit per comparationem materiæ. vnde si accipiamus duo corpora eiusdem rationis, & eiusdem quantitatis, & consimilis densitatis, vt duas feras eiusdem quantitatis, & eiusdem densitatis, & ponderositatis quæ sint a, & b, & cõdensetur vna sicut & alia intantum ꝙ occupent in duplo minus de loco quam prius: remaneat tñ b, sub eadem extensione qua prius: certum est tunc quòd a, post condensationem est tm̃ intensiue quantum est b, quòd est tanti ponderis, & tanti valoris. non tamen est tantum extensiue, quia non occupat tãtum de loco quantum b, & sic patet quod intensio vno modo opponitur extensioni. Quando igitur dicitur in argumento quod quantitas non intenditur. Dico quod quantitas non intenditur intensione opposita remissioni: tamen quantitas bene intenditur intensione opposita extensioni.

Nam vt ex frigido calidum eadem, & ex calido frigidum fit, quia potentia erat ambo, sic & ex calido fit magis calidum, nulla prorsus ipsius parte tunc emergente calida, quæ nõ erat antea calida, cum calida minus erat.

Sicut enim ex frigido calidum, & ex calido frigidũ, eadem, quæ erat potentia, sic ex calido magis calidum nullo facto in materia calido, quod non esset calidum, quando erat minus calidum.

Secũdum exemplũ. SEcundum exemplum, seu simile est illud. Sicut enim eadẽ materia est in potentia ad calidum, & frigidum, & ex calido fit frigidum, & econuerso, sine omni extrinseco adueniente: ita qñ ex denso fit rarum, vel econuerso non aduenit aliquid in actu præexistens, nec etiam aliquid recedit, qñ ex raro fit dẽsum. & sic cum ex raro fit densum non exeunt aliquæ partes ex foraminibus, nec qñ ex denso fit rarum nõ intrant aliquæ partes præexistentes in foraminibus ipsis. Sic ex magis calido, secundum expositionem Commen phyl. remouet tale dubium, dictum est, ꝙ possibile est minorem quantitatem fieri ex maiori, & econuerso, & calidum fieri ex frigido & econuerso, sed tñ illud non apparet verum. quia põt aliquis dicere, quòd calidum fieri ex frigido, vel caliditatem fieri ex frigiditate, & econuerso, non est, sicut quantitatem fieri maiorem ex minori, aut econuerso, quoniam impossibile est imaginari, quòd caliditas augmentetur ex frigiditate, cum sint contraria, sed possibile est magnum augeri ex partibus paruis additis, & licet magnũ, & paruum sint opposita tamen possibile est alterum augmẽtari ex altero, sed non est sic de contrariis in qualitate. Et phyl. percipiẽs hanc obiectionem posuit aliud exemplum, quod est magis simile dicens, quod ex minus calido fit maius calidum extrinsecum in actu præexistens, sed illud idem numero, quòd prius erat minus calidum fit magis calidum, & magis calidum, & minus calidum se habent adinuicẽ in qualitate, sicut magis, & minus se habent adinuicem in quantitate, & ideo sicut materia venit de caliditate determinata ad maiorem caliditatem nullis partibus calidis. i. nullis corporibus in actu aduenientibus, ita materia transfertur de quantitate minori in maiorem nulla quantitate in actu adueniente. Notanda sunt hic tria secundum Commen. Primo notandũ est illud, quòd dixit phyl, videlicet, quòd ex minori quantitate fit maior nullo extrinseco adueniente, manifestum est, quòd dolium fusum ex musto, quoniam mustum fit maioris quantitatis nullo extrinseco adueniente, manifestum est etiam in aere qñ rarefit ex calore, & condensatur ex frigore. hæc Commen. Secundo est notandum, quòd Cõm. remouet vnum dubium, quia posset aliquis dicere, caliditas crescit ex caliditate adueniẽte intrinseca. oportet igitur, vt ibi sit aliquid de quantitate. Ad illud igitur dicit Commen. sic. dicamus, quod addito caloris agentis in calorẽ corporis non est secundum additionem partis in toto, & vniuersaliter partis in materia, sed est secundum additionẽ actionis agentis in passionem patientis, vt quando calor agentis vigoratur crescit calor patientis, non secundum partium calidarum extrinsecarum additionem, quia ad patientem non trãsfertur aliqua pars ab agente. hæc Commen. intendit dicere ꝙ calor non augmentatur per additionem partis ad partẽ, sed secundum ꝙ calefaciens dominatur supercalefactibile. Cum.n. calefactibili fit calor intensior, non per additionem caloris alicuius extrinseci præexistentis, sed secundũ ꝙ fuit in potentia patiẽtis reducitur ad actũ. Tertio est notãdum secundũ Cõm. ꝙ differentia est inter transmutationem ad quantitatem, & transmutationem ad qualitatem, quoniam in transmutatione ad qualitatem vna qualitas fit ab alia effectiue, quia vna caliditas fit ab alia caliditate in actu, sed in transmutatione ad quantitatem vna quantitas non fit ab alia quantitate in actu secundum viam generationis. i. tanquam ab agente, cum quantitas non sit de potentiis actiuis, sed sequitur potentias actiuas, & operationes earum, s. calidi, & frigidi. Intendit igitur phyl. dicere ꝙ caliditas crescit ex alia caliditate secundum translationẽ sic. quòd aliqua caliditas extrinseca transfertur ad passum, ex cuius aduentu crescit caliditas patientis, & transfertur a debilitate in vigorem, & eodem modo est de translatione corporis de parua quantitate in magnam, aut econuerso.

Primum notan.

Secũdum notan.

Tertium notan.

Quemadmodum neque circumferentia circuli in minoris ambitum est redacta, siue sit eadem, siue sit alia: pars ipsius nulla facta est curua, quæ B non erat antea curua, sed recta. Non enim ex eo quippiam minus, aut magis est tale. quia id intermittitur quo minus, aut magis dicitur tale.

Sicut quando, nec maioris circuli circulatio, & conuexitas: si fiat minoris circulari eadem, cum sit: aut alia: in nullo alio factus est ambitus, quod non etiam ambitus: sed rectum. Non enim deficiendo minus, aut maius.

Tertium exeplum. TErtium exemplũ, vel simile est. s. ad probãdum, quòd cũ ex denso fit rarum nihil fit per exitum partium a foraminibus, nam cum ex raro fit densum fit per aduentum partium ad foramina, sed per hoc, quòd eadẽ materia numero est in potentia ad illa cõtraria quæ sunt rarum, & densum. Est igitur tale exemplum. sicut in curuatione alicuius circuli. s. cũ arcus circuli incuruatur fit maior incuruatio in qualibet parte non ita, ꝙ aliquæ partes erant in eo, quæ postea incuruãtur, qm̃ non fit incuruatio in aliquibus partibus, & non in aliis. C immo quælibet pars curui incuruatur, ita est in trãsmutatione corporis de magnitudine in paruitatem, siue de raritate in dẽsitatem, vel econuerso. per aduentum partium foraminibus, vt fingunt dicentes vacuum esse, qm̃ si ita esset corpus, quod rarefit non rarefieret in qualibet parte, nec corpus, qđ cõdensatur cõdensatetur in qualibet parte, qđ est falsum, vt patet per exẽplum iam positum, qm̃ sicut circulus cum incuruatur incuruatur in qualibet parte, & nihil extrinsecum aduenit, vel recedit. Similiter cum ex curuo fit rectum, ita cum ex raro fit densum, & ecõuerso. fit enim rarefactio in qualibet parte, & nulla pars aduenit de nouo, nec recedit. Vnde dicit Commen. quòd illud exemplum est rhetoricum, & tali exemplo vtitur phyl. in his locis propter difficultatem imaginandi, quoniam difficile est imaginari aliquid crescere sine quantitate extrinseca adueniente, aut diminui sine quantitate recedente.

D Neque fit, vt flammæ pars vlla sumatur in qua caliditas, albedoq; non sit.

Neque enim scintillæ accipere aliquam magnitudinem, in qua non, & caliditas, & albedo inest. Sic igitur, & prior calor posteriori.

Quartum exẽplum. QVartum exemplum, vel simile est tale, sicut corpus calidum est calidum secundum omnes suas partes. v.g. scintilla est calida secundũ oẽs partes, & non secundum aliquam partem sic, & aliquam non: & etiam corpus est albũ secundum omnes partes, vel ex frigido fit calidum, vel ex minus calido fit magis calidum corpus calefit in omni parte, & non in aliqua parte sic, & in alia non: ita est de raro, & denso. s. quod rarum est rarum in omni parte, & densum est densum in omni parte, & cum ex denso fit rarum, quælibet pars rarefit, & cum ex raro fit densum condensatur, si tamen rarefactio & condensatio fierent per recessum partiũ a foraminibus, vel per aduentũ partium ad foramina non fieret rarefactio, nec condensatio ſm omnes partes, sed solum ſm ipsa foramina.

Quare

Quare & ipſa moles ſenſibilis non ideo extendi-tur, aut conſtringitur quia materies aliquid inſu-per accipit, aut abiicit, ſed quia ipſa materies vtrũque ſubire poteſt. Quo fit, vt idem ſit rarum, & denſum, & vtriuſque materies vna.

Quare & magnitudo paruitas ſenſibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur: ſed quia potentia eſt materia vtriuſque. Itaque idem eſt denſum, & rarum, & vna materia ipſorum.

Ex prædictis patet, quod magnitudo, & paruitas quæ inueniuntur in eodem corpore ſenſibili non fiunt per additionem, vel per remotionem partium materiæ: ſed per hoc quod eadem materia omnino eſt in potentia ad vtrunque, & eodẽ modo eſt de raro, & denſo cum corpus rareſit: fit maius, & cum condenſatur, fit minus. ex raro igitur fit denſum, & econuerſo per hoc: quia eadem eſt materia vtriuſque.

B

Atqui denſum quidem eſt graue: rarum autem leue.

Eſt autem denſum quidem graue: rarum autem leue.

Expoſitio prima Cõmẽtatoris. Quintum exẽplum.

Illud Commen. exponit dupliciter. vno modo, quod per hoc probat propoſitũ per aliud exemplum, & eſt quintum exẽplum: quoniam ſicut eadem materia numero recipit ſummam grauitatem, & leuitatem, ita eadem materia numero ſucceſſiue recipit raritatem, & denſitatem, & illud exemplũ eſt conueniens, quia graue eſt denſum, & leue rarum. Item ſimile eſt de graui, & leui, raro, & denſo.

Secunda expoſitio Cõmmẽ.

Alius modus exponendi illud ſecundum Cõm. eſt hic: quia phyl. intendit contradictionem eorum. ita quod per illud oſtenditur quòd iſti contradicunt ſibiipſis: quoniam ſi rarefactio fieret per aduentum partium extrinſecarum, vt ipſi dicunt, & condenſatio per receſſum partium: tunc rarũ eſſet grauius, quia in eo ſunt plures partes, & denſum eſſet leuius, quia in eo ſunt pauciores partes, ſed hoc eſt falſum, & contra eos, quia denſum eſt graue, & rarum leue ſecundum iſtos.

C

Amplius: ſicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud concauum: ſed quod erat inuexum, ſic & ignis. Quia ſi aliquis accipiat omne calidum eſt. Sic & omne conductione, & diſtẽtione eiuſdem materiæ.

Tex. c. 85.

Amplius: ſicut circuli circulatio conducta in minus non aliud accipit concauum: ſed quod erat conductũ eſt. Sic & ignis quod cum aliquis accipiat omne eſſe calidũ. Sic & omne conductione, & diſtenſione eiuſdẽ materia.

Cum phyl. adduxit exempla ad probandum, quòd ex raro non fit denſum, nec econuerſo per additionem, vel ablationem alicuius partis materiæ. Reuertitur ad declarandum idem per quædam exempla prius poſita dicens. Quod autem ita ſit, ſ. quod rarefactio non fiat per aduentum partium extrinſecarum, nec cõdenſatio per exitum partium, vt patet per exẽplum. nam ſicut arcus circuli quandoq; recipit maiorem curuitatem, vel incuruationem, & quandoq; minorem abſq; eo, quòd in eo ſit aliquid, quod ante non fuit, & additio in curuatione in eo nõ eſt in aliqua parte ſic, & in aliqua non: ſed quamcunque partem acceperis: inuenies incuruationem additam in eo: ſicut quando ignis fuit magis calidus non fit vna pars magis calida, & alia non. ſed quælibet pars fit magis calida nullo extrinſeco alio adueniente: ſicut eſt de raro, & denſo: quod quando ex raro fit denſum, vel econuerſo. non fit aliqua pars rara, & aliqua non: ſed quælibet pars fit rara, nullo extrinſeco in actu adueniente, & ſic patet, quod rarefactio non fit per aduentum partium extrinſecarum, nec econuerſo. immo circa eandem materiam omnino habet fieri raritas, & denſitas. Et dicit hic Commen. quòd ex hoc eſt manifeſtus antiquorum defectus, quia non potuerunt ponere rarefactionem, & condenſationem per exitum partiũ a foraminibus, vel per ingreſſum corporum in foramina, & hoc ideo, quia tunc non quælibet pars rari fieret rara in rarefactione, nec quælibet pars denſi fie-

A

ret denſa in condenſatione, ſed tantum foramina fierent denſa, vel rara illa vero, quæ eſſent inter foramina, non ſe haberẽt nunc aliter quam prius, & ſic non eſſet idem in potentia rarũ, & denſum, quod eſt falſum, quia ſicut in generatione manet eadem materia numero, ita in condenſatione, & rarefactione, generatio, & corruptio apud nos, quas antiqui vocabant aggregationem, & ſegregationem, ſunt eiuſdem materiæ, & non fiunt ſecundum aggregationem, & ſegregationem partium.

Duo namq; comitantur vtrunque: graue enim & durum denſa eſſe videntur, leue vero, ac molle rara. Verum in plumbo, ac ferro: graue, durumq; diſcrepant.

Duo enim ſunt ab vtroq; denſo, & raro. Graue enim & durum denſa videntur eſſe, & contraria rara, leueq; & molle. Diſſonat autem graue, & durum in plumbo, & ferro.

B

Quid ſequatur ad rarum, & dẽſum, & primum.

Hæc eſt tertia particula ſecundæ particulæ ſecundæ partis principalis huius cap. in qua phyl. oſtendit propoſitum ſuum per effectum rari, & denſi ſic, quod ad rarũ, & ad denſum ſequuntur quatuor contraria. Quorum primum eſt, quòd eadẽ eſt materia omnino quando ex vno fit denſum, vel ecõuerſo, & manebit eadem materia numero omnino, ſic quod nulla pars materiæ de nouo aduenit. conſequẽtia patet de ſe, quia quicquid ſequitur ad antecedens, ſequitur ad conſequẽs. ergo ſi rarum, & denſum ſequitur identitas materiæ, ſequitur, quod ad rarum, & denſum ſequitur identitas materiæ. antecedens patet. nam ſequuntur iſta duo graue, & durum, & horũ contraria, vt leue, & molle ſequitur ſi ſit rarum, ita tamen, quod ſi ſit denſum ſit grauius, & durius, & ſi ſit rarum, ſit leuius, & mollius: ſed quamuis graue, & durum ſequitur denſum, tamen graue, & durum non ſequuntur ſe vniuerſaliter: ſed ſolum in corporibus eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, in corporibus vero diuerſis ſecundum ſpeciem non ſequuntur ſe vniuerſaliter, quoniam plumbum eſt grauius ferro: ſed tamen non eſt durius: ſed potius econuerſo, quia ferrum eſt durius plumbo.

Plumbum eſt grauius ferro.

C

Ex his igitur quę dicta ſunt patet, neq; ſeparatum, aut ſimpliciter, aut in raro, neq; potentia vacuum eſſe, niſi quiſpiam voluerit omnino vacuum id appellare, quod eſt cauſa lationis. Hoc autẽ pacto grauis ipſius leuiſq; materies, vt eſt talis: vacuum erit. Rarum enim ac denſum, ac quidem contrarietate lationis ſunt effectiua. Ratione vero duri mollisve cauſa ſunt facilis difficilisve paſſionis. & non lationis: ſed potius alterationis. Sed de vacuo quidem quo pacto eſt, & quo pacto non eſt in ratione rerum hoc ſit modo determinatum.

Tex. c. 86.

Ex dictis igitur manifeſtum eſt, quod nec diſcretum eſt vacuum, nec ſimpliciter, nec in raro, nec potentia, niſi aliquis velit penitus vocare vacuum cauſam illius, quod fertur. Sic autem, quæ grauis eſt, aut leuis materia, quæ huius erit vacuum. Denſum enim & rarum ſecundum hanc contrarietatem motus actiua ſunt. Secundum autem durum, & molle paſſionis, & non paſſionis receptiua, & non loco mutationis, ſed alterationis magis, & de vacuo quidem quomodo eſt, & quomodo non eſt determinatum ſit hoc modo.

D

Epilogatio.

Cum igitur phyl. declarauit de vacuo epilogat determinata dicens, quod ex dictis manifeſtum eſt, quod vacuum non eſt aliquid diſtinctum, vel ſeparatum a corporibus omnẽs immobile extra corpora receptiuum corporum, nec eſt vacuum aliquid exiſtens in raro. ſ. imbibitum corporibus raris ſeparabile ab eis, ſicut antiqui imaginabantur vacuum eſſe quædam foramina exiſtentia in raro mota ad motum ipſius, eſt enim vacuum aliquid in potentia, niſi aliquis velit vocare vacuum ipſam materiam quę eſt cauſa tranſlationis illius, quod fertur.

& ſic

& sic accipiendo vacuum, vacuum est materia grauis, & leuis. Et quòd materia sit causa translationis patet, quia materia est causa densitatis, & raritatis, vt patet ex dictis superius, & corpora non recipiunt translationem in eis, nisi secundum raritatem, & densitatem eorum, & raritas recipiunt motum translationis a motum corporum translatorum in alias. sic cum ita sit materia est causa, quod corpora recipiunt translationem per hoc quod concipiuntur ex raritate, & densitate. sed non est ita de duro, & molli, quia durities, & mollities non sunt causa huius translationis, sicut rarum, & densum, sed sunt causae facilitatis, & difficultatis translationis, quia corpus, in quo est translatio, fuerit molle, translatio erit facilis in eo, sicut in aere, & cum fuerit durum, erit difficilis, seu impossibilis translationis, sicut in terra, sed quamuis durum, & molle non sint causae translationis in loco, sicut graue, & leue, sunt tamen causae translationis propriae. Et intelligit phyl. per hoc, vt mihi videtur, quod molle sit causa passionis, & durum sit causa actionis, quia molle est passiuum, & durum est actiuum. & vt mihi videtur loquitur de raritate, & densitate durities, & mollitie ipsius medij, & non ipsius mobilis, sed quamuis raritas, & densitas, & similiter durities, & mollities illius medij aliquid faciant ad motum localem ipsum promouendo, vel impediendo: tamen grauitas, & leuitas illius medij, nec promouent, nec impediunt, sicut grauitas, & leuitas ipsorum motuum sunt causae actiuae ipsorum motuum superius, & inferius. De vacuo quidem igitur quid est, & quo est, & quo non est determinatum sit hoc modo, & sic in illa recapitulatione dicit phyl. primo, quod ex dictis patet, quod nec est vacuum separatum a corporibus, nec etiam est Imbibitum corporibus. Secundò dicit phyl. quod vacuum non est aliquid in potentia, nisi aliquis velit vocare vacuum ipsam materiam, quae est causa translationis eius, quod fertur, & sic accipiendo vacuum, vacuum est materia grauis, & leuis. Tertio dicit phyl. quòd etiam materia est causa motus, & dicit, quòd materia est causa raritatis, & densitatis, & densitas, & raritas sunt causa grauitatis & leuitatis duri, & mollis, & sic grauitas, & leuitas sunt causae actiuae motus localis. Quarto dicit phyl. quòd durum, & molle sunt causa passionis, i. facilis receptionis motus localis, & non passionis, i. difficilis, vel impassibilis receptionis motus localis, vnde etiam durum, & molle sunt causae alterationis, & sic durum, & molle sunt causa passionis, & alterationis. Vnde circa istam partem quaero duo.

Consimile 18. phy. c. 81. idem sup. i hoc lib. c. 68.

Primo dicit phyl.

Secundũ.

Tertium.

Quartũ.

Primum dubium.

Primo an ex raro possit fieri densum, & econuerso.

Secũdum

Secundo quaero an rarefactio, & condensatio sint motus ad quantitatem.

Prima ratio primi dubij.

Ad primum dubium arguo, & probo, quòd ex raro nõ potest fieri densum. Secundo, quòd ex denso non potest fieri rarum. Primũ probo dupliciter. & primo sic. impossibile est, quòd partes alicuius continui fiant propinquiores, quam sint, sed in denso partes sunt propinquiores, quam in raro. ergo impossibile est, quod ex raro fiat densum. maior patet de se, quia densum est, cuius partes propinqua iacent, probo tamen minorem sic. partes continui quantumcunque sint continuantur secundum indiuisibile, sed impossibile est aliqua magis appropinquare quam quod inter nihil sit medium nisi indiuisibile. ergo impossibile est partes alicuius continui propinquius iacere, quam iaceant, & sic partes eius non possunt fieri propinquiores quam sint. & per consequens, ex raro non potest fieri densum.

Secunda ratio.

Item si ex raro potest fieri densum, sequitur, quod ex vno pugillo aeris possunt fieri triginta ignis quod est impossibile, quia ex vno pugillo aeris non possunt fieri, nisi decem pugilli ignis. & probo quod illud sequatur, quia tres pugilli aeris possunt condensari vsque ad quantitatem vnius pugilli. ergo ex tribus pugillis aeris possunt fieri triginta pugilli ignis. & sic etiam sequitur, quòd ex vno pugillo ignis potest fieri vnus pugillus, vel duo aeris, quia possibile est, quod decem, vel duodecim pugilli condensentur vsque ad quantitatem vnius, & ex illo vno pugillo fieri duo pugilli aeris, quod tamen omnes negant, deinde probo, quòd ex denso non potest fieri rarum, quia si ex denso fieret rarum, tunc motus localis esset in instanti, quod est impossibile. probo, quod hoc sequatur, quia in termino rarefactionis rarefactum plus occupat de loco, quàm prius occupabat, igitur in instanti illo, in quo rarefactio est primo terminata, rarefactum est in maiori loco, quam vnquam prius fuit, sed occupatio loci maioris arguit simul recessum corporis circundantis, cum igitur maior locus acquiratur in instanti, sequitur, quod recessus circunstantis est motus in instanti.

Prima rõ pro secundo mẽbro.

Item, si ex denso potest fieri rarũ, tunc esset possibile, quòd aliquod corpus rarefieret circulariter, ita quod quaelibet pars eius magis terminata ad centrum magis distaret a centro, quam prius, & tunc accipio totum rarefactibile, primum, & adaequatum subiectum illius rarefactionis, & sit a illud totum, & primum subiectum rarefactionis, ex quo igitur a, secundum se totum rarefit, oportet, quod occupet maiorem circulum quam prius occupabat: ergo per suum motum facit, quod aliquid extra ipsum occupat maiorem circulum, quam prius, & per consequens aliquid extra ipsum est rarefactum, & per consequens a, non est totum, & adaequatum subiectum totius rarefactionis, ex quo a, extra ipsum rarefit. hoc est sic arguere. si rarefacere est possibile, tunc esset dare primum, & adaequatum subiectũ rarefactionis, sed consequens est falsum, vt isti probant. igitur, & antecedens est falsum.

Secunda ratio.

Itẽ. si ex denso potest fieri rarum, tunc esset possibile, quod aliquod corpus rarefieret vniformiter, & circulariter, & per consequens quaelibet duo puncta illius corporis aequaliter distarent a centro, & per consequens inter quaelibet duo puncta esset aequalis distantia, & per consequens nulla pars eius esset rarefacta, sed hoc est impossibile. igitur impossibile est quòd ex denso fiat rarum.

Tertia ratio.

Item si ex denso posset fieri rarum, sequitur quod aliquod corpus simul secundum se totum rarefieret, & condensaretur, & sic simul moueretur duobus motibus contrarijs, quod est impossibile, & probo, quòd hoc sequatur, quoniam possibile est, quod aliquod corpus rarefiat secundum longitudinẽ, sic quod quaelibet pars fiat longior, quam prius, & possibile est, quod idem corpus condenseatur secundum latitudinem, ita quod quaelibet eius pars fiat minoris latitudinis. igitur [illegible] sit possibilis aliquod corpus secundum se totum possit simul rarefieri, & condensari, quod videtur impossibile. In oppositum est phylosophus.

Prima ratio secundi dubij.

Ad secundum vero dubium arguo, & probo, quod rarefactio sit motus ad quantitatem, & hoc sic, quantitas est per se occupatiua loci, omnibus alijs circumscriptis, vt patet in hoc tractatu per phylosophum, & etiam per Commen. primo de gene. capitulo de tactu. igitur maior quantitas requirit maiorem locum, & minor minorem, cum igitur corpus rarefactum occupet maiorem locum quam prius occupabat ante rarefactionem, sequitur quod rarefactum habet maiorem quantitatem quam prius habuit, & sic rarefactio est motus ad nouam quantitatem.

Secunda.

Item rarefactio, vel est motus ad quantitatem, vel ad qualitatem, sed non est motus ad qualitatem. igitur est motus ad quantitatem. probatio minoris patet per phylosophum in praedicamentis. vbi dicitur, quod rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium, & per consequens non sunt qualitates, & per consequens rarefactio non est motus ad qualitatem. In oppositum videtur Commen. 7. huius, dicens quod raritas, & densitas sunt qualitates consequentes calidum, & frigidum, cum igitur rarefactio sit ad raritatem, sequitur quod rarefactio sit motus ad qualitatem, & non ad quantitatem. Ad primum igitur dicendum quod rarefactio, & condensatio sunt possibiles, ad quod probandum suppono duo.

Primum suppositũ.

Primò; quod eadem est materia contrariorum quae. s. successiue suscipit contraria.

Secundũ.

Secundo suppono. quod illa quorum est vna materia sunt transmutabilia adinuicem, sic quod vnum est in potentia ad alterum, & ecõuerso. Ex hoc igitur arguo sic. Illa quae communicant in materia sunt transmutabilia adinuicem, sed rarum, & densum cõmunicant in materia, cum sint contraria igitur rarum, & densum sunt transmutabilia adinuicem. ergo ex raro potest fieri densum, & econuerso, & per consequens rarefactio, & condensatio sunt possibiles. illud est sufficienter declaratum in textu.

Ad primã rationem primi dubij.

Ad rationes in contrarium. ad primam quando dicitur quod impossibile est partes alicuius continui fieri propinquiores, quam sunt. Dico quod partes continui sunt duplices. s. quaedam mediatae, & quaedam immediatae. Dico igitur quod partes immediatae in continuo non possunt iacere propinquius quàm iacent, nec possunt fieri propinquiores quam sunt, & hoc probat illa ratio, sed partes mediatae possunt fieri propinquiores quam sunt. Vnde si ex raro fiat densum, omnes partes mediatae propinquius iacent in denso, quam prius in raro, partes tamen immediatae non iacent propinquius in denso, quam in raro.

Ad secundam rationem.

Ad aliam quando dicitur, quod tunc ex vno pugillo aeris possunt fieri duodecim ignis. Dico quod per vnum pugillum aeris si intelligimus aerem sub certa extensione, ita quod si idem aer fieret sub minori extensione nõ esset pugillus, & tũc esset dicendum, quod non est inconueniens, quod ex vno pugillo aeris passo, & condensato vltra primam dispositionem fierent triginta ignis. Nec etiam est inconueniens quod ex vno pugillo ignis parum condensato per actionem agentis fiant duo pugilli aeris, vel vnus: sed quod ex vno pugillo aeris derelicto propriae naturae fiant triginta ignis, vel quod ex vno pugillo ignis derelicto propriae naturae fiant duo pugilli aeris, vel ignis. est impossibile. Sed si per pugillum aeris intelligimus aerem, vel ignem in certa proportione materiae. sic dico, quod ex vno pugillo aeris fiunt decem ignis & non plures, & si tres pugilli aeris condensantur sic, quod non occupent plus

de loco

de loco quam vnus pugillus, tunc dico, quod compositum ex aliis tribus pugillis non est vnus pugillus, immo continet tres pugillos aeris, ex quibus bene possunt fieri triginta pugilli ignis, sed si condensentur vsque ad quantitatem vnius pugilli, & tunc illi pugilli sic condensati non constituunt vnum pugillum, sed multo magis. Ad rationes vero probantes, quod ex denso non potest fieri rarum, quando primo dicitur, quod si sic motus localis esset in instanti. Dico quod non sequitur. Et ad probationem concedo, quod in termino rarefactionis rarefactum plus occupet de loco, quam prius occupabat, & concedo, quod acquisitio maioris non est sine motu locali. Vnde dum iste locus maior fuit in acquiri, tunc fuit motus localiter, & in primo instanti, in quo ille maior locus est acquisitus terminatus ille motus localis. Vnde illa acquisitio maioris loci est in tempore, & est simul cum motu locali, sed acquisitum esse loci maioris est in instanti, & tunc non est motus localis. Et si dicitur, quod iste maior locus acquisitus in termino rarefactionis excedit omnem locum præcedentem in quo præfuit illud corpus rarefactum. ergo in aliquo diuisibili excedit omnem locum præcedentem, & illud diuisibile fuit simul acquisitum, quia si successiue acquiratur, tunc ille maior locus nō excederet omnem locum præcedentem, per tantum igitur illud indiuisibile per quod excedit omnem locum præcedentem, fuit totum simul acquisitum in vno instanti, & non fuit acquisitum nisi per motum. ergo fuit in instanti. Dicendum, quod ille maior locus acquisitus in termino rarefactionis excedit omnem locum præcedentem, sed non est verum, quod in aliquo excedit omnem locum præcedentem, immo in vno excedit omnem locum præcedentem, & in alio excedit alium locum, & ideo non est concedendum, quòd in aliquo, siue per aliud excedit omnem locum præcedentem. Ista tamen est concedenda, quòd ille maior locus excedit omnem locum præcedentem in aliquo, vel per aliquod: sed ex hoc non sequitur, quod in aliquo, siue per aliquid excedat omnem locum præcedentem, quia ibi est fallacia figuræ dictionis, quia proceditur a termino supponente confuse respectu alicuius multitudinis ad eundem terminum supponentem determinate respectu eiusdem multitudinis, & sic mutatur quale quid in hoc aliquid.

Ad primā rationem secūdi mēbri.

Obiectio.

Solutio.

B

Ad secundam rationem quando dicitur, quod si rarefactio esset possibilis, tunc esset possibile, quod aliquod corpus rarefieret circulariter sic, quod quælibet pars non terminata ad centrum magis distaret, quam prius concedatur. Et quando dicitur, quòd totum subiectum, & adæquatum totius rarefactionis occuparet maiorem circulum, quam prius occupabat. Dico, quod illud non sequitur, nec est verum: quoniam si aliquod corpus rarefiat circulariter ita quod totū, & adæquatum subiectum illius rarefactionis sit circumferentia illius corporis circulariter rarefacti, fiaber sic mobilis, quod non maiorabitur, quælibet tamen pars terminata circa illam circumferentiam occupabit maiorem locum, quam prius, & continebitur infra maiorem circulum, quam prius, tamen totum rarefactum non occupabit maiorem circulum, quàm prius, nec continebitur infra maiorem circulum, quam est circulus infra quem prius continebatur. Vnde necesse est, quod aliquod corpus rarefiat versus aliquam partem, ita quod sit dare terminum, vltra quē non fit rarefactio, sed in qualibet parte circa illum terminum fit rarefactio: aliter vno rarefacto moto mouebuntur omnia. Et quando dicitur, quod si aliquod corpus rarefiat circulariter, oportet, quod occupet maiorem circulum, quam prius. Dico, quod si rarefieret secundum omnem dimensionem, & non condensaretur secundum aliquam dimensionem, tunc oporteret, quòd contineretur in maiori circulo, quam est circulus, in quo prius continebatur, sed non est sic in proposito, quia si accipiamus corpus rarefactum circulariter, vsque ad aliquam circumferentiam, ita quod quilibet circulus contentus infra ipsum circulum sit propinquior illi circulo, quam prius erat, & remotior a centro, quam prius. ille circulus, ad quem fit rarefactio omnino manet immobilis, & tunc dico, quod illud corpus totum contentum infra illum circulum rarefit, & multæ partes condensantur, quoniam quælibet pars replens circulum contentum infra ipsum circulum immobilem rarefit secundū longitudinem vocando longitudinem lineā circularem continentem illud corpus, quia omne corpus replens circulum contentum infra circulum immobilem fit continue, & ante rarefactionem in maiori circulo, quam prius, & partes contentæ infra circulum minorem, & circulum maiorem immobilem condensantur secundum profunditatem, vocando profunditatem dimensionem inter circulum maiorem, & minorem mensuratam per lineam rectam protensam a circunferentia immobili versus centrum, sed quod contentum infra circulum maiorem, & minorem condensetur secundum profunditatem patet, quia continue fit minoris, & minoris profunditatis, vt patet manifeste. quoniam ex quo circulus minor, & etiam corpus contentum infra circulum minorem fit continue propinquius circulo maiori quiescenti quam prius erat: oportet, quod corpus contentum inter illa fit continue minoris spissitudinis quam prius, vocando spissitudinē dimensionem mensuratam secundum lineam rectam protractam de circulo maiori ad circulum minorem. Ad formam igitur argumenti dico, quod contingit dare aliquod corpus circulariter rarefactum, quod quidem corpus esset subiectum totius rarefactionis: & illud corpus rarefit vsque ad aliquam circumferētiam immobilem, & quælibet pars ibi terminata ad illam circumferentiam rarefit versus illam circumferentiam quiescentem non occupans maiorem locum, quam tempus. Et cum dicitur, quod rarefactio est ad maiorem quantitatem, & per consequens ad maiorem locum. Dico, quod rarefactio in cuius subiecto non fit condensatio in aliqua parte secundum aliquam dimensionem, necessario est ad maiorem quantitatem, & per consequens ad maiorem locum: si tamen corpus rarefit secundum vnam dimensionem, & condensetur secundum aliam dimensionem, non oportet, quod illud corpus fiat in maiori loco quam prius erat. Et si dicatur, quod corpus rarefactum secundum illam dimensionem secundum, quam rarefit occupabit maiorem locum, sed illud corpus contentum infra eundem circulum quiescentem secundum nullam dimensionem fit in maiori loco, quam prius. ergo non rarefit. igitur. Item accipiamus aliquod corpus, & rarefiat circulariter rarefactione pura non coniuncta condensationi in aliqua parte, hoc enim videtur possibile, & tunc procedit argumentum, scilicet, quod rarefacto aliquo corpore circulariter, tunc rarefient, & mouentur omnia. Ad primum illorum dicendum, quod illud quod rarefit secundum aliquam dimensionem & in nulla parte condensatur, fit in maiori loco secundum illam dimensionem, si tamen condensetur in aliqua parte non oportet. Ad secundum dico, quod non est possibile, quod aliquod corpus rarefiat circulariter rarefactione pura, sic quòd secundum nullam dimensionem condensetur in aliqua parte, vt iam visum est. Ad tertium. quando dicitur, quòd si rarefactio esset possibilis, tunc esset possibile, quòd aliquod corpus rarefieret vniformiter, & circulariter. Dico, quòd intelligendo per rarefactionem, rarefactionem, in qua inter quælibet duo puncta semper manet æqualis distantia. Dico, quod talis rarefactio vniformis est impossibilis, & includens contradictionem, quia si omnia puncta distant æqualiter, sicut prius non esset rarefactio. Ad aliud, quando dicitur, quòd si ex denso posset fieri rarum, tunc aliquod corpus secundum se totum posset simul rarefieri, & cōdēsari, dico, quòd bene est possibile, quòd aliquod corpus secundum se totum rarefiat, & condensetur secundum diuersas dimensiones, quoniam possibile est, quod aliquod corpus rarefiat secundum se totum secundum longitudinem, & quod idem corpus secundum se totum condensetur secundum latitudinem, vt patet, quoniam si aliquis aer inclusus vndique inter duo corpora solida calefiat, & illa corpora solida fiant continue propinquiora quam prius erant secundum se tota, condensatur secundum latitudinem, & rarefit secundum longitudinem, vt si vna corrigia, vel chirotheca trahitur in longum manifestum est, quod rarefit secundum longitudinem, & condensatur, & restringitur secundum latitudinem. Et quando dicitur, quod idem corpus simul moueretur motibus contrariis. Dico, quod isti motus, scilicet, rarefieri secundum vnam dimensionem, & condensari secundum aliam dimensionem non sunt contrarij. Ad secundum dubium dico, quod rarefactio non est motus ad quidditatem, cuius ratio potest assignari duplex. Prima, quia quantitas est inseparabilis a materia, ita quod manente eadem omnino materia, manet eadem quantitas, & conuerso, vt patet per Commenta. in de substantia orbis, sed in rarefactione non aduenit aliqua noua materia, vt patet per phy. quia tunc non esset eadem materia contrariorum, ergo in rarefactione non aduenit noua quantitas, & per consequens rarefactio non est motus ad quantitatem. Hoc potest sic vrgui. si rarefactio esset motus ad quantitatem, aut igitur est ad quantitatem, quam rarefactibile habet actu, aut ad quantitatem, quam non habet, non ad quantitatem, quam habet, quia nihil mouetur ad illud, quod habet, nec ad quantitatem, quam non habet, quia noua quantitas nō acquiritur, nisi in acquisitione nouæ materiæ, sed in rarefactione non acquiritur noua materia, vt patet per phy. Alia ratio potest assignari talis, quælibet pars rari est rara, & quælibet pars rarefacti rarefit. ergo si rarefactio esset ad nouam quantitatem,

Ad secundam rationem.

C

D

A

Prima replica.

Secunda replica.

B

Tertia replica.

Ad primā repli.

Ad secundam.

Ad tertiā.

C

Ad tertiā rationem principalem.

D

Ad secundum dub.

titatem, oportet. q quælibet pars rarefacti acquirat nouã quantitatem: igitur oportet, q tota quantitas præcedens corrumpatur, & sic sequitur, q duæ quantitates essent simul, quorum vtrumq. est impossibile, & ideo dico, q rarefactio non est motus ad quantitatem. Ad primam igitur rationẽ in contrariũ, quã dicitur, q quantitas est per se occupatiua loci. Dico, q verum est: tamen quantitas non determinat sibi certum locum, immo eadem quantitas numero potest nunc occupare minorem locum, & iam maiorem. Et cum dicitur, q rarefactum occupat maiorem locum, quam prius, ergo habet maiorẽ quantitatem. concedo: sed ex hoc non sequitur, q habeat aliam quantitatem quam prius, sicut non sequitur. iste homo est maior quam prius fuit. ergo est altus, quam prius fuit, quia sic idem homo potest esse maior, quam prius extensiue. Ad aliam rationem, quæ dicitur, q rarefactio, vel est motus ad quãtitatem, &c. Dico, q rarefactio est motus ad quantitatem, quia raritas, & densitas sunt qualitates ſm Commen. 7. huius. Et quã phys. dicit in prædicamentis, q rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium. Dico, q phys. ibi non determinat, q raritas, & densitas sint positiones, sed hoc sub dubio derelinquens dicit, q rarum, & densum videntur significare quandam positionem partium. Vel potest dici, q raritas, & densitas sunt æquiuoca, quia vno modo significant dispositionem partium in toto in comparatione ad locum, & sic sunt positiones. Alio modo significant qualitates sensibiles causatas ex tali dispositione partium, quoniam rarum, & dẽsum vno modo sunt qualitates tangibiles resultantes ex diuersa dispositione partium in toto in comparatione ad locum. nam rarum imitatur tactum cedendo tactui, & densum resistendo.

Ad primã rationẽ secũdi dub.

Ad secundam.

DE TEMPORE SI EST, ET QVID EST, & quomodo est: libri quarti. Tractatus tertius.

Post hæc autem consequens est de tempore tractare. Atque primo quidem dubitandum est de ipso, & per rationes exteras, si sit in ratione rerũ: necne. Deinde contemplandum est: quænam sit ipsius tandem natura.

Tex. c. 87.

Consequens autem dictis est aggredi de tempore, primum autem bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rationes, vtrum eorum, quæ sunt est, aut non entium, postea quæ natura ipsius.

ISTE est tertius Tractatus huius libri, in quo phys. perscrutatur de tempore si est, & quid est, & quomodo est, & continet octo capitula. in quorum quatuor primis determinatur de tempore in se, & absolute, & in aliis quatuor determinatur de tempore in comparatione ad alia. In primo igitur cap. inquiritur an tempus sit. In 2. ibi. [De his quidem] inquiritur, & declaratur quid sit tẽpus. In 3. vero ibi. [Motus semper.] Soluit dubitationem de esse temporis, & instãtis. In 4. ibi [Quod quidem igitur tempus] Determinat de proprietatibus temporis reducendo ex diffinitione iam assignata rationes eorum, quæ dicuntur de tempore. In 5. ibi. [Quoniam autem metrum] Incipit determinare de tẽpore in comparatione ad alia, & primo determinat de tempore in comparatione ad ea, quæ sunt in tempore tanquam mensura, & hoc facit in quinto cap. In 6. ibi. [Ipsum autẽ nunc.] Determinatur de tempore in cõparatione ad ea, quæ sunt intrinseca tempori tanquã partes, & passiones, vel continuatiua partium temporis. In 7. ibi. [Mutatio autem omnis.] Determinatur de tempore in comparatione ad illa, quorum tempus est causa. In 8. ibi. [Dignum autem considerare.] Determinatur de tempore in comparatione ad ea quibus tẽpus causatur, & soluuntur quædam dubitationes circa tempus. Capitulum primum partim narratiuum, & partim inquisitiuum, & continet tres partes principales: quarum in prima phys. proœmialiter narrat intentionem suam, & ordinẽ intẽtionis. In 2. vero ibi. [Quod quidem ignot omnino.] Inquirit phys. vtrum tempus sit, vel non. In 3. autem ibi. [Amplius autẽ ipsum nunc.] Mouet phys. vnam quæstionem de instanti inquirendo, vtrum sit idem instans in toto tempore, vel aliud, & aliud. In prima igitur parte principali huius cap. phys. narrat intentionem suam dicens, q consequens dictis de vacuo, & loco aggredi est de tempore, & hæc est intentio in hoc Tractatu i. determinare de tempore, & primo determinare de tẽpore disputatiue, & per rationes extraneas inquirendo de tempore, vtrum tempus sit de numero

A entium, vel de numero non entium, hoc est vtrum tempus sit, vel non, & postea est inquirendum quid sit ipsum tempus, & quæ sit natura eius, & sic patet quòd intentio in hoc Tractatu est determinare de tempore, & ordo intentionis est primo inquirere an tempus sit. Secundo vero quid sit tempus. Vnde notandum est secundum Commen. hic, quòd per rationes extraneas intelligit phys. sermones Logicos: sermones enim Logicos vocat extraneos, & phylosophiã, quæ cõponitur ex dictis istis vocat phylosophiã extraneam: dicit enim Com. q ſm Logicam est perseruandum, an tempus sit, quia ſm hanc perscrutationẽ inueniuntur plures sermones qui destruunt tẽpus esse.

Vide etiã c. 70. primi cæli.

Ex his itaque tempus non esse penitus, aut vix esse, exigue quispiam suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit, atque non est: aliud est futurum, & nondum est. Ex hisce autem constat, & infinitum, & quòd semper accipitur tempus. At hoc in ratione rerum esse, quod ex hisce, quæ non sunt constat: impossibile esse videtur.

B

Tex. c. 88.

Quod quidem igitur omnino non sit, aut vix, aut obscure: ex his aliquis vtique concipiet. Hoc quidem enim ipsius factum est, & non est. Illud vero futurum, & nondum est. Ex his autem & infinitum, & semper acceptum tempus compositum. Ex his autem, quæ non sunt compositum impossibile esse videtur participare aliquando substantiam.

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua phys. inquirit vtrum tẽpus sit, vel non, & cõtinet duas particulas ſm numerum duarum rationum, per quas probat tempus nõ esse. Secunda ibi. [Adhuc omnes diuisibiles.] In prima igitur particula huius partis phys. ponit primo intentionem suam. Secundo vero format rationes. Dicit igitur primo. Quod quidem igitur tempus omnino nõ sit, aut si sit vix potest percipi, & obscure aliquis vtique concipiet ex his rationibus: & translatio, quam Cõm. exponit habet sic. Aut si fuerit est difficile, & occultum. Vnde dicit Com. q phys. dicit hoc, quia ex sermonibus Logicis non præcisè iudicatur aliquid esse, vel nõ esse, sed ſm æstimationem intrinsecum. His Com. per sermones Logicos intelligit sermones dialecticos, ex quibus nõ generatur scientia certa: sed opinio, & hoc intelligit Com. per hæc verba. Deinde ponit phys. primam rationem probantem tempus nõ esse, quæ talis est. Omne compositum ex his, quæ non sunt impossibile est esse: sed tempus est compositum ex his, quæ non sunt. ergo impossibile est tempus esse. huius rationis phys. primo ponit probationem minoris dicẽs, q hoc quidem ipsius s. præteritum est factum, & iam desinit: illud autem est futurũ, hoc est alia pars temporis est futura, & nondum est, ex his duobus compositum totum tempus infinitum, & quodlibet tẽpus acceptum. s. ex præterito, & futuro, & patet minor. s. quòd tempus est compositum ex his, quæ non sunt, quia est compositũ ex præterito, & futuro, quæ non sunt. maior vero ponitur ibi. Ex his quæ non sunt. Vnde dicit phys. quòd cõpositum ex his, quæ non sunt impossibile est esse, aut aliquãdo percipere substantiam. Notandum est hic, quòd ista est ratio dialectica, quia procedit ex probabilibus non veris vniuersaliter. Vnde illa maior, videlicet. Omne compositum ex his, quæ non sunt, est ex probabilibus, & non vera, & hæc est intentio Com. his dicentis, quod motus componitur ex non entibus, & tamen motus est: quia comprehenditur sensu, & nihil sentitur: nisi illud quòd est. Vnde notanda sunt hic duo ſm Cõm. Primò, q illa ratio est dialectica quia maior est probabilis, & non est vniuersaliter vera, quoniam instantia est in motu, qui componitur ex non entibus, & tamen est, cum comprehendatur a sensu exteriori. Est enim motus sensibile commune, vt patet ex secũdo de anima. Secundò est notandum secundum Comment. quòd motus, & tempus, & talia successiua non habent esse completum nisi per animam, quia partes eorum non habent esse in actu, nisi in consideratione. vnde dicit Commen. sic. & deceptio in hoc sermone est: quoniam ita est de motu. Motus. n. comprehenditur sensu, & nulla eius pars est in actu, sed quælibet pars demonstrata recessit: & sic est compositus ex hoc, quod iam deficit, & ex hoc q nondum est. hæc Com. & illud est primũ notabile. Deinde ponit Commen. aliud notabile dicens, q talia nondum habent esse completum, sed esse eorum componitur ex actione

C

Prima ratio.

D

Primum notan.

Tex. c. 64.

Secũdum notan.

Cõsimile de motu habet infra c. 104. & cõ. 129.

Cõsimile inf. c. 131.

animæ

animæ in eo, quod est in eis extra animam, & entia cōpleta sunt illa, quorum esse nihil facit anima, vt post declarabitur de tem ore.f.quia est de numero entium, quorum actus complebitur per animam, & hoc phyl forte innuebat cum diceret difficile, & occultum.i. esse de entibus latentibus, quæ si anima nō esset: non essent nota nisi in potentia. hæc Com. Et intelligo, quòd tempus, & motus nō habent esse completum ita in actu quantum ad omnes suas partes nisi per animam. Vnde tempus, & motus non habent esse totum simul nisi in consideratione animæ. motus tamen non habet esse sibi debitum.f. in successione, & in fluxu præter animam, nec in aliquo dependet ab anima quantum ad suum naturale. sed solum dependet ab anima quantum ad suum esse actu actualitate simultatis, & quantum ad esse suarum partium. vnde præteritum, & futurum non sunt nisi in consideratione animæ. anima vero potest considerare motum totum simul: quamuis motus non possit existere totus simul. Sed vtrum tempus dependeat ab anima, vel non, & quantum ad quid dependet ab anima videbitur posterius in isto Tractatu.

B Præterea, partibilis omnis rei si sit: necesse est cum est, aut omnes partes, aut nonnullas esse. At temporis, quod quidem esse partibile cōstat: aliæ partes transactæ: aliæ futuræ sunt, nullaq́; penitus adest. Ipsum autem nunc partem non esse cōstat: pars namque metitur: at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea constet totum oportet. At tempus ex ipsis nunc non videtur constare.

Tex. c. 39. *Adhuc autem omnis diuisibilis si quidem esse necesse est cum est, aut omnes, aut quasdam partes esse, temporis autem aliæ factæ, aliæ vero futuræ sunt. Est autem nihil cum sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars: Mensurat enim pars: & componi oportet totum ex partibus. Tempus autem non videtur componi ex nunc.*

Secunda ratio. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua ponitur secūda ratio probans tempus nō esse: quę ratio est talis. Omne diuisibile, si ipsum sit ens, necesse est, vt omnes eius partes sint in actu, aut quædam eius partes sint in actu, sed tempus est quoddam diuisibile, nec omnes partes tēporis sunt actu, nec aliquæ partes eius sunt in actu. ergo tēpus non est. huius rationis primo ponitur maior, deinde ponitur vna probatio minoris, quæ est ista, partes tēporis sunt præteritū, & futurū, sed nec præteritū est in actu, nec futurum est in actu. ergo, deinde concludit conclusionem dicens. [Est aūt nihil cum sit diuisibile.] Deinde phyl. ibi. [Ipsum aūt.] Ponit aliam probationem minoris, quæ talis est. Nihil inuenitur de tēpore, nisi instans: sed instans non est pars tēporis in actu, & per consequens, nec omnes partes temporis, nec aliquæ partes temporis sunt in actu, de qua ratione ponitur minor cū sua probatione in textu, quæ tamen minor probatur dupliciter. f. quòd instans non est pars temporis. primo sic. pars mensurat suum totum habens partem, sed instans non mensurat tps. ergo instans non est pars tēporis. maior cūt patet, & vniuersaliter est vera de parte aliquota totius. qm̄ pars aliquota aliquotiens sumpta reddit ipsum totum suū, minor igitur patet, quia instans est indiuisibile, sed indiuisibile, quia indiuisibile non mensurat diuisibile quotienscunq; sumatur nunq̄ reddit diuisibile. Secundo probatur ista minor. f. q instans non est pars tpis, & hoc sic omnis pars componit totum, cuius est pars, sed instans non componit tempus. ergo instans non est pars temporis. In prima istarum rationum sumitur pars pro parte aliquota. In secunda ratione sumitur pars pro parte nō aliquota. Pars aūt aliquota est, quæ aliquotiens sumpta reddit suū totū, sed pars non aliquota est illa ex qua cum aliis partibus constituitur totum, sed non reddit totum præcisè quotienscunque sumatur. Vnde ex istis duabus rationibus pōt fieri vna rō probans, q instans nō est pars tpis, quę ratio est talis. Omnis pars, vel mensurat totū vt binarius senarium, vel cōponit totum, & non mensurat, vt quaternarius senarium, sed instans, nec cōponit, nec mensurat tps. ergo instans non est pars temporis.

De ratione partis est mensurare totū, quia oportet totum ex partib. componi.

Insuper ipsum nunc quod præteritū distinguere futurumq́; videtur: vtrum vnum idemq́; semper permaneat, an aliud sit, atq; aliud: nō discerni facile potest. Nam si sit aliud, atq; aliud semper cū plures partes temporis nullæ simul: nisi altera contineatur ab altera perinde. atq; minus a maiore tempore continetur, atq; id, quod nunc quidē non est, antea vero fuit necesse sit aliquando esse corruptum: ipsa nunc profecto simul non erunt. Prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest: propterea quod tunc est. In alio vero nunc, qui fieri potest, vt sit corruptum. Sit enim hoc impossibile ipsa nunc sibi hærere, vt puncto punctum. Si igitur non in eo, quod est deinceps corruptum est: sed in alio, in ipsis profecto nunc mediis simul erit, quæ quidem sunt infinita. At fieri nequit.

B *Amplius autem ipsum nunc, quod videtur determinare præteritum, & futurum, vtrū vnum, & idem semper permanet, aut aliud, & aliud nō facile est scire, si quidem enim nunc semper alterum, & alterum, nulla autē eorum, quæ sunt in tempore alia, & alia pars simul est, quæ non contineat, alia vero contineatur, sicut minus tēpus modo sub pluralı, ipsum nunc quod est, prius autem non fuit necesse est corrumpi aliquando, quia ipsa quidē nunc simul adinuicem non erunt. Corruptum autem esse necesse est prius. In eodem quidem igitur corruptum esse impossibile est propter hoc, quod tunc est. In alia autē nunc corrumpi prius nunc, non contingit. Sic enim impossibile est habere adinuicem ipsa nunc, vt punctum cū puncto. Si quidem igitur in eo quod consequenter est non corrumpitur, sed in alio. In mediis nunc quæ sunt infinita simul erit, hoc autem impossibile est.* Tex. c. 40

C HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua phyl. mouet q̄onem de instanti, videlicet, an sit idem instans in toto tempore, vel aliud, & aliud. ista pars continet duas particulas, qm̄ in prima phyl. probat quod est idem instans in toto tempore. In secunda. [At vero neque.] Probat, quod non est idem instans in toto tempore. In prima igitur particula huius partis phyl. primo proponit quæstionem, & difficultatem quæstionis. Deinde arguit ad quæstionem probando, quod idem instans manet in toto tempore. Dicit igitur phyl. primo quod nō est facile, immo est difficile videre vtrū ipsum nunc quod videtur determinare, vel distinguere præteritum, & futurum permaneat semper vnum, & idem, vel aliud, & aliud. Deinde ponit rationē probantem q est idem instans in toto tempore, & non aliud & aliud. Et hæc ratio est ad impossibile, & est talis. Si instans esset aliud & aliud, & cum sint impossibilia duo instantia esse simul in tempore, oportet instans corrumpi, sed impossibile est instans corrumpi. ergo impossibile est, q continue sit aliud & aliud instans, & q impossibile sit duo instantia simul esse in tempore probatur, quia impossibile est aliqua duo intrinseca tēporis, q sint simul, nisi alterum contineat reliquum, sicut annus continet mensem, & mensis diem, sed vnum instans non continet aliud instās, quia instans est simpliciter indiuisibile. ergo impossibile est, q duo instantia sint simul in tpe, sed q instans non possit corrūpi probatur, quia si instans corrumperetur, aut igitur in eodem instanti, in quo est, vel in alio, si in eodē instanti, tunc instās corrumperetur, qn̄ est, sed instans, qn̄ corrūpitur non est. ergo idē instans simul est, & non est, quòd est impossibile. Si vero dr̄, q instans corrūpitur in alio instanti, aut igitur in instanti priori, vel posteriori. si in instanti priori, tunc corrumperetur, anteq̄ esset, quòd est impossibile, si vero dicitur quòd instans corrūpitur in instanti posteriori, aut igitur in instāti mediato, aut immediato, non in instanti immediato, quia instans non est immediatum instanti, nec etiam in instanti mediato, quia tūc illud instans maneret in hoc medio, quia semper maneret, donec corrumperetur, & cū in illo medio sint infinita instantia, sequitur, quòd illud instās corrūpendō maneret cū infinitis instātibus, & sic plura instātia essent simul, quòd est impossibile.

Qō quod sit idē instans in toto tēpore.

D

At

A At vero neque idem semper permanere potest. Nullius enim diuisibilis finiti finis est vnus: siue ad vnum, siue ad plura continuum sit. At ipsum nunc finis est: tempusque sumi finitum potest.

Tex. c. 91. *At vero neq; nunc semper manere idem possibile est. Nullius enim diuisibilis finiti vnus terminus est: nec si in vno sit continuum, nec si in plura. Ipsum autem nũc terminus est, & tempus est accipere finitum.*

Quod nõ moueat idem instãs in toto tempore quod probat duplicter, & primo. HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, ꝙ nõ manet idem instans in toto tempore, & illud probatur dupliciter, & primo sic. nullum continuũ finitũ hẽt vnum finẽ tantũ: sed tps est quoddam finitum, qm̃ contingit accipere tps finitum, sed instans est finis temporis, ergo non est tm̃ vnum instans in tempore. De hac ratione primo ponitur conclusio, deinde maior cum sua probatione: deinde ponitur maior. dicit igitur phylosophus primo, quod non est possibile idem nunc semper manere, quia nullius diuisibilis, vel continui finiti est vnus terminus tantũ: cuius probatio est, quasi inductiua: qm̃ siue aliquid sit cõtinuũ B in vna parte, hoc est, ſm vnam dimensionem tantum, siue sit continuum in pluribus partibus, vel dimensionibus, oportet, quod habeat multos fines. Et Commen. addit signum ad hoc probandum dicens, & signum eius est, quod non inuenitur finitum, vel aliquod continuum habens vnum finem, sed saltem duos, quibus finitum sit, videlicet, si fuerit continuum in vna parte, vt linea, quæ solum habet longitudinem: quoniã linea habet duos fines tantum, nec si fuerit continuum in pluribus vna parte, vt superficies, & corpus, corpus. n. hẽt sex fines, & superficies quatuor. hæc Comm. Vnde linea habet duos fines tantum, scilicet, duo puncta, & superficies habet quatuor fines, vt duas lineas, & duo puncta: corpus autem habet sex fines, vt duas superficies, duas lineas, & duo puncta.

Preterea: eũ simul esse tpe, & neque prius, neq; posterius nihil aliud sit, quàm in eodẽ nunc esse: si priora, posterioraue in hoc nunc sunt: ea profecto, quæ ante centies centenos annos sunt facta: simul cum his erunt, quæ hodierno die conficiuntur, & neque prius quicquam alio, neque posterius erit. C

Tex. c. 92. *Amplius: si simul esse secundũ tempus, & nec prius, nec posterius in eodem esse, & in ipso nũc est: simul sunt, quæ in annum sunt millesimum his, quæ sunt hodie: nec prius, nec posterius nihil aliud alio.*

Secundo. SEcundo probatur idem sic. videlicet, quod non est idẽ instans in toto tempore, & hoc sic, illa, quæ sunt in eodẽ instanti, sunt simul. si igitur idem instans est in toto tempore, sequitur, quod illa, quæ fuerunt ante mille annos sunt simul cũ his, quæ sunt hodie, quod est inconueniens, vtranque istarũ rationũ dicit Commen. esse signum, siue rationem per signũ, & ponitur ista secunda ratio per Comm. si esset idem instans in toto tempore, tunc omnia inuenirentur in eodem instãti, & sic omnia essent simul, quod est impossibile. Deinde recapitulat phylosophus dicens, ꝙ de his, quæ sunt ipsi tempori tot opposita sunt. Sed hic occurrunt duo dubia. Primum est, an tẽpus habeat esse. Secundum dubium est, an instans possit corrũpi. Ad primum dubium arguitur primo per rationem phylosophi, & primo sic: cuius partes non sunt ipsum non est: sed partes temporis non sunt. ergo. Secũdo sic, quod non est actu non est, sed tẽpus non est actu, quia nulla eius pars est in actu. ergo. Item si tẽpus haberet esse: aut haberet esse in anima, aut extra aĩam, non est dicere, ꝙ tempus sit in anima, quia tps est q̃titas, sed anima non est quantitas. ergo. Nec habet tps extra animam, quia vt dicit Comm. tempus est de numero entium: quorum esse completur per animam, sed nullũ tale habet esse extra animam. Item si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse diuisibile, aut indiuisibile, non indiuisibile, quia tunc esse temporis esset totum simul: nec etiam diuisibile: quia tunc haberet partes, & tunc, aut haber partes eiusdem rationis, aut diuersarum rationum, non eiusdem rationis, quia tunc pars preterita illius esset esse, & sic tẽpus præteritum haberet esse, quia partibus temporis correspondent partes illius esse, nec etiam est, quod habeat partes alterius, & alterius rationis, quia tunc aliqua pars illius esse non esset, & sic esse componeretur ex non esse, quod est impossibile. Item omne, quod habet esse, habet esse in tempore, vel in instanti, sed tẽpus non

Primũ dubium.

Secũdum dubium.

Prima rõ primi du.

Secunda ratio.

Tertia rõ.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

A hẽt esse in tempore, vel in instanti. ergo tẽpus non habet esse. In oppositum huius est phylosophus. Ad secundam dubitationem arguitur, probando, quod instans non potest corrumpi, & hoc sic, si instans corrumpitur, aut quando est, aut quando non est, non quando est, quia tunc simul esset, & non esset, nec quando non est, quia, vel in instanti mediato, vel in instanti immediato, non in instanti immediato, quia instans non est immediatũ instanti, nec in instanti mediato, quia instans semper manet, donec corrumpitur, si igitur instans corrumperetur in instanti mediato, sequitur, ꝙ instans maneret in toto illo medio, sed in illo medio sunt infinita instantia media. ergo idem instans numero maneret cum infinitis instantibus, quod est impossibile. In oppositum arguitur, quia si instans non posset corrumpi, sequitur, quod in toto tempore maneret idem instans numero, & sic omnia essent in eodem instanti, & sic sequitur contradictoria esse vera pro eodem instanti. Circa primam quæstionem dico duo. Primo, quod tempus habet esse. Secundo dico, quod requiritur. & sufficit ad hoc; quod tempus, vel quodcunque aliud successiuum habeat esse. Quo ad primum dico, quod tempus est, & hoc est manifestum, vt dicit Cõmen. hic, tamen. ꝙ tempus sit potest sic persuaderi. Motus est, B vt patet ad sensum, sed motus non habet esse, nisi in tempore. ergo tempus est. Idem potest sic probari, manifestum est, quod vnus motus est velocior alio, sed hoc non est nisi, quia per illum motum plus pertransitur de spatio in æquali tempore. ergo tempus est cum sit mensura motus existentis. Quantum ad secundum dico, ꝙ ad hoc, quod aliquod successiuum habeat esse, sufficit, & requiritur, quod aliquod indiuisibile copulans eius partes ad inuicem habeat esse, nec sufficit, quod aliquod indiuisibile illius habeat esse, quia si sic, cum idem indiuisibile, scilicet, præsens instans copulat præteritum, & futurum adinuicem, ita, quod idem instans est finis præteriti, & initiũ futuri, & sic si ad hoc, quod successiuum habeat esse sufficeret, quod aliquod indiuisibile illius haberet esse, sequitur, quod præteritum, & futurum simul essent, quia cum est verum dicere, quod aliquod indiuisibile illius temporis præteriti est. & quod aliquod indiuisibile temporis futuri est, sequitur, quòd nunc esset verum dicere, quod tempus futurum esset, & quod tam tempus præteritum, quam tempus futurum esset præsens. Similiter idem instans est principium noctis, & finis diei. ergo si ad esse successiui sufficeret esse alicuius indiuisibilis, sequitur, quod dies, & nox simul essent. Dico igitur, quod ad esse C successiui non requiritur, quod indiuisibile, vel initiatiuũ, vel terminatiuum eius habeat esse, quia secundum phylosophum sexto huius, successiuum non habet esse in suo principio, nec in suo termino, sed ad esse successiui requiritur, & sufficit, quod aliquod indiuisibile continuans eius partes adinuicem habeat esse, qm̃ omne successiuum, cuius vna pars est præterita, & alia futura habet esse per indiuisibile continuans eius partes. s. partem præteritam, cum parte futura. Et ideo bene dicit Priscianus, quod præsens est, cuius pars præterita, parsque futura est. Ad primum igitur in contrarium, qñ dicitur, cuius partes nõ sunt, &c. Dico, quod ad hoc, quod successiuum habeat esse non sequitur, quod omnes eius partes sint, nec quod aliqua pars eius sit tota simul, sed sufficit, quod indiuisibile copulans eius partes adinuicem habeat esse, vt dictum est. Sed si dicatur, illud non est, cuius nulla pars est, sed tps nõ habet alias partes, nisi præteritum, & futurum, & neutrum eorum est. ergo. Dicendũ concedendo, ꝙ illud non est cuius nulla pars est. Et cum dr̃, ꝙ nulla pars tpis est. Dico, ꝙ cuiuslibet tpis præsentis sunt infinitæ partes hñtes vnam partem præteritam, & aliam futurã. v. g. Annus pñs hẽt infinitas partes, quarum quælibet hẽt partem D præteritã, & partẽ futurã, vt. s. mẽsem pñtem, diem septimanã, & horã, & in infinitum. Dico tñ, ꝙ nulla pars successiui est tota simul. Vnde si sic arguitur, cuius nulla pars est tota simul, illud non est, sed tps est hmõi. ergo. Dico, ꝙ maior est vniuersaliter falsa in successiuis, quia cõtrã rationẽ successiui est, ꝙ hẽat aliquam partẽ totã simul, & qñ dr̃, ꝙ tps pñs non hẽt alias partes, nisi præteritũ, & futurũ. Dico, ꝙ illud est falsum, immo cuiuslibet partis pñtis sunt infinitæ partes pñtes. Et si dr̃ ſm illud, qd̃ sequitur, ꝙ multa tpa sint simul, dico, ꝙ multa tpa sũt, quorũ nulla pars est pars alterius, nec pars vnius est pars alterius, & has partes esse simul est impossibile, tñ multa tpa sunt, quorũ vnum est pars alterius, vel pars vnius est pars alterius, & hoc non est impossibile, sed magis est necessarium. Ad aliã rõnem, qñ dicit, ꝙ illud qd̃ non est in actu non est. Dicẽdum, ꝙ actus est duplex quo ad propositum. videlicet actus perfectus, & actus imperfectus. Illud est in actu perfecto, quod habet omnes partes suas simul sic, quod nulla pars eius est in potentia ad esse. Et illud est in actu imperfecto, quod est in actu conti-

Argu. pro secũdo du.

Ad primũ primi dubij.

Obiectio.

Solutio.

Ad secundam rationem.

cto cum potentia: quoniam ille actus, qui semper est coniunctus cum potentia est semper actus imperfectus, & illo modo successiua sunt in actu: quia sunt semper in actu, qui est cum potentia coniunctus. ita, quod si potentia non fuerit non erit actus. quoniam nunquam aliquid successiuum esset, nisi aliqua pars sit futura, & per consequens in potentia. Ad formam vero argumenti, quando dicitur, quod illud, quod non est in actu non est. Dico, quod illud, quod non est in actu perfecto, neque imperfecto, illud non est, nec tempus est huiusmodi: quia tempus præsens est in actu imperfecto, quia est in actu coniuncto potentiæ, & quando dicitur, quod nihil est in actu de tempore, nisi instans. Dico, quod nihil est in actu simultatis, nisi instans, quoniam nulla pars est tota simul, instans est totum simul, cum sit indiuisibile. Illud igitur dictum: nihil est in actu de tempore, nisi instans: habet sic intelligi: de tempore, nihil est totum simul, nisi instans.

Ad tertiã. Ad tertiã rationem, quando dicitur: si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse in anima, vel extra animam. Dico, quod illud, quod est tempus, & de quo prædicatur tempus, dicendo, hoc est tempus, illud habet esse extra animam, quamuis forte illud, quod hoc nomen tempus significat sit partim in anima, & partim extra animam, vt postea videbitur. Et quando dicitur, quod esse temporis completur per animam, & quod tempus non habet se in actu, nisi per animam, vt vult Comment. Dico, quod Comment. intelligit, quod tempus non habet esse in actu perfecto, & completo, nisi in consideratione animæ, quoniam tempus non habet esse totum simul, nisi in consideratione animæ, quia anima potest intelligere totum tempus simul, cum tempus non existat in re totum simul, & sic esse temporis completur per animam, quo ad secundam completionem, quæ est esse simul totum.

Ad quartam. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod si tempus haberet esse, aut igitur haberet esse diuisibile, aut indiuisibile. Dico, quod esse temporis est idem, quod tempus, & esse cuiuslibet rei est idem, quod ipsa res, vt patet quarto metaphy. & ideo sicut tempus est diuisibile, ita esse temporis est diuisibile. Et cum quæritur, an partes ipsius esse sint eiusdem rationis, vel alterius. Dico, quod alterius rationis. & quia esse temporis præsentis componitur ex fore, & fuisse, sicut tempus componitur ex præterito, & futuro, ideo concedo, quod non quælibet pars esse est esse. sic non quælibet pars temporis præsentis est tempus præsens. Et si quæratur, quomodo partes illius esse temporis copulantur adinuicem, dico, quod per esse instantis.

Ad quintam. Ad quintam rationem, quando dicitur, quod omne, quod est, est in tempore, vel in instanti.

Auicẽna. Dico, quod illa est falsa. Vnde Auicenna secundo capit. suæ physicæ negat istam. Ista tamen est vera, scilicet, tempus est, quando instans est, vel relatio importata per hoc aduerbium, quando non semper denotat fieri illius, quod habet esse in tempore, vel in instanti, sed fit aliquando respectu istius, quod nec est in tempore, nec in instanti, cum ipsum sit, cum instãs est. Vnde Auicen. capitulo de tempore suę physicæ dicit, quod multa sunt, quæ non sunt in instanti, & illud dicitur esse cum instanti, quod habet esse in instanti existenti, & ideo tempus & motus habent esse cum instanti, quia habent esse cum instanti existente, non tamen habent esse in instanti, dico igitur, quod tempus habet esse, quando instans est, sed ex hoc non sequitur, quod tempus habeat esse in indiuisibili, sicut instans. Sed adhuc est dubium circa prædicta:

Obiectio. quoniam dictum est, quod tempus habet esse per hoc, quia partes copulantur ad terminum communem, videlicet, ad instans. Sed illud non videtur verum, quia tempus præteritum, & tempus futurum sunt non entia, & non ens nulli copulatur.

Solutio. Dicendum, quod non ens, quod nunquam fuit, nec vnquam erit ens nihil copulatur, tamen non ens, quod aliquando fuit ens potest alicui copulari, vnde phylosophus dicit inferius, quod non entia, quæ aliquando fuerunt, vel erunt mensurantur tempore, & continentur in tempore.

Ad secundum dubium. Ad secundum dubiũ, quando quæritur, vtrum instans possit corrumpi. Dico, quod corruptio potest accipi dupliciter, proprie, & largè, propriè loquendo corruptio est mutatio ab esse rei in nõ esse eiusdem rei: sed

Corruptio põt accipi dupliciter. corruptio largo modo accepta, est desitio illius esse, hoc est corrumpi largo modo accipiendo corruptionem est habere non esse post esse, & sic dico, quod propriè loquendo de corruptione, sic instans non corrumpitur, nec generatur, nec etiã corrumpitur propriè aliquod indiuisibile, nec aliquid habens esse per instans in tantum, & hæc est intentio phylosophi tertio metaphy.

Tex. c. 17. qui dicit, quod quædam sunt, quæ quandoque sunt, & quandoque non sunt sine generatione, & corruptione, vt indiuisibilia cuiusmodi sunt puncta, superficies, & instantia: dico igitur, quod propriè loquendo de corruptione, quæ est mu-

A tatio per se terminata ad non esse illius, quod corrumpitur: sic instans non potest corrumpi, quod probo sic, res, quæ propriè est corruptibilis semper, habet esse quousque corrumpatur. Similiter corruptio, quæ est mutatio, cum sit subita, simul est cum termino mutationis. Et ex his arguo sic. Si instans propriè corrumperetur, instans semper maneret quousque sua corruptio esset, si igitur instans corrumpitur, aut corrumpitur in instãti, in quo est, aut in alio, si in instanti, in quo est, seu quando est, tunc instans simul esset cum sua corruptione, sed corruptio, quæ est mutatio, simul est cum termino corruptionis, & terminus corruptionis est non esse rei, quæ corrumpitur, igitur si instans corrumpitur, quando est instans, simul esset cum suo non esse, & sic instans simul esset, & non esset, quod est impossibile. Nec est etiam dare, quod instans corrumpatur in alio instanti, quia tunc instans maneret, & continue vsque ad aliud instans, in quo corrumpitur, & sic instans maneret per totum tempus medium inter ipsum instans, & instans suæ corruptionis, quod est impossibile, & ideo dico, quod instans proprie non corrumpitur. **Ratio.**

Hæc igitur ratio fundatur super duo fundamenta, quorum primum est, quod corruptio subita simul est cum termino corruptionis. **Primum fundamẽtum.**

B Secundum, quod res corruptibilis continue manet vsque ad instans suæ corruptionis, & ista, nota, sunt per se. sed loquẽdo de corruptione largè accepta, secundum, scilicet, quod se extendit ad omnem acceptionem non esse post esse, sic dico, quod instans corrumpitur, & desinit esse, quia habet esse post non esse, sed hæc corruptio non est mutatio, sed est desitio esse, & quod instans hoc modo corrumpatur, patet, quia aliter maneret idem instans in toto tempore, & sic omnia, quæ fuerunt, fuerunt in eodem instanti, quod est impossibile, vt argutum est supra, igitur, &c. **Secũdum fundamẽtum.**

Et si dicitur, quod ratio principalis dubitationis manet, quia si instans corrumpatur qualitercunque, vel desinat esse, aut igitur quando est, vel quando non est, & redit difficultas. Dico, quod idem intelligo per corruptionem largè loquendo, & per desinere esse, & per generari, & per incipere esse, sed desinere exponitur dupliciter, & sic habet duplicem intellectum, quia vno modo desinere exponitur per positionem præsentis, & negationem futuri, vt sic, hoc desinit esse hoc, & hoc nunquam postea erit. Alio modo desinere exponitur per negationem præsentis, & per positionem præteriti, & sic hoc desinit esse, exponitur sic, hoc non est, & hoc sine medio fuit. **Desinere exponitur dupli.**

C Dico similiter, quod incipere exponitur dupliciter. videlicet. Vno modo per positionem præsentis, & negationem præteriti, & sic hoc incipit esse, exponitur sic, hoc est, & hoc nunquam prius fuit. Alio modo exponitur per negationem præsentis, & positionem futuri, & sic hoc incipit esse sic exponitur, hoc non est, & hoc statim sine medio erit, & eodem modo debet exponi generari, & corrumpi largo modo accepta. Cum igitur quæritur, aut instans corrumpitur, vel desinit esse quando est, vel quando non est, dico, quod exponendo corrumpi, vel desinere esse per positionem præsentis, & negationẽ futuri, sic instans corrumpitur, quando est, quia quando aliquod instans est, verum est dicere, quod hoc instans, & nunquam postea erit, sed cum corrumpi, vel desinere esse exponitur per negationem præsentis, & positionem futuri, sic dico, quod nunquam est verum dicere de aliquo instanti, quod ipsum corrumpitur, quia nunquam est verum dicere de aliquo instanti, quod ipsum corrumpitur, quia nunc non est, & immediate ante hoc fuit, nisi instans esset immediatum instãti, & quando dicitur, quod si instans corrumpitur, quando est, tunc corruptio instantis esset, quando instans est, & quando **Incipere exponitur dupli.**

D corruptio est suus terminus est. ergo si instans est, quando corrumpitur, sequitur quòd instans simul est, & non est: dico, quod instans corrumpitur quando est. exponendo corrumpi per positionem præsentis, & negationem futuri, & tunc corruptio non est mutatio, sed est acceptio non esse sine medio, & dico, quod huiusmodi corruptio, quæ non est mutatio, non est simul cum termino mutationis, nec corrumpitur propriè instans, vt dictum est, quia corruptio propriè dicta semper est finis alterationis præcedentis, & talis corruptio simile est cum termino corruptionis, sed corruptio large accepta exponendo corruptionem, vt dictum est. s. per positionem præsentis præcedit corruptum esse, & dico, quod in talibus non est dare primũ corruptum esse. Et si dc, quod qñ instans corrũpitur, tunc non est. Dico, quod exponendo corrũpi, per positionem pñtis, sic non est verũ, imo sic est verũ, qñ instans corrũpitur, quod tunc instans est. Sed contra illud vr̃ esse, quia quando instans est, tunc incipit esse, gñatur, largo mõ loquẽdo. ergo, quòd est non corrumpitur, nec desinit esse, quia generatio, & corruptio, & similiter inceptio, & disinitio sunt opposita. Dicendũ est, quod exponendo vtrumque, **Obiectio.** **Solutio.**

scilicet

scilicet, incipere, & desinere per positionem præsentis, sic non sunt opposita, qm̄ ista non sunt opposita a. est, & a. nunq̄ erit, & a est, & nunquam prius fuit, sed exponendo vnum illorum per positionem præsentis, & aliud per negationē præsentis, sic sunt opposita, & tunc dico, quod hoc instans præsens incipit esse, exponendo incipere per positionem præsentis, & negationem præteriti, quia hoc instans est, & hoc instans nunquam prius fuit, & etiam hæc est vera, hoc instans desinit esse, exponendo desinere per positionem præsentis, & negationem futuri: qm̄ hoc instans est, & nunquam postea erit, & tunc dico, q̄ inceptio, & desitio, generatio, & corruptio, hoc modo sunt opposita. Et sic ad dubitationem, & ad rationem dubitationis.

INQVIRITVR, ET DECLARATVR, QVID est tempus. Tractatus tertij. Cap. II.

De his igitur, quæ insunt tempori sint dubitata. Sed quidnam sit tempus, & quæ sit ipsius natura, similiter est obscurum, & ex his, quæ a maioribus nostris tradita sunt, & ex his, quæ nuper a nobis sunt dicta. Quidam enim vniuersi motum: quidam sphæram ipsam tempus esse dixerunt. Quorum neutrum verum est.

Tex. c. 93. *De his quidē igitur, quę insunt ipsi: tot opposita sint: quid autem est tempus, & quæ ipsius natura similiter, & ex traditis, manifestum est: & de quibus attingimus aduenientes prius. Quidam enim totius quidem motum dicunt. Alij autem ipsam sphæram.*



ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo inquiritur, & declaratur quid est tempus, & continet duas partes principales, qm̄ in prima declaratur, quid non est tempus, remouendo a quidditate temporis ea, quæ aliquibus videntur esse tempus, & non sunt. In secūda ibi. [Manifestum est.] quod non est, declaratur, quid tempus est. Prima pars continet quatuor particulas: qm̄ in prima declaratur, quod tempus non est motus diurnus, vt quidam dixerunt. In secunda ibi. [Tempus autem sphæram.] Destruuntur opiniones ponentium tempus esse sphæram. In tertia ibi. [Quoniam autem videtur.] Probatur tempus non esse idem, quod motus, accipiendo motum, vt est cōis ad omnes motus. In quarta ibi. [Quod quidē igitur nō est.] probatur, quod tempus non est sine motu: quamuis nō sit idem, quod motus. In prima igitur particula huius partis phylosophus recapitulat prænominata, & proponit intentionem suam, & probat, quod tempus non est motus diurnus. Dicit igitur phylosophus primo, quod de his intentionibus, quæ insunt tempori, quantum ad esse, tot opposita sunt. Deinde intēdit, quod manifestum est ex dictis ab antiquis quid sit tempus, & quæ sit eius natura, ideo oportet nos inquirere, quid sit tempus, & quæ sit eius natura. Deinde phylosophus ponit duas opiniones, & improbat vnam illarum dicens. Quidam enim, & dicit, quod quidam dicunt tempus esse motum totius cœli, & quidam dicunt tempus esse sphæram cœlestem. Deinde cum phylosophus dicit.

Diuersæ opiniones antiquorū tpa quod sit.

Etenim conuersionis pars: tempus est quoddā. Conuersio vero non est. Pars enim cōuersionis est id, quod sumptum est, non conuersio.

Quamuis circulationis est pars tempus quoddam est. Circulatio autem nō est: pars enim circulationis est quæ accipitur: sed non circulatio.

IMprobat primam opinionem, quæ ponit, quod tempus est motus totius cęli, & intendit per motum totius cęli reuolutionem cęli completam, scilicet, motum diurnum, vt dicit Commen. Probat igitur phylosophus, quod tempus non est completa reuolutio cęli, & hæc est quadragesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter. primo sic. Quælibet pars reuolutionis diurnæ est tempus completū, vt patet, quia dies, & nox quæ sunt partes reuolutionis completæ sunt duo tempora. ergo, &c. maior est vera secundum eos, scilicet, quod quęlibet pars reuolutionis diurnæ est tempus completum, sed nulla pars reuolutionis completæ est reuolutio completa. ergo tēpus non est reuolutio completa. & reuolutio diurna. Vel potest ratio formari sic, & forte melius, quælibet pars temporis est

42. concl. huius libr. & est prima ratio phyl.

A tempus, sed nulla pars reuolutionis diurnæ est tempus. ergo nulla pars reuolutionis diurnæ est pars temporis, & per consequens nulla reuolutio diurna est tempus, quia si reuolutio diurna esset tempus, tunc pars reuolutionis diurnæ esset pars temporis: maior huius rationis est per se manifesta, minor vero patet per istam opin. Omne tempus est reuolutio diurna dicit ista opin. sed nulla pars reuolutionis diurnæ est reuolutio diurna, vt de se patet. ergo nulla pars reuolutionis diurnæ est tempus. Quidam vero formant hanc rationē sic. quælibet pars temporis est tempus, sed nulla pars reuolutionis est reuolutio. ergo reuolutio non est tempus. Sed contra istum modum arguendi instatur tripliciter sic: si ille modus arguendi esset bonus: sequeretur, quod homo non esset substantia, quia argun eodem modo, quo isti arguunt, & hoc sic, quælibet pars substātiæ est substātia, sed nulla pars hominis est homo. ergo homo non est substantia, præmissæ sunt veræ. Igitur, & conclusio si modus arguendi esset bonus. Item si ille modus arguendi valeret, sequeretur, quod annus nō esset tēpus. & argun sic: quælibet pars temporis est tempus, sed nulla pars anni est annus. ergo annus non est tempus. Item ex propositionibus, quæ non communicant in aliquo termino ratio non concludit, vt patet, nihil enim sequitur ex istis: Sortes currit, baculus stat in angulo: quia istæ propositiones non communicant in aliquo termino. sic istæ propositiones, videlicet, quælibet pars temporis est tempus: nulla pars circulationis est circulatio non communicant in aliquo termino, vt patet, ideo ratio non concludit. Dicendum, quod ratio phylosophi concludit bene contra antiquos: qui dixerunt, quod tempus, & completa circulatio, vel reuolutio cęli sunt idem non conuertibiliter, quia si essent idem conuertibiliter, tunc sequeretur, quod si pars temporis esset tempus, quod etiam pars reuolutionis completæ esset completa reuolutio. Ad primum in contrarium dico, quod si ratio phylosophi formaretur sic, tunc ratio esset bona, sed istæ præmissæ, quælibet pars substantiæ esset substantia, nulla pars hominis est homo, bene concludunt, quod homo, & substātia non sunt idem conuertibiliter. Eodem modo dico ad secundum, quod ex dictis propositionibus. s. quælibet pars temporis est tempus, & nulla pars anni est annus, bene sequitur, quod annus, & tempus non sunt conuertibiliter idem, & illo modo arguit phylosophus. Ad tertiū dico, quod quamuis illę propositiones non communicent in aliquo termino, possunt tamen communicare in aliquo termino, vnde potest argui sic.

Contra prædictū modū argu. instat tripliciter & primo.

Secundo.

Tertio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertiū.

C Quæcunque sic se habent, quod nulla pars vnius est pars alterius, illa non sunt idem, sed tempus, & circulatio completa sic se habent, quod nulla pars vnius est pars alterius. ergo tēpus, & circulatio completa non sunt idem, maior de se patet, & minor probatur sic, nulla pars circulationis est tempus, & quælibet pars temporis est tempus. ergo nulla pars tēporis est pars circulationis, & sic patet, quod tempus, & circulatio sic se habent, quod nulla pars vnius est pars alterius, minor huius rationis patet de se, & maior est nota, secundum hanc opinionē, quia si tempus, & circulatio essent idem, vt dicit ista opinio, tunc sequeretur, quod nulla pars circulationis esset circulatio, & per consequēs nulla pars circulationis esset tempus, & sic patet, quod formando rationem phylosophi modo prædicto ratio est bona respectu conclusionis, quam phylosophus intendit, quæ est, quod tempus, & circulatio non sunt idem penitus, & conuertibiliter.

Præterea si plures essent cęli motus, vniuscuiusque similiter tempus esset. Quare plura tempora simul essent.

D *Amplius autem si plures essent cęli: similiter esset tēpus cuiuslibet ipsorum, motus. Quare multa tempora simul.*

HIc ponit secunda ratio probans conclusionem, quæ talis est. Si tempus sit reuolutio completa cęli ergo si plures essent cęli, plura essent tempora, sed consequens est falsum. igitur, & antecedens, falsitas consequentis patet, quia consequens est vna conditionalis, cuius antecedens est inopinabile, & consequens inopinabile, sed ex opinabili non sequitur inopinabile, nam antecedens huius est opinabile, & consequens inopinabile, qm̄ dicentes plures motus esse, opinantur plures cęlos esse, & si plures cęlos esse, est inopinabile, sed plura tempora esse simul est inopinabile, qm̄ nullus vnquam dixit plura tempora simul esse, quorum quodlibet sit totaliter extra aliud, & sic illud consequens est falsum, videlicet, si plures sunt cęli, plura sunt tempora, quia illud consequens est vna conditionalis, cuius antecedens est opinabile, & consequens inopinabile.

Secunda ratio.

nabile. consequentia uero probatur, scilicet, si tempus est reuolutio completa cœli: igitur si plures sunt cœli, plura sunt tempora, & hoc sic. Si tempus esset reuolutio completa cœli: tunc si plures essent cœli: reuolutio cuiuslibet cœli esset tempus, sed certum est, quod si essent plures cœli, plures essent reuolutiones completæ cœlorum, & quælibet illarum reuolutionum esset tempus, & sic essent plura tempora, & sic si plures sunt cœli, plures sunt reuolutiones, & plura sunt tempora, & per consequens, si plures sunt cœli, plura sunt tempora. Vnde est sciendum, quod phylosophus per motum cœli intelligit reuolutionem completam: vnde ista ratio probat, quod tempus, non est motus cœli, nec est reuolutio completa, & Commen. dicit, quod hæc contradictio est communis isti opinioni, scilicet, dicenti tempus esse completam reuolutionem cœli, & opinioni dicentium, quod tempus est motus totius cœli, & partes eius sunt partes temporis, & fuit opinio Platonis, & est sufficientior omnibus alijs: hæc Commen. Sic patet, quod hæc ratio destruit opinionem ponentem tempus esse completam reuolutionem cœli, & etiam opinionem probantem tempus esse motum totius cœli: patet etiam, quod opinio Platonis, quæ fuit quod tempus est idem, quod motus cœli, & quod partes temporis sunt partes motus, & sic Plato non posuit, quod tempus esset completa reuolutio cœli, quia tunc partes reuolutionis non essent partes temporis: cum quælibet pars temporis sit tempus, & nulla pars reuolutionis sit reuolutio. Et ideo cum Plato ponat, quod partes motus cœli sint partes temporis: patet, quod ipse non intelligit per motum cœli motum completum, idest, motum diurnum, vel reuolutionem completam, nam dixit, quod tempus est idem, quod motus cœli, vt ponit quidam modernus, & dicit Commen. quod hæc opinio est sufficientior omnibus opinionibus antiquorum. Vnde potest probari per hanc rationem, quod tempus non est idem, quod motus cœli, quia si tempus esset motus cœli: tunc si plures essent cœli, plura essent tempora, quod est falsum, quia consequens est vna conditionalis, cuius antecedens est opinabile, & consequens inopinabile. Sed Commen. mouet vnam dubitationem hic talem, ista ratiocinatio componitur ex vna propositione dubitabili, scilicet, illa: tempus est motus cœli, & ex alia, quæ non est possibilis, nisi secundum imaginationem, quæ est ista, scilicet, plures sunt cœli. potest igitur aliquis dicere, quod illud impossibile, scilicet, plura tempora esse, non sequitur ex illa propositione dubitabili, quæ ponit, quod tempus est motus cœli, sed quod sequitur ex illa propositione impossibili, quæ ponit plures cœlos esse. Ad istam dubitationem dicit Commen. quod ista declaratio est alterius modi, quoniam cum fuerint duo contingentia se complete, & posuerimus aliquid esse ipsum præcedens, aut dispositum per præcedens: necessario sequitur consequens: licet sit impossibile illud disponi per præcedens, verbi gratia, quoniam dies sequitur ortum solis, manifestum est, quod in quacunque hora ponamus solem oriri, sequitur tunc diem esse, licet solem oriri in illa hora sit impossibile. Similiter omne, quod ponitur volare, sequitur vt habeat alas, licet impossibile sit ipsum volare, & quia tempus, & cœlum sunt se contingentia, vt ponit aduersarius dicens tempus esse motum cœli, necesse est, vt si posuerimus plures cœlos esse, quod ponamus plura tempora esse, sed plura tempora esse est impossibile ergo, & illud, ex quo sequitur hoc impossibile. est impossibile, scilicet, tempus esse motum cœli, hæc Commen. Intelligendum secundum Commen. hic, quod illud impossibile, scilicet, plura tempora esse, sequitur ex illo impossibili, videlicet, tempus esse motum cœli, & sequitur sic, quia ad cœlum esse sequitur motum cœli esse, quia impossibile est cœlum non moueri, quoniam, quando aliqua contingentia se, &c. hoc est, quando vnum sequitur ad aliud, sicut consequens sequitur ad antecedens, posito antecedente, ponitur & consequens, & plurificato antecedente, plurificatur & consequens, sequitur ergo plures sunt cœli, igitur plures sunt motus primi, hæc consequentia est necessaria, sed si tempus, & motus cœli sunt idem, tunc sicut sequitur plures sunt cœli. ergo plures sunt motus primi, ita sequeretur, plures sunt. ergo plura sunt tempora, & ex illa propositione, scilicet, tempus, & motus cœli sunt idem, sequitur, quod si plures sunt cœli, quod etiam plura sint tempora, sed consequens est impossibile, quia consequens est vna conditionalis, cuius antecedens est possibile, & consequens impossibile apud Platonicos, & antecedens est possibile, quoniam Plato posuit Deum produxisse istum mundum, & quod sicut produxit hunc mundum, ita potest producere plures mundos, & sic plures cœlos esse apud Platonicos est possibile, sed plura tempora esse est impossibile apud eos, ita & hæc conditionalis, plures sunt cœli, igitur plura sunt

Quid intelligat phylosophus per motum cœli.

Opinio Plat.

Dubium.

Solutio.

Ex hoc sequitur aliquam consequentiã esse necessariam, cuius antecedens, & cõsequens sunt impossibilia. Consimile 7. phy. cõ. 2. Et 8. phy. c. 78.

Opinio Plato.

A tempora est impossibile apud eos, quia antecedens est possibile, & consequens impossibile, & illa conditionalis sequitur ex illa propositione, videlicet, tempus, & motus cœli sunt idem. ergo, & illa est impossibilis. Sed dubitatur hic, an sequatur, plures sunt cœli, igitur plura sunt tempora, & videtur, quod sic, quia tempus est in cœlo, sicut in subiecto, sed multiplicato subiecto multiplicatur accidens subiecti, & sic sequitur, plures sunt cœli. ergo plura sunt tempora. Item, tempus consequitur primum motum, sed si plures sunt cœli primi, plures sunt motus primi. ergo sequitur, quod si plures sunt cœli, quod plura sint tempora. Ad oppositum videtur esse phylosophus hic. Ad illam dubitationem dicunt aliqui quod in ista consequentia phylosophi accipitur cęli indifferenter pro quacunque sphæra cœlesti, quia antiqui posuerunt motum cuiuscunque sphæræ esse tempus. Et contra hanc opinionem arguit phylosophus hic, vt ipsi dicunt, & hoc sic. Si tempus esset motus cuiuscunque sphæræ indifferenter, tunc si plures sunt cœli, idest, si plures sunt sphæræ cœlestes, tunc plura sunt tempora, & tunc consequens esset falsum, quia consequens est vna conditionalis, cuius antecedens est verum: & consequens falsum, vnde accipiendo cęlum pro sphæra cęlesti indistinctè B tunc non sequitur, plures sunt cęli, igitur plura sunt tempora, tamen si opinio antiquorum esset vera, bene sequitur. Contra secundum expositionem Commen. opinio quam phylosophus hic improbat fuit opinio Platonis, quæ opinio fuit sufficientior omnibus alijs opinionibus antiquorum phylosophorum. Et dicit Commen. quod ratio phylosophi componitur ex vna propositione dubitabili, & alia impossibili secundum imaginationem, & est illa, in qua dicitur, quod plures sunt cœli, sed hoc non diceremus de sphæris, quia plures sphæras esse, non est impossibile, non igitur per cęlum intelligit sphæram cęlestem. Item Commen. exponens intellectum antecedentis huius conditionalis, si plures sunt cęli plura sunt tempora, dicit si plures essent cęli, vt dicunt aliqui, qui dicunt plures mundos esse, tunc plura essent tempora, & sic patet secundum expositionem Commen. quod phylosophus non intelligit per cęlum quamcunque sphæram cęlestem. Ad istam dubitationem dicendum, quod intelligendo per cęlum orbem habentem motum vnum omnino regularem, & vniformem, vel per cęlum intelligendo aggregatum ex tali orbe, & alijs orbibus motis alijs motibus, sic illa consequentia est simpliciter bona, plures sunt cęli, igitur plura sunt tempora, quia multiplicato subiecto multiplicatur accidens. Nec deducit phylosophus ad hanc conditionalem, tanquam ad inconueniens simpliciter, sed tanquam ad inconueniens apud Platonicos, qui dixerunt, quod tempus est idem, quod motus cœli, quia Platonici dixerunt, quod possibile est Deum creare alium mundũ, sicut creauit istum, illud tamen antecedens, videlicet, plures sunt cœli est opinabile, & possibile apud eos, sed hoc est inopinabile, & impossibile apud eos, videlicet, plura sunt tempora, sic se habentia, quod nullum est pars alterius, nec pars vnius est pars alterius, igitur phylosophus deducit ad hoc tanquam ad inconueniens, quo ad hominem non quoad inconueniens simpliciter. Et per hoc patet ad rationes in contrarium, quia verum concludunt. Intelligendum tamen est, quod tempus comparatur ad motum cœli dupliciter, vno modo, vt est eius passio, alio modo, vt est eius mensura, ideo intellectus illius consequentis, scilicet, plures sunt cęli. ergo plura sunt tempora, potest esse duplex, videlicet, quòd ad plurificationem cęlorum, sequitur plurificatio temporis, secundum quod tempus est passio motus cęli, vel vt tempus est mensura motus. primo modo bene sequitur plures sunt cęli. ergo plura sunt tẽpora, hoc est, si plures sunt cęli plura sunt tempora, inquantum passiones sunt motus cęli, sed secundo modo non sequitur, quia ad multiplicationem mensuratorum non sequitur multiplicatio mensurarũ, inquantum huiusmodi, quia idem est numerus decem boum & decem canũ secundum phylosophũ inferius, vnde accipiendo tempus, vt est mensura motus cęli, sic non magis multiplicatur tempus ad multiplicationẽ motus cęli, quam ad multiplicationẽ aliorum motuũ, quia mensuræ, inquantum mensura, quia sic in mensurato, tanquam in subiecto, dico ergo, quod illa consequentia, plures sunt cęli. igitur plura sunt tempora, accipiendo tempus, put est passio motus cęli. est bona, & tamen iste intellectus, plures sunt cœli, ergo plura sunt tempora, non est possibilis, secundum quod tempus est passio motus cęli, sed accipiendo tempus, vt mensura est, sic non sequitur, quia tunc denotatur, quod si plures sint cęli, quod plura sunt tempora, inquantum tempus est mensura motus cęli, & sic arguitur, quod si plura sunt mensurata, plures sunt mensuræ. sed illud non sequitur, quia plura mensurata possunt mensurari eadem mensura. Vnde notandum est secundum

Albertum.

Dubium.

Ad dub.

Replica prima.

Secunda replica.

Ad replic.

Tempus comparatur ad motũ cęli dupliciter.

Albertus Magnus dicit, quod ad hoc, quod motus sit mensura quinque requiruntur.

Albertum, quod ad hoc, vt motus sit mensura requiritur primo, quod sit vnigeneum mensurato. secundo, quod ipsum sit notum, & notius mensurato. tertio, quod sit mensuræ omnis, & famosæ. quarto, quod sit inuegetabile: certum, & præscitum. quinto vero requiritur, quod sit minimum secundum sensum, vel secundum vsum, vt postea videbitur, & hoc nomen tempus sic est nomen mensuræ, & ideo non sequitur: plures sunt cœli. ergo plura sunt tempora accipiendo tempus formaliter: quia sic accipitur tempus, inquantum est mensura: sed accipiendo tempus materialiter, scilicet, pro illo, de quo cœlum prædicatur, sic bene sequitur, plures sunt cœli. ergo plura sunt tempora, & quia Platonici loquebantur de tempore, secundum quod est mensura: ideo dixerunt, quod quia motus cæli est mensura omnium motuū particularium: tempus est mensura motus cœli, & tunc phylosophus arguit contra eos: si plures sunt cœli, plura sunt tempora, & hæc conditionalis est falsa considerando tempus præcise, secundum quod est mensura: quia ad multiplicationem non multiplicatur inquantum est mensura, vt dictum est. Et si dicitur contra illud, quod tempus, vt mensura est accidens. ergo tempus, vt mensura multiplicatur ad multiplicationem subiecti. Dico, quod est falsa: tempus, vt mensura est, est accidens, quia tunc omnis mensura esset accidens, & hæc est similiter falsa, tempus, vt mensura est, substantia, quia sic omnis mensura esset substantia, & similiter hæc est falsa: tempus inquantum mensura est non est accidens: hæc tamen est vera, tempus non inquantum mensura est, est accidēs, & hæc similiter tempus non inquantum mensura est, est substantia, & ista multum differunt, scilicet, tempus inquantum mensura est, est non accidens, & tempus non inquantum mēsura est, est accidens, sicut declaratum est in logica.

Sphæram aūt vniuersi quidam: ideo tpˉs esse putarunt, quia, & in tempore, & vniuersi sphęrā sunt cuncta Sed hoc adeo stultum est, vt superuacaneū sit ea impossibilia, quæ sequuntur considerare.

Tex.c.94. *Totius autem sphæra visa est quidem dicentibus esse tempus: quia in tēpore omnia sunt, & in totius sphæra. Est autem stultius quod dicitur: quam, & quod est de hoc impossibilia considerare.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur opinio proponentiū tempus esse sphæram cœlestem, & etiam destruitur ratio opinionis, quorundam antiquorum, quæ fuit, quod tempus est sphæra cœlestis, scilicet, suprema sphæra, & ratio huius opinionis fuit ista. Omnia sunt in sphæra cælesti, & omnia sunt in tempore. ergo tempus est sphæra cœlestis. Vnde dicit phylosophus, quod hæc opinio est stultior, quam, quod est de hoc impossibile considerare, hoc est, illa opinio est stultior, quam sit ducere ad impossibilia sequentia ad hanc opinionem, & ideo circa probationem huius opinionis non est immorandum. Et Commen. dicit hic, quod eorum ratio deficit in duobus. primo, quia est ex affirmatiuis in secunda figura, & sic est figuræ inconstantis, & sic deficit in forma, deficit etiam in materia, quia esse in tempore, & omnia esse, vt in sphæra cœlesti, vel mundi non significant idem, hoc est esse in non significat idem in istis duabus propositionibus, & si esse in accipiatur vtrobique eodem modo, quia sic vna præmissarum est falsa, & sic esset defectus in materia.

Vide in li. 4. ca. 33. & 4a. Et a. phy. c. 33.

Cum vero motus quidam, atque mutatio quædam tempus esse maxime videatur: id si sit consideremus, oportet. Mutatio igitur, motusve in ipso est, quod mutatur duntaxat: aut vbi id est, quod mouetur, atq; mutatur. At tempus vbiq; est æque, & apud omnia.

Tex.c.95. *Quoniam autē videtur maxime motus esse, & mutatio quædam tempus: hoc considerandum est. Vniuscuiusque quidem igitur mutatio, & motus in ipso, quod propter alterationem, et augmentum mutatio est solum, aut vbi fortasse est ipsum, quod mouetur, & transmutatur. Tempus autem similiter, & vbique, & apud omnia est.*

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod tempus non est idē, quod motus, accipiendo motum, vt est communis ad omnes motus, vnde phylosophus dicit primo, quod citius videtur, quod tempus sit motus, quam quod sit reuolutio cœli, vel sphæra cœlestis, vnde magis sufficiens istarum triū opinionum de tempore est opinio dicentium, tempus esse motum, & ratio huius est, quia non potest imaginari tempus, nisi cum motu, & multotiens existimatur, quod illud, quod sequitur rem sit ipsa res: sed, quod tempus non sit motus probatur, & hæc est quadragesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Omnis motus est in aliquo determinato loco, ita quod non est in alio. ergo tempus est idem, quod motus, maior patet, quia omnis motus est in re mota, siue sit alteratio secundum substantiam, siue secundum qualitatem, siue sit augmentatio, siue motus localis. Vnde vniuersaliter motus est in re mota, & solū ibi, vbi est res mota, sed omnis res mota est in vno determinato loco. sic, quod non est in alio, & ita patet, quod motus omnis est in vno loco determinato, siue in vno determinato vbi, ita, quod non est in alio, minor patet, quia tempus est in omni loco, & idem apud omnes. Item dicit, quod phylosophus non intelligit, quod omnis motus sit in vbi, ita, quod sit ad vbi, sed intelligit sic, quod omnis motus est in moto, quod quidem motum est in vbi. Sed dubium est, quia sicut motus est in mobili subiectiue, ita tempus est in mobili subiectiue, vel in motu subiectiue. ergo sicut motus est in vno loco, sic, quod nō alio, ita tempus est in vno loco sic, quod non in alio, scilicet, in loco, in quo est suum subiectum. Dicendum, quod tempus est vbique, sicut numerus, & mensura omnium transmutabilium vbicunque existentium, sed motus non est vbique, nec in omnibus, sicut in subiecto, sed in omnibus transmutabilibus, sicut mensura in mensurato. Et si dicatur, quod primus motus est in omnibus transmutabilibus, sicut mensura in mensurante, quia primus motus est in substantia omnium aliorum motuum. ergo, sicut tempus est vbique, ita motus est vbique. Dicendum, quod hoc nomen tempus significat mensuram, sed hoc nomen motus non est nomen mensuræ, sed significat actum mobilis, inquantum mobile, & quia mensura non multiplicatur ad multiplicationem mensuratorum, ideo concedimus de tempore, quod, scilicet, est idem omnium transmutabilium, quia illud, quod non multiplicatur in tempore non est tempus, sed de motu non conceditur, quod idem sit apud omnes, quia motus importat in suo intellectu principaliter habitudinem ad mobile, & non est idem mobile, vbique, nec apud omnes. Et cum dicitur, quod primus motus est mensura omnium aliorum motuum, dico, quod primus motus non est prima mensura omnium motuum, sed tempus est prima mensura, quoniam primus motus non mensurat alios motus, nisi ratione temporis, vt patebit inferius. & sic tempus est idem apud omnes, sicut prima mensura transmutationis omnium transmutabilium, sed sic non est de primo moto. Itē aliter tempus est mensura, & aliter primus motus est mensura, quia tempus est, quod derelinquit in qualibet re temporali suum quando, quoniam quando est, quod derelinquitur ex adiacentia temporis. Vnde tempus est vbique sicut mensura in mensuratis, & sicut derelinquens in eisdem, scilicet, ipsum quando, sed primus motus non derelinquit talem mensuram in rebus temporalibus, & ideo tempus est vbique, sicut mensura & est etiam vbique, sicut per suum effectum, idest, per suum quando, quod derelinquitur a tempore in qualibet re temporali, sed non est sic de primo motu.

43. concl. huius lib.

Dubium.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Præterea: mutatio quidem omnis celerior est, atque tardior. At tempus non est. Tardum enim, & velox tempore est diffinitum. Nam id quidē est velox, quod in breui tempore magnum, id autem tardum, quod in longo paruum spatium transit. At tempus, nec, vt quantum quid est. nec vt quale tempore diffinitur.

Tex.c.96. *Amplius autem mutatio quidem omnis velocior: aut tardior est. Tempus autem non est. Tardum autem, & velox tempore determinantur. Velox quidem, quod in pauco multum mouetur. Tardum autem, quod in multo paucum. Tempus autem non determinatur tempore, neque quo quantum aliquid est, nec quo quale.*

SEcundo probatur eadem conclusio sic. omnis mutatio est velox, vel tarda, ita, quod omnis motus est velox, vel tardus, sed tempus non est velox, nec tardum. ergo tempus non est motus maior patet de se, & minor probatur sic. velox, & tar-

ginarionis non necessario sequitur perceptio temporis. Sed Comment. dicit, quod illa non fuit intentio Phylosophi, scilicet, quod ad motum imaginationis non necessario sequatur perceptio temporis: sed intendabat, quod nos non sentimus tempus, quando non sentimus motum. Vnde Phylosophus intendit, quod tempus non sentitur sine perceptione motus: non quod perceptio temporis necessario sequitur motum in nobis. Secundo est notandum secundum Commen. hic, quod quia tempus non imaginatur absque motu, & motus potest imaginari extra tempus: significatur, quod motus praecedit tempus naturaliter, & quod tempus accidit motui: licet sint consequentia se complete: haec Commen. Vnde Commenta. intendit, quod si procedamus naturaliter ad perceptionem temporis, cum prius ignorauerimus ipsum. hoc ergo necessario erit per comprehentionem imaginarimus, vel comprehensionem motus, & ideo motus est prior naturaliter, quam tempus. Ex quo loco potest accipi, quod illud est prius naturaliter, quod potest cognosci sine alio, & illud aliud non sine illo.

Oppositū vide hic in textu sequenti, & 12. met. c. 29.

Tertio est notandum secundum Commen. hic, quod non percipientes motum non percipiunt tempus, & hoc phylosophus ostendit per signum dicens, quod illud, quod dixit, scilicet, nō sentire tempus multotiens accidit dormientibus multum, & etiam illis, qui faciunt opus delectabile sit eis tempus breue, quia delectatio prohibet eos comprehendere motum, & econuerso eis qui laborant: haec Commenta. Quoniam qui laborant sunt in afflictione, & comprehendunt continue magnam transmutationem in seipsis. & propter hoc tempus breue apparet eis multum longum. Intelligendum est tamen hic, quod actus virtutis imaginatiuę potest esse dupliciter, scilicet, vnus subitus, & alius successiuus in quo attenditur successio in hoc, quod intentio virtutis imaginatiuę continue fit profundior & intensior: percipiendo actum subitum virtutis imaginatiuę non percipimus tempus, sed percipiendo actum successiuum imaginatiuis, bene percipimus tempus.

Dormientibus, & opus delectabile agētibus sit tēpus breue, ecōtra laborantibus.

B

Sed dubitatur circa illud dictum Commenta. scilicet, non sentimus tempus, quando nō sentimus motum, & sic dubitatur an tempus comprehendatur sensu. Et videtur, quod non, quia tempus nec est sensibile proprium, nec sensibile commune, nec sensibile per accidens, ergo tempus nullo modo est sensibile. consequentia de se patet, & antecedens probatur, quia manifestum est, quod tempus non est sensibile proprium, nec sensibile cōmune, quia nec est magnitudo, nec figura, nec motus, nec quies, nec numerus, & similiter non est sensibile per accidēs, quia sic sentiretur per aliquod accidens suum, quod esset per se sensibile, sed tempus non habet aliquod accidens per se. igitur tempus non sentitur per accidens.

Primū dubium circa dictū Co.

C

Item Commen. infra super illud capitulum dicit, quod tempus non comprehenditur nisi ex comprehensione motus comprehensi per intellectum, & per consequens tempus non comprehenditur nisi per intellectum, & sic non comprehenditur a sensu. In oppositum videtur esse Commenta. hic, qui multotiens dicit, quod sentimus tempus sentiendo motum. & Phylosophus libro de memoria, & remini. dicit, quod omne animal habens memoriam recipit tempus, sed certum est, quod non omne animal habens memoriam habet intellectum. ergo aliquod animal carens intellectu percipit tempus, sed hoc non potest nisi per sensum. ergo tempus comprehenditur per sensum.

Secundū.

Dico, quod tempus non percipitur per sensum exteriorem, cum non sit sensibile per se, nec sit sensibile per accidens, vt argutum est supra, attamen dico, quod tempus percipitur per sensum interiorem, & ille sensus interior quo percipitur tempus, vel est memoria, & hoc si virtus memoratiua habeat aliquem actum secundum, vel est existimatiua, vel cogitatiua. Quod enim per memoriam percipiamus tempus videtur esse de intentione phylosophi libro suo de memoria, nam dicit Phylosophus, quod eodem modo nos memoramur de praeteritis, quo percipimus tempus, sed de praeteritis memoramur per memoriam: ergo, & per memoriam percipimus tempus, & sic per cogitationem vel per existimationē percipimus tempus. Dicit enim Themistius super tertiū de anima, quod sensus, & phantasia imperceptibiles sunt omnino temporis, & maxime praeteriti, & futuri. Et per sensum intelligit Themistius sensum exteriorem. Vnde dicit Themistius, quod proprium est intellectus aut potentiae quae est super phantasiam percipere tempus praeteritum, vel futurum, & forte per existimatiuam percipitur tempus futurum, & per memoriam percipitur tempus praeteritum, & vtrumque est supra phantasiam.

Ad quaestionem.

D

Themisti.

Ad primum in contrarium dicendum, quod diuisio sensibilis in sensibile proprium commune, & per accidens est diuisibilis sensu exteriori, cuiusmodi sensibile non est, tempus, quia

Ad primum.

A

tempus est sensibile sensu interiori, & tamen nec est sensibile proprium, nec commune, nec per accidens. Ad secundum dicendum, quod Commenta. intelligit, quod tempus non comprehenditur ab intellectu, nisi ex comprehensione motus cōprehensi per intellectum, sed ex hoc non sequitur, quod tempus solum comprehendatur per intellectum.

Ad secundum.

Vnde notandum secundum Auicen. secundo suę Physi. qui recitat multas opiniones de quidditate temporis, quae sunt sex. Prima opinio dicit, quod tempus est aggregatio momentorum, & ideo dicūt, quod cum cognoscimus tempus, cognoscimus & motum, & dixerunt, quod momentum est aliquid designatum, vt si dicatur, quod hoc erit cum eleuatione solis post duas eleuationes.

Aui. 2. suae physicae.

Prima opinio.

Secunda opinio est, quod tempus est substantia aeterna, & ratio huius opinionis fuit ista. Illud, quod ex se est necesse est esse substātiā aeternā, quia ex hoc, quod est necesse esse est aeternum. & ex hoc, quia habet esse ex se est substantia, sed tempus ex se est necesse esse: ergo minor probatur, quia tanta est necessitas sui esse, quod qui nititur destruere tempus esse ponit illud esse: quoniam si quis amoueat tempus esse, aut facit nunc, aut ante aliquid aliud, aut post aliud, sed prioritas & posterioritas non sunt sine tempore, & sic sequitur, quod qui destruit tempus ponit tempus, ideo dixerunt, ex quo tempus est necesse esse, possibile est tempus esse, etiam si motus non sit, & ideo secundum eos aliquod tempus est cum motu, & aliquod sine motu.

Secunda.

B

Tertia opinio est, quod tempus est idem, quod motus loquendo indifferenter de quocunque motu. Quarta opinio fuit, quod motus caeli est tēpus. Quinta opinio fuit, quod reuolutus caeli est tempus, idest, vna reuolutio. Sexta opinio, quod tempus est ipsum caelum, vnde illae sunt opiniones antiquorum affirmantium tempus esse, & ratio ponentium motū esse tempus fuit illa. Quicquid est in cuius natura est, quod habeat duas partes, videlicet, vnam praeteritam, & aliam futuram est tempus, nunc inter omnia, quae videntur esse tempus, ipse motus tantum est, qui recipit in se praeteritum, & futurū, siue praeteritum, & praesens. ergo motus est tempus. Alia ratio. nos non putamus tempus esse nisi cum sentimus motum. Infirmo enim & dolenti elongatur tempus, & abbreuiatur voluptuoso. quia infirmus percipit motum, & magis retinet, & memoratur, quam voluptuosus.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Ad primum illorum respondet Auic. d. quod eorum ratio qui posuerunt tempus esse motum innititur vni propositioni non probabili, quae est illa. Quicquid habet in sui natura aliquid praeteritum, & aliquid futurum est tēpus, sed illud non est probabile, nec concessum, quoniam multa sunt quae non sunt tempus, quae tamen habēt in seipsis aliquod praeteritum, & aliquod futurum, sicut diluuium, & bellum Troianū. Vnde oportet, q; praeter illa sit quaedam alia conditio, videlicet, quod quicquid ex seipso est, quod aliquid eius est praeteritum, & aliquid futurū est tempus. Vnde breuiter motus non habet a seipso, quod aliquid eius est praeteritum, & aliquid futurum, quia motus non dicitur praeteritus, nisi quia fuit in tempore praeterito, nec vna pars motus est prior, & alia posterior, nisi quia vna pars fuit in tempore praeterito, & alia in tempore futuro, nec dicitur motus praeteritus, nisi quia fuit in tempore praeterito. Ex quibus apparet, quod prius, & posterius secundum durationem primo, & essentialiter sunt in tēpore. & non sunt in motu nisi ratione temporis, vt, scilicet, quia motus est coniunctus tempori, ex quo sequitur quod tempus realiter differt a motu, quare, &c.

Iterum ad primum secundum opinionē Auic.

C

D

Patet profecto sine motu mutationeve tempus non esse. Quae cum ita sint, patet tempus nec motum esse, nec esse etiam absque motu. Quoniam autem quidnam sit tempus quaerimus. Sumamus oportet hic ordientes quidnam ipsius sit motus. Nam simul motum tempusq; sentimus. Etenim si tenebrae sint, & nihil per corpus afficiamur motus autem insint in anima, continuo sanè quoddam etiam simul fuisse tempus videtur. At cum tempus etiā, quoddam videtur nobis fuisse, simul tunc, & motus fuisse quidam videtur. Quibus efficitur, vt tēpus aut motus sit, aut aliquid motus. Cū igitur motus nō sit, necesse est ipsum aliquid motus esse.

Manifestum, quod non est sine motu neque mutatione tempus. Quod igitur neque motus neque sine motu Tex. c. 98.

tempus

tempus est, manifestum est. Accipiendum autem: quoniam quærimus quid sit tempus. hic incipientibus quod motus est. Simul enim motum sentimus, & tempus. Et namq. si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur: motus autem aliquis in anima fit subito: simul videtur fieri quoddam tempus. At vero, & cum tempus videtur fieri aliquid: simul & motus aliquis fieri videtur. Quare autem motus aliquid est tempus. Quoniam autem non est motus: necesse est motus aliquid esse ipsum.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declarato, quid non est tempus, phylosophus inquirit quid est tempus, idest, inuestigando diffinitionem temporis. Hæc pars continet quinque particulas, quoniam in prima declaratur, quod tempus est aliquid ipsius motus: in secunda ibi. [Quoniam autem omne.] Declaratur a quo sit continuitas, & prius, & posterius in motu, & in tempore, vt ex illa ratione appareat, quod tempus est aliquid ipsius motus. in tertia ibi. [At vero, & tempus.] Ostenditur ratione, cuius tempus sequitur motum. in quarta ibi. [Quoniam quidem igitur tempus.] Concludit phylosophus diffinitionē temporis, in quinta ibi. [Quoniam autem numerus.] Declaratur, quod numerus est tempus. In prima igitur particula huius partis phylosophus declarat, quod tempus est aliquid ipsius motus, & hæc est quadragesimaquinta conclusio huius libri, quæ sic probatur.

45. concl. huius lib.

Non simul sentimus motum, & tempus. quoniam si sunt tenebræ, & non percipimus motum alicuius corporis exterioris, nec patimur aliquam alterationem in corporibus nostris ab aliquo exteriori agente: sed fiat aliquis motus in anima nostra, vt secundum successionem, cogitationem, imaginationē, videtur nobis, vt fiat, & sic percipiendo quemcunque motum percipimus tempus. quoniam si percipimus motum exteriorē: manifestum est, quod etiam percipimus tempus. Similiter si percipimus motum cogitatiuua, vel imaginationis percipimus tempus, & sic quemcunque motum percipimus, semper percipimus tempus, & econuerso, quia cum percipimus tempus etiam percipimus motum. Ex his igitur potest sic argui. Quæcunque simul percipiuntur, vel sunt idem, aut vnum est aliquid alterius, sed tempus, & motus simul percipiuntur. ergo tempus, & motus vel sunt idem, vel tempus est aliquid ipsius motus, sed tempus, & motus non sunt idem, vt probatum est superius. ergo tempus est aliquid ipsius motus. Vnde phylosophus primo in hac parte recapitulat declarata dicēs, quod manifestum est, quod tempus non est sine motu, & mutatione, vnde ex prædictis est manifestum, quod tempus neque est motus, neque est sine motu. Deinde proponit phylosophus, quod ipse intendit hic inquirere dicens, quod quia quærimus quid est tempus: oportet inquirere quid est motus genitiue, hoc est quid ipsius motus est tempus. Deinde ponit minorem huius rationis cum sua declaratione, & postea concludit conclusionem suam, vnde litera plana est. Intelligendum, quod Commen. cōcludit vlterius, quod tempus est accidens motui, quia ex quo tempus est aliquid ipsius motus, vel est causa motus, vel est aliquid consequens motum, sed tempus non est causa motus, quia tempus non apparet in diffinitione motus. ergo, tempus est aliquid cōsequens motum, & sic remanet, quod sit accidens motus.

Digressio Co. in qua inquirit vtrum tempus consequitur omnē motū. & primo ur. quod non sequitur mo. imagina.

Notanda sunt hic duo secundum Commē. Primo, quod Commen. mouet, & soluit vnam dubitationem, quæ talis est, scilicet, vtrum tempus sequatur motum imaginationis, aut consequatur omnem motum indifferenter, aut consequatur aliquem vnum motum, vt motum primum, & arguit discutiendo per aliquod membrum huius diuisionis. Et quod tempus non sequatur motum imaginationis; probat Commen. sic. Si tempus sequeretur motum imaginationis, & imaginatio non habet esse extra animam, sequeretur, quod tēpus non haberet esse extra animam, quod est falsum. Item phylosophus dicit, quod tempus sequitur motum corporis cælestis, & capit continuationem ab eo, & per consequens non sequitur motum imaginationis nostræ. Et quod tempus non sequatur omnem motum, probat Commen sic. Si tempus sequeretur omnem motum, tempus multiplicaretur ad multiplicationem omnium motuum, quod est impossibile. & quod tēpus non sequatur aliquem vnum motum, scilicet, motum cælestem, probat Commen. sic: si tempus nō sequeretur motum cælestem, tunc qui non sentit illum motum etiam non sentiret tempus, & sic cæci, & incarcerati a natiuitate non perciperent tempus, qui nunquam perceperunt motum cælestem, quod est falsum, quia manifestum est, quod cæci a natiuitate, & incarcerati, qui nunquam perceperunt motum cæli, perceperunt tempus. Istam dubitationem soluit Commen. circa cuius solutionem facit duo. Nam primo dicit, quod manifestum est,

Solutio Com.

quod nos sentimus tempus apud sentire quemlibet motum, & apud imaginari quamlibet transmutationem, sed nos sentire tempus apud sentire quēlibet motum potest dupliciter intelligi, videlicet, vno modo, quod nos sentiamus tempus apud sentire quemlibet motum primo, & essentialiter, & ille intellectus est falsus, quia si sic esset, sequeretur, quod tempus multiplicaretur per multiplicationem motuum insensibilium, immo etiam mobilium imaginabilium. Alio modo potest intelligi, quod nos sentimus tempus per quemlibet motum, non tamen primo, & essentialiter, sed propter hoc, quod cum sentimus quemlibet motum sentimus illum primum motum, cui accidit tempus, & ille intellectus est verus, & sic intelligitur quæstio prædicta, scilicet, quod tempus multiplicatur ad multiplicationem motuum, quia tempus non consequitur quemlibet motum esse, sed tempus sentitur apud sentire quemlibet motum, sed non primo, & essentialiter, sed quia ille primus motus quem tempus essentialiter consequitur, sentitur, quando sentitur quicunque motus, siue fuerit imaginatus, siue existens. Vnde intelligendum, quod Commen. accipit hic sentire generaliter pro cognitione, siue pro cognoscere, quod est commune ad cognitionem sensus, & ad cognitionem intellectus, hoc est igitur primum, quod dicit, scilicet, quod tempus percipitur apud perceptionem cuiuslibet motus, quia apud perceptionem cuiuslibet motus percipitur primus motus, quē tempus consequitur essentialiter, nec propter hoc oportet, quod tempus multiplicetur ad multiplicationem motuū, quia tempus non percipitur apud perceptionem cuiuslibet motus primo, & essentialiter. Secundo declarat Commen. quod quandocunq; percipimus aliquem motum, quod tunc percipimus illum primum motum, quem tempus primo, & essentialiter consequitur, & in declarando hoc facit quatuor consequētias.

Prima cō-sequentia Com.

Quarum prima est, quod quandocunque percipimus aliquē motum, tunc nos percipimus nos esse inesse transmutabili. Secunda

Secunda

consequentia est illa quod quandocunque percipimus nos esse inesse transmutabili, tunc percipimus motum per quē sumus inesse transmutabili. Tertia consequentia est, quod

Tertia.

quandocunque percipimus motum, per quem sumus inesse transmutabili, tunc percipimus motum cæli, quia nos non sumus inesse transmutabili nisi per illum. Quarta consequentia

Quarta

est, quod quandocunque percipimus motum cæli, tunc percipimus motum, quem primo tempus consequitur, igitur a primo ad vltimum, quandocunque percipimus aliquem motum, tunc percipimus illum primum motum, quem tempus primo, & essentialiter consequitur. Et potest vlterius quinta consequentia poni. videlicet, quod quandocunque percipimus motum quem tempus essentialiter consequitur, tunc percipimus tempus. ergo a primo ad vltimum quandocunque percipimus aliquem motum, tunc percipimus tempus. Intelligendum est, quod prima consequentia, scilicet, quod quandocunque percipimus aliquem motum, &c. non est sic intelligenda,

Quō sit intelligenda prima cōsequentia.

scilicet, quod quandocunque percipimus aliquem motū, quod tunc percipiamus nos transmutari, sed sic est intelligenda, videlicet, quod quandocunque percipimus aliquem motū quod tunc percipimus nos consistere alicui transmutabili actu trāsmutato. Circa vero secundam consequentiam est intelligendum, quod percipere motum, per quem sumus inesse transmutabili potest dupliciter intelligi, scilicet, vel in particulari, & determinate, vel in vniuersali, & modo confuso. Dico igitur,

Quō sit intelligenda secūda cōsequentia.

quod non oportet, quod quandocunque nos percipimus nos esse inesse transmutabili, quod tunc percipiamus motum cæli in particulari, & determinate, quia cæci a natiuitate, & incarcerati qui nunquam viderunt cælum percipiunt se esse inesse transmutabili & tamen non percipiunt cælum, nec motum cæli in particulari, sed tamen quandocunque percipimus nos esse inesse transmutabili percipimus motum cæli, per quem sumus inesse transmutabili, sed in vniuersali, & modo confuso, quia quandocunque nos percipimus nos esse inesse transmutabili, tunc percipimus aliquid esse prius, & aliquid posterius, & mensuramus prius, & posterius in longitudine transmutationis, in qua sumus per aliquam transmutationem, in qua primo, & essentialiter sunt prius, & posterius. sic quod percipiendo nos esse inesse transmutabili percipimus, quod aliqua transmutatio est, in qua sunt primo prius, & posterius, per quam transmutationem transmutamur, sed verū illa trāsmutatio per quam mensuramus transmutationem, in qua sumus, &

mus, & prius, & posterius in ea sit motus primi cæli, vel aliquis alius motus non percipimus, cognoscere autem motum cæli esse, per quem mensuramus transmutationem, in qua sumus, est cognoscere motum cæli in vniuersali, & modo confuso, & sic dico, quod quandocunque percipimus, nos esse in esse transmutabili, percipimus motum cæli, per quem sumus in esse trãsmutabili, modo cõfuso, & in vniuersali. Alij vero dicunt, quod quandocunque percipimus, nos esse in esse transmutabili, cognoscimus motum cæli in suo effectu, sed non oportet, vt cognoscamus motum cæli, & in propria forma, sed in suo effectu, quia transmutatio, in qua sumus est effectus motus cæli.

Circa tertiã consequentiã.

Tertia autem consequentia videlicet, quandocunque percipimus motum, per quem sumus in esse transmutabili, tũc percipimus motum cæli, patet per Cõmen. nam Cõmen. dicit, quod manifestum est, quod nos non sentimus, nos esse in esse transmutabili, nisi ex transmutatione motus cæli, & si possibile esset ipsum quiescere, possibile esset, nos non esse in esse transmutabili sed hoc est impossibile, s. cælum quiescere.

Circa quartam consequentiã.

Quarta cõsequentia est manifesta, quia certum est, ꝙ tempus vniuersaliter cõsequitur motum primum, qui est continuus, & vniformis, & illi est motus primus cæli. Vnde intelligendum ſm Commen. quod motus, qui cum sentitur, sentitur primo, & essentialiter tẽpus, est motus, ex quo sentimus, nos esse in illo esse transmutabili, & non transmutari, quia sumus in hoc esse, & ex hoc sentimus, s. nos esse in esse transmutabili, quãdo imaginati fuerimus, quẽcunq; motum: quoniam cum fuerimus in esse diuisibili, & in transmutatione, instans in eo non fiet tempus, neq; probabimus ipsum tempus fieri, sed cum fuerimus in esse indiuisibili ſm transmutationem, & non perceperimus nos esse in esse transmutabili non percipiemus omnino tempus. Si autẽ perceperimus nos esse in esse transmutabili statim percipimus tẽpus, & hoc manifestum est, & nos esse in esse transmutabili scitur per se, quoniam nos sentimus, quod instans, in quo incipimus scribere hunc sermonem, est aliud ab illo, in quo fuit completus, hæc Commen.

Opi. Gal.

Secũdo principaliter est notandum secundum Commen. quod sunt tres intentiones, idest, opiniones circa perceptionem temporis, quarum vna est, quod non percipimus tempus, nisi quando fuerimus moti in anima nostra, & hoc existimauit Gal. & est contrarium per se.

Secunda opinio.

Secunda vero opinio est, quod nos non percipimus tempus, nisi cum percipimus aliquem motum quicunque sit, & hoc est percipere tempus per accidens.

Tertia opinio.

Tertia vero est, quod nos non percipimus tempus, nisi cum percipimus nos trãsmutari, quia sumus in esse transmutabili, & illa perceptio est perceptio, quam sequitur tempus essentialiter, hæc Commen. Tamen intentio Commen. magis videbitur postea in dubitationibus.

Cum autem id, quod mouetur, ex quodam in quoddam proficiscatur, magnitudoq; omnis continua sit, motus profecto magnitudinem sequitur. Quia namque magnitudo continua est, ideo, & motus continuus est. At quia motus continuus est, & tempus continuum est. Quantus enim est motus, tantum, & tempus semper fuisse videtur. Atqui prius, & posterius in loco est primo, atque positione.

Tex. c. 99.

Quoniam autem, quod mouetur: mouetur ex quodam in quoddam: omnis magnitudo continua sequitur magnitudinem motus: propter id enim, quod magnitudo continua est, & motus continuus erit. Quantum enim motus est: tantum, & tempus videtur fieri. Prius autem, & posterius in loco primum sunt. Nec autem positione sunt determinata.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, a quo sunt cõtinuitas, & prius, & posterius in motu, & in tempore, vt ex hoc habeatur secundum quid tempus est aliquid ipsius motus: quoniam secundũ prius, & posterius in motu. Vnde phylosophus intendit hic declarare, quod illa ratione est accipienda continuatio, scilicet, quoniam prius, & posterius insunt motui propter magnitudinem, & tempori propter motũ, ita, quod continuatio magnitudinis est causa continuationis motus, & continuatio motus est causa continuationis temporis, & eodem modo est de priori, & posteriori, vnde ista particula continet tres partes, quarũ in prima declaratur, quod continuatio in tẽpore est a continuatione in motu. In secunda ibi. [Quoniam autem in magnitudine.] Declaratur, quod prius, & posterius in tempore sunt a priori, & posteriori in motu. In tertia ibi. [Est autem prius, & posterius.] Narratur, quomodo prius, & posterius se habent ad motũ. In prima igitur parte huius particulæ narrat phylosophus, quod continuatio in tempore est a continuatione in motu, & hæc est quadragesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. *46. concl. huius lib.* Proportio motus ad magnitudinem in continuitate est, sicut proportio temporis ad motum in continuitate, sed motus est continuus propter cõtinuitatem magnitudinis. ergo tempus est continuum propter continuitatem motus, de hac ratione primo ponitur minor cum sua probatione. Secũdo vero ponitur conclusio.

Prima propositio.

Primo igitur phylosophus proponit tres propositiones, ex quibus patet minor, quarum prima est, quod omne, quod mouetur, videlicet, localiter, mouetur de quodam in quoddam, & hoc est de aliquo vbi, in aliquod vbi.

Secũda ꝓpositio. Tertia ꝓpositio.

Secunda est, quod omnis magnitudo inter duo vbi est continua. Tertia est, quod motus sequitur magnitudinem, & hoc est verum de motu locali: quoniam omnis motus localis præsupponit magnitudinem super quam vel circa quam est, ex quibus sequitur, quod motus est continuus propter hoc, quia magnitudo est continua, & sic motus est continuus propter continuationem magnitudinis. Deinde infert phylosophus vnã propositionẽ, ex qua habetur conclusio dicens. Quantus enim motus est tantum, & tempus videtur fieri, hoc est, tempus habet suam diuisionem, & quantitatem a motu, quia quantitas est tanta, quantum est tempus. Deinde dicit phylosophus, quod prius, & posterius sunt primo in loco, & sunt positiones, cum locus sit quãtitas habens positionem in partibus, & ideo in loco, hoc est in magnitudine, contingit assignare partẽ priorem, & partem posteriorem, idest, vbi pars prior est situata, & vbi posterior situata. Vnde Commenta. dicit hic, quod causa continuationis temporis est continuatio motus, quemadmodum causa continuationis motus est mensura, idest, magnitudo super quam est motus.

Per continuum duo possumus intelligere.

Vnde intelligendum, quod per continuum possumus duo intelligere, s. vel illud, cuius partes copulantur ad terminum communem, & illo modo loquendo de continuo, non est verum, quod motus sit continuus, quia magnitudo est continua, nec, vt sic capit motus suam cõtinuitatem a magnitudine, quia super magnitudinem discontinuã potest esse motus continuus, vt patebit in quinto huius. Alio modo per continuum potest intelligi illud, quod est diuisibile in infinitum, & per continuitatem potest intelligi diuisibilitas in infinitum, & illo modo loquitur phylosophus hic de continuo dicens, quod motus est continuus, quia magnitudo est continua. Intelligendum etiam, quod ad continuitatem motus non sufficit continuitas magnitudinis, quia super magnitudinem continuam potest esse motus discontinuus, sed ad continuitatem motus requiritur vnitas mobilis, & temporis, & termini ad quem, vt patebit in quinto huius. Vnde est intelligendum, quod continuitas magnitudinis, super quam est motus, est causa continuitatis motus, modo iam dicto, & hoc in genere causæ materialis. Vnde motus habet multiplicẽ materiam, vt materiam in quam, & illa est terminus ad quem, & habet materiam ex qua, & illa est terminus a quo, & habet materiam secundum quam, & illa in motu alterationis est forma media inter formam, quæ est terminus a quo, & inter formam, quæ est terminus ad quem alterationis, & illa forma media quandoque differunt ab extremis secundum speciem, & quandoque secundum magis, & minus, & adhuc est materia, circa quam, & illa motu locali circulari est magnitudo, circa quam fit. Circa vero aliud dictum Commen. videlicet, quod causa continuationis temporis est continuatio motus, est intelligendum, quod per continuationem, vel per cõtinuitatem possumus intelligere extensionem quãtitatiuam absolute, vel continuationem, vt opponitur interruptioni. Vnde loquendo de cõtinuatione, vel continuitate primo modo, sic dico, quod motus est continuus per tempus sibi formaliter inhærens, & non econtra nisi materialiter: quoniam tempus est quantitas duratiua, vel duratio ipsius motus, vt videbitur postea, & ideo sicut substantia est formaliter quanta per quantitatẽ sibi inhærentem, & quantitas non est quanta per substantiam nisi materialiter, sic motus est quantus duratiue simul continuus, & extensus secundum durationẽ formaliter per tempus sibi inhærens, & non econuerso nisi materialiter, sed loquendo de continuatione, secundo modo sic dico, quod tempus est continuũ propter motum. ideo enim tempus est continuum: ita quod non interruptum, quia motus quem tempus consequitur est

continuus,

A continuus, ita ꝙ non interruptus. Vnde esse continuum oppositum interruptioni cōsequitur aliquid de ratione illius a quo e · it esse suum, & ideo quia tempus inesse depender a motu: ideo continuatio, quæ opponitur interruptioni in tempore dependet a natura motus. vnde quia motus cæli medias inter tempus, & cælum: quoniam mediante primo motu causatur tempus. ideo loquendo de illa continuatione quam tempus, & motus habent in comparatione ad motum est verum aliud, quod Commenta. dicit, videlicet, quod quantitas est in tempore, quia est primo in motu. Vnde sicut substantia materialis est prima continua, & extensa formaliter per quantitatem sibi inhærentem, & tamen illa continuitas, & extensio continuatur inesse, ita quod suum esse non interrumpitur per subiectum, ita motus est extensum secundum longitudinem durationis per tempus, quod est ipsa duratio, & tamen illa duratio, vel ipsum tempus manet continue non interruptum per ipsum motum.

Cum vero in magnitudine sit: in motu quoque similitudine rationis prius esse posteriusve necesse est. At vero prius atque posterius in tempore etiam est, ex eo sanè: quia semper alterum ipsorum alterum sequitur. B

Quoniam autem in magnitudine primum, & vltimum est: necesse est in motu prius, & posterius esse proportionaliter his quæ sunt ibi. At vero, & in tempore est prius, & posterius: propter id, quòd sequutur semper alter alterum ipsorum.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, i qua declaratur, quod prius, & posterius in tempore sunt a priori, & posteriori in motu, & hæc est quadragesimaseptima conclusio huius libri, (47. concl. huius lib.) quæ probatur sic. Quæ est proportio motus ad magnitudinē, eadem est proportio temporis ad motum, sed prius, & posterius in motu sunt a priori, & posteriori in magnitudine, ergo prius, & posterius in tempore sunt a priori, & posteriori in motu. de hac ratione ponitur minor, cum dicitur. Quoniam pin quia magnitudine est primum, idest, prius, & vltimum, id est, posterius. Necesse est in motu prius, & posterius esse proportionabiliter his, idest, priori, & posteriori, quæ sunt ibi, id est, in magnitudine, & sic habetur minor. Deinde ponit conclusionem dicens. At vero in tempore est prius, & posterius, supple, a priori, & posteriori in motu, propter illud, quia semper alterum ipsorum, idest, tempus sequitur alterum, scilicet, motum, & hæc est conclusio, videlicet, quod prius & posterius in tempore sunt a priori, & posteriori in motu, & causa conclusionis etiam innuitur hic, & est quod tempus semper consequitur motum. Vnde notandum secundum Commenta. hic, quod causa propter quam prius, & posterius sunt in motu est, quia prius, & posterius sunt in magnitudine, super quam est motus, locus enim seu magnitudo i ipsa positione habet prius, & posterius, quoniam magnitudo constat ex partibus habentibus positionem. Et postea dicit Commenta sic, quia prius, & posterius inueniuntur in mensura, in qua fit motus primo, & est illa, quæ est in situ: necesse est, vt in motu inueniatur prius, (D) & posterius, & si non habeat situm: quoniam pars motus, quæ est in parte mensuræ priori secundum initium, ex quo est motus, necesse est, vt sit prior motu, qui est in parte consequente mensuram. Intelligendum, quod prius, & posterius in magnitudine sunt causa materialis prioris, & posterioris in motu, & prius, & posterius in motu sunt causa materialis prioris, & posterioris in tempore. (Auic. in secundo suę phy. tracta tu de tempore.) Vnde Auic. secundo suę phys. tractatu de tempore dicit, quod prius & posterius in hoc intellectu, scilicet, quod prius desinit esse, sic quod prius non est cum posteriori cuiusmodi sunt prius & posterius secundum durationem primo & essentialiter sunt in tempore, & non sunt in aliis rebus, nisi quia coexistunt partibus priori, & posteriori temporis. vnde tempus ex seipso formaliter habet prius, & posterius, non sic intelligendo, quod tempus sit relatio prioritatis, sed quod tempus propter seipsum habeat huiusmodi relationes prioris, & posterioris. vnde vna pars motus dicitur prior, & alia posterior secundum durationem, quia vna pars est in priori parte temporis, & alia est in posteriori parte temporis, & non dicitur vna pars temporis prior illa, quia est in priori parte motus, nec etiam videtur vna pars motus prior,

A quia est in priori motu. quare igitur dico, quod prius, & posterius in motu sunt causa materialis prioris, & posterioris in tempore, & prius, & posterius in tempore sunt causa formalis prioris, & posterioris in motu.

Prius autem in motu posteriusve subiecto quidem est motus. Ipso autem esse diuersum est, & non est motus.

Est autem prius & posterius ipsorum in motu: quod aquidem ens motus est: tamen esse ipsius alterum est, & non est motus.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus narrat, quomodo prius, & posterius se habent ad motum, vt ex hoc sciatur, ratione cuius tempus consequitur motum, & dicit, quod prius, & posterius ipsorum, scilicet, motus, & temporis. quod quidem ens. hoc est, quantum ad illud, quod est motus. tamen esse ipsius alterum est, & non motus. hoc est prius, & posterius temporis, & motus sunt idem subiecto cum motu, sed differunt ratione a motu. (B) vnde Commen. dicit hic, quod prius, & posterius, quæ sunt in motu, habent quidditatem aliam a quidditate motus: licet sint idem cum motu in subiecto. Item dicit Commen. quod de fundamentis ponendis (Expo. Cō.) ad hoc, quod quærimus scire supra illa, quæ posuimus, est, qđ prius, & posterius cum fuerunt accepta secundum quòd sunt in subiecto, tunc erunt partes motus. cum autem fuerint considerata secundum diffinitionem, & quidditatem, tunc prius, & posterius erunt aliud a motu, quoniam motus est in quantitate, & prius, & posterius sunt in numero. hæc Commen. (Notabile.) Intelligendum, quod prius, & posterius, quæ sunt partes motus sic sunt idem, quod motus, quia constituunt motum, tamen alia est diffinitio exprimens quid nominis ipsius motus, & prioris, & posterioris in motu, & hoc intendit Commen. vnde prius, & posterius secundum quod sunt in subiecto, idest, secundum quod sunt actus mobilis, sic sunt partes motus, quia vna pars motus denominatur prior, & alia posterior. sed si prius, & posterius fuerint accepta secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, idest, secundum quod accipiuntur pro his, quæ nomina significant, sic erunt aliquid aliud a motu, quoniam (C) motus est in quantitate, quia motus significat aliquod quantum successiuum, & prius & posterius sunt in numero. hoc est prius, & posterius important numerum ordinalem, sicut, & ista aduerbia, videlicet ante, & post.

Atqui tempus quoq; cognoscimus, cum motū definimus: priore posterioreve definientes. Atq; tūc fuisse dicimus tempus: cum prius in motu, posteriusve senserimus: hoc ipso autem definimus: quod aliud atq; aliud ipsa. Et aliud quid inter ipsa medium esse existimamus. Nam cum extrema alia a medio intelligimus esse, & animus ipsa nunc duo dicit: alterum prius: alterū posterius: tunc, & hoc ipsum tempus dicimus esse. Quod enim ipso nunc (D) definitur: id tempus esse videtur, & supponitur.

At vero & tempus cognoscimus cum diffinimus motum prius & posterius determinantes, & tunc dicimus fieri tempus, quando prioris & posterioris in motu sensu percipimus. Determinamus autem in accipiendo aliud, & aliud ipsum, & medium ipsorum alterum. Cum enim altera extrema medij intelligimus, & duo dicat anima ipsa nunc: hoc quidem prius, illud vero posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus. Determinatū enim ipso nunc: tempus esse videtur & supponatur. (Te. c. 102)

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua phyl. ostendit rationē, cuius tempus consequitur motū, & per hoc inuestigatur dīta ponenda in diffinitione temporis, vnde declaratur, quod tēs consequitur motū ratione prioris, & posterioris in motu, & hęc est quadragesima (48. concl. huius lib.) octaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Ratione illius

tempus

A tempus consequitur motum, quo cognito in motu cognoscimus, quid est tps, sed cognitis priori, & posteriori in motu cognoscimus tps. ergo tẽpus consequitur motũ ratione prioris, & posterioris in motu. maior huius rationis patet: qm̃ superius est ostensum, quod tps consequitur motum per hoc, quia simul cognoscimus motum, & tps, & ꝓpter hoc ratione illius tẽpus consequitur motum. ergo cognito motu, cognoscimus tẽpus, minorem huius rationis declarat phyl. in textu dicens, quod nos cognoscimus tps, cum distinguimus motum: determinando prius, & posterius: qm̃, tunc dicimus tẽpus fieri: qñ percipimus prius, & posterius in motu, & mediũ inter illa: hoc est medium inter prius, & posterius dicimus esse tempus, qm̃ tempus vr̃ esse illud, quod est determinatum i. terminatũ ipso nunc, vt supponitur hic ad præsens, s. quod tempus est quoddã medium inter duo instantia terminatum, & finitum per illa.

Notandũ. Notandum, quod Commen. dicit sic, & sequitur ex hoc sermone, quod motus diuisus per duo instantia, s. per prius, & posterius sit ipsum tempus, s. ſm quod est diuisus, & compositio illius sermonis est, sicut motus terminatus ad duo instantia, & quod terminatur ad duo instantia hoc est tempus. ergo motus ſm quod terminatur ab aliis duobus instantibus est tps. hæc Commen.

Motus accipitur tripliciter. Intelligendum, quod accipiendo motum pro forma fluente: sic non est tempus, quia forma fluens non differt a termino motus: nisi sicut diminutum a perfecto, vel est quantitas corporea, vel vbi, vel qualitas sensibilis, & manifestũ est, quod nullum istorum est tempus, accipiendo etiam motũ pro fluxu formæ: sic de virtute sermonis non est verum dicere, quod motus est tempus, quia motus, vt sic est in genere passionis, & tẽpus in genere quantitatis. sed hæc est prædicatio materialis. videlicet, motus est tempus, & de virtute sermonis est falsa, sed tñ intellectus Comm. est verus, & est quod motus est materia temporis. & hoc est verum, quia tempus est quãtitas successiua ipsius motus, qui est de genere passionis, vt videbitur in dubitationibus. Possumus ẽt dicere, quod motus accipitur tertio modo pro quãtitate successiua motus de genere passionis, quæ quantitas non est diuisibilis nisi ſm longitudinem durationis, & ita patet, quod motus accipitur tripliciter, vno modo pro forma diminuta, q̃ nõ differt a termino motus, nisi sicut imperfectũ a perfecto, & sic est in genere termini ad quẽ. Alio modo accipitur pro transmutatione successiua extẽsa ſm longitudinem, latitudinẽ, & profunditatẽ ad extensionẽ mobilis, & sic est præcisè in genere passionis. Tertio modo accipitur pro quantitate successiua, i. pro ipsa duratione trãsmutationis successiuæ, quæ est de genere passionis, & sic est præcisè de genere quantitatis, & illo modo loquuntur phylos. & Commen. quinto meta dicentes, quod motus est per se quantitas. Vnde primo modo loquendo de motu nullo modo est concedendũ, quod motus sit tempus materialiter. sed loquendo de secũdo modo, sic motus est tempus materialiter, quia motus est materia, in qua est tempus, sed loquendo de motu tertio modo, sic est concedendum, quod motus est tempus formaliter.

Cum igitur ipsum nunc, vt vnũ sentimus, & nõ, aut vt prius in motu, posteriusve: aut vt idem quidem: prioris vero cuiusdam, posteriorisve: tẽpus tunc nullum fuisse videtur: quoniam neq; motus. Sed cum prius sentimus, atque posterius: tunc & tempus dicimus esse. Hoc enim est tempus numerus motus per ipsum prius, posteriusve.

Te. c. 101. *Quandoquidem igitur tanquam vnum ipsum nunc sentimus: & non sit, sicut prius & posterius in motu: aut vt idem quidem prioris, aut posterioris alicuius, non videtur tempus fieri nullum: quoniam neque motus. Cum autem prius & posterius est: tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus: numerus motus secundum prius & posterius.*

Hæc est quarta particula secundę partis principalis huius cap. in qua phyl. ex declaratis, & declarandis concludit diffinitionem temporis. hæc particula continet tres partes: qm̃ in prima phyl. concludit diffinitionem temporis. In secunda vero ibi. [Non ergo motus.] Excludit vnam conclusionem prius probatam. s. ꝙ motus non est tempus. In tertia aũt ibi. [Signum autem] Probat phyl. per quoddam signũ genus temporis de tẽpore. In prima igitur parte huius particulæ dicit phyl. ꝙ quando sentimus vnum nunc, & non percipimus prius, & posterius in motu, aut sentimus duo nunc, tanquam vnum nunc, non percipimus tempus, neq; motum, sed cũ percipimus nunc prius, & nunc posterius, tunc percipimus tps, & dicimus tempus fieri. Et ex his concludit phyl. diffinitionẽ temporis dicens, hoc. n. est tempus. s. numerus motus ſm prius, & posterius, & hæc est quadragesimanona cõclusio huius libri. s. tẽpus est numerus motus ſm prius, & posterius. hæc conclusio probatur sic. Tẽpus est numerus motus ſm illud in motu, quo cognito cognoscitur motus, & quo non cognito non cognoscitur motus, sed cognito priori in motu non cognoscitur motus, ergo tẽpus est numerus motus ſm prius, & posterius. Vñ phyl. dicit, quod qñ cognoscimus vnum nunc, & non cognoscimus prius & posterius i motu, aut si cognoscimus duo nũc, tanquam idem nunc, ita quod non cognoscimus ea vnum, vt prius, & alterum, vt posterius, sed vt insimul non videtur fieri tẽpus, quia non videtur fieri motus. cum aũt percipimus, tunc dicimus tempus fieri, quia tunc percipimus motum. deinde infert phyl. conclusionem dicens. hoc enim est tempus, s. numerus motus ſm prius, & posterius.

Diffinitio temporis. 49. concl. huius lib.

B Notanda sunt hic quatuor secundum Commen. primo est notandum hic, quod ad inuestigandum diffinitionem temporis, videlicet, ꝙ tempus est numerus motus secundum prius, & posterius non sufficit declarare, quod percipiendo prius, & posterius percipimus motum, & ẽt tempus. Illa enim via. s. via appositionis, per quam habemus quod hoc cognito cognoscitur illud. non sufficit ad inuestigãdum causas, & diffinitiones rerum, sed oportet, quod huic viæ coniungatur via ablationis, & ideo phylo. cum ostendit, quod percipiendo prius, & posterius percipitur tempus, & motus, incipit vti via ablationis dicens, quod quis non percipit tẽpus, neque motum, nisi percipiat aliquid, vt prius, & aliquid, vt posterius.

Primum notan.

Secundo est notandum secundum Commen hic, quod phyl. cum dicit, quod qñ percipimus prius, & posterius, percipimus tempus, & motum, quod ipse per motum hic nõ intendit quemlibet motum, sed motum, per quẽ videmus res quiescentes esse in transmutatione æterna, & quasi translatas, quia sunt in transmutabili. hæc Commen.

Secũdum notan.

Intelligendum, quod transmutatio accipitur dupliciter, videlicet, largè, & strictè. trãsmutatio large accepta est indifferenter quæcunque mutatio, per quam aliquid se habet aliter nunc, quam prius. & illo modo, ad rem cuiuslibet prædicamenti potest esse transmutatio,

Transmutatio accipitur dupliciter.

C quia respectu rei cuiuslibet prædicamenti potest aliquid aliter se habere nunc, quam prius, sed transmutatio strictè accepta solum est in quatuor prędicamentis, vt in substantia, quantitate, & qualitate, & vbi. Dico tunc, quod quælibet substantia generabilis, & corruptibilis est per motum cæli in continua transmutatione. large loquendo de transmutatione, ꝙ quælibet talis substantia habet per motum cæli cõtinue aliud, & aliud qñ. & hoc intellexit Commen. s. quod res quiescentes quiete opposita transmutationi propriè dictæ sunt per motum celi in continua transmutatione, largè loquendo de transmutatione, sed propriè, & strictè loquendo, sic non omnis substantia generabilis, & corruptibilis est in continua transmutatione, licet aliqua transmutetur transmutatione tali, vt dicit Commenta. in octauo huius. & est etiam intentio phyl. ibidem. Vel etiã possumus dicere, quod res quietantes sunt in trãsmutatione æterna, sicut in continuitate, quia sicut cælum continet res quietãtes: ita motus cæli continet res quietãtes, nec propter hoc sunt res quietantes transmutatæ, sed sunt quasi translatæ, quia sunt in transmutabili, sicut in continente.

Tertio est notandum secundum Commen. ꝙ diffinitio temporis est numerare numerum motus secundum prius, & posterius, i. comprehensio numerati motus, & ex hoc est numerus eius: qm̃, quando numeramus numerum motus, qui fit ex diuisione eius per instãtia priora, & posteriora, tunc fit tempus. ergo tempus nihil aliud est, quam numeratio numeri motus, qui fit in eo ex diuisione eius secundum prius & posterius instantium, hæc Commen. & postea in fine illius commenti dicit Commen. ꝙ diffinitio, in qua non est dubitatio, est ista, ꝙ tempus est numeratiuũ prioris, & posterioris existentium motu. Aliqua tñ litera habet sic, ꝙ diffinitio, in qua non est dubitatio, est, ꝙ tempus est numeratiuum prioris, & posterioris existentium in motu.

Tertium notan.

D Et sic habemus quatuor dicta a Commen de Tempore. Primum quod tempus est numerare numerum motus. Secundum, quod tempus est comprehẽsio numerati motus. Tertium, quod tempus est numeratio numeri motus. Quartum, quod tempus est numeratiuum prioris, & posterioris existentium in motu. Circa quæ dicta est intelligendum, & primo circa primum dictum, quod illa non est vera de virtute sermonis, s. tempus est numerare numerum motus. potest tamen Commen. habere verum intellectum.

De tẽpore primũ dictũ a Cõmen. Secundũ. Tertium. Quartum.

Quõ sit intell pri- mũ dictũ.

iotellectum vnde ibi accipitur concretũ pro abstracto, seu verbum pro nmine, vnde accipitur numerate pro numero. vñ ille est intellectus tẽpus est numerus motus, & ille intellectus est veius, quia tẽpus est numerus primi motus, qui motus est numerut omniũ aliorũ motuũ, vel põt dici, q̃ est prædicatio materialis, quia tẽpus est materia, circa quam est actus numerandi motũ.

Quõ sit intell. secũ dũ dictũ.

Circa vero ſm dictum est sciendum, q̃ ista est falsa de virtute sermonis, videlicet, tempus est cõprehensio numerati motus, attamen potest habere intellectum verum, & est, q̃ tempus est apud cognitionem nostram post compreheosioẽ motus numerati ſm prius, & posterius. vnde est prædicatio causalis, quia comprehensio motut numerati est causa tẽporis apud notitiam nostram.

Quõ sit intell. tertiũ dictũ.

Circa tertium est sciendum, q̃ hæc est falsa de virtute sermonis, videlicet, tẽpus est numeratio numeri motus, & tñ habet intellectum verum. s. q̃ tẽpus est numerus numeri motus, & ille intellectus est verus, vt dictum est prius, vel põt dici, q̃ illa est prædicatio causalis, quia numeratio numeri motus est causa temporis apud cognitionẽ nostrã.

Quõ sit intel quar- tũ dictõ.

Circa quartum est sciendũ, q̃ cum dicitur, q̃ tẽpus est numeratiuum prioris, & posterioris existentium in motu, intellectus est iste, videlicet, tẽpus est oumeratiuum per prius, & posterius in motu.

Quartum notan.

B Quarto est notandũ secundũ Commẽn. q̃ in hac diffinitione temporis numerus motus est tanquam genus, & secundum prius, & posterius est tanquã differẽtia vnde est intelligendũ, vt dicit Commẽt. postea, q̃ in hac diffinitione accipitur motus pro quocunque motu indifferenter, & prius, & posterius accipiuntur pro priori, & posteriori in primo motu. vnde intellectus diffinitionis est ille, scilicet, tempus est numerus cotuslibet motus secundum prius, & posterius in primo motu.

Non ergo tempus est motus: sed, vt motus ipse numerum habet.

Non ergo motus tempus est: sed secundum, quod numerum habet motus.

HÆc est secunda para quartæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua concluditur vna conclusio prius probata. s. q̃ tempus non est motus. vnde phyl. d. q̃ tẽpus non est motus, sed numerus motus, ſm q̃ motus habet numerũ. s. ſm prius, & posterius. vnde põt conclusio sic probari. Illud, qđ est numerus cuiuslibet motus, illud non est motus, sed tempus est numerus cuiuslibet motus. ergo.

C

Notandũ.

Notandum ſm Cõm. hic, q̃ tẽpus est oumerus motus. i. numerat motũ per suas partes priores, & posteriores, secundũ q̃ sunt priores, & posteriores, non secundũ, q̃ sunt insimul. hæc Com.

Motus habet dupli- ces partes.

vnde motus habet duplices partes quasdã secundũ q̃ diuiditur secundũ diuisionem mobilis, & illæ partes sunt simul, & secundũ illas partes tpš nõ numerat motum. alias partes habet secundũ quod diuiditur ad diuisionẽ temporis, & illæ partes nõ sunt insimul, sed necessario vna pars est prior & alia est posterior, & tempus numerat motum ſm partes priores, & posteriores motus. vnde tpš numerat motũ numerando partes priores, & posteriores motus.

Id ita esse hoc indicat signum: nam plus quidem, & minus numero: plurem vero minoremve motum tempore solemus discernere. Tempus ergo numerus quidem est.

Te. 6. 102.

D *Signum est autem: plus quidem enim & minus iudicamus numero. Motum autem in plurem, & minorem tempore. Numerus itaque quidem tempus est.*

HÆc est tertia pars quartæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua probat phyl. genus tẽporis de tempore per quoddam signum. vnde hic declaratur, q̃ tẽpus est numerus motus, & hæc est quinquagesima conclusio huius lib. quæ probatur per quoddam signũ sic.

50. concl. huius lib.

Illud, quo iudicamus aliquid plus aut minus est oumerus eius, sed motũ iudicamus maiorem, vel minorem tempore. ergo tempus est numerus motus. Vnde Com. format illam rationem sic. Omne, per quod determinatur maius, & minus ex alio, est numerus illius, sed per tempus determinatur maius, & minus ex motu. ergo. tempus est numerus motus.

Notandũ.

Notandum, quod Comm. dicit hic, quod necesse est, vt illud per quod determinatur maius, & minus ex alio, sit aliquis numerus, & hoc probat dicẽs: quoniam illud per quod determinatur maius, & minus simpli-

A citer, est numerus simpliciter. ex quo sequitur, quod illud per quod determinatur maius, & minus ex alio, sit aliquis numerus, & quod hoc sequatur probat dicens, quoniã si illud, quod est calidum simpliciter sit ignis simpliciter, illud, quod est aliquod calidum, est aliquis ignis.

Quomodo sit intelli. dictũ Commẽ.

Intelligẽdum est tamen, quod non est verum, quod omne calidũ sit aliquis ignis, quia multa sunt mixta calida, quorũm nullum est aliquis ignis. Similiter aer est calidus, & tamen aer non est ignis aliquis, attamen omne calidum, vel est ignis, vel habet cõuenientiam cũ igne, & sic patet dictum Commen. hic.

Lync. hic t. cõ. 102.

Notandum secundum Lync. hic, quod in diffinitione temporis oportet motum cadere oblique, & prius, & posterius. secundum quæ numeratur, & mensuratur motus, vt hæc sit diffinitio temporis, tempus est motus secundum prius & posterius, sed an hæc diffinitio sit conclusio demonstrationis, an sit diffinitio exprimens quid est, quod dicitur per vocabulum non demonstratiue ostendens, sed quadã consabulatione explicata non mihi satis liquet, puto tamen melius, q̃ sit diffinitio exprimens quid est, quod dicitur per vocabulum, quoniam nulla diffinitio notior ista, vt puto, potest inueniri, & omnes, qui audiunt hoc nomen tempus, intelligunt statim, quod illud, quod nominatur per tempus, quicquid illud sit, mensura quædam est motus, & secundum prius, & posterius.

B

Sanctus Augusti.

Et Augustinus cum assumit essentiam temporis adhoc sibi ignotam apertissime ponit, & pronunciauit tempus esse mensuram motus, licet non nouerit temporis essentiam, & tamen nouit, quod tempus quicquid illud sit, habet comparationem ad motum, sicut mensura ad illud, quod per illam mensuratur. hæc Lyconien.

Cum vero duplex sit numerus. Nam, & id quod numeratur, ac numerabile. Et id, quo oumeramus numerũ dicimus: id, quod numeratur, oon id, quo numeramus, est tẽpus Sunt autem id, quo numeramus, & id, quod numeratur, non eadẽ, sed diuersa.

Quoniam autem numerus est dupliciter, & namque, quod numeratur, & numerabilem numerum dicimus, & quo numeramus: tempus autem est, quod numeratur, & non quo numeramus. Est autem alterum, quo numeramus, & quod numeratur.

C

HÆc est quinta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur cuiusmodi numerus est tempus, & ponit talem diuisionem de numero.

Numerus dicitur dupliciter.

Numerus dicitur dupliciter, vno modo id, quod numeratur, idest, est numerus numeratus, vt numerus applicatus rebus numeratis, vt decem homines, aut decem equi. Alius vero est numerus simplex, vt oumerus, quo oumeratus, vt duo, tria quatuor, &c. illa diuisione posita probat, phylosophus, quod tempus non est numerus, quo numeramus, & hæc est quinquagesimaprima conclusio huius libri, quæ sic intelligitur, videlicet. quod tempus non est numerus simpliciter.

51. concl. huius lib.

ista conclusio sic intellecta probatos sic. Illud, quod numeratur, non est numerus, quo numeramus, sed tempus numeratur. ergo tempus non est numerus, quo numeramus. Vnde circa illam rationem sic procedit phylosophus: quia primo ponit diuisionẽ de numero, quæ dicta est. secundo ponit minorem, & et conclusionem huius rationis, cum dicit. Tempus autem est, quod numeratur, & non quo nometramus. tertio vero ponitur maior, cum dicitur. Est autem alterum quo numeramus, & quod numeratur.

D

Primum notan.

Notanda sunt hic quatuor secundum Comment. Primo, quod omne illud, per quod aliquid numeratur, aut est numerus simpliciter, & ille numerus sic est numerãs, quod nõ est numeratum essentialiter, aut est aliquis numerus alicuius generis, & huic accidit, quod sit numerans quodammodo, & numeratum alio modo, vt sunt illa, quæ numerantur per vnitates existentes in illo genere, & non per vnitatem simplicem, & tempus est in hoc genere, scilicet, quod est numerans, & numeratum. Vnde intelligendum est, quod per numerum simpliciter intelligit Commen. numerum, quo quælibet res potest numerari, & huiusmodi numerus est dualitas, trinitas, & sic de aliis, vt est dicere duæ substantiæ, duæ quantitates, duo numeri, duo motus, duo tempora, & sic de omnibus aliis, & propter hoc dicitur numerus simpliciter, quia per ipsum potest quælibet res indifferenter oumerari. Alius est numerus alicuius generis cõterminati, & talis numeratio est tpš non. n. quælibet res põt numerari, & mensurari tẽpore, sed res determinata

Solutum notan. Obiectio.

minata, vt motus, & quies, & habentia ordinem ad motum. Secundo est notandum, quod Commen. mouet, & soluit hic unam dubitationem, quæ talis est. Ex quo Phylosophus intendebat, quod per numerum acceptum in diffinitione temporis numeratum. s. prius, & posterius in motu, quare non dicit, quod tempus est numeratum motus, loco eius, quod dixit, quod est numerus motus.

Solutio.

Huic respondet Com. dicens, dicamus ergo, quod ideo, quia tempus numerat motum, & mensurat illud, facit ei essentialiter, & quasi ex hoc modo assimulatur numero simpliciter, ipsum autem esse numeratum per aliquid, hoc est per accidens, quia accidit tempori mensurari, & numerari, aut simpliciter, aut per numerum motu, motui vero accidit, vt mensuret tempus, ut dicit hic Com.

Idem inf. c. 112. & 113. Tertium notan.

Tertio est notandum, quod numerus motus alius est partium motus, secundum quod sunt insimul, & alius, secundum quod inuenitur prius, & posterius, & est manifestum, quod tempus fit, quando motus numeratur per prius, & posterius, igitur tempus necessario est numerus prioris, & posterioris existentium in motu. hæc Com. Vnde breuiter binarius, & ternarius, & sic de aliis sunt numeri motus, secundum quod partes motus sunt insimul, sed tempus est numerus motus, secundum quod una pars motus est prior alia.

Quartum notan.

Quarto est notandum, quod Com. exponit illam diffinitionem temporis dicens, per numerum motus debet intelligi numerus cuiuslibet motus, & per prius, & posterius debet intelligi prius, & posterius, quæ sunt in motu, per quæ intelligimus nos transmutari. i. nos esse in esse transmutabili, & sic per prius, & posterius intelligit prius, & posterius, quæ sunt in primo motu.

Lyncon.

Intelligendum secundum Lyncon. hic, quod cum Phylosophus dicit hic, quod tempus est numerus, qui numeratur, non intelligit per hoc, quod numerus in diffinitione temporis accipiatur pro numero numerato, ita quod sit sensus diffinitionis, tempus est numerus numeratus motu, sed potius intelligit tempus esse numerum numerantem, & metientem motum, sed intelligit, quod præter hoc, quod tempus est numerus numerans motum, vt dictum est in diffinitione temporis, tempus etiam est numerus mensuratus a motu, & sic tempus no est numerus numerans, quo primo, & per se numeramus, numerus enim, quo primo, & per se numeramus est collectio ex unitatibus puris, tamen consequenter numeramus particulas numeratas, & per tempora numerata, hæc Lyncon.

Prima quæstio.

Circa hoc capitulum quæro tres quæstiones. Quarum prima est, an tempus sit motus. Secunda, an tempus sit consequens motum. Tertia, an tempus sit numerus motus secundum prius, & posterius.

Prima ro. primæ quæstionis.

Ad primam igitur quæstionem arguitur, probando, quod tempus sit motus, & primo sic. Illa sunt eadem, quorum partes sunt eædem, sed tempus, & motus sunt huiusmodi. ergo. maior est manifesta, minor uero declaratur, quoniam dies, quæ est quædam pars temporis est latio Solis super terram, ut patet ex libro de cælo: sed latio Solis super terram est pars totius motus celestis, ergo.

Secunda ratio.

Item prius, & posterius motus idem sunt, quod motus, sed tempus est prius, & posterius motus. ergo tempus est idem, quod motus. maior patet, quia prius, & posterius motus sunt partes motus, quia secundum Comment. tempus non fit, nisi quando mens diuidit motum secundum prius, & posterius, sed nihil diuiditur, nisi in suas partes, ergo prius, & posterius sunt partes motus, & sic patet maior, & minor patet in lectura, ubi Phylosophus dicit, quod tempus est prius, & posterius motus.

Tertia ro.

Item Comment. 12. dicit, quod motus diuisus per duo instantia est tempus, & hoc probat sic. Motus terminatus ad duo instantia, sed quod determinatur ad duo instantia est tempus. igitur motus terminatus ad duo instantia est tempus.

Quarta ratio.

Item mensura, & mensuratum sunt vnigenea, ut patet 10. meta. sed tempus est mensura motus. ergo tempus est eiusdem naturæ cum motu, sed quod est eiusdem naturæ cum motu est motus. igitur tempus est motus.

Quinta ratio.

Item nihil est mensura extrinseca omnium motuum, nisi primus motus, ut patet in hoc quarto, sed tempus est mensura extrinseca omnium motuum inferiorum, ergo tempus est primus motus, & per consequens tempus est motus. In oppositum uidetur esse phylosophus ex intentione hic, qui probat quod tempus, non est motus, quia omnis motus est uelox, uel tardus, sed tempus non est uelox, uel tardum. ergo tempus non est motus.

Secunda quæstio.

Ad secundam quæstionem arguitur, probando, quod tempus non est consequens motum, & primo sic. Si tempus sit consequens motum, aut est consequens motum in anima, aut extra animam, si sit consequens motum in anima, tunc tempus non haberet esse, nisi in anima, quod est falsum. si autem sit consequens motum extra animam, aut igitur est consequens omnem motum extra animam, aut est consequens aliquem unum motum, non

A est dare, quod sit consequens omnem motum, quia tunc multiplicaretur ad multiplicationem motuum, & tunc essent plura tempora simul, sicut sunt plures motus simul, quod est falsum. si uero detur, quod est consequens vnum motum tantum, ut motum celi, sequitur, quod illi qui nunquam perceperunt motum celi, quod etiam nunquam perciperent tempus, quod et est falsum, quia ceci a natiuitate, & incarcerati percipiunt tempus, & tamen nunquam perceperunt motum celi. Similiter, si tempus esset consequens primum motum essentialiter, tunc si plures essent motus primi, plura essent tempora, consequens est falsum, quia consequens est una conditionalis, & aliquid antecedit ad antecedens, quod non antecedit ad consequens ergo conditionalis est falsa. probatio assumpti, quia sequitur, plures sunt mundi. ergo plures sunt motus primi, sed non sequitur, plures sunt mundi. ergo plura sunt tempora, ut voluit Phyl. & Com. prima consequentia patet, si tempus est consequens primum motum essentialiter. igitur si plures sunt motus primi, plura erunt tempora, quia subiecto multiplicato, multiplicabitur & passio. consequens est essentialiter subiectum.

Secunda ratio.

Item si tempus esset consequens motum, sequeretur, quod tempus esset consequens primum motum essentialiter, scilicet, motum celi, vt dicit Com. sed consequens est falsum, quia si

B celum staret, adhuc posset aliquid hic moueri localiter, vt puta, rota figuli, sed omnis motus est necessario in tempore, vt patet, quia omnis motus est uelox, vel tardus, & velox, & tardum determinantur tempore, ut dicit Phyl. hic, & sic omnis motus, necessario est in tempore. igitur si celum staret adhuc posset esse tempus, & per consequens non est consequens motum essentialiter, cum tempori non repugnet, esse sine motu celi.

Tertia ro.

Item, si tempus esset consequens motum, tunc tempus non posset percipi, nisi percipiendo motum, vt dicit Com. consequens est falsum. ergo & accidens, patet consequentia, & probo falsitatem consequentis. nam aliquis imaginando se esse continue, vel percipiendo se quiescere continue, percipit se esse vel quiescere, & priua fuisse, vel quieuisse, ergo non percipiendo aliquem motum potest homo percipere prius, & posterius, sed percipiendo prius, & posterius percipitur tempus. ergo tempus potest percipi non percipiendo motum, & per consequens tempus non est consequens motum.

Quarta ratio.

Item, si tempus esset consequens motum, cum non sit consequens omnem motum essentialiter, vt dicit Com. sequitur, quod tempus sit consequens aliquem unum motum essentialiter. s. motum primi, sed consequens est falsum, quia,

C tempus magis dependet a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis. probatio, quia partes temporis magis dependent, in esse a motu Solis, quam a motu primo. ergo tempus magis dependet a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis. illa consequentia de se patet, quia probo antecedens quia dies, mensis, autumnus, ver & huiusmodi, quæ sunt partes temporis, magis dependent a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis. nam posito motu orbis Solis quiescente primo orbe, ponuntur illæ partes temporis, sed quiescente, vel destructo orbe Solis non ponuntur illæ partes temporis. ergo illæ partes temporis magis dependent a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis.

Quinta ratio.

Item, si tempus sit consequens motum, cum tempus non sit accidens indiuisibile, sequitur, quod tempus diuiditur secundum diuisionem motus, sed motus diuiditur secundum longum, latum, & profundum ad diuisionem subiecti, vt patet octauo huius. ergo tempus diuiditur ad diuisionem subiecti secundum longum, latum, & profundum sed consequens est falsum, quia tunc una pars temporis esset in una parte celi, & alia pars in alia, & tunc si duæ partes celi æquales essent simul, puta duæ medietates celi, ita duo tempora æqualia essent simul, quod est

D falsum, quia dicit Phyl. quod non sunt duo tempora æqualia, aut simul, nisi vnum contineat reliquum. Sequeretur etiam quod tempus diuersificaretur apud diuersos, cum partes temporis habeant situ sicut partes motus. Sed hoc est contra Phylosophum, qui probat, quod tempus non est motus, quia tempus idem est apud omnes, & motus non. igitur &c.

Sexta ratio.

Item, si tempus sit consequens motum, tunc prius, & posterius temporis erunt a priori, & posteriori motus. ut dicit Phyl. quod est falsum, probo, quia una pars motus dicitur prior alia, quia in priori parte temporis, & non econuerso, quia una pars temporis non dicitur prior alia, quia est in priori parte motus. ergo prius, & posterius motus sunt a priori, & posteriori temporis, & non econuerso. In oppositum est Phylosophus, & etiam Comment.

Tertia quæstio.

Ad tertiam quæstionem arguitur probando, quod tempus non est numerus motus secundum prius, & posterius, & primo sic. Nulla quantitas continua est numerus motus secundum prius, & posterius, sed tempus est quantitas continua. ergo &c. maior patet, quia nulla quantitas continua est quantitas discreta. ergo nulla quantitas continua est numerus, & per consequens nulla quantitas continua est numerus motus igitur &c.

Secunda ratio. Item, si tempus est numerus motus, sequitur, quod tempus est A binarius, vel ternarius, vel quaternarius, & sic de alijs, sed consequens est falsum. ergo, & antecedens. consequentia patet, quia numerus sufficienter diuiditur per binarium, & ternarium, &c.

Tertia rō. Item, numerus est notior numerato, & tempus non est notius motu, immo est ignotius. ergo tempus non est numerus motus. maior patet, quia per numerum cognoscimus rem numeratam, & propter quòd vnumquodque tale, & illud magis. ergo numerus est magis notus, quam res numerata, hoc etiam patet per Commen. dicentem, quòd notius apud nos vniuersaliter est numerus, & ignotius numeratum. Sed minor declaratur, quòd tempus est minus notum, quam motus, & quo ad nos, & quo ad naturam, quòd sit minus notum quo ad naturam patet per Commen. hic, qui dicit, quòd tempus accidit motui, & motus est prius naturaliter, quam tempus. Et similiter Phyl. dicit, quòd prius, & posterius sunt in tempore, quia sunt in motu, & continuitas est in tempore, quia in motu. ergo est prius naturaliter, quam tempus, & per consequens est notior apud naturam. Et quòd motus sit notior, quo ad nos, quam tempus, patet, quia nos non percipimus tempus, nisi ex eo, quia percipimus motum. igitur motus est notior apud nos, quam tēpus, & etiam est notior apud B naturam, ut probatum est. ergo tempus non est numerus motus, nec quo ad nos, nec quo ad naturam.

Quarta ratio. Item, si tempus sit numerus motus, aut est numerus, quo numeramus, aut est numerus numeratus, sed tempus non est numerus, quo numeramus, nec numerus numeratus. ergo, maior patet. & minor probatur. Nam tempus non est numerus, quo numeramus, quia Phyl. dicit in textu, quòd tempus est, quòd numeramus, & non quo numeramus, nec est numerus numeratus, quia Commen. dicit, quòd essentiale est tempori numerare, & mensurare motum. Et iterum, si tempus sit numerus numeratus, aut intelligitur per numerum numeratum res, inquantum numerantur, aut solum res, quæ numerantur, non inquantum numerantur. si detur, quòd tempus est numerus numeratus primo modo, sequitur, quòd tempus esset essentialiter quantitas discreta, quia omne numeratum, inquantum tale, est discretum, & tempus nō est discretum, sed continuum. ergo tempus non est numerus numeratus. Si vero intelligitur secundo modo, tunc tempus esset motus, quia motus est illa res, quę numeratur a tempus.

Quinta ratio. Item, illud, quod est numeratio numeri motus non est numerus motus, sed per minorem hoc tem- C pus est numeratio numeri motus. ergo &c.

Sexta rō. Item illud, quod est prius, & posterius in motu non est numerus motus, sed tempus est prius, & posterius secundum Comm. hic. ergo &c.

Septima ratio. Item diffinitio bene assignata debet competere cuilibet contento sub diffinito sed hæc diffinitio nō competit cuilibet tempori. ergo non est bene data, vel assignata. minor probatur dupliciter. primò, quia quælibet pars temporis est tempus, & hæc diffinitio non competit præterito tempori, nec tempori futuro. igitur non competit cuilibet tempori, & quod quælibet pars temporis sit tempus, patet per Phylosophum hic, & quòd hæc diffinitio nō competat cuilibet parti temporis, quia nec tempori preterito, nec futuro patet, quia si tempus præteritum, & tempus futurum essent mensuræ, sequitur, quòd tempus præteritum, & tempus futurum essent quantitates, & per

Probatio minoris princi. consequens tempus præteritū, & tempus futurum essent præsentia, cōsequens est falsum. igitur & antecedens. Secūdo probatur minor rationis principalis, videlicet, quòd hęc diffinitio non competit cuilibet tempori, quia hæc diffinitio non competit tempori infinito ex vtraque parte, & hoc patet dupliciter, tum quia infinitum, inquantum infinitum est ignotum, D & ignotum non mensurat, tum quia tempus non mensurat, nisi per hoc, quia percipitur esse medium inter duo instantia, quorum vnum est prius, & reliquū posterius secundū Com. hic, sed totum tempus infinitū non est medium inter duo instantia. ergo totū tempus infinitum non mensurat. igitur &c.

Cōtra primam rōnem tertiæ qōnis arguitur primo. Deinde potest argui contra illam particulam secundū prius, & posterius, & primo sic. Illud, quod est in genere relationis, nō cadit in diffinitione quantitatis, sed prius, & posterius sunt de genere relationis, & tempus est de genere quantitatis. ergo &c. maior patet, quia quod est de genere absoluto, debet diffiniri per absoluta, & non per relationem, quia absolutum est prius relatione, & prius non debet diffiniri per posterius. minor vero patet, quia certum est, quòd prius, & posterius dicunt relationes, & tempus est de genere quantitatis, vt patet

Secundo. per Phylosophum in prædicamentis. Item prius, & posterius, quæ cadunt in diffinitione temporis, aut sunt partes temporis, aut partes motus aut indiuisibilia temporis, vtpota instantia, aut indiuisibilia motus, vtputa, mutata esse, non est dicere, A quod sint partes tpis, quia prius, & posterius in tpe sunt ipsum tps secūdū Com. & sic si essent partes tpis, sequitur, quod tps caderet in diffinitione suipsius, &c.

Tertio. Similiter prius, & posterius motus diffiniuntur tpe. ergo non diffiniunt tps, nec sunt partes tpis ꝓpter eandem rōnem, quia partes tpis sunt ipsum tps. Nec est dicendum, quod prius, & posterius in diffinitione tpis sint indiuisibilia tpis, vel motus, vtputa instantia, vel mutata esse, quia indiuisibilia, videlicet, instans, & mutatum esse sunt minus nota, q̃ tps, quia indiuisibile non cognoscitur, nisi per priuationem, & diffinitio debet dari per magis nota. In oppositum est Phyl. in hoc ca. vbi inuestigat ipsam diffinitionem tpis. d. tps est numerus motus secundū prius, & posterius. igitur, &c.

Circa primā dubitationē, & circa totā materiā de tpe est intelligendum, quod accipiendo tps pro eo, quod hoc nomen tps denominat, idest, accipiendo tps pro illo, pro quo hoc nomen tps supponit, quando accipitur personaliter, quòd tps, vt sic est illud, in quo primo, & per se sunt prius, & posterius secundum durationem, quæ prius, & posterius non sunt simul, sed cum prius est non est posterius, & cum posterius est non est prius, & cum in rebus sint prius, & posterius secundum hunc intellectum, vt patet in ludis agonisticis, & B in nūdinis, & in alijs multis, oportet, quod sit aliquid, in quo, & primo & per se sint prius, & posterius secundum intellectū prædictū, sed illud, in quo sunt primo, & per se prius, & posterius secundū durationem est tps. vt patet per cōem conceptionem, quoniam concipiens prius, & posterius secundum durationem concipit tps, & omnis concipiens tps concipit prius, & posterius secundū durationem. Vnde quicunque concipit tps, eo ipso concipit aliquid habens prius, & posterius secundum durationem.

Prima rō. Item patet ratione sic. In illo primo, & essentialiter reperiuntur prius, & posterius secundum durationem, in quo sunt huiusmodi prius, & posterius, & non per habitudinem ad aliud, sed per habitudinem ad illud reperiuntur hmōi prius, & posterius in oībus alijs, in quibus reperiuntur, sed prius, & posterius secundū durationem sunt in tempore, & non per habitudinem ad aliquid aliud, nec per concomitantiam alterius, & per habitudinem ad tempus, aut per communicantiam temporis reperiuntur huiusmodi prius, & posterius in quolibet alio, in quo inueniuntur. ergo tempus est illud, in quo primo, & essentialiter sunt prius, & posterius secundum commensurationem. maior est manifesta, & minor C patet, quia vnus motus non dicitur prior alio, nisi quia fuit in priori tēpore, nec diluuium fuit prius bello Troiano, nisi quia fuit in priori tempore, secūdum q vnū tempus dicitur prius alio primo, & essentialiter, non per habitudinem ad aliquid aliud, non enim dicitur unum tempus prius alio: quia fuit in motu, vel motu priori, & ideo tempus primo, & per se habet prius, & posterius secundum durationem. Illud potest sic confirmari, quoniam certum est, quod in multis rebus inueniuntur prius, & posterius ſm rōnem, & est rationabile quærere propter quid vna res est formaliter prior alia, aut ergo oportebit procedere in infinitum, vel oportet dari aliquid, in quo primo, & essentialiter sint prius, & posterius formaliter, sed illud quodcunque fuerit est tempus, quia intellectus non potest intelligere hmōi prius, & posterius sine tēpore, & tps sine hmōi priori, & posteriori, sed omnem rem aliam a tpe potest intellectus accipere sine huiusmodi priori, & posteriori. ergo, & hæc est intentio Auic. ut supra visum est.

Secunda ratio. Sed contra illud videtur esse dictum Phylosophi, qui dicit, q prius, & posterius sunt in motu, quia sunt in magnitudine, & q prius, & posterius sunt in tpe, quia sunt in primo motu. ergo prius, & posterius sunt prius in magnitudine, & in motu, q̃ in tpe. Item videtur, D q motus possit concipi sine priori, & posteriori ſm durationem. igitur falsum est dicere, quod quælibet res alia a tempore possit concipi sine priori, & posteriori secundum durationem.

Ad primā rōnem. Ad primam dico, quod prius, & posterius secundum durationem sunt in motu propter prius, & posterius secundum situm in magnitudine tanquam propter materiam, supra quā est motus, quantum enim partes magnitudinis distant ſm situm, ideo non pōt mobile pertransire totam magnitudinem simul, sed prius pertransibit vnā partē magnitudinis, q̃ aliā, ideo prius, & posterius ſm duratione sunt in motu materialiter propter prius, & posterius secundū sitū in magnitudine, & prius, & posterius secundum duratione sunt in tpe per prius, & posterius in motu, tanq̃ ꝓp materiā, sed in motu sunt prius, & posterius ſm durationem formaliter ꝓp prius, & posterius in tempore. Vnde prius, & posterius in motu sunt priora, q̃ prius, & posterius in tpe prioritate materiæ ad formam, sed prius, & posterius in tempore sunt priora, quam prius, & posterius in motu prioritate formæ ad materiam, sed in magnitudine

tudine nō sunt prius, & posterius ſm durationē, sed sunt in situ. Dico igit, ꝙ prius, & posterius ſm durationem sunt primo formaliter in tēpore, & non sunt in motu formaliter, nisi per prius, & posterius ipsius tēpis. Et sic patet ad primū.

Ad secundam. Ad secundam dico, ꝙ motus pōt concipi sine priori, & posteriori ſm durationem, qm̄ possum concipere, vel opinari, quod aliquis motus sit totus simul. vt. s. quod aliquid subito moueatur de loco ignis ad locū terræ. vnde in diffinitione motus non ponitur successio, nec prius, & posterius ſm durationē tēporis, & ideo dico quod motus potest concipi sine successione, & sine priori, & posteriori secundū durationē. Viso igitur, quod illa res, quæ est tēpus, habet primo, & ex se prius, & posterius secundū durationē, patet manifestè, quod illa res, quæ est tēpus, est essentialiter, & per se quantitas, & hoc potest sic patere. Illud, qđ primo, & ex se habet partē extra partē per se est quantitas, sed tempus est huiusmodi. ergo tēpus est quantitas primo, & per se.

Tex. c. 15. maior patet primo huius, vbi dicitur, ꝙ quantitati per se cōpetit esse diuisibile in partem extra partem, sed alijs prædicamentis non cōpetit talis diuisibilitas, nisi per accidēs. ergo patet etiā eadem maior per hoc, quia oē per accidens habet reduci ad aliquid per se, sed substantia, relatio, qualitas, & sic de alijs prædicamentis a qūātitate sunt diuisibilia per accidens in partem extra partem. ergo oportet, quod sit aliquod indiuisibile per se in parte extra partē, & illud non potest esse, nisi quantitas, & sic patet maior. minor uero ēt patet, quia tēpus habet primo, & per se partem priorem, & posteriorē, vt probatū est, & per consequens primo, & ex se hēt partē extra partē, & hec est intentio phylosophi in prædicamentis, qui ponit tēps esse quantitatē continuā, & Com. 5. meta dicit, ꝙ tēps est per se quātitas.

Obiectio. Sed contra illud forte diceretur, quia dictū est, ꝙ tempus primo, & ex se habet prius, & posterius secundū durationem, & per consequens tēpus est per se relatiuum, quia prius, & posterius important relationē, sed illud, quod est per se relatiuū non est quantitas.

Solutio. Dicendū, vt dicit Aui ꝙ tēpus non est relatio prioris, & posterioris, sed tēpus per seipsum recipit relationē prioris, & posterioris. vnde prius, & posterius secundū durationē insunt primo tempori, sicut habere tres angulos inest primo triangulo, & tamen habere tres angulos non est de essentia trianguli.

Ad primā qōnem. His visis dicendū est ad primā dubitationem, cum quæritur, vtrum tempus sit motus. Respondeo quod motus potest accipi dupliciter secundum Com. tertio, & quinto physicorum, videlicet, vno modo pro forma diminuta, quæ non differt a termino ad quem, nisi sicut minus perfectum a magis perfecto. Alio modo accipitur motus pro transmutatione coniuncta cum tempore. s. pro transmutatione successiua, & sic est in genere passionis, & istis duobus modis accipiendo motum, dicendū est simpliciter, quod tempus non est motus, & hoc probo quadrupliciter & primo sic. tempus est per se quantitas, ut patet ex præcedentibus, quia per se habet partem extra partē, sed motus, qui est de genere, non est per se quantitas. ergo tempus non est motus, qui est de genere passionis.

Tps non est motus istis duobus modis accipiēdo, qđ probatur quadrupli. & primo. Similiter tempus non est motus qui est forma diminuta, quia motus, qui est forma diminuta est de genere termini ad quem est motus, igitur si tempus esset motus qui est forma diminuta, sequitur, quod tempus esset in genere termini, ad quē est motus, sed terminus ad quem est motus, vel est quantitas, vel qualitas, aut vbi, si igitur tempus esset motus, qui est forma diminuta, sequitur, quod tempus, vel esset in genere quantitatis, vel in genere qualitatis, vel ubi, sed tempus non est in genere qualitatis, nec in genere vbi, cum sit per se quantitas. ergo si tēps esset motus, qui est forma diminuta, sequitur, quod tēpus esset motus, qui est ad quantitatem. sed hoc est falsum, quia omnis motus, qui est ad quantitatē est augmentatio, vel diminutio. ergo, si tempus esset motus, qui est forma diminuta, sequitur, quod tēpus esset augmentatio, vel diminutio, qđ est absurdum, quia sic illud, in quo esset tempus augeretur, & diminueretur, quod est inconueniens. Ergo accipiendo motum, ut est in genere passionis, vel in genere termini ad quem non est dicendum, quod tēpus sit motus.

Secundo. Secundò probo idem sic. Tam motus, qui est de genere termini ad quem, quam motus, qui est de genere passionis, diuiditur secundum longum, latum, & profundum ad diuisionem mobilis, vt patet ex sexto huius, sed tempus non diuiditur secundum longum, latū, & profundum ad diuisionem mobilis. ergo tēpus, nec est motus, qui est de genere termini ad quem, nec est motus qui est de genere passionis. probatio minoris, quia si tempus diuideretur secundum longum, latum, & profundum ad diuisionem mobilis, sequitur, quod vna pars temporis esset in una parte cęli, & alia pars in alia parte, & ita sicut cęlum habet multas partes simul simultate durationis, quarum nulla continet a-

A liam, nec partem alterius, ita tempus haberet etiam multas partes simul simultate durationis, quarum nulla continet aliam, nec partem alterius & sic essent infinita tempora simul simultate durationis, quorum nullum contineret aliud, nec pars vnius esset pars alterius, quod est cōtra Phylosophum in hoc Tractatu. Sequitur etiam ex hoc, quod vna pars temporis esset in Occidente, & alia in Oriente, quod est absurdum.

Tertio. Tertiò potest idem probari iuxta uiam illam, & hoc sic, si tempus esset motus, qui est de genere termini ad quem, uel de genere passionis, tunc tempus diuideretur secundum diuisionem cęli, sicut motus diuiditur secundum diuisionem cęli, quod est falsum, quia secundum hoc tempus diuersificaretur apud diuersos, sicut motus, quia sicut vna pars motus est in Oriente, & alia in Occidente: ita vna pars temporis esset in Oriente, & alia in Occidente, & sic apud existentes in Oriente esset vnum tempus, & apud existentes in Occidente esset aliud tempus, & sic non esset idem tempus apud omnes: sicut non est idem motus apud omnes, quod est contra Phylosophum, & Commenta. in hoc Tractatu.

Quarto. Quartò patet idem sic. Omnis motus de genere passionis, vel de genere termini ad quem, est uelox, uel tardus, sed tempus non est velox, vel tardum. B ergo, minor patet, quia velox, & tardum determinantur, & mensurantur tempore, sed tempus non mensuratur, nec determinatur tempore. ergo. Dico igitur quod accipiendo motum, ut est de genere termini ad quem, uel de genere passionis, quod tempus non est motus.

Notabile. Sed tamen est intelligendum propter solutionem aliquarum auctoritatum, quod motus potest accipi alio modo, videlicet, pro successione transmutationis, siue pro quantitate successiua ipsius transmutationis successiuę, quæ quantitas non est diuisibilis, nisi secundum longitudinem durationis, quæ quantitas non est aliud, quam duratio transmutationis successiuæ. Et quod motus potest accipi illo modo, patet per Phylosophum, & Comment. quinto

Tex. c. 18. meta. capitulo de quantitate, ubi dicunt, quod motus est quantitas, sed nec motus, qui est de genere passionis, nec motus, qui est de genere termini ad quem, est quantitas igitur relinquitur, quod motus potest accipi tertio modo, uidelicet, pro quantitate successiua transmutationis.

Ad primā dubitationem motus potest capi tripl. Et ita dico ad primam dubitationem, quod motus potest accipi tripliciter, videlicet, uno modo pro forma diminuta, quæ est eiusdem naturæ cum termino ad quem est motus. Secundo modo pro transmutatione coniuncta cum tempore, videlicet, pro acquisitione C successiua termini motus, & sic de genere passionis. Tertio vero modo accipitur motus pro quantitate successiua, quæ est de genere quantitatis, siue productione transmutationis successiuæ. Vnde primis duobus modis accipiendo motum est dicendum, quod tempus non est motus propter rationes iam factas, sed tertio modo accipiendo motum, sic est concedendum, quod tempus est motus, quia tempus non est aliud, quā quantitas successiua, uel duratio transmutationis successiuæ, ut postea videbitur. Vnde motus tertio modo acceptus non diuiditur ad diuisionem mobilis, sed solum diuiditur secūdū longitudinem durationis. quoniam motus tertio modo acceptus non diuiditur in partes simul existentes, sed solum diuiditur in partes succedentes. scilicet, in partem præteritam, & in partem futuram, & similiter motus tertio modo acceptus, nec est uelox, nec tardus, sed est mensura velocis, & tardi.

Ad primā rationem primæ quæstionis. Ad rationes igitur primæ dubitationis. ad primam, cum dicitur, quod partes motus, & partes temporis sunt idem: illud est negandum, loquendo de motu, qui est de genere termini ad quem, & de motu, qui est de genere passionis. Et cum dicitur, quod dies est latio Solis super terram. Dico, D quod per lationem, uel possumus intelligere motum Solis super orizontem, qui est motus de genere passionis, uel de genere termini ad quem, uel possumus per lationem Solis intelligere durationem Solis supra orizontem. vnde primo modo illa est falsa de uirtute sermonis, & formaliter loquendo, dies est latio Solis super terram. tamen si inest prædicatio materialis habet intellectum uerum. Sed secundo modo est uera, quia dies est duratio Solis, uel duratio motus Solis super orizontem, sed accipiendo motum pro duratione transmutationis successiuæ, sic concedo, quod partes motus, & partes temporis sunt eædem, & etiam, quod tempus, & motus sunt omnino idem.

Ad secundam rationem. Ad aliam rationem, cum dicitur, quod prius, & posterius sunt motus, & tempus est prius, & posterius motus. Dicendum, quod prius & posterius motus possunt accipi dupliciter. vno modo materialiter, alio modo formaliter. vnde prius, & posterius materialiter accepta sunt partes motus, loquendo de motu, qui est de genere passionis, sed prius, & posterius formaliter accepta sunt partes temporis,

quia vna pars est ex se formaliter prior altera, sed vna pars motus non est prior altera, nisi quia est cum priori parte temporis, vt dictum est prius. Et ad formam rationis, cum dicitur, quod tempus non est, nisi quando mens diuidit motum in prius, & posterius, concedatur, & vlterius, quando infertur, quod prius, & posterius sunt partes motus, conceditur, quod prius, & posterius materialiter accepta sunt partes motus. Et cum dicitur vlterius, quod tempus est prius, & posterius motus secundum Phylo. Dico, quod tempus est prius, & posterius formaliter accepta, & hoc intendit Phylo. Ad tertiam, quando Com. dicit, quod motus diuisus per duo instantia est tempus. Dico, quod Commen. accipit ibi motum pro duratione motus, & hoc intendit ratio Com. & sic accipiendo motum concedendum est, quod motus est tempus. Ad quartam, quando dicitur, quod mensura, & mensuratum sint vnigenia. Dicendum est, quod hoc est verum loquendo de primo mensurato: nunc autem tempus non mensurat motum, nisi quia primo mensurat quantitatem accidentem motui, vt dicit Com. Et concedo, quod tempus, & quantitas sunt accidens motui, idest quantitas successiua motus sunt eiusdem naturæ. vnde motus, qui est de genere passionis, vel de genere termini ad quē non est primum mensuratum a tempore, & ideo nō oportet, quod sint eiusdem naturæ cum tempore. vnde, sicut vlna mensurat pannum, quia quantitas vlnæ primo mensurat quantitatem successiuam motus: ita primus motus mensurat omnes alios motus per hoc, quia quantitas primi motus primo mensurat quantitates omnium aliorum motuum. Ad vltimam rationem, quando dicitur, quod nihil est mensura extrinseca omnium motuum, nisi primus motus. Dicendum, quod nihil est mensura extrinseca omnium motuum, nisi primus motus, vel aliquod intrinsecum primo motui, cuiusmodi est tempus, quod est quantitas primi motus, vnde non solum primus motus est mēsura extrinseca omnium aliorum motuum, immo etiam quantitas primi motus est mensura extrinseca omnium aliorum motuum. Circa secundam dubitationem, cum quæritur, vtrum tempus sit consequens motum, loquendo de eo, quod est tempus, est intelligendum, quod tempus accipitur dupliciter. Vno modo pro duratione carente priori, & posteriori secundum intellectum superius dictum. s. accipiendo prius, & posterius, quibus repugnat esse simul in motu, vt si prius est, posterius non est, & econuerso. Alio modo accipitur tempus pro duratione habente prius, & posterius secundum intellectum iam expositum. Si loquamur de tempore primo modo, sic duratio primæ causæ dicitur esse tempus, quam durationem Plato vocauit seculum, quod quidem seculum fuit ante mundi generationem, vt Plato posuit, sicut recitat Commen. de eo primo de cælo illud seculum Plato non vocauit tempus, quia secundum Platonem tempus est nouum, & illud seculum non est nouum, & quòd tempus accipiatur pro tali duratione carente priori, & posteriori, patet ex hoc, quia aliter ista esset falsa. Deus fuit ante creationem mundi, quia secundum grammaticos, ante significat tempus. si igitur tempus non potest accipi, nisi pro duratione habente prius, & posterius, illa esset simpliciter falsa. Deus fuit ante creationem mundi, sed hoc est falsum, quia certum est secundum fidem, & veritatem, quod Deus fuit ante creationē mundi, & sic relinquitur, quod tempus potest accipi pro duratione carente priori, & posteriori, & illud tempus, vel secundum scilicet, quod est duratio primæ causæ, quam durationem si est tota simul, vocant Theologi æternitatem. Et consideratio de tempore sic accepto magis pertinet ad primum Phylosophū, qui habet considerare quidditates rerum, tamen tempus hoc modo dictum non est motus, nec mobile, nec habens attributionem, nec habitudinem ad motum, sed de tempore alio modo dicto, quod quidem tempus importat durationem habentem prius, & posterius, pertinet ad naturalem Phylosophum considerare, quoniam prius, & posterius secundum intellectū prædictum, secundum quem intellectum prius non potest esse cū posteriori, nec econuerso, nec sunt, nec esse possunt sine motu, & transmutatione, quoniam cum posterius accipit esse, & generatur, prius corrumpitur, & accipit non esse, nunc autem generatio, & corruptio non sunt sine motu, & transmutatione. ergo generatio, vel est motus, vel terminus motus. Vnde illo modo accipiendo tempus, dico, quod tēpus accipitur quadrupliciter, videlicet, communiter, propriè, magis propriè, & maximè propriè. Vnde tempus communiter acceptum est duratio habens prius, & posterius, & sic est commune ad durationes omnium motuum, vt ad durationem motus localis, alterationis, augmentationis, & diminutionis, sed tempus propriè loquendo accipitur pro duratione motus localis tantum, quoniam de ratione temporis, & motus, quem tempus consequitur, est mensurare omnes alios motus, nunc autem conditiones appropriatæ motui, quem tempus consequitur, secundum quas mensurat alios motus, magis reperiuntur in motu locali, quam in alijs motibus, quoniam, vt dicit Commen. versus finem Tractatus de Tempore, conditiones motus, quem tempus primo consequitur sunt, quod percipiatur a sensu nostro, & sit manifestior in mensurando quam alij motus, & quod eius vniformitas magis possit cognosci apud nos, cuius ratio est illa, quia per motum habentem illas conditiones melius potest quantitas temporis terminari, & per consequens quantitas durationis aliorum motuum, sed motus localis habet illas conditiones, quia melius percipitur a sensu, quam aliquis alius motus, & etiam magis potest cognosci eius vniformitas apud nos, quam vniformitas aliorum motuum, scilicet, alterationis, augmenti, & diminutionis. Magis vero propriè accipitur tempus pro duratione motus localis circularis tantum circa centrum mundi, quoniam per durationem talis motus possunt quantitates omnium motuum hic inferius terminari ab intellectu humano secundum cursum naturalem, melius quam per aliquem alium motum, quod patet, quia duratio aliorum motuum, non est eadem apud omnes habitatores terræ, & etiam mutabilitas aliorum motuum non potest cognosci per sensum, nec sciri per durationem, quod tamen scitur de motu circulari corporis cælestis, & etiam, quia motus circularis est primus omnium motuum, vt declarat Phylosophus octauo huius, & has tres causas innuit Commen. Tractatu de Tempore. Maxime vero proprie accipitur tempus pro duratione primi mobilis, quia motus primi mobilis est primus inter omnes motus, & maxime vniformis, & illæ sunt conditiones essentiales motus, quem tempus primo consequitur, motus etiam primi mobilis est velocissimus, & ideo maxime habet rationem mensuræ, quoniam illa duratio primi mobilis est primum tempus, sicut motus primi mobilis est primus inter omnes motus. Illa diuisione præmissa cū quæritur, vtrum tempus sit consequens motum. Dico, quod si loquamur de tempore primo modo, videlicet, secundum quod est duratio carens priori, & posteriori, sic dico, quod tempus non est essentialiter consequens motum, quia posito, quod nullus motus esset, adhuc esset duratio carens priori, & posteriori. Vnde ponentes mundum de nouo creari, habent dicere, quod prima causa fuit, & durauit ante creationem mundi, & tamen ante mundi creationem non fuit motus, & sic tempus primo modo acceptum potest esse sine motu, sed accipiendo tempus pro duratione habente prius, & posterius, sic dico, quod omne tempus vniuersaliter est consequens motum, quia tempus est quantitas successiua ipsius motus, & certum est, quod omne accidens est posterius suo subiecto, & per consequens ipsum, quoniam primum tempus est consequens primum motum, & quodlibet tempus sequitur suum motum, cuius est quantitas. Quod autem tempus sit quantitas ipsius motus potest probari per rationem Auic. sic, quoniam certum est, quod tempus est quantitas, vt prius est probatum, aut igitur est quantitas rei permanentis immediate, aut rei successiuæ, non quantitas rei permanentis, puta substantiæ, vel qualitatis immediate, quia si sic, res permanens fieret maior, vel minor propter ipsum tempus, quod est falsum. ergo relinquitur, quod tempus sit quantitas rei successiuæ, vt puta ipsius motus. Item tempus non potest esse sine priori, & posteriori, quæ quidem prius, & posterius non possunt esse simul. ergo tempus potest esse sine generatione, & corruptione prioris, & posterioris, sed generatio, & corruptio non sunt sine motu. ergo accipiendo tempus pro duratione habente prius, & posterius, non potest esse tempus sine motu, & ideo dico, quod tempus, quod est duratio ex se, habens prius, & posterius est consequens motum. Sed hic occurrunt aliqua dubia. primo, quia non videtur, quod sit aliqua duratio carens priori, & posteriori, & sic distinctio nulla est. probatio assumpti. Nam si esset aliqua duratio carens priori, & posteriori, quæ duratio posset esse sine motu, & successione, vt tu ponis, quia Deus potest in illa duratione creare vnum Angelum: quo creato Deus potest ipsum destruere, quæro tunc an Angelus creatus, & anihilatus in illa duratione simul habuit esse, & non esse, vel prius habuit esse, quam non esse, vel econuerso? Non est dare primum, quia sic simul in eadem mensura adæquata idem esset, & non esset, quod est impossibile. ergo oportet, quod ille Angelus prius habuit esse, quam non esse, vel econuerso, & sic illa duratio habuit prius, & posterius, & ita non est aliqua duratio carens priori, & posteriori. Hæc ratio potest fieri contra Theologos: ponentes tempus de

nouo

Marginal notes (in order): Ad tertiā rationem. — Ad quartam. — Ad quintam. — Ad secundam dubitationem. — Tempus accipitur dupli. — Opinio Plato. — Tēpus secūdo modo acceptū accipitur quadrupl. & primo. — Secundo. — Quæ sint conditiones motui attributæ. — Tertio. — Quarto. — Ad quæstionem. — Quid habeant dicere ponentes mundū de nouo creari. — Rō Auic. — Alia rō. — Primum — Posset formari hæc ratio contra Theologos.

nouo factum, & quod tempus aliquando totaliter deficiet, vt scilicet, post diem iudicij. Vnde potest argui sic. Destructo toto tempore habente essentialiter prius & posterius Deus potest creare vnum Angelum, & ipsum destruere quia tunc non erit minus potens quam nunc: nec econuerso, sed tūc potest creare Angelum, & ipsum destruere. ergo tunc potest creare Angelum, & ipsum destruere. ponamus igitur, quod toto tempore destructo Deus creat vnum Angelum. s. a, Angelū. hoc supposito a, habebit esse, & non esse toto tempore destructo. aut igitur simul in eadem mensura adæquata habebit esse, & non esse, aut non simul: sed per prius, & posterius habebit esse, & non esse. non est dare primum, quia sic contradictoria in essent simul: quod est impossibile, & contra primum principium. Si vero detur secundum, s. quòd prius habeat esse, quam non esse, vel econuerso. sequitur, ꝙ destructo toto tempore erūt prius, & posterius: sed positis priori, & posteriori ponitur tempus. ergo destructo toto tempore ponetur tempus, quod est impossibile. igitur &c. Vnde ista rō probat, ꝙ tempus nunquā potest deficere, & quod non potest esse aliqua duratio carens priori & posteriori.

Secūdum dubium. Secundo dubitatur: quia dictum est, quod quilibet motus habet suam propriam durationem, quæ quidem duratio est suum tempus, & sua quantitas successiua: sed hoc non videtur verum, quia si sic esset: cum quælibet pars motus sit motus, sequitur, quòd quælibet pars motus habeat suū proprium tempus adæquatum sibi: & cum motus extendatur in mobili secundum longum, latum, & profundum, sicut in diuersis partibus mobilis sunt diuersæ partes motus: ita in diuersis partibus motus existentibus in ipso mobili essent diuersæ partes temporis, & sic tempus esset extensum secundum longum, latum & profundum. sicut & motus: cuius oppositum dictum est superius.

Tertium dubium. Tertio dubitatur, quia non videtur, quod tēpus sit quantitas inhærens immediate ipsi motui: quia a propria quantitate rei dicitur res maior, vel minor: sed motus non dicitur maior, vel minor a tempore, vel propter tempus. ergo. Probatio minoris, quia possibile est, quod duo mobilia simul incipiant moueri, & cum vnum mobile pertransit duas leucas reliquum mobile pertransit nisi vnam leucam. ergo ibi fiunt duo motus, & tamen non sunt æquales, quia motus, quo pertranseuntur duæ leucæ, est maior, quam motus, quo pertransitur una leuca tantum. cum igitur vnus motus sit maior alio, & tamen vnum tempus non est maius alio: videtur, quod tempus non sit propria quantitas ipsius motus, quia si tempus esset propria quantitas ipsius motus: vnus motus non diceretur maior alio: nisi quia haberet maius tempus, vel fieret in maiori tempore.

Ad primū. Ad primum illorum dico secundum fidem, & veritatem, quod est aliqua duratio carens priori & posteriori secundum intellectum prius expositum. Et tunc cum dicitur, quod tunc destructo toto tempore habente prius & posterius Deus potest in duratione carente priori & posteriori creare vnum Angelum, & ipsum destruere. concedo. Et cum quæritur, aut igitur simul ille Angelus a, est, aut non est, aut per prius & posterius. Dico, quod loquendo de similitudine temporis naturalis, & de priori & posteriori temporis naturalis, sic nec est simul, & non est, nec per prius & posterius. Attamen dico, quod simultate æternitatis a, simul est, & non est, & omnia contradictoria, quæ fiunt vera simul: fiunt simul vera simultate æternitatis. Et cum dicitur, quod tunc contradictoria essent simul vera in eadem mensura adæquata. Dico, quod non sequitur: quia æternitas non est mensura adæquata alterius illorum, scilicet a, est, & a, non est: quoniam cum æternitas sit mensura vtriusque illorum: non est mensura adæquata alterius. Vnde per mensuram adæquatam intelligo mensuram, quæ sic est mensura vnius contradictorij, quod non est mensura alterius contradictorij, & non est inconueniens, quod contradictoria sint vera in eadem mensura: dum tamen illa mensura non sit adæquata eis, vel alteri illorum.

Ad secundum. Ad secundum dubium dico, quòd cuilibet motui in actu correspondet proprium tempus, quòd est eius quantitas successiua, vel duratio intrinseca eius, & intelligo per motum in actu motum, qui non est pars alterius motus accepti secundum diuisionem mobilis: motui tamen in potentia, scilicet, motui, qui est pars alterius motus secundum diuisionē mobilis non correspondet proprium tempus. Dico igitur, quod ex hoc, quod quilibet motus in actu habet proprium tempus: non sequitur, quòd tempus diuidatur secundum longum, latum, & profundū ad diuisionem mobilis: quia partes motus acceptæ secundum diuisionē mobilis non habent propria tempora eis correspondentia, licet quilibet motus in actu habeat proprium tempus sibi correspondens: de illa tamē dubitatione videbitur melius inferius,

A vbi quæritur, an cuilibet motui correspondet propriū tempus consequens ipsum.

Ad tertiū. Ad tertium dubium, dico secundum Phylosophum sexto huius. quod motus diuiditur ad diuisionē mobilis, & ad diuisionem magnitudinis, & ad diuisionē temporis, & a quantitate cuiuslibet illorum dicitur motus quantus. Vnde a quantitate magnitudinis denominatur motus esse quantus denominatione extrinseca, & sic motus denominatur longus denominatione extrinseca a longitudine magnitudinis. Motus etiam dicitur quantus a quantitate mobilis, & secundum hoc dicitur, quod motus est latus, profundus, & longus secundum longitudinem mobilis. Motus etiam dicitur quantus a tēpore denominatione intrinseca. vnde a tempore denominatur motus longus secundum durationē, tanquam a quantitate propria, & intrinseca. Ad formam igitur rationis, cum dicitur, quòd a propria quantitate rei dicitur res maior, vel minor: concedo. Et cū dicitur, ꝙ motus non dicitur res maior, vel minor propter tempus. Dico ꝙ motus dicitur maior, vel minor secundum durationem propter tēpus: & hoc denominatione intrinseca, quia motus dicitur maior, vel minor ſm durationem. Et quādo dicitur, ꝙ si duo mobilia simul incipiant moueri, & dū vnum mobile pertransit duas leucas: aliud pertransit solum vnam leucam: illi motus fiunt in æquali tēpore: concedo, & ideo dico, ꝙ sunt æquales æqualitate fundata super quemlibet illorum: quia sunt æquales in duratione, quamuis inæquales ſm quantitates spatiorum, seu magnitudinum. Vnde motus, qui fit super magnitudinem maiorem denominatur maior denominatione extrinseca. sed si fiat in æquali tempore cum motu facto super minori magnitudine non denominatur maior denominatione intrinseca. immo, vt sic est æqualis: quia est æqualis ſm durationem.

Ad primā rationem princi. secundæ quæstionis. Ad rationes vero principales, dico ad primam, quod primū tempus consequitur vnum motum, & etiam quodlibet tempus consequitur suum motum, vt motum, cuius est mensura intrinseca, & concedo, quod omnem motum consequitur tempus, & ꝙ tempus multiplicatur ad multiplicationem motuum: sed tempus propriissimè dictum non multiplicatur ad multiplicationem motuum. Vnde Com. in toto Tractatu de Tempore vsque ad penultimum commentum loquitur de tempore propriissime accepto: & in commento penultimo illius Tractatus incipit loqui de tempore communiter dicto, videlicet, tam de tempore primo, quam etiam de temporibus secundarijs. Et qn̄ dicitur,

C ꝙ si tempus consequitur vnū motum, vt. s. primum motum, ꝙ tunc qui non percipit illū motum, non percipit tempus. Dico, ꝙ percipiendo quemcunq. motum percipimus primū motum modo confuso, quia percipiendo quemcunq. motum percipimus, ꝙ est aliquis simplex motus, & vniformis, qui est mensura motus, quem percipimus. Sed vtrum ille motus simplex, & vniformis sit motus cęli, vel alius motus, hoc nō percipimus, & ideo percipiēdo quemcunque motum percipimus primum tempus aliquo modo, & etiam percipiendo quemcunque motum percipimus primum motū modo cōfuso, & sic percipiendo quemcunq. motū percipimus etiam proprium tēpus consequens illum motum.

Ad secundam. Ad aliam rōnem, cum dicitur, ꝙ si tēpus esset consequens motū: tunc tempus esset consequēs primum motum, & si essent plures primi motus plura essent tpa. Dico, ꝙ accipiendo tempus pro eo, ꝙ denominat hoc nomen tpr sic concedo illam consequentiam, plures sunt motus primi: ergo plura sunt prima tempora, quia illud, de quo prędicatur hoc nomen tempus, supponens personaliter, non est aliud, q̄ successio, vel duratio motus: sed accipiendo tēpus pro eo, quod hoc nomen tempus formaliter significat, sic non sequitur: plures sunt motus primi. ergo plura sunt prima tempora. Pro

D quo est intelligēdum, sicut videbitur in solutione tertiæ quæstionis, quod hoc nomen tempus significat idem, quod hæc tota oratio. duratio motus diuisi per intellectum in prius, & posterius, vt in nunc, & in tunc, ita quod materiale in significato huius nominis est duratio motus, & formale in eo est prius & posterius diuisa, vel apprehensa per intellectum. Dico igitur, quod si essent plures primi motus etiam essent plures durationes illorum motuum, & sic plura materialia in significato huius nominis, sed tamen si essent plures primi motus non sequitur, quod prius, & posterius. ut nunc & tunc essent diuersificata in eis apud intellectum, quamuis in se essent diuersificata. Vnde si essent plures motus primi: intellectus intelligeret vnam durationem primi motus esse, quando est alia duratio primi motus, & intelligeret vnum primū motum esse, qn̄ est alius primus motus, & intelligeret, ꝙ tūc inciperēt duæ partes illorum primorum motuū, & tunc desinit vtraq. illarū partium, & sic prius, & posterius vtriusq. durationis determinata per nunc, & tunc: non essent diuersificata secundum in-

tellectum, posito, quod essent plures mundi, & plures primi motus. Attamen dico, quod ratio Phylosophi est bona contra Platonem, qui posuit, quod tempus, & motus sunt nomina synonyma, quia si illud esset verum, tunc sequeretur, plures sunt mundi. ergo plura sunt tempora, loquendo de formali significatione temporis, quod est prius, & posterius, diuisa per intellectum, sed certum est, quod secundum veritatem non sequitur, plures sunt mundi, vel plures sunt motus primi. ergo prius & posterius per intellectum apprehensa sunt diuisa, sic, quod intellectus apprehendat prius in vno motu, & posterius in alio motu, vt diuisa, immo posito, quod essent plures primi motus, intellectus intelligeret prius in vtroque motu, vt idem, & posterius in vtroque motu, vt idem, & ideo ratio Phylosophi bene probat, quod tempus, & motus non sunt nomina synonyma, quia si essent nomina synonyma, tunc multiplicato formali vnius, apud intellectum multiplicaretur formale in significato alterius, quod non est verum, vt visum est.

Obiectio. Et si dicatur, quod intellectus potest apprehendere prius, & posterius, & nunc, & tunc, quæ sunt in tempore huius mundi, vt sunt diuersa a priori, & posteriori, a nunc, & tunc alterius mundi, & sic formale in significato temporis potest multiplicari apud intellectum, & sic multiplicabitur tempus, sicut & motus.

B

Solutio. Dicendum, quod formale in tempore potest multiplicari apud intellectum, & hoc bene concludit ratio, sed tamen non est necesse, quod formale in significato temporis multiplicetur ad multiplicationem motus, quoniam nõ sequitur, plures sunt mundi, vel plures sunt motus primi. ergo prius, & posterius diuisa per intellectum sunt diuersificata apud intellectum in vno mundo, & in alio, vel in vno motu, & in alio, tamen si tempus, & motus essent nomina synonyma, bene sequeretur, quod si motus multiplicatur, quod etiam tempus quantum ad formale, in significato temporis multiplicaretur.

Iterum ad secundam rationem, secundæ qõnis. Iterum ad secundam rationem, quando dicitur, quod si tempus sequitur motum, maxime sequitur primum motum. Dico quod primum tempus sequitur primum motum, & ideo si primum cælum staret, non esset primum tempus, nec esset tempus maximè proprie dictum, & hoc concedit Commen. tamẽ si esset aliquis alius motus, esset aliquod aliud tempus carnale. Vnde posito per possibile, vel impossibile, quod primum cælum staret, & duo mobilia mouerentur. vnũ velocius, & aliud tardius, cum velocius transeat plus de spatio in æquali tempore, oporteret tempus necessario esse.

C

Vnde posito quocunque motu, necessę est tempus poni, sed non est necesse, quod posito quocunq. motu ponatur tempus maxime proprie dictum. Et si dicitur, quod Commen. dicit, quod si cælum staret, nos non essemus in esse transmutabili, quod tamen non sequitur, si stante cælo posset esse aliquis alius motus. Vnde secundum Comment. sequitur, non est motus cæli. ergo non est aliquis alius motus. Dicendum, quod non sequitur per consequentiam tenentem per locum intrinsecum, motus cæli non est. ergo nullus alius motus est, sicut etiam non sequitur econuerso. per locum intrinsecum. alius motus est a motu cæli, ergo motus cæli est, & ita ad illam, cælum stat, non sequitur, quod nullus motus est tanquam aliquid, quod est de intellectu antecedentis, attamen sequitur per locum extrinsecum. nam sequitur ratione ordinis naturalis vniuersi, quoniam secundum ordinem naturalem vniuersi, quilibet alius motus dependet in esse a primo motu. Vel potest dici quod Commen. arguit cum modo possibilitatis sic, vt si esset possibile cælum quiescere, esset possibile nos esse in esse non transmutabili, & hæc consequentia est necessaria, & tamen cum hoc verbo est non sequitur, quia non sequitur necessario, cælum quiescit. ergo non sumus in esse transmutabili, sic quod consequens sit de intellectu antecedentis.

D

Ad tertiã rationem. Ad tertiam rationem, cum dicitur, quod si tempus esset consequens motum, non posset tempus percipi, nisi percipiendo motum. Dicendum, quod tempus potest dupliciter percipi. vno modo per se, alio modo per accidens, tempus percipitur per se, quando percipitur per propriam intentionem temporis, & sic percipitur a solo intellectu, vt vult Comment. com. duodecimo huius Tractatus. Alio modo percipitur tempus per accidens, vt quando percipitur per intentionem motus, & sic animalia bruta habentia memoriam percipiunt tempus secundum Phylosophum in de memoria. Motus etiam dupliciter accipi potest vno modo, vt quiddam tantum, in quo partes sibiinuicem succedunt secundum durationem, alio modo, vt quidam fluxus determinatus secundum formam, vel secundum vbi. Dico igitur quod tempus non potest percipi, neque per se, neque per accidens, nisi prius, & posterius percipiantur sibiinuicem succedentia, & sic percipitur fluxus prioris, & po-

A

sterioris, & ita percipitur motus, vel trãsmutatio, vt est fluxus, tamen tempus bene potest percipi absq. hoc, quod percipiatur motus, vt est fluxus determinatus. s. secundum formam, vel secundum vbi, quoniam prius, & posterius possunt intelligi absque hoc, quod motus secundum formam, vel secundum vbi intelligatur. Et quando probatur, quod tempus potest percipi sine motu, quia aliquis imaginando se esse continuo, vel percipiendo se quiescere continue percipit prius, & posterius, & per consequens percipimus tempus, & tamen non percipitur motus. Dico, quod quicunq; percipit, se esse continue, hoc est quicunq; concipit se continuare suum esse, ille necessario percipit fluxum prioris, & posterioris, sic percipit motum, qui est fluxus prioris, & posterioris. Similiter, qui percipit quietem, percipit motum, quia quies est priuatio motus, & priuatio nõ percipitur sine habitu, & ita apparet, quod vnum assumptum est falsum, videlicet, illud, quod aliquis potest percipere, se esse continue, vel quiescere continue, non percipiendo, nec imaginando motum.

Obiectio. Sed forte diceret aliquis, contra hoc, quoniam possibile est virtute diuina, quod omnia corpora quiescant, quo posito nullus motus esset, & tamen tempus naturaliter esset. ergo, tempus non est necessario consequens motum, probo, quod tempus esset, illo supposito, quia omnis quies est in tempore, sed isto supposito, quies esset. ergo isto supposito tẽpus esset.

B

Solutio. Dicendum, quod loquẽdo de quiete, est priuatio motus in mensura, in qua motus natus est esse, sic Deus non posset facere, quod omnia corpora quiescerẽt, quia illud implicat contradictionem, vel si hoc faceret, tunc faceret tempus sine suo proprio subiecto. Vnde quies propriè dicta non potest esse sine aliqua transmutatione, quia non posset esse sine successione prioris, & posterioris, quia quiescere est se habere nunc sicut prius, & sic quies non est sine priori, & posteriori, & ideo dico, quod non est possibile de quacunq. virtute omnia quiescere a quacunq, transmutatione, accipiendo quietem, vt dictum est, sed si per quiescere intelligamus solam negationem motus in subiecto apto nato, dico, quod est possibile, q̃a quies illa non mensuratur tempore.

Ad quartam rationem. Ad quartam rationem dico, q̃ primum tempus est consequens primum motum. Et quando dicitur, quod partes temporis magis dependent a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis. Dico, quod partes primi temporis dependent a motu primi orbis, & non solum a motu orbis Solis. Et cum dicitur, quod dies, mensis, annus, quæ sunt

C

partes temporis magis dependent a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis, dico, quod accipiendo diem, mensem, &c. pro partibus durationis proprię motus orbis Solis, sic nõ sunt partes primi temporis, sed sunt partes temporis proprij ipsius motus orbis Solis. Et concedo, quod partes temporis proprij motus orbis Solis magis, & immediatius dependent a motu orbis Solis, quam a motu primi orbis, partes tamen primi temporis magis dependent a motu primi orbis, quam a motu orbis Solis.

Ad quintam rationem. Ad quintam rationem dicendum, quod tempus non est accidens indiuisibile, sed diuiditur secundum longitudinem durationis, vnde tempus est quasi quædam linea successionis. Et quando dicitur, quod si tempus esset, accidens diuisibile, diuideretur secundum durationem subiecti motus secundum longum, latum, & profundum, dico, quod illud non sequitur, nec est verum, immo sicut linea, quæ est terminus superficiei est in corpore, sicut in subiecto, & tamen non diuiditur secundum longum, latum, & profundum ad diuisionẽ corporis, ita tempus, quod est quasi quædã linea successionis, non diuiditur ad diuisionem motus s'm longum, latum, & profundum, sed solum s'm longitudinem durationis.

Ad sextã. Ad vltimum, cum dicitur, quod si tempus esset consequens motum, tunc

D

prius, & posterius tẽporis essent a priori, & posteriori motus, vt dicit Phyl. Dico, quod prius, & posterius tẽporis sunt a priori, & posteriori motus materialiter, quoniã prius, & posterius motus sunt materia, & subiectum prioris, & posterioris temporis, tamen prius, & posterius sunt formaliter a priori, & posteriori temporis. Nec dicitur vna pars temporis prior alia formaliter, nisi quia est in priori parte temporis, & hoc concludit argumẽtum. Sed circa tertiam dubitationem primo distinguendi, & es ponendi sunt termini positi in dubitatione, & postea est respondendum ad dubitationem in se. Primo igitur distinguo hoc nomen tempus, & dico, quod accipiendo tempus pro duratione habente prius, & posterius, quod tempus potest accipi tripliciter, videlicet, vno modo pro tali duratione absolute, & illo modo tempus potest sic describi. Tempus est duratio ex se habens prius, & posterius, intelligendo per prius & posterius, sicut prius dictum est illa, quæ non possunt esse simul, sed cum prius, & posterius non est, & econuerso.

Tempus potest accipi dupliciter. Alio modo tempus potest accipi pro duratione habẽte prius, & posterius

mensu-

A mensurata ab anima, & reducta ad certum numerum. Vnde hoc nomen tempus vno modo significat durationem habentem ex se prius, & posterius. Et alio modo significat durationem habentem prius, & posterius mensurata, & reducta ad certum numerum, ita quod hoc nomen tempus, vt sic, significat idem, quod tota ista oratio, duratio habens prius, & posterius mensurata ab anima, seu reducta ad certum numerum. Verbi gratia, in alijs terminis hoc nomen vlna, nō significat virgam absolutè, sed significat virgam mensuratam, & reductam ad certum numerum palmorum, sicut ergo hoc nomen vlna vno modo significat virgam absolutè, quæ uirga continet quatuor palmos, & aliquo modo significat idem, quod hæc oratio, virga quatuor palmorum. Ita dico, quod hoc nomen tempus significat uno modo durationem habentem prius, & posterius absolutè, alio modo significat durationem mensuratam, & illo modo annus, dies, mensis, significant durationem, non enim significant durationem absolutè, sed significant durationem mensuratam & redactam ad certũ numerum, quoniam annus est duratio duodecim mensium, & mensis est duratio quatuor hebdomadarũ, dies autem est duratio 24. horarum. Tertio modo accipitur tempus, cuius extrema sunt actu numerata, vnde, vt prius, reliquum vt posterius, B & sic loquuntur phyl. & Comm. de tempore, ubi dicunt, quod percipiendo unum nunc, non percipimus tempus, sed percipiendo duo nunc, vnum vt prius, & reliquum vt posterius, percipimus tempus, & isto modo hoc nomen tempus significat idem, quod illa oratio, scilicet oratio, cuius extrema sunt actu mensurata, siue numerata, & illa tertia significatio est propinqua significationi secundæ. Vnde possumus ex ambabus accipere vnam significationem, secundum quam hoc nomen tempus significat idem, quod hæc tota oratio, duratio mensurata, cuius extrema sunt ab anima actu numerata, vnũ vt prius, & aliud vt posterius. Vnde accipiendo tempus pro duratione habente prius, & posterius absolutè, sic tempus dicitur indifferenter de duratione finita, & de duratione infinita, sed accipiendo tempus pro duratione mensurata, vel cuius extrema sunt actu numerata, sic non dicitur hoc nomen tempus, nisi de duratione finita, quia duratio infinita non potest mensurare, nec mensurari, nec habet extrema, & quolibet illorum modorum accipiendo tempus, dico, quod tempus potest accipi quadrupliciter, vt communiter, propriè, magis propriè, & maximè propriè, sicut dictum est in solutione secundæ dubitationis. C Secundo vero dico, quod numerus est triplex, vt d. Commen. 1. meta. s. numerus simpliciter, vel numerus mathematicus, vt binarius: ternarius, &c. & ille numerus non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, vt vult Commen. ibidem, secundus est numerus formalis, siue numerus applicatus ad aliquod certum genus entis. Tertius vero est numerus numeratus, cuius ille numerus formalis est forma, & talis numerus numeratus est res sensibilis numerata, immo, & adhuc potest numerus accipi quarto modo, scilicet pro numero, quo numeramus actiue, & hoc modo anima potest dici numerus. Adhuc per numerum formalem, vel applicatum possumus duo intelligere s. vel compositum ex vnitatibus materiæ, ad quam applicatur, & sic numerus denarius decem canum est numerus applicatus. Alio modo per numerum formalem, seu applicatum possumus intelligere, mensuram continuam determinatam ad mẽsurandũ certum genus entiũ, & sic ulna est numerus panni, & pinta est numerus uini. Secundum tamen Phylosophum 10. meta. prima ratio mẽsuræ inuenitur in quantitate discreta. Et exinde transfertur ad quantitatem continuam, vnde quantitas continua nō mẽsurat, nisi vt habet rationem quantitatis discretæ: quoniam linea absolutè accepta non mensurat, sed linea reducta ad quãtitatem discretam, vt puta ad vnum determinatum numerũ, vt linea decem palmorum habet rationem mensuræ. Linea D etiam decem palmorum, verbi gratia, vlna non mensurat nisi secũdum quod semel, bis, vel ter, &c. replicatur in panno, sed illa scilicet, semel, bis, uel ter dicunt quantitatem discretã, uel principium quantitatis discretæ, quoniam semel dicit principium quantitatis discretæ. s. unitatem, & bis, ter, &c. dicũt numerum, qui est quantitas discreta: unde secundum Phylosophum quarto meta. quantitas continua accipit rationem mẽsuræ a quantitate discreta. Tertio distinguo de priori, & posteriori, & dico quod prius, & posterius accipiuntur, uel pro partibus spatij, uel pro partibus motus, uel pro partibus durationis successiuæ, & hoc duobus modis, scilicet, uel pro partibus in actu, uel pro partibus in potentia. Et uoco partes in actu partes actu numeratas per animam, uel partes per quas anima actu numerat, & mensurat motum, & partes in potentia voco partes in potentiã numeratas, seu partes per quas anima pōt numerare, & mensurare motum. His præmissis, dico ad hanc dubitationem, quod accipiendo tempus pro duratione ex se habente prius, & posterius, sic nō diffinitur tempus hic, quia illa diffinitio non competit cuilibet durationi tali, quoniam duratio infinita non est numerus motus, & diffinitio bene assignata debet competere cuilibet contento sub diffinito, nec etiam competit cuilibet durationi finitæ, sed solum competit durationi finitæ numeratæ ab anima, cuius extrema sunt actu numerata per animam. Vnde dico, quod tempus hic diffinitum est primum tempus naturale s. prima duratio mensurata, cuius extrema sunt actu numerata, ita quod tempus hic diffinitum significat idem, quod hæc tota oratio, prima duratio mensurata per animam, cuius durationis extrema sunt actu numerata, & ratio, propter quam phyl. diffinit tempus in illa significatione, & non in alia, est, quia phyl. non determinat hic de tempore, nisi ut est prima, & communis mensura in actu ipsius motus, & talis mensura est duratio prima, sed non absolutè, sed duratio prima actu numerata, & mensurata. Vlterius dico, quod numerus accipitur in illa diffinitione B non pro numero simpliciter, sed pro numero generis determinati, accipiendo numerum pro mensura continua determinata ad mensurandum certum genus entium s. motũ. Vnde sicut pinta est mensura determinata ad mensurandum liquidum, vt vinum, seu aquam, & huiusmodi, ita tempus est mensura determinata ad mensurandum motum. Iterum vlterius dico, quod motus in illa diffinitione accipitur pro trãsmutatione successiua. s. pro transmutatione de genere passionis, & prius, & posterius accipiuntur in hac diffinitione pro priori, & posteriori primi temporis naturalis, & motus accipitur indifferenter pro quolibet motu de genere passionis. Ex quibus patet, quod intellectus diffinitionis est ille. primũ tempus idest, prima duratio, cuius extrema sunt actu numerata est numerus. s. mensura continua motus, hoc est cuiuslibet motus de genere passionis secundum prius, & posterius: hoc est secundum partes priores, & posteriores primi temporis naturalis diuersas apud intellectum in actu, & illam diffinitionem declarat phyl. vt superius patuit in exponendo textum. Sed circa illa dicta sunt quædam dubia. Primum dubium est: quoniam dictum est, quod duratio non mensurat, C nisi vt est mensura, & reducta ad certum numerum. Sed tunc oritur dubium quia non videtur, quod aliqua quantitas continua possit mensurari, nisi per aliam mensuram continuam, & antequam illa mensura mensuret, oportet, ut mensuretur, & iterum oportet, ut mensuretur. & iterum oportet suã mensuram mensurari, & sic in infinitum, & ita nunquam erimus certificati de aliqua quantitate continua, quanta sit, quia antequam hoc sciuerimus, oportet certificari de infinitis. quod est impossibile, cum igitur quantitas continua non possit mẽsurari, sequitur, quod quantitas continua non potest mensurare. Et hanc dubitationem mouet Lyncon iensis hic d. sic. Cum linea numeratur, dubium est, quo numeretur, ponamus enim unam solam lineam, & intelligamus eam abstractam ab omni mensura, hæc iam mensurando mensurari non potest per aliam lineam, uel alias lineas, quia non est alia dimensio longitudinis ab ipsa, nec per ipsam mensurari potest quã longa, aut quam breuis sit: quomodo enim posset sciri de linea unius cubiti per se ipsam terminatam, quod ipsa sit unius cubiti, si dicatur, quod posset mensurari per aliquam suam partem aliquotam: quomodo scitur, quanta sit pars alia aliquota, quoniam si non scitur determinata magnitudo partis ali- D quotæ, non scitur magnitudo determinata totius per numerationem alicuius partis aliquotæ, quoniam non scio de tota linea, quanta sit, quia scio, quod eius tertia pars est in illa tertia, sed si scirem, quanta est tertia, scirem etiam, quantum est totum, &c. Et modicum post d. Lynconiensis sic. Similiter intelligamus unum motum, vtpote motum diurnum cœli, & circunscribatur penitus omnis alius motus, quomodo scitur, an ille motus sit velox, aut tardus, ex quo una reuolutio sit facta in breui tempore, aut in longo, unde mensuretur tempus huiusmodi motus vnius. hæc difficilia sunt ualde, & ad quæ uix peruenit humanus intellectus: hæc Lynco. Hæc enim est dubitatio, uidelicet, an aliqua quantitas posset mensurari, quia ad hoc, ut mensuretur, oportet cognoscere quantitatem illius mensuræ, & illa quantitas non potest cognosci, nisi per aliquam mensuram continuam, & quantitatem illius mensuræ continuæ, oportet cognoscere per aliam mensuram continuam, & sic in infinitum. Vnde cum non sit deue-

oire

Margin notes: Tex. cõ. 1. Et 8 phyl. Tex. c. 76. — Ad tertiã q̃onem. — Primũ dubiũ circa prædicta. — Lyncon.

aire ad vnam minimam mensuram, non videtur, quod aliquod continuum possit mensurari, & certitudinaliter cognosci, quantum sit, & ita nec tempus, nec motus uidetur posse mensurari.

Secundo. Item tempus est quantitas continua, sed quantitas continua non est mensura alicuius rei de genere passionis, quia mensura, & mensuratum sunt vnigenea. ergo non videtur, quod tempus sit mensura motus de genere passionis, cuius contrarium tu ponis.

Tertio. Item non uidetur, quod prius, & posterius, quæ ponuntur in diffinitione temporis sint partes temporis, quia partes quantitatiuæ non ponuntur in diffinitione totius quantitatiui, ut patet septimo meta. vbi phyl. d. quod semicirculus non

Tex. c. 33. ponitur in diffinitione circuli, nec digitus in diffinitione eius, cuius est digitus, sed magis econuerso, sed prius, & posterius sunt partes temporis, ut manifestum est, ergo prius, & posterius temporis, non cadunt in diffinitione temporis, cuius contrarium dictum est.

Quarto. Item Commen. d. quod tempus est numerus motus .i. cuiuslibet motus per prius, & posterius existens in primo moto, unde per prius, & posterius, quæ cadunt in diffinitione temporis intelliguntur prius, & posterius, quæ sunt in primo motu. ergo prius, & posterius, quæ diffiniunt tempus sunt prius, & posterius motus, & non prius, & posterius temporis.

B *Quinto.* Item cum tempus accipiatur multipliciter, dubium est, qualiter tempus in communitate sua acceptum debeat diffiniri, & etiam qualiter illa significata temporis debeant diffiniri.

Ad primũ secundum opinionẽ. Lynco. Ad primum illorum d. Lynconiensis super tractatu de tempore, quod prima mensura in continuis est numerus infinitus indiuisibilium in illo continuo. Vnde d. Lynconiensis, quod numerus infinitus ad numerum infinitum se potest habere in omni proportione numerali, & non numerali, quoniam aliquis numerus infinitus est duplus ad alium numerum infinitum, & triplus, & sic secundum diuersas species proportionis. Vnde dicit, quod numerus infinitus punctorum in linea bicubiti est duplus ad numerum infinitum punctorum in linea cubiti, & d. quod omnium numerus infinitus ipsi Deo, cuius sapientiæ non est numerus, est finitus. Vnde breuiter d. quod prima mensura cuiuslibet continui est numerus infinitus indiuisibilium in illo continuo. Illud tamen mihi uidetur esse impossibile. s. quod unus numerus infinitus sit maior alio, quia infinitum ex ea parte, qua est infinitum non potest esse excessum, quod tamen oporteret, si unum infinitum esset maius alio. Vnde probo, quod numerus punctorum in

C linea maiori non est maior quam numerus punctorum in linea minori, quia possibile est, quod super duas lineas unam cubitalem, & aliam bicubitalem moueantur duo corpora sphærica, unum uelocius, & aliud tardius, ita quod in eodem tempore adæquato pertranseantur illæ duæ lineæ, & sit vtraque linea recta. Vlterius accipio quod corpus sphæricum tangens lineam rectam, tangit in puncto, & si continue moueatur in alio, & in alio instanti tangit in alio, & in alio puncto instantiæ, igitur in tempore, quo pertransitur linea, sunt æqualia puncta in linea, quæ pertransitur, quia cuilibet puncto correspondet instans in tempore, & alij, & alij puncto correspondet aliud, & aliud instans.

Obiectio ad prædictã solutionẽ. Ex istis igitur arguo sic, quæcunque sunt æqualia secundum multitudinem eidem, illa sunt æqualia secundum multitudinem inter se, sed puncta in linea cubitali, & puncta in linea bicubitali sunt æqualia secundum multitudinem eisdem, scilicet instantibus temporis, in quo vtraque linea pertransitur. ergo puncta in linea bicubitali, & in linea cubitali sunt æqualia secundum multitudinem inter se, & per consequens non sunt plura puncta in linea bicubitali, quam in linea cubitali. Vel sic. Quæcunque non sunt plura, neque pauciora aliquibus, illa non excedunt se adin-

D uicem inter se, sed in linea cubitali, nec in linea bicubitali non sunt plura, nec pauciora puncta instantibus temporis, in quo vtraque linea pertransitur, vt visum est, ergo puncta in linea cubitali, & in linea bicubitali non excedunt se inuicem, & per consequens non sunt plura puncta in linea bicubitali, quam in linea cubitali.

Ad primũ secundum opinionẽ Auer. Et ideo ad illam dubitationem dico, quod, quia continuum est diuisibile in infinitum, ideo in continuis non est aliqua prima, & una mensura secundum materiam, sed solum secundum institutionem hominum. Et

Tex. cõ. 8. hæc est intentio Philosophi quinto meta. & etiam Commen. ibidem commen. 8. ubi Commen. d. quod in quantitate continua non inuenitur aliquod indiuisibile per materiam, ideo cum homines uolunt mensurare in illis rebus. s. in continuis posuerunt unum per institutionem, sicut in ponderibus accipiunt homines aliquod indiuisibile secundum sensum, vt granum ordei. Vnde prima mensura in discretis est indiuisibile simpliciter, sed prima mensura in continuis est aliquod

A indiuisibile secundum institutionem, siue secundum sensum: & per hoc dico ad dubitationem, quod non oportet omnem mensuram mensurari, antequam mensuretur, sed est deuenire ad primam, & minimam mensuram secundum institutio-

Obiectio prima. nem. Sed adhuc est dubium, quia illa mensura prima, & minima est diuisibilis, & sic contingit dubitare de eius quantitate. ergo est mensurabilis, & per consequens non cognoscitur,

Obiectio secunda. quanta sit, nisi per aliquam mensuram priorem. & ita proceditur in infinitum. Item, quod est indiuisibile apud vnum secundum sensum, est diuisibile apud alium secundum sensum, & quod est institutum pro minima mensura apud aliquos, non est institutum pro minima mensura apud alios. ergo in continuis non est aliqua certitudo de quantitate eorum, cum in eis non sit mensura certa. Dicendum est, quod in continuis non est tanta certitudo, sicut in discretis, quia prima mensura in discretis est indiuisibilis secundum materiam, scilicet vnitas, sed prima mensura in continuis non est indiuisibilis secundum materiam, sed secundum institutionem humanam. Circa quam institutionem potest esse error. Vnde si vlna sit mensura panni, & palmus sit mensura vlnæ, & digitus sit mensura palmi, ita quod digitus sit prima mensura, potest acci-

B dere error, quia digitus huius hominis est maior, quam digitus alterius hominis, & similiter palmus vnius hominis est maior, quam palmus alterius hominis, & ideo non omnimoda certitudo in mensurando vlnam, & ideo rationes non concludunt.

Ad primã obiectionem. Ideo ad primam rationem, quando dicitur, quod illa mensura minima est diuisibilis. Dico, quod est indiuisibilis secundum institutionem, & est diuisibilis simpliciter, & ideo non habet mensuram priorem secundum institutionem: quamuis forte posset habere mensuram priorem.

Ad secundam. Ad aliud, quando dicitur, quod est indiuisibile uni secundum sensum, est diuisibile apud alium secundum sensum, concedo, & ideo apud alios, & alios est alia, & alia mensura secundum institutionẽ. Vel dicitur, quod indiuisibile secundum sensum est, quod apud plures, uel apud sensum bene dispositum est indiuisibilis secundum sensum in mensura secundum institutionem, ut patet in ponderibus. Non enim indiuisibile apud quemcunque sensum debet poni huiusmodi mensura. Et sicut est in cõtinuis permanentibus, videlicet, quod prima mẽsura est indiuisibilis secundum institutionem, ita est in continuis successiuis, quoniam prima minima mensura in successiuis est momentũ, vel minuta, vel

C aliqua mensura minima cognita a nobis, nec est cura, quæ sit. Ad aliam rationem, quando dicitur, quod motus est de genere passionis, & tempus est de genere quantitatis concedo. Et quando dicitur, quod quantitas continua non est mensura alicuius rei de genere passionis, quia mensura & mensuratum sunt vnigenea. Dico, quod quantitas continua non est prima mensura alicuius rei de genere passionis, quia prima mensura, & primum mensuratum sunt vnigenea, tamen quantitas continua bene secundario, & ex consequenti potest esse mensura rei alterius generis, & sic dico, quod tempus mensurat motum, quia mensurat quantitatem successiuam motus primo secundum durationem ipsius motus, & hoc vult Phyl. dicens, quod tempus mensurat motum, quia mensurat quantitatem accidentem motui. Vnde sicut vlna non mensurat pannum, nisi quia mensurat quantitatem accidentem panno, ita tempus non mensurat motum, nisi quia mensurat quantitatem accidentem motui. s. durationem, uel successionem motus.

Prima obiectio. Sed contra, quia illud uidetur esse contra prædicta, nam prius dictum est, quod tempus est quantitas motus, si igitur tempus non mensurat motum, nisi quia mensurat quantitatem motus, sequitur, quod tempus non mẽsurat motum, nisi

D quia mensurat tempus, quod est falsum.

Secunda. Item secundum hoc, primum tempus nullo modo esset mensura primi motus, quia primum tempus nullo modo mensurat quantitatem primi motus, quia sic mensuraret seipsum, quod est inconueniens. Vnde potest probari, quod primus motus nullo modo mensuratur a tempore, quia si sic, aut igitur mensuraretur a tempore primo, vel ab alio tempore, non ab alio tempore, sed secundario, quia posterius non est mensura prioris, nec etiam mensuratur a tempore primo, quia motus primus non mensuratur a tempore, nisi quia eius quantitas primo mensuratur a tempore. ergo si motus primus mensuraretur a tempore primo, sequeretur, quod tempus primum primo mensuraretur a tempore primo, quoniam tempus primum est quantitas motus primi, sed hoc est falsum, quia sic idem primo

Ad primã obiectionem. mensuraret seipsum. Ideo ad primum illorum concedo, quod tempus non mensurat aliquem motum, tanquam numerus præcisè, quia primo mensurat tempus, sed non est idem tem-

pus

pus sed aliud: vnde primum tempus mensurat motus inferiores per hoc, quia mensurat eorum tempora propria. s. durationes proprias, & intrinsecas eorum. Nec est inconueniens, quod vnum tempus mensuret primo aliud tempus: sicut non est inconueniens, quod vna quantitas continue permanens primo mensuret aliam quantitatem permanentem. Ad secundum contra illam responsionem, cum dicitur, quod primum tempus mensurat primum motum, &c. secundum Commen. est dicendum, quod primum tempus aliter mensurat primum motum, & aliter numerat & mensurat motus alios, numerat enim, & mensurat motus alios praecise: sicut numerus numerat, & mensurat proprium motum, sicut forma in re: quod quidem dictum videtur sic intelligi, ponatur, quod quantitas vlnae sit mihi nota in quacunque materia inueniatur: tunc, quod illa virga habeat quantitatem vlnae de hoc certificor per quantitatem, quae informat illam virgam, ita quod certificatus sum, quod ista uirga habens illam quantitatem est tantae quantitatis per quantitatem vlnae, quae extenditur in illa virga: quae quantitas est mihi nota: vnde sicut per quantitatem vlnae certificor de quantitate panni, cui applicatur tanquam per mensuram extrinsecam eodem modo in proposito per quantitatem primi motus, quae quidem quantitas est mihi nota: vtpura duratio vnius horae ego certificor, non solum de quãtitate motuum, quorum illa duratio est mensura extrinseca, sed etiam certificor, quantus est primus motus: cui illa duratio, tanquam subiecto inhaeret. Ad formam igitur rationis, quando dicitur, quod primum tempus non mensurat primum motum, nisi quia mensurat quantitatem primi motus, scilicet, quę inest primo motui. Dicitur, quod non est inconueniens, quod tempus vno modo mensuret seipsum, alio modo non: quia non est inconueniens, quod quantitas, quae inest alicui secundum se sit in motu, & quod, quatenus est in illo subiecto, sit ignota, sicut, quod quantitas vlnae, quae est in hac virga sit secundum se mihi nota, & tamen, quod sit mihi ignotum, quod haec virga sit quantitas vnius ulnae, & hoc fiat mihi notum per hoc, quod quantitas, de qua est notum, quod est vnius ulnae applicatur, & coextenditur cum substantia huius virgae: quoniã per hoc cognoscitur, quod haec virga est quantitas vnius vlnae. Et eodem modo est dicendum ex parte ista, quod primum tempus mensurat primum motum secundum quantitatem primi motus: quia per quantitatem primi motus. s. per primum tempus mihi notum, possum certificari de illa parte primi motus quanta sit secundum durationem. Et hoc est, quod Commen. intendit dicens, quod tempus, idest primum tempus mensurat secundum motum: sicut forma in re: quoniam per primum tempus, quod est forma inhaerens primo motui, cognoscitur de parte primi motus, quanta est secundum durationem. Aliter potest dici. s. quod primum tempus mensurat omnes motus inferiores, & per hoc, quod primo mensurat quantitates eorum, sed primum motum mensurat, sicut forma in re, non mensurando, quantitatẽ primi motus. sed mensurando primo ipsum motum primum. quare, &c.

Ad tertiũ. Ad aliam rationem, probantem, quod prius, & posterius posita in diffinitione temporis non sunt partes temporis. quando primo dicitur, quod partes quantitatiuae non ponuntur in diffinitione totius. Dicendum, quod partes quantitatiuae non ponuntur in diffinitione totius: cui accidunt quantitates. ergo in diffinitione hominis non ponitur eius pars quantitatiua: vt digitus, caput, &c. sed in diffinitione illius, quod est per se quantitas, bene ponitur eius pars quantitatiua, sicut in praedicamentis quantitas continua diffinitur sic. Quantitas continua est cuius partes copulantur adinuicem ad terminum communem, vnde hic in diffinitione quantitatis continuae ponuntur eius partes quantitatiuae. Similiter numerus diffinitur sic. Numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata, sed certum est, quod vnitates sunt partes quantitatiuae numeri, & ita est in proposito, quia tempus est essentialiter quantitas, ideo diffinitur per suas partes quantitatiuas. Ad aliud cum

Ad quartum. dicitur, quod Commen. exponendo diffinitionem temporis d. quod tempus est numerus motus, idest numerus cuiuslibet motus secundum prius, & posterius, quae sunt in primo motu. Dico, quod Commen. intelligit sic, quod tempus est numerus motus, idest cuiuslibet motus secundum prius, & posterius, quae sunt in primo motu sicut in subiecto, non secundum prius, & posterius, quae sunt in primo motu, sicut in toto, quia partes motus sunt in motu, sicut pars in suo toto, quare, &c.

Ad quintum. Ad vltimum dubium dico, quod secundum, quod tempus significat durationem habentem prius & posterius absolute, sic tempus potest describi. Tempus est duratio ex se ha-

A bens prius, & posterius. Sed secundum, quod tempus significat idem, quod duratio mensurata, & reducta ad certum numerum, sic potest describi Tempus est duratio numerata ab anima, sed secundum quod hoc nomen tempus significat idem quod haec oratio: duratio, cuius extrema sunt actu numerata potest sic describi. Tempus est duratio motus, cuius extrema sunt actu numerata, & omnes illę descriptiones sunt diffinitiones exprimentes quid nominis, sed secundum quod tempus accipitur pro proprio tempore, quod est mensura omnium motuum, describitur sic. Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, sicut partes temporales, & sunt in primo motu tanquam in subiecto. Si uero dicatur, quod primum tempus potest sic facilius describi, videlicet, tempus primum est duratio primi motus, quam sic: tempus est numerus motus secundum prius, & posterius. Dicendum, quod Phyl. hic non diffinit tempus secundum illud, quod est, sed secundum, quod mensurat motum, & facit cognosci motum: nunc autem non mensurat motum, nisi secundum prius, & posterius in eo, & ideo diffiniendo tempus secundum, quod mensurat motum optime diffinitur sic. Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius. quoniam per hanc diffinitionem

B explicatur, quod tempus est numerus motus, & quomodo est numerus motus, quoniam secundum prius, & posterius in eo. Vnde illa diffinitio exprimit quid nominis, prout d. Lyconiensis hic, vnde illa oratio, scilicet numerus motus. idest cuiuslibet motus secundum prius, & posterius, in primo motu significat idem, quod hoc nomen tempus, sumendo tempus pro primo tempore, cuius extrema sunt actu numerata. Ad rationes principales, ad primam, cum dicitur, quod nulla quantitas continua est numerus motus. Dico, quod ipsius motus est duplex numerus. s. numerus simplex, secundum quem numeramus motum, dicendo, quòd sunt duo motus, vel tres motus. Alius est numerus formalis ipsius motus, qui pro tanto dicitur numerus motus, quia est propria mensura motus, inquantum habet partem priorem, & posteriorẽ. Cum igitur dicitur, ꝙ nulla quantitas continua est numerus motus. Dico, ꝙ verum est loquendo de numero simpliciter, sed loquendo de numero formali, vel applicato certo generi entium: sic maior est falsa, quoniam quantitas continua bene potest esse mensura motus: tamen secundum, ꝙ est mensura quodammodo habet rationem quantitatis discretae, vt superius dictum est. Nec valet consequentia; quantitas continua est numerus. i. mensura. ergo est quantitas discreta: si tamen esset numerus simpliciter, esset quantitas discreta. Ad secundam rationem quando dicitur, ꝙ si tempus est numerus motus, ergo est binarius, vel ternarius. Dico, ꝙ loquendo de numero simpliciter bene sequitur, sed antecedens est falsum. loquendo tamen de numero formali, vel applicabili non sequitur, nec diuiditur talis numerus in binarium ternarium, &c. Ad tertiũ principale, qñ dicitur, ꝙ numerus est notior numerato, vt numeratũ est, igitur tempus est notius motu. Dico, ꝙ tẽpus quantũ ad illud, quod mensurat motum est notius motu, non quantũ ad illud, quo motus mensuratur. Ad cuius euidentiam est sciendũ, ꝙ motus habet vnam quantitatem a spatio, sic ꝙ motus denominatur a quantitate spatij, & aliam quantitatem habet a tẽpore, nam denominatur a quantitate temporis. Dico igitur, quòd tẽpus est notius, quam motus in sua propria quantitate. s. in certa quantitate durationis. Non enim cognoscimus motum, quantum ad durationem, s. quantus motus fuerit, nisi cognoscẽdo certam durationem temporis, in quo fit motus. Dico tamen, quod motus, quantũ ad quantitatem, quam capit a spatio, est

D notior quam tempus, quantũ ad quantitatem durationis per intentiones proprias durationis tẽporalis. Et quando vlterius arguitur, probando, quod motus est notior apud nos, & apud naturam, quam tempus. Dico, quod tempus est notius secundum naturam, quam motus, qui est fluxus, quia est perfectioris generis. Et cum dicitur, quod tempus accidit motui: dico, quod quamuis motum accidens sit subiectum immediatũ alterius, tamen subiectum principale cuiuslibet accidentis est substantia, nec oportet, ꝙ vniuersaliter subiectũ mediatũ accidentis sit perfectius secundum naturã illo accidente. Et cũ Com. d. quod motus est prior, naturaliter, quam tempus: dico, quod sicut natura dicitur dupliciter, ut de forma, & de materia, ita aliquid dicitur naturaliter prius alio dupliciter, vel prioritate formae ad materiam, uel prioritate materiae ad formam, dico igitur, quod motus est prior, quam tempus prioritate materiae ad formam, & tempus est prius motu prioritate formae ad materiam, & ideo est simpliciter prius, sicut forma est prior materia. Eodem igitur modo dico ad dictum Phylosophi, quando

Ad primã rationem princ. tertiae q.

Ad secũdam.

Ad tertiã.

quando dicitur, quod prius, & posterius, & continuitas sunt in tempore, quia in motu dico, quod verum est materialiter, sed conuenit formaliter, quoniã prius, & posterius sunt formaliter in tempore, & materialiter in motu. Vlterius, quando probatur, quod motus est notior apud nos, quam tempus, quia nos cognoscimus tempus per motum, dico, quod motus quantum ad quantitatem, quam capit a spatio, est notior apud nos, quam tempus, quantum ad suam propriam quantitatem, scilicet ad quantitatem durationis per intentiones proprias, sed tamen tempus est notius apud nos quã motus quantum ad quantitatem quam capit a tempore, scilicet quantum ad quantitatem durationis.

Obiectio. Et si dicatur, quod nos cognoscimus, quòd tempus est longum: quia motus est longus. ergo motus, quantum ad longitudinẽ durationis est notior, quam tempus.

Solutio. Dicendum, q̃ nos cognoscimus, quod tempus est longum: quia motus est longus secundum longitudinem spatij: non quia nos cognoscimus magnum spatium esse pertransitum per motum: propter hoc enim cognoscimus, quòd tempus est longum, in quo illud spatium pertransitur: dico etiam, q̃ per quantitatem motus, quam capit a tempore cognoscitur quandoque quantitas alicuius temporis, mediante qua prius fiebat mensuratio alicuius determinati motus, postquam illa quantitas temporis fuerit oblita. V.g. Ponamus, quòd aliquis ambulet de vno loco ad alium locum: vtputa de Parisijs ad sanctum Dionysium in vna hora motu determinatæ velocitatis, & postea obliuiscatur quãtum fuerit illud tempus, in quo ambulauit de Parisijs ad sanctum Dionysium: si reiteratus iterum ambulando de Parisijs ad sanctum Dionysium tantã velocitate, quanta fuit prior motus, inueniet, quod illa ambulatio fuit in una hora, qua cognitione habita, cognouit, quod una hora fuit tempus, quo ambulauit de Parisijs ad sanctum Dionysium, & sic per quantitatem motus, quam capit a tempore, deuenit ille ambulans in cognitione temporis prius oblitam. Et hæc est intentio Com. com. 26. huius tractatus. d. quod semper mensuramus numeratum per numerum, sed cum accidit nobis obliuio, cognoscimus ipsius numerum per numeratum in principio: tamen prima mensuratione numerus est notior, quam ipsum numeratum. Et hoc d. Com. in fine istius commenti: dicit enim, quod nos videmus, quod mensura in sua propria quantitate in principio est notior naturaliter apud nos in sua quantitate, quam mensuratum in illa quantitate, & cum hoc bene stat, quod mensura sit ignotior naturaliter apud nos in sua propria quantitate, quam numeratum in alia quantitate, vnde tempus est naturaliter notius apud nos in sua propria quantitate, quam habet a spatio.

Ad quartam rationem, quando dicitur, quod si tempus est numerus motus, aut est numerus numeratus, aut numerus, quo numeramus. Dicendum, quod tempus est numerus numeratus, ut d. Phyl. nam secundum, quod exponit Commen. per numerum, quo numeramus intelligit numerum simpliciter, scilicet numerum mathematicum, & per numerum numeratum intelligit numerum applicatum determinato generi entis. Et quando dicitur, quod Commen. d. quod essentiale est tempori numerare, & mensurare motum. Dicendum, quòd numerus, quo numeramus est duplex, s. numerus, quo numeramus simpliciter, vt est ille numerus, quo possumus numerare res cuiuslibet generis entis, & ita numerus mathematicus, vt duo, tres, quatuor, & sic de alijs est numerus simplex.

Ad quartã rõnem principalem. Alius est numerus, quo numeramus, applicatus, & limitatus ad certum genus entis, & cum hoc, quòd est numerus, quo numeramus, est etiam numerus numeratus, & ita est de tẽpore, & essentialius quia inest sibi numerare, & mensurare magis, quam numerari, & mensurari. Dico igitur, quod cum hoc, q̃ est essentiale tempori mensurare, & numerare motum bene stat, quod tempus sit numerus numeratus. Ad aliam autẽ formam, quando dicitur, quod si tempus est numerus numeratus, aut per numerum numeratum, intelligitur numerus, inquantum est numeratus, vel intelligitur numerus, non inquantum est numeratus. Dico, quod per numerum numeratum intelligimus res numeratas non inquantum est numerata: quia tempus non est res numerata, nisi per accidens. Et cum dicitur, quod si tempus est res numerata, igitur tempus erit motus: dico, quod non sequitur: quia motus est per se res numerata, & tempus non est res numerata, nisi per accidens.

Ad quintã rationem. Ad quintam rationem, quando dicitur, quod tempus est numeratio numeri motus: dico, quod Commen. per numerationem intelligit numerum. Vnde intellectus Com. est ille, scilicet quod tempus est numerus numeri motus, & hoc est verum: nam primũ tempus naturale est numerus primi motus, qui primus motus est numerus omniũ aliorũ motuum.

Ad sextã rõnẽ principalem. Ad aliud, quando dicitur, quod illud, quod est prius, & posterius, &c. Dico, quod per prius, & posterius in motu possumus intelligere duo, videlicet vel partes priores, & posteriores motus, vel partes priores, & posteriores temporis, & tunc dico, quòd illud, quod est prius, & posterius in motu: hoc est partes motus priores, & posteriores, illud non est numerus motus, & illud concedo, illud tamen, quod est prius, & posterius in motu hoc est partes priores, & posteriores temporis, quæ sunt partes subiectiuæ in motu, illud bene potest esse numerus motus, igitur, &c. Et si dicatur, quod Commen. dicit, est numeratum prioris, & posterioris in motu, & per consequens non est numerus motus. Dicendum, quòd Commẽ. intelligit, quod tempus est prius, & posterius in motu non qualitercunque, sed vt numerata sunt, vel vt comparata sunt; hoc ut prius, illud autem ut posterius, hæc enim est una significatio temporis, scilicet duratio motus, cuius extrema sunt actu numerata, vt dictum est prius.

Ad septimã rõnẽ principalem. Ad aliam autem rationem principalem, cum dicitur, quòd diffinitio bene assignata, &c. dico, quod uerum est. Et cum dicitur, quod illa diffinitio non cõpetit cuilibet tempori. concedo, & ideo illa diffinitio temporis non est communis cuilibet significationi temporis, & sic hic non diffinitur tempus in communi, sed diffinitur primum tempus finitum, cuius extrema sunt actu numerata. Vnde tempus absolutè acceptum in maxima communitate sua describitur sic. Tempus est duratio ex se habens prius, & posterius, ut dictum est prius. Et cum dicitur, quod hæc diffinitio non competit cuilibet tempori. Dico, quod hæc diffinitio competit omni tempori finito, cuius extrema sunt actu numerata. Et cum dicitur, quod hæc diffinitio non competit tempori præterito, nec tempori futuro, quia nec tempus præteritum, nec tempus futurum est mensura. Dico, quod tempus non est mensura principaliter numerans actiue, sed anima est illa mediante tempore, ita quod anima est illud, quod mensurat, & tempus est illud, quo mediante anima mensurat, & ideo ad hoc, quod tempus, vel pars temporis sit mensura, vel numerus, quo anima mensurat, sufficit, quod habeat esse in consideratione animæ, sic quod actu consideretur ab anima. Vnde quamuis tempus præteritum, & futurum non existant realiter in actu: possunt tamen actualiter considerari ab anima, & sic esse præsentia, quibus anima consideret motum præteritum, uel futurum. Vnde nunc cognosco, quem motum feci heri, quia nunc cognosco, quantum fuit tempus, in quo mouebar heri. Et cum dicitur, quod qualibet pars temporis est tempus, dico, quod illa est falsa de uirtute sermonis, sed hæc est vera, qualibet pars temporis fuit, uel erit tempus & sufficit hoc, quantum ad intellectum Phylosophi, ut patet intelligenti. Et cum dicitur, quod si tempus præteritum, & futurum sunt mensuræ, igitur sunt quantitates, dico, quod qualibet anima mensurat, & ideo sunt quantitates in consideratione animæ, sed non sunt ueræ quantitates extra animam sed sunt vel erunt, seu fuerunt ueræ quantitates extra animã. Et si dicatur sic, tempus est quoddam homogeneum igitur qualibet pars temporis est tempus: dico, quod non sequitur in successiuis homogeneis, sed sufficit, quod de qualibet parte temporis uere affirmatur per uerbum de præsenti, uel de futuro nomen illius speciei, & quia tam tempus præteritum, quam tempus futurum fuit, uel erit tempus, ideo bene saluatur, quod tempus est quoddam homogeneum, & sic patet ad illam rationem, quando dicitur hæc diffinitio non competit cuilibet contento sub diffinito, dico, quod per interemptionem, quia hic non diffinitur tempus in communi, sed tempus primum, cuius extrema sunt actu numerata, idest hic diffinitur unum commune cuilibet durationi primi motus, cuius extrema sunt actu numerata. Et cum dicitur, quod hæc diffinitio non competit partibus illius temporis, quia non competit parti tẽporis præteritæ, nec parti futuræ, dico quod illa diffinitio competit eis, quia anima per tempus præteritum cognoscit, & mensurat quantus fuerit motus prius, & eodem modo sicut est de tempore præterito, ita & de tempore futuro.

Ad primã rõnem adductã contra rõnem primi tertiæ quam. Ad alias uero rationes, quæ factæ erant contra illam particulam secundum prius, & posterius. Ad primam, quãdo dicitur, quod illud, quod est de genere relationis, non cadit in diffinitione temporis, quia tempus est quoddam absolutum. Potest dici uno modo, quod illa diffinitio temporis est diffinitio exprimens quid nominis, uel quod est diffinitio data per additamentum, seu descriptio, & in tali diffinitione, uel descriptione bene potest res poni alterius generis, & ideo non obstante, quod illa res, quæ est tempus sit

quan-

quantitas bene possunt prius, & posterius, quæ sunt relationes poni in tali diffinitione, vel descriptione temporis, &c. Aliter potest etiam dici, videlicet quod prius, & posterius possunt accipi dupliciter. Vno modo prout sunt relationes, & sic non cadunt in diffinitione temporis. Alio modo possunt accipi, secundum quod sunt nomina ordinabilia importantia numerum ordinabilem, qualem important illa nomina, videlicet primum, secundum, tertium, & sic cadunt in diffinitione temporis. Et hoc est, quod d. Commen. s. quod prius, & posterius cum sint accepta, secundum quod in subiecto sunt, sunt partes motus, & cum fuerint considerata secundum quidditatem, & diffinitionem sunt aliud a motu: quoniã motus est in quantitate, & prius, & posterius sunt in numero: hæc Com. Vnde Com. per numerum intelligit numerum ordinabilem.

Tertia alia solutio.

Ad secundam rationem. Ad vltimam rationem, quando dicitur, quod prius, & posterius, quæ cadunt in diffinitione temporis, aut sunt partes temporis, aut sunt partes motus, dico, quod prius, & posterius, quæ ponuntur in diffinitione temporis, possunt indifferenter accipi pro partibus temporis, vel pro indiuisibilibus temporis, scilicet pro instantibus, quoniã tempus est numerus motus per instans prius, & per instans posterius, quæ sunt in tempore. Similiter tempus est numerus motus per partem priorem, & posteriorem temporis. Et quando dicitur, quod partes temporis sunt ipsum tempus. Dico, quod illa de virtute sermonis est falsa, quoniam partes non sunt suum totum, sed constituunt suum totum, nunc vero res diffiniuntur per principia constituentia ipsam rem, partes etiam temporis non diffiniunt tempus simpliciter, sed secundum quod vna pars est prior, & alia posterior.

Ad tertiã rationem. Et cum dicitur, quod indiuisibilia non possunt diffinire tempus, quia sunt ignota, dico, quod non sunt ignotiora, quã tempus hic diffinitum, quia tempus hic diffinitum est duratio primi motus, cuius extrema sunt actu numerata. Et cum dicitur, indiuisibile non cognoscitur, nisi per priuationem alicuius diuisibilis, concedo, & ideo dico, quod aliquod diuisibile est prius notum, quam indiuisibile, tamen non omne diuisibile est prius, & magis notum quocunque indiuisibili.

SOLVVNTVR DVBITATIONES PRIVS motæ de esse temporis, & instantis.
Tractatus tertij.

Cap. III.

C

Atque, vt motus alius est, atque alius, sic & tempus. Tempus autem omne, quod est simul, est idem. Nam ipsum nunc idem est subiecto. Esse autem ipsius diuersum est.

Tex.c.103. *Et sicut motus semper aliud, sic & tempus. Quod autem simul omne tempus idem est. Ipsum enim nunc idem est, quod quidem erat. Esse autem ipsi alterum est.*

Istud est tertium capitulum huius tract. in quo soluuntur dubitationes prius motæ circa esse temporis, & instantis. Vnde istud capitulum continet duas partes principales, quia in prima Phyl. soluit dubitationem motam de tempore. In secunda ibi. [Ipsum autem nunc] determinat de ipso nunce, soluendo dubitationem motam de vnitate instantis, & declarando substantiam instantis quid sit. In prima igitur parte principali huius cap. Phylo.

D

soluit dubitationem prius motam de tempore, quæ talis est, si tempus est, necesse est, vt omnes eius partes, aut quædam sint insimul. ergo tempus non est. Ista dubitatio soluitur per interemptionem illius consequentiæ, tempus est, igitur omnes eius partes, aut quædam insimul sunt, nam rectum est ponere, quod partes eius inueniantur quædam post alias, & non insimul, sicut est dispositio in partibus motus, quoniam partes motus sic se habent, quod non inueniuntur insimul, sed quædam post alias. Hæc igitur est solutio, scilicet, quod ad hoc, quod tempus sit, non requiritur, quod eius omnes partes, aut quædam sint insimul, sicut ad hoc, quod motus sit, non requiritur, quod omnes partes eius, aut quædam sint insimul. Sed ne existimetur, quod tempus, & motus sint idem: Phylo. dat differentiam inter tempus, & motum: dicens. Quod autem simul est tempus idem est, sed motus differt a tempore, quoniam motus non est idem apud illa, quæ mouentur insimul;

A

sed tempus est idem apud illa, quæ mouentur in simul, & causam, propter quam tempus est idem apud illa, quæ sunt in tempore insimul, assignat Phyl. d. quod causa in hoc, quod tempus est idem est, quoniam instans est idem in omni motu, quantum ad suam quidditatem sed esse eius est alterum. Vnde Commen. d. quod causa in hoc, quod tempus est idem est, quoniam instans, quod est agens tẽpus, est idem in omni motu, cum fuerit demonstratum, sed eius esse diuersificatur per prioritatem, & posterioritatẽ. Sed circa dicta Phylosophi hic quædam notanda, & quædam dubitanda.

Primum notan. Primo est notandum, quod de ratione successiui est, quod eius partes non sint simul, sed quædam post quasdam, vnde ad hoc, quod successionem habeat esse sufficit, quod vnum indiuisibile continuans eius partes adinuicem habeat esse, unde omne tempus est præsens, cuius una pars est præterita, & alia futura, & nullum tempus est præsens, nisi illud tempus, cuius partes præsens instans copulat adinuicem.

Secũdum notan. Secundo est notandũ, quod tempus. i. primum instans naturale. s. duratio primi motus est vbique simul, quia tempus non est diuisibile, nisi secundum longitudinem durationis, & ideo non est una pars temporis apud existentes in oriente, & alia pars apud existentes in occi-

B

dente, sed illa eadem duratio primi motus, quæ est apud existentes in oriente, est etiam apud existentes in occidente, & ideo tempus. i. primum tempus. i. duratio primi motus est idẽ apud omnes res existentes in tempore, sed non est sic de primo motu, quia primus motus extenditur ad extẽsionẽ primi mobilis, secundum longum, latum, & profundum, & ideo alia est pars motus primi apud existentes in oriente, & alia apud existentes in occidente, & ideo bene dicunt Phylos. & Com. quod tempus est idem apud omnes, & motus non.

Tertium notan. Tertio est notandum, quod cum Com. d. quod instans, quod est agens tempus, est idem, quod Commen. non intelligit, quod instans sit vere agens producens aliquid de non esse ad esse, sed instans est agens tempus per continuationem, quia continuat partes temporis præsentis adinuicem, per quam continuationem tempus præsens habet esse, quia ut dictum est ad hoc, quod aliquod tempus præsens sit, requiritur, quod instans præsens continuet eius partes adinuicem. Dico igitur, quod instans non est agens ita, quod sit producens tempus de non esse ad esse, sed est agens tempus, quasi conseruando tempus in esse per hoc, quia continuat partes temporis

C

Quartum notan. adinuicem. Quarto est notandum, quod cum Comment. d. quod instans, quod est agens tempus est idem in omni motu cum fuerit demonstratum, quod per instans demonstratum intelligit Phyl. vnum instans secundum numerum, & illud instans est idem in omni motu, sicut mensura terminorum cuiuslibet motus, instans enim continuans partes primi motus est mensura numerans esse cuiuslibet motus. Et cum Comment. d. quod esse instantis diuersificatur per prioritatem, & posterioritatem, hoc nõ debet sic intelligi. s. quod instans sit prius, & posterius, nec etiam quod idem instans secundum numerũ sit modo, & prius non fuit, sed sic debet intelligi, scilicet, quod idem instans numero primo est futurum, postea præsens deinde præteritum, & sic diuersificatur per prioritatem, & posterioritatem, quia prius est futurum, quam præsens. Vel Comment. forte cum d. quod instans manet idem, secundum quod est demonstratum, per instans non intelligit instans continuans partes temporis adinuicem, sed instans, quod est primum mobile, uel extremitas primi mobilis, ut dicit Aut. in tractatu suo de tempore, quod instans accipitur dupliciter. Vno modo pro eo, quod est circundatum præterito, & futu-

D

ro. Alio modo pro extremitate mobilis. i. pro aliquo puncto, quod suo motu, uel suo impetu facit aliquem cursum, uel aliquam lineam. Cum igitur Commenta. d. quod instans est idem in omni motu, secundum quod est demonstratum, per instans intelligit ipsum mobile uel extremitatem mobilis, quia tam mobile, quam sua extremitas manet idem numero, sed diuersificatur per prioritatem, & posterioritatem, quia prius est in priori parte motus, & postea est in posteriori parte motus.

Primum dubium. Sed hic occurrunt duo dubia. Primum est, quia dictum est, quod ad esse successiui sufficit, quod indiuisibile continuans eius partes adinuicem habeat esse. Illud non uidetur uerum, quia si sic esset, sequeretur, quod aliquis motus esset totus simul, quod est impossibile, quia hoc est contra rationem motus, scilicet, quod sit totus simul. Et probo, quod hoc sequatur, quoniam totus motus extensus in mobili habet partes copulatas adinuicem ad unum indiuisibile existens præsentialiter, quia partes cuiuslibet accidentis copulantur ad eundem terminũ, ad quem copulantur partes sui subiecti,

sed

sed partes ipsius mobilis copulantur ad vnum terminum communem præsentialiter existentem. ergo partes totius motus existentis in mobili copulantur ad vnum terminum communem præsentialiter existentem, & per consequens, si ad esse successiui superficeret, quod indiuisibile continuās eius partes adinuicem haberet esse, sequitur, quod aliquis motus esset totus simul: quod est impossibile. Secundo dubitatur super hoc, quod dicitur, quod instans copulat partes temporis adinuicem. s. præteritum, & futurum. Illud non videtur verum: quia illa, quæ non sunt: non copulantur adinuicem: sed nec tempus præteritum, nec tempus futurum est. ergo instans non copulat præteritum, nec futurum adinuicem.

Secundū dubium.

Ad primum illorum est dicendum, quod motus habet duplices partes. s. quasdam secundum diuisionem subiecti, & quasdam secundum diuisionem temporis, partes motus acceptæ secundum diuisionem subiecti sunt, simul simultate temporis, quia vna pars motus est in vna parte mobilis, & alia pars motus est in alia parte mobilis. & illæ partes motus accipiuntur secundum diuisionem mobilis, & istæ partes motus, quæ accipiuntur secundum diuisionem mobilis, copulantur ad eundem terminum communem, ad quem copulantur partes mobilis. Et cum dicitur, quod tunc ille motus compositus ex illis partibus esset simul. Dico, quod ly totum potest accipi Cathegorematice, vel Syncathegorematice. Si accipiatur Cathegorematice sic concedo, quod totus motus componitur ex omnibus illis, & est simul: quia est in hoc instanti præsenti, si vero ly totum accipiatur syncathegorematice: sic dico, quod non totus motus est simul, quia non omnes partes sunt simul: quoniam quælibet illarum partium accepta secundum diuisionem mobilis habet partem præteritam, & partem futuram: vnde quælibet illarum partium est vna cum hoc, quod diuiditur ad diuisionem mobilis diuiditur etiam ad diuisionem temporis, si vero loquamur de partibus acceptis secundum diuisionem temporis, sic diuiditur motus in partem præteritam, & partem futuram, & istæ partes sic acceptæ secundum diuisionem temporis copulantur ad mutatum esse, & non copulantur ad eundem terminum communem, ad quem copulantur partes mobilis, & quia illud, mutatum esse est in mobili præsentialiter: ideo totus mundus compositus ex parte præterita, & ex parte futura: est præsens. Et si dicatur, quod illa distantia de partibus motus accepit secūdum diuisionem mobilis, & secundum diuisionem temporis non videtur valere, quia eiusdem sunt partes secundum diuisionem mobilis, & secundum diuisionem temporis, quia omnis pars accepta secundum diuisionem mobilis diuiditur in partem præteritam, & in partem futuram, & ita diuiditur secundum diuisionem temporis, quia pars accepta secundum diuisionem mobilis habet partes, quia certū est, quod vna pars motus præsentialiter existit in vna parte mobilis, & pars motus præsentialiter existit in alia parte mobilis. Et ideo totus motus non diuiditur secundum diuisionem mobilis ex opposito in alias partes secundum diuisionem temporis, cum illæ partes sint in eodem tempore adæquato, sed partes motus sumptæ secundum diuisionem temporis non erunt præsentialiter acceptæ. quia vna est præterita, & alia futura, nec habent nec habuerunt idem tempus pro mensura adæquata, & ideo bene diuiditur motus in alias partes secundum diuisionem temporis, cum illæ partes non sint in eadem parte temporis. Et quādo dicitur, quod quælibet pars accepta secundum diuisionem mobilis diuiditur secundum diuisionem temporis, quia diuiditur in partem præteritam: & in partem futuram. Dico, quod est verum, quod quælibet pars accepta secundum diuisionem mobilis diuiditur in partem præteritam, & partem futuram secundum diuisionem temporis: tamen pars accepta secundum diuisionem mobilis nec est præterita, nec futura, sed est præsens, & ideo non est accepta, nec distincta ab alia parte motus existente in alia parte mobilis secundum diuisionem, quāuis diuidatur in partem præteritam, & in partem futurā, quæ distinguuntur secundum diuisionem temporis.

Ad primum.

Ad aliud dubium, quando dicitur, quod instans non potest copulare partes temporis adinuicem. s. præteritū, & futurum, quia illa, quæ non sunt non copulantur adinuicem. Dicendum, quod in proposito per copulationem intelligo continuationem, sed continuā sunt, quorum vltima sunt vnum: nunc autem illud, quod non est præsentialiter bene potest habere vltimum, quia in vltimo instanti diei dies habet suum vltimum, & tamen tunc nō est dies. Dico igitur, quod illa, quæ non sunt: possunt copulari, id est continuari adinuicem, quia possunt habere idem vltimum. quoniam illud idem instans, quod est finis præteriti est initium futuri.

Ad secundum.

A Ipsumque tempus metitur, vt prius, atque posterius est, Atque tum est idem, tum non est idem, namvt est quidem in alio, atque alio differt. Atque hoc pacto ipsum nunc. Subiecto vero est idem.

Ipsum autem nunc tempus mensurat secundum quod prius, & posterius est. Ipsum autem nunc est quidem sicut idem, est vero sicut non idem, secundum quidem omne quod in alio, & alio alterum est. Hoc autem erat esse ipsi nunc. Inquantum autem quodcunque ens est ipsum nunc idem est. Tex. c. 104

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua soluit Phylosophus dubitationem motam de instanti, & continet duas particulas. quoniam Phylosophus in prima soluit dubitationem superius motam de vnitate instantis. B In secunda ibi. [Manifestum autem est.] Determinat de substātia instantis assignando rationem eorum, quæ dicuntur de instanti, & ita declaratur substātia instantis quid sit. Prima particula continet duas partes, quia in prima Phylosophus narrat solutionem dubitationis. In secunda vero ibi [Sequitur enim sicut est dictum.] Declarat solutionem. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus narrat duo. Quorum primum est, quod ipsum nunc, siue ipsum instans mensurat tempus secundum prius, & posterius, & hoc est primum, scilicet, quod instans mensurat prius, & posterius. Secundum vero, quod Phylosophus narrat est, quod ipsum nunc est quodammodo idem, & quodammodo diuersum pro eo, quia nunc, vel instās est in alio, & in alio, hoc est in alia, & in alia parte, vel differentia temporis, sicut ipsum nunc est alterum, & alterum. Hoc enim est ipsum nunc. Commento. Natura instantis est in diuersitate, quoniam secundum quod illud, in quo est numeratum esse ipsum instans est in ratione numeratum, secundum vero, quod est quodcunque ens sic idem est, hoc est ipsum nunc est idem ens secundum suam substantiam, sed secundum quod est in diuersis partibus, vel in diuersis differentijs tem- C poris, sic est alterum, & alterum. Vnde breuiter solutio Phylosophi est ista, scilicet, quod instans, vel nunc est idem secundum subiectum, sed non est idem secundum rationem, quia alia est ratio eius, secundum quod est prius, & alia est ratio eius secundum quod est posterius. Sed circa illa dicta sunt, duo intelligenda. Vnde circa primum cum dicitur, quod instans mensurat tempus est intelligendum, quod mensura quantum spectat ad propositum est triplex, quoniam quędam est mensura secundum perfectionem, quædam uero secundum adæquationem, siue secundum determinationem, & quædam est mensura secundum replicationem. prima mensura est excedens. Secunda est æqualis. Tertia uero est deficiens. Exemplum primi, albedo est mensura omnium colorum secundum perfectionem, quia per accessum ad albedinem, uel per recessum ab albedine dicitur quilibet color magis, uel minus perfectus, & sic loquitur Phyl. 10. meta. dicens. quod in quocunque genere est unum primum, quod est mensura, & mensura omnium aliorum de illo genere, & illa mensura est excedens, quia excedit omnia alia illius generis in perfectione. Exemplum secundi. una quarta plena uino est mensura adæquata illius uini, quia nec excedit illud uinum in con- D tinendo illud uinum, nec exceditur ab eo, & hæc mensura potest bene dici secundum terminationem, quia terminat, & continet præcisè illud mensuratum. Exemplum tertij, vna quarta uini est mensura unius dolij, quia aliquotiens replicata replet totum dolium uino. Vnde uoū vas verbi gratia quarta uini alter est mensura uini contenti in eo replens ipsum, & aliter est mensura maioris uasis, ut unius dolij, quia uini contenti in ipso est mensura secundum terminationem, & adæquationem, sed dolij vel uini replentis dolium est mensura secundum replicationem. Dico igitur, quod instans non est mensura temporis per replicationem, quia si multotiens replicaretur nunquam redderet tempus quantumcunque paruum, s. instans replicatum, sed duo instantia sunt mensura temporis secundum terminationem, siue secundum adæquationem, quia continent ipsum adæquate, quoniam duo instantia, quorum unum est principium alicuius temporis, & aliud est finis eiusdem temporis continent illud tempus

Mēsura est triplex.

pus

pus adæquate, & non plus: & sic patet qualiter instans est mensura temporis: quia instans duplicatum, ut duo instantia sunt mensura temporis secundum adæquationem, & terminationem.

Quid sentiant alij expositores.

Circa vero secundum dictum est sciendum, quod aliqui expositores dicunt, quod Phys. per instans secundũ substantiam intellexit primum mobile, & certum est, quod illud. s. primũ mobile manet idem in toto tempore. Per instans vero secundũ esse intelligitur indiuisibile in tempore, quod indiuisibile continuat partes temporis adinuicem, & certum est, quod tale instans non manet idem in toto tempore, & secundum istam expositionem facile est videre, quod instans secundum subiectũ manet idem in toto tempore, & quod instans secundum esse nõ manet idem in tempore.

Obiectio contra expositionẽ sic dictũ.

Illa tamen expositio non videtur conueniens, quia videtur, quod Phys. dicat, quod illud idem nunc quod manet idem secundum subiectum variatur secundum esse: prædicta expositio ponit, quod unum nunc manet secundũ subiectũ & aliud variatur secundum esse, & sic hæc expositio non videt ad propositum Phylosophi. Ideo põt aliter exponi. s. quod nunc seu instans manet idem in toto tempore secundum subiectum: & non secundum esse.

Prima expositio.

Quia idem instans numero realiter manet in omni differentia temporis successiue, quoniam illud idem instans, quod prius fuit futurum, postea est præsens, & deinde est præteritum, & sic instans manet idem secundum subiectũ: & in omni differentia temporis, sed variatur secundum esse, quia aliud esse habet cum est futurum, quia tunc habet esse in potentia: & aliud esse habet cum est præsens, quia tũc est in actu: & aliud esse habet cum est præteritum.

Secunda expositio eiusdem.

Et adhuc aliter põt exponi, quod instans manet idem in toto tempore secundum subiectũ: quia omnia instãtia temporis sunt in eodem subiecto successiue, sed tamen instans variatur secundum esse: hoc est in entitate, quia unum instans non est idem ens quod aliud instans, quamuis succedat sibi in eodem subiecto.

Tertia expositio eiusdem.

Adhuc potest aliter exponi. s. quod Phys. loquitur de instanti secundum magnitudinem aliquorum dicentium, quod instans causat tempus sicut aliqui imaginant, quod punctus per suũ fluxum causat lineam, & secundum istam imaginationem instans fluẽs manet idem secundum subiectũ in toto tempore: sed variatur secundũ esse, quia aliud esse hẽt in una parte temporis, & aliud esse habet in alia parte temporis, quia nunc est verum dicere, quod est in illa parte temporis: & tunc erit verum dicere, quod est in alia parte temporis: sed esse in ista parte temporis & esse in illa parte temporis est aliud, & aliud esse: accidentaliter tamen: sed loquendo de instanti continuante partes temporis adinuicem sic non est idem instans in toto tempore: aliud igitur dictum Philosophi. s. quod instans manet in toto tempore est sic intelligendum, videlicet quod instans manet idem secundum imaginationem in toto tempore diuersificatum tamen secundum esse accidentale solum: quia imaginando, quod instans fluẽs causet tempus: imaginat quod instans manet idem secundum subiectũ in toto tempore variatum solum secundum esse. Adhuc intelligendo dictum Philosophi de instanti continuante partes temporis sic potest intelligi, quod in toto tempore: hoc est in qualibet parte temporis manet idem instans secundum subiectum continuans partes temporis adinuicem diuersificatum secundum esse, quia aliud esse habet secundum, quod est finis præteriti, & aliud esse habet secundum quod est principiũ temporis futuri: nam aliud esse prædicatur: cum dicitur aliud instans est finis præteriti, & aliud cum dicitur instans est initium futuri, quia aliud prædicatum est esse finem præteriti, & aliud est prædicatum esse principium futuri, & quamuis illa sit vera in toto tempore, & in qualibet parte temporis, quod manet idem instans secundum subiectum diuersificatum secundum esse: tamen illa est falsa secundum illum modum dicendi scilicet idem instans secundum substantiam manet in toto tempore, quia in illa supponit ly instans pro aliquo instanti determinato, & denotatur quod hoc instans uel illud manet idem in toto tempore, sed in ista, In toto tempore manet idẽ instans supponit ly instans confuse tantum, & ideo non supponit pro aliquo determinato respectu totius multitudinis. De his responsionibus elige quam vis.

Quõ sit intelligẽdũ dictũ Phylosophi.

Etenim motus magnitudinem sequitur, & tps motũ, ut diximus. Quo fit ut & id, qđ fertur: quo motũ, & prius in ipso, posteriusve cognoscimus, punctũ sequatur. Hoc igitur subiecto quidem est idem. Est n aut punctũ, aut lapis, aut aliqd aliud tale Rõne vero diuersũ: perinde atq; sophistę: Corisc ũ in lycio: Coriscũ in foro esse: sumunt esse di-

A uersa Et hoc igitur vt alibi est, atq; alibi, est diuersum. At ipsum nunc sequitur id: quod fertur: perinde atq; tps sequitur motũ. Ipso nãq; quod fertur: prius in motu, posteriusve cognoscimus. Prius vero posteriusve, vt numerabile est ipsum ꝑfecto est nũc. Quare & hoc ipsum subiecto qui est idem. Est enim prius, aut posterius, quod est in motu. Ipso autem esse diuersum est, prius namque posteriusve: vt numerabile est ipsum est nunc.

Sequitur. n. sicut dictũ est magnitudinẽ motus. Hũc aũt tps, sicut diximus. Et similiter igitur puncto, quod fertur, quo motũ cognoscimus per prius in ipso & posterius. Hoc quoquidem quodcũque ens idẽ est. Aut. n. punctum, aut lapis, aut aliquid aliud huiusmodi est. Rõne aũt aliud est sicut sophistæ accipiũt alterũ Coriscum

B *in theatro esse alterũ Coriscũ in foro. Et hoc igitur in eo quod alibi, & alibi est alterũ. Id aũt quod fertur sequitur ipsum nunc, sicut tẽpus motũ. Eo. n. quod fertur cognoscimus prius, & posterius in motu. Scđm aũt, quod numerabile prius, & posterius ipsum nunc est. Quare, & in his quod quidem ens nunc est, idem est, prius mœ posterius est, quod in motũ. Esse autẽ alterum, secundũ enim, qđ numerabile prius, et posterius ipsum nunc est.*

Hæc est secunda pars primæ particulæ secũdæ partis prin. huius cap. in qua Phys. declarat solutionẽ dubitationis de instãti, & continet tres particulas. quoniã in prima Phys. declarat solutionẽ dubitationis. In secũda aũt ibi. [Et notum autẽ maxime] Remouet dubitationẽ. In tertia ibi: [Est quidẽ igitur.] Facit rememorationẽ de eo, quod declarauit. In prima igitur particula huius partis Phys. declarat solutionem dubitationis. Dubitatio uero erat talis, videlicet Vtrum

Quæ fit dubitatio de instãti.

C instans maneat idem in toto tempore vel non. Et solutio huius dubitationis mouebatur in parte præcedenti talis. s. quod instans manet idem in tempore secundum substantiam: sed non manet idem in tempore secundum esse: sed ut est aliud, & alterũ secundum esse. Vnde Com. super textũ immediate præcedentem probat hoc sic. Instans est in aliquo existẽti in dispositionibus diuersis, quia est in primo mobili, quod existit in dispositionibus diuersis, quia in diuersis partibus motus successiue. & illud quod est tale est vnum secundũ subiectũ, & duo secundum rationem, ergo instans est unum subiecto: & duo ratione: In ista uero parte declarat Phys. illam conclusionem, videlicet, quod instans est idem secundum subiectum, & diuersum secundum esse siue secundum rationem, & hæc est. 52. concl. huius li. quæ probatur sic. Sicut mobile se hẽt ad motum: ita instans se habet ad tempus: sed mobile manet idem secundum subiectũ in motu, & diuersum secundũ esse siue secundum rationem, ergo, &c. De qua ratione primo ponitur probatio minoris, secundo ponitur probatio minoris ibi [Hoc quidẽ quodcunque ens.] Tertio ibi.] Ei aũt quod fertur.] Reuertitur Phys. ad declarandum maiorẽ. Quarto ibi. [Quare, & in his.] Infert

52. concl. huius lib.

D Phys. conclusionem. Maior igitur declaratur sic. Sicut motus se habet ad tempus, ita mobile se habet ad instans: sed tempus sequitur motum, ergo instans sequitur mobile, ergo sicut mobile se habet ad motum: ita instans se habet ad tẽpus. Et hæc fuit maior principalis syllogismi. Huius pro syllogismi primo ponitur probatio minoris, secundo conclusio. Et postea probatio maioris. Probatio igitur minoris est talis: sicut motus se habet ad magnitudinem, ita tempus se hẽt ad motum: sed motus sequitur magnitudinem, ut prius dictum est, & ideo hunc. s. motum sequitur tẽpus sicut diximus prius. Vnde Commen. d hic, quod motus sequitur quantitatem, id est, magnitudinẽ in eo, quod est continuus, & ens. s. quoniam continuatio, & alia quæ hẽt secundũ, qđ est quantitas continua sunt in eo ex mensura i. ex magnitudine, sed qualiter cõtinuatio motus sit ex continuatione magnitudinis dictum est alibi: quoniam continuatio potest accipi, vel pro diuisibilitate in infinitum, & sic est uerum, quod continuatio motus est a continuatione magnitudinis, quia. n. magnitudo est diuisibilis in infinitum, ideo motus est diuisibilis in infinitum. Alio mõ accipit

Probatio minoris.

continuatio secundum quod distinguitur contra continuationem, & sic nulla sunt contraria nisi illa quæ sunt, & habent vltimum. Et accipiendo continuationem isto modo, sic non est verum, quod continuatio motus sit a continuatione magnitudinis, quoniam super magnitudinem discontinuam potest

Probatio maioris.

esse motus continuus, vt patet in quinto huius. Maiorem vero huius prosyllogismi, scilicet sicut motus se habet ad tempus; sic mobile se habet ad instans, probat phyl. d. Et similiter igitur puncto. Sicut instans se habet ad tempus, & mobile ad motum, sic punctus motus ad lineam, quam facit per suum motum, quoniam sicut punctus motus agit lineam, vt geometræ dicunt, & sicut translatum agit translationem, ita instans agit tempus. Cum igitur ista, scilicet magnitudo, motus, & tempus, consequantur se inuicem, necesse est ut agentia illa, scilicet mobile, punctus, & instans sequantur se adinuicem, vt d. hic Comment. & sic patet, quod sicut motus se habet ad tempus, sic mobile se habeat ad instans, & hæc fuit maior prosyllogismi.

Constructio literæ.

Construe igitur literam sic. Et similiter igitur puncto, supple instans se habet ad esse, & mobile ad motum. Similiter puncto, quod fertur, idest eodem modo, sicut punctus motus se habet ad lineam, quam facit per suum motum, sicut enim punctus motus facit lineam, ita instans facit tempus, & mobile motum. Et subdit phyl. d. Quo motum cognoscimus, & prius in ipso, & posterius illud est secundum quod exponit Com. translatum idest mobile cum hoc, quod agit motum est notius quam motus: cum per ipsum cognoscatur motus, & prius, & posterius, quæ sunt in eo sunt per illud, scilicet mobile, ipsum enim esse motum facit ipsum esse in diuersis locis, & dat partibus motus prioritatem, & posterioritatem, & sic instans est notius tempore, hæc Com. Sententia igitur phylosophi secundum istam expositionem Com. est ista, videlicet, quod sicut punctus motus facit lineam, sic mobile se habet ad motum, & instans ad tempus, quia sicut punctus motus facit lineam, sic mobile facit motum, & instans tempus, & per hoc quia mobile agit motum, & instans tempus, mobile est notius quam tempus, & per mobile cognoscuntur, & sunt prius, & posterius in motu, & instans est prius, & notius quam tempus, & per instans cognoscuntur, & sunt prius, & posterius in tẽpore. Deinde cum phyl. d. [Hoc quidem quodcunque.] Ponit probationem minoris syllogismi principalis, scilicet quod mobile manet idem secundũ subiectum in motu, & diuersum secundum rationem. Et primo declarat primam partem minoris d. hoc quidem, scilicet mobile qua ratione est quodcunque ens, hoc est quod est in vno subiecto continuo, vt exponit Com. hoc est quodcunq; ens nõ interruptum fuerit mobile idem est, hoc est mobile quodcunque ens fuerit manet idem secundum subiectum. Deinde declarat hoc exemplari declaratione d. quod mobile, aut est pun-

Expositio Comen.

ctum, aut lapis, aut aliquid aliud huiusmodi, & certum est, siue punctus moueatur: siue aliquod huiusmodi, semper manet idẽ secundum subiectum, idest, secundum rem. Sed est intelligendum, quod textus, quem Com. exponit loco huius textus, hoc quidem quodcunque ens habet sic, translatum secũdum quod est in aliqua hora est idem, quod Com. exponit sic. Idem trãslatum secundum quod est in uno subiecto continuo est idem, & dixit loco eius aliqua hora, quoniam cum idem indiuiduũ corrumpatur, & postea reuertatur erunt duo non idem, vt postea declarabitur, hæc Com. Deinde declarat aliam partem minoris principalis syllogismi, videlicet quod mobile est diuersum secundum esse, siue secundum rationem in motu d. quod mobile secundum rationem est aliud, sicut sophistæ accipiunt, dicentes Coriscum in theatro, & in foro esse alterum & alterũ, quoniam in eo quod est alibi, & alibi est alterum, & alterum, vnde potest fieri talis ratio secundum quod aliquid est alibi, & alibi est alterum, & alterum secundum esse, siue secundum rationem, sed mobile in motu est alibi, & alibi, quia est in alio, & alio loco. ergo mobile in motu est alterum secundum esse, siue secundum rationem, maior patet, quia sophistæ dicũt Coriscum in foro, & Coriscũ in theatro esse alterum & alterum,

Qualiter intelligẽdũ dictũ phylosophi & Comen.

quod non est nisi quia alibi, & alibi. Intelligendum quod illud commune dictum phylosophi, & Com. s. quod aliquid manet idem secundum subiectum & diuersum secundum esse, siue secundum rationem vel diffinitionem potest sic intelligi. s. quod per subiectũ intelligatur subiectum propositionis, & per esse, & rationem intelligatur prædicatum, nam esse est nota prædicati secundum phylosophum in li. perihermenias, prædicatũ est forma respectu subiecti, & forma dicitur esse ratio, & ideo per esse, & rationem potest intelligi prædicatum, & per diffinitionem potest intelligi prædicatio uel diffinitio prædicati, & secundum istum intellectum est verum quod mobile manet idem secundum subiectũ in toto motu, quia idem est subiectũ

A propositionis, de quo nunc est verum, quod est in vno loco, & de quo aliquando est verum quod est in alio loco. Vnde lapis motus sursum & deorsum est idem subiectum propositionis, de quo nunc prædicatur esse sursum, & de quo tamen prædicatur esse deorsum, de eodem tamen est alterum quantum ad prædicatum, quia aliud prædicatum est esse sursum, & aliud prædicatum est esse deorsum, & sic mobile manet idem in toto motu secundum subiectum, & diuersificatur secundum esse, & rationem, hoc est secundum prædicata diuersa, quæ verificantur de ipso, & etiam est diuersum secundum diffinitionem prædicatorum, quia nunc diffinitio vnius prædicati verificatur de ipso, & iam diffinitio alterius verificatur de ipso, & isto modo Coriscus in foro, & Coriscus in theatro est idem secundum subiectum, & alterum secundum rationem, hoc est secundum prædicatum, quoniam idem subiectum est, scilicet Coriscus, de quo verificatur esse in foro, de quo verificatur esse in theatro, tamen prædicatum est aliud & aliud, quia aliud est esse in foro, & aliud est esse in theatro, & tamen Coriscus idem est secũdum subiectum, & alterum secundum esse & rationem, hoc est secundum prædicatum, vt dictum est. Deinde tertio cum phyl.

Declaratio maioris.

dicit. [Et autem cum feratur, &c.] Reuertitur ad declarandum B maiorem principalis syllogismi quæ fuit illa. Sicut mobile se habet ad motum, ita instans se habet ad tempus. Et hoc declaratur duplici ratione. Prima ratio est talis. Sicut tempus se habet ad motum, ita instans se habet ad mobile, quod patet, quia sicut tempus sequitur motum, quia causatur a motu, ita instãs, sequitur mobile, quia causatur a mobili sicut tempus a motu, ergo permutatim; sicut mobile se habet ad motum, ita instãs se habet ad tempus. Et d. Comment. quod motus est causa temporis, quia est subiectum illius, quemadmodum magnitudo est causa motus, quia est subiectum motus. Deinde cum dicit.

Item alia declaratio.

[Quod fertur, &c.] declarat eandem maiorem secundo, & hoc sic. Sicut per mobile cognoscimus prius, & posterius in motu, sic per instans cognoscimus prius, & posterius in tempore, quoniam sicut per hoc, quod mobile fit in alio, & in alio loco cognoscimus quod in motu sit prius, & posterius, ita per hoc, quod instans numeratur secundum prius, & posterius cognoscimus prius, & posterius in tempore, & hoc est quod phyl. intendit cum dicit. [Et enim quod fertur,] scilicet per ipsum mobile secundum quod fit in alio, & alio loco cognoscimus prius, & posterius in motu. Et supple eodem modo C prius, & posterius in tempore secundum quod ipsum nunc est numerabile, scilicet secundum prius, & posterius cognoscimus prius, & posterius in tempore. Deinde cum dicit phylo. [Quare, & in his,] idest, in tempore & in motu est eodem modo, quoniam ipsum nunc secundum quod est ens est idem, scilicet secundum subiectum, sicut prius, & posterius quod est in motu, & hoc est sicut mobile existens in priori, & posteriori parte motus est idem, esse autem ipsius nunc est alterum, & alterum, secundum quod ipsum nunc est numerabile secundum prius, & posterius. Vnde Com. d. quod phylo. in hoc quod dixit, secundum enim quod numeratur, iterauit causam illius quod dixit, & secundum Com. causa est illa, quoniam esse instantis, & eius numeratio est ex hoc, quod translatum numeratur, idest multiplicatur secundum prius, & posterius.

Est etiam hoc maxime nunc. Nam & motio ob id quod mouetur, & latio ob id quod fertur est nota. Est enim hoc aliquid id quod fertur. Motus vero non est.

D

Et notum autem maxime hoc est. Et motus enim propter id quod mouetur, & loci mutatio propter id quod fertur. Hoc aliquid enim quod fertur, motus autem non.

HÆc est secunda particula secundæ partis primæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus remouet quoddam dubium tale, quoniam dictum est, quod instans & mobile consequuntur se adinuicẽ, ideo potest esse dubiũ vtrum instans sit magis notum quã mobile vel econuerso, illud dubiũ remouet phyl. dicens hoc. Mobile est maxime notũ, & ita mobile cũ hoc quod est prius instanti in esse est & notius apud nos, vt dicit Com. Quod aũt mobile sit magis notum quam instans declarat phylosophus, & est cõclusio. 53. huius libri: quæ probatur sic. Mobile est notius motu: quoniam motus cognoscitur per mobile, & loci muta- 53. concl. huius li.

tio

tio cognoscitur per id quod fertur.i.per translatum. Cuius ratio est, nam quod fertur.i. mobile est hoc aliquid, idest aliquid demonstratum.vt glossat Commenta. Et intelligo p demonstratum aliquod permanens, sed motus non est permaneus: ideo mobile est notius quam sit motus, & motus est notior tempore.ergo mobile est magis notum quam instans. Vnde Com formmat hanc rationem sic. Quæ est proportio motus ad tempus: eadem est proportio mobilis ad instans: sed motus est notior quam tempus. ergo mobile est notius quam instans. Notandum secundum Com hic, q mobile est notius motu: quia mobile est demonstratum in actu: sed motus non est demonstratu in actu .s. congregatu insimul sed mens facit ipsum. Et ex isto patet qualiter Com. intelligit, quòd motus non sit in actu totus simul, nec est demonstratus totus simul, sed intellectus facit motum in actu simul, quia actualitate simultatis nõ habet motus esse nisi ab intellectu, quoniam intellectus potest intelligere totum motum simul: & sic motũ habet esse totum simul in consideratione intellectus, sed non habet esse totum in simul extra considerationem intellectus.

Notandũ. Cõsimile sup. c. 88.

B. Est igitur tum idem id quod nunc dicitur semper: tum non idem. Quippe cum & id quod fertur tales subeat modos.

Est quidem igitur sicut idem ipsum quod nunc dicitur semper. Est autem sicut non idem. Et nanque est similiter quod fertur.

HÆc est tertia particula secundę partis primæ particulę secũdæ partis prin. huius ca. in qua phyl. ponit, & facit rememorationẽ de eo, quod declarauit dicẽs. Et ipsũ nunc quodammodo est semper idem, & quodammodo non est idẽ semper; & causa in hoc est, quia transmotabile tale est.s. quodammodo idem.& quodammodo non idem.& sic soluitur quæstio prædicta de instanti. Intelligendũ quod eodem modo se habet instans ad diuersas differentias tẽporis quo modo se habet mobile ad diuersas partes motus: sicut .n. idem mobile secundũ substantiã manet in diuersis partibus motus successiue: ita idem instans numero manet successiue in diuersis differentiis temporis: quoniam idem instans numero est primo futurum: deinde præsens, & postea præteritum, & in hoc est uera similitudo seu proportio inter mobile in comparatione ad motum, & instans in comparatione ad tps.: qm̃ quæ est proportio mobilis ad motum eadẽ est proportio instantis ad tps.i. quæ est proportio mobilis ad diuersas partes motus eadem est proportio instãtis ad diuersas differentias temporis. Si vero aliquis intelligit propositionem istã sic. uidelicet q sicut in omni motu est unũ mobile tantum secundum esse diuersum solũ rõne: ita in tẽpore est solũ unũ instans secundũ esse diuersificatum solũ ratione: sic dico q secundũ rei ueritatẽ non est talis proportio instantis ad tps. qualis est proportio mobilis ad motũ: quia in quolibet tpe sunt infinita instantia essentialiter diuersa, si igitur sic intelligitur propositio sic non est uera, nisi secũdum imaginationem: vt si imaginetur, q instans fluẽs causaret tempus tunc .n. esset idem instans in toto tẽpore causatiuum temporis cum essent infinita instantia continuantia partes temporis adinuicem: sed de hoc uidebitur in dubitationibus.& etiam aliqualiter dictum est prius.

Patet etiam nunc ipsum non esse: si tempus nõ sit: & tempus non esse. si non sit ipsum nunc. Nam vt simul sunt id quod fertur, & latio, sic & numeros eius quod fertur, & numerus ipsius etiam lationis sunt simul. Est enim tempus quidem numerus lationis. Ipsum autem nunc: eius quod fertur: perinde atque vnitas numeri.

Te.c.105. *Manifestum autem est quod nisi tempus sit: ipsũ nunc non erit, sicq; ipsum non erit: tempus non erit, simul non sunt sicut quod fertur, & loci mutatio, sic & numerus quod est eius quod fertur, & qui est loci mutationis. Tempus quidem enim est loci mutationis numerus. Ipsũ aũt nunc: ut quod fertur: ut unitas numeri.*

A HÆc est secunda particula secũdæ partis principalis huius ca in qua determinatur de substantia instantis assumẽdo rones eorũ quæ dicũtur de instanti: & continet tres partes principales secundum numerum triũ proprietatum quas phyl. attribuit instanti. prima est, q instans, & tps cõsequũtur se sic quod simul sunt & non sunt. secũda proprietas est, q instans continuat, & diuidit tps. tertia proprietas est, q instans nõ est pars tpis, sed accidens. Prima proprietas ponitur in prima parte.s. ibi [Manifestũ ãt est.] Secunda proprietas ponitur in secũda parte.s. ibi [Et continuũ iã tps.] Tertia proprietas ponitur ibi [Est aũt adhuc manifestũ.] In prima igitur parte huius particulæ. probatur prima proprietas, uidelicet, quod instans & tps consequuntur se in esse, ita quod si instans est: et, tps est.& econuerso.& hæc est quinquagesimaquarta cõclusio huius li. quæ sic probatur. Instans est numerus trãslati, & tps est numerus translationis, sed numerus translationis, & trãslati sunt simul. quia translatio, & trãslatũ sunt simul. ergo instans & tps sunt simul. Vnde rõ põt formari sic: sicut translatio & trãslatum se hñt adinuicem, ita numerus translati, & translationis se hñt adinuicem, sed translatum & translatio consequũtur se in esse, ita q si unum est: reliquum est.& econuerso. ergo numerus translationis, & numerus translati consequuntur se in esse: ita quod si unũ est, reliquum est, & econuerso, sed instans est numerus translati, & tps est numerus translationis, ergo instans, & tps consequuntur se; ita qđ si instans est. etiam tps est.& econuerso. Huius rõnis primo ponitur conclusio. De inde maior & patet in litera. Sed quia dicitur, q instans est numerus translati: ne p hoc credatur, quod instans sit numerus diuisibilis. Ideo phy. remouet hanc difficultatem .d. qđ ipsum nunc est numerus eius, quod fertur & non numerus diuisibilis, sed indiuisibilis: sicut unitas est mensura numeri.& non mensura diuisibilis, sed indiuisibilis. Vnde intelligendum qđ cum dicitur, qđ instans est numerus translati, & hoc dẽt intelligi.s. qđ instãs est numerus translati, videlicet quia oẽs partes translati sunt simul in eodem instanti: unde sicut instans est totum simul: & non est una pars eius prior, & alia posterior, quia instans non habet partem, & partem: ita translatum seu mobile est totum simul: quia sibi non repugnat habere omnes partes simul: talis mensura potest dici mensura quantum ad esse partium: quia omnes partes mensurati sunt in tali mensura.

Prima proprietas instantis. 54. concl. huius lib.

C Est præterea tempus ipso nunc continuum, atque diuisum Hoc enim ad lationẽ, & ad id, quod fertur accommodatur. Nam motus ac latio una est, ipso sane: quod fertur. Propterea quod unum est: & non subiecto. Sic enim intercapedines esse possunt: sed ratione. Distinguit etiam hoc priorem posterioremque motum.

Et continuum autem tempus est ipsi nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc. Sequitur.n. hoc ad loci mutationem, & ad id quod fertur, & motus.n. & loci mutatio una est ab eo quod fertur, quia unum & nõ quod cunque ens. Et nanque deficiet, sed non ratione. Et nanque determinat priorem & posteriorem motum hoc.

D HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundę partis principalis huius capituli, in qua ponit phy. secundã proprietatem instantis, quę talis est: uidelicet quod instans continuat, & diuidit ipsum tempus. vnde ista pars continet duas particulas, quia in prima phyl. narrat, & etiam declarat ipsam proprietatem per unam rationem. In secunda ibi. [Sequitur enim quodammodo.] Declarat eãdem proprietatem per aliam rationem, & remouet unum dubium. In prima igitur particula huius partis phylosophus narrat, quod instans continuat, & diuidit tempus, & per hoc instans quodammodo assimilatur unitati, & quodammodo differt ab unitate: quoniam instans, & unitas conueniunt in hoc: quoniam sicut numerus diuiditur per unitatem: ita tempus diuiditur per instans. sed differunt in hoc, quia tempus continuatur per instans, & numerus non continuatur per unitatem: & instans continuat tempus secundum quod est unum in substantia sua, & diuidit tempus secundum quod est finis præteriti, & futuri. Deinde cum dicitur. [Sequitur enim] et hic Phylosophus declarat illud quod

Sc̃da proprietas.

narrauit .s. quod instans continuat, & diuidit tempus, & hæc est quinquagesimaquinta concl. huius li. quę probat sic. Sicut translatū se hēt ad motū: ita istās se hēt ad tps. sed translatum continuat, & diuidit motū. ergo instās cōtinuat, & diuidit tempus. De ista probatione primo inuenitur cōclusio, cū dicitur Sequitur. n. hoc q instans continuat, & diuidit tēpus. si inspiciamus ad loci mutationem, & ad illud quod fertur. Deinde ponitur minor cum sua declaratione cum dicitur, quod locus, & loci mutatio vna est, & continua ab eo, quod fertur, hoc est, motus localis est vnus: & continuus ab vno mobili continuo: quod statim declarat d. Et non quodcunque ens, hoc est, ad continuationem motus non sufficit, q quodcūque ens maneat in principio motus, & in fine, sed oportet, q vnū & idē ens numero maneat in principiū motus, & continue p totū motū vsq; ad finē. si n. nō esset idē ens instans motum in principio motus, & in fine iam motus deficeret, & sic non manebit idem motus, & hoc est quod dicit. Et namque deficiet .s. motus si mobile non sit idem ratione: cum mobile sit aliud in principio motus & in fine, & per hoc, quod mobile est aliud ratione per hoc mobile diuidit motum. nam hoc .s. mobile determinat, & diuidit priorem partem motus a posteriori. & sic patet, quod mobile continuat, & diuidit motū. Intelligendum est, quod cum dicitur, quod motus habet continuitatem a mobili, quod illud potest tripliciter intelligi .s. vel de continuatione in esse: vel de continuatione in moueri: vel de continuatione quantitatiua vnde loquendo de continuatione in esse, & in moueri: sic est verum q quantitas motus dependet a continuatione mobilis: quoniam ad hoc, quod motus sit continuus requiritur, q mobile continue habeat esse a principio motus vsq; ad finem. Et hæc est intentio Com. dicentis hic sic. Causa in hoc, q translatio cui accidit tps est vna & continua: est quia est vnius translati existētis in aliqua hora, & non in alia: quoniam translatum quando deficit in esse in aliqua hora deficit motus in esse .s. quando priuatur ab aliqua hora priuatur motus, & similiter quando quiescit. hæc Com. Et ita patet, q continuitas motus dependet a continuitate mobilis quoniam ad hoc, q motus sit continuus requiritur, q mobile continue habeat esse a principio motus vsque ad finem in esse & in moueri, sed loquendo de continuitate quantitatiua qua vltima contingatorum sunt vnum sic ad continuitatem motus non requiritur continuitas mobilis, quoniam homo potest moueri motu continuo, & tamen cum hoc homo non est continuus secundum omnes partes tali continuitate quantitatiua, quoniam caro, & os non continuantur adinuicem.

Margin: 55. concl. huius li. — Notabile.

Atque hoc etiam accommodatur, quodammodo puncto Etenim punctum, & continuat longitudinem: & distinguit. Nam huius principium est illius finis.

Te.c. 106.

Sequitur autem & hoc quodammodo ad punctum. Et punctum enim continuat longitudinem & determinat. Est enim huius quidem principiū: illius autē finis.

HÆc est secūda particula secūdæ partis secundæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua phyl declarat eādē proprietatē p aliā rationē, & remouet vnū dubium. Deductio igitur talis est, sicut pūctus se hēt ad lineā: ita instans se hēt ad tempus, sed punctus continuat, & diuidit lineam. ergo instans continuat & diuidit tēpus. huius rōnis primo ponitur maior cū dicitur. [Sequitur aūt nunc & hoc] .s. instans ad punctum. hoc est, instans sequitur ad punctum: & p hoc idē phyl. intendit q sicut pūctus se hēt ad lineam q ita instans se habeat ad tps. Deinde ponitur minor cū dicitur. [Et punctū. n. continuat, &c.] quia est principium unius lineæ, & finis seu terminus alterius. Vel potest dici, quod in textu non ponitur nisi minor rationis cum sua declaratione, & secundum hoc minor ponitur in principio literæ. cum dicitur, Sequitur enim nunc. & hoc ad punctum, idest hoc continuare & diuidere sequitur ad punctum, & hoc declaratur, quoniam punctus continuat longitudinem, scilicet lineam: & determinat, hoc est, diuidit eam, & quod punctus diuidat lineam: probatur per hoc: quia punctus est principium unius lineę: & finis alterius. Et d. hic Com. sic, punctus. n. continuat lineam cum intelligitur differentia communis, & diuidit lineam illā cū intelligitur principiū vnius lineæ, & finis alterius. hæc Cō. Et sic patet qualiter punctus continuat, & diuidit lineam. Itē

Margin: Declaratio secundæ particulæ.

A d. Com. q ista actio, quæ est diuidere, & distinguere, est pūcti, & instantis principaliter: & nō scd'ario. Et d. Com. q phyl. dixit quodammodo cum dixit. Sequitur. n. hoc quodammodo punctum continuo, quia punctus inuenitur in actu super lineam: & instans inuenitur in potentia in motu cum sit impossibile demonstrare idem instans bis. hæc Com. Et ut mihi uidetur phyl. per actum intelligit actum permanētis, & intelligit q illud est in actu, quod secundum se totum permanet per tempus: & illud habet esse in potentia: quod habet esse instantaneum tantum. & ideo instans habet esse in potentia: quia non habet esse permanens, ideo non potest idem instans bis demonstrari, quia non habet essu bis, sed solum semel & instantaneum.

Verum cum hoc pacto quispiam ipsum sumit: vt ipso tanquam duobus utatur: tunc stetur necesse est. si punctum idem principium erit ac finis. Ipsum autem nunc quia id quod fertur mouetur aliud est atque aliud semper. Quare tempus est
B numerus non hoc sane, quod nunc ipsum perinde atque punctum: idem principium sumitur, atque finis, ob id porro quod antea diximus. Tunc enim erit. usus medij puncti tanquam duorum. Quare fiet vt stetur. Sed hoc potius, quod eam in hoc ipsa nunc subeunt rationem, quam extrema lineæ in eadem. Atque non vt partes.

Sed cum sic quidem accipiat aliquis tanquam duobus vtens vno: necesse est stare si principium & finis idem punctum erit. Ipsum aūt nunc propter id quod mouetur quod fertur: semper alterum est. Quare tempus numerus non sicut eiusdem puncti: quia est et principiū & finis: sed sicut vltima eiusdem magis: & non sicut partes, & propter quod dictum est. Medio enim puncto: tanquam duobus vtetur. ergo quiescere accidet.

C POstquam phyl. assimilauit instans puncto: remouet quoddam dubium: quia posset aliquis credere, quod esset omnino simile de puncto & instanti, ideo phyl. remouendo hoc dat differentiam inter punctum & instans: quæ differentia est talis, quia idem punctus potest bis demonstrari, sed idem instans non potest bis demonstrari, quia tunc tempus quiesceret, idest esset res permanens: quod est falsum: dicit enim phylo. quod cum aliquis accipiat: supple, aliquod indiuisibile utens uno tanquam duobus necesse est, supple illud indiuisibile stare, idest esse rem permanentem permanere. Vnde per stare intelligit, ut si aliquis accipiat idem punctum, ut principium, & finis. supple. est necesse punctū stare. hoc est esse rem permanentem, idest illud quod bis demonstratur, semel ut principium, & semel ut finis, necesse est quod sit res permanens, ipsum autem nunc semper est alterum propter illud quod mouetur, & fertur: hoc est ipsum nunc: semper est alterum propter ipsum mobile: quod in continuo est fluxu: quia enim mobile semper se habet aliter, & aliter: ideo instans semper est alterum, & alterum: & propter hoc non potest idem instans bis demonstrari: sed
D bene potest idem punctus bis demonstrari, ideo non est omnino simile de puncto, & de instanti, & quia idem instans non potest bis demonstrari, ideo d. phyl. quod tempus est numerus motus propter instans, quoniam tempus cognoscitur a nobis per instans, sed non est numerus motus propter instans, sicut linea est numerus propter punctum, scilicet quia idem punctus est principium unius lineæ, & finis alterius: & propter hoc cognoscitur linea, & fit mensura; sed tempus est numerus per instans accipiendo uno instantia, quæ sunt ultima eiusdem temporis. tempus enim non cognoscitur: & per consequens non fit numerus motus per unum instans bis acceptum, scilicet semel: ut principium futuri, & semel ut finis præteriti, sed tempus est nobis notum, & per consequens per tempus possumus numerare motum, & per duo instantia, quæ sunt ultima, idest principium & finis eiusdem temporis. Et hoc est quod dicit phylosophus. Quare numerus supple motus per cognitionem instantis: non sicut eiusdem puncti; hoc est non per cognitionem eiusdem puncti

supple

supple per quem cognoscitur linea, & hoc quia est principiū vnius & finis alterius. sed sicut vltima eiusdem magis, hoc est, tempus est magis numerus motus, sicut vltima. hoc est, sicut per duo instantia, quæ sunt vltima eiusdem temporis, illa autem duo vltima eiusdem temporis non sunt sicut partes temporis, sicut nec puncta sunt partes lineæ. Causa vero propter quam non cognoscimus tempus cognoscendo idem nunc tanquam finem vnius partis temporis, & principium alterius est propter illud, quod dictum est, quia si aliquis vteretur vno puncto tanquam duobus accidit punctum quiescere, idest, esse rem permanentem, & supple, igitur a simili, si vteretur vno nunc tanquam duobus quod sit principium vnius, & finis alterius accidit ipsum nunc quiescere hoc est esse rem permanentē, quod est impossibile. Hæc igitur sunt, quæ phy. narrat in remouendo illud dubium, videlicet an omnino simpliciter eodem modo se habet instans ad tempus sicut punctus ad lineam. Et primo narrat, quod differentia est inter punctum, & instans in hoc, quia idem punctus potest bis demonstrari, sed idem instans non potest bis demonstrari, quia instans non est res permanens. Secundo vero narrat rationem huius, & est, quod mobile per hoc, quia per suum motū causat instans est in continuo fluxu, & se habet aliter, & aliter, & per hoc, quod mobile se habet aliter, & aliter ipsum nunc est alterum & alterum. Tertio narrat, quod tempus nō est numerus sicut aliquid numeratum vel cognitum per vnum punctum, quod est principium vnius, & finis alterius, sed est numeratum, & cognitum per duo instantia, quæ sunt termini eiusdem temporis. Quarto narrat, quod instantia, quæ mensurāt tempus non sunt partes temporis. Quinto vero narrat causam propter quam tempus non est vnus numerus per vnum instans quod est principium vnius temporis, & finis alterius temporis, quia si sic idem instans demonstraretur bis quod est inconueniens, quia sic instans quiesceret, idest esset res permanens idem per aliquod totum tempus. Notanda sunt hic aliqua. Primo quod Commen. nihil d. vltra textum vsque ad illam partem Quare tempus numerus non sunt eiusdem puncti, &c. super illam d. Comment. sententiam iam dictam dicens sic. Tempus igitur est numerus attributus motui propter instans non sicut numerus qui attribuitur lineæ ex hoc, quia idem punctus accipitur vt principium, & finis, sed secundum quod instans accipit duo eiusdem temporis, scilicet vnum principium eius, & alterum finis. hæc Com. Ex quibus verbis patet, quod aliter est tempus numerus propter instans, & aliter est linea numerus propter punctum, quia tempus est numerus propter duo instantia inter quæ includitur, sed linea est numerus propter vnum punctum, quod est finis, & principium. Intelligendum hic, quod si per lineam intelligitur linea recta, sic punctus continuans partes lineæ adinuicē facit quod scimus, scilicet quod linea est diuisibilis in duas partes, sed per hoc non cognoscimus sufficienter quanta est linea illa, sed hoc cognoscimus per tria puncta, scilicet punctū continuantem, & per duo alia puncta terminantia lineam, & ideo linea recta non mensuratur per vnum punctum sufficienter, sed solum secundum diuisionem eius secundum duas partes, quia cognoscendo quod idem punctus est principium vnius lineæ, & finis alterius, cognoscimus, quod linea habet duas partes, & hoc innuit Com. hic. Si verò per lineam intelligitur linea circularis, tunc vnus punctus mensurat lineam secundum quod est principium, & finis, & lineæ eiusdem scilicet totius lineæ circularis, quoniam per hoc, quod idem punctus est principium, & finis eiusdem lineæ, cognoscitur, quod linea est circularis, sed neutro illorū modorum cognoscitur tempus per vnum instans, non primo modo, quia idem instans non potest sumi bis sine semel vt est principium vnius partis temporis, & vt est finis alterius partis temporis, quoniam instans non habet situm, nec esse permanens, cum enim imaginamus vnum instans esse finem præteriti ipsum fluit, & desinit esse antequam possit imaginari ipsum esse principium futuri. Nec secundo modo potest tempus mensurari vel cognosci per vnum instans, quia nullum instās est finis alicuius temporis, & præteritum eiusdem temporis.

Patet enim neq; nunc ipsum temporis esse partem: neque diuisionem motus. Quemadmodum neq; pūcta sunt lineæ, partes, sed duæ lineę semp.

Te. c.107. *Et adhuc manifestum quòd nulla pars ipsum nunc temporis est, neque diuisio motus sicut neque puncta lineæ. Lineę enim duæ partes vnius sunt.*

A Hæc est tertia particula secundæ partis princ. huius ca. in qua phyl. ponit tertiam proprietatem, quæ est talis, q instans sic se habet ad tempus quod non est pars temporis, & hæc est quinquagesimasexta concl. huius lib. vnde phy. primo declarat illam conclusionem. secundo declarat quomodo instans se habet ad tempus. Conclusio igitur probatur secundū expositionem Comm. sic. Diuisio vel differentia, quæ est inter duos motus non est pars motus, sed instans est diuisio vel differentia inter duos motus, scilicet inter motum priorem, & posteriorem. ergo instans non est pars motus, & per consequens non est pars temporis. De illa ratione primo, ponitur conclusio, deinde minor cum sua declaratione, quę talis est. Sicut puncta non sunt linea cum diuidant lineas, ita diuisio motus non est motus. Et intellige quod secundum illam expositionem phyl. hic per motum intelligit motum, qui est per se quātitas, & istę motus est quantitas successiua ipsius motus qui est de genere passionis, vt superius dictū est. Vnde per motum hic non debet intelligi forma fluens, nec fluxus formæ, sed debet intelligi quātitas successiua ipsius fluxus. Expositores phylosophi formant rationem sic. Sicut diuisio motus, hoc est, sicut mutatum esse, quod diuidit motum se habet ad motum, & sicut punctus diuidens lineam se habet ad lineam, sic instans se habet ad tempus, sed diuisio motus, scilicet mutatū esse non est pars motus, nec punctus est pars lineæ. ergo instans non est pars temporis. De illa ratione primo ponitur conclusio, deinde minor cum dicitur. Neque diuisio, & cum dixit quod punctus nō est pars lineæ declarat illud, dicens, quod duæ partes lineæ quā diuidit punctus sunt duæ lineæ, sed punctus non est linea. ergo non est pars lineæ. Deinde phyl. cum dicit.

56. concl. huius lib.

Ipsum igitur nunc, vt est quidem finis, tempus non est sed accidit. Vt autem numerat: numerus est. Nam fines quidem illius sunt solū: cuius sunt fines. Numerus autem horum æquorum denarius inquam, & alibi etiam est.

Secundum quidem igitur, quod est terminus ipsum nunc non est tempus: sed accidit. Secundum vero quod numerat numerus. Terminus quidem enim illius solum C *sunt: cuius sunt termini. Numerus autem qui est horum equorum decem alibi, & alibi est.*

CVm ipse declarauit, quod instans non est pars temporis declarat quomodo instans se habet ad tempus. Et intendit declarare, quod instans vno modo est accidens temporis, & est solius temporis, & alio modo non est solius temporis, sed aliorum a tempore, quoniam instans in eo, quod est finis temporis est accidens temporis, & est solius temporis, sed in eo, quod numerat alia non est solius temporis, sed aliorum a tempore. Vnde ista duo declarat phyl. hic, & possunt poni tres conclusiones. Prima quod instans est accidens temporis. Secunda quod instans est temporis, & solius temporis. Tertia quod instans secundum quod numerus est aliorum a tempore. Primo igitur probatur, quod instans est accidēs temporis, & hæc est quinquagesimaseptima conclusio huius lib. quæ probatur sic. Terminus est accidens eius cuius est terminus, sed instans est terminus temporis. ergo est eius accidens. De ista ratione solum ponitur veritas maioris cum conclusione. Vnde phyl. dicit, quod ipsum nunc secundum quod ipsum nunc D est temporis, non est tempus, sed accidit tempori, & per hoc habetur. s. quod terminus accidit, &c. habetur etiam conclusio, s. quod instans accidit tempori. Deinde phyl. narrat, q instans est numerus, & qualiter est numerus dicens, quod instans secūdum quod numerat, idest secundum quod diuidit tempus sic est numerus, quod est intelligendū sicut superius dictū est. s. q non solum vnum instans est numerus tēporis, sed duo instantia inter quæ includitur tēpus. Deinde phy. probat secundā cōclusionē, videlicet quod instans secundū quod est terminus tēporis est solius tēporis, & hæc est quinquagesimaoctaua cōclusio huius libri, quæ probatur sic. Termini sunt illius solius, cuius sunt termini: sed instans est terminus temporis. ergo instans secundum quod est terminus temporis est solius tēporis. Ille modus arguendi patet, quia maiori existente reduplicatiua, & minori non reduplicatiua sequitur conclusio reduplicatiua in prima figura: vt patet in Logica. De illa ratione non ponitur nisi maior in textu. Vnde est intelligendum, quod maior debet sic intelligi, scilicet quod terminus secundū quod est

57. concl. huius lib.

58. concl. huius lib.

minat, est illius solius tanquam terminus, cuius est terminus, potest tamen esse terminus alterius alio modo, & sic debet intelligi, videlicet quod instans secundum quod est terminus temporis est solius temporis tanquam terminus: potest tamen esse aliorum vt mensura vel numerus. Deinde phyl. probat tertiam conclusionem. scilicet instans secundum quod est numerus est aliorum a tempore, & hæc est quinquagesima nona conclusio huius libri. que probatur sic.

50. concl. huius li. Numerus secundum quod numerus non est illius solius in quo est subiectiue, sed instans est numerus, & est subiectiue in tempore, quia est accidens temporis, vt declaratum est. ergo instans secundum quod numerus est aliorum a tempore, & non solius temporis. De ista declaratione declaratio maioris ponitur in litera. vnde phyl. d. quod numerus istorum decem equorum, scilicet numerus denarius, quo numerantur illi decem equi, est alibi, & alibi, hoc est aliorum, & aliorum ab illis in quibus est subiectiue. vnde idem potest esse numerus multorum, & per hoc patet maior. Intelligendum hic, quod numerus habet esse subiectiue in aliquo vel in aliquibus, tamen est numerus aliorum ab illis, in quibus est subiectiue, vt denarius numerus qui est in decem digitis meis est subiectiue in decem digitis meis, & non est alibi, sed tamen per illum numerum denarium possum numerare decem canes, & decem equos, & sic de alijs. vnde per hoc, quod numerus decem digitorum meorum est mihi certus possum certificari de numero decem canum numerando eos per digitos meos, applicando cuilibet illorum vnum digitum, & sic est vnus numerus decem hominum & decem canum, quo scilicet numero numerantur decem canes, & decem homines, sed non est idem numerus existens subiectiue in decem hominibus, & decem canibus.

Dubium. Sed hic dubitatur, quia Com. d. hic, quod phyl. in illa parte. Manifestum est, &c. in qua ponuntur proprietates ipsius instantis, vult declarare subiectum ipsius instantis quid sit, nunc vero per ea, quæ hic dicuntur non declaratur subiecta instantis, sed solum proprietates accidentales ipsius instantis. ergo non videtur, quod phyl. declaret hic subiecta instantis, cuius tamen contrarium d. Commen. hic.

Solutio. Dicendum quod per subiecta instantis Commen. intelligit descriptionem instantis quæ datur per huiusmodi proprietates quæ sunt continuare, & diuidere tempus. nam vna descriptio instantis est esse diuisiuum, & continuatiuum temporis, similiter esse terminum temporis, & esse numeratiuum sunt quædam aliæ descriptiones instantis, & sic est verum quod Commen. quod phyl. declarat hic subiecta instantis, hoc est descriptionem instantis, nec possumus aliam quidditatem inuestigare nisi has descriptiones datas per proprietates accidentales.

Quæstio an aliquod instans maneat idem in toto tempore, & primo. Sed circa illud capitulum quæro vtrum aliquod instans maneat idem in toto tempore. Et videtur quod sic, quia vt patet per phyl. instans sequitur illud quod fertur, ita quod instans se habet ad tempus sicut mobile ad motum, sed mobile manet vnum & idem in toto motu si motus sit vnus & continuus. ergo instans manet vnum & idem in toto tempore si tempus sit vnum & continuum.

Secundo. Item si instans non maneret vnum & idem in toto tempore, tunc instans desineret esse, aut igitur desinit esse quando est, aut quando non est, non quando est, quia tunc simul esset, & non esset, nec quando non est, quia inter quodlibet instans in quo non est, & esse eius est tempus medium, igitur in isto tempore medio nec esset idem instans nec non esset.

Confirmatio. Hæc ratio potest confirmari, quia si hoc instans non semper maneret, tunc esset aliquando verum dicere. quod instans corrumpitur, aut igitur hoc instans corrumpitur corruptione successiua, aut corruptione subita, si corruptione successiua, ergo hoc instans manet per tempus, scilicet per totum illud tempus in quo successiue corrumpitur, si autem corrumpitur corruptione subita, aut igitur corrumpitur subito quando est aut quando non est, si quando non est, tunc semper esset verum dicere, quod instans corrumpitur, si autem detur, quod corrumpitur quando est, & cum simul sit corruptio subita, & corruptum esse, igitur si hoc instans corrumpitur quando est, sequitur quod hoc instans cum corrumpitur tunc non est, & sic hoc instans simul esset, & non esset, quod est inconueniens.

Tertio. Item Comment. d. quod instans agit tempus. sicut translatum translationem, sed oportet, quod illud quod agit tempus maneat idem in toto tempore. ergo.

Quarto. Item Comment. d. quod instans manet idem secundum subiectum, sed differt secundum diffinitionem instans igitur manet idem secundum subiectum suum in toto tempore. In oppositum vero arguo per rationes phylosophi. & primo sic. cuiuslibet finiti sunt duo termini, sed tempus aliquod scilicet dies est quoddam finitum, & instans est terminus temporis ergo non est semper vnum instans in toto tempore. Alia ratio phylosophi est, si instans manet idem in toto tempore, tunc illa quæ

A manent in eodem instanti sunt simul, sequitur quod ea quæ tunc fiunt & illa quæ postea erunt in millesimum annum sunt simul. Dicendum quod per instans possunt duo intelligi, scilicet vel illud quod per fluxum suum causat tempus, & illud non est intrinsecum tempori sicut nec mobile causans motum est intrinsecum motui, vel potest intelligi per instans aliquod indiuisibile intrinsecum tempori copulans partes temporis adinuicem. Vnde loquendo de instanti primo modo sic dico, quod idem instans secundum numerum manet in toto tempore sicut idem mobile manet idem in toto motu. vnde vt dicit Auic. instans quod manet idem in toto tempore non est instans circundatum præterito, & futuro, sed est extremitas mobilis. Vnde Auic. dicit. 2. suæ physicæ. ca. penul. quod in tempore, & in motu est aliquid, quod suo fluxu causat aliquid, scilicet quendam cursum, sicut punctus causat lineam, & dicit quod illud instans quod suo fluxu causat tempus non est tempus nec est instans quod ponitur inter duo tempora, & continuat illa, sicut punctus qui putatur suo fluxu facere lineam non est punctus, qui continuat partes lineæ adinuicem. Et Commen. dicit, quod instans agit tempus, sicut translatum translationem. Ex his patet, quod præter instans continuans

B partes temporis adinuicem, est aliquod instans, quod agit tempus, & illud potest dici primum mobile vel extremitas primi mobilis, & illud manet idem numero in toto tempore, sicut idem mobile secundum numerum hic inferius manet in toto suo motu, loquendo vero de instanti intrinseco continuante partes temporis adinuicem sic potest dici, quod instans manet idem numero secundum subiectum in toto tempore, sed non manet idem secundum diffinitionem, ideo d. phyl. quod ipsum non est quodammodo vt idem, est autem sicut non idem. Hoc autem quod dictum est, scilicet quod instans manet idem secundum subiectum in toto tempore potest dupliciter intelligi. Vno modo sic scilicet quod idem instans secundum subiectum manet idem in qualibet differentia temporis successiue, sic quod idem instans secundum subiectum est primo futurum, deinde præsens, & postea præteritum, & sic loquitur Commen. vt dicitur cum d. quod instans assimilatur mobili, quia sicut mobile manet idem secundum subiectum licet plurificetur secundum rationem prioritatis, & posterioritatis, ita instans est idem secundum subiectum & plura secundum prioritatem, & posterioritatem, & hoc idem d. quod idem est in-

C stans quod prius fuit futurum, & postea præsens, & postea præteritum, sicut idem est mobile quod mouetur in priori parte motus, & posteriori, & ipse d. ibi quod si mobile corrumperetur, & postea reuerteretur esset aliud mobile, & non esset motus continuus, & eodem modo est de instanti, quia si nonum instans continuum esset futurum, & illud idem non esset postea præteritum, sed aliud instans tunc non esset tempus continuum, sicut motus non est continuus si vnum mobile moueatur in priori parte motus, & aliud mobile in posteriori parte motus. Vnde manifestum est per se, quod idem instans secundum numerum manet in qualibet parte temporis siue in qualibet differentia temporis sic, quod illud idem instans, quod modo est futurum, iam erit præsens, & postea præteritum, illud tamen instans variatur secundum diffinitionem & secundum prioritatem, & posterioritatem, quia aliter debet diffiniri secundum quod est futurum, & aliter secundum quod est præsens, & aliter secundum quod est præteritum, vel variatur secundum diffinitionem, quia aliud prædicatum dicitur de ipso quando est præsens, & quando est præteritum, & alia diffinitio dicitur de eo quando est præsens, & quando est præteritum, quia de quocunque dicitur aliud prædicatum de eodem dicitur diffinitio

D prædicati. Alio modo potest instans intelligi secundum subiectum manere in toto tempore, quia omnium instantium in toto tempore manet idem & vnum subiectum, quia primum mobile est subiectum temporis, & etiam instans, & primum mobile manet idem in toto tempore, & sic videtur loqui Commentator de instanti. commen. 5. huius lib. vbi d. quod instans est idem secundum subiectum quando eius subiectum non desinit esse nec moueri. Adhuc potest dupliciter intelligi, scilicet quod instans manet idem secundum æquiualentiam in tempore, sicut locus manet idem secundum æquiualentiam locato quiescente, & variato corpore continente, idem enim & tantum faceret vnum instans in continuando partes temporis, quod faceret aliud instans. Aliter potest dici, scilicet quod instans manet idem secundum imaginationem in toto tempore, quia potest imaginari quod instans fluens causat tempus, sicut imaginatus Geometer quod punctus fluens causat lineam, sed illa imaginatio est falsa. Adhuc potest esse alius intellectus, scilicet quod idem instans secundum subiectum mane-

in

in toto tempore: quia idem instans est principium tēporis futuri, & finis præteriti, & ita est in qualibet parte temporis. quod idem instans secundum rem est initium futuri, & finis præteriti: tamen alia est ratio eius sēm quod est principium futuri, & alia sēm quod est finis præteriti: ideo dicitur quod instans manet idem in toto tempore subiectū non sēm diffinitionem. sic igitur patet aliqualiter quod instās manet idem in toto tempore, & q instans sit diuersum sēm diffinitionem potest multipliciter manifestari. Vno modo, quod idem instās est initium futuri, & finis præteriti: sed initium, & finis sunt duo contraria secundum diffinitionem, & hoc modo loquitur Com com. 15 huius libri. di q instans est duo quodammodo, secundum nos: qm̄ est principium futuri, & finis præteriti, & principium est aliud a fine sēm terminos. Et postea dicit qd instans est vnum vno mō, & duo alio modo, quia sēm quod est principium est aliud ab illo secundum quod est finis, & sic loquitur Commen. 6. huius com. 54. vbi dicit, quod instās quod est finis præteriti & initium futuri est indiuisibile secundum subiectum, & diuisibile secundum rationem. Alio modo pōt manifestari quo instans est diuersum sēm diffinitionem, quia illud idē instans q nunc est futurum postea est præsens: deinde præteritum. Et adhuc potest alio modo probari hoc idem: quia vt patet per Comm. com. 104 huius quarti, instans secundum quod inuenitur in rebus diuersis est numeratū ratione sēm mutationes rerum numeratarum quæ mēsurantur ab ipso, qm̄ idem instans in quod mensurat oīa mutata esse, & certum est quod numerare hoc non est mensurare illud: ideo instans sēm rationem variatur secundum rationē mensuratarum.

Ad primum. Ad primum argumentum dicendum est, quod loquendo de instanti quod per suum fluxum causat tempus sic est hæc propositio vera: sicut mobile ad motum ita instans ad tempus, & concedo, quod illud instans, quod causat tempus manet idem in toto tempore: sed si loquamur de instanti continuante partes temporis adinuicem, sic non est omnino simile de instanti, & de mobili, quia certum est, quod non est idem instans continuans partes temporis adinuicem. vnde phil. comparat instans continuans partes temporis, & punctum in linea adinuicem: sicut igitur non est idem punctus continuans omnes partes lineæ adinuicem ita non est idem instans continuans omnes partes temporis. Tamen aliquo modo similiter se habet instans intrinsecum temporis ad tpus: sicut mobile ad motum, quia sicut idem mobile secundū subiectum diuersificatum solum secundum rationem manet in qualibet differentia temporis successiue: vt dictum est prius, sic etiam idem mobile secundum subiectum manet in qualibet parte motus. sic idem instans sēm substantiā est finis tēporis præteriti, & initium temporis futuri &c. Et potest etiam dici, quod pro toto dicitur quod instans sequitur illud, quod fertur, quia instās numeratur sēm quod translatum est in locis diuersis, & hoc videtur esse de intentione Cōmen. comm.

Cō. 104. & co. 106. 104. & comment. 106 huius quarti. Vnde quia mobile motū est non bis in vno loco, sed continue in alio, & alio loco: ideo non est accipere idem instans bis existens præsentialiter: sed semper aliud, & aliud: & sic pro tanto dicitur quod instans sequitur illud quod fertur: quia instans multiplicatur secundum quod mobile est in diuersis locis: idem etiam vult

Aui. secūdo suæ meta. c. penul. t. mo. Aui. secundo suæ physicæ. c penulti. di. quod sicut mobili accidit ex hoc quod sicut mobile mouetur quod non est bis in eodem loco: ita non est idem instans bis: sed semper aliud, & aliud: & sic instans magis variatur ad varietatem mobilis quantum ad diuersa loca quam maneat idem: quia mobile manet idem. Intelligendum etiam quod instans dicitur sequi illud quod fertur propter tria. Primò, quia instans variatur ex hoc, quia mobile sit continue in diuersis locis. Secundo, quia sequitur mobile quantum ad identitatem, quia omnia instantia sunt in eodem mobili tanquam in subiecto. Et ita dicit Commen. quod instans manet idem quia semper in eodem subiecto ingenerabili, & incorruptibili. Tertio dicitur quod instans sequitur illud quod fertur. quia instans sequitur

Com. 14. ad mobile secundum cognitionem. nam dicit Commen. com. 14. huius quarti, vbi exponitur illa propositio videlicet. Instans sequitur illud, quod fertur, quod cognitio translati est causa cognitionis instantis: qm̄ translatum in esse est prius instanti, & ēt motus apud nos.

Ad secundum. Ad aliud argumentum dicēdū quod instans desinit esse qū est, vt sit ad hoc instans. In a, est illa vera a, est. & hæc simpliciter a, incipit esse. Vnde in illis q̄ habent suū esse hoc verbum incipit debet exponi p positionē præsentis, & per negationem præteriti, & hoc verbum desinit debet exponi per positionem præsentis, & negationem futuri, verbi gratia, ista a, incipit esse: debet sic exponi a, est & a,

A nunquam fuit prius: siue a, sine medio non fuit. Et illa a, desinit esse: debet sic exponi a, est & a, nūquam postea erit, & ideo vtraq; illarum est vera, s. a incipit esse, & a, desinit esse: si sic exponantur modo prædicto. Sed tu dicetes. Inceptio, & desinitio sunt opposita: sed opposita non simul verificantur in eodem. ergo. Item sequitur a, desinit esse ergo a incipit non esse: ergo illa erunt simul vera, scilicet a, incipit esse, & illa a, incipit non esse. Prima replica. Secunda replica.

Ad primā replica. Ad primum dicendum est, quod inceptio in communi, & desinitio in communi non sunt opposita, aliqua tamen inceptio, & desinitio sunt opposita, vt inceptio, & desinitio quæ exponuntur per affirmationem, & negationem eiusdem de eodem. Illa enim stant simul Sor. incipit esse albus, & Sor. desinit esse albus: quia illa sortes incipit esse albus: exponitur sic. sortes est albus, & Sor. sine medio nō fuit albus. & illa Sor. desinit esse albus. exponitur sic. Sor. non est albus, & Sor. sine medio fuit albus.

Ad secundam rep. Ad aliud concedo, quod illa stant simul a. incipit esse, & a. incipit non esse, quia eodem modo debet exponi vtraque vnde illud quod non habet esse ... simul incipit, & desinit esse. Et ad confirmationem dico, quod ad hoc instans non propriè corrumpitur, nec corrumpitur etiā aliquid propriè, nec etiam aliquid generatur propriè nisi illud,

B quod potest alterari. accipiendo tamen corruptionem pro desinitione dico, quod hoc instans corrumpitur quando est, & quando erit. Et cum dicitur, aut corrumpitur corruptione subita, vel successiua. Dico, quod corrumpitur corruptione subita, quia corrumpitur corruptione quæ non durat, nisi per instans. Et cum dicitur simul est corruptio subita, & corruptum esse. Dico, quod hoc est verum in his quæ corrumpuntur propriè, scilicet, per veram alterationem præcedentem: in quibus etiam est dare primum corruptum esse: sed in his quæ non corrumpuntur per alterationem præcedentem, & in his in quibus non est dare primum corruptum esse non est verum: immo in illis corruptio subita est, quando nullum corruptum esse illius rei est: nunc vero hoc instans non corrumpitur per veram alterationem præcedentem, nec est dare primum instans in quo est verum, quod hoc instans est corruptum.

Ad tertiū. Ad aliud principale dicendum, quod instans extrinsecum a tempore, scilicet, mobile seu extremitas mobilis causat instans, & manet in toto tempore idem, & hoc est concessum, vel forte secundum imaginationē mathematicorum loquitur qui imaginantur vnum instans influere, & causare tempus. Vel po-

C test dici, quod instans agit tempus, quia nihil de tempore habemus nisi nunc præsens, & est causa quare tempus est continuum.

Ad quartum. Ad aliud patet per prius dicta, quia dictum est æqualiter instans maneat idem secundum subiectum, tamen differt secundum diffinitionem.

ASSIGNANTVR RATIONES EORVM quæ dicuntur de tempore. Tractatus tertius. Cap. IIII.

Patet igitur tempus numerum esse motus per prius posteriusve: & continuum etiam esse: cum sit continui numerus vt diximus.

Te. c. 108. *Quod quidem igitur tempus numerus motus secundum prius & posterius sit: & continuum continui: námque manifestum est.*

D ISTVD est quartum capitulum huius tractatus, in quo determinatur de proprietatibus temporis reddendo ex diffinitione temporis iam assignata rationes eorum quæ dicuntur de tempore, & continet sex partes principales, quia in prima declaratur, quod tempus est continuum. In secunda ibi [Minimus autem numerus.] Declaratur quomōdo in tempore inuenitur minimum, & quomodo non. In tertia vero ibi [Manifestum autem propter quid.] Narrat quomodo quidā numeri dicuntur de tempore, & quidam non. In quarta ibi [Quod quidam autem vbique.] Narrat philosophus proprietates, quæ insunt tempori secundum quod tempus est numerus, & etiam narrat accidentia, quibus tempus differt a numero simpliciter. In quinta ibi [Amplius sic contingit.] Ponitur vnum accidens commune temporis, & motui circulari, quod est reiterare vnum, & idem secundum speciē. In sexta ibi [Non solum autem.] Declarat, quod non solum tempus mensuratur motu, sed econuerso, & per hoc est vnum accidens temporis, scilicet, mensurari motu. In prima igitur

tur parte principali huius ca. phil. declarat, q tempus est continuum, & hæc est sexagesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnis numerus continui est continuum: sed tempus est numerus continui, ergo tempus est continuum: de ista rône primo ponit declaratio minoris quæ talis est · tps est numerus motus, vt patuit ex præcedentibus, & motus est quoddã continuum, ergo tps est numerus continui. Deinde ponit maior cum dicit. Continuum nãq; manifestum est, hoc est manifestum est quod continuum est numerus continui. Vnde notandum est scd'm Com. q Phil. dicit: q tempus est numerus motus scd'm prius, & posterius: qm tẽpus est numerus motus non scd'm, q mens accipit illud habens partes tantum: sed scd'm q accipit illud habens partes priores, & posteriores, & facit rememoratione de hoc in loco. quia vult considerare de accidentibus temporis, hæc Com. Vnde motus potest mensurari scd'm q hẽt partes tm̃ per numerum simpliciter: nã possumus dicere, q motus hẽt duas medietates, vel quatuor quartas: potest etiam mensurari per magnitudinem super quam fit motus, & per ipsum mobile: qm motus capit diuisionem tã a magnitudine super quam fit motus, quam etiam ab ipso mobili: sed proprium est tempori mensurare motum, quia tempus habet partes priores, & posteriores, & quia Phil. vult determinare de proprijs accidentibus temporis: ideo fecit rememorationem de hoc dicit secundum prius, & posterius.

Numerus autem minimus absolutus quidẽ est dualitas inquã ipsa: quidã aũt partim est, partim non est. Veluti lineæ multitudine quidẽ minimus est. Duæ inquã lineæ, aut una. Magnitudine autẽ esse non potest. Omnis namque linea diuiditur sẽper. Quare similiter & tempus. Numero quidem minimũ unũ uel duo. Magnitudine uero non est

Minimus aũt numerus qui simpliciter quidem dualitas est. Quidam aũt numerus est: qui est quidem sicut est, tanquã non est, ut linea minima multitudine quidẽ est dua, aut una. Magnitudine quidẽ nõ est minima. Sẽper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter & tempus. Minimum enim quidem est secundum numerum unum, aut duo: secundum uero magnitudinem non est.

HAec est secunda pars principalis huius ca. in qua ostenditur qũo in tempore inuenitur minimum, & qũo in eo non inuenitur minimum. Et scd'm q dicit Com. per hoc declarabitur qualiter numerus acceptus in diffinitione temporis differt a numero simpliciter. Primo igitur Phil. ponit distinctionem de numero, & differentiam inter membra distinctionis, ex quibus postea concludit conclusionẽ, quam intendit, quæ talis est. s. quod quidam est numerus simpliciter, & quidam est numerus alicuius: siue numerus quodammodo, ut numerus alicuius rei determinatæ, sicut numerus motus, vel numerus vini. Numerus simpliciter est ille, quo oẽs res possunt numerari, ut duo, tria, quatuor, & sic de alijs: dicimus enim duo Angeli, duo homines, duæ relationes, & sic de omnibus alijs rebus. Numerus uero quidã, seu numerus quodãmodo est numerus determinati generis: sic q est mensura vnius generis rerum, & non alterius, ut vncia, uel libra est mẽsura in ponderibus, & pinta est mensura liquidorum, ut uini, vel aquæ, & illi duo numeri differunt in hoc, quia in numeris simpliciter est accipere minimum simpliciter, vt dualitas est numerus minimus simpliciter. Sed in numeris non simpliciter aliquo modo est accipere numerum minimum, & aliquo modo non v.g. linea est numerus determinatus, & non simpliciter, & est accipere minimam lineam aliquo modo, & aliquo modo non: quia est accipere minimam lineã secũdũ multitudinem, ut est vna linea, vel duæ: sed non est accipere minimam lineam scd'm magnitudinẽ, quia oĩs linea est diuisibilis in infinitum scd'm magnitudinem. Ex his igitur phil. concludit, q in tempore inuenitur minimum scd'm multitudinẽ, nõ aũt scd'm magnitudinem: & hæc est conclusio sexagesimaprima huius libri, & probatur sic. In quolibet continuo inuenitur minimũ scd'm multitudinem, non secundum magnitudinẽ, ut patet de linea, & alijs continuis: sed tempus est quoddã continuum, ergo in tempore inuenitur minimum secundum multitudinem, & non magnitudinem, maior patet, quia in quolibet continuo inuenitur vnum continuum, aut duo continua. sed vnum aut duo est minus secundũ multitudinẽ, & oẽ continuũ est diuisibile in infinitũ secundum magnitudinẽ. ergo in nullo continuo inuenitur minimũ secundũ magnitudinẽ. minor aũt patet ex conclusione præcedenti. s. quia tempus est continuũ. ergo in tẽpore inuenitur minimũ secũdũ multitudinẽ, vt vnum tempus, aut duo tempora: sed in tẽpore non inuenitur minimũ secundũ magnitudinẽ, quia tẽpus est diuisibile in infinitũ: oẽ. n. tẽpus est diuisibile in infinita tẽpora: & ideo quocunq; tempore est dare tps minus: quia pars est minor suo toto, vt dicit Com. quia illud q est numerus alicuius possibile est secundũ q numerus vnitatum indiuisibiliũ in isto genere inuenire minimum eius, & secundũ q est numerus alicuius cui accidit diuisio in infinitum non inuenitur minimũ in eo. Sed dubitatur vtrum in tempore inueniatur minimum aliquo modo, Et uidetur q non: quia in illo, qđ est diuisibile in infinitum non inuenitur minimũ: sed tẽpus qualitercunq; accipiatur est diuisibile in infinitum. ergo in tempore nullo modo inuenitur minimum. Dicendum q in tempore non inuenitur minimum simpliciter: tamen in tẽpore, & in quolibet continuo inuenitur minimum secundum multitudinẽ. s. vnum tẽpus aut duo tempora, vnde vnũ tẽpus quantũcunq; sit magnum est minimum secundũ multitudinem, quia vnitas est minima pars multitudinis: vnde quia tempus est diuisibile in infinitum: ideo non est dare minimum tempus secundũ multitudinẽ. Et si dicatur quod tempus minimum secundum multitudinem est diuisibile in duas medietates, quæ sunt partes multitudinis. ergo minimum secundum multitudinem non est diuisibile in partes multitudinis. Respondetur, cũ dicitur, q minimũ secundũ multitudinẽ est diuisibile in duas medietates, dico q verum est in duas medietates secundũ magnitudinẽ non secundũ multitudinem: qm illæ duæ medietates non sunt illius minimi secundũ multitudinẽ, quia vnitas non est diuisibilis in partes multitudinis: qm vna medietas vnius totius magnitudinis non est minor secundũ multitudinem quam suũ totũ, nec vnus annus est minor secundum multitudinem quam vna dies, vel vna hora: qm vnitas non est minor unitate. Et cum dicitur q duæ partes totius sunt partes secundũ multitudinẽ. Dico q non sunt duæ partes secũdum multitudinẽ maioris numeri, videlicet, quaternarij, vel senarij: sed sunt partes secundũ magnitudinẽ vnius continui q est minimum secundũ multitudinẽ. Vnde pars secundum magnitudinem est æqualis toti secundũ multitudinem: quoniam vna medietas secundum multitudinem est æqualis secundum magnitudinem toti, cuius est medietas. nam vna tota magnitudo non est maior secundum multitudinem quam vna eius medietas, quia sicut pars est vna, & minima secundum multitudinem: ita totum est vnum, & minimum secundum multitudinem.

Dubium.

Solutio.

Perspicuum etiam est, & cur velox quidem, ac tardum non dicitur. Multum autem & paucum, & longum, ac breue dicitur. Quo namq; continuũ est hoc, longum, & breue. Quo vero numerus est hoc multum, ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non est: quippe cum neque numerus quo numeramus velox vllus sit, atque tardus.

Tex.c.105.

Manifestum est autem propter quod tardum, & velox non dicitur. Multum autem, & paucũ, & breue, & longum. Secundum quidem. n. quod continuum est, & longum, & breue. Secundum autem quod numerus multum, & paucum, velox, & tardum non est, Neq; enim numerus quo numeramus, velox, & tardus nullus est.

HÆc est tertia pars principalis huius ca. in qua phylo. narrat q quædam proprietates continui, & quædam proprietates numeri dicuntur de tpe, & quædã non, & narrat tria, & vnum eorum declarat. Primo igitur narrat illa tria. s. quod tempus, nec est velox, nec tardum, & dicit q manifestum est propter quod tempus, nec est velox, nec tardum, & sic remouet unam proprietatem motus a tempore. s. esse uelox, uel tardum. Secundo narrat q tempus dicitur multum, & paucum qđ est proprium numero. Tertio autem narrat, q tempus dicitur longum, & breue, qđ est proprium quantitati continuę. Tempus enim est quoddam continuum, vt declaratũ est, & est numerus motus, & secundũ quod est quoddam cõtinuũ dicit longum, & breue. & scd'm quod est numerus dr multũ, & paucum. Deinde declarat phyl. primum istorum. s. quod

tempus,

tempus, nec est velox, nec tardum, & hæc est sexagesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. (62. concl. huius lib.) Nullus numerus quo numeramus est velox, aut tardus: sed tempus est numerus quo numeramus. ergo tempus, nec est velox, nec tardum, huius rõnis primo ponitur conclusio cum dicitur: velox autẽ aut tardũ non est: deinde ponitur maior cum dicit. Neque.n. numerus quo numeramus velox, & tardus nullus est: põt rñ hæc maior sic declarari: velox & tardum dicitur de aliquo secũdũ, ꝙ est numeratũ. dicitur. o. velox motus sc̃d'm ꝙ paruo tempore mensuratur, tardum autem econuerso: sed motus tardus dicitur secundũ ꝙ longo tempore mensuratur, & sic manifestum est, ꝙ numerus quo numeramus sc̃d'm ꝙ huiusmodi, nec est velox, nec tardus. (Dubium.) Notãdum quod Com. mouet hic talem dubitationem. qm̃ dictum est, quod tempus est longũ, & breue sc̃d'm quod est continuum, & est multum, & paucum sc̃d'm quod discretum est: tempus igitur est continuum, & etiam discretum. Dubitatio igitur est illa cum tempus sit continuũ, & etiam discretum: quare Phil. diffinit ipsum per discretũ dicens, quod tempus est numerus, & non diffinit tp̃s per continuum. Hanc igitur dubitationem mouet Com. d. sic: & quæret aliquis si tempus quodammodo est discretum, & continuum: quare Phil. diffinit ipsum per discretum dicens ipsum esse numerum. (Ad dub.) Ad hanc dubitationem ãdet Com. d. sic dicamus igitur ad hoc quod extra mẽtem non est nisi motum, & motus, & tempus nõ fit nisi quando mens diuidit motum per prius, & posterius, & hæc est intentio numeri motus. i. motum esse numeratum. igitur subiecta temporis quæ est in eo quasi forma est numerus: & qd' est in eo quasi materia est motus continuus: qui non est numerus simpliciter: sed numerus motus. continuatio igitur accidit gratia materiæ, & discretio. s. numerus gratia formæ, & est compositum ex duabus quantitatibus, scilicet discreta, & continua, & ista compositio accidit mensuræ, idest, magnitudinibus quæ diuiduntur, & consideratio in quarto Euclidis est de magnitudinibus secundum ꝙ sunt numerus: vel ut habet alia litera, quæ sunt numerus. hæc Com. (Primum.) In quibus dictis in rñdendo continentur quinque. Primum est, ꝙ extra mentem non est nisi motus, & motum, ꝙ sic intelligo quod de his tribus requisitis ad motum quæ sunt mobile motũ, & tempus nihil est in actu actualitate simultatis quãtum ad se totum, uel quantum ad aliquas partes eius, quarum quælibet est extra aliam nisi motum, i. mobile, & motus: qm̃ mobile est totum simul in actu, & motus quantum ad aliquas eius partes, quarũ quælibet est extra aliam in actu simultate quas habet secundum diuisionem mobilis, & pars motus existens in una parte est simul simultate temporis cum parte motus existente in alia parte mobilis, & utraque istarum partiũ motus est totaliter extra aliam: sed tp̃s. nec secũdũ se totũ, nec sc̃d'm aliquas eius partes: quarũ q̃libet est extra aliã est in actu actualitate simultatis, ut patet ex prædictis. (Secũdum.) Secundum est, ꝙ tempus non fit nisi quando mens diuidit motum in prius, & posterius, quod sic intelligo, ꝙ tempus non fit in actu mensurandi motũ, nisi qñ mens diuidit motum in prius, & posterius percipiendo actualiter prius, & posterius in motu, & hæc est intentio numeri motus: hoc est de ratione numeri motus, per quem actu numeratur motus. s. quod mens per istum numerum diuidat motũ in prius, & posterius, illa tamen res, de qua tempus prædicatur habet in actu esse existentiæ sine actione mentis: sed non habet esse in actu mensurandi sine mẽte. (Tertium.) Tertium est, quod subiecta tẽporis est quasi forma, quæ est numerus, & quod est in eo quasi materia est motus continuus, qd' sic intelligo, quod illud, ꝙ prædicatur per hanc vocem tẽpus in actu habet pro formali in eo numerum quia hæc vox tempus in actu significat idem, ꝙ hæc oratio quantitas successiua motus, quo actu numeratur motus, vel actu numerans motũ, & certum est, ꝙ formale in significato huius totius orationis est numerus, quia illud quo aliquid numeratur est numerus, & qd' dicitur: illud ꝙ est quasi materia est motus cõtinuus, si per motum intelligatur motus de genere passionis: sic motus est materia temporis non ex qua. sed in qua. si uero per motũ intelligatur motus qui est per se de genere quantitatis, scilicet quantitas successiua motus de genere passionis: sic materia rei significatæ per hanc uocem tempus in actu est motus continuus. quia hæc vox tempus in actu significat idẽ quod hæc dictio motus qui est quantitas numerans, seu mensurans motum de genere passionis. (Quartũ.) Quartum dictum est, quod motus est compositus ex duabus quantitatibus, scilicet discreta, & continua: & hoc intelligo sic, ꝙ si per tempus intelligitur illa res quæ dicitur tẽpus, & cui accidit, quod sit tẽpus in actu sic per compositionem ex continuo, & discreto, intelligo habere per res quibus competit discretum sub una ratione, & continuũ

A sub alia: quoniam illa res quæ est tempus secundum, quod habet partes copulatas ad terminum communem habet rationem continui, & secundum quod habet duas partes, scilicet, duas medietates, uel tres partes, aut quatuor, quarum una est extra aliam habet rationem discreti. Nec debet aliquo modo intelligi, quod tempus componatur ex quantitate continua, & discreta. sed ista quæ est tempus habet rationẽ quantitatis continuæ, & discretæ modo quo dictum est, si uero per tempus intelligitur, illud quod hæc vox tempus significat in actu; tunc conceditur quod tempus componitur ex quantitate continua, & discreta, quia significatum huius uocis tempus in actu componitur ex quantitate continua, idest, ex quantitate successiua motus, & ex numero, idest, ex numero motus. Vnde significatum huius uocis tempus in actu est illud totum. quantitas successiua motus qua actu numeratur motus secundũ prius, & posterius: & illud totum significatum non est per se in genere, nec aliquid per se unum, ista tamen res quæ est tẽpus est per se unum, & est per se in genere quãtitatis. Quintum dictum est, quod talis cõpositio, scilicet ex quantitate continua, & discreta accidit magnitudinibus quando diuiduntur, hoc est quando numerantur per integrum, & sic conceditur de magnitudinibus in 10. Euclidis: quoniam in 10. Euclidis B determinatur de magnitudinibus secundum quod sunt rationalibus, idest, numeratiuæ, & non sunt numeratiuæ nisi secundum, quod habent rationem discreti: quoniam vlna non mensurat pannum nisi secundum quod semel, uel bis, &c. replicatur in panno, & sic habet rationem discreti. Eodem modo tẽpus non numeratur motu nisi per rationem discreti, Vnde eo modo componitur tempus ex continuo, & discreto: quoniam magnitudo rationabilis componitur ex continuo, & discreto: quoniam illa res quæ est magnitudo rationabilis nõ est realis, nec est realiter ex continuo, & discreto: sed habet rationem continui, & discreti secundum quod mensurat: tamen illud quod significatur per hanc vocem magnitudo rationabilis componitur ex continuo, & discreto, & eodem modo est de tempore.

Est etiam idem simul vbique: non est autẽ idem tẽpus prius posteriusve. Quoniam & mutatio præsens quidẽ est una: facta uero, futuraq; alia. Tẽpus C autẽ numerus est non quo numeramus, sed qui numeratur. Atque hoc sanè aliud est prius, atq; posterius semper. Nam ipsa nũc alia sunt (vt patet.) Est autem vnus idemq; numerus centum hominum, centumq; equorum. At ea quorum est numerus equi inquam, & homines sunt diuersa.

Et idem autẽ ubique simul: & prius, & posterius non idẽ, quia & mutatio præsens quidem una: facta autẽ & futura ultra est. Tẽpus autẽ numerus est: non quo numeramus: sed quod numeratur, vel numeratũ. Huic autẽ accidit prius, & posterius semper esse alterũ: ipsa.n. nũc semper altera. Est autẽ numerus unus quidem & idem qui est centum equorum, & qui est centum hominum. Quorum autem numerus alter est equi ab hominibus. Te. c. 110.

D HAec est quarta pars principalis huius ca. in qua Philos. narrat proprietates quæ accidunt tempori secundum quod tempus est numerus, & etiam numerat accidentia, quibus tempus differt a numero simpliciter. Dicit igitur Philosophus primo, quod tempori secundum, quod est numerus accidit, quod non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, seu motuum: sed tempus primum est idem simul in omni motu, & in omni loco, hæc igitur proprietas accidit tempori secũdum quod tempus est numerus, scilicet nõ multiplicari ad multiplicationem numeratorum, seu motuum. Et dicit Commen. quod causa etiam in hoc est: quoniam instans non multiplicatur per multiplicationem motorum, aut motuum cum sit numerus eorum, & numerus multiplicatur per multiplicationem numerati. hæc Commen. Intelligendum, quod cum dicitur, quod tempus est idem vbique illud habet intelligi de tempore primo, s. quod est in primo motu subiectiuè, & est quantitas successiua primi motus: quoniam illud tempus est idem vbique assistere, seu præsentialiter, quod simul existit præsentialiter cum omnibus

eis.

existentibus: sed non est idem vbique insistenter: quia non est subiectiue in omnibus entibus: sed in primo motu: & quia non diuiditur ad diuisionem mobilis: sed solum diuiditur secundũ longitudinẽ durationis tanquam linea successionis: ideo nõ est vna pars primi temporis apud existentes in Oriente, & alia apud existentes in Occidente: sed est simul simoliate præsentiæ, & sic idem apud omnes: sed non est sic de primo motu: quia primus motus diuiditur secundũ diuisionem mobilis: & ita secũdum aliã, & aliã partem eius est apud existentes in Oriente, & apud existentes in Occidente: sicut dictum est superius. Deinde narrat Phyl. quid accidit tempori secundũ, quod est numerus simpliciter: sed numerus determinatus ipsius motus, dicit prius, aut posterius, & dicit, quod tempus secundum, quod est numerus motus habet prius, & posterius diuersa. Et ratio propter quam prius, & posterius temporis sũt diuersa est: quia prior pars motus, & posterius sunt diuersa. nam mutatio præsens quæ est pars motus, & mutatio præterita, & futura sunt diuersa. Tempus enim nõ est numerus, quo numeramus simpliciter: sed est illud quo numeramus motum: & idem sibi accidunt prius, & posterius altera: ipsa enim nunc semper sũt altera, & altera: & sic patet: quare accidit tempori habere prius, & posterius diuersa: hoc enim accidit: quia non est numerus simpliciter, sed est numerus motus: & ideo sicut motus habet prius, & posterius altera: ita tempus habet prius, & posterius diuersa. sed si tempus esset numerus simpliciter: tunc eadem pars temporis, quæ est numerus prioris partis motus: etiam esset numerus posterioris partis motus. Nam numerus simpliciter est vnus, & idem respectu diuersorum numeratorum: quia idem est numerus centum hominum, & centum equorum: sed numerus numeratus diuersorum non est idem: quoniam centum homines sunt aliud a centum equis. Sic igitur apparent tria: quorum primum est quid competit tempori; Secundum, quod tempus est numerus, & est esse idem apud omnes. Non enim est unum tempus primum apud habitantes in Oriente, & aliud apud habitantes in Occidente: sed idem tempus est simul apud omnes. Secundum est quid accidit tempori secundum quod est numerus motus, & non simpliciter, & est habere partes priores, & posteriores diuersas. Tertium est, quod numerus simpliciter non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum siue ista numerata simul existant siue non simul existant: sed vnum per prius, & reliquum per posterius. Per numerum enim quinarium digitorum vnius manus meæ possum numerare quinque homines simul existentes, & quinque annos sibiinuicem succedentes. Notandum, quod Com. hic super illud dictum Phylosophi, videlicet, idem est numerus centum hominum, & centum equorum dicit sic, quod Phyl. declarat ex hoc: quoniam hoc est proprium numero simpliciter, quod non multiplicatur per multiplicationem suorum subiectorum, & quod subiecta multiplicantur, & quod illud, quod est numerus quoddammodo, & numeratum alio modo sicut est dispositio in tempore: accidit ei vtrumque, scilicet multiplicari ad multiplicationem subiecti, & adunari per formam, scilicet secundum, quod est numerus, & ex hoc modo prius, & posterius in tempore sunt idem in omnibus multiplicata per multiplicationem eorum, sicut est dispositio eorum in instanti, & causa in hoc est, quia est prius, & posterius in motu continenti totum, & ideo omnia sunt in tempore: quia sunt in sphæra mundi. Vnde quidam existimauerunt tempus esse sphæram, aut mundum. hæc Commen. In quibus dictis duo continentur. primum est, quod hoc est proprium numero simpliciter non multiplicari per multiplicationem suorum subiectorũ. & intelligo hic per subiecta ipsa numerata. Vel potest distingui de subiecto numeri: quia quoddam est subiectum numeri, in quo numerus est, & quoddam est subiectũ numeri circa quod numerus est, & illud est ipse numerus, vel ipsa numerata. Numerus non cõparatur ad subiectũ in quo tanquã forma in re, vel respectu subiecti in quo dicitur numerus formalis: sed ad subiectũ circa quod cõparatur numerus sicut mensura ad mensuratũ, & respectu illius dicitur numerus simpliciter, seu numerus mathematicus. Vnde est in re numerus formalis, & numerus mathematicus, sicut numerus quinarius qui est in 5. digitis meis respectu digitorũ, in quibus subiectiue dicitur numerus formalis, sed respectu numeratorũ, ut respectu canum, & equorum dicitur numerus mathe. Dico igitur, quod posito, quod numerus sit quidam res distincta a rebus numeratis, quod numerus multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, in quibus est, quia alius numerus quinarius est subiectiue in quinque equis, & alius in quinque canibus, sed numerus non multiplicatur ad multiplicationem subiectorum circa quæ est, quia non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, & hoc intendit hic Commen. Vel si per subiecta intelligantur subiecta, in quibus est numerus subiectiue, tunc dico, quod subiectũ numeri, in quo est duplex: s. partiale, & totale, subiectum totale est ipse res numeratæ, ut subiectum quinarij existentis in quinque digitis meis sunt quinque digiti, sed subiectum partiale est subiectum vnius vnitatis vnius numeri, & sic vnus digitus est subiectum partiale numeri existentis in digitis meis, tunc dico, quod numerus multiplicatur ad multiplicationem subiectorum totaliũ, in quibus est, quia alius quinarius est subiectiue in quinque digitis meis, & alius quinarius est subiectiue in quinque equis, sed numerus non multiplicatur ad multiplicationem subiectorum particularium, quia vnus quinarius est in quinque digitis subiectiue, nec multiplicatur quinarius ad multiplicationem digitorum, & hoc est proprium numero, scilicet habere plura subiecta particularia actu distincta, ad quorum multiplicationem multiplicatur numerus, vel potest etiam dici, quod Com. loquitur de numero considerato mathematice: quoniam talis numerus sic consideratus non terminat sibi certum subiectum, sed quantum est ex natura sua sibi nõ repugnat esse in quibuscunque subiectis, & sic non multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, in quibus non repugnat sibi esse subiectiue: & ideo hoc est propriũ numero simpliciter, ut dualitati, trinitati, & sic de aliis non multiplicari ad multiplicationem subiectorum, a quibus abstrahitur secundum intellectum in quibus subiectiue non repugnat esse quãtum est de sua natura. Secundum dictum est, quod numerus quodammodo, & numeratum alio modo cuiusmodi est tempus sibi accidit vtrumque, scilicet multiplicari ad multiplicationem subiecti in quo est, & quod subiectũ sibi determinat, & adunari per formam, scilicet secundum, quod est numerus, verbi gratia, duo homines, & duo equi vno modo sunt numerus, quia per duos homines possum numerare equos canes, & alio modo sunt numerata, & vno modo multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, quia duo homines non sunt duo equi, & alio modo adunantur. s. per formam. s. secundum, quod est numerus: duo. n. homines, & duo equi adunantur, & conueniunt in dualitate, & isto modo prius, & posterius in tempore sunt idẽ in omnibus motibus non multiplicatis per multiplicationem eorum, prius enim & posterius in primo tempore non multiplicantur ad multiplicationem motuum infinitorum, sicut nec instans primi temporis multiplicatur ad multiplicationem motuum, seu mobilium. Et causa propter quam prius, & posterius in tempore, & etiã in instanti non multiplicantur ad multiplicationem motuũ, vel mobilium secundum Commen. est: quia prius, & posterius, & etiam instans primi temporis sunt in motu continente totum. i. in motu primi cœli continente omnia ista inferiora, & ideo omnia sunt in tempore, hoc est in eodem tempore, primo, quia sunt, & continentur in sphæra mundi, idest, in suprema sphæra, & ideo sicut eadem sphæra, idest, suprema continet omnes motus inferiores, ita idem tempus primum, & per consequens idem prius, & posterius, & instans est omnium motuum mobilium inferiorum.

Secũdum dictum.

Præterea, vt motus idem, ac vnus iterum, atq; iterum esse potest, sic & tempus idem vnumque esse potest, velut annus, ver, autumnus.

Te. c. 131.

Amplius sicut cõtingit motum esse eundem, & unũ iterum, & iterum: sic & tempus contingit, ut hyemẽ, aut ver, aut autumnum.

HAec est quinta pars principalis huius cap. in qua ponit Phyl. vnum accidens commune tempori, & motui circulari, quod est iterare vnum, & idem secundum speciem, dicit igitur Phyl. quod sicut motus circularis iteratur idem secundum speciem, nã ab eodem signo a quo prius mouebantur sol mouebitur postea sic, quia si tempus sequitur motum circularẽ tempus reiteratur idem secundum speciem, verbi gratia, hyems, ver, & autumnus reuoluuntur, & redeunt eadem non secundum numerum: sed eadem secundum speciem.

Atqui non solum tempore motum: sed etiã tẽpus motu metimur, ex eo sanè, quia a sese vicissim definiuntur. Nã tẽpus quidem definit motũ, quippe cũ sit ipsius numerus, uti diximus. Motus autem tempus. Atque multum paucumve dicimus

tempus,

Primum quod competit tempori. Secũdum quod accidit tempori. Tertium quid competit tempori. Notandũ. Primum dictum.

A B C D

tempus, motu metientes ipsum perinde, atque nu merum re numerabili numerabimus, vt vno equo numerum ipsum equorum. Etenim numero quidẽ multitudinem equorum: vno autem equo numerũ ipsum rursus equorum cognoscimus. Similiter fit, & in tempore, atque motu. Tempore namque motum, motu vero tempus metimur.

Te.c.112. *Non solum autem motum tempore metimur, sed motu tẽpus propter diffiniri adinuicẽ. Tempus quidem.n. determinat motum, cum sit numerus ipsius motus autẽ tempus. Et dicimus multum, aut paucum esse tempus, motu mensurantes, sicut & in numerabili numerũ. Numero quidem equorum multitudinem cognoscimus. Iterum autem vno equo equorum numerum ipsum, simul autem & in tempore, & motu est. Tẽpore quidem enim motum, motu autem tempus mensuramus.*

Ista est sexta pars principalis huius ca. in qua declaratur quod non solum tempore mensuramus motus, sed econuerso. Vnde phyl. hic declarat quod tempus mensurat motum, & motus mensurat tempus, & hæc est 63. conclusio huius lib.
63. concl. huius lib. Ista igitur pars continet duas particulas secundum, quod dupliciter phy. probat conclusionem illam. Secunda particula in-
Prima ra. cipit ibi. [Et hoc rationabiliter accidit.] In prima igitur particula huius partis phy. ponit vnam rationem quæ talis est. Omne illud cuius multitudo, & paucitas determinatur per aliud mensuratur per illud, sed paucitas, & multitudo motus determinatur per tempus, & etiam multitudo, & paucitas temporis determinatur per motum. ergo tempus mensurat motum, & etiam motus mensurat tempus. Vnde ex hoc quod tempus, & motus adinuicem diffiniuntur, oportet accipere quantitatem vnius secundum quantitatem alterius. Quod enim tempus mensuret motum contingit ex hoc, quia tempus est numerus motus, sed motus determinat, & mensurat tempus quo ad nos, namquandoque secundum quantitatem motus nobis certam cognoscimus quantitatem temporis, vt cum dicimus, tempus est multum, aut paucum secundum quantitatem motus nobis certam, quoniam quando motus est nobis certus, tunc per motum mensuramus tempus cognoscendo quantitatem temporis per motum nobis certum. Huius rationis primo ponitur conclusio, deinde minor, & probatio minoris quantũ ad vtrãque partem eius, cum dicitur. Tempus determinat, idest mensurat motum, quod probatur per hoc, quia tempus est numerus motus, deinde probatur alia pars minoris, s. quod motus mensurat tempus cum dicitur. Et dicamus multum, & paucum esse tempus motu mensurantes. s. ipsum tempus, & hoc probatur. per numerabile quandoque mensuramus numerum, & econuerso, sed motus est mensurabilis numerabilis, & tempus est idem numero. igitur per motum quandoque mensuramus tempus. Quod autem per numerabile quandoque mensuremus numerũ, & econuerso, patet, quoniam per numerũ equorum, equorum multitudinem cognoscimus. v. g. Sint hic decẽ equi, tunc si aliquis sciens numerare, seu computare vsque ad decem, & ignorat quot equi sint hic ipse potest per numerum denarium sibi notum cognoscere quot equi sunt hic, & si per numerum cognoscimus multitudinem equorum, idest quot equi sunt hic. similiter vno equo, vel equis ipsis possumus cognoscere numerum equorum. v. g. vt si quis sciat quod decem equi sunt hic, & nesciat computare vsque ad decem ipse vno equo, aut ipsis equis potest cognoscere numerum denarium computando vnum equum, & iterum vnum quousque numeret omnes equos, & eodem modo est de tempore, & de motu.
Dubium. Dubitatur hic, quia illud per quod aliquid mensuratur est notius eo. ergo si per numerũ cognoscimus numerata, & econuerso. sequitur quod numerus est notior ipsis numeratis, & econuerso, & sic idem respectu eiusdem erit magis, & minus
Solutio. notum, quod est impossibile. Dicendum quod quandoque numerus est magis notus quã ipsa numerata, & quandoq; econuerso, nunquam tamen eidem intellectui simul est numerus notior ipsis numeratis, & econuerso, sed hoc bene potest contingere simul apud diuersos, videlicet, quod numerus vni intellectui sit notior ipsis numeratis, & quod alteri intellectui sint ipsa numerata notiora quam numerus. potest enim hoc contingere eidem intellectui in diuersis tẽporibus, sed non simul.

A Notandum secundum Comment. hic quod essentiale est tempori mensurare motum, sed mensurari per motum competit nisi per accidens, & propter hoc, vt dicit Comment. phyl. dicit, quod quandoque mensuramus tempus per motum, sicut habetur in translatione Comment. quia determinatio temporis per motum est per accidens, & demonstrat per hoc cum dicit quandoque, quia hæc ratio accidit, & quod hoc est per accidẽs. hæc Comment. Item dicit Comment. quod illud quod est notius apud nos naturaliter est numerus, & ignotum naturaliter est numeratum, & sic per notius quod est numerus scimus latentius quod est numeratum, & cum post hanc cognitionem accidit nobis errare, aut dubitare de numero reuertimur, & scimus numerum per ipsum numeratum.

Idque accidit non sine ratione profecto. Sequitur enim magnitudinem motus, & tempus motũ hoc sanè, quo quanta & continua, atque diuisibilia sunt. Quia namque magnitudo est talis. Ideo motus his est affectus. Tempus autem ob motum est tale, atque metimur, & magnitudinem motu,
B & magnitudine motum. Nam si ambulatio multa sit, viam multam dicimus esse, & hanc rursus multam, si via sit multa. Similiter & tempus si motus, & motum si tempus.

Et hoc rationabiliter accidit. Imitatur.n. magnitudinem quidem motus: hunc aũt tempus, eo quod quanta, & continua sint diuisibilia, propter quod.n. secundũ magnitudinem esse hmõi motus hoc sustinet, propter autem motum tempus, & mensuramus magnitudinem motu, & motum magnitudine. Multam enim dicimus esse viam, si processus multus, & hunc multum, si via multa. Sic igitur tempus si motus, & motum si tempus. Te.c.113.

Hæc est secunda particula sextæ partis principalis huius ca. in qua ponitur secunda ratio probans conclusionẽ Secunda
C prædictam, quæ talis est. Sicut magnitudo, & motus se ratio.
habent adinuicem, ita motus, & tempus se habent adinuicem: quia sicut motus sequitur magnitudinem, ita tempus sequitur motum. Ista enim consequuntur se adinuicem in eo quod sunt quanta, & diuisibilia. nam motus habet quantitatem, & diuisibilitatem a magnitudine, & tempus a motu, sed nos mensuramus magnitudinem quandoque per motum. Dicimus n. quod via, seu magnitudo est multa, vel longa si processus, idest motus sit longus, vel multus, & econuerso: quoniam dicimus motum esse multum si via, uel magnitudo sit multa. ergo eodem modo tempus mensuratur a motu, & motus a tempore. De ista ratione primo ponitur maior, deinde minor. Tertio vero conclusio. Sed hic quinque sunt notanda secundum
Commen. Primum est, quod tempus sequitur motum in ha- Primum notan.
bendo ista, scilicet, quia est quantum discretum quodammodo, & continuum alio modo, ita quod ista sunt in tẽpore propter hoc quod sequuntur in motu. Sed qualiter tempus, & motus, & alia quanta sint quodammodo continua, & quodammodo discreta dictum est prius, quoniam sunt continua secundũ quod habent partes copulatas ad terminum communem, & sunt discreta secundum quod habent rationem numeri, scilicet
D secundum quod replicantur bis, aut ter. Nec habet quantitas continua rationem mensuræ nisi secundum quod habet rationem quantitatis discretæ, vt dictum est prius. Secundũ est no-
tandum secundum Commen. quod causa propter quam acci- Secũdum notan.
dit tempori quod mensuretur per motum est, quia motus est causa in esse eius secundum quod est subiectum illius. hæc Commen. Et ex hoc patet quomodo tempus capit diuisibilitatem, & quantitatem a motu, quia capit ista a motu tanquam a causa materiali, & subiectiua, & illud etiam prius dictum est.
Tertiò, est notandum secũdum Commen. quod tempus men- Tertium
suratur a motu secundum modum, quo mensurat motum, cũ notan.
ipsum fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extensionem motus, & sic tempus mensurat motum, quia per ipsum Quartum
cognoscitur quantus est motus, & econuerso. Quarto, est no- notan.
tandum quod differenter tempus mensurat motum, & motus ipsum tempus, quoniam motum mensurare tempus est acci-
dens motui, sed tempus mẽsurare motum est illi essentiale, cũ Quintum
de essentia illius sit mensurare motum. Quinto, est notandum notan.
quod

quod cum phyl. dicit quod sicut motus, & magnitudo se habẽt adinuicem quantum ad mensurationem: ita tempus, & motus se habent adinuicem secundum mensurationem, dicit Com. sic. Sed est sciendum quod substãtia motus non est in mensuratione spatij, sicut substãtia temporis est in mensuratione motus. Hæc Commen. & ista expositione non indiget, vt patet manifeste intelligentibus.

DETERMINAT QVAE SVNT, ET QVAE non sunt æqualiter in tempore, vt in mensura.

Tractatus tertij quarti libri, Cap. V.

Cum autem tempus mensura sit motus, ipsiusque moueri, mensuret autem motum definiendo motum aliquem, qui metietur totum, vt longitudinem vlna metitur, definiendo magnitudinem aliquam, quæ totam longitudinem metietur.

Te. c. 114. *Quoniam autem tempus est metrum motus, & eius quod est moueri. Mensurat autem sic motum in determinando quendam motum quo mensurabit totum, sicut longitudinem cubitus in determinando aliquam magnitudinem quæ metitur totum.*

B Istud est quintũ capitulum huius Tractatus, in quo phyl. incipit determinare de tempore in comparatione ad alia, quæ sunt in tpe. Vnde in hoc capitulo determinatur de tpe in cõparatione ad ea, quæ sunt in tpe tanquam mensurata in mensura, & continet istud capitulum quatuor partes principales: quoniã in prima phyl. narrat quoniam tempus mensurat motum &c. In secunda ibi. [Manifestum autem quia & in alijs.] Declarat Phyl quomodo tempus mensurat mobilia. In tertia ibi. [Qm̃ aũt est tẽpus.] Declarat qũo tempus est mensura quietis, & qñn non. In quarta ibi. [Manifestum igitur: qm̃ nec quod non est] Declarat q̃ entia sunt in tempore, & quæ non. In prima igitur parte principali huius ca. phy. narrat quomodo tempus mensurat motũ, & incipit a motu, quia manifestius se habet ad tempus vt dicit Com. hic. Vnde ista pars continet duas particulas: quoniam in prima phyl narrat quomodo tempus mensurat motum. In secunda ibi. [Et est motum in tempore esse.] Narrat phy. quid est motum esse in tempore, & quid de motu mensuratur tempore. In prima igitur particula huius partis phy. primo narrat quod tempus est mẽsura motus, & quidditatis motus, seu esse motus. Secundo narrat qũn tempus mensurat motum, & quãtitatem eius. Dicit ergo primo q aut tempus est metrum, id est mensura motus, & eius q est motus quantitatis, vel esse motus: sup. oportet videre, & qñn tempus mensurat motum, deinde phylo. narrat qũo motus mensuratur a tempore. dicit quod tempus est illud per qđ mẽsuratur motus: qm̃ mensuramus motum per tempus in mensurando per tempus aliquam partem motus æqualem illi tempori, & per illã partem motus mensuratam mensuramus totum motum, sicut enim si volumus mensurare aliquam lineam quinque cubitorum: mẽsuramus vnam partem lineæ per vnum cubitum applicatum ad vnam partem illius lineæ æqualem cubito, & tunc per illam partem lineæ notam mensuramus totam lineam, ita vt mensuramus motum mensurando primo aliquam partem eius aliquotam, & per illam partem postea mensuramus totum motum. v. g. nos mensuramus motum quinque horarũ accipiendo vnam horam, & mensuramus per illam aliam partem motus æqualem illius horæ, & postea per illam partem mensuramus alias partes motus. Et intelligit quod necesse est illam partem per quam mensuratur totum esse partem aliquotam, ita quod aliquotiens sumpta reddat suum totum præcise, ita quod nec plus, nec minus: linea enim quinque cubitorum cũ dimidio non potest mensurari per vnum cubitum, quia quotienscunque accipiatur vnus cubitus, vel addit plus, vel minus quam est suum totum. Notandum secundum Commentatorem

Notandũ. hic quod quemadmodum biscubitus est notior apud nos quam illud quod mensuratur per biscubitus, ita pars temporis debet esse notior quam motus mensuratus per illam partem, & illa pars temporis debet sciri per notitiam, & priorem istorum motuum qui est motus diurnus, vt postea dicetur: hæc Com. Et sic apparent duo primum est quod mensura temporis dicitur esse notior apud nos quam mensuratum, quamuis

A motus quantum ad suum esse sit prius notus apud nos via generationis, tamen nihil prohibet aliquam partem temporis quantum ad suam quantitatem esse magis notam apud nos aliqua parte motus, & econuerso: quoniam possibile est quod aliqua pars motus sit notior quantum ad suam quidditatem aliqua parte temporis. Secundum quod apparet est quod motus diurnus est notior, & prior omni alio motu, & per motum diurnum cognoscitur quanta est illa pars temporis per quam cognoscitur pars motus.

Patet & motum in tempore esse, hoc esse sanè, ipsum inquam, & esse ipsius tempore mensurari. Nam simul & motũ, & esse motus metitur, & hoc est ipsum in tempore esse, mensurari ipsius esse.

Et est motum in tpe esse mensurari in tpe, & ipsum, & esse eius. Simul enim & motum, & esse motus mensurat, & hoc est ipsi in tempore esse mensurari ipsius esse. Te. c. 115.

B HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius ca. in qua phyl. narrat quid est motum esse in tempore; & quid de motu mensuratur tempore. di. quod motum esse in tempore est motum mensurari tempore. Deinde narrat quid de motu mensuratur tempore: dicit quod tam motus tempore quam etiam esse motus mensuratur tempore. Vnde motum mensurari tempore est ipsum, & esse ipsius mensurari tempore: tempus enim simul mensurat motum, & esse motus, & hoc est in tempore motum esse, scilicet mensurari tempore. Notandum q Com. dicit hic, q intentio eius q dicimus quod motus est in tempore est quod motus mensuratur per tempus: qm̃ mensurat ipsum: ono esse ipsius, hæc Com. Hæc litera nõ est sic intelligenda quod tẽpus mensurat motum, & non mensurat esse motus, quia phyl. d. quod tempus mensurat motum, & esse motus, & etiam Com. d. idem, sed illud oportet sic intelligi. quod motus mensuratur per tempus, & motus mensurat ipsum tps, & non mensurat esse eius, hoc est non est essentialis mensura tpis, sed est mensura tpis per accidens, vt prius dictũ est. Item Com. dicit q tempus mensurat de motu vtrumque, idest, quantitatem, & esse, & hoc accidit motui, quia non est ens sm̃ omnes suas partes in actu, sicut est dispositio in mensura: hoc est in imaginatione. vnde tempus mensurat esse motus, hoc est quidditatem motus, & quidditas motus consistit in

C successione, & omne successiuum aliud a tempore mensuratur tempore: tempus etiam mensurat quantitatem motus. primum enim tempus mensurat durationes omnium aliorum motuum: nunc autem duratio motus est propria quantitas motus. Si autem quæratur quid phylo. intelligat per esse motus. Dico q intelligit quidditatem motus: qm̃ tempus mensurat motum, & quidditatem motus: qm̃ quidditas motus consistit in habendo partem priorem, & posteriorem: & ideo tam motus quam quidditas motus mensuratur tempore, vel forte per mensurare esse rei phyl. intelligit esse mensuram essentialem rei, & secundũ hoc idem est dicere tps mensurat motum, & etiam mensuram essentialem motus. Vnde secundũ veritatem idem realiter est motus, & esse motus, vel forte per esse motus phyl. intelligit quantitatem motus: quoniam tempus mensurat tam motum quam quantitatem motus, vt dictũ est.

Et cætera etiam in tempore esse, hoc esse planè, ipsorum inquam esse, a tempore mensurari.

D *Manifestum autem quod & alijs hoc est in tempore esse mensurari esse ipsarum sub tempore.*

HAec est secunda pars principalis huius ca. in qua phylo. declarat qũo tempus mensurat mobilia. i. ipsas res existentes in tempore quæ possunt quiescere & moueri. Ista pars continet tres particulas, quoniam in prima declarat quid est esse in tempore: eo modo quo dicimus res esse in tempore, quæ res, nec sunt partes, nec accidentia temporis: secundũ quod dicimus hominem, aut equum esse in tempore. In secũda ibi. [Quoniam autem est sicut in numero.] Concludit phy. quæ accidunt rebus ex hoc, quia sunt in tempore. In secunda particula ibi. [Quare manifestum est.] Ex his quæ accidunt rebus ex hoc quod sunt in tpe, concludit q rès æternæ secundũ quod sunt æternæ non sunt in tempore. Prima particula continet tres partes: quoniam in prima phyl. proponit conclusionem quam intendit. In secunda vero proponit q̃dam diuisionem

nem necessariam ad suum propositum probandum. In tertia autem destruit vnam partē illius diuisionis. secunda pars incipit ibi. [In tēpore enim esse] tertia ibi. [Manifestum est autem.] Primo igitur phyl. proponit conclusionem quam intendit dicens. Et in alijs trāsmutationibus a motu est manifestū, q esse eorum in tempore est esse eorum mensurari tempore: vnde phyl. intendit probare, q trāsmutabilia alia a motu sunt in tempore sicut numeratum in numero, & hoc est 64. concl. huius lib. quam conclusionem phyl. probat sic. Transmutabile aliud a motu esse in tpe aut est idem q esse in tpe, quia est qn̄ tps est, aut est esse in tpa sicut in numero, & si sit in tpe sicut in numero, aut est esse in tpe sicut aliquid qd̄ est intrinsecū numero est in numero. v.g. sicut pars numeri est in numero, aut passio numeri vel accidens numeri vel omnino quodcunque qd̄ sit intrinsecum numero est in numero, vel est esse in numero sicut numeratum est in numero, sed transmutabile aliud a motu esse in tpe nō est esse in tpe, quia est qn̄ tps est, nec esse in tpe, sicut in numero sicut aliquid intrinsecum numero vt pars vel passio, &c. ergo trāsmutabile aliud a mobili esse in tpe est esse in tpe sicut numeratum est in numero, de qua rōne phy. primo proponit cōclusionē quā intendit, vt dictū est. Deinde ponit maiorē. tertio vero minorem cum sua probatione, litera plana est. Deinde phy. ponit quandam diuisionem per quā intendit probare sua conclusionem dicens.

64. concl. huius lib.

In tempore enim esse duo significat. Vnum tūc esse cum tempus est: Alterum eo modo quo dicimus, aliqua numero esse: hoc autem aut partem numeri: vel affectum, & omnino quid numeri significat esse: aut ipsius numerum esse. Atq; cum tempus sit numerus, nūc quidem ipsum, & prius, & huiusmodi cætera sic in tempore sunt, ut unitas est in numero, & par atque impar. Hæc enim aliquid numeri, illa temporis aliquid sunt. Res autem in tempore sunt, vt in numero. Quod si ita sit, res a tempore vt a numero continentur, quemadmodum & a loco ea, quæ sunt in loco.

In tempore enim esse duorum est alterū: vnum quidem esse tunc quando tempus est, vnū autem sicut quędam dicimus, quia in numero sunt. Hoc autē significat, aut sicut partem numeri, & passionem, & omnino quod numeri est aliquid: aut quod est ipsi numerus. Quoniā autem numerus tempus est ipsum quidē nunc, & prius & quæcunque sunt huiōi, sic in tempore sunt: sicut in numero vnitas, & superfluus, & par. Hæc quidem numeri aliquid: illa vero temporis aliquid sunt. Res aūt sicut in numero in tempore sunt. Si autem hoc est continentur sub numero, sicut quæ sunt in loco, sub loco.

HÆc est secūda pars primæ particulæ secūdæ partis principalis huius capituli, diuisio igitur talis est. Transmutabile aliud a motu esse in tempore est alterum istorum, aut esse in tempore, quia est quando tempus est aut esse in tempore, ita quod sit separatum a tempore, ita quod non sit ligatio inter ipsum, & tempus nisi in esse eorum insimul: aut esse in tpe est esse sicut in numero, hæc igitur est diuisio, q transmutabile aliud a motu esse in tpe, vel est esse in tpe, quia est qn̄ tempus est, vel est esse in tpe sicut in numero. Deinde subdiuidit phyl. alterum membrorum. s. esse in tpe sicut in numero, quia esse in numero est dupliciter. s. vel esse in numero, sicut aliquid extrinsecum, ut sicut numeratum est in numero, aut esse in numero. sicut aliquid intrinsecum numeri esse in numero, adhuc esse in numero, sicut intrinsecum numeri est in numero potest esse multis modis, aut sicut pars numeri est in numero, aut sicut passio numeri est in numero, & vniuersaliter sicut aliquod intrinsecum numeri est in numero siue sit pars diffinitionis numeri siue sit accidens numeri. & hoc siue sit accidens cōe siue sit accidēs propriū. istā diuisionē ponit phyl. dicens, qd̄ hoc. s. esse in numero significat aut sicut partē numeri, hoc est aut sicut pars numeri est in numero, & passionem, hoc est sicut passio numeri est in numero & oino sicut quod est aliquid numeri supple est in numero, siue sit accidens cōe siue sit accidens proprium, siue sit pars diffinitionis numeri. Deinde ponit aliud membrum subdiuisionis principale dicens. Aut quod est ipsius numerū, idest aut quod illud

A dicitur esse in numero sicut numeratum est in numero, quia enim tempus est quidam numerus, ideo quædam sunt in tempore tanquam intrinseca tempori, ipsum enim nunc, & prius, & posterius sunt in tempore, quia sunt intrinseca tēpori, sunt enim sic in tempore, sicut vnitas, & superfluum, & par sunt in numero, ista enim sunt aliquid numeri. & ista. s. nunc prius, & posterius sunt aliquid temporis, sed res transmutabiles aliæ a motu sunt in tempore, non sicut aliquod intrinsecum tempori, & hæc est vna pars minoris, sed sunt in tempore sicut numeratum numero, & ideo continentur sub numero. s. tempore sicut illa quæ sunt in loco continentur sub loco, vnde Com. dicit quod res attribuitur numero aut sicut aliquid quod accipitur in diffinitione numeri, aut sicut illud in cuius diffinitione accipitur numerus. i. accidentia essentialia, aut sicut ista quorū vnum accipitur in diffinitione alterius, vt sunt correlatiua quæ sunt in numero, vt duplum, & dimidium, aut sicut numeratū attribuitur numero, hæc Comm. vnde breuiter aliquid dicitur esse in numero, vel sicut intrinsecum numero, vel sicut numeratum dicitur esse in numero. intrinsecum vero numero est, vel pars diffinitionis numeri, vel pars quantitatiua numeri, vel accidens numeri, & hoc siue sit accidens essentiale siue sit
B accidens per accidens, siue etiam sit accidens absolutum, vt par, & impar, siue sit accidens respectiuum, vt duplum, & dimidiū.

Patet autem & in tempore esse: non hoc esse, tunc inquam esse cum tempus est: quemadmodū nec in motu, aut in loco esse, hoc est, tunc esse cū motus, aut cum locus est. Si enim in aliquo esse sic erit, omnes profecto res in quouis erunt, & cælum in milio erit. Nam cum milium est & cælum etiam est. Verum hoc quidem accidit, illud autem sequatur necesse est, vt tempus sit cum aliquid est in tempore, & motus sit cum aliquid est in motu.

Manifestum autem est: quoniam non est in tempore esse quando tempus est, sicut neque in motu esse, neque in loco, quando locus est, & motus. Si enim erit quod est in aliquo, sic omnes res erunt in quolibet, & cælum in milio. Quando enim milium est, & cælum. Sed hoc quidem accidit, illud autem necesse est consequi, & ei quod est in tempore esse quoddam tempus, quando & illud est, & ei quod est in motu, esse tunc motum. Te.c. 116.

C

HAec est tertia pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius ca in qua posita diffinitione prædicta quę continet maiorē rōnis probantis conclusionem. i. q idē esse in tpe, aut est esse qn̄ tps est, aut est esse in tpe, sicut in numero, & hoc aut sicut intrinsecum numero, vel. i. sicut pars aut accidens numeri, aut sicut numeratum est in numero, & viso q transmutabile aliud a motu non est in tpe, sicut aliquid intrinsecum tpi. i. sicut pars, vel accidens temporis. & hæc propositio fuit vna pars minoris phyl. in ista parte destruit aliud membrum diuisionis probans q rem esse in tpe, non est rem esse in tpe, quia res est qn̄ tps est, & hæc fuit alia pars minoris, & hoc probat phyl. sic, res dicitur in tempore, sicut res dicitur esse in motu, vel in loco, vt dictum est superius, sed res non dicitur esse in motu, quia res est qn̄ motus est, nec res dicitur esse in loco, quia est qn̄ locus est, quia si esset ita, tunc quælibet res esset in qualibet alia re, quia quælibet res est quandocunq; aliqua quælibet res est, & sic cælum esset in milio, quia cælum est quando milium est. ergo rem esse in tpe non est rem esse qn̄ tempus est, & hæc fuit vna pars principalis minoris, unde esse in loco, vel in motu, non est esse qn̄ locus, vel motus est, sed hoc accidit. s. q hoc corpus q est qn̄ iste locus est sit in hoc loco, & q hoc corpus qd̄ est qn̄ motus est sit in motu, necessario tamen sequitur ad aliquid esse in tpe illud tempus esse in quo illud est, nam sequitur hoc est in tpe. ergo tps est in quo hoc est, & ad aliquid esse in motu necessario sequitur motū esse, quia sequitur, hoc est in motu. ergo motus est, & hoc est quod d. phyl. sed hoc quidem accidit, scilicet vt quod hoc quid est, est quando tempus est, vel motus est, sit in isto tempore, vel in motu, & ideo non est idem esse in tempore, vel in motu, & esse quando tempus, vel motus est, illud autem necesse est consequi & ei, q est in tempore esse quoddam tempus quando & illud est, & ei quod est in motu tunc esse motum, hoc est necessario sequitur, res est in tempore. ergo tēpus est in quo res est, & necessario sequitur, res est in motu, ergo motus est. Et d Cō. q

D

phylosophus intendit per hoc declarare differentiã inter consecutionem essentialem, & accidentalẽ: ista consecutio est per accidens, cum fuerit malum, cęlum erit, & similiter, cum erit tempus erit homo, & cum fuerit homo, erit tempus. Consecutio vero necessaria est, vt semper sequatur ex esse alicuius in tempore esse tempus proprium illius rei, nõ esse temporis simpliciter, & necessaria est illa consecutio, cum aliquis fuerit in motu erit motus proprius eius, hæc Com. Sed dubitatur hic, quod Dubium. illa diuisio non vi sufficiens aliquid esse in tpe., vel est esse in tpe., quia est qñ tps est, vel est esse in tpe esse, sicut in numero, quia eadem ratione esse in instanti esset habere esse qñ instans est, vel esset esse sicut in numero, sed neutrum istorum est verum: Non enim esse in instanti est esse qñ instans est, quia eadem ratione idem esset esse in loco, & esse qñ locus est. & sic cælum esset in loco mihi, quia cælum est qñ locus mihi est, nec esse in instãti est esse in instanti sicut in numero, quia instans non est numerus, quia est indiuisibile, & omnis numerus Solutio. est diuisibilis. Dicendum, quod illa diuisio non est sufficiens de quocũque ente: s. quod esse in eo, vel est esse qñ ipsum est, vel est esse in eo sicut in numero, sed illa diuisio bene est sufficiens de quolibet numero diuisibili, quia quod est in aliquo quod est numerus diuisibilis, vel est in eo, quia est qñ ipsum est, vel est in eo sicut in numero, & hoc vel sicut intrinsecum numero, vel sicut numeratum est in numerato, vnde dicta diuisio tenet de tempore gratia materię, quia est numerus diuisibilis, & non tenet de instanti.

Cum igitur in tempore esse sit in ipso esse tanquã in numero: maius quid tempus omni eo, qđ in tempore est sumetur. Quapropter oĩa quæ sũt in tpe a tempore contineantur necesse est: quemadmodũ & cętera quæ in aliquo sunt, vt a loco ea quæ sunt in loco. Et patiantur etiã aliquid a tempore: quemadmodũ, & dicere consueuimus: nunc tps consumere, nunc tempore cuncta senescere: nunc ob tempus eadem obliuisci: sed nõ didicisse, nec adoleuisse, nec pulchrum etiã euasisse. Corruptionis enim per se magis est causa tps. Est enim numerus motus. Motus aũt id qđ inest extrudit.

Te. c. 117. *Quoniam autem est sicut est in numero sic in tẽpore: accipietur aliquod plus tẽpus omni eo, quod est in tẽpore. Vnde necesse est omnia, quę sunt in tempore contineri sub tẽpore: sicut alia quęcunque in alio sunt, vt quę sunt in loco sub loco. Et pati iam aliquid sub tempore: sicut, & consueuimus dicere, quia tabefacit tempus: senescũt omnia in tempore, & obliuiscitur propter tempus: sed non dicit, neque nouum factum est, neque bonum. Corruptionis enim causa per se est tempus: numerus etenim motus est: motus autem distare facit: quod est.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius ca. in qua phyl. cõcludit quid accidit rebus ex hoc, quod sunt in tempore, & per hoc dat differentiã inter ea quæ sunt in tẽpore, & inter ea, quæ non sunt in tpe & concludit phy. quod tria sunt quæ accidunt rebus per hoc, quod sunt in tempore. Quorum primum est quod omne, quod est in tpe exceditur a tpe, & hæc est sexagesimaquinta conclusio huius libri, quę probatur sic secundum expositionem Com. Omne, quod est in aliquo numero excedit illud ex duobus extremis, sed omne, quod est in tpe est in eo, ut in aliquo numero. ergo oẽ, quod est in tpe tps excedit illud ex duobus extremis. De ista rõne primo ponit phylosophus minorẽ cum conclusione, deinde ponit probationem maioris. Minorẽ cum cõclusione ponit cum dicit. [Quoniam autem est sicut in numero in tempore esse,] & per hoc habetur minor, deinde

Sexagesima quinta conclusio huius libri. cum dicit. [Accipietur aliquid plus tempus omni eo, quod est in tempore,] hoc est, omne, quod est in tempore tps excedit ipsum ex duobus extremis, & hæc est conclusio probanda, deinde ponit phylo probationem maioris cum dicit, [unde necesse est omnia quæ sunt sub tempore, &c.] probatio maioris talis est. sicut omnia quæ sunt in aliquo continentur ab illo, verbi gratia omnia quæ sunt in loco continentur a loco, vel sub loco, & sic de aliis, ita omnia quæ sunt in tempore continentur a tempore seu sub tempore, & sic exceduntur a tempore, & hæc probatio tenet a loco a simili. Secundum vero, quod accidit rebus ex hoc, quod sunt in tempore concludit cum

A dicit, & pati iam aliquid. Et est, quod omne, quod est in tempore patitur a tẽpore passione corruptiua, & hæc est sexagesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic, ab illo, quod tabefacit res existentes in eo, & facit eas senescere, & est causa obliuionis, & non scientiæ patiuntur res existentes in eo passione corruptiua, sed tempus tabefacit res existentes in eo, & facit eas senescere, & est causa obliuionis, & non scientiæ. ergo omne, quod est in tempore patitur a tempore passione corruptiua. maior huius rationis statim patet, quia tabefacere res, & facere eas senescere, &c. est idem facere pati passione corruptiua: minor vero patet ex communi modo loquendi, quia consueuimus dicere, quod tempus tabefacit & omnia senescunt sub tempore, & quod obliuio fit propter tempus, sed non dicimus, quod aliquis didicit propter tempus, nec quod aliquod nouum, vel bonum factum est propter tempus, de ista ratione minor ponitur in litera. Vnde declaratis duobus quæ accidunt rebus ex hoc, quia sunt in tempore phyl. declarat tertiũ, quod accidit rebus ex hoc, quod sunt in tempore, quod est per se corrumpi a tempore, unde tempus est per se causa corruptionis eorum quæ sunt in tempore, & hæc est sexagesimaseptima

B conclusio huius libri, quæ probatur sic. tempus est per se causa illius, quod inuenitur essentialiter in re quã sequitur tps. s. in motu, sed motus est per se causa corruptionis, quoniam motus naturaliter habet, ut per ipsum auferatur res a sua substantia. igitur tps est causa corruptionis per se eorum quæ sunt in tempore, de ista ratione primo ponitur conclusio, deinde ponitur maior, minor uero declaratur hic. Circa primum est dubium, quia nõ videtur, quod omne qđ est in tempore excedatur a tpe, quia tps est mensura rei, sed mensura, & mensuratũ sunt æqualia: igitur res quæ est in tpe, sicut in mensura non exceditur a tempore. Hoc confirmatur specialiter de motu. quia omnis motus finitus est in tempore sibi æquali, & per consequens nõ exceditur a tempore. Item motus æternus est in tempore, & tñ non exceditur a tempore ex duobus extremis. Dicendum, quod omne quod est in tempore exceditur a tempore, sed non exceditur a tempore, quod est mensura sua adæquata, sed exceditur a tempore maiori quam est sua mensura adæquata. sicut omne, quod est in numero exceditur a numero maiori quam est numerus qui est mensura adæquata eius, ut quatuor homines nõ exceduntur a numero quaternario, sed a numero senario, & sic motus mensuratus per unam horam tanquam per mensuram adæquatam exceditur a tempore maiori, scilicet ab uno

C mense, vel vno die, & sic dẽt intelligi dictum phyl. s. quod omne, quod est in tempore exceditur ab aliquo tempore, non tamen exceditur a tempore, quod est eius mensura adæquata, & per hoc patet responsio ad primam instantiam. Ad secundum dico, quod motus æternus non est in tempore, sicut numeratum in numero nisi secundum suas partes, nec est totus motus æternus secundum se totum in tempore, proprie loquendo. Vnde esse in tempore est dupliciter videlicet improprie, ut esse in tempore, quia est qñ tps est. sed hoc est esse in tempore valde improprie. Esse aũt in tpe proprie hoc est dupliciter. s. magis proprie, & minus proprie. Esse in tempore magis proprie est esse in tempore, sicut in numero. Esse vero in tempore minus proprie est habere esse extensum cum tempore ad modum quo una quantitas est coexistens cum alia quantitate, & isto modo est totus motus æternus in tempore, sed non est in tempore sicut mensuratum in numero nisi secundum suas partes, quia infinitum secundum quod est infinitum non est numerus. Circa secundum declaratum est sciendum, quod phylosophus non dicit, quod omne quod est in tempore patitur a tẽpore, licet Com. hoc dicat, sed phyl. dicit, quod necesse est omne quod

D est in tpe pati sub tpe. Vnde propter dicta Com. est sciendum, quod aliquid dicitur agere in aliud, vel quia transmutat ipsum, vel quia applicat ei contrarium agens in ipsum, sicut homo dicitur comburere domum, quia applicat ignem. Alio modo dicitur illud agere in aliud quo continuatur applicatio contrarij agentis in ipsum, & fit mora applicationis, & illo modo dicitur tempus agere in res existentes in tempore, quia per tempus fit mora formaliter applicationis contrarij agentis in res: ideo tempus formaliter est mora. Sed est sciendum quod homines attribuunt tempori corruptiones, & defectus, quorum non apparet cã extrinseca. Et ideo dicunt, quod tempus est causa taliũ defectuũ. Vnde si aliquis moriatur senio dicimus, quod tempus est causa suæ mortis, sed si moriatur gladio non attribuimus illam mortem tempori. Similiter quia causa generationis rei est manifesta, ideo non attribuunt homines tempori generationes, & sic est de obliuione, & de addiscere, & de senio, & vetustate, & cæterum senium, & vetustas, quia vetustas proprie est in rebus inanimatis, senium vero est in

bus

Sexagesima septima conclusio huius libri.

Primum dubium.

Secundũ. Ad primũ.

Ad secundum.

bus aĩatis, & ẽm veritatem tẽps non est cã effectiua nisi eo modo quo dictum est. Circa aũt tertium declaratum ẽm Com. hic est notandum, quod cum tẽps attribuatur operationi dignius est, vt attribuatur operationi quæ inuenitur essentialiter in re quã sequit tẽps. s. in motu, & motus naturaliter hẽt ut per ipsũ auferatur res á sua sũba, & illa ablatio per se inducit corruptionem rei, licet inducat generationem in rebus generatis per accidẽs ex motu. igitur inuenitur generatio per accidens, & corruptio per se, & ex tẽpe inuenitur vtrunque per accidens, sed generatio per accidens accidentis. Tẽps. n. accidit ei cui accidit generatio ex motu, & sequitur ex isto in quo inuenitur corruptio per se, corruptio igitur attribuitur ei quasi secundatio, & generatio quasi accidens purum. hæc Com. Sed hic dubitatur, quia phyl. dicit in tex. quod tẽps est per se causa corruptionis, & Com. dicit, ꝙ tẽps est causa corruptionis per accidens, & sic Cõ. vt contradicere Ari. Dicendum, ꝙ per accidens vno modo distinguitur contra primũ, & alio modo distinguitur contra per se. Dico igitur, ꝙ tẽps est causa corruptionis per accidens ẽm ꝙ per accidens distinguitur contra primũ, sed non est causa corruptionis per accidens ẽm ꝙ per accidens distinguitur contra per se, vnde illa non repugnant videlicet, ꝙ tẽps sit per se causa corruptionis, & quod tẽps sit causa per accidẽs corruptionis ẽm ꝙ per accidens opponitur ei, quod est primo. Sed adhuc dubitatur videlicet qualiter motus, vel tẽps sit ꝑ se causa corruptionis, hoc. n. non vr verum, qm̃ motus est causa per accidens corruptionis, quia per motum coeli adducuntur stellæ quæ sunt per se causa corruptionis alicuius rei, vt patet secundo cęli, & si motus cęli non sit per se causa corruptionis, multo magis tẽps non erit per se causa corruptionis. Item corruptio non intenditur per se ab aliquo agente, vt patet per Com. secundo meta. ergo corruptionis non est per se aliqua causa. Dicendum igitur, quod omne corruptibile actu existẽs de necessitate corrumpitur, vt probat phyl. primo cęli, & etiam secundo de generatione, sed non omne generabile de necessitate generatur, qm̃ multa sunt possibilia esse quæ nunquam erunt. Dico igitur, ꝙ phyl. per hoc, ꝙ dicit tẽps aut motum esse per se causam corruptionis, intelligit, ꝙ tẽps, vel motus est necessaria causa corruptionis, quia quodcunque corruptibile actu existens accipiatur necesse est ꝙ ipsum aliquando corrumpatur, cum nullum corruptibile possit esse æternum, sed non est necesse quodcunque generabile generari aliquando, immo possibile est generationem alicuius rei impediri, ideo motus, vel tẽps dicitur esse per se causa magis corruptionis quàm generationis. Dicendum igitur, quod phylo. in proposito per se intelligit necessarium, vel ineuitabile, & per accidens intelligit contingẽs non necessarium seu euitabile. Ad primum igitur in contrarium cum dicitur, quod motus cęli est causa per accidens corruptionis. Dico, quod est causa per accidens corruptionis necessaria rei corruptibilis existentis in actu. Vnde illa stant simul videlicet, ꝙ motus cęli sit per se causa corruptionis, accipiendo per se pro necessario, vel pro ineuitabili, & tñ ꝙ est cã per accidens necessaria corruptionis, vnde accipiendo per se pro necessario sic ei non repugnat per accidens necessarium, sed per accidens, quod potest non esse. Ad ẽm cum dicitur, ꝙ corruptio non intenditur per se, concedo, & ideo concedo ꝙ corruptionis non est aliqua causa per se intendens eam, cum hoc tñ stat, ꝙ corruptionis sit aliqua causa per se, idest, necessaria. Si dicitur, ꝙ phyl. primo coeli dicit, quod omne generabile de necessitate generabitur, & omne corruptibile de necessitate corrumpetur. Dicendum, ꝙ generabile est duplex. s. habens potentiam propinquam, vt generetur, & habens potentiam remotam, vt generetur, generabile in potentia propinqua est illud, quod est ita propinquum generationi, quod eius generatio non potest impediri, quoniam materia potest ita esse disposita ad aliquam formam, quod generatio illius formæ non potest per naturam impediri sed generabile in potentia remota est illud, cuius materia indiget multis dispositionib. ad hoc, ꝙ illius forma inducatur. Dico igitur, ꝙ phyl. intendit, ꝙ omne generabile propinqua potentia de necessitate generabitur, sed non intendit, ꝙ omne generabile potentia remota generetur. Et eodem modo potest distingui de corruptibili, quoniam aliquid dicitur corruptibile potentia propinqua, vt est corruptibile actu existens, & omne tale de necessitate corrumpetur. Aliud vero est corruptibile potentia remota, vt est illud, quod adhuc non est generatum ut antichristus. tunc dico, qđ non omne tale est corruptibile de necessitate, & hoc intendit phylosophus hic, & hanc distinctionem innuit primo cœli.

Dubitatio.

Solutio.

Quæ cũ ita sint. Patet ea quæ sunt semper: hoc ipso sanè, quod semper sunt, in tempore non esse,

A **Non enim a tempore continentur, nec ipsorum esse a tempore mensuratur.**

Quare manifestum est: quoniã quæ sunt semper secundum, quod semper sunt, non sunt in tempore. Neq; enim continentur sub tpe, neq; mensuratur esse eorũ sub tpe.

EX his quæ accidunt rebus ex hoc, quod sunt in tempore, concludit phyl. tertium. s. ꝙ res æternæ secundum quòd sunt æternæ nõ sunt in tpe, & hæc est sexagesimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter, & primo sic, oĩa quæ sunt in tpe continentur, idest, exceduntur, & mensurantur a tpe, sed res æternæ ẽm ꝙ æternæ non continentur a tẽpore, quia non exceduntur a tempore, nec mensurantur a tẽpore ergo res æternæ secundum ꝙ æternæ non sunt in tpe.

Sexagesimaoctaua conclusio huius libri.

Signum huius est ipsa nihil a tempore pati: propterea quod in tempore non sunt.

Signum autem huiusmodi: quoniam neque patiuntur nihil a tempore, tanquam non entia in tempore.

B SEcundo probatur eadem conclusio per quoddam signum, & est, ꝙ res æternæ non patiuntur a tpe, vt patet ad sensum, corpora enim cęlestia non senescunt. nec deteriorantur, vt patet ad sensum, & hoc est signum, quod non sunt in tempore, sicut non entia non sunt in tempore. Notandum secundum Com. hic, quod phyl. hic intendit per res æternas corpora cęlestia, patet enim sensui, quod tempus non operatur in eis, hæc Com. Item dicit Com. ꝙ phyl. per non entia in tempore innuit separata a materia, quia corpora cęlestia, licet non sint cum tempore ẽm ꝙ tempus non continet ista, tamen sunt coexistentia cum tempore, idest, quod esse eorum, quod est in motu est existens cum esse temporis coexistentia quantitatiua cum quantitate, res vero separatæ non habent continentiam, nec coexistentiam, & ideo dicit Ari. ꝙ res æternæ. s. corpora cęlestia non sunt in tempore, sicut in mensura tanquam non entia in tempore, idest, sicut substãtiæ separatæ, vt Deus, & intelligentiæ non sunt in tempore, sicut in mensura. Ex dictis Com. hic potest accipi, quod corpora cælestia vno modo sunt in tempore, alio modo non sunt in tempore, quando sunt in tempore coexistunt cum tempore coexistentia quantitatis cũ quantitate, quia sunt simul simultate quantitatis cum tempore, & non separantur ẽm locum, nam quantitas cęli non separatur ẽm locum a tempore, sed alio modo non sunt in tempore, quia non mensurantur tempore, non enim potest duratio corporis cælestis sciri per tempus, nõ enim potest per tempus cognosci, ꝙ coelum durabit tantum sic, ꝙ non plus, & hoc est proprie mensurari tempore. s. cognoscere, per tempus quandiu res durabit, ita quod non vlterius. Sed dubium est hic, scilicet, vtrum aliquo modo debeat concedi, quod substãtiæ separatæ sint in tempore. Dicendum, quod aliquid esse in tempore est tripliciter. Vno modo aliquid dicitur esse in tẽpore coexistentia entitatiua, & hoc est existere quando tempus existit, & illo modo omne, quod est. est in tempore, & illo modo substãtiæ separatæ sunt in tempore, scilicet, coexistentia entitatiua. Alio modo est aliquid in tempore videlicet coexistentia quantitatiua, & illo modo corpora cælestia sunt in tempore, sed substãtiæ separatæ non; tertio modo dicitur aliquid esse in tempore, sicut in numero, & in mensura, & illo modo solum corruptibilia sunt in tempore quare, &c.

Notandũ.

Qũn corpora celestia sint in tempore, & nũ sint.

Dubium.

Solutio.

At vero cum tempus mensura sit motus: erit, &

D **quietis mẽsura per accidens. Est enim in tempore quies omnis. Nõ enim, vt omne, quod est in motu sic, & id quod est in tẽpore moueatur necesse est.**

Quoniam autem est tempus mensuratio motus: erit, & quietis metrum secundũ accidens. Omnis enim quies in tempore. Non enim sicut, quod in motu est necesse moueri: sic, & quod in tempore est.

Te. c. 118.

HÆc est tertia pars principalis huius ca. in qua declaratur, ꝙ tẽps est mensura quietis, & qũo, & continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, quod tempus est mensura quietis, & remouet unum dubium. In secunda ibi, [Quare quod mouetur.] Ostenditur quomodo tẽpus est mensura motus, & quietis. Prima particula continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, quod quies mensuratur tẽpore, in secunda autem ibi [Non enim omne] Declarat phylosophus quibus competit vera quies, & quibus non. Prima pars habet duas particulas, quoniam in prima probatur con-

clusio inuenta. In secunda ibi. [Non enim motus.] Remouet dubium. Primo igitur declarat phylosophus, quod tempus est mensura quietis. & hæc est sexagesimanona conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud quod est mensura motus est mensura quietis, sed tempus est mensura motus. ergo tempus est mensura quietis. De ista ratione primo ponitur minor, deinde conclusio. Deinde narrat phylosophus quomodo tempus est mensura quietis dicens, quod tempus est mensura quietis per accidens. Secundo vero probatur eadem conclusio sic. Esse in tempore est esse in tempore, sicut in numero, vel in mensura, sed omnis quies est in tempore. ergo omnis quies est in tempore sicut in numero, vel in mensura, & per consequens tempus est mensura quietis. De ista ratione sola minor ponitur in litera cum dicitur. [Omnis enim quies in tempore est.] Intelligendum, quod cum dicitur, quod tempus mensurat quietem, & quod quies est in tempore sicut in mensura, hoc non est sic intelligendum, scilicet, quod quies sic mensuretur tempore, quod partibus temporis correspondeant partes quietis, in medietate temporis sit medietas quietis, & quarta pars quietis, in quarta parte temporis, vt sicut motus diuiditur secundum diuisionem temporis, ita quies diuidatur secundum diuisionem temporis, quoniam si ita esset tunc quiescens transmutaretur secundum illud secundum quod quiescit, quod est impossibile, quia transmutatio, & quies eiusdem secundum idem sunt opposita, consequentiam vero probo sic, quoniam si quies diuidatur secundum diuisionem temporis, tunc quiescens in vna parte temporis haberet vnam partem quietis, & sic quiescens se haberet aliter, & aliter respectu quietis, quia nunc sub vna parte quietis esset, & iam non esset sub illa parte quietis, sed sub alia parte, cum igitur quiescens formaliter quiescit secundum quietem, sicut album formaliter est album secundum albedinem, sequitur quod si quiescens sit continue sub alia parte quietis, quod quiescens transmutatus secundum quietem, tamen quiescit formaliter secundum quietem, & sic quiescens secundum idem quiesceret, & transmutaretur, quod est impossibile. Dico igitur, quod de virtute sermonis non est verum, quod quies mensuretur tempore, quia secundum veritatem quies non est aliquid existens in rerum natura accipiendo quietem pro vera priuatione motus, quia priuatio non est, vt declaratum est primo huius, phylosophus tamen, & etiam Com. concludunt istam, scilicet, quod quies mensuratur tempore sub hoc intellectu videlicet, quod per tempus potest cognosci. vel scire quandiu aliquod corpus priuatur motu, sicut quandiu quiescit, vt cognita quantitate vnius horæ si concedatur, quod illud corpus per vnam horam non moueatur, tunc per vnam horam cognoscitur quandiu illud corpus quiescit. Secundo est sciendum secundum Comment. inferius in illo eodem Comment. quod quia quies est priuatio motus, & eodem modo cognoscitur habitus per se, & priuatio per accidens, vt patet. Sensus enim apprahendit album per se, & nigrum secundum, quod est priuatio albi, & ideo quia tempus est per se mensura, qua cognoscitur motus, ideo motus potest esse per accidens mensura quietis. Vnde est sciendum, quod Comment. non intelligit, quod nigredo sit priuatio, sed quod nigredo sit quodammodo priuatio albedinis, quia magis accedit ad imperfectionem, & ad priuationem quã albedo, & ita est de alijs accidentibus contrarijs, vt de calore, & frigiditate, videlicet, quod vnum est, vt habitus, reliquum vero vt priuatio.

Tps nanq; nõ motus est: sed numerus motus. In numero aũt motus, & id esse põt qđ quiescit.

Non enim motus tempus est, sed numerus motus. In numero autem motus contingit esse & quiescens.

HAec est secunda particula primæ partis primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua remouetur quoddam dubium, & est tale, tempus est mensura motus. primo ergo, quod nihil est in tempore nisi motus, vel quod est in motu, sed quies, nec est motus, nec est in motu. ergo quies non est in tempore. Illud dubium remouet phylosophus. d. quod non oportet, quod sicut necesse est omne, quod est in motu moueri, sic sit necesse omne, quod est in tempore moueri, quia tempus non est motus, sed est numerus motus. nunc autem quiescens potest esse in numero quamuis motus non sit in motu.

Non enim omne, quod immobile est quiescit: sed, quod caret motu: atque vt moueatur est aptum natũ, vt, & antea diximus.

Non enim omne immobile quiescit, sed priuatum motu aptum natum moueri: sicut dictum est in prioribus.

HAec est secunda pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus narrat quibus competit vera quies, & quibus non, vt ex hoc appareat vera, quæ mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, & quæ non sunt in tempore. primo tamen narrat hoc. Secundo vero cum dicit. [Esse autem in numero.] Declarat, quod tam motum, quam quiescens sunt in tempore. Primo igitur narrando dicit phylosophus. Quod non omne immobile, hoc est non omne non motum quiescit, idest, quiete vera, sed solum illud immobile, seu non motum quiescit vere, quod est priuatum motu, sed est aptum natum moueri. Et Commẽ. d. hic, quod quia quiescens dicitur transumptiue, vt dicitur, quod poli sunt quiescentes, & dicitur verè, scilicet, in eis quæ sunt innata moueri essentialiter, & quies quæ est in tempore est vera quies, incipit declarare hoc, ne in eo cadat deceptio, & dicit, quod non omne non motum necesse est, quod quiescat, &c. Vnde secundum Commen. duplex est quies, scilicet, quies vera & illa est in eo, quod non mouetur, quod tamen innatum est moueri. Alia quies est transumptiue dicta, & illa est in eo quod non mouetur, nec innatum est moueri. Item. d. Commen. quod per hoc, quod dicit phylosophus, quod non omne immobile quiescit, sed solum illud, quod innatum est moueri, innuit quæ mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, mota enim semper, vt orbis, similiter quiescẽtia semper, vt terra non sunt in tempore, cum tempus non excedit illa, hæc Comment. Ex hoc igitur patet, quod solum mota, & quiescentia quæ aliquando mouentur, & aliquando quiescunt sunt in tempore.

Sexagesimanona conclusio huius libri.

Duplex est quies.

Esse aũt quippiam in numero, idest, vt diximus esse numerum ipsius quendã, & mensurari ipsius esse, eo sanè numero, in quo dicitur esse. Quare si est in tempore mensurabitur. Metietur autem tẽpus, & id quod mouetur, & id quo quiescit, illud, vt mouetur, hoc vt quiescit. Nã alterius ipsorũ motum. Alterius quietẽ quãta qđã sit metietur.

Esse autem in numero, est esse quendã numerum rei, & mensurari esse ipsius numero in quo est. Quare si in tpe, & sub tẽpore est. Mensurabit autem tempus, quod mouebitur, & quiescens secundum quod hoc quidem motum: illud autem quiescens. Motum enim ipsorum, & quietem mensurabit secundum quod quanta quid sit.

VIso quæ mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, declarat phylosophus, quod tam illud quod mouetur, quam etiam illud, quod quiescit mensuratur tempore, & hæc est septuagesima conclusio huius libri, primo tamen phylosophus declarat illam conclusionem. Secundo vero narrat quantum ad quid motus, & etiam quies mensurantur tempore. Primo igitur conclusio declarat sic. Omne quod est in numero mensuratur numero in quo est, sed tam illud, quod mouetur, quam etiam illud, quod quiescit est in tempore sicut in numero. igitur tam illud, quod mouetur quam illud, quod quiescit mensuratur tempore. De illa ratione primo ponitur probatio maioris, quæ talis est. Esse in numero est esse numerum quendam rei, & mensurari esse ipsius numero in quo est, hoc est esse in numero est esse in numero sicut in mensura, vt declaratum est prius, & ex hoc sequitur, quod omne quod est in numero mensuratur numero in quo est. Deinde minor ponitur, & simul concluditur conclusio cum dicitur. Quare si in tempore, hoc est, si pro quia illud, quod mouetur, & quod quiescit in tempore tempus mensurabit tam illud, quod mouetur quam illud, quod quiescit, quia cum tempus non mensurat illam rem quæ mouetur, & illam, quæ quiescit quantum ad entitates suas, sed solum inquantum sunt aliquando in motu, & aliquando in quiete, & ideo subdit phylosophus. d. quod tempus mẽsurat illud, quod mouetur, & illud quod quiescit secundum quod hoc est motum, & illud quiescens. Deinde narrat phylosophus quantum ad quid motus, & quies mensurantur tempore. d. quod tempus mensurat motum, & quietem quantum ad quanta quædam, hoc est in quantum sunt quanta & terminata, hoc est in quantũ motus est tãtus sic, quod non est maior, & sic in quãtũ quies est tãta sic quod ista res diu nõ moueatur ita, quod non vltra. Et Commen. d. ꝙ phyl. contentus est inducere motum mensurationis, & quietis a tempore, quoniam dicere modum

conclusio-

Septuagesima conclusio huius libri.

conclusionis habet in se conclusionem, licet nõ expresse, ideo induit modum conclusionis, idest, modum mensurationis quietis, & motus a tempore. Item dicit Comm. sic, quod quia quies est priuatio motus, & priuationes terminantur in respectu suorum habituum, & mensurantur, necesse est vt mensura tio quietis, & temporis nihil aliud sit quam mensurare priuationem motus, hæc Com. Et postea dicit Com. ꝙ tempus mensurat motum primo, & essentialiter, quietem vero mensurat secundo, & per accidens. Intelligendum, ꝙ mensurare quietẽ est mensurare priuationem motus, hoc est mensurare quietẽ est mensurare per quantum tempus est mobile in potentia ad motum, cum ipsum mobile non moueatur, vel per quantum tempus mobile potuit fuisse motum cum nõ mouebatur. Vnde priuatio no cognoscitur nisi in comparatione ad suum habitum, quoniam non cognoscimus quandiu mobile quieuit nisi cognoscendo quandiu fuit in potentia ad motum, & non mouebatur, vel per quantum potuit fuisse motum dum non mouebatur. Intelligendum est etiam, quod quando dicit phylosophus, quod tempus mensurat motum, & quietem inquantum sunt quanta quædam, credo, quod phylosophus non intelligat, quod quies habeat veram quantitatem, quoniam secundum veritatem quies cum sit mere priuatio motus nullã quantitatem habet, nec prius, nec posterius nisi secundum imaginationem comparando quietem ad motum imaginando quietem habere prius, & posterius in relatione ad motum, scilicet, in priuando motum a subiecto, & ideo secũdum talem imaginationem, scilicet, imaginando, quod mobile nunc non mouetur, nec iterum adhuc mouebitur, sic imaginamur prius, & posterius in quiete imaginando motum priuari a mobili secundum prius, & posterius.

Idem infra c. 130. Notabile.

Quare id, quod mouetur non a tempore mensurabile simpliciter erit vt quantum est quoddam, sed vt motus eius est quantus.

Quare quod mouetur: non simpliciter erit mensurabile sub tempore: secundum quod quantum aliquid est: sed secundum quod motus ipsius quantus.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli in qua phylo. declarat quõ tps est mensura illius, quod mouetur & quiescit & ẽt motus & quietis, & continet duas partes, qm̃ in prima declaratur quõ tps mensurat motum, & quietem. In secunda ibi. [Quare quæcunque.] Ex dictis concludit conclusionem. Dicit igitur phyl. primo, ꝙ illud, qđ mouetur non simpliciter est mensurabile tpe ſm ꝙ quantum aliquid est, hoc est ſm, ꝙ est substantia aut quantum aut quale. sed illud, ꝙ mensuratur tpe ſm ꝙ motus eius est quantus. Vnde intendit phyl. dicere, ꝙ tps non mensurat rem motã ſm ꝙ est mota simpliciter, sed ſm quantitatẽ accidentẽ motui, vt exponit Com. Et intendit, vt mihi vĩ, ꝙ tps non mensurat rem motã ſm ꝙ est mota simpliciter, quia sic mensuraret oẽm rem motam ſm ꝙ est mota, & sic mensuraret rem motã motu æterno ſm ꝙ est mota motu æterno, qđ est falsum, sed tps mẽsurat rẽ motã ſm ꝙ motus eius est quantus. i. finitus, & terminatus, & sic põt tps mensurare primũ mobile ſm ꝙ mouetur aliquo motu finito, vt vna relatione, vel quacunque alia parte motus finita. Adhuc etiam primũ tempus non mensurat motum finitum nisi secundum quantitatem accidentem illi motui, quoniam sicut vlna non mensurat pannum nisi mensurãdo quantitatem panni, sic primum tempus non mensurat aliquos motus a motu primo non mẽsurando quantitatem propriam successiuam istorum motuum, vt dictum est prius. Vnde Com. d. hic, quod tempus non mensurat motum, nisi quia est in prædicamento passionis. Item Com. d. quod illud, quod dictum est de mobili, & moto debet intelligi de quiete, & quiescente, quoniã tẽpus nõ mensurat quiescens nisi secundum quod in eo est quantitas non secundum quod est quiescens simpliciter, & quantitas in quiescente terminatur existimatione quietis in respectu motus, hæc Com. Et illud est etiam superius expositum, & illud idem, quod dictum est de moto, & quiescente etiam intelligendum est de motu, & quiete, scilicet, quod tempus mensurat motum, & quietem secundum quod sunt, vel existimantur esse quanta.

Quibus efficitur, vt ea nõ sint in tempore, quæ neque mouentur: neque quiescunt. Esse enim in tempore est tempore mensurari. Tempus autem motus est quietisve mensura.

Te. c. 119. *Quare quæcunque neq; mouentur: neque quiescunt,*


A *neq; sunt in tempore. In tempore enim esse est mensurari tempore. Tẽpus aũt motus, & quietis mensuratio est.*

HÆc est secunda pars huius particulæ, in qua phyl. ex dictis concludit conclusionẽ illã. s. ꝙ omne, qđ nõ mouetur, nec quiescit non mensuratur tpe, & hæc est septuagesima prima conclusio huius lib. quæ probatur ex præcedentibus, & ẽt per signũ ex præcedẽtibus sic. Omne qđ est in tpe aut est quiescens, aut motũ, vt patet iam dictis, ex quo sequitur per conuersionẽ per contrapositionẽ, ꝙ omne, qđ nõ mouet, nec quiescit non mensuratur tpe. Idem probatur per signum sic Esse in tpe est mensurari tpe, vt prius dictũ est, sed tps est propria mensura motus, & quietis, & hoc est signũ, quod tps non mensurat aliquid, quod nec est motus, nec quies, nec motum, nec quiescens. Et Com. d. hic, quod mensurans debet esse de genere mensurati, & ex hoc sequitur, quod omne, qđ mensuratur a tpe mensuratur ſm ꝙ est motus aut quiescens, qm̃ linea mensuratur per lineam, & corpus per corpus, & superficies per superficiem: hæc Com. vnde intendit Com. quod tps est de genere successiuorum: ideo nihil mensuratur tempore nisi successiuum vel habens attributionem ad successiuum cuiusmodi sunt motus, & quies, motum, & quiescens.

Septuagesima prima cõclusio huius libri.

Probatur etiam a signo.

B Patet igitur, neque omnia quæ non sunt in tempore esse. Ea enim non sunt in tempore: quæ non possunt aliter se habere. Vt diametrũ esse cõmensurabilem costę Omnino enim si tempus mensura est, motus quidẽ per se, cæterorum vero per accidens: patet quorum esse metitur: eorum omnium esse in quiete, vel in motu consistere. Symeter.



Te. c. 120. *Manifestum igitur: quoniã neque quod non est omne in tpe erit, vt quęcunque non contingit aliter: sicut diametron laterisimetron. Omnino enim si mensura est tempus motus per se, aliorum autem secundum accidens: manifestum est, quod quorum esse mensurat: his omnibus inerit esse in moueri, & quiescere.*

C

HÆc est quarta pars principalis huius capituli in qua declaratur quæ non entia sunt in tpe, & quæ non entia non sunt in tpe, & continet duas particulas: qm̃ in prima phyl. demonstrat, quæ non entia non sunt in tpe. In secũda vero ibi. [Quæcunque quidem igitur.] Declarat quæ non entia sunt in tpe. Primo igitur phyl. innuit diuisionem non entium quæ talis est, quoddã est nõ ens, qđ semper est non ens, & quoddam est non ens quod non semper est non ens, sed aliqñ ens, & aliqñ non ens. Vnde sicut ens duplex est, s. ens semper, & ens non semper, ita non ens est duplex, s. quoddam, qđ est non ens semper, & quoddã, quod non semper est non ens: hanc diuisionem innuit phyl. dicens, ꝙ manifestum est, qm̃, nec quod verum est, &c. Deinde phyl. declarat, ꝙ semper non ens non est in tpe, & hæc est septuagesimasecunda conclusio huius libri quæ probatur sic. Illud, qđ nec est in tpe per se, nec per accidens, non est in tpe, sed semper non ens nec est in tpe per se, nec per accidens. ergo semper nõ ens nec est in tpe per se, nec per accidens. ergo semper non ens non est in tpe, maior est per se manifesta, & minor sic declaratur, tps est per se mensura motus, & est mensura per accidens aliorum, quę nata sunt moueri per accidens, & quiescere, ita quod omne quod mensuratur tpe est motus, vel mobile, sed illud, quod semper est non ens, nec est motus, nec mobile, nec est natum moueri nec quiescere. ergo sp non ens non mẽsuratur tpe per se, nec per accidens, & per cõsequẽs non ens, nec est in tpe per se, nec per accidens, de hac ratione primo ponitur conclusio cum dicitur, vt quæcunque supple non entia non contingit aliter se

D

Septuagesimasecunda conclusio huius libri

 habere,

habere, vt diametros esse lateri symetros non sunt in tempore, deinde ponitur probatio minoris cum dicitur, [Omnino enim mensurare, &c.

Quæ igitur sub corruptionem generationemq; cadunt, atq; omnino nunc sunt, nunc non sunt ea in tempore esse necesse est. Est enim maius quid tempus: quod esse ipsorum excedet, & id tempus, quod est illius æqua mensura.

Quæcunq; quidē igitur generabilia, & corruptibilia sunt, & oīno quæ aliquando quidē sunt, aliquando autē non sunt, necesse est in tpē esse. Est enim quoddam tempus plus, quod excellit esse ipsorū, & mēsurat substātia.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus declarat, quæ non entia sunt in tempore, & primo ostendit, quod illa non entia quæ aliquando non sunt, & aliquando sunt: sunt in tempore. secundo vero distinguit tale non ens cum dicitur. Ipsorum autem, quæ non sunt, tertio vero reuertitur ad narrandū, quod semper non ens non est in tempore. cum dicit.; Quorū autem non continet.] Primo igitur phylosophus declarat, quod quæcunque aliquando sunt, & aliquando non sunt, sunt in tempore, & hæc est septuagesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur dupliciter secundum expositionem Commentatoris. & primo sic. Quæcunque sunt mota, vel mobilia sunt in tempore: sed quæcunque aliquando sunt, & aliquando non sunt, sunt mota, vel mobilia. ergo quæcunque aliquando sunt, & aliquando non sunt, sunt in tempore. Illa vero quæ aliquando sunt, & aliquando non sunt, sunt generabilia, & corruptibilia, ideo omnia generabilia, & corruptibilia sunt in tempore: maior huius propositionis sumitur ex textu præcedenti, scilicet, ex illo textu. Manifestum autem, quod quorum esse, &c. minor autem de se nota est. Secundo vero probat eandem conclusionem dicit. Est enim quoddam tempus, & est ratio talis. Illud, quod exceditur a tempore est in tempore, seu mensuratur tempore, sed illa quæ aliquando sunt, & aliquando non sunt exceduntur a tempore. ergo illa sunt in tempore, de qua ratione minor ponitur in textu. Vnde est notandum secundum Commen. hic, quod tam esse quam non esse, talium quæ aliquando sunt, & aliquando non sunt: mensuratur tempore, quia tam esse quam non esse talium exceditur a tempore ex vtraque parte. Et si dicatur, quod non esse Sortis quod præcedit suum esse non exceditur a tempore ex vtraque parte, quia est infinitum in præterito, & similiter non esse Sor. sequens suum esse est infinitum in tempore futuro, & sic non exceditur a tempore ex vtraq; parte. ergo falsum est dicere, quod non esse rei quæ aliquando est, & aliquando non est sit in tempore. Illud remouet Commen. d. quod tempora priuationum rerum determinantur per tempora subiectorum propinquorum, in quibus est possibilitas essendi illarum rerum verbi gratia. Quoniam priuatio Sor. quæ præcedit esse suum terminatur per tempus, quando accipitur in respectu subiecti propinqui ei, verbi gratia: ex quo sperma coniungebatur cum sanguine menstruo, cum autem priuatio eius accipitur in respectu possibilitatis in prima materia inuenitur infinita in præterito, & similiter priuatio eius quando priuatur res in præterito infinita est in futuro, hæc Commen. Vnde Commen. intendit, quod priuatio formæ rei vno modo mensuratur tempore, & alio modo non: quoniā priuatio, vt habet esse in subiecto propinquo formæ mensuratur tempore, quia exceditur a tempore ex vtraque parte, sicut subiectum propinquum formæ exceditur a tempore ex vtraque parte. sed priuatio formæ, vt habet esse in subiecto remoto, idest, in materia prima sic non mensuratur tempore, quia si sic, tunc priuatio præcedens esse formæ sic esset infinita in præterito, & similiter sequens esse formæ esset infinitū in futuro, & quamuis priuatio præcedens esse rei respectu alicuius subiecti, scilicet, respectu subiecti propinqui mensuretur tempore, tamen priuatio sequens esse rei respectu nullius subiecti mensuratur tempore, quia cum ea non coniungitur possibilitas essendi rem nisi in rebus reciprocatis, vt dicit Commen. Et intelligit, quod in rebus reciprocatis, scilicet, quæ ex seinuicem generantur sicut aqua generatur ex aere, & econuerso: priuationi in sequenti esse speciei coniungitur possibilitas essendi eandem speciem siue eandem rem secundum speciem: sed priuationi formæ non coniungitur possibilitas essendi eandem rem secundum numerum, quia impossibile est per naturam, quod idem numero reuertatur postquam corruptum, vt in fine secundi de generatione. Illud uero, scilicet, quod Commen. d. quod priuatio præcedens esse rei respectu subiecti propinqui est mensurata, & terminata tempore, & respectu subiecti remoti non est in tempore. intelligo sic, quod priuatio materiæ, quæ habet esse in subiecto, scilicet, in denominando subiectum, ut uisum est supra, non est in subiecto isto modo denominādo, quādo in subiecto est: quoniam oculus non est cæcus nisi quando oculus est, & ideo priuatio, ut est in subiecto propinquo non mensuratur eodem tempore quo mensuratur subiectum propinquum. subiectum autem propinquum priuationis est substātia composita, quæ exceditur a tempore ex vtraque parte, & ideo priuatio ut est in subiecto propinquo mensuratur tempore, sed subiectum remotum priuationis est materia prima, quæ non exceditur a tempore, & ideo priuatio quæ est in materia prima non mensuratur tempore, nec tamen priuatio q̃ est in materia prima est alia a priuatione quæ est in materia propinqua, sed est eadem: ideo uno modo mensuratur tempore, ut in denominando subiectum propinquum, & alio modo non mensuratur tempore, ut in denominando subiectum remotum, ut in simili gratia exempli: eadem quantitas numero est in me, & in materia prima, quæ est in me, & sic quantitas, ut est in me mensuratur tempore, sed, ut est in materia prima non mensuratur tempore, quoniam illa quantitas est temporaliter in me, & in materia prima æternaliter.

Septuagesimatertia conclusio huius libri.

Quomodo intelligitur dictum Commen.

Cum autē ea, quæ non sunt, partim contineantur, partim non contineantur a tēpore, eorū quo tēpus continet, quædam olim erant, vt Homerus, quædā erunt, vt aliquid futurorum, quæ quidem altera ex parte continet tempus. Quod si sint quæ ad vtranq; partem continet tempus: illa modum vtrunque subeunt. Erant enim ac erunt. Ea vero quæ neutra ex parte continet tempus, neque erāt, neque sunt, neque erunt. Sunt aūt ea, quorum opposita semper sunt veluti diametron incōmensurabilem esse costę: semper est. Atq; hoc nō erit in tēpore. Neque igitur illud erit: diametrum inquā incommensurabilem esse costę. Quapropter semp non est: quod contrarium est: ei quod semper est.

Ipsorum autem quæ non sunt: quæcunque continet tēpus: alia quidē erant, vt Homerus aliquando erit. Alia vero erunt: vt futurorū aliquod tempus vtraque continet. Et si ad ambo vtraque, & erant & erunt. Quorum aūt non continet: neque erit, neque est, neque erat. Sunt aūt huiusmodi. eorum quæ non sunt: quorumcunque opposita semper sunt, vt asymetron esse diametron semper est, & non erit hoc in tēpore. ergo neq; symetron. Vnde semper non est: quia contrarium est ei quod semper est.

CVM phylosophus declarauit, quod ea, quæ aliquando sunt, & aliquando non sunt, sunt in tempore. Subdiuidit tale non ens, quod aliquando est, & aliquando non est. Et dicit, quod ipsorum non entium quæ continentur a tempore quædam sunt præterita, vt Homerus, & quædam sunt futura seu erunt, vt futurum aliquod: cuiusmodi est eclypsis: Tempus enim continet vtrunque modum talium nō entium ad quancunque enim partem inspexeris tempus taliū non entium est terminatum, & respiciendo vtranque partem ex vtraque parte est terminatum. Vnde Comment. dicit hic, quod tempus terminat priuationem istarum rerum: ita, quod nunc possumus dicere, quod tot anni sunt lapsi: in quibus talis res erat, ita quod non esse talis rei sequens suum esse mensuratur tempore medio inter hoc instans præsens, & tempus in quo ista res erat.

Quorum vero contrarium non semper est: ea, & esse, & non esse possunt, atque ipsorum est, & generatio, & corruptio.

Quæcunque

Quodcunque autem non semper est contrarium. Hæc autem, & possunt esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum.

DEclarato, quod aliquando non ens, & aliquãdo ens mensuratur tempore, Phylosophus reuertitur ad declarandum, quod semper non ens non mensuratur tempore, & etiã narrat quæ sunt illa quæ non semper sunt non entia. Et dicit primo, quod illa sunt quorum non est tempus mensuræ continens illa: ita quod nec fuerunt, nec erunt, nec sunt, & sunt illa quorum opposita sunt. vt diametrum esse assymetrũ, hoc est incommensurabile costæ est semper ens, & verum, ideo diametrum esse symetrum est semper non ens, & falsum. Illa vero quorum opposita non semper sunt talia possunt esse, & nõ esse, & talium est generatio, & corruptio. Quod autem semper non ens non sit in tempore potest dupliciter declarari. Primo, quia nec possunt mouere, nec quiescere. Secundo quia non extenduntur a tempore. Sed hic sunt duo dubia.

Primum dubium. Quorum primum est, quia non videtur, quod nullum non ens sit in tempore, quia si aliquod non ens esset in tempore illud esset in tempore præsenti: quia secundum Phylosophũ in secunda parte huius capitoli apparet, quod ex esse alicuius in tempore, necessario sequitur illud tempus esse: sed quicquid est in tempore præsenti est, ergo si non ens est in tempore, sequitur, quod non ens est, & sic idem simul est, & non est, quod est impossibile.

Secundũ dubium. Secundo dubitatur: quia videtur, quod non ens sit in tempore, quia quies est in tempore, & quies est semper non ens: cum sit priuatio pura, ergo.

Ad primũ. Ad primum dicendum, quod illa de virtute sermonis est falsa, & includens opposita, scilicet, non ens est in tempore, quia sequitur non ens est in tempore, ergo non ens est ens, sed Phylosophus per istam, aliquod non ens est in tempore: intelligit, quod aliquod non ens est natum esse in tempore, vel quod aliquod non ens fuit, vel erit in tempore. Vel forte Phylosophus per illam propositionem, scilicet, aliquod non ens in tempore, intelligit quod aliquod tempus determinatum est in quo verificatur non ens de aliquo non ente post, vel ante suum esse: quoniam non esse verificatur de Homero: non per se, sed tempore determinato, vt si dicatur, quod tot anni sunt elapsi post quos Homerus fuit, & hæc videtur intentio Commen.

Ad secundum. Ad secundum dubium dico, quod de virtute sermonis non debet intelligi, quod quies est in tempore, quia quies est semper non ens: sed Phylosophus concedit illam propositionem sub illo intellectu, res quiescit in tempore, hoc est res, quæ nata est moueri priuatur motu per aliquod tempus determinatum quare, &c.

DETERMINATVR DE HIS, QVAE SVNT in tempore ei intrinseca sicut partes, & passiones, vel continuatiua partium temporis. Tractatus iiij. Cap. VI.

Ipsum autem nunc continuatio temporis est, ut ante diximus Præteritum.n. & accidens tẽpus coniungit, atque vltimum omnino temporis est. Est.n. huius quidem principium: illius autẽ finis. Verum hoc non, ut in puncto manente patet: Diuidit etiam potentia tempus, atque, ut tale est, diuersum est semper. Vt autem coniungit: semper est idem, ut in mathematicis lineis fieri solet. Nõ enim idem semper unumque punctum est cogitatione. Cum.n. diuidimus. aliud est atque aliud pũctum. At quo linea est una, hoc idem est pęnitus punctum. Sic, & ipsum nunc partim temporis est diuisio potentia, vti diximus, partim finis est vtrorumque ac unio. Est autem idem diuisio, atque vnio. At esse non idem est.

Te. c. 121. *Ipsum autem nũc est continuatio temporis, ut dictũ est prius. Continuat.n. tempus præteritum, & futurũ, & omnino terminus temporis est. Est enim huius quidem principium, illius autem finis. Sed hoc non sicut, & linea in puncto manente manifestum, diuidit autẽ potentia. Et inquantum quidem huius est semper alterũ*

A *est ipsum nunc. Inquantum autem copulat, semper idẽ est sicut in mathematicis lineis. Non enim semper idem punctum intellectũ est. Diuidentium enim semper aliud est. Secundum autem quod copulat; unum idemque pęnitus est, sic & ipsum nunc. Aliud quidem temporis diuisio secundum potentiam est. Aliud autem terminus vtrorumque & vnitio. Est autem idem & secundum idem diuisio, & unitio: esse autem non idem est.* Te. c. 122.

STVD est sextum capitulum huius Tractatus in quo determinatur de tempore in comparatione ad ea, quæ sunt intrinseca tempori tanquam partes, vel passiones, vel continuatiua partium temporis, & cõtinet quatuor partes principales: quoniam in prima determinator de ipso nunc determinando eius significationes. In secunda ibi. [Ipsum autem tunc.] Determinatur de ipso tunc ostendendo qualiter se habeat ad tẽpus. In tertia ibi. [Ipsum autem iam] Determinatur quomodo ipsum iam se habeat ad tempus. In quarta ibi. [Ipsum autem modo.] Ostenditur qualiter modo olim repente se habẽt ad tempus. Prima pars continet duas particulas: quoniam in prima Phylo. de ipso nunc describendo ipsum nunc proprie dictum. In secunda ibi. [Hoc quidem sic dicitur.] Determinatur de ipso nunc transumptiue dicto. In prima igitur parte huius capituli Phyl. describit ipsum nunc proprie dictum, & etiam narrat quomodo ipsum nunc proprie dictum assimilatur puncto, & quomodo differt a puncto: nunc vero proprie dictum describitur sic, quod est continuatio temporis: hoc est nunc proprie dictum est continuatiuum partium tẽporis adinuicem: ipsum nunc proprie dictum assimilatur pũcto in hoc, quod sicut idem punctus secundum rem diuersificatus secundum rationem est continuatiuus partium lineæ adinuicem, & diuisiuus partium lineæ abinuicem, ita idem nunc secundum rem, & diuersificatiuum secundum rationem est continuatiuum partium temporis, & diuersificatiuum earundem abinuicem, & sicut punctus secundum quod est vnus & idem est continuatiuus partium lineæ, & est diuisiuus partium lineæ abinuicem: ita nunc secundum, quod est idem est continuatiuum partium temporis, & secundum quod diuersificatur est diuisiuum partium temporis: quoniam secundum quod est finis præteriti, & initium futuri est diuisiuum partium temporis, & sic non est idem secundum rationem, quia ut sic diuersa prædicata uerificarentur de ipso: aliud enim est esse finis præteriti, & aliud est esse initium futuri: sed nunc, & punctus differunt in hoc, quia punctus est principium, & finis manentis in actu, & nunc est principium, & finis nõ manentis in actu: quia est principium initiantis futuri, & finis deficientis præteriti. Quomodo nunc proprie dictum describatur.

Ipsum igitur nunc hoc uno dr̃ mõ. Alio vero modo tp̃s huic propinquũ. Dicimus n. nũc accedit quia hodie veniet. At res quæ actæ sunt olim nõ fuisse dicimus: neque eluuionem, quanquam tempus continuum est vsque ad illa. Sed quia non sunt proprie, ideo non illo modo dicuntur. Te. c. 123.

D *Hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum nunc, aliud autem cum tempus, quod est huius prope sit, veniet nunc, quia hodie uenit. Sed in ilion facta non sunt nunc: neque diluuium factum est nunc: tamen tempus continuum nunc est, sed quia non est prope.*

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur de nunc transumptiue accepto, vnde Phylosophus intendit demonstrare, quod nunc non solum dicitur de indiuisibili continuante partes temporis adinuicem, sed etiam dicitur de tempore propinquo instanti præsenti proprie accepto, & etiam dicitur de tempore, quod continet ipsum nunc ex vtraque parte, scilicet, de tempore præsenti cuius partes præsens nunc continuat adinuicem, sed nunc non dicitur de tempore multum remoto a præsenti instanti, verbi gratia, dicimus, quod Sortes nunc venit, quia uenit in hac hora, vel in aliquo tempore propinquo huic instanti, vel dicimus, quod Sol. venit nunc, quia venit hodie, scilicet, in nonis Beati Nicolai, & sic patet exemplariter.

plarner, quod nunc dicitur de tempore propinquo huic præsenti instanti. Sed, quod tunc, & nunc non dicuntur de tempore multum remoto a præsenti tempore patet per exemplum: quoniam nos non dicimus, quod bellum, quod fuit in Ilion, uel quod bellum Troianum est nunc, vel quod fuit nunc, nec dicimus, quod diluuium est, vel fuit nunc: quia illa facta fuerunt in tempore multum remoto a præsenti instanti, & sic patet, quod nunc dicitur proprie, & transumptiue: quoniam nunc proprie dictum est diuisibile, & non indiuisibile.

Ipsum autem olim tempus est ad prius atque posterius nunc definitũ, ut olim capta est. Troia, & olim eluuio erat. Oportet enim finitum ad ipsum nunc esse. Erit ergo atque erat tẽpus quoddam ab hoc ad illud vtrunque determinatum.

Tex. 123. *Ipsum autem tunc tps determinatum per prius nũc est, ut tũc destructa est Troia, & tũc erat diluuiũ. Oportet. n. includi ad ipsum nunc. Erit enim quantum aliquod ab hoc tempore in illud, & erat ad præteritum.*

B

Haec est secunda pars principalis huius capituli: in qua declaratur de ipso tunc: ostendendo quomodo ipsum tunc se habeat ad tempus, & continet duas particulas; quoniam in prima declaratur qualiter ipsum tunc se habet ad tempus. In secunda ibi. [Si vero neque, &c. Mouet, & soluit vnam dubitationem. In prima igitur particula huius partis dicit Phylosophus, quod tunc est tempus determinatum per prius nunc, ut cum dicimus tunc destructa est Troia tunc erat diluuium: vnde ipsum tunc est tempus determinatum per duo instantia, scilicet, per instans, quod est principiũ temporis in quo illa res erat, & per instans, quod est finis temporis in quo illa res simul facta erat, & hoc quando illud tempus fuit notę distantiæ ab instanti præsenti, & sic patet, quod ipsum tunc dicit tempus determinatum per tria nunc, scilicet, per nunc, quod est eius principium, & per nunc, quod est eius finis, & per nunc præsens, scilicet, per distantiam illius temporis a præsenti nunc, vt si quæratur quando Aristo. vixit, & dicatur, quod tunc vixit, scilicet, in tali tempore incipiente a tali instanti, & finiente in tali instanti in tantum distanti a suo initio, quod tempus per tantum distat a præsenti instanti, scilicet, per mille annos, vel per duo millia. Intelligendum, quod vbi textus nouæ translationis habet tunc, textus quem Comment. exponit habet quando, & forte accidit ita in idiomate suo, veruntamen secundum quod ipse uidetur exponere: tunc est illud tempus per quod respondetur ad quæstionem factam per quando, vt si quæratur quando factum est hoc, respondetur tunc, & illud tunc terminatur per duo instantia, quorum vnum est eius principium, & alterum est eius finis, & per distantiam ab hoc instanti præsenti, vnde dicit Comment. quod necesse est, quod terminetur tempus de quo interrogatur per quando per instans præsens, scilicet, per distantiam eius ab eo, verbi gratia, cum dicitur quando fuit capta Ilion, & dicatur in tali die talis mensis, talis anni, quoniam dies diffinitur per mensem, & mensis per annum, annus vero per suam distantiam ab instanti præsenti, & sic dies in qua capiebatur terminatur per instans, quod est eius principium, & instans, quod est eius finis, per distantiam ab instanti præsenti, & similiter si capta fuerit in quinque horis, aut in sex, tunc illę horæ terminantur per tria instantia, hæc Comment. Et sententia huius plana est. Sed circa dicta phylosophi sunt duo intelligenda. Primo, quod cum phylosophus dicit, quod tunc est tempus determinatum, &c. quod Phylosophus non intelligit, quod de nullo dicatur tunc nisi de tempore: quoniam tempus dicitur de instanti, ut si quæratur quando talis mutatio subita fuit: respondendum est per instans dicendo, quod fuit in instanti distanti ab hoc instanti per annum vnum, vel per vnam horam. quia, quoniã tempus est notius nobis quam instans, ideo dicit Phylosophus, quod tunc est tempus determinatum. Secundo est intelligendum, quod quamuis Phylosophus dicat, quod ipsum tunc est determinatum per prius nunc: quod Phylosophus intelligit per hoc, quod ipsum tunc solum dicatur de tempore, vel instanti præterito. sed quia præteritum est magis nobis notum quam futurum, ideo magis describit ipsum tunc per præteritum quam per futurum.

Qoomodo ipsum tunc se habeat ad tẽpus.

C

Primum.

D

Secundũ.

Quod si nullum est tempus, quod non sit olim,

A **omne sane tempus erit finitum. Deficiet ne igitur tandem. At id fieri nequit.**

Si uero neque tempus est, quod non sit tunc: omne erit tempus finitum. Aut ergo deficiet, aut non. Te. c. 124.

Haec est seconda particula secundę partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus soluit, & mouet vnam dubitationem, & continet tres partes: quoniã in prima Phylosophus mouet dubitationem. In secunda ibi. [Siquidem speciei est.] Soluit dubitationem In tertia ibi [Quoniam autem minus] declarat solutionem. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus mouet talem dubitationem, nam dictum est, quod tunc est tempus determinatum per instans prius, & per instans posterius terminantia rem factam, & est determinatum etiam per suam distantiam ab instanti præsenti, & sic omne tempus, quod inducitur ad responsionem datam per tunc est finitum. Est igitur dubium vtrum omne tempus sit finitum: ita quod tempus aliquando deficiat omnino. Et videtur, quod omne tempus sit finitum propter talem rationem, quod potest reduci in responsione data per tunc est finitum, vt patet: quia tunc vniuersaliter est finitum, sed omne tempus potest induci per responsionem datam per tunc, ergo omne tempus est finitum, & per consequens tempus aggregatum ex omnibus temporibus est finitum: quia omne aggregatum ex finitis est finitum: ergo tempus aliquando deficiet secundum genus, & hoc est, quod dicit Phylosophus. Si uero neque tempus est, quod non sit tunc, hoc est si tunc temporis tempus sit: ita, quod omne tempus inducatur in responsione data per tunc, omne erit tempus finitum, aut igitur deficiet, aut non est igitur dubitatio, an tempus deficiet: aut nunquam deficiet.

Dubium an omne tempus sit finitum.

B

Si semper est motus. Aliud ne igitur, atq; aliud erit, an idem sæpè redibit. An ut motus ita sese habet & tempus, ut patet. Nam si vnus idemq; sit, & tempus idem ac unum erit. Sin uero non sit, nec illud unum idemque redibit.

C *Siquidem semper est motus. Aliud igitur: aut idem multotiens. Manifestum: quoniam ut utique motus: sic & tempus. Siquidem. n. unus, & idem sit motus aliquãdo erit, & tẽpus unum, & idem. Si autem non: nõ erit.*

Haec est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli: in qua Phylosophus soluit dubium, solutio igitur est talis. Quod si motus est perpetuus secundum genus: tempus est perpetuum secũdum genus, & nunquam deficiet, & si motus non sit perpetuus secundum genus, tempus non erit perpetuum secundum genus: sed motum esse perpetuum secundum genus potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod sint infiniti motus sibiinuicem succedentes ex quibus non fit unus motus, ut generatio, & corruptio succedunt adinuicem circa eandem materiã. Alio modo potest intelligi, quod motus sit perpetuus secundum genus, quod unus motus sit perpetuus per circulationẽ, seu reciprocationem, & siue motus sit perpetuus secundũ genus secundum successionem siue secundum reciprocationem semper sequitur, quod tempus est perpetuum secundum genus eo modo, quo motus est perpetuus. Intelligẽdum, quod quia Phylosophus nondum declarauit ęternitatem motus, ideo soluit istam dubitationẽ sub conditione sic, si motus est perpetuus: tempus est perpetuum, antecedens declarabitur octauo huius. Et ad rationem dubitationis non respondet Phylosophus: attamen responsio est illa, quod non omne tẽpus inducitur in responsione data per tunc, sed solum tẽpus finitum ex vtraque parte. Vnde Commen. dicit hic, quod manifestum est ex sic, quod nunquam tempus deficiat, & hoc probat Com. sic. Illud, quod deficit in aliquo tempore deficit, si igitur tempus deficiet, tunc erit aliquod tempus a tempore deficiẽte, & ideo nullus potest auferre tempus absque eo quin ponat tempus: immo qui aufert tempus ponit ipsum necessario, hæc Commen. sed quæ sit veritas de ęternitate temporis, domino largiente videbitur octauo huius.

Solutio dubij præcedentis.

D

Tex. com. primo.

Consimile 8. phy. t. c. 10. & 11.

Cum autem ipsum nunc finis sit atque principium,

Probatio maioris.

pium temporis: non tamen eiusdem, sed transacti quidem finis, principium autem consequentis. Vt circulus in eodem quodammodo.

Te.c.125.

Quoniam aût ipsum nunc principiũ, & finis temporis est, sed non eiusdẽ, sed preteriti quidem finis, principiũ autem futuri habebit, sicut circulus quodammodo.

HÆc est tertia pars secũdæ particulæ secũdæ partis principalis huius capituli in qua Phylosophus declarat solutionem, & continet duas partes: quoniam in prima declaratur solutio. In secunda ibi [Et in eodem] remouetur quoddam dubium. In prima igitur particula huius partis Phylosophus declarat, quod tempus est perpetuum, & hæc est septuagesimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur sic, Instans se habet ad tempus, sicut punctus ad lineam circularem, sed quilibet punctus in linea circulari est finis vnius lineæ, & principium alterius, ergo quodlibet instans in tempore est principium vnius temporis, & finis alterius, & consequens non est dare vltimum instans totius temporis. & per consequens totum tempus est perpetuum, & infinitum. De illa ratione primo ponitur declaratio maioris quæ talis est. Ipsum nunc est principium, & finis, & non eiusdem: sed est finis præteriti, & initium futuri, sed illud, quod sic se habet, quod est principium vnius, & finis alterius sic se habet ad illud cuius est principium, & finis sicut punctus se habet ad lineam circularem, hoc est sicut se habet punctus ad lineam circularem, sic instans se habet ad tempus, & tempus est quasi circulus; hoc est tempus se habet ad instans sicut circulus ad punctum, & econuerso, ergo. Deinde in secunda particula huius partis Phylosophus remouet duo dubia: dicens.

Septuagesimaquarta conclusio huius libri.

Curuum, & concauum habet, sic, & tempus in principio est semper ac fine. Et propterea semper aliud: aliudque uidetur.

Et in codẽ ambitũ, & planum, sic, & tps semper in principio, et fine. Et propter hoc videtur semper alterũ.

PRimum igitur dubium est tale, si instans sit principium vnius temporis, & finis alterius, tunc instans est diuisibile, quia secundum aliquid eius est principium, & secundum aliquid eius est finis. Hoc remouet Phylosophus dicẽs, quod sicut in eodem circulo non est ambitum, idest, concauum, & planum, idest, conuexum: illa enim eadem superficies, scilicet, circunferentia circuli est concaua respectu contentorum infra eam, & conuexa absolute non computando eam ad contenta infra eam, vel comparando eam ad extrinseca: sic idem nunc omnino indiuisibile est principium vnius temporis, & finis alterius temporis, & sic tempus semper in suo principio, & in suo fine hoc est semper est principium vnius, & finis alterius, scilicet, temporis: sed quia instans est principium, & finis, ideo instans videtur alterum esse, sed nõ est ita; quoniam idem instans est principium, & finis. Intelligendũ, quod accipiendo concauum, & conuexum pro eo, quod vtrũque denominat: sic sunt idem realiter, & sic habent suppositionem personalem, ista enim superficies, quæ est concaua est etiam conuexa: sed accipiendo illa pro his quę significant sic non sunt idem: quia aliam, & aliam habitudinem significant: & sic habent suppositionem personalem.

Non enim ipsum nunc principium est, & finis eiusdem. Simul enim, & per idem opposita numero essent. Non ergo tempus deficiet: quippe cum ipsum sit in principio semper.

Non.n. semper eiusdem principium, & finalitas ipsum nunc. Simul enim, & idem opposita essent, & non deficiet itaque tempus, semper enim in principio est.

REmouet aliud dubium tale: quoniam dictum est, quod idem instans est principium, & finis, ex hoc posset aliquis credere, quod sicut instans, quod est principium, & finis est idem, quod sic tempus cuius instans est principium, & finis esset idem: ita, quod idem instãs esset principium alicuius temporis, & finis eiusdem temporis. Hoc remouet Phylosophus dicit, quod ipsum nunc non est semper principiũ, & finis eiusdem temporis, & hoc declarat Phylosophus dicit, scilicet, quod idem nunc non est principium alicuius temporis, & finis eiusdem, & hæc est septuagesimaquinta conclusio huius libri: quæ probatur sic. Principium, & finis eiusdem temporis sunt opposita: si igitur idem nunc esset principium alicuius temporis, & finis eiusdem temporis: sequitur quod opposita inessent eidem simul, consequens est falsum, & impossibile: de illa ratione Phylosophus facit illam consequentiam, si ipsum nunc esset principium, & finis eiusdem temporis, ergo opposita eidem inessent simul, consequentia tenet per hoc, quia finis, & principium eiusdem temporis sunt opposita. Deinde Phylosophus concludit conclusionem suam principalem, & tangit medium probans istam conclusionem dicens, quod tempus itaque non deficiet, & ratio est, quia semper est in suo principio, hoc est, quia semper est aliquod principium temporis, quia semper est aliquod instans, quod est principium temporis futuri. Hic dubitatur, quia videtur, quod principium, & finis eiusdem non sint opposita, quoniam in linea circulari idem punctus est principium, & finis eiusdem: quoniam quilibet punctus in linea circulari est principium totius lineæ circularis & finis eiusdem. cum igitur instans assimiletur puncto in linea circulari, sequitur, quod idem instans potest esse principium alicuius temporis, & finis eiusdẽ. Dicendum, quod in successiuis principium, & finis respectu eiusdem sunt opposita: quoniam si idem esset principium, & finis eiusdem in successiuis, tunc idem esset tempus præteritum, & futurum: quia certum est, quod instans præsens est finis præteriti, & initium futuri, & sic idem esset tempus præteritum, & futurum, & sic sequitur, quod semper esset idem tempus numero, & tempus non haberet diuersas partes adinuicẽ succedentes, & sic tempus non esset de genere successiuorum. In permanentibus tamen bene potest esse principium, & finis eiusdem: ut patet de puncto in linea circulari, nec quantum ad hoc est similitudo inter punctum, & lineam circularem, & instans in tempore.

Septuagesimaquarta conclusio huius libri.

Dubium.

Solutio.

Ipsum aũt iam pars futuri præteritive temporis est indiuiduo nunc instãti propinqua. Quando ambulabis: aut ambulauisti. Iam ambulabo inqt, aut iam ambulaui: quia tps in quo ambulabit: vel ambulauit, est prope nunc ipsum instans, & non longe distat. Ilium autem non dicimus iam captum fuisse, quia longe ab instanti nunc distat.

Ipsum autem iam prope est pręsenti athomo nunc pars futuri temporis, ut quando uadet, iam quia prope est tempus, in quo futurum est, & pręteriti temporis, quod non procul est ab ipso nunc, ut quando uadis, iam fui. Ilion autem destrui iam nõ dicimus quia procul multum est ab ipso nunc. Te. c. 126.

HAec est tertia pars principalis huius capituli: in qua ostenditur quomodo ipsum iam se habet ad tempus, & intendit Phylosophus, quod ipsum iam est pars tẽporis futuri, vel præteriti temporis propinqua præsenti instanti, & non est pars temporis remota a præsenti instanti, verbi gratia, si quæratur quando veniet Sortes, si ueniet in tẽpore futuro propinquo præsenti instanti dicimus, quod iam veniet. Et si quæratur quando Troia capta fuit: nos non dicimus, quod iam capta fuit, & hoc ideo, quia tempus in quo capta fuit est multum remotum a præsenti instanti. Intelligẽdum, quod loco huius dictionis iam habet textus quem exponit Comment. hanc dictionem ecce. & sic Comment. dicit, quod ecce est pars temporis præteriti, vel futuri propinqua præsenti instanti quæ inducitur in responsione ad quæstionem quærentem quando, & sic dico, quod ipsum iam est pars temporis futuri, vel præteriti multum propinqua præsenti instanti quæ inducitur in responsione ad quæstionem quærentem quando.

Quomodo ipsum iam se habeat ad tempus.

Ipsum aũt nuper ea pars est præteriti temporis quę instanti nunc est propinqua quando uenisti, nuper inquiet, si tempus instanti nunc sit propinquum.

pinquum. Quondam autem pars est eiusdem temporis longe ab eodem nunc distans. Subito autẽ dicimus, cum quippiam in tempore insensibili ob breuitatem dimotum est.

Te. c. 127. *Ipsum aũt modo quod prope præsenti nunc est pars præteriti: vt quando venit: modo: si sit tempus proximũ præsenti nunc. Olim autem quod procul. Repente autẽ quod insensibili tempore est: propter paruitatem.*

Quomodo olim, & repente se habeant ad tẽpus. HAec est quarta pars prin. huius ca. in qua ostenditur quõ olim, & repente se habent ad tempus. Et d. Phyl. ꝙ modo est pars temporis præteriti propinqua præsenti instanti, & per hoc differt modo ab ipso iam: quia dicitur iam de tempore futuro quam de tempore præterito propinquo præsenti instanti: sed modo solum dicitur de tẽpore præterito, quod est intelligendum secundum idioma Græcorum: sed secundum idioma Latinorum modo dicitur tam de tempore futuro ꝙ̃ de tempore præterito propinquo præsenti instanti: sed olim dicitur de tempore præterito remoto a præsenti instanti. Repente autem significat aliquid esse vel fieri in tempore insensibili propter paruitatem. Notandum ꝙ loco huius dictionis modo habet trãslatio Com. hoc ꝙ dico paulo ante, & loco huius dictionis olim hẽt translatio Com. pridem, & antiquitus. & loco huius dictionis repente hẽt translatio Com. hanc dictionem subito. Et d. Commen. quod significata omnium istarum dictionum sunt quasi species eorum quæ significat hæc dictio quando .i. inducuntur in responsione ad quã. hæc Com. Item d. Com. hic ꝙ subito significat aliquid esse in tempore insensibili, idest, in tẽpore valde veloci. hæc Com. Sed hic dubitatur: quia secundum Phylosophum tempus nec est velox nec tardum igitur nihil fit in tempore valde veloci. Dicẽdum, quod Com. hic non loquitur de velocitate secundum, quod est passio mobilis: sed per velox intelligit breue. Illud enim, quod fit subito fit in tempore valde veloci, idest valde breui.

Dubium. Solutio.

DETERMINATVR DE TEMPORE PER compasationem ad illa: quorum tempus est causa.
Tractatus tertij. Cap. VII.

C Mutatio autem omnis natura est dimotiua, atque in tempore omnia fiunt, & corrumpuntur. Quapropter sunt: qui sapientissimum ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Paron rudissimum esse dixit. quia in ipso etiam obliuiscuntur, rectius dicens. Patet igitur corruptionis magis esse per se causam tempus, quam generationis, ut & antea diximus. Mutatio namque per se quidem est dimotiua: generationis autem, & ut quippiam sit causa: per accidens est.

Te. c. 125. *Mutatio aũt oĩs a natura remota est. In tempore aũt omnia fiunt, & corrumpuntur. Vnde & alij quidem sapientissimum dicebant: Pytagoricus autem Paron penitus indisciplinabile, quia omnia obliuiscuntur, in hoc rectius dicens. Manifestum igitur quoniam corruptionis magis erit per se causa quam generationis: sicut dictũ est prius: destructiuum autẽ mutatio per se est. Generationis autem, & ipsius esse secundum accidens.*

D ISTVD est septimum capitulum huius Tractatus in quo determinatur de tempore in comparatione ad illa, quorum tempus est causa. Et continet duas partes principales: quoniam in prima declaratur, quod tempus est magis causa corruptionis quam generationis, quia motus, quem tempus consequitur, est magis causa corruptionis quam generationis. In secunda ibi. [His iam sic declaratis.] Declarat illud, quod supponitur. In prima igitur parte principali huius capituli dicit Phylosophus quod tempus sequitur motum, & quod omnis motus est in tempore, hæc tamen pars continet duas particulas: quia in prima Phylosophus proponit intentionem suam. In secunda ibi. [Quod quidem igitur.] Phylosophus epilogat determinata. Prima particula continet duas

A partes: quia in prima ponit Phylosophus vnum medium ad probandum conclusionem suam. In secunda ibi.] Signum autem, &c.] Phylosophus probat suam intentionem per quoddam signum. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. ponit medium ad probandum conclusionem suam, & narrat duas contrarias opiniones de tempore, & adducit rationem ad probandum conclusionem suam. Dicit ergo Phylosophus primo, ꝙ omnis mutatio est a natura remotiua: hoc est omnis transmutatio aliquid aufert de substãtia transmutati, & dicit Commẽ. quod omnis transmutatio naturaliter aufert substantiã transmutati in quacunque specie transmutationis fuerit nisi in loco, hæc Commen. Quod tamen non est intelligendum, quod in transmutatione præterquam in motu locali aliqua substantia corporea corrumpatur, quia tunc nunquam esset transmutatio: quia tunc non esset transmutatio in qualitatibus sine transmutatione in substantia, quod credo esse falsum, sed intelligo, quod in omni transmutatione alia a motu locali, vel corrumpatur substantia, vel inducatur dispositio ad corruptionem substãtię. Deinde narrat Phylosophus duas opiniones cõtrarias de tempore, quia enim omnia quæ fiunt, fiunt, & corrumpuntur in tempore, ideo quidam respicientes ad hoc, quod omnia fiunt in tempore dixerunt tempus esse sapientissimum, hoc est tempus esse causam sapientiæ, & doctrinæ. Alij autem, ut Pythagorici, idest, Pythagoras Heraclitus: Parõ, & sui sequaces dixerunt tempus esse indisciplinabile, hoc est esse causam obliuionis magis quam doctrinæ, vel scientiæ, & in hoc iste, idest, Pythagoras melius dixit.

B His igitur narratis Phylosophus ponit, & probat conclusionem suam, videlicet, quod tempus est magis causa corruptionis quam generationis, & hæc est septuagesimasexta conclusio huius libri: quæ probatur sic. Mutatio, & tempus consimiliter se habent ad generationem, & corruptionem: quoniam omnis mutatio est in tempore, & tempus est sequens mutationem, sed mutatio est magis causa corruptionis quam generationis, ergo tempus est magis causa corruptionis quam generationis, maior patet, & minor probatur, nam mutatio est per se corruptiua, & destructiua, & secundum accidens est causa generationis, & ipsius esse, nunc autem mutatio est cã magis illius cuius est causa per se quam illius cuius causa est per accidens, & sic patet minor. Notandum secundum Commen. hic, quod transmutatio non est causa generationis, & esse nisi per accidens. Esse enim non est essentialiter in aliquo ente nisi ex causa generante, & agente, quæ est aut natura, aut intellectus, aut anima, quod idem est. Esse autem formæ rei generatę ex transmutatione rei præcedente, quæ dicitur generatio, est per accidens: quoniam ista transmutatio in rei veritate aufert formam transmutati, quæ est contraria formæ generabili essentialiter, est igitur causa formæ generabilis per accidens, & corruptibilis per se, hæc Commen. Intelligendum est, quod motus potest dupliciter accipi, vt vult Commen. tertio, & quinto huius, scilicet, uno modo secundum quod est transmutatio coniuncta tempori, hoc est secundum quod est transmutatio successiua. & sic est de genere passionis. Alio modo potest accipi pro forma diminuta, quæ non differt a termino, ad quem, nisi sicut minus perfectum a magis perfecto. Accipiendo igitur motum primo modo, sic tempus consequitur motum. Nam tempus per se cõsequitur motum successiuum qui est de genere passionis, & est mensura eius, sed motum qui est de genere termini ad quem non sequitur tempus, nec est per se mensura eius, ut patet per Commen. tomen. 33. huius tractatus, nunc autem successio non est in motu alio a motu locali nisi ratione formæ contrariæ formę generandæ, si enim forma generanda non haberet cõtrarium in materia subito induceretur, & ideo motus est successiuus propter contrarium resistens, & per hoc motus successiuus, scilicet, motus de genere passionis est per se causa effectiua instrumentalis corruptionis formæ abijciendæ, & est per accidens causa generationis, quia posito, quod in materia non esset forma contraria formæ generandæ: forma fieret in materia subito absque motu successiuo de genere passionis, & ideo motus de genere passionis per se est causa effectiua instrumentalis corruptionis formæ, quæ est contraria formæ generandæ: quia illa nullo modo potest corrumpi nisi per motum successiuum: sed est per accidens causa generationis, & formæ generandæ, quia non est cã generationis nisi inquãtũ ꝑ ipsum aufertur forma cõtraria formæ generandę, sed motus qui est de gñe termini ad quẽ est magis cã gñationis quam corruptionis: quia per se ordinatur ad generationem, sed de isto motu qui, scilicet, est de genere termini ad quem nuo loquitur hic Phylosophus, quia tẽpus solum cõsequitur

Septuagesimasexta conclusio huius lib.

Motus per se est dupliciter accipi.

Cõ. 31. Physi.

&

& mensurat motum de genere passionis: quia iste modus motus est famosior, ut patet ex textu huius. Ulterius est intelligendum, quod quia motus de genere passionis est per se causa corruptionis: ideo tempus est causa corruptionis per se, & generationis per accidens, idest, est causa generationis accidentalis per accidens.

Id indicatur ex eo satis: quia nihil quidem fit: nisi ipsum moueatur aliquo modo, atque quippiam agat. Corrumpitur aût aliquid, etiam si non moueatur: atque hanc corruptionem a tempore fieri maximè dicere consueuimus.

Signum autem sufficiens: quia fit quidem nihil nisi moueatur ipsum quodammodo: & agat. Corrumpitur autem & cum nihil mouetur. Et hanc maximè solemus dicere sub temporis corruptione.

Idem supra. Te. c. 117.

B Hæc est secunda pars primæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua declarat eandem conclusionem, scilicet, quod tempus est magis causa corruptionis quam generationis. Unde phylosophus dicit, quod signum sufficiens eius est, scilicet, quod tempus est magis causa corruptionis quam generationis: quia ad hoc, quod aliquid fiat, vel generetur non sufficit sola transitio temporis: sed etiam requiritur, quod aliquid moueat, & agat in aliud: sed ad hoc quod aliquid corrûpatur sufficit sola transitio temporis absque hoc, quod illud quod corrumpitur moueatur, vel transmutetur ab aliquo agente, & talem corruptionem dicimus fieri maxime sub tempore, igitur tempus est magis causa corruptionis quam generationis, unde videtur quasi sic arguere: tempus est magis causa illius, quod accidit ex sola transitione temporis, quam illud, quod requirit aliquod agês præter tempus: sed corruptio accidit ex sola transitione temporis, & generatio non accidit ex sola transitione temporis: ideo requiritur aliquod agens transmutans præter tempus, ergo tempus est magis causa corruptionis quam generationis. Notandum, quod Commen. distinguit hic de duplici corruptione: quoniam quædam est corruptio extrinseca, ut corruptio violenta, & quædam est corruptio ex se, idest, ex intrinseco, ut corruptio ex senectute. Corruptio quæ est ab extrinseco non attribuitur tempori: quia cum aliquis moritur gladio nô dicimus eum corrumpi ex têpore: sed corruptio ex se, scilicet, ex intrinseco bene attribuitur tempori: quoniam cum aliquis corrumpitur senio dicimus illum corrumpi ex tempore. Intelligendum, quod non est intentio Phylosophi siue Commen. quod aliquid corrumpatur sine causa agête, & mouente a tempore, vel a motu cæli: nam illud, quod corrumpitur a principio intrinseco, ut illud, quod corrumpitur senio habet aliquam causam intrinsecam suæ corruptionis aliam a motu cæli: vel a tempore: quia habet in se contraria quæ agunt ad corruptionem eius, sed Phylosophus, & Comment. intendunt, quod tempus est magis causa corruptionis quam generationis, ut in illis, quæ corrumpuntur ab intrinseco, vel ab extrinseco, ab his enim præter tempus requiritur ad eorum corruptionem; sed sola transitio temporis cû natura illius rei sufficit ad eius corruptionem: sed non est sic de generatione eius, quia generatio requirit semper aliquod agens extrinsecum præter tempus, & ideo tempus est magis causa corruptionis quam generationis: quia in aliquibus sola transitio temporis cum natura intrinseca rei sufficit ad eius corruptionem, sed illa non sufficiunt ad generationem alicuius rei, quia præter tempus & præter naturam intrinsecam rei requiritur aliquod agens & mouens extrinsecum. Potest etiam dici, quod superius dictum est, quod tempus est per se causa corruptionis: quia tempus est causa corruptionis rei eius in quantum actu existens tanquam causa formaliter continuans moram applicationis corruptionis ad rem corrumpendam, ut superius est expositum, &c.

Duplex est corruptio.

Notabile.

Verum neque hanc tempus facit, sed hanc quoque mutationem accidit in tempore fieri.

At vero neque hanc tempus facit: sed accidit in tempore fieri, & hanc mutationem.

A CUM phylosophus dixit, quod talem corruptionem quæ est sine motore extrinseco attribuimus tempori, intendit, quod hanc mutationem, vel corruptionem non facit tempus, scilicet, per se: sed accidit hanc fieri in tempore. Unde Côment. dicit hic, quod transmutatio est illud cui attribuitur corruptio per se: tempori vero attribuitur: quia sequitur mutationem. Et postea dicit, quod illud, quod agit corruptionem rei non est tempus, sed tempus sequitur agens corruptionem essentialiter & est transmutatio: quoniam necesse est, quod transmutatio sit in tempore, hæc Comment.

Esse igitur tempus, & quidnã sit quotque modis nunc ipsum dicatur, & quid sit olim, quid iã, quid nuper, quid quondam: quid subito, satis per ea quæ dicta explicauimus.

Quod quidem igitur tempus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsû nunc, & quid ipsum tunc, & quid modo, & quid iã, et quid olim, & quid repête: dictû est.

B Hæc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus epilogat determinata de tempore, d. quod quidê igitur tempus est, idest, iam narrauimus tempus esse, & dissoluimus quæstiones accidentes in eius esse, & declarauimus quid est tempus, & quot modis dicitur ipsum nunc, & quid est ipsum nunc, & quid est ipsum tunc, & quidê olim, & quid repête, totû illud dictû est.

His autem hoc pacto determinatis, patet omnem mutationem necessario in tempore esse, & omne, quod mouetur, in tempore moueri. Celerius enim & tardius in omni sanè mutatione est, nã in cunctis ita videtur. Dico aût id celerius moueri, quod prius ad id, quod pergit uenit: modo sit idem spatium uniformisque motus. Velut in latione, si ambo super circumferentia, aut super recta linea moueantur, & in cæteris simili modo.

C *His autem nobis sic determinatis manifestum est, quod omnem mutationem, & omne quod mouetur: necesse est moueri in tempore. Velocius enim & tardius dicimus secundum omnem mutationem. In omnibus enim sic videtur. Dico autem velocius moueri prius trãsmutans in subiectum secundum idem spatium, & quod secundum regularem motum mouetur, ut in loci mutatione, si utraq; secundum circulationê mouentur: aut utraq; secundum rectum: similiter autem, & in alijs.* Te. c. 119.

Hæc est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur illud, quod supponitur in prima parte, scilicet, quod tempus consequitur motum, & quod omnino transmutatio est per se in tempore, & continet ista pars duas particulas secundum quod dupliciter probat Phylosophus intentionem suam, prout expositores moderni exponût. Secûda ibi. [At vero prius in têpore. In prima igitur particula Phylosophus declarare intendit, quod omnis transmutatio per se est in tempore, & hæc est septuagesima septima cô-

D clusio huius libri, que probatur primo ex parte velocitatis, & tardioris. Deinde Phylosophus exponit quid est velocius. Primo igitur probatur conclusio sic. Omnis transmutatio uelocior, uel tardior est in tempore, sed omnis mutatio per se est uelocior, vel tardior, ergo omnis transmutatio per se est in tempore. De illa ratione Phylosophus primo ponit conclusionem di. His iam nobis sic declaratis manifestû est, quod omnem mutationem supple, per se necesse est esse in tempore, & quodlibet quod mouetur necesse est moueri in tempore. Deinde ponit Phylosophus minorem di. quod velocius, & tardius secundum omnem mutationem, hoc est omnis mutatio per se est velocior, aut tardior. Deinde cum Phylosophus dicit [Dico autem velocius] exponit quid est uelocius, di. quod duorum motorum illud est velocius, quod prius acquirit esse, ac quod mouetur in diuisione æquali, & uno modo motus. Vñ breuiter illud est uelocius, quod in minori tempore pertransit æquale spatiû utroq; mobili motu uno mô motus.

Septuagésima septima conclusio huius libri.

tus: sic, quod vtrunque moueatur localiter: vel quod vtrunque moueatur motu alterationis, & si vtrunque moueatur localiter, oportet quod vtrunque moueatur motu circulari, vel quod vtrunque moueatur motu recto, & sic de alijs speciebus motus: quoniam si vnum mobile moueatur localiter, & aliud motu circulari, & aliud motu recto vtrunque mouebitur proprie velocius alio. Vnde Phylosophus per motum regularem intelligit eundem motum secundum speciem: quoniam mobilia motu secundum diuersos motus secundū speciem non comparantur proprie in velocitate, & tarditate. sed solum mobilia motu vno, motu secundum speciem.

At ipsum prius in tempore est. Prius enim atque posterius ratione distantiæ ad ipsum nunc dicimus. Ipsum uero nunc terminus est transacti atque futuri. Quare cum ipsum nunc in tempore sit, & prius ipsum posteriusve in tempore erit. In quo namque nunc ipsum est: in hoc, & distantiam ipsius nunc esse necesse est.

B *At vero prius in tempore est. Prius.n. & posterius dicimus: sc*dm *q*d *ad ipsum nunc distantia, ipsum autem nunc terminus præteriti, & futuri est. Quare quoniam ipsa nunc in tēpore sunt, & prius, & posterius in tēpore erunt. In quo.n. est ipsum, & ipsius nunc distantia.*

HAec est secunda particula secundę partis principalis huius capituli: in qua Phylosophus ponit aliam rationem ad probandum conclusionem suam: quæ ratio sumitur ex parte prioris, & posterioris, & continet duas partes: quoniam in prima Phylosophus probat conclusionem suam. In secunda ibi [E contrario autem prius.] Remouendo quoddam dubium Phylosophus ostendit, quod prius, & posterius dicuntur contrario modo secundum tempus præteritum, & futurum. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus probat, quod omnis mutatio per se est in tempore, & hoc sic Omne prius, & posterius est in tempore, oīs transmutatio per se habet prius, & posterius quia cuiuslibet transmutationis per se vna pars est prior, & alia posterior, ergo omnis transmutatio per se est in tempore. De illa ratione Phylosophus solum probat minorem, scilicet, quod omne prius posterius est in tempore, & hoc sic: nihil dicitur prius aut posterius alio nisi secundum distantiam quam habet ad nunc præsens: sed nunc est finis vnius temporis, & principiū alterius, igitur ipsum nunc est in tempore, & cum prius, & posterius dicant distantiam ad ipsum nunc præsens, vel ab ipso nunc, oportet quod prius, & posterius sint in tempore. Intelligendū, quod de his duabus rationibus Commen. non facit nisi vnam talem: videlicet. In omni transmutatione per se sunt velocius, & tardius, & vbi sunt velocius, & tardius, in illo sunt prius, & posterius: quia velocius est. quod prius pertransit æquale sed in quocunque sunt prius, & posterius illud est in tempore, igitur omnis trāsmutatio per se est in tpe.

C Modo aūt contrario prius ipsum in præterito atq; futuro tēpore dicitur. Nam in præterito quidem id dicimus prius, quod longius ab ipso nunc distat: id uero posterius quod eidem propinquius est. In futuro autem id quidē prius, quod est propinquius illi. id uero posterius quod ab eodem lōgius distat. Quare cūm ipsum quidem prius in tempore sit, omnem autem motum comitetur ipsum prius ut patet, perspicuum est omnem mutationem omnemque motum in tempore esse.

D *Contrario autem prius dicitur, & sc*dm *præteritum tps, & futurū. In præterito quidem.n. prius dicimus q*d *longius est ab ipso nunc. Posterius aūt, q*d *prope est. In futuro aūt prius quidem quod propinquius est ipsi nūc. Posterius aūt procul. Quare quoniā prius in tempore est, & omnem aūt motum sequitur prius: manifestum est, quod oīs mutatio, & motus omnis in tempore est.*

HAec est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli: in qua Phylosophus quasi remouendo quoddam dubium ostendit, quod

A prius & posterius dicuntur contrario modo de tēpore præterito, & de tempore futuro: quia hic posset esse dubium: quia illud tempus quod est longius ab instanti præsenti dicimus esse prius, nam dicimus, quod Homerus fuit prius quā Plato, quia fuit in tempore remotiori a præsenti nunc, & illud nunc dicimus posterius in præterito, quod est propinquius præsenti nunc: sed econtrario est in futuro: quodiam in illis dicimus illud esse prius, quod est propinquius ipsi nunc præsenti, & illud dicimus esse posterius, quod est remotius a præsenti nunc. Nam in Pascha dicimus, quod festum Ascensionis erit prius quam festum Pente. & festum Pente. dicimus posterius quam festum Ascensionis, quia festum Ascensionis erit in Pascha propinquius instanti tunc præsenti, quam festum Pentecostes. Deinde Phylosophus ibi. [Quare quoniam, &c.] Ponit principalem rationem probantem totam suam conclusionem, & Commen. in fine huius commenti ponit rationem sub hac forma. In omni transmutatione vera in qua reperitur velocius, & tardius, in eo inueniuntur prius, & posterius: & omne in quo reperitur prius, & posterius est in tempore, ergo omnis transmutatio est in tempore, siue finis transmutationis fuerit de genere illius, siue de alio genere, & hoc declaratur bene in sexto huc Commen. Notandum, quod Commen. mouet, & soluit unam dubitationem hic quæ talis est, quia non videtur, quod demonstratio Aristo. sit vniuersalis: quia videmus multas transmutationes fieri in non tempore, vt illuminatio totius orientis a sole, & illuminatio domus a candela, & similiter factio rei in actu fit subito, & in instanti, sumus igitur inter illa duo, nam aut oportet concedere hanc demonstrationem esse vniuersalem, & tunc oportet dicere sensum peccare in istis rebus quia non comprehendit tempus propter velocitatem eorum, aut oportet dicere, quod hęc demonstratio non est vniuersalis, quia non est vera nisi de quibusdam transmutationibus in quibus reperitur velocius, & tardius. Ad illam dubitationem respondet Commen. dicens, quod transmutatio dicitur ęquiuoce, scilicet, de transmutatione quæ est per se, & de transmutatione quæ non est per se, scilicet, finis transmutationis, finis autem rei non est de natura rei, & quia transmutationes quæ sunt in non tempore sunt fines transmutationis, & non sunt per se, non sunt trāsmutationes nisi ęquiuoce. Hæc igitur est responsio Commen. scilicet, quod omnis transmutatio quæ est in non tempore est transmutatio per accidens: quia est finis alterius transmutationis, & omnis transmutatio per se est in tempore, vnde Phylosophus non loquitur hic nisi de transmutatione per se, & de tali transmutatione est demonstratio Phylosophi vniuersalis. Sed dubium est: quoniam generatio substātię est transmutatio per se, & tamen non est in tempore. Dicendum, quod aliqua transmutatio potest dici per se dupliciter, scilicet, vel ratione termini transmutationis, vel quantum ad nomen transmutationis: ratione termini transmutationis sic generatio substātiæ est transmutatio, quia est ad per se ens, sed quantum ad nomen transmutationis sic non est per se, quia hoc nomen transmutatio significat primo, & principaliter transmutationem successiuam habentem prius, & posterius & ideo non dicitur de generatione primo, & solum per accidens, & ex consequenti.

Dubium. Ad dubium. Obiectio. Solutio.

DETERMINATVR DE TEMPORE IN comparatione ad suam causam, scilicet in comparatione ad animam. Tractatus tertij. Cap. VIII.

D Dignum autem est consideratione, & quonam modo sese habet ad animam tempus, & cur in omnibus tempus esse videtur, & in terra, & in mari: atque in cęlo.

Dignum aūt consideratione est; & quomodo igitur se habet tēpus ad animam, & propter quid in omni videtur esse tempus, & in terra, & in mari, et in cęlo. Tex. [illegible]

ISTVD est octauum, & vltimum capitulum huius tractatus in quo determinatur de tempore in comparatione ad suam causam, scilicet, in comparatione ad animam, & etiam soluuntur quædam dubitationes circa tempus, & continet duas partes principales, quia in prima Phylosophus pertractat duas dubitationes. In secunda autem ibi [Dubitabit autem aliquis,] mouet, & soluit Phylosophus unam dubitationem, scilicet

scilicet, cuius motus tempus est numerus. Prima pars continet tres particulas: quoniam in prima phylosophus ponit dubitationes. In secunda ibi [Aut motus est passio.] Soluit secundam dubitationem. In tertia ibi [Vtrum autem cum non sit.] reuertitur ad primam dubitationem. In prima igitur particula huius partis dicit phylosophus. Dignum est considerare. hoc est: dignum, & vtile est considerare quomodo tempus se habet ad animam, scilicet, vtrum tempus sit ab anima, vel possit esse sine anima, & hæc est prima quæstio, & propter quid tempus dicitur esse vbique, & in omni re: sicut dicitur tempus est in cælo, & in mari, & in terra. Hæc est secunda quæstio: scilicet quare tempus est ubique.

An quia tēpus cum mensura sit motus affectus est quidam ipsius, uel habitus. Hæc autē mobilia cuncta sunt. In loco nanque sunt vniuersa. Tempus uero ac motus simul potentia sunt atque actu.

Aut quia motus est passio quædam, vel habitus numerus existens. Hęc autem mobilia omnia. In loco enim sunt omnia. Tempus autem, & motus simul sunt, & secundum potentiam, & actum.

B

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus soluit secundam dubitationem, & solutio est hæc, quod quia tempus est passio, vel numerus motus, & motus est vbique, scilicet, in omnibus corporibus. Omnia enim corpora sunt in loco: ideo omnia corpora sunt mobilia, cum igitur tempus, & motus sunt simul, & motus sit ubique sequitur etiam, quod tempus sit vbique, & quia non omnia corpora actu mouentur: sed quædam mouentur in actu, & quædam mouentur in potentia; ideo phylosophus soluit illam dubitationē dicens, quod tempus, & motus sunt simul secundum potentiam, & secundum actum. In quocunque enim motus est in actu, etiam tempus est in actu, & in quocunque motus est in potentia, in eodem etiam tempus est in potentia. Et quia omnia corpora mouentur in potentia, vel in actu, ideo tempus est in omnibus corporibus in potentia, vel in actu. Sed hic sunt tria notanda secundum Commen. Primo notandum est, quod tempus consistit in terra, & in mari, & in cęlo, quia est accidens motui, & forma eius cum sit numerus illius: qui, scilicet, est accidens numerati, & cum tempus sit numerus rerum mobilium, & numerus inueniatur in numerato, & ista omnia, uidelicet cęlum, terra, mare naturaliter habeant moueri necesse est, quod tempus inueniatur in his. hæc Commen. Ex hoc patent duo: quorum primum est, quod tempus est accidens motus, quod est contra illos qui dicunt, quod tempus, & motus sunt eadem res, quia certum est, quod nihil est accidens sui ipsius. Secundum, quod patet est quod terra, cęlum, & mare naturaliter habent moueri, ideo in omnibus his est tempus in potentia, vel in actu. Secundo est notandum secundum Commen. quod tempus non inuenitur in omnibus his eodem ordine: quoniam primo inuenitur in cęlo, & secundo inuenitur in alijs propter hoc quod inuenitur in cęlo. Inuenitur in quiescente: propter hoc, quod inuenitur in moto, vnde tempus primo inuenitur in cælo; quia primum tempus est in cęlo, & in alijs inuenitur tempus secundo & ex consequenti, quia tempora secundario inueniuntur in alijs, & in quiescente non inuenitur tempus in actu, sed in potentia, quia quiescens potest moueri, & ideo in ipso potest esse tempus in actu, &c. Tertio est notandum secundum Commen. quod causa in hoc est, quia illa, in quibus inuenitur tempus, innata sunt moueri, & esse eorum in loco, omne enim quod est in loco innatum est moueri, quia corpus est. hæc Comment. Et si dicatur, quod terra quiescit, & non est nata moueri. Dicendum, quod terra innata est moueri, quia si esset extra suum locum naturaliter moueretur ad locum suum: aliter terra continue moueretur motu alterationis, & sic terra innata est moueri.

Solutio secundæ dubitationis

Primum notan.

C

Secundū notan.

Tertium notan.

D

Obiectio. Solutio.

Dubitauerit autem quispiam: si anima sublata tempus esse possit, nec ne. Nam si numeraturum esse non possit, neque quicquam numerabile esse potest. Quare patet neque numerum esse posse. Est enim numerus aut id quod numeratur, aut numerabile ipsum. Quod si nihil aliud aptum est numerare, quam anima, & animæ mens impossibile est: si anima non sit tempus esse.

A

Te. c. 131

Vtrum autem cum non sit anima: erit tunc tempus, an non dubitabit vtique aliquis. Impossibile enim cum sit numerantem esse aliquem: impossibile, & numerabile esse aliquod. Quare manifestum est, quia neque numerus. Numerus enim aut quod numeratur est: aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum est quam anima numerare, & anima intellectus: impossibile est tempus esse: anima si non sit.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus reuertitur ad primam dubitationem, & cōtinet duas partes: quoniam in prima parte phylosophus mouet dubitationem, & declarat qualiter tempus non est sine anima. In secunda ibi [Si autem hoc quodcunque.] Declarat quomodo tempus possit esse sine anima, & intendit sic videlicet, quod illud quod hoc nomen significat non potest esse sine anima, sed illud ens, quod hoc nomen tempus denominat dicendo hoc est tempus potest esse sine anima. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus repetit dubitationem. d. Quod aliquis dubitabit vtrum cum non sit anima: erit tempus: aut non. Deinde soluit quæstionem, & intendit dicere, quod tempus in actu non potest esse sine anima: hoc est illud, quod hoc nomen tempus significat idem est, quod hæc tota oratio: quantitas successiua motus per quam anima numerat seu mensurat motum, & certum est, quod illud, quod significatur per istam totam orationem non potest esse sine anima. Mota ergo dubitatione phylosophus soluit eam cum dicit. Impossibile enim cum sit, &c. Et est solutio talis, quod tempus in actu hoc est illud, quod hoc nomen tempus significat, non potest esse sine anima, & hoc declarat phylosophus, & est septuagesimaoctaua conclusio huius libri, scilicet quod tempus in actu non potest esse sine anima. hæc igitur conclusio probatur sic. Si impossibile est aliquid esse numerantem: impossibile est aliquid esse numerabile aut numeratum, sed numerus est numerabile, vel numeratum. ergo si impossibile est numerantem esse, impossibile est numerum esse, sed nihil est aptum natum numerare nisi anima, & adhuc non quæcunque anima nata est numerare, sed animæ intellectus, hoc est anima intellectiua. ergo si impossibile est animā esse, impossibile est tempus in actu esse. igitur si anima non est, tempus non est: de illa ratione primo ponitur prima propositio cum dicitur: impossibile enim cum sit numerantem esse aliquem: impossibile est numerabile esse aliquid. supple numeratum esse aliquid, hoc est si impossibile est numerantem esse impossibile est numerabile, vel numeratum esse, deinde ponitur secunda propositio cum dicitur. Si autem nihil aptum natum est &c. quia nihil aliud quā anima, & hoc anima intellectiua nata est numerare, deinde infert conclusionem dicens. Impossibile est tempus esse si anima non sit. Intelligendum, quod quia hoc nomen tempus in actu significat idem, quod hæc tota oratio, quantitas successiua, per quam anima numerat, & mensurat motum, ita accipiendo tempus pro eo, quod hoc nomen tempus significat, non potest esse sine anima, quoniam illud quod significatur per hanc orationem quātitas successiua per quam anima mensurat motum non potest esse sine anima, bene enim sequitur quantitas successiua per quam anima mensurat motum est. igitur anima est, & ideo non solum tenet consequentia cum nota impossibilitatis sic uidelicet, impossibile est animā esse. ergo impossibile est tempus esse, sed etiam tenet sine nota impossibilitatis, sequitur enim, nulla anima est. ergo tempus non est. Et si quæratur quid significat hoc nomen tempus. Dico, quod hoc nomen tempus significat vnum copulatum ex quantitate successiua, & ex anima, & ex actuali numeratione motus ab anima: cum enim anima actu mensurat motum, copulantur adinuicem anima, & motus, & quantitas per quā anima mensurat motum, & actio animæ, & ita actio forte est formale in significato temporis, sicut in significato huius orationis. lapis visus a me, formale est ipsa visio, quæ copulat lapidem visui meo, & illud intelligit Commen. cum dicit, quod numerus est actio numerantis in numerato, & illud quod hæc uox, scilicet, numerus in actu principaliter significet est actio numerantis quæ actio copulat adinuicem numerantem, & numeratum.

Septuagesimaoctaua conclusio huius libri.

B

Prima positio.

C

Secunda propositio.

D

Nisi id, qđ subiecto est tp̄s, si fieri potest, ut sit sine anima motus. Ipsum enim prius, atque posterius est i motu: tp̄s aūt est hęc, vt numerabilia sūt.

A *Sed aut hoc, aut quodcunque ens est tempus, ut si contingit motum esse sine anima. Prius autem & posterius in motu sunt: tempus autem hęc sunt secundum quod numerabilia sunt.*

HAec est secunda pars tertiæ particulę primæ partis principalis huius ca. in qua declaratur qualiter tempus pōt esse sine aĩa. Et intēdit phyl. φ illud ens de quo dicitur φ est tēpus dicendo hæc res est tps, accipiendo tps, ut supponit psonaliter pōt esse sine aĩa, & dicit sic. Si aut hoc, ut qđ cũque ens est tps, hoc est illud ens qđ est tps. s. ista quantitas successiua motus, pōt esse sine anima. & hoc declarat phyl. videlicet, φ illud ens qđ est tempus pōt esse sine anima, & hæc est septuagesimanona conclusio huius lib. quę pbatur sic. Motus pōt esse sine anima, & si motus sit sine anima prius, & posterius in motu sunt sine anima, hoc est illud, in quo primo, & essentialiter sunt prius, & posterius est sine anima, quia illud essentialiter cōsequitur motū, sed tempus nihil aliud est quā prius, & posterius in motu scđm, φ numerabilia sunt, hoc est illud ens, qđ est tempus nihil aliud est quam illud in quo sũt primo, & per se prius, & posterius scđm φ numerabilia sunt, ergo illud ens φ est tempus pōt esse sine anima: vnde rō pōt formari sic. Sine quo prius, & posterius essentialiter in motu possũt esse: sine illo illud q p est tēpus pt esse, & sine aĩa prius, & posterius essentialiter possunt esse, ergo sine anima illud, φ est tēpus pōt esse, maior patet, quia illud, qđ est tempus aliud est quam illud, qđ est essentialiter prius, & posterius in motu, nam sicut declaratum est superius tēpus est illud in quo primo, & essentialiter sunt prius, & posterius, & minor declarat: qm̃ sine anima pōt esse motus: sed motus non est sine illo in quo sunt prius, & posterius essentialiter, ergo sine aĩa prius, & posterius essentialiter possunt esse: de illa rōne ponitur declaratio minoris cum di. [Vt si contingit.] Hoc est si pro quia contingit motum esse sine anima prius, & posterius in motu sunt: hoc est illud, in quo est prius, & posterius essentialiter est in motu deinde ponitur probatio maioris cũ dicitur, φ tēpus est scđm numerabilia sunt. hoc est tempus est prius, & posterius essentialiter scđm quod sunt numerabilia: & ideo sine quo prius, & posterius essentialiter in motu possunt esse: sine illo, illud φ est tempus pōt esse. Vnde notandum φ Com. loquens de illo φ hoc nomen numerus significat dicit sic qđ esse numeri in anima non est omnibus modis esse: hoc est numerus non totaliter, seu omnibus modis dependet ab anima: qm̃ si sic esset, esset fictum, & falsum, ut chimera, & hircocervus, sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprium, & esse eius in anima est in actu. i. quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendũ illam actionem quæ dicitur numerus. hæc Com. Et paulo post exponendo illud dictum phylosophi. Sed aut hoc vtrunque ens est tēpus, dicit Com. sic. Cum non fuerit anima non erit tempus nisi aliquis dicat, quod erit, & fuit si anima non fuit ex illo φ cum fuerit in actu tempus est in potentia, & hoc est suum subiectum proprium motus, aut motus. Et postea dicit, φ tempus non erit in actu nisi anima in potentia erit, licet anima non sit. hæc Commen. Vnde tempus in actu est illud, quod significatur per hoc nomen tempus, & materiale in significato huius nominis est motus de genere quantitatis. s. quantitas successiua motus de genere passionis, sed formale, in significatu huius nominis motus est actus animæ. i. numeratio animæ, & ideo qđ significatur per hoc nomen tempus habet esse in potentia, etsi anima non fuerit, quia suum materiale. s. motus de genere passionis quantitatis habet esse si anima non fuerit, & motus dicitur esse proprium subiectum temporis, quia est subiectum circa qđ est actio animę, vel dicitur subiectum, quia est materiale in significato temporis. Notãdum scđm Com. φ phylosophus dicit, φ est prius & posterius in motu scđm, qđ numerata sunt, innuit φ tempus diminuat ab eo ex esse perfecto extra animam hoc qđ mensuratur ab anima tm̃ secundũ ergo hunc modum dicitur tempus habere esse extra animam simile perfecto, & si non sit perfectum, hæc Com. Vnde Com. intendit, quod illud, quod hoc nomen tempus significat est diminutum ab esse perfecto extra animam, hoc est illud, quod significat hoc nomen tempus non est ens perfectum extra animam, quia aliqua pars sui significati dependet ab anima. s. actualis numeratio animæ, est tamen simile perfecto, qr aliqua pars sui significati est extra animam. i. motus, igitur dicit Commen. φ illa perscrutatio de tēpore est magis Physica, quam naturalis, & induxit ipsum in hoc loco, qa est motu ipsum latere. s. esse diminutum in se, hæc Commen. Intelligendum, φ sicut hæc vox, lapis intellectus significat qđdam copulatum ex lapide, & ex intellectione, & tamen vere dicitur de lapide, nam hæc est vera, lapis est lapis intellectus, ita hoc nomen tempus significat vnum copulatum ex quantitate successiua motus, & ex actione animæ, & tamē hęc vox tempus vere dicitur de quantitate successiua motus, qm̃ sola quantitas successiua motus est tempus sicut solus lapis, lapis intellectus, & qualitercunque accipiatur tempus, siue pro eo, qđ denominatur, siue pro eo, φ significat semper est illa consequentia bona, tempus est ergo anima est, & hæc similiter nulla anima est, ergo nullum tempus est, si hæc consequentia est bona, lapis intellectus est, ergo anima est, si tamen aliquod nomen imponatur præcise ad significandum quantitatem successiuam motus, ut si a, significaret præcise quantitatem successiuam motus, hæc consequentia non valeret a, est, igitur anima est, sicut illa consequentia non valeret, lapis est, ergo anima est, quamuis sequatur, lapis intellectus est, ergo anima est. Intelligendum etiam, φ cum Commen. dicit quod esse temporis est in potentia propter subiectum proprium, & qđ esse eius in anima est in actu quando anima gerit ei illam operationem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem quæ dicitur numerus, qđ Commen. non intelligit φ

B actio quę dicitur numerus, seu numeratio sit subiectiue in motu, vel in moueri tanquam accidens in subiecto, quia certum est, φ actio animę est in anima subiectiue, sed per subiectum proprium, seu præparatum ad recipiendum actionem animæ intelligit subiectum circa quod, non subiectum in quo. Vnde motus est, subiectum circa quod, & numeratio animæ recipit actionem animę tanquam illud circa quod est actio, non tanquam illud in quo est actio animę.

Dubitauerit etiam quispiam qualisnam motus tempus est numerus. An qualisuis. Generatur enim in tempore ac augetur, & alteratur itidem in tempore, atque corrumpitur. Quo igitur motus est, hoc motus cuiusque tempus numerus est. Quopropter tempus absolute motus continui, sed non cuiusdam numerus est.

Dubitabit autem aliquis, & qualis motus tempus numerus sit, aut cuiuslibet, & namque fit in tempore, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Secundum igitur quod motus est, sic est vtriusciusque motus numerus, non motus simpliciter numerus est continui: sed non cuiusdam. Te. c. 131.

C HAec est secunda pars principalis huius ca. in qua phyl. mouet, & soluit tertiam dubitationē, & continet tres particulas, qm̃ in prima phyl. mouet, & soluit dubitationem. In secunda ibi [Qm̃ aũt loci mutatio.] Declarat primum tempus esse hoc, φ est aliquod primum tempus. In tertia ibi. [Dicitur aũt recte.] Reuertitur super solutionē tertiæ dubitationis declarando vnum, quod in dicta solutione supponit. Prima particula continet duas partes, quia in prima phyl. mouet quæstionem, & eam soluit In secunda ibi. [Sed nunc est monen.] Obijcit contra solutionem, & soluit. Dicit igitur phyl. primo, φ aliquis potest dubitare, cuius motus tps est numerus, vtrum, videlicet, tempus sit numerus cuiuslibet motus, aut non, hãc dubitationem soluit phyl. d. Aut cuiuslibet, &c. Et est solutio illa, φ tēpus est numerus cuiuslibet motus, & hæc est octuagesima conclusio huius lib. quæ probatur sic. Cuiuslibet motus facti in tempore, tempus est numerus, sed omnis motus fit in tempore, ergo tempus est numerus cuiuslibet motus. Maior patet, quia esse in tēpore est esse in tpe sicut in numero, ut patet ex præcedentibus, minor autē declaratur inductiue, qm̃ illud qđ augmētatur in tpe est illud, φ alteratur in tēpore, & illud qđ fertur, hoc est illud, φ mouetur localiter fertur in tpe, unde concludit phyl. φ tps scđm quod tempus est numerus cuiuslibet motus, unde tps est numerus motus omnis continui, & non est numerus cuiusdam motus, & non alterius. Notandum secundũ Com. hic qui dicit sic. Et debes scire, φ tempus, licet sit numerus cuiuslibet motus, tamē non est eodē modo, sed scđm prius & posterius, qm̃ est numerus aliorum motuum præter motum trãslationis, quia est numerus translationis, quia si translatio non esset, tempus non esset. & si alteratio non esset, nec augmentatio, nec generatio, nec corruptio esset, & si esset translatio tantum, esset tempus, & si de modis translationis non esset translatio circularis

Septuagesimanona concl. huius lib.

Esse numeri in anima non est omnibus modis esse.

Notabile.

Octuagesima cōclusio huius libri.

Confirmat: sup. cō. 130.

non esse tempus, & de circulari velocioris circulationis, scilicet, motus diurnus, tempus ergo, & si non est numerus cuiuslibet motus. tamen attribuitur eis principaliter, & secundario, hæc sententia est plana.

At vero fieri potest, ut nunc, & aliud moueatur quorum vtriusque motus tempus numerus erit. Aliud ne igitur, atq; aliud erit, & æqualia duo tempora simul erunt. An vnum tempus motus metietur vtrosque. Omne nãque tẽpus vnum similiter est, & simul Specie uero sunt eadẽ, & quæ non sunt simul Nam vt si sint hi quidem canes: illi autem equi, atque vtrique sint septem, idem est numerus vtrorumque. Sic & eorum motuum qui simul incipiunt simulque desinunt idem est numero tempus, & si celerior alter forsitan est. tardior alter, & alter latio: alter est alteratio Quamquam enim motus hisce differunt differentijs: idem est tñ tempus alterationis lationisve æquale si simul fiant. Quippe cũ & numerus sit idem canum equorumve quem diximus Et propterea motus quidã diuersis seorsumque fiunt, tempus autem idẽ est vbique: Quoniam & numeruseorum quæ sunt æqualia simulque: vnus & idem vbique est

Sed est nunc moueri unum, & aliud quorum vtriusque motus erit numerus. Alterũ, & alterũ igitur tps erit, & similiter duo tempora æqualia erunt, aut nõ. Omne nãque tps unum similiter, & simul est. Species autẽ, & qui non simul. Si. n. & hi sunt canes: illi uero equi, utrique aũt septem: idem numerus est. Sic enim & motuum simul terminatorum: idem tempus est. Sed hic ve lox fortassis: alius vero non: & alius quidẽ loci mutatio est. Hic aũt alteratio. Tempus tamẽ idem est siquidem, & numerus æqualis sit, et simul alterationis, et loci mutationis, & propter hoc motus quidem alteri sunt, et seorsum sunt, tempus autem vbique idem, quia & numerus unus, & idem vbiq; est, qui est æqualiũ, & simul.

Hæc est secunda pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua Phyl. obijcit contra solutionem, & etiam soluit obiectionem. Primo igitur ponit obiectionẽ. Secundo soluit eam. Obiectio igitur talis est, quia non videtur, quod tempus sit numerus cuiuslibet motus, quia si tẽpus sit numerus cuiuslibet motus, cum contingat vnum moueri quando aliud mouetur in æquali tempore, igitur tẽpus erit numerus istorũ duorũ motuum, sed alterius & alterius motus est alius, & alius numerus, ergo erunt duo tempora æqualia simul, quod est impossibile, ergo impossibile est, quod tempus sit numerus cuiuslibet motus, Deinde cũ dicit. [Aut non omnino, &c.] Soluit illam dubitationem, & solutio consistit in hoc, quamuis tempus sit numerus motus, non tamen oportet, quod si plures motus sint simul, quod propter hoc plura tẽpora sint simul nam omne tempus, quod est simul est unum nõ multiplicatum, quamuis sint motus plures, & quamuis tempora, quæ non sunt simul non sunt vnum tempus. Vnde ad multiplicationem motuum non sequitur multiplicatio temporis, & huius ratio est, quia tempus est numerus motus: nũc autẽ ad multiplicationem numeratorum non sequitur multiplicatio numeri: quoniam septẽ canes, & septem equi sunt diuersi, & tamen est idem numerus septem canum, & septem equorum, & sic cum tempus sit numerus motuum: ad multiplicationem motuum non sequitur multiplicatio temporis, quantumcunque motus sint diuersi, ut si vnus motus sit velox, & alter tardus, vel si vnus motus sit loci mutatio, & alius alteratio, tamen tempus est idem: dummodo illi motus simul fiant, quia numerus est vnus, & idẽ vbiq; æqualium, & simul existentium, litera plana est. Intelligendum est hic, quod si ponamus, quod numerus sit accidens inhærens rebus numeratis, vt aliqui ponunt, sic esset dicendum, quod numerus posset comparari, uel ad ea quorum est numerus tantum, & non forma inhærens illis, vel potest comparari ad illa quorum est forma

Dubitatio

Solutio dubitationis.

A inhærens, v.g. numerus quinarius, qui est in quinque digitis meis, vel potest comparari ad ea, quorum est numerus tantũ, verbi gratia, potest comparari ad quinque equos, & ad quinque canes; possum enim numerare quinque equos, & quinq; canes per numerum quinarium digitorum meorum, qui numerus est mihi notus: potest etiam numerus quinarius quinque digitorum meorum comparari ad digitos meos in quibus est subiectiue. Dico igitur quod ponendo numerum non esse formam accidentalem inhærentem rebus numeratis sic numerus non multiplicatur ad multiplicationem illorum, quorum est numerus tantum, quia per eundem numerũ possum numerare equos, & boues, & canes: sed numerus bene multiplicatur ad multiplicationẽ illorum, quorum numerus est forma: quoniam alius numerus est subiectiue in decẽ digitis meis, & alius in decem equis, & quia tempus primum comparatur ad motus inferiores solum sicut numerus ad numerata: ideo tempus primum non multiplicatur ad multiplicationem motuum inferiorum: sed tempus primum comparatur ad motum primum sicut forma ad res cuius est forma, & cui inhæret: ideo tempus habet vnitatem, & diuersitatem ab vnitate, & diuersitate primi motus, quia unam partem primi motus mensurat primum tempus. & aliam partem primi motus, quæ non est simul cum illa partem mensurat aliud tẽpus, seu aliam partem temporis. Vnde illę comparationes numeri ad numerata ponit Com. hic dicit, quod tẽpus mensurat motum circularẽ. Et motus circularis accipitur in diuisione temporis, & tempus mensurat illum, scilicet, motum circularem, non secundum, quod numerus mensurat numeratum: sed secundum quod numerat ad quod est forma in re Alios uero motus mensurat secundum quod numerus mensurat numeratum secundum quod numeratum non accipitur in diffinitione numeri: hæc Commen. Et ita patet, quod tẽpus aliter mensurat primum motum, quia illum mensurat sicut forma in re, & aliter mensurat alios motus, quia illos mensurat sicut numerus numeratum. Si vero ponamus quod numerus non sit aliud a rebus numeratis, tunc esset dicendum quod numerus potest accipi dupliciter, vno modo, ut numeratus alio modo, vt aliud quo numeramus. primo modo numerus multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, quia est illud idem quod ipsa numerata. Vnde decem equi, & decem canes non sunt eadem decem; immo tantũ distinguuntur quantum canes, & equi, si vero accipitur numerus qui distinguitur a rebus numeratis, ut est illud quo numeramus: sic non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum per ipsum, verbi gratia, per decem digitos meos, quorum numerus est mihi notus, possum numerare decem equos, & decem canes; quoniam per hoc, quia scio quot digitos habeo possum deuenire in cognitionem numeri equorum, & canum, & scire quod sunt decem equi, & decem canes, & decem digiti sunt eadem decem siue per eos numeramus canes siue equos. Vnde breuiter numerus extra animam quo numeramus non multiplicatur ad multiplicationem eorum quorum est numerus tantum, siue numerus ponatur accidens siue ponatur idem realiter cum rebus numeratis. Si vero per numerum intelligamus actionem animæ per quam numeramus; sic dico quod talis numerus multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, quia actio animæ multiplicatur ad multiplicationem obiectorum, & sic patet, quod non est idem numerus decem hominum, & decem canum; quoniam alia est actio animæ per quam numerantur decem homines, & alia per quam numerantur decem canes. Adhuc possum per numerum intelligere, vnum communẽ quod significatur per nomen numerabile, & per hoc respondetur ad quæstionẽ quærentẽ de aliquibus quot sunt; cuiusmodi sunt duo, tres, quatuor, &c. & siue tale commune sit res extra animam, siue sit conceptus animæ, dico quod tale commune non multiplicatur ad multiplicationem numeratorũ, quia superius non multiplicatur ad multiplicationem suorũ inferiorum, nunc vero decem est vnum commune ad decem homines, & ad decem canes, & ideo numerus importatus per hoc nomen decem siue ut res extra animam, siue sit conceptus in anima est idem decem canum, & decem equorum. Potest igitur breuiter poni talis distinctio de numero, videlicet, quod quidam est numerus numeratus, & quidam est numerus quo numeramus; numerus numeratus est idem quod res numeratę, & talis numerus multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, sed numerus quo numeramus est duplex, videlicet, singularis, & communis; numerus singularis etiam est duplex, quia quidam est extra animam, vt numerus denarius digitorum

B

C

D

Quid possumus intelligere per numerum.

meorum, & quidam in anima, vt actio animæ quæ dicitur numeratio. Numerus singularis extra animam quo numeramus non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum quorũ est numerus tantum quamuis multiplicetur ad multiplicationem illorum quorũ est forma, sed numerus singularis in anima quo numeramus multiplicatur ad multiplicationẽ numeratorum. Numerus vero communis per quem respondetur aliquibus ad quæstionem quærentem, quot sunt non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, quia superius nõ multiplicatur ad multiplicationem inferioris, & de tali numero loquitur forte phylosophus dicens quod idem est numerus decem hominum, & decem canum.

Atqui cum latio quidam sit motus, & huius species sit conuersio, vnumquodque autem uno quodam sibi numeretur propinquo, vnitates quidem vnitate, equi autem equo: tempus etiam hoc pacto tempore profecto quodam mensurabitur definito.

Te. c. 133. *Quoniam autem loci mutatio, & huiusmodi circularis: numeratur autem unumquodque vno quodam proximo, vt vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tempore quodam finito.* B

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua secundum expositionem Commen. phylosophus declarat primum tempus esse, & continet tres partes secundum expositionem Commen. quoniam in prima declaratur quod est aliquod primum tempus. In secunda ibi. [Mensuratur autem.] Ostenditur per quid tempus primum mensuratur, & terminatur, quia per motum. In tertia ibi. [Si igitur quod primum.] Declaratur per quem motum primum tempus mensuratur. In prima igitur parte huius particulæ probatur primum tempus esse, siue quod primum tempus est, & hæc est octuagesimaprima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Vnumquodque numeratur, & mensuratur alio vno primo suæ speciei, sicut motus inferiores mensurantur motu circulari qui est primus motus, & vnitates mensurantur unitate, & equi, idest, numerus equorum uno equo, & sic de alijs. Et ex quo ita est quod vnumquodque numeratur aliquo uno suæ speciei, primo oportet quod tempus mensuretur quodam tempore. primo igitur oportet quod sit aliquod tempus primum quod sit mensura omnium aliorum temporum. Notandum secundum Cõmen. hic quòd cum fuerit positum quod tempus sit numerus cuiuslibet motus, & fuerit positum quod hic est prior motus, cæteris motibus, sequitur ut tempus illius motus sit prius cæteris temporibus. & numeris. hæc Commenta. Ex quo loco habetur expresse quod plura sunt tempora simul, & quod primum tempus est mensura omnium aliorum temporum, tamen non sunt plura tempora prima simul, quia hoc negat phylosophus in pluribus locis. Vnde quilibet motus habet quantitatem propriam successiuam intrinsecam, quæ quantitas potest dici motus, vel successio, & ista quantitas est proprium tempus illius motus.

Octuagesimaprima conclusio huius lib.

Atq; motu quidem tempus: motus autem tempore mensuratur, sicuti diximus. Hoc autem ideo, & quia quantitas motus, ac temporis ab eo motum qui definitus est tempore mensuratur.

D *Mensuratur autem sicut diximus tempus motu, & motus tempore. Hoc autem est, quia determinato motu, & tempore mensuratur motus, & quantitas temporis.*

HAec est secunda pars secũdæ partic. secundæ partis principalis huius ca. in qua ostenditur per quid primũ tẽpus determinatur & mensuratur, & hæc est pars narratiua, unde dicit phylosophus, quòd tẽpus mensuratur motu, idest primum tẽpus mensuratur motu, & motus mensuratur tempore, vt prius dictũ est, per tempus enim terminatũ mensuratur quantitas successiua motus, & quantitas temporis, & hoc intendit phylo. cum dicit, motusque quantitas tẽporis, idest per tempus certũ nobis mensuratur quantitas motus, quia

A pro quantitate temporis: quando enim quantitas alicuius temporis est nobis nota tunc per illud tempus possumus mensurare quantitatem temporis nobis ignotam, & etiam quantitatem motus nobis ignotam & econuerso: quoniam quando quantitas alicuius motus est nobis nota, & certa, tunc per illum motum possumus mensurare quantitatem temporis, idest quantum est illud tempus in quo fit talis motus, vnde secundum Com. est hic intelligendum quod motus mensuratur per tempus primo, & essentialiter.

Si igitur ipsum primum propinquorum omniũ est mensura, vniformis sanè cõuersio mensura potissimum erit: quoniam hujusce numerus notissimus est, vt patet. Atque alteratio quidem vniformis non est, nec accretio, nec generatio: latio autem est. Quapropter & motus ipsius sphæræ tempus esse videtur, quia cæteri motus hoc motu mensurantur, & etiam ipsum tempus.

B *Si igitur quod primum mensura oĩum proximorum circulatio regularis, mensura enim maxime, quia numerus huiusmodi notissimus est. Alteratio quidem igitur, neque augmentatio non sunt regulares. Loci autem mutatio est. Vnde & videtur tempus esse sphæræ motus, quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu.*

HAec est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua declaratur per quem motum mensurat primum tempus, & continet duas particulas: quia in prima phylosophus ostendit propositum suum, per rationes. In secunda ibi. [Propter hoc autem.] Concludit propositum per dictum commune vulgi. In prima igitur particula huius partis declaratur quod primum tempus mensuratur per motum circularem primum, & hæc est octuagesima secunda conclusio huius libri, quæ probatur tripliciter, & primo sic. Primum in vnoquoque genere maxime est mensura aliorum, sed motus circularis primus est primus in genere motuum. igitur cum tempus primum mensuretur per motum, sequitur quod tempus primum mensuretur per motum circularem primum. De illa ratione primo ponitur maior cũ dicitur. Si pro quia. primum est mensura omnium proximorum. Deinde ponitur conclusio cum dicitur. [Circulatio regularis.] Hoc est motus regularis primus qui est maxime regularis mensurat maxime. hoc est maxime erit mensura temporis. Deinde secundo probatur eadem conclusio cum dicitur quod numerus huius notissimus est, & est ratio talis. per illum motum mensuratur primum tempus, qui motus est numerus notissimus, seu mensura notissima, sed motus circularis primus est numerus notissimus, seu mensura notissima: igitur per motum circularem primum mensuratur primum tempus. de illa ratione ponitur minor in textu. Tertio probatur eadem conclusio cum dicitur. Alteratio quidem est quæ est ratio talis. primum tempus mensuratur per illum motum qui est maxime regularis, & vniformis: sed motus circularis primus est maxime regularis, & vniformis, ergo primum tempus mensuratur per motum circularem primum. De illa ratione ponitur primo probatio minoris in textu. Deinde conclusio. minor igitur probatur sic. Alij motus a loci mutatione, vt pote alteratio, & augmentatio non sunt motus regulares, vt manifestum est, & ideo sola loci mutatio est regularis, sed non omnis loci mutatio est regularis, quia nullus motus rectus naturalis, nec violentus est regularis. Motus etiam circularis orbium inferiorum non sunt regulares: ideo solus motus circularis primi orbis est motus omnino regularis, & per consequens ille motus est mensura primi temporis, & propter hoc videtur aliquibus quod tempus est motus sphæræ, quia sicut tempore mensurantur alij motus: ita motu sphæræ mensurantur alij motus, & tempus etiam mensuratur hoc motu, scilicet, motu sphæræ.

Octuagesimasecunda conclusio huius libri.

Propter hoc & id accidit qđ consuetum est dici. Res n humanas, & cæterarum eas quæ naturalem motum, & ortum, ac obitum subeunt, circulum esse dicunt. Idq; propterea quod hæ vniuersæ tempore dijudicantur, finemq; subeunt, ac princi

pium

pium perinde, atque si reditione quadam hoc fiat. A Etenim tempus ipsum circulus quidam esse videtur. Hoc autem eo rursus videtur, quia talis lationis est ipsum mensura, & a tali latione ipsum est mensurat.

Propter hoc autem & consuetum dici accidit. Dicunt enim circulum esse humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. Hoc autem est, quia omnia hęc tempore indicantur, & accipiunt finem, & principium, sicut si secundum circulationem fit. Et tempus enim ipsum videtur circulus quidam. Hoc autem iterum videtur ob hoc, quod huius loco mutationis mensura est, & mensuratur ipsum ab huiusmodi.

HAec est secunda particula tertiæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua phylosophus probat propositum suum per commune dictum vulgare, & etiam facit suam sententiam de eo quod declarauit. Dicitur igitur primo quod propter hoc, quia tempus mensuratur per motum circularem, & sequitur ipsum: accidit illud commune dictum, & vulgare quod omnes res humanæ B fiunt, & currunt secundum quendam circulum, quem circulum dicunt esse rotam fortunæ: cuius causa est, quia tempus sequitur motum circularem, & mensuratur motu circulari, & etiam mensurat ipsum, & ideo sicut tempus est circulare, eo quia sequitur motum circularem dicunt omnia humana currere secundum quendam circulum: similiter omnia humana mota motu circulari dixerunt moueri secundum quendam circulum. & generationem, & corruptionem dixerunt esse circularem: & hoc ideo quia omnia hæc tempore mensurantur, & accipiunt principium, & finem a tempore: & ideo sicut tempus est circulare: ita dixerunt omnia quæ sunt in tempore esse, & fieri secundum quendam circulum.

Quare dicere rerum eas quæ fiunt circulum esse, est dicere temporis circulum quendam esse. Hoc autem ideo dicitur, quia tempus mensuratur ipsa conuersione. Id enim quod mensuratur: nil aliud esse videtur præter id quod metitur quam C totum plures mensuræ.

Quare dicere esse rerū qui fiunt circulum dicere est temporis esse quendam circulum. Hoc aūt est, quia mensuratur circulatione. Extra enim metrū nihil videtur esse quam quod mensuratur. Sed aut multa metra totū.

HIc phylosophus facit sententiam recapitolando prædicta dicens quod dicere esse rerum fieri secundum quendam circulum est dicere tempus esse quendam circulum, tempus vero non propter aliud dicitur esse circulus, nisi quia mensuratur motu circulari, & motus circularis est in tempore. Et subdit phylosophus dicens, quod quia tempus mensuratur motu circulari, ideo tempus est circulare, & dicit. extra enim metrum, hoc est extra genus metri nihil videtur esse quod mensuratur, hoc est mensura, & mensuratum eiusdem generis: si autem metra multa totum, hoc est tam tempus quam motus circularis videntur esse metra multa, quoniam tam tempus quam motus circularis est metrum. Intelligendum quod aliqui dicunt, & exponunt quod phylosophus ab illa parte, videlicet. [Quoniam autem loci mutatio.] Vsque D ad illam partem, scilicet. Differentia autem rerum. Ostendit cuius motus tempus est numerus, & primo præmittit tria notabilia necessaria ad suum propositum: quorum primum est, quod loci mutatio est una species motus, & quod loci mutatio continet sub se multas species, quarum una est motus circularis. Secundum quod præmittit est quod vnumquodque mensurabile mensuratur aliquo uno eiusdem generis cum eo. Tertium quod præmittit est quod tempus mensuratur motu, & motus mensuratur tempore. Quibus præmissis phylo. ibi. [Si ergo quod primum.] Probat quod tempus est primo, & principaliter numerus motus circularis primi, & secundario aliorum motuum. Primum probatur per tres rationes, & per commune dictum vulgi primo probatur per hoc, quia primū est mensura omnium aliorum, scilicet motus circularis primus est primus inter omnes alios motus, ergo est mensura omnium aliorum motuū, & per consequens tempus quod est mensura motus, debet esse primo mensura primi motus circularis, quia mensura alicuius generis primo mensurat primū illius generis, &

Primum notan.

Secūdum.

Tertium.

Prima probatio.

A quidem primum mensurat, & est mensura etiam omnium aliorum. Secundò, quia numerus primi motus est notissimus, & tempus est mensura notissima: ideo tēpus est primo mensura primi motus. Tertiò, quia tempus cum sit æquale, & regulare est primo mensura illius motus qui est maxime æqualis, & regularis, & huiusmodi est primus motus. Deinde probatur idem per dictum commune vulgi quod est quod omnia humana, & omnes motus naturales currunt secundum quendam circulum, idest, secūdum rotam Fortunæ. Et hoc est, quia omnia humana, & omnes motus naturales sunt sub tempore, & tempus est quidam circulus ex hoc quod primo consequitur, & mensurat motum circularem. Sed est notandum quod Com. mouet, & soluit hic vnam dubitationem talem. Nos videmus quod prima mensura in rebus mensuratis est duobus modis, videlicet, aut mensura quæ dicitur vniuocè in illo genere, aut principaliter, & secundario: hoc est æquiuocè, tantum igitur tempus cum primo tempore mensurante, cuiuslibet istorum duorum modorum est, hoc est quod tempus continens totum, hoc est, tempora singulorum motuum quo modo se habent ad primum tempus, aut mensuratur tanquam mensura vniuoca, aut tanquam mensura æquiuoca. Ad illud B vero dubium respondet Com. dicens sic: dicimus ergo quod si tempus sequeretur omnem motum: primum tempus cum alijs temporibus diceretur principaliter, & secundario: quemadmodum motus quem sequitur cum alijs motibus principaliter, hoc est si quilibet motus habeat suum tempus, tunc tempus dicitur principaliter, & secundario; quia principaliter diceretur de tempore primi motus, & secundario de partibus aliorum motuum, si autem tempus totum sequitur motum totum, scilicet, motum circularem, tunc primum tempus erit dictum cum alio tempore quod mensurat vniuoce, sicut est dispositio in vnitate cum numeris, hoc est si non sit tempus consequens primum motum, & illud tempus erit dictum vniuoce, quia erit vnum, & idem tempus realiter, non diuersificatum nisi ex hoc, quia mensurat plures motus.

Secunda probatio.

Tertia probatio.

Dubium.

Solutio.

Dicitur enim recte numerum quidem eundem esse ouium, atque canum, si est æqualis, quaternitatem autem nō eandem, neq; quatuor eadem esse. Quemadmodū neque trianguli sunt idem hi, quorum alter ex æqualibus alter inæqualibus omnib. C lateribus constat, quanquā eadem est vterque figura: quoniā ambo trianguli sunt. Eadē enim aliqua eo dicuntur: cuius non differunt differentia, non eo cuius differentia differunt. Veluti trianguli dicti differentia trianguli. differunt non figuræ. Igitur trianguli quidē sunt diuersi, figuræ autē diuersæ non sunt, sed in eandē vnamve cadunt diuisionem. Figura namq; talis quidē est circulus, talis autem est triangulus, & hisce talis quidem est æqualiū laterum, talis aūt inæqualium Sunt igitur eadem hi figura, trium enim vterq; est angulorum. At non sunt trianguli idem. Et numerus igitur dictus pari ratione idem est sanè Non enim numerus ipsorū, differentia numeri differt. Quaternitas autem nō eadem est. Ea namque de quibus dicitur differunt, hæc enim canes sunt, illa o- D ues. Sed de tempore quidem ipso, & de hisce quæ circa ipsum quidem sunt, ad hanc autem considerationem accommodantur. satis iam diximus.

Dicitur aūt recte quod numerus quidem idem est, & ouium, & canum, si æqualis vtrique sit. Decem autem non idem. Neque decem eadem sunt, sicut neque triangulus idem qui est æquilaterus, & gradatus, & tamen eadem figura est, quia vtraq; trianguli sunt. Idem. n. dicitur a quo non differt differentia. Sed non a quo differt, vt triangulus a triangulo differentia differt. Alteri quidem enim trianguli abinuicē sunt. A figura autem nō, sed in eadem diuisione, & vna. Figura enim hęc quidem talis circulus. Alia vero huiusmodi triangulus. Atq. illi quidem, vt dictum est opinionem habuerunt Te.c. 134.

talem quòd Medicus ædificator, & albi, & alia quidem æquilaterũ. Alia vero huius gradatũ. Figura quidẽ igitur eadẽ, & hæc triangulus enim est. Triangulus autẽ non idem est. Et numerus iã similiter. Non enim differt à numero differentia numerus horum. Decem autem nõ idem est. In quibus enim dicitur differunt, hæc quidem enim canes: alia vero equi, & de tempore quidem ipso, & de circa ipsum proprijs hac intentione dictum est.

Hæc est tertia particula secundæ partis principalis huius c.a. in qua phylo. reuertitur super solutionem tertiæ dubitationis declarando id, quod supponit in dicta solutione, scilicet quod numerus non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum: immo probat quod idem est numerus distinctorum numeratorum; & hæc est vltima conclusio huius libri, videlicet, quòd idem est numerus distinctorum numeratorum, intelligendo conclusionem sic, scilicet quod diuersi numeratorum æqualis in multitudine sunt idem in numero, ita quòd non diuersificantur per differentias diuisiuas illius numeri. Conclusione igitur sic intellecta probatur sic: illud quod attribuitur aliquibus, & non diuersificatur in illis secundum differentias suas diuisiuas est idem illorum siue in illis, hoc patet quia quòd est aliquorum, & non diuersificatur secundum quòd est illorum: oportet quod sit idem illorum, vel in illis. Sed numerus distinctorum numeratorum æqualium secundũ multitudinem non diuersificatur in illis secundum suas differentias diuisiuas. igitur numerus distinctorum numeratorum, est idẽ in illis: maior declaratur per simile sic, quia, enim æquilaterus, & gradatus sunt figuræ, & non distinguuntur per aliquas differentias immediate diuisiuas figuræ: immo conueniunt in eadem differentia immediate diuisiua figuræ, scilicet in differentia constitutiua trianguli, ideo dicimus quod æquilaterus, & gradatus sunt eadem figura, quia conueniunt in eadem differentia immediate diuisiua figuræ, sed quia æquilaterus & gradatus sunt eadem differentia immediate diuisiua trianguli, & propter hoc non conceditur, quod æquilaterus, & gradatus sint vnus triangulus, & sic patet maior, scilicet quod illud quod attribuitur aliquibus, & non diuersificatur in illis secundum differentias suas diuisiuas est idem illorum, seu in illis. minor vero declaratur quia decem equi, & decem canes non diuersificantur per aliquas differentias diuisiuas numeri: immo continentur sub eadem differentia immediate diuisiua numeri, quia continentur sub numero denario, sed diuersificantur per differentias diuisiuas ipsorum decem; quia decem diuiduntur in decem canes, vel in decem equos, & in decem homines, & ideo bene dicitur quod idem est numerus decem hominum, & decem canum, tamen decem homines, & decem canes nõ sunt eadem decem, & sic patet, quòd idem est numerus distinctorum numeratorum, de qua ratione primo ponitur probatio maioris cum dicitur. Sicut nec trianguli idem, quod est per simile, scilicet quod quia æquilaterus, & gradatus conueniunt in eadem differentia diuisiua figuræ: ideo sunt eadem figura. Et hoc probatur per hoc, quia per nullam differentiam immediate diuisiuam figuræ conueniunt, sed non sunt idem triangulus, quia non conueniunt in eadem differentia diuisiua immediate trianguli. Deinde applicat illud ad numerum cum dicit. Et numerus ipse simpliciter, lege quia litera est plana. Deinde cum dicit. [Et de tempore quidem ipsorum, &c.] Hoc est de tempore, & de proprijs circa ipsum, & circa intentionem eius dictum est. Intelligendum, quod cum phylosophus dicit, quod idem est numerus distinctorum numeratorum, videtur per probationem suam, & per exempla, quod ipse per numerum intelligat unum commune, quod significatur per nomen numerale, per quod respondetur ad quæstionem factam de aliquibus quot sunt, quod patet: quoniam non vult quod idem sit numerus decem equorum, & decem canum, nisi quia hoc commune numerus denarius continet vtrosque, ita quod si de vtrisque quæratur quot sunt, conuenienter respondetur quod sunt decem, & hoc etiam patet per exemplum suum cum dicit: Aequilaterus, & gradatus sunt eadem figura, & hanc propositionem non concedit phylosophus: nisi quia æquilaterus, & gradatus continentur sub eadem specie figuræ, scilicet, sub triangulo, & sic concedit, quod idem est numerus decem equorum, & decem canum, quia decem equi, & decem canes continentur sub eadem specie numeri, idest, sub denario. Et si diceret quod illud non videtur esse ad phylosophi propositum, quia phylosophus non loquitur de aliquo communi

A prædicabili cum dicit, quod idem est tempus diuersorum motuum quia idem est numerus distinctorum numeratorum. Intelligendum, quod sicut phylosophus per numerum simpliciter intelligit numerum, per quem conuenienter respondetur ad quæstionem factam de aliquibus quot sunt, ita per numerum non simpliciter, sed determinati generis, cuiusmodi est tempus intelligit tempus, per quod respondetur de aliquibus motibus, seu temporibus ad quæstionem factam per quando. Si enim de duobus motibus, vel mobilibus quæratur, quando fuerunt, si respondetur per idem tempus, sequitur quod idem tempus est numerus, & mensura eorum. Et cum dicitur quod phylosophus non loquitur de aliquo communi prædicabili, dico, quod loquitur de aliquo communi distincto, per quod respondetur verè ad quæstionem factam quærentem de diuersis, sed quod illud sit commune secundum prædicationem, vel mensuram communem, vel aliqua alia communitate commune manente idem hoc accidit. Intelligendum etiam quod phylosophus non intendit, quod illa propositio sit vera de virtute sermonis. Aequilaterus, & gradatus sunt vna figura: quoniã si essent vna figura essent vnus triangulus, vel unus circulus, vel unus quadratus, & sic de alijs: quia de quocunque dicitur genus supponens personaliter: de

B eodem dicitur aliqua species generis, vt vult phylosophus in locis multis, sed phylosophus intendit per istam quod æquilaterus, & gradatus conueniunt in aliquo inferiori contento sub triangulo, & ideo sunt una figura, hoc est, conueniunt in vna differentia diuisiua figuræ, sed non sunt triangulus vnus, quia non conueniunt in vna differentia diuisiua trianguli: de virtute tamen sermonis vtraque est falsa. Aequilaterus, & gradatus sunt una figura, æquilaterus, & gradatus sunt quadratus, quod idem est: sunt unus triangulus.

Et hæc de quarto libro dicta sufficiant.

LIBER QVINTVS, DE PHYSICO AVDITV.

Eorum autẽ, quæ mutantur, aliud per accidens mutatur, veluti cũ ambulare musicũ dicimus, quia id ambulat cui accidit musicũ esse. Aliud ex eo

C quia si huius aliquid mutatur simpliciter dicitur mutari, vt ea quæ per partes mutari dicuntur. Corpus enim sanatur, quia oculus, aut pectus sanatur. Hæc vero partes totius corporis sunt. At est aliquid quod neq; per accidens mouetur, neq; ex eo quia aliquid ipsius moueatur, sed quare ipsum primo mouent, atque hoc est id quod per se mobile est. Est autem aliud in alio motu, vt alterabile, & alterationis sanabile, aut calefactibile.



Ransmutatur autem transmutãs omne. Alind quidem secundum accidẽs, vt cum dicimus musicũ ambulare: quoniã cui accidit musicũ esse hoc ambulat. Hoc autem huiusmõi aliquid mutari, & simpliciter dicitur mutari, vt quæcunque dicuntur secundũ partes. Sanatur .n. corpus: quia oculus, aut thorax: hę autem partes totius corporis sunt. Est autem etiam aliquid, quod neq; secundum accidens mouetur, neque in eo quod aliquid ipsius: sed in eo quod ipsum mouetur primum. Et hoc est secundum seipsum mobile. Secundum autem alium motum, & alium alterum est, vt alterabile, & alterationis, sanabile, & calefactibile alterum. Tex. cõ. 1.

D

Postquam

POstquam in præcedentibus libris determinatum est de principijs, & passionibus corporis mobilis. In hoc quinto Phylo. incipit determinare de proprietatibus passionum motus. Et continet liber iste tres tractatus: quoniam primus est de diuisione motus in suas partes subiectiuas, & de diuersitate specierum motus. Secundus est de varietate motus: & incipit ibi. [Post hoc autem dicimus.]. Tertius est de contrarietate motus: & incipit ibi. [Amplius autem determinandum] Primus tractatus continet tria capitula: quoniam in primo Phyl. distinguit, & separat illa quæ essentialiter attribuuntur motui ab his, quæ attribuuntur motui per accidens, vt excludat illa, quæ sunt per accidens, a sua consideratione. In secundo capitulo ibi [Quoniam autem omnis mutatio.] Determinat de diuersitate specierum mutationis distinguendo mutationem in suas partes. In tertio ibi [Si igitur prædicamenta.] Declaratur in quibus prædicamentis est motus proprie dictus. Primum capitulum continet duas partes principales, quia in prima ponuntur quædam diuisiones necessariæ ad propositũ. In secundã ibi. [Quoniam igitur mutatio, &c.] Excludit Phylo. illa quæ attribuuntur motui per accidens a sua consideratione. Prima pars continet quinque particulas: quoniam in prima ponitur una diuisio ipsius mobilis. In secunda uero ibi. [Est autem in mouente.] ponitur eadem diuisio, seu distinctio de ipso mouente. In tertia ibi. [Quoniam autem quidem.] ponitur tertia diuisio continens ea, quæ requiruntur ad motum. In quarta ibi. [Est autem & in illis.] ponitur quarta diuisio, ipsius termini ad quem. In quinta ibi. [Quomodo quidem igitur.] ponitur epilogatio prædictorum. In prima igitur particula Phylosophus ponit unam diuisionem trimembrem ipsius mobilis, quæ est talis: quoddam est mobile per accidens: vt musicus est subiectum cursus per accidens, & quoddam est mobile secundum partem: & illo modo homo sanatur, quia pars illius, vt oculus uel thorax, idest pectus sanatur: quoddam est mobile primum, vt est illud, quod secundum quamlibet suam partem mouetur, & nõ mouetur ex hoc, quia illud mouetur. Et subdit Phyl. dicens quod in alia, & alia mutatione est aliud, & aliud mobile primum. quoniam aliud est primum mobile in alteratione, & aliud in augmentatione. Nam alterabile est mobile primum in alteratione, & augmentabile est mobile primũ in augmentatione, & in alia, & alia specie alterationis est aliud, & aliud mobile primum. Notanda sunt hic quædam secundũ Com. & quædam dubitanda: vnde notanda sunt quatuor. Primo ergo est notandum secundum Comment. quod ille motus qui est secundum partem reducitur ad illum, qui est secundum accidens, & est quasi medium inter illud, quod est per accidens, & illud quod est per se, quoniam pars potest moueri per se quando distinguitur a toto, quod tamen est impossibile in musica, aut in albedine, hæc Commen. Sed est intelligendum quod per accidens accipitur dupliciter. quoniam spectat ad propositum, & eodem modo per se potest accipi dupliciter: vno modo illud dicitur per accidens competere alicui, quod conuenit ei per aliud: quodcunque sit illud aliud: siue sit eius accidens: siue sit eius pars, siue quodcunque aliud fuerit, & isto modo inesse per accidens opponitur ei, quod est inesse primo secundum quod illud dicitur primo inesse alicui, qđ inest sibi non per aliud: & isto modo inter per se, & per accidens non est aliquod medium, quia omne quod inest alicui, aut inest sibi per aliud, aut non per aliud. Alio modo accipitur per accidens secundum, quod illud dicitur per accidens inesse alicui, quod inest sibi, & non per aliquod intrinsecum ei, quia nec per se, nec per partem: & per oppositum per se dicitur inesse, quod inest alicui per aliquod intrinsecum ei, siue insit toti gratia totius, siue gratia partis, & inter per accidens isto modo, & per se non est medium, quia omne, quod inest alicui, aut inest ei per intrinsecum, aut per extrinsecum. Dico igitur quod inesse secundum partem est medium inter inesse secundum accidens secundo modo, & inter inesse per se primo modo: quoniam illud, quod inest secundum partem: inest per aliud: & sic non inest primo, quod etiam inest secundum partem inest per aliquod intrinsecum, & sic non inest secundum accidens secundo modo. Dico etiam quod illud, quod inest alicui secundum partem inest ei secundum accidens, primo modo: quia inest ei per aliud, & ad istum modum secundum accidens reducitur modus qui est secundum partem: vnde inter per se, & per accidens, quod sibi primo modo opponitur non est medium. Secundo est notandum secundum Comment. hic, quod ille motus qui est secundum partem, & motus qui est secundum

Mobile est triplex.

Primũ notand.

Idem 4. Phy. 12. & 8. Physic. 27. & 1. de aĩa. 37. idẽ hic. cõ. 27.

Secũdum notand.

A accidens differunt in hoc, quia cum motus attribuitur alicui per accidens attribuitur ei gratia alicuius, quod non est natum per se moueri, vt cum dicimus musicum per accidens currere: illa accidentalitas est ratione musicæ, quæ non est nata per se moueri, sed cum motus attribuitur alicui gratia partis: attribuitur ei gratia eius, quod natum est moueri per se: quoniam pars potest separari a toto, & tunc potest moueri per se. Tertio est notandum secundum Commen. quod isti tres modi, videlicet inesse secundum accidens, & secundum partem, primo inueniuntur in his, quæ mouentur in loco & alteratione, quoniam tam in motu locali, quam in motu alterationis contingit inuenire motum secundum accidens, & motum secundum partem, & etiam primum motũ, sed utrum isti tres modi inueniantur in generatione, & corruptione, siue in motu generationis, & augmentationis, & diminutionis nihil d. Commen. tamen probabiliter potest dici, quod isti tres modi inueniuntur in omni motu. Intelligendum quod istæ determinationes, per se, & per accidens in proposito non referuntur ad extrema propositionis, sed ad totam propositionem, ut quod denotatur, quod propositio est vera per accidens, vel per se: hæc enim est per accidens
B musicus currit: & hæc est per se: ambulans currit, sed quia de istis satis est dictum primo huius: ideo nunc transeo. Quarto est notandum secundum Commen. hic, q motum per se diuiditur in duo, sed Phyl. in hoc libro non indiget diuidere motum per se in hæc duo: sed septimo, & octauo huius faciet hoc, sed hic contentus est tribus modis, scilicet, motũ per accidens, & motum secundum partem, & motum per se: ad declarandum, quod sermo eius non est nisi de motu per se: quoniam nulla ars considerat de motu per accidens. Et intendit Commen. quod motum per se diuiditur in motum per se, & primo: & in motum per se non primo. In motu enim animalis vna pars est mouens, & alia mota, & totum animal est mouens, & motum rõne diuersarum partium. illa n. pars quæ primo mouetur ab alia parte est motum per se, & primo, & pars mouens est primo, & per se mouens, sed totũ animal est p se mouens, & p se motũ, sed non est primo mouens: nec primo motum: quia non mouet nec mouetur nisi rõne partiũ: Intelligendum est hoc, qđ duæ conditiones requiruntur ad hoc, qđ aliquid sit primo motum secundum quod Phyl. loquitur hic. Vna conditio est: qđ motus non insit illi per motum
C alicuius extrinseci. s. p hoc, quod aliquid extrinsecum mouetur: sed 2 conditio est, qđ ipsum moueatur secundum quamlibet partem. Vnde ad hoc, qđ aliquid sit primum motum non sufficit, quod moueatur secundum quamlibet partem ipsius: quia cum homo mouetur in naui mouetur secundum quãlibet partem ipsius, sed non mouetur primo: quia mouetur ad motum alterius. s. ad motum nauis. Sed hic sunt duo dubia. Primum dubium est: vtrum totum debeat dici moueri per hoc, quia aliqua pars illius mouetur. Et videtur, quod nõ: quia possibile est, quod aliquod corpus moueatur secundum diuersas partes motibus contrarijs: quia una pars illius corporis potest calefieri, & alia frigefieri, si igitur totum dicitur moueri ad motum partis: esset concedendum, quod idem corpus calefit, & frigefit, sed quod calefit in termino calefactionis est calidum: & quod frigefit in termino frigefactionis est frigidũ, ergo de eodem corpore aliquando est verum dicere ipsum esse simul calidum, & frigidum: quod videtur impossibile. Dicendum igitur, quod quædam est dispositio, quæ nata est inesse vni parti ita, quod non alteri, & quædam non: & talis dispositio ex hoc, quia inest vni parti ita, quod non alteri denominãs totum: ut patet de crispitudine capitis, & si pars cui innata est
D inesse talis dispositio mouetur ad talem dispositionem: totũ dicitur moueri illo motu: si. n. caput sit in decrispari, tunc homo dicitur decrispari. Alia est dispositio, quæ potest indifferenter inesse partibus diuersis, & talis est duplex: quoniam quædam est dispositio, quæ ex hoc, quod existit in una parte parua constituit totum corpus, ut d. hic Albertus, & talis dispositio ex hoc, quod denominat partem denominat totum, si. n. homo sanatur ab egritudine dentium, dicimus, quod homo sanatur. Alia vero est dispositio, quæ ex hoc, quod coexistit in una parte non constituit totum, & talis dispositio existens in vna parte, non denominat totum simpliciter, & absolute, sed solum cum hac determinatione, quod est secundum partẽ. Ex hoc. n. quod aliquis denigratur in dentibus non est concedendũ simpliciter, & absolute, quod ipse denigratur, sed solum est concedendum, quod ipse denigratur sc̃d'm partẽ. Vel pőt breuiter dici ad formã dubitationis, qđ dispositio est duplex. s. quædã quæ nata est soli inesse vni parti determinatæ, vt crispitudo capitis, & ex hoc, q pars mouetur ad talẽ dispositionem

Tertiũ notand.

Quartum notand.

Idẽ primo cõ. & vide câm 6. meta. cõ. 8.

Quod aliqd sit primo motũ duæ cõditione requiruntur.

Primũ dubium.

Solutio.

Albertus Magnus.

fitionem. Accidit totum moueri ad illam dispositionem. Alia vero est dispositio, quæ nata est inesse cuilibet parti indifferenter, & ex hoc, quod vna pars tantum mouetur ad illã dispositionem non debet dici simpliciter, quod totum mouetur ad illam dispositionem, sed solum cum hac determinatione, quæ est secundum partem, & ideo si vna pars alicuius corporis calefiat, & alia frigefiat non debet dici absolute, quod totum calefit, nec etiam, quod totum frigefit, sed debet dici, quod totũ calefit secundum partem, & frigefit secundum partem.

Secundum dubium.

Secundum dubium est, utrum quilibet motus habeat proprium subiectum distinctum a subiecto cuiuslibet alterius motus: sicut Phylo. videtur hic innuere cum d. quod in alia, & alia mutatione est aliud, & aliud mobile primum: & videtur, quod non: quia omne mobile quocunque motu sit mobile est mobile motu locali, illud igitur idem quod est subiectum primum alterationis potest moueri etiam motu locali, & per consequẽs idem potest esse subiectum motus localis, & alterationis.

Secundũ ratio.

Item motus est actus entis in potentia inquantum in potentia; sed vnum & idem numero potest esse in potentia ad diuersos terminos motus, ergo idem potest esse primum subiectum diuersorum motuũ, quia potest moueri ad quodlibet ad quod est in potentia.

Tertia ro.

Item idem est primum subiectum contrariorum secundum Phylosophum nono meta. ergo cum aliqui motus sint contrarii: vt calefactio, & frigefactio, sequitur quod idem non potest esse primum subiectum motuum contrariorum. Dicendum igitur, quod per subiectum primum possumus duo intelligere, scilicet vel illud quod est primo perfectibile per motum, vel illud quod est primo constitutum formaliter per motum. Subiectum primũ perfectibile per motũ præsupponitur motui, & manet idem numero sub vtroq; terminorum motus, sed subiectũ perfectum per motũ non præsupponitur motui, nec manet nisi dum motus manet, quia constituitur in esse per motum. Exemplũ huius potest esse multiplex, nam lux dicitur habere dupliciter subiectũ dicimus n. quod diaphanũ, i. aer est subiectũ lucis, & dicimus etiam quod lucidũ est subiectũ lucis, diaphanũ est subiectũ perfectibile per lucẽ & præsuppositum luci, sed lucidum est perfectum per lucem & constituitur formaliter in essentia sua per lucem. Aliud exemplum, simitas dicitur habere duplex subiectũ vt nasum, & simum, nasus est subiectũ perfectibile per simitatẽ, sed simum est subiectũ perfectũ, & constitutum formaliter per simitatẽ. Quod autem motus habeat subiectũ tale constitutum in esse per motũ patet per Com. tertio huius, vbi dicit, quod si motus est actus entis in potentia inquantum in potentia eius, tunc quidditas entis constitueretur per motum, sed illa consequentia non valeret nisi quidditas illius entis inquantum illius motus est actus constitueretur per motum; vnde aliquod est subiectũ entis inquantum huius motus est actus, quoniam motus est actus entis in potentia inquantum in potentia, ergo quidditas illius subiecti entis inquantum est talis, motus est actus, constituitur in esse per motum, vnde cum motus sit actus entis in potentia inquantum in potentia, sequitur quod motus est de quidditate entis in potentia, quia aliter non valeret consequentia Com. videlicet quod si motus est actus entis inquantum eius quidditas entis constituitur per motum. Dico igitur, quod subiectũ perfectũ per motum, cuius inquantum huius motus est actus, est vnum aggregatum ex motu, & ex subiecto præsupposito motui, sicut lucidum est aggregatum ex luce, & diaphaneitate, & loquẽdo de tali subiecto primo est manifestum quod quilibet motus habet subiectũ propriũ distinctum a subiecto cuiuslibet alterius motus, quia quodlibet subiectũ tale constituitur formaliter per motum; sed manifestum est, quod illa distinguuntur, quæ formaliter constituuntur per diuersos motus, & propter hoc alius & alius motus necessario habet aliud, & aliud subiectum constitutũ per ipsũ: & hoc videtur intentio Commen. hic dicentis, quod musicus non currit secundum quod musicus: sed secundum quod animal ambulans, & sic secũdum Commen. animal ambulans est per se, & proprium subiectũ cursus, sed animal ambulans dicit vnum aggregatum ex subiecto præsupposito motui, & ex motu, & isto modo loquendo de subiecto, potest dictum Phylosophi, & commen. habere veritatem, videlicet, quod secundũ alium & alium motum est aliud, & aliud mobile. Si vero intelligitur per primũ subiectũ motus subiectũ præsuppositum motui perfectibile per motum: sic secundum aliquos esset dicendum quod alterius & alterius motus est aliud, & aliud mobile primum.

Lyncon.

Vnde Lyncolnensis d. quod corpus secundum quod corpus quantum est susceptiuum motus localis, & corpus secundum quod perficitur quatuor qualitatibus primis naturalibus, est alterabile, & secundum quod est vegetatiuum est capax augmentationis, & diminutionis, vnde calefactibile est primum subiectũ calefactionis præsuppositum calefactioni, & frigefactibile est primũ subiectũ frigefactionis & sic de aliis. Nũ certum est, quod calefactibile, & frigefactibile non sunt omnino idem quamuis dicantur de eodem quoniam calefactibile significat susceptiuum caloris cum respectu, & aptitudine ad suscipiendum calorem; sed alius est respectus, & alia est aptitudo ad calorem, & ad frigus & etiam respectu alterius, & alterius motus est aliud, & aliud subiectum primum. Vel possumus distinguere de subiecto primo perfectibili per motum: quia quoddam est subiectum formale, & quoddam materiale v. g. subiectum materiale calefactionis est lignum vel ferrum, seu aliquod huiusmodi, & subiectum formale est calefactibile, & per hoc ad formam dubitationis dico, quod si loquamur de subiecto constituto per motum: sic alterius, & alterius motus est aliud, & aliud subiectum: ut visum est supra, si vero loquamur de subiecto præsupposito motui, sic distinguendum est vlterius, videlicet quod subiectum perfectibile est duplex, scilicet materiale, & formale, diuersorum motuum secundum speciem vel secundum genus sunt subiecta formalia diuersa secundum speciem, vel secundum genus; tamen diuersorum motuum secundum speciem, vel secundum genus potest esse idẽ subiectum materiale, vnde substãtia sola est subiectũ materiale omnium motuum: sed substãtia cum aptitudine vel respectu ad determinatum motum est subiectum formale illius motus.

Ad primã rationem.

Ad rationes autem in contrarium apparet per iam dicta quoniam omnes illæ rationes probant solum quod idem potest esse subiectum materiale diuersorum motuum: nam prima ratio accipit, quod omne mobile est mobile motu locali, & hoc est concedendum de mobili materiali, præsupposito motui: si autem sit verum de mobili formali: tunc est verũ per accidens solum, quia ista est vera per accidens, videlicet alterabile est mobile motu locali, quia non inquantum alterabile est mobile motu locali.

Ad secundam.

Ad secundam rationem quando dicitur, quod idem subiectum est in potentia ad diuersos terminos motus. Dico quod idem subiectum materialiter est in potentia ad diuersos terminos motus, sed idem subiectum formaliter non est per se in potentia ad diuersos terminos motus, sed solum per accidens.

Ad tertiã.

Ad tertiam cum dicitur, quod idem est primum subiectum contrariorum. Dico quod verum est loquendo de subiecto primo materiali, sed non est verum de subiecto primo formali.

Obiectio.

Et si dicatur, quod secundum illud in quolibet motu essent plura subiecta, quod non videtur verum: quia vnus motus numero requirit vnum subiectum numero, ut postea declarabit Phylo.

Solutio.

Dicendum quod in quolibet motu sunt plura subiecta, scilicet propinquum & remotum, vnde materia prima est subiectum remotum cuiuslibet motus, & substãtia composita est subiectum propinquum. Similiter in quolibet motu est subiectum perfectum, & subiectum perfectibile. Et cum dicitur quod vnus motus numero requirit vnum subiectum numero. Dico quod verum est loquẽdo de subiecto propinquo materiali, sicut postea videbitur.

Similis est, & in eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet. Aliud parte, quia ipsius aliquid mouet. Aliud per se primo: vt medicus quidem sanat: manus autem percutit.

Tex. co. 2.

Est autem, & in mouente similiter. Aliud quidem enim secundum accidens mouet: aliud vero secundum partem: in eo quod huiusmodi aliqua. Aliud vero per seipsum primum: ut medicus quidem sanat. Manus autem percutit.

Secunda diuisio.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius ca. in qua ponitur eadem distinctio, seu diuisio de mouente, quoniam sicut mobile est triplex, videlicet secundum accidens, & secundum partem, & primum: ita etiam mouens est triplex secundum accidens, & secundum partem & primum.

Mouens ẽ triplex.

Mouens secundum accidens, vt musicus, secundum accidens sanat, quia accidit musico quod habeat artem medicinæ per quam sanare possit. Mouens secundum partem: vt homo percutit quia manus percutit. Sed mouens primum, & per se, est vt medicus qui per se, & primo sanat.

Notabile.

Sed est notandum secundum Commen. hic, quod mouens per se, est sicut medicus quando sanat alium a se, s. n. medicus

cus sanat se non est mouens per se, sed per accidens: cum res artificiales nō agant in subiectis in quibus nō sunt nisi p accidens. Eccontrario ei quod dictum est in diffinitione naturæ: nam natura est per se principium motus eius in quo est per se, sed ars non est per se principium motus, & actionis eius in quo est, ut dictum est secundo huius. Si n. ars ageret in subiectum suum, v.g. si ars medicinæ esset per se principium sanationis eius in quo est per se, scilicet medici, sequeretur, qđ ars medicinæ esset natura, quod est falsum: consequentia apparet: quia cum medicus sanat se, certum est, quod ars medicinæ est primum principium motus eius in quo est per se, quia ars medicinæ est primum principium sanationis eius in quo est per se, & ars medicinæ est per se in medico: si igitur ars medicinæ esset per se primum principium sanationis eius in quo est per se, scilicet medici, diffinitio naturæ competeret arti medicinæ, & per consequens ars medicinæ esset natura, quod non est verum, quia ars medicinæ est per accidens primum principium motus in quo est per se, & illud est diffusius declaratum secundo huius.

Idē 2. phy. c. 1. & 3. & 3. de aïa. c. 28.

Cum autem sit quippiam: quod primo mouet, & quippiam quod mouetur, & tempus in quo, & præter hæc id ex quo: & id ad quod Omnis nāque motus ex quoppiam in quippiam est.

Tex. c6. 5. *Quoniam autem est aliquid mouens primum: est autem, & aliud quod mouetur. Adhuc in quo tempus, & preter hoc ex quo & in quid. Omnis enim motus a quodam in quiddam.*

Tertia diuisio.

HÆc est tertia particula primæ partis prin. huius cap. in qua Phyl. ponit tertiam diuisionem necessariā ad suū propositum continentem omnia, quę requiruntur ad motum, & continet quatuor partes: quoniam in prima Phyl. numerat siue diuidit ea, quæ requiruntur ad motum. In secūda ibi. [Alterum enim est.] Comparat quædam membra diuisionis adinuicem. In tertia ibi. [Quod quidam igitur.] Ex prædictis concludit unam conclusionem. In quarta ibi. [Sed dubitabit aliquis.] Mouet, & soluit vnam dubitationem. In prima igitur partes huius particulæ Phyl. narrat, quod cū sit aliquod primum mouens, & aliquod primum mobile ut visum est, adhuc præter illa duo sunt adhuc alia tria ad motum requisita, videlicet tēpus, & duo termini, idest terminus a quo: & terminus ad quem. & sic Phyl. hic diuidit, & numerat ea, q̄ requiruntur ad motū. & sunt quinque, videlicet mobile, mouens, tempus, terminus a quo, & terminus ad quem, & quod duo termini requirantur apparet, quia omnis motus est a quodam in quoddam, vnde hanc diuisionem eorum, quæ requiruntur ad motum ponit hic Phyl. ad declarandum quæ sunt illa quibus motus attribuitur per se, & quibus per accidens, ut ex hoc ueniat ad numerandum species motus: sicut d. Commen. hic. Vnde notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quod primum mouens accipitur dupliciter: quia quandoque est synonymum eius quod est per se, & sic accipitur communiter, quandoque autem accipitur magis proprie, & est illud, quod non mouet propter alium motorem. Similiter primum motum dicitur his duobus modis, scilicet de illo quod mouetur per se quod. s. non mouetur ad motū alterius moti, & de illo quod mouetur per se s. secundum totum. non ex hoc, quod aliqua pars qua est primo mota in ipso mouetur. sed Arist. intendit hic per motum primum illud quod est per se simpliciter, & hæc est sententia Commen. Vnde breuiter cum Phyl. d. hic, quod est aliquod mouens primū, & aliquod motū primum intelligi per primum secundū quod accipitur propriissime, & sic ad hoc, quod aliquid sit primum mouens: vel primum motum requiruntur duæ conditiones. Vna quod tale secundum totum sit mouens, & hoc si sit primum mouens: vel motum secundum se totum: & hoc si sit primum motum. Secunda conditio est, quod sit tale non propter aliud, quod est tale: ut si sit primum mouens, quod sit mouens non propter alium motorem, & si sit primum motū, oportet, quod sit motum, non ad motum alterius moti accipiendo tamen primum communiter: sic omne per se subsistens, quod mouet vel mouetur dicitur per se mouens uel per se motum. Secundo est notandū secundum Commen. hic. quod phyl. supponit hic tanquam famosissimum, quod sunt quinque scilicet mouens: mobile, tempus: & duo termini requiruntur ad motum. sed postea perfecte perscrutabitur de eis: nā in septimo huius declarabitur, quod omnis motus est a motore: & sexto huius declarabitur, quod omnis motus est in tempore, licet hoc modicū declaratum sit in ca. de tempore. Quod etiam omnis motus localis rectus, & etiā alterationis, & augmenti sit a termino in terminum est manifestum per se licet existimetur, quod iste perscrutabitur de hoc alio loco. s. in fine sexti huius. Vnde P. supponit hic, quod omnis motus sit a termino in terminum, aut quia est per se manifestum, aut quia est famosum. vt postea declarabitur, quod autem quiorum, scilicet mobile requiratur ad motum: manifestum est ex tertio huius. vbi declaratum est, quod motus est actus mobilis. 15. 19. cō.

Quinque sunt quæ requiruntur ad motū.

Primū notand.

Primū mouens accipitur dupliciter.

Prima cōditio.

Sec̄da conditio.

T. c. primi. Tex. c. 5 c. 4. ph. 1c. c. 29.

Aliud est enim id quod primo mouetur, & id in quod: atque ex quo mouetur. Veluti lignum, & calidum atque frigidum, quorum aliud est qđ aliud ad quod: aliud ex quo mouetur.

Alterum enim est quod primum mouetur, & in qđ mouetur, & ex quo: ut lignum, & calidum, & frigidū. Horum autem aliud quidem mobile est, aliud uero in quod: aliud ex quo.

HÆc est secunda pars tertię particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua phyl. comparat adinuicem ista tria. s. mobile, terminum a quo, & terminum ad quē: & probat quatuor conclusiones. Prima quod mobile differt ab vtroque terminorum motus, & hoc est prima conclusio huius lib. quæ probatur probatione exemplari sic: si lignum frigidum transmutatur ad calorem lignum est mobile, & frigus est terminus a quo: & calor est terminus ad quem nunc autem manifestum est, quod lignum differt a frigore, & a calore, ergo mobile differt ab vtroque terminorum motus, poterit autem ista conclusio euidenter probari sic mobile transmutatur a termino a quo, ad terminum ad quem, sed nihil transmutatur ad se, nec a se. Impossibile enim est, quod aliqd recedat a seipso, uel accedat ad seipsum, quia nihil est remotum a se, igitur mobile nec est terminus a quo, nec terminus ad quem.

Prima cōclusio huius lib.

Patet motum in ligno esse, & non in forma. Neque enim forma: neque locus, neque etiam ipsum tantum mouet, aut mouetur.

Tertium notand.

Motus autem manifestum, quod in ligno non in specie est. Neque enim mouet, neque mouetur species, aut locus, aut quantum hoc.

SEcundo uero P. comparat adinuicem mobile, & terminū ad quem secundum differentiam, quæ differentia est, ista, scilicet, quod motus est in mobili sicut in subiecto, & non est in termino ad quem, siue in forma ad quam est motus, & quod motus non sit in forma ad quā est motus probatur, & hæc est secunda conclusio huius li. quæ probatur sic motus est in illo quod mouetur sed forma ad quam est motus vt locus, uel qualitas, non mouet nec mouetur, igitur motus non est in forma ad quam est motus. Notanda sunt hic tria secundū Com. Primo est notandum, quod illud est manifestum per se, quod illud, quod mouetur est aliud ab eo ad quod mouetur, & ista alietas est ei primo, & essentialiter, per accidens uero, non est remotum, ut illud quod mouetur, & illud ad quod est motus sint idem, hæc Com. Et intelligendo quod illud ad quod est motus, scilicet uel locus, uel qualitas, aut quantitas nunquā mouetur per se, possunt tamen moueri per accidēns ad motū sui subiecti, & hoc intendit Com. hic nunquam tamen mouetur aliquid ad seipsum nec per se, nec per accidēs. Vel potest intelligi quod illud, quod mouetur, & illud ad qđ mouetur nunquam sunt idē essentialiter, cum sint in diuersis prædicamentis, tamen possunt esse idem accidentaliter, quia in fine motus faciunt unum per accidens, quoniam in fine motus terminus ad quem erat motus est subiectiue in mobili, & facit unum per accidens cum eo. Secundo est notādum secundum Com. quod motus constituitur in substantia eius ex his tribus causis. s. ex mobili, ex termino a quo, & ex termino ad quē, & istę sunt causæ totam secę motui, sed mouens, & tempus sunt extrinseca, quia tempus est accidēs motus.

Secunda conclusio huius lib.

Primū notand.

Secūdum notand.

Idē 4. phy. c. 98.

tus, & motor est de causis extrinsecis, & ideo Phyl. in comparando cās motus adinuicem non numerat mouens, aut tps, sed solum numerat mobile, & duos terminos. Intelligēdum, quod motus non constituitur ex his tribus, scilicet ex mobili, & ex duobus terminis tanquā ex partibus integrantibus motum, sed accipiendo motum pro forma fluente, sic motus constituitur ex mobili, tanquam ex materia in qua est, non tanq̄ ex materia ex qua, & constituitur ex duobus terminis intrinsecis, quia dum mobile mouetur motum hēt aliqd de termino a quo: & aliquid de termino ad quem: & hoc intrinsece: vt declarabitur intrinsecū sexto huius. Vel pōt intelligi, q̄ ista tria sunt intrinseca motui, quia motus est in mobili subiectiue, & sic mobile est intrinsecum motui, & ēt duo termini sunt intrinseci motui: quia sunt in eodem subiecto successiue, in quo est motus, similiter duo termini motus sunt intrinseci motui eo modo, quo duo puncta terminantia lineam sunt intrinseca lineę. Vel forte dicuntur intrinseci motui, quia cadūt in diffinitione motus: quoniam motus est actus mobilis inquantum mobile, hoc est inquantum transmutatur a termino in terminum: sed tempus, & motor dicuntur extrinseca: quia non cadunt in diffinitione motus. Tertio est notandum secundum Com. q̄ quāuis illa tria sint intrinseca motui, tamen illud cui magis, & dignius attribuitur motus est mobile, quia mobile disponitur per motum, & post mobile illud cui prius, & dignius attribuitur motus est terminus ad quem: quia terminus ad quem est finis motus, & illud, cui postea attribuitur motus, est terminus a quo: cum ab illo separatur res mota, ergo illud, quod est dignius in motu est res mota, deinde terminus ad quem, deinde terminus a quo.

Tertium notand.

B

Sed est id, quod mouet, & id quod mouetur, & id ad quod mouetur. Mutatio namque magis ab eo, ad quod est, quam ab eo, ex quo est nuncupatur. Quapropter corruptio mutatio est ad id, quod nō est, & si id quod corrūpitur ex ente mutatur. Et generatio ad ens est mutatio, & si id quod generatur ex non ente mutatur.

Tex. cō. 4.

C

Sed est mouens & quod mouetur, in qđ mouetur. Magis autem in quod quam ex quo mouetur, denominabitur mutatio. Vnde corruptio in non esse mutatio est, quāuis ex esse mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in esse: quamuis ex non esse.

Tertio Phyl. comparat terminos motus ad inuicē secundum differentiam: dicens, q̄ cū in motu sint mouens, & motū: & terminus ad quem motus tamen magis denominatur a termino ad quem q̄ a termino a quo; sicut corruptio denominatur a non esse, qui est terminus ad quem tendit, & generatio denominatur ab esse, qđ est eius terminus ad quem: & calefactio denominatur a calore ad quē est, non a frigore a quo est. Cā vero propter quā motus magis denominatur a termino ad quem quam a termino a quo est, quia terminus ad quem acquiritur & capit esse per motum, sed terminus a quo abijcitur, & accipit nō esse per motum, sed esse nobilius, & dignius est, quam non esse, & propter hoc magis fit denominatio a termino ad quem quam a termino a quo.

Vide etiā 2. de aīa. t. c. 99.

D

Quid igitur est motus prius est dictum. Formę autem & affectus, & locus ad quæ mouentur ea, quæ subeunt motum: immobilia sunt. Veluti sciētia, & calidus.

Tex. cō. 5.

Quod quidem igitur motus sit: dictum est prius. Species autem: & locus, & passiones in quę mouentur, quę mouentur: immobilia sunt, ut scientia, & calor.

Hæc est tertia pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua ex diffinitione motus in tertio huius posita concludit P. tertiam conclusionem huius lib. quæ est ista, quod termini ad quos est motus sunt immobiles. v. g. locus, scientia, calor, & huiusmodi, hæc igitur conclusio per diffinitionem motus probabatur sic. Motus est perfectio motu sinc mobilis: vt patet tertia huius. Ex hoc igitur arguitur sic, omne illud est mobile, quod non perficitur per motum, sed termini ad quos est motus, vt locus, & forma non perficiuntur per motum, igitur termini ad quos est motus sunt immobiles.

Tertia conclusio huius lib.

A

Dubitauerit tamen quispiam: si affectus sunt motus. Albedo autem est affectus. Ad motum enim erit mutatio. At fortasse non albedo est motus: sed dealbatio.

Et dubitabit aliquis si passiones motus sunt. Albedo autem passio est. Erit enim in motu mutatio. Sed fortassis non est albedo motus, sed albatio.

Hæc est quarta pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua mouetur, & soluitur vna dubitatio: nam dictum est, q̄ passiones. i. formæ terminantes motum sunt immobiles: dubitatio tamen est, an huiusmodi passiones sint motus, vel non: quia. n. huiusmodi passiones diuiduntur sc̄d̄m magis, & minus, & per transmutationē sequētem eas existimatur, q̄ sint motus: vnde existimatur, q̄ albedo sit motus. Dubitatio igit̄ est an formæ ad quas est motus sint motus, vel non: & rō huius dubitationis est, quia huiusmodi formæ suscipiunt magis, & minus. Istā dubitationem soluit Phyl. d. qđ forma ad quā est motus non est motus, & hoc declarat: & est quarta concl. huius li. q̄ probatur sic, si forma ad q̄ est motus esset motus: tūc ad motu esset motus: consequens est impossibile, ergo & antecedēs: & consequentia est manifesta de se: quia certum est, qđ motus est ad formā ad quam est motus. si igitur forma ad quam est motus esset motus sequeretur, qđ motus esset ad motum tanquam ad terminū: quod est impossibile: ut postea declarabitur. Vnde melius est dicere, q̄ dealbatio sit motus, quā quod albedo sit motus: sic igit̄ de ipso termino ad quem est motus apparent duo, videlicet quod nec est mobilis nec motus. Notandum secundū Com hic, quod albedo est forma quiescens immobilis, & qui fingit ipsam moueri non est cum eo loquendum in hac scientia.

Dubitatio. Solutio.

Quarta conclusio huius lib.

Albedo nō est motus, sed albatio.

C

Est autem, & in illis id, quod est per accidens: & id quod est per partem atque per aliud: & id etiam quod primo, & non per aliud est. Id enim quod dealbatur ad id quidem quod intelligitur mutatur per accidens. Colori enim accidit ut intelligatur. At colorem autem: quia album pars est coloris, & in Europam: quia Athenę pars sunt Europæ. Ad colorem autem album per se.

Est autem & in illis, & quod est secundum accidēs, & quod est secundum partem: & secundum aliud: vt quod fit album in id quod intelligitur, mutatur secundum accidens. Colori. n. accidit intelligi, colorem autem quia pars album coloris est, & in Europam, quia pars Europę Athenę sunt. In album autem colorem per se.

D

Hæc est quarta particula primæ partis principalis huius ca. in qua ponitur quædam diuisio, seu distinctio de ipso termino ad quem est motus, quæ talis est, sicut n. mobile est triplex, & mouens est triplex, ita terminus ad quē est motus est triplex, videlicet secundum accidens secundum partem & per se, & primo v. g. si aliquid mutetur in albedinē per accidens, mutatur in id, qđ intelligitur: quia accidit albedini, quod intelligatur, & sic illud, qđ intelligitur est per accidens terminus ad quē illius mutationis. Illud ēt quod mutatur in albedinē mutatur in colorem secundum partem, quia albedo est pars coloris, & sic color est secundum partem terminus huius mutationis. Aliud exemplum est in motu locali, si. n. aliquis mutetur in Athenas, mutatur in Europam secundum partem: quia Athenæ sunt partes Europæ: sed illud, quod mutatur in albedinem: mutatur in albedinem primo, & per se, & ita apparet, quod terminus ad quem est triplex, ut si aliquis mutetur in albedinem illud, quod intelligitur, est terminus per accidens, & color est terminus secundum partem, albedo vero est primus terminus.

Terminus ad quē est motus est triplex.

Patet

Patet igitur quomodo per se quippiam mouetur: & per accidens, ac per aliud, & quomodo idem primum est in mouente, & in subeunte motum & motum non in forma, sed in eo, quod mouetur; in ipsoque mobili actu.

Quomodo quidem igitur per se mouetur, & quomodo secundũ accidens, & quõ secundum aliud aliquid, et quomodo ipsum primum in mouenti, in eo quod mouetur manifestum est, & quod motus non in specie, sed in eo quod mouetur, & mobili secundum actum sit.

HÆc est quinta particula primæ partis prin. huius ca. in qua Phyl. epilogat declarata. d quod ex prædictis apparet, quod mobile est triplex. s. scd'm accidens: secundum partem, &c. & mouens triplex, & terminus ad quem triplex, & quod motus non est in forma ad quam est motus tanquam in subiecto, & qd' mobile differt ab vtroq; terminorũ motus. Notandũ secũdum Com. hic, quod cũ Phyl. d. quod motus non est in forma, sed in mobili: Phyl. accipit formam large. s. pro forma substantiali, & pro qualitate passibili, & etiam pro loco, quandoque tamen phyl. accipit formam proprie. s. pro forma substantiali, & pro quantitate & qualitate sensibili, & hoc modo loquitur de forma. d. quod forma non mouetur neque locus. Quãdoq; vero accipit formam magis proprie. s. pro forma substantiali tm: & isto mõ accipit formã cũ dixit, qd' formæ, & quãtitates, & passiones, & locus non mouentur. Sic igitur patet per Commen. qd' forma tripliciter accipitur, videlicet cõiter proprie, & magis proprie, si accipiatur communiter, sic est communis ad formas substantiales, & accidentales, si accipiatur proprie, sic est communis ad quantitatem, & qualitatem, & ad formam substantialem. sed non est communis ad locum, & isto modo dicitur cõiter quod aliquis motus est ad formam: & aliquis ad locum: si vero accipitur magis proprie, tunc accipitur pro forma substantiali tantum. Notandum est secũdum. Com. qd' phyl. hic intendit per primum: primũ & essentiale secundum, quod declaratum est in posterioribus analyticis, & ita primum motũ est, illud quod nõ mouetur ex hoc, qd' aliud mouetur, & primum mouens est illud. quod non mouet ex hoc, quod aliud mouens mouet secundum quod ea positum est superius.

Forma tripliciter accipitur.

Mutatio igitur ea, quæ per accidens omittatur, est enim in omnibus, & semper ac omnium.

Tex. cõ. 6.

Secundum quidem igitur accidens mutatio dimittatur. In omnibus enim est, & semper omnium.

HÆc est secunda pars principalis huius ca. in qua phyl. excludit illa quæ per accidens attribuũtur motui a sua cõsideratione determinando de illis, q per se accidunt motui & continet hæc pars duas particulas, quia in prima probat quod de illis, quæ per accidens attribuuntur motui non est hic determinandum. In secunda vero ibi. [Quæ vero nõ secũdũ accidẽs.] declarat, qd' de his, quæ attribuuntur motui per se est determinadũ. In prima igitur particula huius partis phyl. d. quod mutatio per accidẽs est dimittẽda, nec est determinandum in scientijs de his, quæ per accidẽs ptinẽt ad motũ, & quod illa, quę sunt p accidens sunt ab arte demõstratiua relinquenda: declaratur, & hæc est quinta concl. huius li. quæ probatur sic. Illa quæ sunt infinita, & indeterminata sunt ab arte demõstratiua relinquẽda, quia de infinitis non est ars neq; scia, sed illa quæ sunt per accidens sunt infinita, & indeterminata, ergo maior patet, minor vero probatur, quia si aliquid mouetur p se ad album per accidens mouetur ad infinita, quia infinita accidunt eidem, quod enim per se mouetur ad album per accidens mouetur ad id quod intelligitur: & per accidẽs mouetur ad sedens, & sic de infinitis, & eodem modo est de mobili, & de mouente, quoniam vtrique accidunt infinita. Intelligẽdũ est, quod eadem transmutatio potest esse per se, & per accidens, quia una, & eadem transmutatio secundum quod est ad vnum terminum dicitur esse transmutatio per se, & secundum quod est ad alium terminum dicitur esse transmutatio per accidens, v. g. illa enim eadem transmutatio quæ per se terminatur ad album per accidens terminatur ad illud, quod intelligitur, & illa transmutatio, quæ sic terminatur ad album dicitur transmutatio per se, & illa eadem, vt terminatur ad illud quod intelligitur dicitur transmutatio per accidens, & sic illud idem de quo determinat sub una comparatione excludit a sua cõsideratione sub alia cõparatione. Vnde non est demõstrãdũ in scia demonstratiua de transmutatione per comparationem ad terminum per accidens: nec per comparationem ad mobile, vel mouens per accidẽs, sed solũ, ut mutatio comparatur ad ea, quæ per se attribuũtur ei. Intelligendum est, qd' de eo, quod est p accidẽs in generali bene hẽt scia demonstratiua considerare. sicut phyl. scd'o huius cõsiderat de casu, & fortuna in generali, quæ tñ sunt cãæ per accidens, & in sexto meta. de ente per accidens: vnde de eo quod est per accidens in communi pertinet ad artem considerare ostendendo. quæ est eius natura, & quæ sunt proprietates eius: sed nulla ars habẽt considerare de ente per accidens in spãli. s. de cõtentis sub cõi hoc, qd' dico ens per accidens: quia infinita sunt contenta sub eo, qd' est ens per accidens, & hæc est intẽtio phylosophi hic. Notandum secundum Com. hic, quod cum phyl. excludit illud quod est per accidens a sua consideratione intendit per illud, quod est per accidens illud, quod est commune ei, quod est per accidens, & ei quod est secundum partem, hæc Commen. Et sic secundum illam expositionem Com. phyl. videtur excludere a sua consideratione tam illud, quod simpliciter p accidens attribuitur motui, quam etiam, illud, quod secundũ partem attribuitur motui. Et intelligo, quod de his, quæ attribuuntur alicui secundum partem solum quod ex hoc: qa attribuuntur parti non sequitur, quod attribuantur toti simpliciter, & absolute, quia de illis non considerat ars, quia talia sunt infinita: infinitæ enim partes sunt ex quarum dispositionibus non denominatur totum simpliciter, & absolute: tamẽ de his, q ex hoc, qd' attribuuntur parti attribuũtur toti absolute bene considerat scientia hæc, ut patet septimo, & octano huius.

Quinta conclusio huius lib.

Probatio minoris.

Notabile.

Tex. cõ. 6.

Expositio com.

Ea uero quæ non per accidens est, non in omnibus est, sed in contrarijs, & in medijs, & in contradictione, cuius fides est ex inductione.

Quod vero non secundum accidens est, non est in omnibus, sed in contrarijs, & medijs, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione est.

HAec est secũda particula secundæ partis prin. huius ca. in qua declaratur, qd' de his, quæ per se attribuuntur motui est determinandum in scientia: vnde hæc particula continet duas partes, quoniam in prima probat illud quod iam dictum est. In secunda ibi. [Ex medio autem.] Remouet quoddam dubium. In prima igitur parte huius particulæ phyl declarat, quod mutatio per se, & illa, quæ per se ad mutationem pertinet sunt consideranda in scientia, & hæc est sexta conclusio huius lib. quæ probatur sic. Illa quæ sunt finita, & terminata sunt in scientia consideranda. sed mutatio per se est finita, & terminata, & etiam illa, quæ per se ad mutationem pertinent sunt finita, & terminata, ergo mutatio per se, & illa quæ pertinent per se ad mutationem sunt in scientia consideranda, maior de se patet, minor uero declaratur: nam illa quæ pertinent ad mutationem tanquam termini nõ sunt nisi contraria, & media, & contradictoria, sed omnia ista sunt finita, ergo omnia illa, quæ pertinent ad mutationẽ tanquam termini per se sunt finita, ergo. Et per eandem rationem potest probari, quod habet considerare de mobili per se, & de mouente per se. Quod autem ad mutationem non pertineant tanquam per se termini nisi contraria, vel media, vel contradictoria, scilicet esse uel non esse, d. phyl. esse manifestũ ex inductione, vnde per inductionem apparet, quod termini per se cuiuslibet mutationis uel sunt contraria, aut media, aut contradictoria, scilicet esse, & non esse, unde d. hic Comm. P. per contradictoria hic intendit illa, quæ opponuntur secundum affirmationem, & negationem, & per contraria intelligit contraria proprie dicta.

Sexta conclusio huius li.

Fit autem e medio mutatio: vtitur enim ipso, vt contrario ad vtrumque. Est enim medium quodammodo ipsa extrema. Quapropter, & hoc ad illa, & ad hoc contraria quodammodo dicuntur: ceu media fidium grauis ad vltimam dicitur, & acuta ad primam. Fuscum etiam album ad nigrũ dicitur, & nigrum ad album.

Ex medio autem mutatur, utitur enim ipso sicut qd est contrarium ad utrunque. Etenim quoddammodo medium ultima: unde & hoc ad illa, & illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria, ut vox media grauis ad ultimam: subtilis ad extremam, & fuscum, album ad nigrum, & nigrum ad album.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua remouetur quoddam dubium: dictum est n. iam q termini per se mutationis sunt contraria, vel media, vel contradictoria, posset igitur aliquis dubitare. f. utrum medium inter contraria sit per se terminus alicuius mutationis, & ratio huius dubitationis potest esse, quia omnis mutatio est inter contraria, vel inter contradictoria: nam omnis motus est a contrario in contrarium, ut declarabitur in hoc quinto, & generatio, & corruptio sunt a contradictorio in contradictorium, & sic omnis mutatio, vel videtur esse inter contraria, vel inter contradictoria, & sic medium inter contraria non videtur esse per se terminus alicuius mutationis. Istam dubitationem soluit phyl. d. quod medium quoddammodo contrariatur utriq; extremo, unde medium inter extrema est quodammodo utrunque extremum. v. g. vox media inter vocem grauem, & subtilem respectu subtilis dicitur grauis, & respectu grauis dicitur subtilis. Similiter fuscum respectu albi dicitur nigrum, & respectu nigri dicitur album, & sic patet, q mutatio p se potest esse ab extremo in mediū, vel econuerso, quia talis mutatio est a contrario in contrarium. quandoque medium quodammodo contrariatur utrique extremorum. Notandum scd'm Com. hic q in medio

Vide ibi c. 26. 4. de ce. Idem inf. hic. 19. habetur. Idē 10. meta. 21. & 12 meta. 6. sunt duo extrema in media dispōne. & scd'm q mediū hēt aliqd de uno extremo contrariatur alteri extremo. v. g. color medius secundum, q habet in se albedinē in potentia est contrarius nigredini, quæ est in actu, & secundum q hēt in se de nigredine mō medio inter actū, & potentiam est contrarius albedini, quæ est in actu, quæ est scd'm extremū. hæc Com. Aliā tñ expōnem ponit Com. q cū propōe d. q oīs transmutatio est de contrarijs in contraria fuerit intellecta ita, q hoc nomen contrarium dicitur de illo de quo intelligitur magis, & minus. s. illud qd est in potētia, nūc nō indiget ista expōne, & sic verificabitur, q oīs transmutatio est de cōtrario in contrariū: hæc Cō. Unde videtur mihi, q ipse intelligit, q cū hoc nomē contrariū accipitur cōiter secundum q est cōe extremis & medio, sic est uerū, q oīs motus est de contrario in contrarium: nec indigemus priori expositione, quæ dixit, q cum aliquid mouetur de medio, vel ad medium, mutatur de contrario extremo uel ad cōtrarium extremum, qd est in medio. Unde secundum primam expōnem, omnis motus est, de contrario extremo ad contrarium extremum, sed secundum expositionem secundā motus est qñq; a medio, & non ab extremo cōtrario: & illud credo uerius. Intelligendū est qd Cō. primo de celo:

Triplex contrarietas secūdū Com. distinguit de triplici contrarietate, qm quædā est contrarietas extremi ad extremum, & ista est perfectissima contrarietas, quædam autem est contrarietas medij ad extremum, & ista est minus perfecta, quædam uero est contrarietas medij ad medium, & ista est imperfectissima. Illa igitur propositio d. quod omnis motus est a contrario in contrarium, debet intelligi loquendo de contrarietate communiter, siue sit contrarietas extremi ad extremum, siue sit contrarietas extremi ad medium, siue sit contrarietas medij ad medium. Sed

Dubium. dubium est hic, videlicet an in forma media sint contraria extrema, ita quod medium componatur ex extremis, & videtur quod sic secundum Commen. hic, & in pluribus alijs lo-

Solutio. cis. Dicendum, quod medium non componitur ex extremis nec manet extrema actualiter in medio, quia essentię contrariorum non possunt simul esse in eodem subiecto, ut declaratū est primo huius, & et magis declarabitur inferius. Sed qd dicitur qd medium est quodammodo utrunque extremū, ut fuscum comparatum albo est nigrum, & comparatum nigro est album, non debet intelligi de uirtute sermonis, & hoc si cōtraria differunt specie inter se, & etiam a medio, ut communiter ponitur, sed istud debet intelligi secundum modū loquēdi, pro tanto enim dicitur, q fuscum respectu nigri est albū, quia fuscum est magis simile albo, quam nigrum sit simile albo, unde nigrum est magis dissimile albo, quam fuscum, veruntamen hic posset accipi auctoritas ad probandum, q mediū est eiusdem speciei cum extremis, & per consequens quod contraria sunt eiusdem speciei inter se, quia aliter fuscum nulli comparatum esset album.

MUTATIO DISTINGUITUR IN SUAS partes, & species, & quomodo motus distinguitur ab alijs mutationibus, Tractatus primi. Cap. II.

Cum aūt oīs mutatio e quopiam sit ad quippiā, ut ipsum quoq; nomen significat, quorum aliud prius, aliud posterius est. Id qd mutatur mutari quatuor modis pōt. Aut n. e subiecto ad subiectū, aut e nō subiecto ad nō subiectū, aut e non subiecto ad subiectū, aut e subiecto ad nō subiectū mutatur. Dico aūt s d subiectum, quod affirmatione significatur. Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est, eam, quę e subiecto est ad subiectum, & eā, quę e subiecto ad non subiectum, & eā, quæ e non subiecto est ad subiectum. Ea namque quæ est e non subiecto ad non subiectum non est mutatio, quia per oppositionem non est. Neque enim contraria, neque contradictoria est.

Quoniam autem omnis mutatio est a quodā in quiddam, manifestat etiam utique nomen, post aliud enim aliquid, & aliud quidem prius: aliud autem monstrat posterius, & mutabitur mutans quadrifariæ, aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum affirmatione mōstratū. Quare necesse est ex his, quæ dicta sunt tres esse mutationes, s. ex subiecto in subiectū, et ex subiecto in non subiectum, & ex non subiecto in subiectum. Quia enim est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, propter hoc quod non est secundum comparationem. Neque enim contraria, neque contradictio est.

ISTUD est scd'm capitulum huius primi Tractatus, in quo determinatur de diuersitate specierū mutationis, & continet duas partes principales: qm in prima ostenditur numerus specierū mutationis. In secunda uero ibi, [Si igitur, qd non est.] Declaratur q mutatio est motus, & quæ non. Prima pars continet duas particulas, quia in prima phy. distinguit mutationē in suas species ostendēdō numerū specierū mutationis. In secunda ibi. [Ex non subiecto] Narrat P. s. quæ sunt species mutationis; quæ. s. sunt a non subiecto in subiectum; & a subiecto in non subiectum. In prima igitur particula huius partis P. distinguit mutationē in suas species: ostendendō numerū specierū mutationis, & intendit ostēdere, qd tres sunt species mutationis, & nō plures. Ad q ostendēdū supponit duo.

Primum suppositū. Primū est, qd oīs mutatio est a quodam in quoddam, & hoc manifestat nomē mutationis, quia ad oēm mutationē requiritur, qd aliquid sit post aliud, ita q unū sit prius, videlicet, illud ex quo est mutatio, & aliud sit posterius. s. illud ad qd est

Secūdum. mutatio. Scd'm qd supponit est, qd solum quatuor modis cōtingit opinari mutationē esse ab aliquo in aliud, q. vel oportet opinari, q terminus utriusq; mutationis. s. terminus a quo, & terminus ad quem sit affirmatiuus, uel qd uterq; sit negatiuus, vel q terminus a quo sit affirmatiuus, & terminus ad quē sit negatiuus, aut econuerso, videlicet, qd terminus a quo sit negatiuus, & terminus ad quē sit affirmatiuus: pluribus. n. modis nō cōtingit intelligere motū esse a quodā in quoddam: dicit igitur phyl. q cū oīs mutatio sit a quodā in quoddā: quatuor modis contingit opinari aliqd mutari, videlicet. vel ex subiecto in subiectum, vel ex subiecto in non subiectum, vel ex nō subiecto in subiectū, vel a non subiecto in non subiectum, & exponit qd intelligit p subiectū, & quid p non subiectū. d. qd vocat subiectū hic illud, qd est affirmatione mōstratum. i. cuius nomē est positiuum, & non negatiuū, nec priuatiuum, ut albū musicū, & huiusmodi, & per non subiectū intelligit illud qd significatur noīe infinito, & priuatiuo. Ex quibus concludit P. conclusionē septimā huius lib. quæ est, qd species mutationis sunt tm tres: hæc igitur conclusio probatur sic, om-

Septima conclusio huius lib. nis mutatio, vel est a subiecto in subiectū, vel a non subiecto in subiectū, vel a subiecto in non subm, vel a non subiecto in non subiectū, sed ex non subiecto in non subiectum non est mutatio

mutatio per se. ergo omnis mutatio per se est, vel ex subiecto in subiectū, vel ex subiecto in non subiectū vel ex non subiecto in subiectū. solū ergo istis tribus modis contingit fieri mutationē & per consequens solū sunt tres species mutationis. maior huius rationis est per se manifesta, minor vero declaratur, scilicet, quod e non subiecto in non subiectum non est mutatio per se, hoc est ab opposito in oppositū, sed non subiectū in non subiectū non sunt opposita, ergo e non subiecto in nō subiectum non est per se mutatio, maior patet, & minor declaratur, quia non subiectum, & non subiectum sunt duo negationes, quæ non opponuntur contrarie, nec contradictorie, quia possunt verificari simul de eodem; nam de eodem verum est dicere, quod est non album, & quod est non nigrum. Notanda sunt hic duo secundum Com. primo est notandum, quod manifestum est per se, quod omnis mutatio est de aliquo in aliquid, quia dū res fiunt in eadem dispositione, tunc illic non est transmutatio. hæc Com. Et illud notendum est contra eos, qui dicunt, quod per transmutationem quandoque nihil nouum acquiritur, sed quia res transmutatur, quando manet in eadem dispositione, qua prius, sed isti non intelligunt, quid significetur nomine transmutationis, ut satis apparet hic. secundo est notandum secundum Com. hic, q cū phylosophus dicit hic, quod aliqua est mutatio de non esse in esse, vel econuerso, quid intelligitur per non esse. Et dicit Com. intelligo per non esse, non esse in actu, quod est esse in potentia, vniuersaliter non esse, quod est proprium materiæ primæ non negatur simpliciter, negatio enim simpliciter significat nō esse simpliciter, & non esse simpliciter non recipit transmutationem, hæc Com. Et intelligo, quod nō esse, quod est terminus a quo generationis, vel terminus ad quem corruptionis non est negatio simpliciter, quæ contradictorie opponitur ipsi esse, sed est priuatio, quæ semper est coniuncta materiæ. Materia uero prima est illud, ex quo est generatio tanquam ex subiecto. Sed priuatio est illud, ex quo est generatio, sicut ex termino e quo. Vnde in generatione est accipere duplex ex quo scilicet, ex quo est generatio tanquam ex subiecto, & illud est ens in potentia pura, puta materia prima. Aliud est ex quo, quod est generatio tanquam ex termino & illud est priuatio formæ, quę inducitur per generationem, & eodem modo est in corruptione, quod per se terminus ad quem corruptionis est priuatio formæ, quæ corrumpitur Causa autem, propter quam contradictorium ipsius esse, scilicet, non esse simpliciter non est terminus a quo generationis, nec terminus ad quem corruptionis potest esse, quia termini per se mutationis debent esse determinati non prædicabiles de omnibus, sed contradictorium alicuius affirmati uere prædicatur de quolibet alio a suo contradictorio, sed non est sic de priuatione. ideo priuatio magis est terminus, quam simpliciter negatio.

Primum notan.

Secundū notan.

Idem primo phy. c. 70. & 12. met. 18. & 14. c. Idē 3. ce. c. 69. & prima ca. de subā orbis, idem hic cō. 8.

Ea igitur mutatio, quæ per cōtradictionē è nō subiecto est ad subiectum generatio est, alia simplex, quæ est simpliciter, alia q̄dā, quæ est cuiusdā. Velut ea quidē, quæ è non albo ad albū, huius est generatio. Ea vero, quæ est ex eo, qđ nō est simpliciter ad subām: generatio simpliciter est, qua quidē simpliciter fieri, & nō aliquid fieri dicimus. Ea uero, quæ ad nō subiectū est ex subiecto corruptio est simpliciter quidē, ea quæ est è subā ad ipsum non esse. Quædam autem ea, quæ est ad negationem oppositam, vt in generatione est dictum.

Ex non subiecto quidem igitur in subiectum mutatio secundum contradictionem, generatio est. Alia quidem simpliciter simplex. Alia vero quædam cuiusdam, vt ex non albo in album generatio quidem huiusmodi est. Quæ vero ex non esse simpliciter in substantiam est, generatio simpliciter est, secundum quam fieri, & non fieri simpliciter dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum, corruptio est. Simpliciter quidem, quæ ex substantia in non esse est. Quædam autem est, quæ est in oppositam negationem, sicut dictum in generatione.

HÆc est secunde particule primæ partis principalis huius ca. in qua viso, quod species mutationis sunt tantum tres, narrat phyl. quæ sunt species. primo narrat, quæ sunt illæ mutationes, quæ sunt a subiecto in non subiectum, & a non subiecto in subiectū, posterius vero determinat de tertia specie mutationis, quæ. s. est a subiecto in subiectū. primo igitur phy. narrat, quæ est illa spēs, quæ est e non subiecto in subiectū. d. q mutatio, quæ est a non subiecto in subiectū, quæ opponuntur contradictorie, uocatur generatio, deinde diuidit generationē d. q generatio est duplex, s. generatio simpliciter, & generatio sm quid, generatio simplr est generatio sm subam, generatio vero sm quid est generatio accidentis. Cū. n. generatur suba dicimus absolute, & simplr, q aliquid generatur, vel fit, sed cū generatur accidens non dicimus absolute sine addito aliquid fieri, sed dicimus aliquid fieri hoc, v. g. cū Sor. producitur de non esse ad esse dicimus absolute, quod aliquid fit, sed cū generatur albedo in Sor. non dicimus, q Sor. fit simplr, sed dicimus, quod Sor. fit hoc videlicet, qđ Sor. fit albus. Deinde phyl. narrat, quæ est illa mutatio, quæ est a subiecto in non subiectum, dicēs, quod illa mutatio, quæ est a subiecto in non subiectum, uocatur corruptio, & hæc est duplex, quædam est corruptio sm quid, ut corruptio accidentis, quædā uero est corruptio simplr, ut corruptio subæ Sed mutatio, quæ est a subiecto in subiectum est motus, ut postea declarabitur, ita apparet, qđ tres sunt species mutationis, s. mutatio e subiecto in subiectū, & a subiecto in non subiectum, & a non subiecto in subiectū, apparet etiam, quæ sunt illæ tres mutationes, quoniam sunt generatio, & corruptio, & motus. Notanda sunt hic tria secundum Commen. Primo, quod transmutatio, quæ est e contrario in contrarium, est etiam a contradictorio in contradictorium. Vnde Commen. dicit sic. Et debes scire, quod transmutatio, quæ est e subiecto in subiectū, idest, de contrario in contrarium, potest collocari in transmutatione, quæ est de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum. Et postea in eodem Com. dicit Comment. sic. quod, quia illa, quæ opponuntur secundum contrarietatem, possunt opponi secundum priuationem, & habitum, & secundum affirmationem, & negationem, possibile est dicere in his, quæ opponuntur secundum contrarietatem illa transmutari de subiecto in subiectū. Vnde breuiter nunc, quod transmutatur de contrario in contrarium transmutatur etiam de contradictorio in contradictorium, siue de priuatione in habitum, & de habitu in priuationem, uerbi gratia, illud enim, quod transmutatur de albo in nigrum, transmutatur de nō nigro in nigrum, & etiam, quod transmutatur de albo in nigrum, transmutatur de albo in non album, & sic quod trāsmutatur de subiecto in subiectū, transmutatur de subiecto in non subiectum, & de non subiecto in subiectum. Sed tunc dubitatur, quia secundum hoc uidetur, quod species mutationis, quas phylosophus hic enumerat, & distinguit, non sunt species oppositæ mutationis, quia uerificantur de eodem. nam eadem mutatio, quæ est de subiecto in subiectum, est de subiecto in non subiectum, & de non subiecto in subiectum. Ad illud potest dupliciter responderi. vno modo sic, videlicet, quod illa eadem mutatio, quæ per se est de subiecto in subiectum, est per accidens de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum nam calefactio est per se a frigido in calidum, & est per accidens a non calido in calidum, accipiendo per accidens secundum quod opponitur ei, quod est primo. Vel dicitur, quod illa eadem mutatio, quæ est primo e subiecto in subiectum est secundario a non subiecto in subiectum, & e subiecto in non subiectum, quoniam terminus mutationis quidem est primus, & quidam est secundarius, ut dicit Comment. supra, primo huius. Dico, quod species mutationis, quas phyl. hic distinguit, sunt oppositæ, & distinguuntur penes suos terminos primos. nam motus est e subiecto in subiectum tanquam e primo termino ad primum terminum, & generatio est e non subiecto in subiectum, tanquam a primo termino ad primum terminum, & corruptio est a subiecto in non subiectum, tanquam a primo termino in primum terminum ad quem. Si vero motus sit a non subiecto in subiectum, uel e subiecto in non subiectū, hoc non est primo, sed secundario, nec hoc sequitur, quod motus sit generatio, uel corruptio, quamuis sit e subiecto in non subiectū, vel a non subiecto in subiectū, nec est uerum, q ois mutatio, quæ est a non subiecto in subiectū, est generatio, sed illa solū mutatio est generatio, quæ est a non subiecto in subiectū, tanq̄ a primo termino a quo, ad primum terminū ad quem, & eodē modo est dicēdū de corruptione. Sed adhuc est dubiū, quia generatio quædē, quæ est sm quid. s. generatio accidentia est e non subiecto in subiectū, tanq̄ a termino primo e quo ad terminū primū ad quē, quia phyl. distinguit generationē, quę est primo a non subiecto in subiectum in generationē simpliciter, & generationem secundū quid, sed motus est generatio accidentis, motus. n. localis est generatio ipsius, vbi, & motus

Generatio est duplex.

Prim. notan.

Dubium.

Solutio.

Replica.

Solutio.

alterationis est generatio qualitatis. ergo sicut generatio secundum quid est primo a non subiecto in subiectum, ita motus est primo a non subiecto in subiectum, cuius oppositum dictum est. Hic est dicendum, concedo, quod generatio quædam est primo a non subiecto in subiectum, sed generatio quædam non est motus, sed est mutatio subita, idest subitus prouentus formæ accidentalis terminantis motum, & hæc est intentio Com. inferius, vt videbitur. vnde sicut in alteratione terminata ad formam substantiæ, scilicet, in alteratione composita ex transmutatione in substantia, & transmutatione in qualitatibus generatio substantiæ non est illa alteratio, sed generatio substantiæ est subitus prouentus formæ substantialis, & est finis alterationis præcedentis, ita in omni motu generatio termini ad quem est motus est mutatio subita, & est finis motus, vnde in vltimo instanti temporis terminantis motum est generatio subita termini motus, siue subitus prouentus termini ad quem est motus, & hoc dico opinando, non autem firmiter asserendo. Intelligendum, quod generatio & corruptio non sunt veræ mutationes a vero contradictorio in verum contradictorium, nec est aliqua mutatio per se, & primo a contradictorio in contradictorium, vt dictum est superius, sed generatio est per se, & primo a priuatione formæ ad formam, & corruptio est econuerso, quia tamen contradictorio cuiuslibet formæ est nomen impositum, scilicet, nomen infinitum, & vt plurimum, priuationi formæ nil est nomen impositum, ideo phylosophus pro priuatiue oppositis vtitur contradictorie oppositis. vnde generatio est mutatio a priuatione in Formam, & corruptio est mutatio a forma in priuationem. forma enim, & priuatio magis debent poni principia, quam forma, & contradictorium formæ, vt patet primo huius. Secundo est notandum secundum Commen. hic, quod quia substantiæ non est contraria substantia, & omnis mutatio est ab opposito in oppositum, ideo transmutatio substantiæ non dicitur esse a subiecto in subiectum, substantia enim non habet aliquod positiuum, seu affirmatum sibi oppositum, & cum quælibet transmutatio sit ab opposito in oppositum non debet dici, quod transmutatio substantialis sit ab affirmato in affirmatum, sed a negato in affirmatum, vel econuerso. Intelligendum hoc est, quod quamuis ignis generetur ex aere, & sic in generatione ignis generetur affirmatum ex affirmato, tamen ignis non generatur ex aere per se, quia cum illud, quod est per se nunquam possit separari, si ignis per se generaretur ex aere sequeretur, quod ignis non posset generari ex aqua, vel ex terra, sed quia ignis nunquam potest generari nisi ex priuatione formæ tanquam ex termino a quo, & ex materia tanquam ex subiecto, in quo est priuatio formæ ignis, ideo generatio ignis est per se a priuatione formę ignis, tanquam a termino a quo ad formam ignis, tanquam ad terminum ad quem, & sic generatio substantiæ est per se a non subiecto in subiectum, sed si sic a subiecto in subiectum hoc erit per accidens, sed non est sic de transmutatione ad formam accidentalem, quia forma accidentalis, ad quam est per se transmutatio, habet contrarium, & non potest fieri, nisi ex suo contrario, ideo transmutatio ad formam accidentalem est per se de affirmato in affirmatum, idest, de contrario in contrarium.

Tertium notandum.

Tertio est notandum secundum Comment. hic, quod generatio substantiæ dicitur esse generatio simpliciter, & generatio accidentis dicitur esse generatio secundum quid, & causa hoc secundum Comment. est, quia generatio est mutatio de non esse ad esse, ideo illa generatio dicitur esse generatio simpliciter, quæ terminatur ad illud, quod simpliciter, & principaliter habet esse, & illa generatio habet esse secundum quid, quæ terminatur ad illud, quod non habet esse nisi secundum quid, & quia substantia simpliciter, & principaliter habet esse, & accidens non habet esse nisi secundum quid, ideo generatio substantiæ dicitur esse generatio simpliciter, & generatio accidentis dicitur esse generatio secundum quid. Item dicit hic Comment. quod si transmutatio fuerit in esse indiuidui demonstrati, scilicet, indiuidui substantiæ, donec fiat non illud indiuiduum, dicitur corruptio simpliciter, cum autem fuerit de aliquo accidente donec fiat non illud accidens, dicitur aliqua corruptio. hæc Commen.

Idem primo phys. c. 1. & primo de ge. t. cõ. 11. & 20.

Idem. 8. ph. t. c. 46.

Quomodo debeat intelligi dictum Com.

Vnde per illa uerba uidetur Comment. velle, quod in corruptione alicuius rei non illa res fit illa res, & cum Sortes corrumpitur, Sor. fit non. Sor. quod tamen non est verum, quia Sor. semper est Sor. siue sit, siue non sit, dignitas enim est, quod idem prædicetur de seipso, quam, quod contradictorium prædicetur de suo contradictorio. & ideo dico, quod Comment. per non illud indiuiduum intelligit priuationem formæ illius indiuidui, & intendit, quod cum fuerit transmutatio in esse indiuidui substantiæ, donec priuatio suę formæ fiat in materia, tunc est corruptio simpliciter.

A Item dicit Com. hic, quod in hoc loco per negationem est intelligendum priuationem, & per affirmationem esse.

Si igitur id, quod non est multis dicitur modis, & neque moueri potest, quod in compositione, diuisioneq; consistit: neque id, quod est potentia, quod quidem ei opponitur, quod est simpliciter. nam id quidem, quod est non album, aut non bonum moueri per accidens potest Esse enim id homo potest, quod est non album.

Si igitur, quod non est dicitur multipliciter, & neq; quod est secundũ compositionem, aut diuisionem contingit moueri, neq; quod est secundũ potentiam, quod ei qđ est simpliciter, secundum actum oppositum est. Hoc quidem enim non album, aut non bonum, tamen contingit moueri secundum accidens. Erit enim homo non albus. Tex. 48. 8.

B

HÆc est secunda pars principalis huius capituli: in qua declaratur, quæ mutatio est motus, & quæ non, & continet quinque particulas, quia in prima præmittitur quædam distinctio necessaria ad propositum. In secunda ibi. [Quod autem simpliciter.] Declaratur, quod generatio non est. in tertia ibi [Neque enim corruptio.] Declaratur, quod corruptio non est motus. In quarta ibi. [Quoniam autem motus.] Ostenditur, quæ mutatio est motus, & quæ non. In quinta autem ibi. [Et priuatio quid?] Ponitur quędam dubitatio, quæ oritur ex præcedentibus. In prima igitur particula huius partis ponitur quædam distinctio de non ente, ut per eam possit videri, cuiusmodi non ens potest moueri, & cuiusmodi non ens non potest moueri, distinctio igitur est talis, non ens est triplex, quoddam enim est non ens secundum compositionem, & diuisionem, & sic propositio falsa, siue sit affirmatiua, siue negatiua dicitur non ens, vt illa, homo est asinus, dicitur non ens, & similiter illa. homo non est animal. dicitur non ens. Secundo modo dicitur aliquid non ens, quia non est ens actu, est tamen ens in potentia, quod quidem ens

Non ens est dicitur tribus modis.

C opponitur enti in actu. Tertio modo dicitur non ens, quia est non ens tale, vt non album, non musicum, & inter ista non entia solum non ens tertio modo dictum potest moueri, sed non ens primo, uel secundo modo non potest moueri unde non ens secundum compositionem, & diuisionem non potest moueri. similiter non ens in actu, ens tamen in potentia non potest moueri, sed non ens tertio modo, quod non est non ens simpliciter, scilicet, mouens tale, ut non album, uel non musicum potest moueri, sed hoc est per accidens. unde non album potest moueri per accidens, quia homo, cui non accidit, quod non sit albus, potest moueri. Sed dubitatur hic, scilicet, quid phylosophus intelligat per non ens in actu, quod tamen est ens in potentia, vtrum per illud non ens intelligat terminum generationis, scilicet, illud quod non existit, quod tamen potest existere, vel intelligit per tale non ens primam materiam, quæ est subiectum generationis. Videtur enim, quod per non ens in actu intelligat terminum generationis, quia de illo non ente dicit Phylosophus, quod opponitur enti in actu, sed certum est, quod materia prima non opponitur enti in actu, quia perficitur per actum. igitur per non ens in actu intelligat terminum generationis. Dicendum est, quod

Idem. 12. me. cõ. 11.

Dubium.

Solutio.

D per non ens in actu potest vtrunque intelligi, scilicet, terminus generationis, & etiam subiectum generationis, neutrum enim horum potest moueri, illud enim quod non existit non mouetur. Similiter materia prima non mouetur sic, quod sit subiectum propinquum motus. Et quod dicitur, quod per non ens actu non potest intelligi subiectum generationis, quia subiectum generationis, scilicet, materia prima non opponitur enti in actu. Dicendum, quod oppositio inquantum ad propositum est duplex, quædam est in essendo, quædam uero in prædicando. Illa opponuntur in essendo, quæ non compatiuntur se simul in eodem adæquate, & isto modo albedo, & nigredo opponuntur. Illa autem opponuntur secundum prædicationem, quorum unum non potest affirmari de reliquo, & isto modo opponuntur albedo, & lapor, quoniam ista est magis impossibilis, albedo est sapor quam ista, albedo est nigredo, & tamen albedo, & sapor non opponuntur in essendo quia possunt esse simul in eodem subiecto adæquate. Dico igitur, quod materia prima, vel actus eius in actu opponuntur

nuntur in prædicando: non autem in essendo. hæc enim est possibilis. materia prima est ens in actu, id est actus. Et hoc intelligit phy. l. cum dicit, quod non ens in actu est ens in potentia opposita enti in actu, scilicet, prædicando.

Id autem, quod nō hoc simpliciter est, nullo pacto moueri potest. Fieri enim non pōt, vt id, quod non est, moueatur. Impossibile est profectò generationem esse motum, id enim, quod haud est, generatur. Nam etsi quam maxime per accidens generatur, verè tamen de eo, quod simpliciter generatur, id dici potest, ipsum, inquam, id esse, quod haud est. Simili sanè modo fieri etiam nequit, vt ipsum idem quiescat. Hæc igitur difficilia accidūt huic moueri, inquam, id, quod non est.

Quod autem simpliciter non hoc aliquid est, hoc nullo modo contingit moueri. Impossibile est enim, quod nō est moueri. Si autem hoc, generationem esse motum impossibile erit. Fit enim quod non est. Si enim & quod maxime secundum accidens fit. Sed tamen verum est, dicere quod est, quod non est, de eo quod fit simpliciter. Similiter autem & quiescere. hęc igitur accidunt inconuenientia, si moueatur quod non est.

A

B

Octaua cō clusio huius libri.

Prima ꝓbatio eiusdem.

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius ca. in qua declaratur, quod generatio substantiæ nō est motus, & hæc est octaua conclusio huius lib. quæ probatur dupliciter, & primo sic. Illud quod mouetur est, & quod generatur non est. ergo quod generatur non mouetur, & per consequens generatio non est motus. Vel sub alia forma, & hoc sic, illud, quod non est non mouetur, sed quod non est generatur. ergo quod generatur non mouetur, & per consequens generatio non est motus, & hoc intelligitur de generatione substantiæ, vt dicit Commen.

Et si omne quod mouetur in loco sit, id autem quod non est, in loco non sit, erit etiam alicubi, id profectò quod haud est non mouetur.

Et si omne quod mouetur in loco est, quod autem non est, non est in loco. Esset enim alicubi.

C

Secunda probatio.

SEcundo probatur eadē conclusio sic, quod mouetur est in loco, quod generatur nō est in loco. ergo quod generatur non mouetur, & per consequens generatio non est motus. minor huius rationis probatur, quia quod non est non est in loco, quod non est, generatur. ergo quod generatur non est in loco. Vel sorte phy. l. ibi. [Si omne quod mouetur.] Probat, ꝙ illud quod nō est non mouetur, & hoc sic. Omne, quod mouetur est in loco, sed quod non est non est in loco. ergo quod non est non mouetur. Sed hic sunt quædam notanda, & quædā dubitanda. Primo notandū est ſm Com. ꝙ cū dicitur, quod generatur non est, quod mouetur est, &c. ly quod, vtrobique supponit pro subiecto mutationis, ita ꝙ ille est intellectus rationis, quod generatur, hoc est subiectū generationis non est, hoc est non ens in actu, ita quod sit forma, vel formā habens, sed quod mouetur, hoc est subiectū motus est ens in actu. Est igitur hæc ratio. subiectū generationis non est ens in actu, & subiectū motus est ens in actu. ergo generatio nō est motus. Et Com. dicit, ꝙ oportet, ꝙ subiectū motus sit aliquod demonstratū in actu in duabus extremitatibus motus, sed hoc non accidit, vt d. quādo ex aqua fit aer, non enim manet aliquod vnū demonstratū in actu, sicut albedo, & nigredo succedunt sibi inuicem in eodē indiuiduo demōstrato, sed in generatione substantiæ illud, quod manet sub vtroque termino, iā est materia prima, quæ non est in actu, immo nullus actus sibi admiscetur omnino, ideo impossibile est, ꝙ moueatur, & hæc est sententia Com. Vnde est sciendū, ꝙ per ens in actu, & per indiuiduum demonstratū intelligit Com. indiuiduū cōpositū ex materia, & forma: quā subiectū motus est indiuiduū cōpositū ex materia, & forma, sed subiectum generationis est materia prima, quæ nullā formā habet de se. Intelligendū etiam, quòd cū dicitur, quod materia prima non est ens in actu: illud non debet intelligi sic, scilicet, quod materia prima non sit aliquod ens in rerū natura, immo materia prima cū sit pars substantiæ cōpositæ, & per se principiū est unū existēs in rerū natura, sed

Primum notandū.

D

Quid intelligat Commen. per ens in actu, &c.

A

pro tāto dicitur, ꝙ materia prima non est ens in actu, quia nec est forma, nec de natura sua habens formā, sed est in potentia ad omnes formas generabilium, & corruptibilium. Aliqui tamen dicunt hic, quod materia prima non est ens in actu sub vna parte formæ substantialis acquirendæ ante aliam, cum forma substantialis non acquiratur partialiter, sed illud, quod mouetur habet vnam partem formæ, ad quam est motus ante aliam, uel cōsimilem secundū specie, sicut illud, quod mouetur ad albedinem, dum mouetur semper acquirit aliquam partem albedinis, & semper deperdit aliquam partem nigredinis, & sic sunt intelligenda dicta Commen. hic, & secundum hoc ista hæc ratio fundatur super his duabus propositionibus, scilicet, quod omne, quod mouetur, acquirit continue aliquam partem formæ eiusdem rationis cum termino ad quem. Secūda propositio est, quod subiectum generationis non acquirit partibiliter formam substantialem, ad quam transmutatur. Sed sine dubio vtrunque illorum dictorum est falsum in se, & contra intentionem Commen. Primum dictum in se est falsum, quoniam illud, quod mouetur a summo calido ad frigidū non habet semper dum mouetur aliquid de frigido, quia si sic, tunc non esset primum instans rei permanentis in esse, quod est contra phylosophū octauo huius, & probo, quod illud sequatur, quoniā si illud, quod mouetur a summo calido versus frigidū semper, dum moueretur haberet aliquid de frigido, tūc, cum non sit dare instans immediatum primo instanti temporis mensurantis illum motum, qui est a summo calido, sequitur, quod nō sit dare primum instans, in quo frigiditas est inducta in subiecto. hoc igitur est sic arguere, si detur primū instans, in quo frigiditas est inducta, sicut oportet ſm phylosophum, sit illud instans b. & sit a. primum instans totius temporis mensurantis illum motum, qui est a summo calido. Tunc quæro an a. & b. sunt mediata vel immediata, non est dare, quod sunt mediata, quia instans non est mediatum instanti, si sunt immediata, tunc in tempore medio fuit motus ad frigiditatē, & tamen mobile nihil habuit de frigiditate, igitur non oportet, quod in omni motu mobile habeat aliquid de forma, ad quam est motus. Item secundum hoc sequeretur, quod contraria simul essent in eodem subiecto, sed omnia contraria sunt opposita, sed opposita sunt incompossibilia, igitur incompossibilia essent simul, & sic eadem, quæ non possunt esse simul, essent simul. patet igitur, quod primum horum est falsum, videlicet, quod omne quod mouetur, dum mouetur, habet partem formæ eiusdem rationis cum termino, ad quem est motus, & sic non a contrario in contrarium, cum esset motus, sed mutatio subita, quoniam statim sine omni medio cum mobile recedit a summo calido esset sub frigido secundū istam opinionem. Item ad vbi est motus secundum phylosophum & tamen ubi non acquiritur, nec deperditur partialiter, quia si primo acquiritur una pars ipsius vbi, quam alia, quæro an illa pars primo acquisita maneat, quousque alia pars sit acquisita, vel non, si non, tunc partes ipsius vbi, terminantes motum non acquiruntur partialiter. si uero pars vbi primo acquisita maneat, aut igitur in eadem parte corporis, aut in alia. si in eadem parte, tunc illa pars continue quiesceret, cum haberet idem vbi, & tamen totum mouetur, quod est impossibile. si vero fiat in alia parte, sequitur, quod accidens migrat de subiecto in subiectum quod est impossibile. Secundum etiam dictum est expresse contra intentionem Commen, quia Commen. supra tertio de cęlo. expresse, vult, quod formæ elementorum suscipiant magis, & minus, & quod quantum acquiritur de qualitate consequente formam elementarem, tantum acquiratur de forma elementari, & sic secundum intentionem Com. formæ substantiales elementorū acquiruntur partibiliter, similiter certū est, ꝙ ignis cōburens lignū inducit in materiam ligni formam ignis partibiliter, ita ꝙ inducit vnā partē formæ ante aliam. hoc igitur est contra intentionem Com. & contra veritatem, quod subiectum generationis acquirit partialiter formam substantialem. Sed dubia sunt hic, primo dubitatur, quia non videtur, quod phylosophus per illud, quod generatur intelligat subiectum generationis, quia subiectum generationis non generatur, sed est ingenerabile, & incorruptibile, ut patet ex primo huius. Secundo dubitatur de eo, quod dicitur, ꝙ ens in potentia, scilicet materia prima nō mouetur. hoc vī falsum, quia materia prima mouetur ad motum compositi. & similiter materia prima potest rarefieri, & condensari. Forte di. ꝙ materia prima mouetur per accidēs. Cōtra. phy. dicit, ꝙ solū non ens tertio modo dictū, vt non albū, vel non musicū mouetur, & hoc per accidēs. ergo ſm phylosophū nō ens secundum compositionem, & diuisionem, & non ens in actu, eo stā in potētia, nec mouetur per se nec ꝓ accidēs. Ad primā

Quid sentiant aliqui de materia prima, ratio eorū fundatur sup duabus ꝓpositionibus.

Prima ꝓpositio.

Secunda ꝓpositio.

B

C

D

Primum dubium.

Tex. c. 82.

Secūdum dubium.

Ad primū

 dico.

A dico, quod phyl. per illud, quod generatur, intelligit materiam primam, sed illud, quod generatur, est duplex, quia quoddam est, quod generatur subiectiue & sic generari scilicet subiectiue non est aliud, quam per generationem transmutari, & isto modo dico, quod materia prima generatur. Secundo modo dicitur aliquid generari obiectiue, siue terminatiue, & sic generari est acquirere esse post non esse per generationem, & isto modo materia prima non generatur, sed est ingenerabilis, & incorruptibilis terminatiue. & hoc intelligit phyl. primo huius. Dico igitur, quòd phy. per illud, quod generatur intelligit subiectum generationis, quodquidem subiectum generatur subiectiue, sed non generatur obiectiue, idest completiue. Ad secundum dubium dico, quod materia prima potest moueri per accidens ad formam accidentalem, vel ad locum, sed ad formam substantialem non mouetur per se, nec per accidens. Nõ enim mouetur per se ad formam substantialem; tum quia subiectum per se motus est ens compositũ in actu, tum quia ad formam substãtialem est per se motus, nec etiam mouetur per se ad formam substantialem, quia materia prima per se est, & primo perficitur per formam substantialem, sed nihil mouetur per accidens ad suam propriam perfectionem. similiter si moueretur per accidens ad formam substantialem, cum omne per accidens reducatur ad aliquid per se oportebit B quod aliquid aliud moueatur per se ad formam substantialem, & per consequens aliud a materia prima per se perficeretur per formam substantialem, quod est impossibile.

Ad secundum.

Neque ergo corruptio motus est: motui namque motus contrarius est, aut quies. At corruptio contrarium est generationi.

Tex. cõ. 9. *Neque iam corruptio motus est. Contrarium quidem enim motui, motus aut quies. Corruptio autem generationi contrarium.*

Nona conclusio huius libri.

ISta est tertia particula secundæ partis principalis huius ca. in qua declaratur, quòd corruptio non est motus, & hæc est nona conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omni motui contrariatur motus, vel quies, & nihil aliud. sed corruptioni non contrariatur motus, nec quies. ergo corruptio nõ est motus. maior per se patet, & minor probatur. quoniam corruptioni contrariatur generatio, sed generatio non est motus, nec quies. ergo.

C Cum autem omnis motus sit quędam mutatio, tres vero sint mutationes, quas diximus, quarum duæ, quæ in contradictione consistunt, generatio, inquam, atque corruptio motus non sint, vt ostendimus, motum eam esse solum mutationem necesse est quæ è subiecto ad subiectum acceditur. Subiecta uero, aut contraria sunt aut media.

Quoniam autem motus mutatio quædam est, mutationes autem tres sunt dictæ. Harum, quę sunt secundũ generationem, & corruptionem non sunt motus, hę autem sunt secundum contradictionem, necesse est ex subiecto in subiectum mutationem motum esse solum. Subiecta autem aut contraria, aut media.

Decima conclusio huius lib.

ISta est quarta particula secundæ partis principalis huius ca. in qua ostenditur, quæ mutatio est motus, & quæ non: & declaratur, quod sola mutatio, quæ est a subiecto in subiectũ, est motus, & hæc est decima conclusio huius libri, quæ probatur per præcedentia sic. Sicut tres sunt species mutationis, & non plures, vt declaratum est prius, scilicet mutatio a non subiecto in subiectum, & mutatio a subiecto in non subiectum, & mutatio a subiecto in subiectum, sed mutatiõ a non subiecto in subiectum non est motus, quia generatio, quæ est mutatio a non subiecto in subiectum non est motus, similiter mutatio a subiecto in non subiectum. s. corruptio non est motus, vt declaratum est. ergo relinquitur, quòd sola mutatio quæ est a subiecto in subiectum est motus, & ita omnis mutatio, quæ est motus, est a subiecto in subiectum. Et exponit phylo. quid intelligat per subiecta dicens, quod subiecta, inter quæ est motus, uel sunt contraria, uel media.

Etenim priuatio ponitur contrariũ. Atqui nudũ, & album, ac nigrum affirmatione significãtur.

A *Et priuatio enim ponitur contrarium, & monstratur affirmatione, vt nudum, & album, & nigrum.*

HÆc est quinta particula secundæ partis principalis huius ca. in qua mouetur quoddam dubium, quia dictum est, quod mutatio, quæ est motus, est ab affirmato in affirmatum, nunc autem priuatio significatur aliquando nomine affirmatiuo verbi gratia nudum est quoddam affirmatum, sicut album aut nigrum. Est igitur hic dubitatio, an ista mutatio, quæ est a priuatione in habitum, vel econuerso sit motus. Et videtur, quod sic, quia est ab affirmatiuo in affirmatiuũ, & a cõtrario in contrarium, quia priuatio contrariatur habitui. igitur uidetur quòd talis mutatio sit motus. istam dubitationem non soluit phylo. hic expresse, & hoc ideo quia solutio eius est manifesta per se, vt dicit Com. Solutio tamen huius dubitationis est illa, videlicet, quod mutatio, quæ est a priuatione in habitum, uel econuerso, non est motus, quia non est a subiecto in subiectum, quamuis priuatio aliquando significetur nomine positiuo, tamen priuatio non est aliquid positiuum in re, nec est verum, quod omnis mutatio, quæ est a contrario in contrarium sit motus, sed sola illa mutatio est motus, quæ est inter contraria positiua mediata. Notandum sm Com. hic, quod B est manifestum per se, quod transmutatio, quæ est motus in rei veritate, est inter opposita mediata. & inter priuationem, & habitum non est medium. ideo transmutatio, quæ est de priuatione ad habitum, uel econuerso non est motus. Sed dubium est, quia si motus non possit esse nisi inter contraria mediata tunc, cũ sit aliquod medium inter contraria immediatũ alteri extremorum, inter illud medium, & extremum, nõ posset esse motus, les sic supposito quod fuscedo sit immediata albedine, sequitur quod inter fuscedinem, & albedinem non posset esse motus, quod est falsum. Et similiter temperatum est medium inter calidum, & frigidum, & temperatum est immediatum vtrique extremorum. ergo si inter contraria immediata non posset esse motus, sequitur, quòd inter calidum, & tepidũ non posset esse motus, quod est falsum. Dicendum igitur, quod ad hoc, quod inter aliqua sit motus non oportet, quod inter ea sit medium specie distinctum ab extremis, quia si sic, nunquam posset esse motus a contrario ad medium immediatum illi cõtrario, & propter hoc dico, quod Com. intelligit media contraria, & habentia gradus medios inter summos gradus contrariorum, vel inter terminos motus. vnde secundum Com. sexto huius medium est duplex, videlicet, medium secundum formam, & C illud differt specie ab vtroque extremorum. Aliud est medium secundum magis, & minus. dico igitur, quod omnis motus requirit medium inter terminos motus, scilicet uel medium secundum formam, vel medium secundum magis, & minus, & hoc intelligit Com. dicens quòd inter immediata, quæ sic sunt immediata, quod inter illa, nec est medium secundum formã, nec secundum magis, & minus non est motus.

Dubium.

Solutio.

Dubium.

Solutio.

Com. 22.

OSTENDITVR, IN QVIBVS PRAEDICAmentis est motus, & in quibus non: & determinatur de diuersitate specierum motus.
Tractatus primi. Cap. III.

Si igitur prædicamenta diuisa sint, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud vbi, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, tres esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, & loci.

D *Si igitur prędicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & facere, & pati, necesse est tres esse motus, quantitatis, & qualitatis, & secundum locum.*

ISTud est tertium capitulum huius primi Tractatus, in quo phylosophus ostendit, in quibus prædicamentis est motus, & in quibus non: & continet tres partes principales, quia in prima phyl. narrat, in quibus prædicamentis non est motus. In secunda ibi [Secundum substantiam autem.] Declarat phylos. in quibus prædicamentis est motus. In tertia ibi [Quoniam autem neque substãtiæ.] Declarat in quibus prædicamẽtis est motus determinãdo de spẽbus motus. In prima igitur parte huius capituli phyl. determinat de diuersitate motus distinguẽdo motũ in suas spẽs, &

A

& narrat in quibus prædicamentis est motus, & hæc pars est solum narratiua. Dicit igitur phylosophus narrando, quod si sint, decem prædicamenta distincta, vt puta substantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, vbi, &c. necesse est, quod sint tres species motus, vt motus ad quantitatem, ad qualitatem, & ad vbi.

Idem. 8. ph. cõ. 16. sed vide oppositũ. 8. me. c. 4. & 10. me. c. 13.

Vnde dicit Com. quod motus est in istis tribus prædicamentis, quia in istis tribus prædicamentis inueniuntur contraria, & media, licet aliquantulum lateant in loco, sed hoc postea declarabitur. Hoc igitur est, quod phylosophus hic narrat, scilicet, quod solum in tribus prædicamentis est motus. videlicet in qualitate, quantitate, & vbi, & causa secundum Com. est, quia solum in istis tribus prædicamentis inueniuntur per se contraria, & media.

Dubium.

Sed Comment. mouet hic dubitationem, scilicet, quomodo phylosophus ponat hic motum sub tribus generibus, cum prius posuerit ipsum genus per se, scilicet, prædicamentum passionis. Vnde Commen. recitat duas opiniones antiquorum expositorum, quidam enim dixerunt motum esse in tribus prædicamentis, & dixerunt, quod prædicamentum passionis est genus secundum considerationem receptionis motus, non secundum considerationem motus, & alii dixerunt, quod quale aliud est quiescens, & aliud motum, & similiter quantum, & locus alius est forma quiescens, & est alius forma mutata.

Prima opinio.

Vnde, breuiter, hæc fuit opinio istorum, scilicet, quod motus secundum propriam considerationem motus est in tribus prædicamentis, quia in illis potest inueniri forma quiescens, & forma transmutationis, tamen ipsa receptio motus est in prædicamento passionis.

Secunda opinio.

Alia opinio fuit, quod quale non est genus, nisi secundum quod est quiescens, similiter, nec locus, nec quantum. Cum autem considerata fuerint secundum quod sunt mota sunt opposita in suo motu ipsis: cum sint quiescentia, & impossibile est, quod motus sit species quiescens. & ipsi dixerunt præcise, quod motus est in prædicamento passionis, & quod phylosophus attribuit motum istis prædicamentis, quia ipsa sunt materia motus. Vnde breuiter fuit opinio istorum, scilicet, quod motus solum est in prædicamento passionis, sed materia motus est in tribus prædicamentis, & hoc intelligit phylosophus hic, ut dicunt illi.

Argumentum. Auer. cõtra secundam opinionem.

Sed Commen. arguit contra illam opinionem secundam: probando, quod motus est in genere termini ad quem, & sic, quod sit in tribus generibus, & arguit sic dicens, quod videtur, quod si potentia ad vnumquodque prædicamentum est in illo genere prædicamenti, in quo est actus, tunc illud, quod est via & medium debet esse in prædicamento eodem cum actu, sed motus est via ad actum, & ad formam, & est medium inter actum, & potentiam, ergo motus est in eodem prædicamento cum forma, ad quam est motus vnde breuiter intentio Commen. est ista. potentia est in eodem genere cum actu, ergo multo fortius illud, quod est medium inter actum, & potentiam debet esse in eodem genere cum actu, quia maior est conuenientia medii ad extremum, quam extremi ad extremum: sed motus est medium inter potentiam, & actum. igitur motus est in eodem genere cum actu, & sic motus erit in eodem genere cum termino ad quem.

Solutio Com.

Istam dubitationem, videlicet, quomodo motus ponatur esse in tribus prædicamentis, scilicet, in quantitate, qualitate, & ubi, & tamen est in genere passionis, soluit Commen. sub verbis diuersis, quasi daret duas solutiones, una tamen solutio est in re, dicit igitur, quod motus secundum quod est via, & medium inter potentiam & actum, sic est in genere actus, ad quem est. sed differt secundum magis, & minus, ut enim ad calorem est calor quodammodo, & similiter ut ad frigus, sed secundum quod motus est forma in hac materia, sic est existimandum, quod motus est prædicamentum per se. Vno igitur modo soluitur dubitatio sub his verbis, scilicet, quod motus potest accipi secundum quod est via, & sic est in genere termini ad quem. Alio modo potest accipi secundum quod est forma in materia, & sic est prædicamentum per se, scilicet, passionis. sub aliis tamen uerbis soluitur dubitatio, sic, videlicet, quod motus habet duplicem considerationem, quoniam secundum suam materiam est in genere termini ad quem, & secundum formam, idest, secundum quod est transmutatio coniuncta cum tempore est in prædicamento passionis. Hæc igitur est responsio. scilicet, quod motus potest considerari, vel secundum materiam, siue secundum formam, secundum materiam est in genere termini ad quem, sed secundum formam est in genere passionis, vel est idem, quod prædicamentum passionis, per motum secundum materiam, & per motum, ut est uia Commen. intelligit idem, & per motum secundum formam, & per motum ut est forma in hac materia intelligit idem. Item dicit Commen. quod propter famositatem huius diuisionis, scilicet, quod omnes intentiones diuiduntur in habitus quiescentes, & mobiles, conueniunt omnes gentes in hoc, quod posuerunt principia nominationũ nomen, & verbũ. & posuerunt nomen cuilibet formæ quiescenti, & verbũ cuilibet formæ mobili, & posuerunt partes indeclinabiles ad collectionem alias collationem inter illa duo, &c.

Improbatio primæ opinio.

Item Commen. reprehendendo illos, qui posuerunt receptionem esse prædicamentum passionis, dicit, quod ponentes receptionem esse prædicamentum passionis non bene fecerunt, quoniam receptio est potentia ad aliam rem, & iam diximus, quod potentia ad aliquam rem est de genere illius rei. hæc Commen.

Dubium.

Sed hic sunt quædam dubia. Primum dubium est de ratione Commen. per quam probauit, quod motus est eiusdem generis cum termino ad quem. Videtur enim, quod illa ratio non valeat, quia quando dicitur, quod potentia, & actus sunt in eodem genere & motus est medium inter potentiam, & actum, igitur, &c. Quæro quomodo loquatur de potentia, quia aut loquitur de potentia respectiua, quæ fertur ad actum, aut de potentia subiectiua, quæ recipit actum, si loquatur de potentia respectiua, sic illa propositio est falsa, quæ, scilicet, dicit, quod potentia, & actus sunt in eodem genere, quia potentia illo modo accepta est in genere relationis, & actus terminans motum est in genere absoluto, idest in genere qualitatis, vel quantitatis, vel in ubi, si vero loquatur de potentia subiectiua, tunc ista propositio erit falsa,

B

videlicet, quod motus est medium inter potentiam, & actum. nam inter propriam potentiam, & proprium actum nihil est medium, sicut patet, nihil enim est medium inter materiam primam, & formam substantialem.

Solutio.

Dicendum igitur, ut mihi videtur, quod potentia. de qua hic loquitur Commen. est potentia subiectiua, quia illa est in eodem genere cum actu proprio, ut calefactibile inquantum calefactibile est in eodem genere cum calore. Et cum dicitur, quod nihil mediat inter potentiam subiectiuam, & suum actum. Dico aliquid mediare inter potentiam, & actum potest intelligi dupliciter, uidelicet, aut quia mediet in disponendo, vel in perficiendo. Illud mediat in disponendo, quod disponit potentiam ad recipiendum actum, sed illud mediat in perficiendo, quod immediate perficit, sicut forma substantialis mediat inter materiam primam, & accidentia in actu, quia accidentia in actu non recipiuntur immediate in materia prima, sed mediante forma substantiali, quæ immediate perficit materiam primam. Dico igitur, quod motus est medium inter potentiam subiectiuam, & actum in disponendo, sed non in perficiendo, unde bene est medium inter primam potentiam, & suum actum.

C

Prima ratio.

Sed dubium est, quia potentia subiectiua, quæ recipit motum, & terminum motus non uidetur esse in eodem genere cum termino, quia potentia subiectiua recipiens motum, & terminus motus videtur esse substantia cõposita, sed substantia cõposita non est in eodẽ genere cum termino motus: quia terminus motus est accidens.

Secunda ratio.

Item medium in disponendo inter potentiam, & actum non videtur esse eiusdem generis cum actu, quia alteratio disponit materiam primam ad formam substantialem, & alteratio non est eiusdem generis cum forma substantiali.

Ad primum.

Ad primum dicendum, quod potentia subiectiua, siue subiectum formale motus quantum ad suum formale est eiusdem generis cum termino motus, vt calefactibile inquantum calefactibile est eiusdem generis cum calore, sed substantia composita est subiectum materiale motus, ideo non concludit, &c.

Ad secundum.

Ad aliam rationem dico, quod alteratio disponens ad formam substantialem est eiusdem generis indirecte, & per reductionem cum forma substantiali, sicut uia cum termino viæ.

Primum dubium.

Dubitatur etiam hic, quia super tertium huius dicit Comment. quod motus est via in prædicamento passionis. ergo motus, vt est via, nõ est de genere termini ad quem, cuius contrarium dicit Comm. hic.

D

Secundũ dubium.

Item ratio Com. si aliquid valeat, concludit, quod motus secundum formam, idest, vt est transmutatio coniuncta cum tempore est in eodem genere, in quo est actus, ad quem terminatur, quia motus. ut est transmutatio coniuncta cum tempore est uia inter potentiam, & actum, & per consequens est in eodem genere cum actu, ad quem terminatur.

Ad primum.

Ad primum dicendum sustinendo Commen. quòd intelligit per uiam, & medium formam diminutã, seu formam in potentia, sub qua mobile non quiescit, ut dictũ est supra tertium huius, & sic dico, quod via, & medium inter terminum a quo, & terminum ad quem est duplex, scilicet, forma media inter terminum a quo, & terminum ad quem est, in quod mobile prius transmutatur, quam in terminum ad quem, verbi gratia, si fiat transmutatio a nigro in albũ per fuscedinẽ mediã, tũc fuscedo est medium in quod mobile transmutatur. Aliud est mediũ, per quod mobile formaliter trans-

mutatur, & illud medium est ipsa transmutatio continua, primum medium potest dici medium in quod, quia esse talem formam est transmutatio per se. Secundum medium debet dici medium per quod non in quod, quia in ipsam transmutationem non est per se transmutatio, sed transmutatio est medium, per quod mobile formaliter transmutatur. Dico igitur, quod Commen. super tertium huius loquitur de via, per quam quando dicit, quod motus secundum, quod est via est in prædicamento passionis, sed in hoc quinto quando dicit, quod motus, vt est via: est de genere termini ad quem: loquitur de via in quam, siue de medio in quod, & sic Commen. hic non contradicit ei, quod dicit super tertio huius, vt quidam sibi imponunt. Ad secundum dubium, dico, per eundē, quod nō omne medium inter potentiam, & actum est in eodem genere cum actu, sed medium, in quod est in eodem genere cum termino ad quem, & hoc quando transmutatio est simplex: non composita ex transmutatione in substantia, & transmutatione in qualitatibus: sed non oportet, quod medium per quod sit in eodem genere cum termino ad quem: nec hoc dicit Commen. nisi dicatur, quod medium per quod est indirectè, & per reductionem in genere termini ad quem. Intelligendum est, quod per motum materialiter sumptum communiter omnes intelligunt formam fluentem, idest, formam in fieri, vel formam diminutam, & per motum secundū formam, siue per motum formaliter sumptum intelligunt fluxum coniunctum tempori, idest, ipsam acquisitionem formæ: & ad hunc intellectum exposui intentionem Comment. tertio huius, & sic per formam fluentem, vel diminutam non debet intelligi forma remissa, quia in motu locali non reperitur forma remissa, sed per formam fluentem, siue imperfectā debet intelligi forma in potentia, accipiendo potentiam: prout opponitur actui quietationis: forma enim sub qua mobile quiescit dicitur forma in actu, & forma sub qua mobile non quiescit dicitur ea forma in potentia opposita actui quietationis. Vnde per formam diminutam non intelligit Commen. formam sub gradu remisso: sed formam in transitu, & in fieri: sub qua mobile non quiescit, & talis forma diminuta reperitur in quatuor generibus, vt in substātia: quantitate, qualitate: & vbi: vt vult Commen. super tertium huius, & de hac materia secundum istum modum dicendi prolixius est dictum super tertium huius. Quidam vero alij dicunt, quod Commen. eandem rem intelligit per motum secundum materiam, & per motum secundum formam, quia vt dicit Commen. motus habet duplicem considerationem, nunc autem eadem res potest dupliciter considerari, scilicet, materialiter, & formaliter: dicunt ergo, quod motus potest dupliciter considerari. Vno modo secundum quod est in forma alicuius trium prædicamentorum, & sic motus est fluxus alicuius formæ, prout iste fluxus est in illa forma continue acquirendo vnam partem illius post aliam, & sic accipitur motus materialiter. Alio modo accipitur motus, vt est ad formam alicuius trium prædicamentorum vltimate. primo modo est in genere termini ad quem indirecte, sicut potentia, vel via, vel instrumentum acquirendi rem. Secundo vero modo est in genere passionis, & istæ considerationes differunt, quia motus, vt consideratur materialiter, vt sic habet aliquid de genere termini ad quem, & ideo per reductionem est in genere termini ad quem, sed motus, vt consideratur formaliter, vt sic non habet aliquid de genere termini ad quem: sed solum, vt sic est ad rem alicuius prædicamenti, & non vt sic est in re, vel in forma illius prædicamenti, quamuis idem motus secundum aliam considerationem sit in re præsenti, ad quam intendit. Sed secundū illam viam motus secundum nullam considerationem eius esset per se in genere termini ad quem, sicut species, vel indiuiduum illius generis: sed solum per reductionem, sicut via ad rem, & isto modo est motus secundum formam in genere termini ad quem: ideo videtur, quod prior expositio sit verior quæ dicit, quod per motum secundum materiam intelligit formam: prout est in transitu, & in fieri, &c. Adhuc posset etiā aliter exponi dictum Commen. scilicet, quod motus potest considerari, vel in generali: prout est communis motui locali, & motui ad quantitatem, & qualitatem, & isto modo consideratur motus solum secundum generalem formam motus, & isto modo motus est prædicamentorum per se scilicet, prædicamentorum passionis, & hoc modo consideratur motus in prædicamentis, vbi Phylosophus distinguit motum in suas species. Aliter vero cōsideratur motus: prout est determinata materia: siue secundum determinatam materiam, scilicet, secundum quantitatem, qualitatem, & vbi, & hæc est consideratio motus secundum materiam, & isto modo motus est in gene-

Ad secundum.

Quid sentiant alij circa dicta Commē.

A re termini ad quem non per se, sicut species, vel indiuiduum illius generis, sed solum indirecte, sicut via, vel instrumentum acquirendi rem. Quod autem istorum dictorum sit verius, relinquitur iudicio cognitoris.

Substantia vero motus non est propterea, quod nihil substantiæ contrarium est.

Secundum substantiam autem non est motus propter nullum entium substantię contrarium esse. Tex. c. 10.

HAec est secunda pars principalis huius capituli, in qua declaratur, in quibus prædicamētis non est motus, & cōtinet ista pars tres particulas, quia in prima declaratur, quod ad substantiā non est motus. In secunda ibi [Neq; in ad aliquid,] Declaratur, quod ad relationem non est motus. In tertia ibi [Neque agentis] Declaratur, quod nec ad actionē, nec ad passionem est motus. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod a substantia non est motus, idest. ad substantiam non est motus tanquam ad terminū per se, & hæc est B conclusio vndecima huius libri. quæ probatur sic. Substantiæ nihil est contrariū, igitur ad substantiā nō est motus. Vnde secundum Com. ratio formatur sic. omnis motus est a contrario in contrariū, sed substantiæ nihil est contrarium. ergo ad substantiam non est motus. Notandum secundum Com. hic, quod phylosophus intendit hic per contraria, contraria mediata, quorum vtrunque est forma, & habitus. & habent media. hæc Commen. & qualiter hoc sit intelligendum dictum est prius. Vnde est sciendum, quod Commen. mouet hic dubium, quia vr, quod substantiæ sit aliquid contrariū, quoniam ignis est contrarius aquæ, vt patet ex lib. de generatione. igitur substantiæ aliquid est contrariū. Ad hoc dubiū respondet Alex. dicēs quod Ar. in prædicamentis, vbi dicit, quod substantiæ nihil est contrariū loquitur de substātijs compositis ex materia, & forma. Et simpliciter hic loquitur de substantijs compositis, sed in lib. de generatione loquitur de substantiis simplicibus, idest, tantum de formis, quæ sunt in prima materia, & in illis est contrarietas. Sed Com. reprehendit Alex. dupliciter. Primo: quia si in substantia esset contrarietas secundum formam, & non secundum substantiam sermo Ari. hic non esset verus, quia phylosophus dicit. quod in substantia non est transmuta C tio, quia non habet contrarium, & oportet quod intelligat, quod propter hoc in substantia non est motus, quia non habet contrarium secundum formam, quia si non habet contrarium secundum formam, tunc non potest esse motus ad substantiā si igitur in substantia esset contrarietas secundū formam, tūc dictum phylosophi, scilicet, quod in substantia non est motus, esset falsum, & etiam illud dictum secundū, quod est ad propositū, esset falsum, quia in substantia non est contrarietas, quia secundum, quod est ad propositum, oportet, quod intelligatur de contrarietate secundum formam. Secundo Commen. reprehendit Alex. in hoc, quia dixit, quod formæ substantiales elementorum sunt contrariæ, & arguit contra eum sic. substantiæ simplices, vt elementa solum sunt contrariæ secundū qualitates suas, scilicet, secundum primas qualitates, sed qualitates primæ non sunt formæ substantiales, ergo formæ substantiales elementorum non sunt contrariæ, minorem enim huius rationis declarat Commen. sic. Impossibile est, quod aliquid sit in vno de aliquo prædicamento, & in alio de alio: ita, quod aliquid in uno sit unius generis, & in alio alterius generis, vt quod calor sit in homine de genere qualitatis, & in igne de genere substantiæ ideo cū qualitates primæ sint ac D cidentia in substantijs compositis non erunt formæ substantiales in substantijs simplicibus, vnde ista ratio potest accipi ex dictis Ar. primo phy. vbi dicit sic. Quod vere est, idest, substantia nulli accidit. Iden, breuiter, quia qualitates primæ sunt accidentia in substantijs compositis. ideo non sunt substantiæ in simplicibus, nec in aliquibus alijs. Et dicit Commen. quod quamuis calor nō sit substantia in igne, est tamen in igne propinquius substantiæ, quā in substantijs compositis, & ideo accipitur in diffinitione ignis loco differentiæ. Vtrum tamen sequatur, qualitates primæ sunt contrariæ. ergo substantiæ sunt contrariæ, aut non. Et dicendū, quod non sequitur nisi solum modo, quod sint diuersæ, & hic Com. relinquit hoc indeterminatum. Notandum secundum Com. hic, quod quocunque modo substantiæ sunt contrariæ, scilicet, siue secundum formam tantum, siue secundum formam & subiectum non erit in eis motus, & hoc probat Com. sic, quoniam, si substantiæ sunt cōtrariæ secundum formam tantum adhuc non erit in eis motus, quia subiectum illius mutationis, quæ est ad formam sub-

stantialem

Vndecima cōclusio huius libri.

Dub. cō. T. cō. 24. & 49. & an

Solutio Alexand.

Consimile vide prīmo ph. 52

Prima improbatio Alex.

Secunda improbatio Alc.

Consimile primo ph. 1. c. 30. & 27. & 8. met. c. 9.

Tex. c. 27.

Vide Cōsimile. 8. met. cō. 5. primo de anima cō. 1c. & 4. cę. 6. & 26. 7. me. 42. 8. ph. 32.

Vide diligēter pro isto cō. 4. quarti de cę.

Vide fundamentū 8. me. t. c. 14. & primo de genera. 43. In 1. de gene. t. c. 24. & 26.

actualem est ens in potentia, scilicet, materia prime, & motus requirit subiectum ens in actu. Si vero detur secundum quod subiectum sint contrariæ secundum subiectum, tunc non conuenient in eodem subiecto, & per consequens in eis non erit aliqua transmutatio, nec motus, quia omnis motus, & omnis transmutatio requirit aliquod subiectum commune vtrique terminorum transmutationis, siue igitur subiectum sint contrariæ secundum formas tantum, siue secundum formas, & subiectū, nullo modo est motus in substantia. Secundo est notandum, quod Commen. reprehendit Themistium, qui posuit, quod ignis nō transmutetur in aquam nisi per medium, & propter hoc credidit, quod iste consequentia esset bona, in substantia est contrarietas, ergo in substantia est motus. Vnde Commen. reprehendit ipsum quantum ad duo. Primo quantum ad hoc quia dixit, quod ignis non transmutetur in aquam, nisi per medium, nam in lib. de generatione, & corruptione declaratum est, quod omnia elementa, & etiam contraria sunt immediate adinuicem transmutabilia. Secundo reprehendit eum, quantum ad hoc, quod dixit istam consequentiam esse bonā, scilicet in substantia est contrarietas, igitur in substantia est motus. Iste enim consequentia non valet, ut prius declaratū est, quia quamuis illa consequentia sit bona negatiue, in substantia non est contrarietas, ergo in substantia nō est motus, non tā sequitur affirmatiue, in substantia est contrarietas, ergo in substātia est motus, ista ergo quæstio nō dissoluetur secūdū opinionē Alex. nec Themistij. Tertio est notandū secūdum Com. q̄ ista declaratio, per quam phylosophus declarat, q̄ in substantia non est motus, quia in substantia non est contrarietas, & motus est in contrarijs, est forte declaratio famosa, & demonstratio, quā sustentatua est: est ille, quam prædixit, scilicet quod transmutatio in substantia, quæ est generatio, & corruptio, non est motus, quia sunt in ente in potentia, & motus est in ente in actu, sic igitur apparet per Com. quod conclusio, quam phylosophus intendit hic, videlicet, quod in substantia non est motus, probatur dupliciter, vno modo per rationem famosam. s. quia in substantia non est contrarietas, & motus est in contrarijs. Alio modo probatur demonstratione certa, quæ est ista sic, omnis transmutatio, quæ est ad substantiam, est generatio, vel corruptio. sed generatio, uel corruptio non sunt motus, cum habeant subiectum ens in potētia, & motus requirit subiectum ens in actu, ergo &c.

C At neque in hisce quæ sunt ad aliquid, altero enim subeunte mutationem, alterum mutationē non subiens uerè dici potest, quare motus ipsorum per accidens est.

Neque est in ad aliquid: contingit enim altero mutante uerum esse alterum nihil mutans, quare secundum accidens motus horum est.

HÆc est secunda particula secundæ partis prin. huius ca. in qua declaratur, quod ad relationem non est motus per se, & hæc est conclusio duodecima huius lib. quæ probatur sic. Ad illud non est motus, quod potest acquiri alicui ad solam mutationem alterius illo quiescente cui acquiritur: sed relatio est huiusmodi, ergo ad relationem non est motus per se: maior de se patet, quia ad nihil est motus per se quod acquiritur sine motu sui subiecti: quoniam terminus per se motus semper debet esse in eodem, in quo est motus: cum motus sit actus entis in potentia, & minor huius ratio. D nis ponitur in litera, cum dicitur: contingit enim altero supple correlatiuorum mutante. i. transmutato, suppla relationē acquiri alteri, & tamen uerum est alterum. s. cui acquiritur relatio, nihil esse mutans. i. non esse mutatum, & ita relatio acquiritur alicui, ipso non mutato, sed quiescente. Et Commen. declarat hoc exemplariter dicens quod illud quod transfertur ad relationem transfertur se ex quiescente per transmutationem sui correlatiui. verbi gratia: quoniam columna, quæ est in dextro Sortis uertitur ad sinistrum, quia Sortes trāsfertur in loco columnæ quiescente. Aliud exemplum commune est. supposito, quod solus Sortes sit albus, & postea nascatur Plato albus, Sorte quiescente fit Sortes similis Platoni sine mutatione eius, cui acquiritur, sed quamuis motus non sit ad relationem per se: tamen ad relationem, ut dixit, est motus per accidens. Quod intelligo sic, quod cum aliquid mouetur ad rem absolutam, ut ad locum, vel ad qualitatem non est necessarium, quod moueatur ad talem relationem, vel talem, & hoc non solum accidit ei, quod mouetur secundum enim alteri extremo, verbi gratia, quando Sortes mouetur localiter accidit tam Sorti quam columnæ, quod moueatur secundum dextrum, vel sinistrum, quoniam accidit, quod columna, quæ prius fuit dextra fiat postea sinistra: quoniam Sortes posset moueri, etiam si columna nunquam esset, & sic accidit Sorti, quod fiat dexter, vel sinister per motum suum, quia Sortes posset moueri, quamuis non fieret dexter, vel sinister columnæ, & sic tam illi, quod mouetur, quam illi, quod non mouetur, accidit, quod illi adueniat noua relatio, & ita ad relationem non est motus, nisi per accidens, cum accidat motui, quod relatio per ipsum acquiratur. Et hoc apparet manifeste in exemplo communi, quoniam si Sortes mutetur ad albedinem Platone prius existente albo, accidit Sorti, quod mutetur ad similitudinem: quia posset mutari ad albedinem nullo prius existente albo, & sic posset mutari ad albedinem absque hoc, quod mutaretur ad similitudinem, similiter Platoni existenti albo, accidat, quod mutetur ad similitudinem, quia Platoni albo accidit, quod Sortes fiat albus. Sed vtrum relatio sit eadem res cum suo fundamento, uel non, nihil ad præsens determino, B sed siue sit eadem res, siue alia consequentia Arist. est hic bene declarata. s. quod ad relationem inquantum relatio non est motus per se, quia si contingat, quod ad relationē sit motus, hoc non est inquantum relatio est. Notandum secundum intentionem Commen. hic quod quando Commen. d. quod illud, quod transmutatur ad relationem transmutatur se quiescente, non intelligit Commen. quod aliquod idem simpliciter quiescat, & quod transmutetur ad relationem, quia hoc includit contradictionem. s. quod omnino aliquid quiescat, & quod transmutetur, sed Commen. intelligit, quod illud, q̄ transmutatur ad relationem, quiescit, uel quiescere potest quiete opposita transmutationi, quæ est ad formam absolutam, vnde vnum, & idem potest quiescere quiete opposita motui ad formam absolutam: & tamen transmutari ad relationem. Sed dubium est hic, videlicet, utrum in illo, cui acquiritur relatio, & nulla forma absoluta fit aliqua mutatio. verbi g. si Sorte existente albo Plato postea fiat albus: vtrum per hoc, q̄ similitudo acquiritur Platoni sit aliqua transmutatio noua realiter in Platone, siue illa transmutatio sit transmutatio per se siue per accidens non curo. Dico, ut mihi uidetur secundum intentionem Commen. quod cum relatio acquiritur C alicui de nouo per transmutationem alterius extremi: vtrunque extremum transmutatur per accidens, ita quod in vtroque extremo est transmutatio per accidens. Vnde d. Commen. sic. Motus igitur eorum est per accidens: in illo, quod non transmutetur manifestum est, in illo autem, quod transmutatur, transmutatio, per quem est relatum est per accidens, quia relatio, quæ accidit ei, accidit ei propter suam transmutationem in loco per accidens. Est igitur vtriusque per accidens, alterius uero, quia est quiescens, reliqui uero, quia mouetur motu diuerso a transmutatione accidente ei, quoniam sequitur suam transmutationem in loco ipsum Sortem esse in dextro ac in sinistro columnæ. Vnde breuiter secundum Comment. mutatio est ad relationem per accidens dupliciter. Vno modo est transmutatio per accidens ad relationem in illo, cui acquiritur fundamentum relationis de nouo, ad quod fundamentum est motus per se. Alio modo est transmutatio per accidens ad relationem in illo, quod non mouetur per se ad fundamentum relationis, & sic videtur, quod in vtroque extremo sit mutatio, vnde mutatio est in quiescente, quod, scilicet nō mouetur per se ad rem absolu- D tam, & est in eo, quod per se mouetur in vtroque, tamen per accidens ad relationē. Et si dicitur, quod phyl. d. quod relatio acquiritur alicui, sine mutatione eius, cui acquiritur, ergo nō oportet, quod in illo sit mutatio cui acquiritur relatio. Dicendum secundum istud, quod relatio acquiritur alicui sine trāsmutatione eius per se, cui acquiritur: tamen nunquam acquiritur relatio noua alicui sine mutatione per accidēs illius, cui relatio acquiritur. Attamen si quis velit dicere, quod relatio acquiritur alicui sine omni transmutatione per se, vel per accidens eius, cui acquiritur: Potest dicere, quod Comment. non dicit, quod mutatio per accidens est in vtroque extremo relationis: sed dicit, quod mutatio est vtriusque per accidens, unde illa eadem mutatio. s. motus localis in Sorte, quæ mutatio est per accidens ad relationem in Sorte illa eadem transmutatio est per accidens ad relationem in columna, sed non est subiectiue columna, sed est in Sorte subiectiue, & terminatiue accidentaliter per accidens in columna, vnde transmutatio, quæ est subiectiue in uno potest terminari ad

Margin notes: Notandū. — Duodecima concl. huius lib. — Primum exemplū. — Secūdum exēplum. — Notandū — Dubium. — Solutio. — Replica. — Solutio.

ad relationem in alio tanquam ad terminum accidentis per accidens. Notandum, quod dominus Albertus probat hic dupliciter, quod ad relationem non est motus, & fundatur super hoc: quia si ad relationem esset motus per se, cum omnis motus sit ab opposito in oppositum: oporteret, quod motus, qui esset per se ad relationem esset a relatiue opposita. Quo supposito probat propositum suum dupliciter, & primo sic. Termini per se motus insunt eidem successiue, vt manifeste apparet: sed relatiue opposita non insunt eidem simul, nec successiue: non enim potest aliquis esse vno tempore pater alicuius, & alio tempore filius eiusdem, igitur inter relatiue opposita non est per se motus, & per consequens ad relationem non est motus per se. Secundo sic, relatiue opposita, posita se ponunt, & perempta se perimunt. sed inter quæ est motus non ponunt se mutuo: sed magis se destruunt, ergo inter relatiue opposita non est motus per se.

Albertus Magnus dicit ad relationem non esse motum.

Neque item agentis est motus, ac patientis, neque mouentis, ac eius, quod mouetur, quia motus non est motus, neque generationis est generatio, neque omnino mutationis mutatio.

Neque agentis, neque patientis, neque omnis, quod mouetur, aut mouentis, quia nõ est motus motus, neq; generationis generatio: neque oĩno mutationis mutatio.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli: in qua principaliter declaratur, quod nec ad actionem, nec ad passionem est motus, & continet tres partes, quia in prima phylosophus narrat suam intentionẽ proponendo conclusiones, quas intendit probare. In secũda ibi [Primum quidem enim] exponit diuersos intellectus illius, quod intendit probare, & improbat vnum intellectum probando, quod motus non est subiectum motus. In tertia ibi [Aut in mutando alterum] improbat alium intellectũ probando, quod motus non est motus, sicut termini. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus proponit conclusiones suas, quas intendit probare, dicens, primo quod neque agentis; neque patientis; hoc est neque in actione neq; in passione est motus, neque omnis eius, quod mouetur: hoc est motus non est motus illius, quod mouetur, idest, motus non est in mobili, siue in motione passiua, aut mouentis, hoc est motus non est motus ipsius mouentis, idest, motus non est in mouere, idest, in motione actiua. Neque generationis est generatio: neque omnino mutationis est mutatio. Vnde primo probandum est, quod ad actionem, & passionem non est motus, postea est probandum, quod ad motum non est motus: neque ad generationem est generatio, neque omnino ad mutationem mutatio. Ista igitur conclusio videlicet, quod nec ad actionem, nec ad passionem per se est motus, quæ est decimatertia conclusio huius libri, potest probari ex dictis phylosophi in hac parte sic. Ad motum non est motus per se, nec ad generationem generatio, nec omnino ad mutationem mutatio, ergo nec ad actionem, nec ad passionem, est per se motus, antecedens est verum, ut probabitur inferius, ergo, & consequens est verum. Intelligendum, quod ista consequentia non tenet per hoc medium. actio, & passio sunt motus, sed tenet per hoc, quod de similibus simile est iudicium, vnde est eadem ratio quare ad actionem, & passionem non est motus, & quare ad motum non est motus. Ad hoc. n. quod aliquid sit subiectum, vel terminus motus requiritur, quod sit in se quoddam permanens potens esse sub quiete in fine motus, quantum est ex parte sui: nunc autem, sicut motus non est permanens, sed successiuum: ita actio, & passio non sunt permanentes, sed consistunt in quadam successione, & ideo eadem est ratio quare ad actionem, & passionem non est motus, & quare ad motum non est motus.

Decimatertia conclusio huius lib.

Motus enim dupliciter motus esse potest, aut ut subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. Et motus ne igitur hoc modo, aut calesit. aut frigesit, aut mutat locum, aut accrescit, aut decrescit? At hoc fieri nequit. Mutatio nãque non subit rationem subiecti.

Primum quidem enim contingit dupliciter motus esse motus, aut sicut subiecti, ut homo mouetur, quia ex albo, & nigrum mutatur, sic, & motus, aut calescit, aut frigescit, aut locum mutat augmentatur, aut diminuitur. Hoc autem impossibile est. Non enim subiectorum aliquod est mutatio.

Tex. 16.

HAec est secunda pars tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus exponit diuersos intellectus illius, quod intendit probare, & improbat vnum intellectum. Intendit igitur probare, quod motus non est ipsius motus, hoc autem, scilicet, quod motus non sit ipsius motus potest intelligi dupliciter, scilicet, vel tanquam subiecti, vel tanquam termini, ita quod motus sit subiectum motus, quomodo homo dicitur esse subiectum motus, quando mutatur de albo in nigrum, vel quod motus sit terminus motus, ita quod aliquid mutetur a motu in motum quomodo aliquid mutatur ab albedine in nigredinem, & vtrunque istorum intellectuum improbat phylosophus. Pro primo igitur intellectu declarat phylosophus, quod motus non est subiectum motus, & hæc est decimaquarta conclusio huius libri: quæ probatur sic. illud, quod est subiectum motus mouetur. Si igitur motus esset subiectum motus, sequeretur, quod motus moueretur, & sic motus calefieret, & frigefieret. aut mutaret locum aut augmentaretur, aut diminueretur, quod est impossibile. Notandum, quod Commentator declarat, quod est impossibile motum moueri, quoniam illud, quod mouetur, natum est quiescere, ergo si motũ moueretur, sequeretur quod motus aliquando reciperet quietem, quod est impossibile, quia motus est contrarius quieti, & vnum contrariorum nunquam recipit reliquum, unde dominus Albertus declarat aliter, quod motus non est subiectum motus, quia si sic, ille motus, qui est subiectum, haberet alium motum pro suo subiectiuo, & ille alium, & sic esset procedere in infinitum. Nec valet dicere, quod est deuenire ad aliquem motum, qui non habet motum pro subiecto, quia si sic aliqui motus esset in subiecto, & aliquis non, & tunc unus motus esset sub̃a, & alius accidens, & tunc eorum, quæ sunt in eodem genere unum esset sub̃a, & aliud accidens, quod est impossibile. Notandum etiam, quod hæc expresse ex intentione phylosophi & Commen. apparet, quod motus est quædã res distincta a mobili habens esse subiectiue in mobili, sicut calor habet esse subiectiue in corpore, quod est contra modernos, qui dicunt, quod motus non est res distincta a mobili, cæteris rebus permanentibus, quæ possunt esse subiectum motus, & hoc probant, quia cęlum dicitur esse subiectum motus, & tamen nullam rem in se recipit, quia si sic aliquid continue in cęlo generaretur, & corrumperetur, quod videtur impossibile, & ideo dicunt, quod phylosophus hic intelligit per subiectum propositionis, et propter hoc dicimus aliquid esse subiectum motus, quia de illo vere dicitur, quod mouetur, & pro tanto dicitur, quod cęlum est subiectum motus, quia est subiectum propositionis veræ, quoniam ista est vera: cęlum mouetur. Sed certum est, quod illud est contra intentionem phylosophi, & Comment. hic, quia si motus non sit res distincta a mobili, sicut de ipso mobili est uerum dicere, quod ipsum mouetur, ita etiam de motu est verum dicere, quod ipse mouetur, vnde phylosophus tertio huius, vult, quod motus sit actus mobilis inquantum mobile, & per consequens motus est res distincta a mobili. Similiter quies contrariatur motui, & non contrariatur mobili, igitur motus est alia res a mobili. Nec valet illud, quod dicunt, scilicet quod tunc aliqua res continue generaretur, & corrumperetur in cęlo videlicet motus. Dico, quod hoc est uerum, scilicet, quod in cęlo continue fit nouus, & nouus motus, aliter motor cęli nihil ageret, quia certum est, quod motor non facit subiectum cæli, nec accidentia permanentia, & propter hoc si non causaret in cęlo motum, & tempus: nihil omnino faceret, quod est inconueniens. Item nisi motor aliquid causaret in mobili: sequeretur, quod mobile dum moueretur uniformiter se haberet, ut prius quantum ad omnia intrinseca sibi, & quod eodem modo se haberet, sicut quando quiescit, & sic mobile semper dum moueretur quiesceret, quod est impossibile. Dico igitur, quod necessarium est dum cęlum mouetur, quod in ipso aliqua res successiua continue generetur, & aliqua continue corrumpatur. Certum enim est, quod in cęlo continue fiunt nouæ reuolutiones, & præcedentes continue corrumpuntur.

Decimaquarta cõclusio huius libri.

Primum notandũ.

Secundũ notandũ.

Aut

Aut hoc ipso, quod aliquod aliud subiectũ ex vna mutatione ad aliam mutationis speciem per indevt homo ex ægritudine ad sanitatem mutatur. Atque nec hoc esse potest nisi per accidens: hic enim motus ex alia forma in aliam est mutatio, & generatio, & corruptio modo eodẽ: hoc excepto, has quidem ad sic opposita esse, motum autem non similiter. Simul igitur in morbum e sanitate mutatur & ex hac mutatione ad aliam Patet igitur cum ęgrotauerit ad quamuis fore mutatum Quiescere namque potest.

Aut in mutando alterum aliquod subiectum ex mutatione in alteram speciem, ut homo ex ęgritudine in sanitatem. Sed neque hoc possibile est, nisi secundum accidens. Hic enim motus ex alia specie in alia mutatio est. Et generatio, et corruptio similiter, præter quod hæ sunt in opposita sic. Motus autem non similiter. Similiter igitur mutabitur ex sanitate in ægritudinem, & ex ipsa hac mutatione in aliam. Manifestum autem quod cum infirmetur mutans erit in quamlibet. Contingit enim quiescere.

HÆc est tertia pars tertiæ particulæ sextæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quod motus non est motus sicut termini, vnde ista pars continet nouem particulas secundum numerum octo rationum, & vnius rationis, quas octo rationes inducit, quarum quædam probant, quod motus non est terminus motus, quædam uero probant quod motus non est subiectum motus. In prima igitur particula ponitur prima ratio probans, quod motus non est ad motum tanquam ad per se terminum. In secunda ibi. [Amplius in non continente.] ponitur secunda ratio ad idẽ. In tertia ibi. [Amplius autem infinitũ.] Ponitur tertia ratio ad idem. In quarta ibi [Vt si simpliciter.] ponitur quarta ratio ad idem. In quinta ibi. [Amplius eidem motus.] Reuertitur ad probandum, quod motus non est subiectum. In sexta ibi [Amplius autem oportet materiam.] ponitur sexta ratio probans, quod ad motum non est motus per se. In septima ibi [Et aliquid.] ponitur septima ratio ad idem. In octaua ibi [Amplius si terminus] ponitur octaua ratio ad idem. In nona ibi [Omnino autem motus.] Narrat quomodo motus potest esse subiectum, vel terminus motus. In prima igitur particula huius partis Phylo. præmittit intentionem suam & etiam ponit primam rationem probantem conclusionem quam intendit. Dicit igitur phylo primo, quod ex quo contingit dupliciter intelligere motum esse subiectum motus, vno modo, vt sit subiectum motus, alio modo in mutando alterum de vna mutatione in aliam mutationem, vt dicimus, quod homo mutatur de sanitate in ægritudinem, & sic intelligit, quod motus sit terminus motus. Sed iste intellectus. vt d. phylo. est impossibilis, nisi forte secundum accidẽs: quia aliquando accidit, quod subiectum primo est sub vna mutatione, & postea sub alia, veruntamen motus non est ad motum per se tanquam per se aliquis termini, & hæc est decimaquinta conclusio huius libri. Pro cuius declaratione supponitur primo, quod omnis motus sit ex vna forma in aliam formam, & hoc non solum est verum de motu, sed etiam est verum de generatione, & corruptione, quamuis aliqualis differentia sit quantum ad hoc inter motum, & inter generationem, & corruptionem, quia generatio, & corruptio sunt inter se opposita contradictorie, vel priuatiue, sed motus est inter opposita contrarie, hoc igitur supposito conclusio probatur sic, si ad motum esset per se motus, tunc necessario quandocũque aliquid mouebitur simul mouebitur de una forma quiescente in aliam, & de una mutatione in aliam: quod est inconueniens: quia tunc necessario quantumcunque aliquis infirmaretur simul, tunc moueretur ad aliam mutationem, & per consequens inducta ægritudine necessario simul induceretur alius motus, sed illud consequens est falsum, quia inducta ægritudine contingit mobile quiescere ab omni alio motu, quod patet, quia mobile indifferenter transmutatur ad quamlibet transmutationem, quia hoc

Decima-quinta cõclusio huius lib.

Prima rõ.

A d. positio, quia omnis transmutatio est ad transmutationem absque determinatione, ergo inducta ægritudine potest mobile quiescere ab omni transmutatione, & per consequens non est necesse, quod mobile dum mouetur ad ægritudinem moueatur ad alium motum, &c. Et fundatur hæc ratio principaliter super hoc, quia ponendo, quod motus sit terminus motus, non ponitur, quod motus terminetur ad determinatum motum, sed potest indifferenter ad quemlibet terminari, quia motus potest terminari ad motum propter hoc: quia unus motus est statim post alium motum: modo post vnum motum potest esse alius motus quicunque indifferenter: quia post motum localem potest esse motus sanationis, uel ægrotationis, uel dealbationis, & sic in infinitum. Ex quo igitur concludit, quod talis motus terminatur ad talem, vel ad talem motum indifferenter, possibile est, quod ad nullum illorum motuum terminetur, & sic si aliquid mutetur a sanitate ad ægritudinem est possibile inducta ægritudine mobile quiescere ab omni alio motu. Sed Commen. aliter format hanc rationem, & hoc sic. Si motus terminat per se motũ: tunc quando mobile mouetur ad sanitatem: tunc transmutatur in aliam transmutationem. sed omne quod mouetur B partim habet de termino a quo, & partim habet de termino ad quem mouetur, ergo quando mobile mouetur ad sanitatem habet aliquid de illa transmutatione, ad quam transmutatur, & per consequens transmutatur illa transmutatione, ad quam transmutatur, & per consequens mobile dum trãsmutatur ad sanitatem necessario transmutatur duabus transmutationibus insimul, scilicet transmutatione, quæ est ad sanitatem, & transmutatione, ad quam transmutatur, sed mobile indifferenter transmutatur ad quamlibet transmutationem, quia hoc dicit positio, & quod omnis transmutatio est a transmutatione, vel ad transmutationem absque determinatione, cum igitur mobile transmutatur ad quamlibet transmutationem indifferenter, possibile est ipsum transmutari ad priuationem transmutationis, puta ad quietem, & sic simul transmutatur in aliquam formam, & non transmutatur, quod est inopinabile. Vnde ista ratio, ut mihi uidetur, fundatur super hoc, quod mobile potest transmutari in priuationem illius transmutationis, ad quam transmutatur contingenter, sed contingenter transmutatur ad quamlibet trãsmutationem vt d. positio, ergo potest transmutari in priua- C tionem cuiuslibet transmutationis, & sic possibile est, quod in fine transmutationis mobile quiescat ab omni transmutatione: sed si ad transmutationem esset per se transmutatio esset necesse, quod in fine transmutationis mobile esset sub transmutatione, quia necesse est, quod mobile in fine transmutationis sit sub termino per se transmutationis. Si igitur ad transmutationem esset motus per se, & tamen ad quãlibet transmutationem indifferenter, & contingenter esset motus, ut dicit ista positio, sequeretur, quod possibile esset idem mobile simul esse transmutatum ad aliquid, & non transmutatum ad illud, quod est impossibile. Aliter uero formant alij istam rationem sic. Si motus esset ad motum tanquam ad per se terminum: tunc idem simul moueretur, & quiesceret cõsequẽs est impossibile, igitur & antecedens, consequentia probatur sic, motus est transmutatio de forma quiescente in formam quiescentem, mobile igitur quod mouetur quiescit in termino motus, sed si motus per se terminaret motum in termino motus, mobile moueretur, igitur in termino motus mobile simul moueretur, & quiesceret, quod est impossibile. Sed hic est quintum dubium de una consequentia quam Comment. facit hic, quæ est ista. Si mobile D transmutatur ad aliquam transmutationem, tunc mobile dũ transmutatur ad illam transmutationem erit in illa transmutatione, & per consequens erit simul in duabus transmutationibus, scilicet in ista transmutatione, qua transmutatur in transmutationem, & in transmutatione, ad quam transmutatur, sed non uidetur, quod ista consequentia ualeat, scilicet, quod si mobile transmutaretur ad aliquam transmutationem, quod tunc mobile erit in ista transmutatione, ad quam trãsmutatur, quia secundum hoc oporteret, quod mobile dum mouetur ad aliquem terminum esset sub illo termino, & tunc sequeretur, quod si aliquid mouetur ad calorem summum, quod tunc illud sit sub calore summo, sed certum est, quod ista consequentia non ualet, igitur nec alia. Ad hoc dubium est dicendum, quod consequentia Comment. fundatur super duabus propositionibus, quarum una est, quod omne, quod mouetur partim habet de termino a quo, & partim habet de termino ad quem mouetur, quæ propositio declarabitur in sexto huius, domino præstante. Alia uero propositio,

Qũo formet istam rõnẽ Cõ. Cõsimile 6 phy. t. 12. & 7. ph. cõ. 4. & 8. ph. te. cõ. 70.

Qũo aliter.

Dub. circa consequẽtiam.

Ad dubiũ

sitio, super quam fundatur consequentia prædicta, est, quod quandocunq; aliqua pars successiui est, tunc illud successiuũ est, & hoc patet, quoniam quandocunque aliqua pars diei est, tunc dies est, & hæc est ratio, quia esse successiui consistit in continuo fieri vnius partis post aliam partem: immo successiuo repugnat, quod habeat omnes partes simul, & ideo quandocunque aliqua eius pars est tunc ipsum successiuum est. Dico igitur, quod ista consequentia est bona, si ad transmutationem est per se transmutatio, mobile dum mouetur ad transmutationem est sub ista transmutatione, quia si mobile mouetur ad transmutationem tanquam ad per se terminum: tunc mobile habet aliquando de ista transmutatione, sed quando aliquid de transmutatione habetur, tunc illa transmutatio habetur, & per consequens si mobile habet partem de transmutatione sequitur, quod mobile sit sub illa transmutatione, attamen de forma permanente non tenet talis consequentia, quia ad hoc, quod forma permanens sit, non sufficit, quòd aliqua eius pars sit, & ideo non oportet, quod si aliquid moueatur ad summum calorem, quòd propter hoc sit sub summo calore. Vel potest consequentia Commen. declarari sic, successiuum habet esse, quandocunque est in fieri, quoniam esse successiui consistit in fieri, sed si ad transmutationem esset per se transmutatio, tunc quando mobile transmutatur ad trãsmutationem illam, transmutatio, ad quam transmutatur, est per se in fieri, & per consequens tunc illa transmutatio, ad quam transmutatur, est, & sic si mobile transmutatur ad transmutationem sicut ad per se secundum mobile, dum transmutatur ad transmutationem necessario est sub illa transmutatione, & hæc est declaratio magis euidens apud me.

A per hoc quia mobile dum mouetur, est partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quem, & successiuum est quãdocunque aliqua pars eius est. Potest etiam patere per hoc, quia successiuum semper habet esse, dum est in fieri: uel etiam in corrumpi, quoniam esse successiui consistit in hoc, quia continue est in fieri, & in corrumpi, nunc autem, dum mobile mouetur, terminus a quo est in corrumpi, & terminus ad quem est in fieri, & propter hoc si mobile transmutaretur de vna transmutatione in transmutationem oppositam, sequitur, quod illę duę transmutationes simul inessent mobili, & sic mobile simul transmutaretur transmutationibus oppositis, & sic apparet, quod ad transmutationem non est transmutatio tanquam ad terminum per se, & subdit phyl. d. quòd quãuis ad transmutationem non sit transmutatio, tamen aliquãdo accidit, quod vna transmutatio sequitur aliam transmutationem in eodem mobili, ut si aliquis mutetur ex recordatione in obliuionem alicuius rei: illam mutationem potest sequi mutatio obliuionis in recordationem alterius rei, & hoc ideo, quia sicut idem subiectum aliquando mutatur in sanitatem, aliquando in scientiam, ita idem aliquando mutatur in scientiam alicuius rei, & in obliuionem alicuius rei, & ita sic, vt potest contingere, quod post mutationem subiecti ex recordatione in obliuionem sequitur mutatio eiusdem subie-

B cti in sanitatem, ita potest contingere, quod sequatur mutatio ex obliuione in scientiã alterius rei. Isti tamen motus non sunt necessario copulati, ita quod necessario unus immediate succedat alteri, & sic patet, quod quamuis ad mutationẽ nõ sit mutatio per se, tamen ad mutationem potest esse mutatio per accidens, & hoc intendit. P. hic. Notandum secundum Comm. hic, quod quamuis una mutatio possit esse immediate succedens alteri, tamen mutationes oppositę nunquam succedunt sibimuicem immediate, quoniam inter mutationes oppositas est necessario quies media. Notandũ.

Et insuper: non ad quãuis semper, & illã ex aliquo nimirum in aliquod aliud erit. Quare & opposita sanatio erit. Non ergo motus est motus, nisi per accidens. Velut si e recordatione in obliuionem mutatur, quia cui illud inest, id interdum in scientiam, interdum in sanitatem mutatur.

Et amplius, non in contingentem semper, & illo ex quodã in quoddã alterum est, quare, & opposita erit sanatio, sed secundum quod accidit, ut si ex recordatione in obliuionẽ mutatur, quoniam cui inest illud mutat aliquando in scientiam, aliquando uero in sanationem.

C HÆc est secunda particula tertiæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua ponitur secũda ratio probans, quod motus non est ad motum tanquã ad per se terminum, quæ ratio est illa, omnis transmutatio est per se, & essentialiter mutatio, sicut de opposito in oppositum, si igitur trãsmutatio sit ad transmutationem tanquam ad per se terminũ: oportet, quod illa transmutatio, quæ per se terminatur ad trãsmutationẽ, sit per se a transmutatione opposita, tanquã a termino a quo, ergo si transmutatio sit per se ad transmutationem, oportebit, quod transeat de una transmutatione in transmutationem oppositam, ex quo sequitur, quod illud mobile, dũ sic transmutatur, habet partem de vna transmutatione, & partem de transmutatione sibi opposita, sed quandocunq; pars successiui est, tunc illud successiuũ est, ergo mobile, quod transmutatur de vna transmutatione in transmutationem oppositã simul transmutabitur transmutationibus oppositis, & hoc vult phyl. hic d. quod mutatio non est in quãcunque mutationem, sed in non contingentem. i. in mutationem oppositam termino a quo ipsius mutationis, mutatio. n. est a quodam in quoddam alterum. s. sub opposito in oppositum, quare opposita erit sanatio hæc in forma, ad quam tu dicis esse transmutationem, per se erit opposito termino a quo est illa trãsmutatio, & sic transmutatio, quæ est ad transmutationem necessario erit ab opposita transmutatione tanquam a termino a quo. & ita mobile simul transmutabitur transmutationibus oppositis. In hoc igitur consistit ratio, quod si ad transmutationem sit per se transmutatio, oportet quod illa sit ex trãsmutatione opposita, quia omnis mutatio est ab opposito in oppositum, & vlterius si transmutatio sit per se ad transmutationem oppositam mobile simul transmutabitur transmutationibus oppositis, consequens est impossibile ergo, prima harum consequentiarum patet per hoc, quia omnis, mutatio per se est ab aliquo opposito in oppositum; & secunda patet

Secunda ratio.

D

Præterea si mutationis est mutatio: generationisque generatio, in infinitum erit abitio. Necesse est autem, & priorem esse si posterior erit.

Amplius autem in infinitum uadit, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse est igitur esse primum, si ultima erit. Tex. cõ. 13

C HAec est tertia particula tertię partis tertiæ particulæ secundę partis prin. huius ca. in qua ponitur tertia ratio probans, quod motus non est ad motum tanquam ad per se terminum, & hæc est ratio: si motus per se terminet motum, vel generatio generationem, tunc in motibus, & generationibus erit processus in infinitum: consequens est impossibile, igitur & antecedens, consequentia probatur, quia qua ratione motus terminat motum præcedentem ipsum: eadem ratione motus præcedens terminat alium motum præcedentem & ille alium, & sic in infinitum, & eodem modo est de generationibus, quoniam si aliqua generatio generaretur, eadẽ ratione generatio, quæ generatur generaretur alia generatione, & adhuc illa generatio generaretur alia generatione, & sic in infinitum, & sic patet consequentia, videlicet quod si ad motum esset per se motus, vel ad generationem esset per se generatio, tunc in motibus, & generationibus esset processus in infinitum, sed quod hoc consequens sit impossibile, scilicet quod in motibus, & generationibus sit processus in infinitum: probatur sic, quia in quibus est dare primum: in illis non est processus in infinitum, sed in motibus, & generationibus est dare primum, ergo, &c. quod autem in illis sit dare primum apparet, quia in motibus, & generationibus est dare vltimum, igitur in illis est dare primum. Tertia sũ.

D

Veluti si generatio simplex aliquãdo fiebat, & ipsum fiens fiebat. Quare nondum erat fiens simpliciter, sed aliquid fiens, atq; iã fiens, & hoc rursus aliquando fiebat. Quare nondum erat tunc fiens.

Ut si simpliciter generatio fiebat aliquando, & quod fit fiebat. Quare nondum erat, quod fit simpliciter, sed aliquid cum fit, & factum est iam, & iterum fiebat hoc aliquando, quare nondum erat tunc, quod fit.

Hæc

Quarta ratio.

HÆc est quarta particula tertiæ partis tertiæ particulæ secundę partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta ratio probans, quod motus non est ad motum tanquam ad se terminum, & duo facit: quia primo ponit rationem probantem conclusionem. Secundo ibi. [Quoniam autem] Reuertitur ad inconueniens ad quod in tertia ratione fuit deductum, primo igitur phylosophus intendit rationem talem, si ad motum esset motus tanquam ad per se terminum, tunc ad generationem esset generatio tanquam ad per se terminum, consequētia tenet per locum a simili, vel potest consequentia apparere, quia omnis motus est generatio quædam successiua, & ideo idem est iudicium de motu, & de generatione successiua ex quo sunt idem, sed consequens est impossibile, scilicet, quod generationis sit generatio tanquam per se termini, & hoc probatur in litera, & fundatur ratio super duas propositiones, secundum Commen. quarum prima est, quod res generata dum fuerit in generatione nondum est illa res generata, & hoc est idem dicere, quòd illud, quod generatur dum generatur non est, quæ propositio est vera loquendo de per se termino generationis, cuiusmodi est indiuiduum subæ, & non loquendo de generatione successiua: quia res permanēs dū est in fieri, & in generari non est. Secūda propositio super quā fundatur est ista, ꝙ cum generatio simpliciter generatur, tunc est generatio, hoc est dū res generatur generatio est. Istę igitur sunt duæ propositiones, super quibus fundatur rō. Prima, ꝙ res dum generatur non est. Secunda est, ꝙ dū res generatur generatio est, ex illis arguitur sic: si generatio generaretur, sicut indiuiduum subæ generatur: tunc generatio non est qn̄ generatur sicut hō non est qn̄ hō generatur, & ex secūda propositione, si gn̄atio est dū res gn̄atur sequitur, ꝙ si gn̄atio gn̄aretur, ꝙ generatio est dū gn̄atur, ergo si gn̄atio gn̄aretur, sequitur, ꝙ gn̄atio in eodē instanti est, & non est, ꝙ est impossibile. Aliter ꝑt illa rō deduci supponendo has duas propositiones. s. ꝙ res dū generatur non est, & ꝙ quādo res est complete generata, quod tunc res est, ex quibus potest argui sic, dum res est in generari, tunc non est, si igitur generatio generaretur, tunc quando generatio generaretur, tunc non est, & ex secunda propositione arguitur sic, quando generatio est completa tunc res generata est, si generatio generaretur qn̄ generatio est completa, tunc esset generatio, sed qn̄ generatio est, tunc res est in generari, ergo si generatio sit qn̄ generatio completa est sequitur, ꝙ gn̄atio est quando generatio est in fieri, & in generari, sed qn̄ res est in generari, tunc nō est, ergo si generatio generaretur sequitur, ꝙ generatio esset, & non esset in eodem instanti, ꝙ est impossibile. Vel potest ratio sic formari breuiter, quando generatio est tunc res est in generari. sed quando res est in generari tunc non est, ergo si generatio generaretur, quando generatio esset tunc ipsa nō esset, & ita simul esset, & nō esset, quod est impossibile. De ista ratione Philosophus solum probat in litera impossibilitatem consequentis, scilicet, quod impossibile est, quod ad generationem sit generatio tanquam ad per se terminum, verbi gratia, vt si generatio simpliciter fiebat aliquando hoc est generaretur tanq̄ per se terminus generationis, & qđ fit, idest, ꝙ generatur anteq̄ sit complete generatum fiebat, hoc est fuit in generari, & hæc est prima propositio super quam fundatur hęc ratio. s. illud, qđ simpliciter, & per se generatur nondū est, dum est in generari, sed aliquid cum fit, & factum est iam, idest, aliquid cum generatur, & generatio est in actu completo, tunc illud, quod factum est habet esse ita, quod de ipso est verum dicere tunc, ꝙ ipsum est, & ita si generatio generaretur generatio haberet esse quando generatio est completa, sed supple, quādo generatio est. tunc hoc fiebat aliqn̄. s. tunc est generari, vel res in generari, & hæc est propositio secunda super quā fundatur rō. s. ꝙ quādo generatio est, tūc res est in generari. Ex quibus cōcludit phylosophus impossibile, quod sequitur dicit quare nondum erat esse ꝙ fit. s. quare illud, ꝙ fit, idest generatio quę dicitur per se generari nondū erat. s. tunc qn̄ erat, & illud sequitur ex opposito cū duabus ꝓpōnibus ꝓdictis, & sic res dum generaretur nō est, vt dicit propositio prima, & dū res generatur generatio est, ut dicit propositio secūda si igitur generatio generaretur, ut dicit ista positio: sequeretur, ꝙ generatio simul est, & non est, qa ex quo generatio generaretur sequitur, ꝙ non est, & ex quo generatio est dum res generatur sequitur, quod generatio est, ergo sequitur, generationem simul esse, & non esse, & hæc est expositio Com.

Cū aūt īfinitorū primū ꝗcquā nō sit: primū ipsū nō erit: Quare neq id erit ꝙ hæret. impossibile est igitur generari quicq̄ moueri aut mutari.

Prima propositio.

Item infra cō. 6. uide Cō. 8. ph. 69. & 6. c. 69.

Secunda propositio.

Aliter ꝑt formari ista ratio.

A *Quoniam autē infinitorū non est primum, nō erit qđ primum, uel ultimum. Quare neque habitum, neq; fieri igitur neque maueri possibile est, neque mutari nihil.*

ET cum phylosophus declarauit, quod generationis non est generatio reuertitur ad declarandū illud esse inconueniēs ad, qđ deductū est in rōne præcedenti. s. in rōne tertia, & est, ꝙ in motibus, & generationibus sit processus in infinitū. Declarat igitur phyl ꝙ impossibile est ꝙ in motibus, & generationibus sit processus in infinitū, & hoc sic. Quod in quibuscunque est processus in infinitum in illis non est dare primum, & ubi non est dare primum ibi non est dare aliquid posterius, ergo si in motibus, & generationibus sit processus in infinitum sequitur, quod non foret aliqua generatio, nec aliquis motus, & sic nihil fieret, nec generaretur, quod est impossibile. Sed hic dubitatur de ista consequentia, videlicet, si non est aliqua generatio prima, non est aliqua generatio posterior. Ista enim consequentia non videtur valere, quia generatio sortis precedit generationē Platonis, & generatio patris Sor. præcedit generationem Sortis, & sic in infinitū, nec est dare primā generationem, & tn̄ ex hoc nō sequitur, ꝙ nō sit dare aliquam generationem posteriorem. Ad istud respon-

Dubi.

Solutio.

Commē.

B der Commen. dicit, quod in transmutationibus essentialiter ordinatis non est processus in infinitum, sed in transmutationibus accidentaliter ordinatis bene est processus in infinitū. Vnde dicit sic ante transmutationem non erit transmutatio essentialiter: per accidens vero est necessarium, scilicet, qđ ante omnem transmutationem sit transmutatio: quoniam necesse est, ut hic sit vnus motus ęternus qui sit causa, quod ante omnem motum factum sit motus, ut determinatum est primo huius. Et quia moderni non distinguunt inter illud, quod est per se, & illud, quod est per accidens extstimauerūt, quod sequitur ex hoc, quod si homo semper generatur ex homine, ut si primum non fuerit postremum non erit, & nō ita: quoniam primum est, & est Sol. & intellectus, idest, intelligentia, aut intellectus diuinus operans hominem, aut generans hominem in infinitum est necessarium per accidens non per se. hæc Com. Et mihi videtur, ꝙ ipse intendit, ꝙ in motibus accidentaliter ordinatis, & etiam in generationibus accidentaliter ordinatis est processus in infinitum, quod tamen non esset possibile: nisi præsupposito vno motu primo a quo oēs illi motus infiniti dependent. Intentio igitur phylosophi hic est probare, quod motus non terminatur ad motum nec ad generationem tanquam ad per se terminum, quia sic motus

Consimile 8. phy. c. 47.

Idem primo re. 22.

Inuehit contra leges vide c. fi. 8. pha. c. 15. & 47

C terminans & motus qui terminatur essent essentialiter ordinati, & generatio terminata, & generatio terminans essent essentialiter ordinatæ, & in essentialiter ordinatis si primū non sit, non est aliquod posteriorum, tamen in accidentaliter ordinatis non oportet, quod si non sit dare primum quod sit de numero accidentaliter ordinatorum, quod propter hoc non sit aliquod posterius: cum tota multitudo accidentaliter ordinatorum: necessario habeat unum primum extra multitudinem accidentaliter ordinatorū, ꝙ. s. est cā totius multitudinis: nunc aūt generationes infinitorum hominum sunt accidentaliter ordinatę, & ideo non sequitur, quod si non est dare primam generationem, ꝙ propter hoc nō sit dare aliq̄ generationem posteriorē. Sed ista responsio non vr̄ ualere, quia si generatio per se terminaret generationem, adhuc gn̄atio terminata ad generationem non esset magis essentialiter ordinata ad illam generationem, quam nunc dealbatio ordinatur ad albedinem, sed modo non sequitur, dealbatio non est, igitur albedo non est, quamuis dealbatio, & albedo sint essentialiter ordinatę, sic mutatio est per se terminat mutationis igitur illo posito, scilicet, quod generatio per se terminetur ad generationem non sequitur, generatio prior non est, ergo

Dubi. circa expositionem.

D generatio posterior non est. Ad istud est dicit, ꝙ si generatio per se terminatur ad generationem, tunc bene sequitur, generatio prior non est: igitur generatio posterior non est, & tamen non sequitur dealbatio non est, ergo albedo non est, quamuis dealbatio per se terminetur ad albedinem, & rō diuersitatis est, quia si generatio per se terminetur ad generationem, oportet quod generatio prior sic generatio posterior & quod omnes istæ generationes sint simul in eodem tempore adæquato, sed in ordinatis qualitercunque quę necessario sunt simul, bene sequitur, primum non est, ergo nullum posteriorum est. sed dealbatio, & albedo non necessario sunt simul: ideo non est simile, quod autem oporteat omnes generationes esse simul posito ꝙ generatio per se terminet generationem pōt dupliciter declarari, & primo sic generatio ex quo est quoddam successiuum non est nisi dum est in generari,

Solutio.

nerari,& in fieri,ergo quando generatio est tunc suum generari est,& suum generari,ex quo est quoddam successiuũ,non est nisi,dum est ipsum in generari, ergo generatio semper erit,simul cum suo generari,& sic de omnibus,& sic si generatio per se terminet generationem, oportet omnes generationes esse simul. Vnde si generatio, quæ per se terminat generationem est,oportet, quod pro eodem tunc generatio, quæ terminatur ad ipsam sit,quia generatio non est,nisi quando est in generari,& si illa generatio sit,oportet,quod generatio, quæ terminatur ad ipsam sit, & sic de omnibus generationibus,& ita oportebit omnes generationes esse simul. & hoc si per se generatio terminet generationem. Secundo potest idem declarari sic. Omne,quod mouetur partim est in termino a quo,& partim est in termino ad quem,ut patebit, Domino opitulante, texto huius, & accipio aliud, videlicet, quod successiuum est quandocunque aliqua eius pars est, & ex his arguo sic Si generatio per se terminat generationem, igitur, quando illa generatio generatur,pars illius generationis terminantis generationem habetur, & per consequens illa generatio terminans generationem est quando suum generari est,& suum generari non est. quandocũque generatio terminata ad ipsum est: quia dum mobile mouetur habet partem de termino ad quem est,& sic potest argui de generatione illius generationis,& sic si generatio per se terminet generationem omnes generationes erunt simul. Vel potest ratio sic deduci:si generatio per se terminet generationem, tunc quando generatio generatur.illa generatio,quæ generatur, est, quia eius pars est. & similiter generatio per quam generatur, est, vt patet,& si illa generatio per quam generatur, est oportet, quod generatio,quæ est terminus a quo illius generationis, sit,quia mobile,dum mouetur,partẽ habet de termino a quo, & partem,&c. & si illa generatio, quæ est terminus a quo, sit, oportet,quod generatio,quæ est terminus a quo illius generationis,sit,& sic in infinitum, & sic omnes generationes essent simul.prima tamen declaratio est magis euidens, vt uidetur ad præsens,ergo,&c.

Præterea: eiusdem est contrarius motus, & quies insuper,& generatio,atque corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrumpitur:com fit fiens. Neque enim statim fiens,neque posterius:sit enim oportet id quod corrumpitur,

Tex. c. 14. *Amplius, eiusdem motus contrarius est, & adhuc quies, & generatio, & corruptio: quare quod fit, cũ fiat, quod fit, tunc corrumpitur. Neque cum mox fit, neque posterius: esse enim oportet, quod corrumpitur.*

Quinta ratio. HÆc est quinta particula tertiæ partis tertię particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylo. sequitur ad probandũ, quod motus nõ est subiectũ motus,& est talis rõ:si motus eẽt subiectũ motus generatio esset subiectũ generationis:sed cõsequens est falsum.igitur, & antecedens cõsequentia patet, quia oĩs motus est quædã generatio successiua,sed idẽ est iudiciũ de motu, & de generatione successiua. falsitas consequẽtis patet sic. si generatio esset subiectũ generationis tunc eẽt generabilis: quia subiectũ generationis est generabile,quia est per generationẽ transmutabile,sed istud est falsum.s. quod generatio sit generabilis,& hoc probatur sic,quia oẽ generabile est corruptibile: si igitur generatio est generabilis,sequitur, quod generatio esset corruptibilis,ita quod generatio posset esse subiectũ corruptionis, quod est impossibile: quia sic vnum cõtrariorum acciperet reliquum, quod est impossibile. Et etiam,quia generatio corrumperetur, aut igitur dũ est,vel dũ nõ est.nõ est dicere, quod generatio corrũpitur dũ est: quia generatio semper, dum est generatur, quia esse successiui consistit in generari,& in fieri.sed non corrumpitur, dũ generatur igitur generatio non corrumpitur, dum est,nec etiã corrumpitur,dum non est.quia omne,quod corrumpitur, dũ corrũpitur,oportet,quod sit,quia illud,quod non est,non est subiectũ corruptionis. Notandum secundum Commen. hic, quod ista ratio fundatur super tres propositiones,quarũ prima est, quod eadem res numero potest moueri motibus contrariis, & etiã est sub motu, & quiete. Secunda propositio est, quod omne generabile est corruptibile. Tertia propositio est,quod corruptibile non corrumpitur,dum generatur, nec res mota quiescit dum mouetur:ex istis sequitur conclusio intenta, ut satis patet,& Commen. deducit ad aliud inconueniens, ut satis patet,& hoc sic:si generatio habet generationem,sequitur,quod habeat corruptionem, & si habeat corruptionem, sequitur, quod

Prima propositio. Secunda propositio. Tertia.

A ipsa generatio recipiat corruptionem: sic contrarium recipit suum contrarium, quod est impossibile.

Præterea,& ei,quod generatur,& ei,quod mutatur,materiam subesse oportet. Erit igitur,ut alterabile corpus est.aut anima,sic aliquid id,quod fit motus,uel generatio.

Tex. c. 15 *Amplius oportet materiam subesse, & ei quod fit, et mutãti, quæ igitur erit materia, sicut alterabile, ut aut corpus, aut aĩa, sic aliqd, qđ fit motus, aut motus, aut gñatio.*

Sexta rõ. HÆc est sexta particula tertiæ partis tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua ponitur sexta rõ probans, quod ad motũ nõ est motus per se, & in hac rõne phyl. vocat terminũ motus subiectũ: sic igitur per subiectũ intelligẽdo motũ, probatur, quod motus nõ est subiectũ motus, nec generatio est subiectũ generationis, & hoc sic. Oẽ subiectũ motus,& etiam omne subiectum generationis habet materiã,sed nec motus,nec generatio habet materiã: igitur motus non est subiectũ motus,nec generatio generationis. Intelligendum,quod phyl.per subiectum hic intelligit terminum B generationis,vel motus, ut exponit Commen.& de tali subiecto est verũ vniuersaliter,quod ipsũ hẽt materiã: quia septimo meta.probat phyl. quod oẽ,qđ generatur per se est cõpositũ, & hoc tã in gñatione subæ, quã in gñatione accidentis:nõ.n. gñatur æs, nec sphæra,sed sphæra ęnea,minor declaratur,quia non ẽt dare talis materia,& sicut dicimus corpus generari, aut animam generari ita possumus dicere motum generari, aut moueri.

Tex. c. 27.

Notanda sunt hic duo secundum Comm.primo,quod phylosophus intelligit hic per materiam, materiam transmutationis,quæ est genus,in quo est transmutatio:non materiam,in quã est transmutatio de alio genere a genere transmutationis,& postea.d. Commen.in eodẽ Commento: quod subiectũ motus intelligitur duobus modis: quorum unus est illud, in quo est motus.s.corpus motus. Secundus uero modus est genus,in quo est motus,scilicet,aut suba,aut quantitas,aut ubi: hæc Commen.hic igitur apparet, quod subiectum motus est duplex,scilicet, subiectum, in quo est motus, aliud est subiectum,ad quod est motus,scilicet,terminus ad quem terminatur motus, & illud subiectum est de genere illius transmutationis. Et ego addo vlterius, quod adhuc est alia materia motus duplex, scilicet, a qua, vel ex qua est motus, & aliud est C terminus a quo est motus. Aliud uero est materia per quam, uel secundum quam est motus, & illud est medium inter terminum a quo,& terminum ad quem. siue sit medium secundum magis,& minus,siue sit medium secundum formam,quod quidem medium differt specie ab extremis, & illud potest accipi ex dictis Commen. in diuersis locis, sic igitur apparet, quod quadruplex est materia motus,scilicet,materia in qua, materia ad quam materia ex qua:& materia secundum quam: verbi gratia,si Sor.mouetur ab albedine in nigredinem per fuscedinem mediam Sor. est materia in qua: nigredo est materia ad quam: albedo est materia ex qua: & fuscedo est materia secundum quam.

Primum notan. Subiectũ motus est duplex. Primus modus. Secundus modus.

Secundo est notandum secundum Comm. hic, quod eadem impossibilia, quæ contingunt ponentibus, quod motus habeat motum: ita, quod motus terminet motum: eadem contingunt ponentibus, quod motus sit subiectum, in quo motus: quoniam ex hac positione sequitur, quod motus moueatur sicut ex prima. Quia sicut in transmutatione de albedine in nigredinem sequitur,ut nigredo sit,transmutata,similiter si genus motus,in quocunque fuerit, sit motum sequitur, quod motus moueatur: hæc Comment. & ita Comment. D vult, quod vtrunque subiectum motus moueatur, idest, tam subiectum in quo,quam subiectum ad quod est motus.

Secũdum notan.

Dubi. Sed hoc non videtur uerum:quia phylosophus prius dixit, quod formæ sunt immobiles, & Commen. superius dixit, quod albedo est forma quiescens immobilis,& qui fingit eam moueri non est loquendum cum eo in hac scientia, ergo, ut videtur secundum intentionem phylosophi & Comment. apparet,quod forma,ad quam est motus,non mouetur: hoc idem patet per rationem sic. Terminus motus non habet esse, nisi in fine motus quando enim terminus est:tunc cessat motus, quia nihil mouetur ad illud, quod habet, & tunc arguit sic. Illud non mouetur,quod non est,quando motus est: quoniã illud,quod mouetur,est, & etiam dum aliquid mouetur, motus est.sed terminus,ad quem est motus,non est,quando motus est, igitur terminus, ad quem est motus, nõ mouetur. uel sic si terminus,ad quem est motus,mouetur,aut igitur,quando est,aut quando non est,non quando est quia tunc non est motus,nec quando non est, quia,quod nõ est,non mouetur.

Dicen-

Solutio.

A Dicendum, quod sicut generari dr̃ dupliciter: quia vno modo generari est idem, q͂ per generationẽ transmutari. Alio modo generari, idem est, q͂ per generationẽ habere esse post nõ esse, vt dictum est primo huius, ita ẽt moueri contingit dupliciter, scilicet vel moueri subiectiue, hoc est esse illud, in quo est motus subiectiue, & sic moueri idẽ est, q͂ per motum transmutari, & isto modo subiectum, in quo est motus mouetur. Alio modo moueri idem est, q͂ per motum acquirere esse, post nõ esse, & hoc non est moueri terminatiue, & isto modo terminus ad quem est motus, mouetur. Ad illa ergo, quæ in contrarium obijciuntur, dico, q͂ phyl. d. formas esse immobiles subiectiue, ita q͂ formæ non sunt per se subiecta motuum, tñ formæ sunt mobiles terminatiue, quia terminant motũ, & idem intelligit Com. d. formã esse immobilem, & fugiens eam &c. Et ad rõnẽ quã dicitur, q͂ terminus motus non habet esse nisi in fine motus, concedo, & cum dicitur, q͂ illud non mouetur, q͂ non est, quando motus est, dico q͂ illud non mouetur subiectiue, quod non est, quando motus est, tamen illud, quod non est quã motus est, mouetur terminatiue, & cũ dicitur vlterius, quod si terminus motus mouetur, aut igitur, quando est, aut quando nõ est, dico, q͂ terminus motus mouetur terminatiue, quando nõ est, vnde sicut omne, quod mouetur subiectiue est quando mouetur, ita omne, quod mouetur terminatiue, non est quando mouetur: quia nihil mouetur ad illud, quod habet. B

Et aliquid rursus ad qđ mouentur. Oportet. n. huius ex hoc ad hoc motũ aliquid esse, nõ motũ; vel generationẽ. Et insuper, quo pacto erit. Nõ. n. generatio pceptionis erit pceptio. Quare neq. generationis erit generatio, neq quædam cuiusdã.

Tex. c. 16.

Et iterũ aliquid in quod mouetur. Oportet enim aliquid esse huiusmõi, ex hoc in hoc motum, non motum aut generationem, similiter autem, et quomodo erit. Non enim erit doctrina, quæ doctrinæ generatio, quare neque generationis generatio, neque quædam cuiusdam.

Septima ratio.

HÆc est septima particula tertiæ partis tertiæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua ponens septimã ratiõ probãs, q͂ motus nõ est terminus per se motus, & rõ talis est. Oĩs motus est ab aliquo in aliud, i. a termino a quo ad terminum ad quem, si igitur motus esset per se terminus motus, tunc motus esset ad motum, sed hoc est impossibile, quia motus est ad aliquod permanens, sed motus non est permanens, sed successiuum. ergo motus non est ad motum tanquam ad per se terminum. q͂ motus sit ad aliquod permanens apparet exemplariter, quoniam doctrina, quæ est motus, vel generatio per intellectum est ad scientiam, quæ est res permanens, & non est generatio doctrinæ, quę est quoddam successiuum, & per consequens motus non est ad motum, nec generatio ad generationem. Notandum, q͂ Cõm. declarat, q͂ motus non est ad motum per se, & supponit duo. Primũ est, quod generatũ, dum est in via generationis, nondum est in actu perfecto, quia si esset in actu non esset illic generatio, quia generatio est exitus eius, quod est in potentia ad actũ. Secundum, quod supponit est, q͂ si ad motum esset motus, vel si generaretur, tunc motus, dum generaretur haberet esse completum, & perfectũ. Ex quo sequitur, q͂ res, quæ est cõplete generata generaretur, qđ est impossibile, quia sic simul haberet esse completum & non haberet, nã ex quo est in via generationis haberet esse incompletum, & ex quo est complete generata haberet esse completum, & hoc est inconueniens vt d. Com. s. quod res complete generata generaretur, quod intendit phyl. cum d. in textu, quẽ Com. exponit, impossibile est, vt scientia fiat scientia. s. impossibile est, vt scientia cum est cõplete generata, fiat scientia. i. tũc generetur. Intelligendũ tñ, q͂ illud ſm quod Com. supponit, videlicet, q͂ si motus generaretur, vt terminus motus, dũ tunc motus generaretur, haberet esse completum, habet veritatem pro tanto, quia mobile dum mouetur habet partem de termino ad quem, & quæcunque pars successiui est, tunc illud successiuum est, & habet esse cõpletum, sicut põt habere, si igitur motus esset ad motum, tunc mobile cum mouetur habet partem de termino ad quem mouetur, & per consequens pars illius motus esset, & per consequẽs motus haberet esse completum, quando generaretur. Potest etiam idem declarari, quia successiuum, quando est in fieri, & in generari, habet esse ita completum, sicut potest habere, quia suum esse consistit in fieri, & in generari. ergo si motus generaretur haberet esse completum, dum generaretur, quod est impossibile.

A Præterea si tres mutationis spẽs sunt: subiectã naturã harũ al q̃ esse, & ea, in q̃ mouẽtur, necesse est. Veluti lationem alterari, aut ferri necesse est.

Amplius si tres species sunt motus, harum aliqua necesse est esse subiectam naturam, & in quam mouetur, loci ergo mutationem alterari, aut ferri. Tex. c. 17.

HÆc est octaua particula tertiæ partis tertiæ particulæ secundæ partis princ. huius ca. in qua ponitur alia ratio probans, quòd motus non est per se terminus motus, & ratio est talis. Illud ad quod est motus mouetur, vt dictum est supra s. terminatiue, si igitur motus esset per se terminus motus, motus moueretur, quod est impossibile, quia solum sunt tres species motus, vt motus translationis, motus alterationis, & motus ad quantitatem. s. augmentatio, & diminutio, si igitur motus moueretur, aut igitur eadem specie motus, aut alia, & alia, non est dicere, q͂ eadem specie motus, quia sic translatio transferretur, & alteratio alteraretur, quod est impossibile, nec alia specie motus, quia sic translatio alteraretur, vel augmentaretur, qđ est magis impossibile, hæc est expositio Com. magis tamen consonat textui, quod phyl. hic probat, quod motus non est subiectum motus. Octaua ratio. B

Omnino aũt cum omne, qđ mouetur trifariam moueatur, aut quia per accidẽs mouetur, aut quia pars aliqua mouetur, aut quia per se mouetur, per accidens duntaxat mutari mutatio potest. Veluti si is, qui sanatur, currit vel discit. At eam, quæ est per accidens iandudum omisimus.

Omnino autem quoniã mouetur omne, quod mouetur tripliciter, aut in eo secundum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se, secundum accidens solum contingit mutare mutationem, vt si quis sanus fit curras, aut discat. Hanc autem secundum accidens dimisimus olim.

HAec est nona, & vltima particula tertiæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua phyl. narrat, quomodo motus põt esse subiectum, vel terminus motus. d. quòd cum mobile, & ẽt terminus ad quẽ dicatur multipliciter. s. per se primo, ſm partem, & ſm accidens, & solũ ſm accidens contingit, quòd motus sit subiectum, vel terminus motus, vt si ille, qui sanatur curreret, & addiscat, hoc est per accidens, aut si post sanationem sequatur alius motus, vt cursus, vel doctrina, hoc erit per accidens, & ita per accidens motus potest esse subiectum, vel terminus motus, sed illa mutatio. i. per accidens exclusa est in primo ca. huius quinti. Notandũ quod motus non potest esse per se, nec secundũ partem subiectum, vel terminus motus, quod non per se, patet, ex declaratis, quod autem non ſm partem declarat Com. sic, quia cum per diuisionem posset fieri totum, si motus ſm partem esset subiectum, vel terminus motus sequeretur, quod ſm se totum posset esse subiectũ, vel terminus motus, quod est impossibile. Intelligendũ est, quod phyl. non ostendit hic motum non esse in his tribus prædicamentis, scilicet in quando, habitu, & situ, non enim ostendit motum non esse in quando, quoniam quando significat esse in tempore, & tẽpus est mensura motus, & ideo ostenso, quod motus non est in actione, & passione, quæ pertinent ad motus, satis est ostensum, quod motus non est in quando, similiter, quia causatur ex adiacentia temporis, sicut igitur tempus nõ est fixum, sed consistit in quadam successione, ita & quando, nunc illud, quod terminat motum, debet esse permanens, & fixum. ergo, & ratio, quare non probat, quod ad habitum non est motus, est, quia motus dicitur secundũ quandã relationem ad aliud, quod adiacet, vnde sicut relatio potest alicui acquiri nulla mutatione facta in eo, cui acquiritur, ita habitus potest acquiri alicui sine mutatione facta in eo, & ideo probato, quod ad relationem non est motus, satis est probatum, quod ad habitum non est motus cum eadem sit ratio de vtroque. Similiter non probat, quod ad situm non est motus, quia situs dicit quendam ordinem partium, & ordo est relatio, & ideo sicut ad relationem non est motus, ita ad situm non est motus, & etiam quia nouus situs non causatur in aliquo corpore, nisi per motum localem: nunc certum est, quod motus localis non est per se ad situm, sed motus localis solum est ad situm per accidens, & ideo satis apparet, quòd ad situm non est motus per se. Vel potest dici, quod phylosophus non

Notandũ.

C

Quod motus non sit in quãdo, habitu, & situ.

D

probat, quòd ad quando, vel ad situm, vel ad habitum non est motus, quia minus videtur de istis, quam de illis, de quibus probauit.

Cum aũt neque in substantia, neque in relatione, neque in actione, passioneve sit motus: restat in qualitate, quantitate, ac vbi tantummodo motũ esse. In vnoquoq; nãque istorum contrarietas est.

Tex. c. 18. *Quoniam autem neque substantiæ, neque ad aliquid, neque ipsius facere, aut pati, relinquitur secundum quale, aut quantum, & vbi motum esse solum, in vnoquoque enim horum est contrarietas.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ostenso in quibus prædicamentis non est motus, nũc probat, in quibus prædicamentis est motus. Hæc pars continet quinque particulas, quia in prima declaratur ex prædictis, quod solum in tribus prædicamentis est motus. In secunda ibi [Motus igitur secundum quale] determinat de speciebus motus, quantum ad eorum nomina. In tertia ibi. [Quæ autem in eadem specie.] Soluitur vna dubitatio, quæ oritur ex prædictis. In quarta ibi. [Quod quidẽ igitur.] Determinat de quiete opposita motui. In quinta ibi. [Quid igitur est motus.] Epilogat prius ostensa. In prima igitur particula huius partis phyl. ex prædictis declarat, quod solum in quantitate, qualitate, & vbi, est per se motus, & hæc est 16. concl. huius li. quæ probatur sic. In nullo aliorum 16. concl. huius lib. prædicamentorum est per se motus, præterquam in quantitate, qualitate, & vbi, quia neque in substantia, neque in relatione, nec in actione, nec in passione, &c. vt declaratum est, & in istis tribus prædicamentis est motus: ergo solum in istis tribus prædicamentis est motus. hæc consequentia patet, quia conclusio est vna exclusiua, ad cuius veritatem requiritur, & sufficit, quod vtraque eius exponens sit vera, sed præmissæ huius rationis sunt exponentes conclusionis, igitur ex præmissis sequitur conclusio, maior vero patet ex præcedentibus, & minor declaratur, scilicet quod in his tribus prædicamentis est motus, & hoc sic, in istis tribus prædicamentis est sufficiens contrarietas requisita ad motum: igitur in istis tribus prædicamentis est C
Notandũ. motus. Notandum secundum Com. hic, quod causa vniuersalis, propter quam est possibile, vt motus solummodo sit in istis tribus prædicamentis est, quia contraria existunt in eis. hæc Com. vnde quia contrarietas per se non inuenitur, nisi in istis prædicamentis, ideo solum in istis est per se motus, si autem contrarietas inuenitur in alijs prædicamentis, hoc non est, nisi ratione contrarietatis, quæ est in istis tribus prædicamentis, & ideo solum in istis est contrarietas per se.

Is igitur motus, qui in qualitate est, alteratio sit. hoc.n. cõe nomen positum est. Atque qualitatem non eam dico, quæ in substantia est, est enim & differentia qualitas, sed eam, quæ est passiua, qua quippiam pati dicitur, aut impassibile esse.

Motus quidem igitur secũdũ quale, alteratio sit. huic enim alludit commune nomen. Dico autem quale non in substantia, & namque differentia quale est, sed quod passiuum secundum quod dicitur pati, aut impassibile est. D

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua phyl. de istis tribus speciebus motus determinat, quantum ad eorum nomina, & d. quòd motus secundum quale vocatur alteratio. huic enim scilicet motui in qualitate alludit, idest appropinquatur hoc nomen commune alteratio, veruntamen phyl. exponit, quid hic appellat quale, d. quod non intendit per quale, quale substantiale, idest differentiam substantialem, sed per quale intelligit quale secundum quod aliquid dicitur passiuum vel impassibile. Notandum secundũ Commen. quod phylo. hic per quale secundum quod aliquid dicitur passiuum, vel impassibile, intelligit qualitatem passibilem, idest qualitatem de tertia specie qualitatis, & potentiam naturalem, & impotentiam, quæ sunt de secunda specie qualitatis. nam per hoc, quod d. secundum, quòd dicitur pati, intelligit qualitatem passibilem, & impotentiam naturalem, & per hoc, quod dicit, aut impassibilem esse, intelligit potentiam naturalem A & sic. P. hic non intelligit per quale nisi qualitatem accidentalem, quæ est de prædicamento qualitatis, nec adhuc per quale intelligit omnem qualitatem de genere qualitatis, sed solum qualitatem de tertia specie qualitatis, & secunda. & huius rationem assignat Com. d. quod in septimo huius declarabit Ari. quod motus alterationis non inuenitur in prædicamento qualitatis, nisi in genere qualitatis passiuæ secundum tactum, gustum, & visum: nam huiusmodi qualitates suscipiunt magis, & minus, & non est ita de qualitate, quæ est in anima, & in animato, & de qualitate, quæ est secundum quantitatem, vt sunt pulchritudo, & turpitudo. Illa autem, quæ dicitur secundum potentiam, aut impotentiam naturalem, est propinqua passiuæ, & videtur, quod in ea sit motus, & in septimo huius erit perscrutatio de hoc, sed secundum eius verba in hoc loco apparet, quòd secundum eam inuenitur motus. hæc Commen. Et sic videtur secundum Commen. hic, quod alteratio est per se ad qualitates de tertia specie qualitatis, & secunda, sed non ad qualitates de prima specie qualitatis, & quarta, sed vtrum hoc sit verum vel non: videbitur, Domino largiente, in septimo huius. Tex. c. 14. vsq. ad te. com. 20.

B Is autem qui est in quantitate: communi quidem nomine caret, habet autem earum partium, in quas diffunditur nomina, quarum altera accretio, alia decretio nuncupatur. Ea quidem, quæ ad perfectam accedit magnitudinem, accretio. Ea vero, quæ ex hac receditur, decretio.

Qui vero secundũ quantũ est, secundũ cõe quidem innominatus est, sed secundũ vtrunque, aut augmentum, aut decrementum. Qui quidem est in perfectam magnitudinem, augmentum est. Qui vero ex hac decrementũ.

VIso, quòd motus in qualitatibus habet nomen secundũ genus, scilicet nomen commune omni motui ad qualitatem: narrat. P. quomodo nominatur motus ad quantitatem, & d. quod motus ad quantitatem secundum genus non habet nomen, idest non est aliquod nomen commune omni C motui ad quantitatem, sed motus ad quantitatem secundum speciem habet nomen: duæ enim species motus secundum quantitatem sunt nominatæ, & sunt augmentatio, & diminutio. motus enim ad perfectã quantitatem, idest a minori quantitate ad maiorem vocatus augmentum, motus vero a maiori quantitate ad minorem vocatus decrementum.

At is, qui est in loco, & communi nomine caret, & proprio. Latio autem communi, nomine nuncupetur, quamquam ea sola propriè ferri dicuntur, in quibus cum mutant locum, non est situm stare, & quæ loco seipsa non mouerint.

Qui aũt est secundũ locum & secũdum proprium, & commune, innominatus est. sit autem loci mutatio vocata. quod cõe est. quamuis dicantur ferri hæc sola proprie, cum non in seipso sit stare mutantibus locum. Et quæcunque non ipsa seipsa mouent secundum locum. D

ET sicut motui secundum quantitatem non est nomen commune, ita motui secundum locum non est nomen cõe omni motui secundum locum, nec etiam suis speciebus suos nomina imposita, sed motus localis secundum locum in cõi vocatur loci mutatio: vt loci mutatio sit cõe ad oẽm motum secundum locum. Textus vero Com. vbi in textu nostro habetur sic, aut est loci mutatio quod commune est, habet sic, dicatur igitur translatio hoc est motui locali in cõi imponatur hoc nomen translatio, vt quod translatio sit nomen commune omni motui secundum locum, sed proprie loquendo solum illa dicuntur ferri. i. moueri, quæ cum mouentur non possunt ex se quiescere, & sic illa, quæ non mouent se. Notandũ secundum Com. hic, quod hoc nomẽ trãslatio est in idiomate Græcorũ de eis, quæ mouentur in loco, quæ non habẽt cessare in eo ex Prima expositio. se. i. quæ mouentur violenter, & de corporibus simplicibus, & sic translatio solũ dicitur de motibus secundum locũ violentis, & de motibus corporum simplicium, & hoc intelligit phylos. cum dicit, & etiam dicuntur hæc ferri sola proprie cum non in seipsis
sit

A fit stare in mutantibus locum, & secundum hoc translatio dicitur de motibus violentis ſm locum, & etiam de motibus naturalibus corporum simplicium. Vel forte hoc nomē translatio apud Græcos dicebatur de motibus violentis tantum, qm̃ corpora quatuor simplicia existimantur mouere se in loco, sed nō habent quiescere ex se, & hoc intelligit phy. cum d. Et etiam illa, sup. dicuntur ferri propriè quæcunque non ipsa se mouent ſm locum, & sic ſm expositionem Com. translatio propriè in idiomate Græcorum dupliciter accipitur: vno modo ſm quòd dicitur de motibus localibus quorumcunq; corporum, quę nō possunt ex se quiescere, & sic dicitur de motibus violentis, & etiam de motibus naturalibus corporum simplicium. Alio modo accipitur ſm q̃ dicitur de motibus violentis tm̃. Adhuc ſm Com. hoc nomen translatio forte apud Græcos dicitur de omni eo, quod mouetur in loco, prætorquam de habentibus animas. Corpora. n. simplicia non mouent se in loco nisi per accidens, & illa, quæ mouēt se in loco, sunt animata & sic patet ſm Com. q̃ hoc nomen translatio nōn dicitur propriè ſm idioma Græcorũ de omni motu locali, sed solum de aliquibus, & hoc potest intelligi tripliciter ut visum est. s. vel q̃ dicatur solũ de motibus violentis & de motibus naturalibus corporũ simplicium, vel q̃ dicatur solũ de motibus violentis, vel q̃ dicatur de omni motu locali præterq̃ de motu locali animatorum. Circa

Secunda expositio.

B hoc dictum Com. videlicet. q̃ corpora simplicia non mouent se in loco nisi per accidens, & illa quæ mouent se in loco sunt animata, est intelligendũ, q̃ aliquid mouere se in loco potest intelligi dupliciter, vel strictè, vel largè, largè loquendo omne illud mouet se in loco, quod non mouetur effectiuè ab aliquo motore extrinseco tanquam a causa sufficiente, & præcisa, & isto modo est verum, q̃ corpora simplicia mouent se in loco, & q̃ mouentur ex se, quia in seipsis habent principium effectiuum suorum motuum, sed strictè loquendo solum illud mouetur ex se, quod habet in se principium effectiuum sui motus, & etiam principium sistendi motum ante finem motus, sicut animal potest moueri per aliquod spatium, & potest ex se antequam deueniat ad finem spatij quiescere, & isto modo nec corpora simplicia, nec alia inanimata mouent se, de hoc tamen magis videbitur octauo huius.

Mutatio aũt ea, quæ est eadē in forma ad magis ac minus tale, alteratio est. Ea namq; mutatio, qua ex contrario ad contrariũ itur, aut simpliciter, aut aliqua ex parte motus nimirũ est. Nā si ad minus tale acceditur ad contrariũ, si ad magis: vt

C **ex cōtrario in ipsum mutari dicetur Nihil. n. interest. aliqua ex parte quippiā, an absolute mutetur, Attamen aliqua ex parte esse ipsa contrario oportebit. Est autem ex eo magis minusve tale, quia plus, aut minus inest contrarij, & non inest.**

Tex. c. 19. *Quę aũt est in eadem specie mutatio in magis, & minus alteratio est. Aut enim ex contrario, aut in contrarium motus est, aut simpliciter, aut sic, in minus enim quidem vadens, in contrarium dicetur mutari, in magis autem tanquam ex contrario in ipsum. Differt enim nihil secundum quid mutare, aut simpliciter, nisi quod sic indigebit contraria esse. Magis autem ex minus est, quod plus, aut minus contrarij insunt: aut non.*

D HÆc est tertia particula tertiæ partis princ. huius cap. in qua soluitur vna dubitatio, quæ ortum habet ex prędictis, quæ est dubitatio talis, nam est dictum, quòd solũ in tribus prædicamentis. s. quantitate. qualitate, & vbi est motus, quia solum in istis est per se contrarietas, & omnis motus est a contrario in contrarium. Sed super hoc potest dubitari, quia non videtur verum, quòd omnis motus sit a contrario in contrarium, quia aliquis est motus, qui est inter formas eiusdem speciei, vt motus a magis albo ad minus albũ, & talis motus non est a contrario in contrarium, quia formæ eiusdē spēi non sunt contrariæ. Istā dubitationum soluit phyl. d. q̃ transmutatio, quæ est in eadem spē, est de contrario in contrarium quodammodo, vnde magis album, & minus albũ sunt, quodāmodo contraria, & si non sint cōtraria simpliciter, & ita saluatur q̃ oīs motus est a contrario in contrariũ. Sed hic sunt duo notanda ſm Com. primo, q̃ contrarietas inuenitur dupliciter

Dub. phylosophi.

Solutio phylosophi.

Primum notan.

A s. simpliciter, & quodammodo, contrarietas simpliciter est, quę est extremi ad extremũ, & talis est inter formas specie differentes ſm cōem opinionem, contrarietas vero quodammodo est inter formas eiusdē speciei, quæ esse possunt successiue in eodē subiecto existenti in actu, sed non simul, vnde non oīs motus est a contrario simpliciter ad contrariũ simpliciter, sed omnis motus est inter contraria, vel simpliciter, vel quodammodo. Secondũ, q̃ motus localis, & motus ad quantitatem non sunt inter contraria simpliciter, sed inter contraria quodāmodo, quia inter formas eiusdē speciei, motus n. ad quantitatē est a corporeitate in corporeitatem. nunc vero oēs corporeitates, seu profunditates de genere quantitatis sunt eiusdē speciei. Secundo est notandum ſm Com. hic, q̃ cum transmutatio fuerit a magis in minus dicitur transmutari ad contrarium, qm̃ non fit minus, nisi ex commixtione contrarij. v. g. qm̃ illud, quod est magis album, quod transmutatur ad minus albũ dicitur transmutari in nigrũ, & econuerso dr̃ transmutari ad aliquod albũ, hæc Com. & credo, q̃ Com. non intelligit, q̃ in minus albo sit aliqua nigredo de specie opposita, ad quā per se terminatur motus, quia est a magis albo ad minus albũ, quia si motus a magis albo ad minus albũ terminaretur ad nigredinē, q̃ esset in minus albo, sequeretur, q̃ motus, qui esset a magis albo in minus

Secũdum notan.

Idē infra cō. 42. sed vide oppositum a. celi com. 15.

B albũ esset a simpliciter contrario in simpliciter contrariũ quia albedo, & nigredo sunt simpliciter contraria, sed hoc est contra P. & etiā contra Com. hic, ideo dico, q̃ motus, qui est a magis albo in minus albũ, est ad aliquid nigrũ in respectu nō ad nigrũ simpliciter, qm̃ minus albũ respectu magis albi dicitur quodāmodo nigrũ, & q̃ Com. d. q̃ non fit minus nisi ex commixtione contrarij, dic, q̃ Com. per commixtionem intelligit appropinquationē, vnde non fit minus nisi per appropinquationē ad simpliciter contrariũ. Notandũ ſm dñm Alb. hic, q̃ non fit semper intensio, & remissio per admixtionem contrarij, aut separationē a cōtrario. Aliqn̄ enim illud, q̃ intenditur non habet contrarium, vt patet de bono, quod non habet contrarium, sed priuatiue oppositum, & priuatio non admiscetur, alicui, & quando sic est, tunc intensio fit ex accessu ad optimũ & remissio ex recessu ab optimo. hoc Alber.

Alb Mag.

Ex his igitur, quæ dicta sunt, patet motus has tres solas esse mutationes. Est autem immobile, & id, quod moueri non potest: & id quod multo in tpe vix mouetur, aut id, quod tarde admodum incipit, & id in super, quod aptũ est quidem, vt moueatur, mouerique pōt, non tamen tunc cum est

C **aptum moueri & vbi, & quemadmodum est aptũ mouetur, quod quidem solum immobilium quiescere dico. Est enim motui contraria quies Quare fit, ut ipsa sit priuatio susceptiui.**

Quod quidem igitur, hi tres soli motus sunt ex his manifestum est, immobile autem est, quod omnino impossibile est moueri, sicut sonus inuisibilis. Et quod multo tēpore vix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur grauiter mobile, & quod aptum natum est moueri, & possibile, non mouetur autem tunc cum aptum natum est, & vbi, & sic, quod quidem quiescere voco immobilium solum, contraria enim quies motui est, quare priuatio erit susceptiui. Tex. c. 20.

D HAec est quarta particula tertiæ partis principalis huius ca. in qua phylo. determinat de quiete opposita motui, ostendendo, quæ quies in reī veritate opponitur motui. primo tñ concludit ex prædictis conclusionē principalē hic intentā, dicēs, q̃ manifestũ est ex prædictis, q̃ hi tres motus sunt, ita, sup quòd non plures, vt motus ad quantitatem, motus ad qualitatem, & motus ad vbi. Deinde distinguit motus immobiles, ex qua distinctione patebit, quę est quies, quæ est motui contraria. Et distinguit tres modos immobilis, quorum primus est, quod illud est immobile, quod est impossibile moueri, sicut sonus dr̃ inuisibilis, quia nullo modo pōt videri. secundo modo dr̃ immobile illud, q̃ de difficili, siue tarde mouetur, & d. Com. q̃ in illis duobus modis. s. primo, & secundo dicitur immobile transumptiue, dicit etiam Commentator hic, quod Alexander dixit, quod illud, quod est tardi motus, est aliud ab illo, quod est difficilis motus, quoniam illud, quod est difficilis motus est illud, quod tarde incipit moueri, non illud

Immobile dicitur tripliciter.

Alexāder.

Xe a quod

quod tarde mouetur, & sic potest iste secundus modus, quo dicitur immobile diuidi in duos modos. quorum vnus est modus, quo illud, quod de difficili mouetur, dicitur immobile, sicut lapis ponderosus, qui de difficili dicitur amoueri a loco suo, dicitur immobile. Alius vero modus est, quo illud quod tarde mouetur dicitur immobile, & sic testudo potest dici immobilis. Tertius modus de his principalibus modis dicitur immobile illud, quod est natum moueri, sed non mouetur in illa hora, in qua innatum est moueri, & in loco, in quo innatum est moueri, neque sicut innatum est moueri, vt quando cessat a motu, quo natum est moueri, & isto modo graue castileos sursum prohibitum, ne descendat, dicitur immobile, quia innatum est moueri, & est in loco, in quo innatum est moueri, cum sit extra locum suum naturalem, & quia ibi non mouetur, ideo dicitur immobile. Vnde phyl. dicit, quod solum immobile isto tertio modo dictum dicitur quiescens: d. Com. quod quiescens in rei veritate est hoc, scilicet illud, quod caret motu in tempore, in quo natum est moueri, & in loco, in quo innatum est moueri, & in dispositione, secundum quam innatum est moueri, cuius ratio secundum phylosophum est, quia quies contrariatur motui, & ideo illud dicitur quiescere, quod est susceptiuum motus, & priuatur motu. Sed oritur est

Dubium. dubium, quia secundum hoc ista diffinitio quietis non competeret nisi quieti violentæ, quia quiescens naturaliter est illud, quod caret motu in loco, in quo non est natum moueri, & sic quiescens hic diffinitur, quod quiescens est illud, quod non mouetur in loco, in quo est natum moueri, & si quies hic

Prima solutio Cõ. diffinita non competeret quieti naturali. Ad illud respondet Comment. dupliciter, uno modo, quod quies hic diffinita, scilicet, quod est immobilitas eius, quod innatum est moueri in loco, in quo innatum est moueri, est quies violenta tantum,

Secũda solutio Cõ. & contentus est ista quiete, scilicet uiolenta, quæ est manifestior, & notior. Alio modo respondet Comment. d. quod quies hæc diffinita est communis quieti naturali, & etiam quieti violentæ, & etiam quieti animalis, quia animal quiescit a se, quiescenti enim naturaliter, vt terra quiescens in loco suo naturali caret motu, quem nata est habere, cum est in alio loco, & sicut nata est habere ipsum: similiter animal cum quiescit ex se caret motu, quem innatum est habere, & sicut aptum est habere. Et similiter manifestum est, quod quiescens uiolenter caret motu, quem natum est habere in loco, in quo natum est habere, & ut natum est habere, & sic secundum vnam expositionem Comment. phylo. solum hic describit quietem

Dominus Albertus Magnus. uiolentam, sed secundum aliam expositionem, describit quietem, vt communis est quieti puræ, naturali, & violentæ, & quieti animalis. Notandum secundum dominum Albertum hic, quod nulla contrarietas est in genere, sed in specie, quia color in genere non habet contrarium, cum omnium contrariorum sit idem genus, & ideo in genere quies opponitur motui oppositione, quæ est inter priuationem, & habitum. Dicit etiam hic Albertus, quod si quies accipiatur in specie, quo ad naturam quietantem, tunc aliqua quies in specie contrariatur alicui motui proprie contrario, ita quod vtrunque est forma, vt habitus hæc Albertus. Ex quo apparet, quod quies vno modo potest accipi pro forma positiua, sub qua res, quæ est nata moueri quiescit.

Quid igitur est motus, & quid quies, & quot sunt mutationes, & quot motus per ea, quæ diximus perspicuum iam euasit.

Tex. c. 11. *Quid quidem igitur motus, & quod quies, & quot mutationes, & quales motus, manifestum ex dictis.*

HÆc est quinta particula tertiæ partis principalis huius ca. in qua phylos. epilogat præostensa dicens, quod ex dictis patet, quid est motus. & quid quies, & quot sunt mutationes, idest quot sunt genera mutationum, & quales sunt motus, omnia ista ex præcedentibus patent. Sed hic sunt

Primum notan. duo notanda secundum Com primo, quod phyl. aliter loquitur de motu in tertio physicorum, & aliter hic, quia in tertio huius loquitur de motu non distinguendo inter generationẽ, & corruptionem. & alios motus, & ideo secundum quod loquitur de motu in tertio huius, sic est in quatuor generibus, s. in

Secũdum notan. substantia, quantitate, qualitate & vbi. sed ut motus consideratur, hic sic tm̃ est in tribus prædicamentis. Secundo est notãdũ secundum Com. q perfectio accepta in diffinitione motus q̃

A est tanq̃ genus unu inuenitur in transmutatione, quæ est in generatione, quia in ea non est perfectio diminuta de genere eius, ad qđ est motus. s. de gñe perfectionis cõpletæ, & cã in hoc est: quia forma est indiuisibilis, & quia generatio est de non esse ad esse: hæc Com. Vnde perfectio accepta in diffinitione motus, quę est tanquã genus, s. actus imperfectus, nõ inuenit in genere subæ: quia forma substantialis non suscipit magis, & minus, & p. p. hanc rõnem ad substans non est motus, quia omnis successio in motu attenditur, vel penes diuersitatẽ termini, a quo est motus, vel penes diuersitatem termini ad quẽ est, sed in generatione subæ, nec terminus a quo est diuisibilis, quia non esse, siue priuatio formæ substantialis, quæ est terminus a quo. non est diuisibile: similiter forma substantialis, quæ est terminus ad quem generationis est indiuisibilis, & ideo ad substantiam non est motus proprie dictus.

DE VNITATE MOTVS.
Tractatus secundi. Cap. 1.

B Post hæc dicamus, quid est, simul esse, & seorsum, & quid tangere, & quid inter & quid deinceps, & quid hærens, & continuum, & quibus horum vnumquodque competere aptum est.

Post hæc autem dicamus, quid est simul, & retractum, & quid est tangere, & quid est medium, & cõsequenter, & quid habitum, & quid continuum, & in qualibet re vnumquodque horum esse aptum natum sit. Tex. c. 12.

ISTE est secundus tract. huius lib. tractans principaliter de vnitate motus, & continet duo capitula, quia in primo tractat de intentionibus quorundam nominũ, quibus posterius est vtendũ. In prima ibi. [Vnus aũt motus.] Determinatur de vnitate motus. Primũ capitulũ cõtinet tres partes principales, quia in prima phyl. describit intentiones quorundam nominũ, quibus posterius est vtẽdũ. In secunda ibi. [Manifestũ aũt quia si primũ.] Cõparat quędam prædictorũ adinuicẽ. In tertia

C ibi. [Quod quidẽ igitur.] Recapitulat quædam prius ostensa. Prima pars continet quinque particulas, quoniam in prima narrat phyl de quibus est nunc determinandum. In secunda ibi. [Simul quidem.] Narrat quid est esse simul, & quid separatum, & quid tangere. In tertia ibi. [Medium aũt.] Narrat quid est medium, & quæ requiruntur ad mediũ. In quarta uerò ibi. [Consequenter aũt.] Narrat quid est esse consequenter alteri, & quid est habitum. In quinta ibi. [Continuũ autem.] Narrat phylo. quid est continuum, & in quibus reperitur continuitas. In prima igitur particula huius narrat phyl. de quibus nunc est determinandum dicens, q post hoc dicemus, quid est esse simul, & quid separatum, & quid tangere: quid medium, quid consequenter, quid habitum, & quid continuum, & in quibus vnumquodque horum natum est esse de istis enim septem intentionibus est nunc determinandum, quoniam istis est posterius vtendum.

Simul igitur ea loco dicuntur esse, quæ uno in loco sunt primo. Seorsum autem ea, quæ in diuer-

D sis sunt locis. Ea dicuntur tangere, quorum extrema sunt simul.

Simul quidem igitur dicuntur, hęc esse secundum locum, quæcunque in uno loco sunt primo. Separatim autem quæcunque sunt altera. Tangere autem, quorum ultima simul.

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua phyl. narrat, quid est esse simul, & quid separatũ, & quid est tangere, & d. quod illa sunt simul, quæ sunt in eodẽ loco primo, hoc est in eodẽ loco proprio. Quãuis. n. simul dicatur multis modis, ut patet ex lib. prædicamentorũ. tamen non intendimus hic, nisi de simultate secundum locũ. vnde illa dicuntur simul s̃m locũ, quæ sunt eodẽ loco proprio, ad hoc. n. q aliqua sint simul: non sufficit, q sint Cap. ante penultu.

Ad primū dubium. Ad secūm dubium. Tex. c. 15. fint simul in eodem loco communi, quia sic omnia, quæ sunt per se in loco, essent simul. Sed dubitatur, quia nihil est in loco p se, nisi corpus, sed impossibile est duo corpora esse simul in eodem loco proprio, igitur impossibile est, φ aliqua sint simul. Item mouens, & motum sunt simul, ut d. phyl. 7. huius, & tamen nō sunt simul in eodem loco proprio, ergo ad hoc, quod aliqua sint simul, non requiritur, φ sint in eodem loco proprio. Dicendū est igitur, φ simulitas sed'm locū est duplex, scilicet, simulitas adæquationis, & simulitas immediationis, illa sunt simul simultate adæquationis, quæ sunt in eodem loco, proprio, & isto modo illa, quæ sunt per se in loco, non sunt simul, tamen illa quæ sunt per accidens in loco, possunt esse simul, vt albedo, & dulcedo in lacte sunt simul adæquatæ, & ēt vltima cōtiguorum sunt simul hoc modo. Sed illa sunt simul simultate immediationis inter quę nullum corpus est mediū, & isto modo corpora cōtigua sunt simul, & sic loquitur phyl. 7. huius, de simultate. Et per hoc patet responsio ad vtranque rationem. Ad primum igitur concedo, φ impossibile est, φ aliqua, quæ sunt per se in loco, sint simul simultate adæquationis, & hoc concludit ratio. Ad secundum dico, φ mouens, & motum sunt simul simultate immediationis, & non simultate adæquationis, separata vero, quæ sunt in alio, & alio loco primo non tangunt se, sed illa tangunt se, quorum vltima sunt simul, sic φ inter illa non est extraneum corpus & talia dicuntur contigua.

Ad secūm. Ad primū.

Primom notandū. Idem inf. cō. 30. cla rius tñ in. fra. cō. 39. Notanda sunt hic duo secundum Com. primo, φ contiguatio est duplex, scilicet contiguatio naturalis, & contiguatio mathematica. In contiguatione naturali duo vltima remanent duo demonstrata, sed in contiguatione Mathematica duo vltima reuertuntur in unum. Vnde breuiter in Mathematica duo contigua non habent duo vltima, sed vnū vltimum, & sic in Mathematicis contigua sunt idem, φ cōtinua, sed in naturalibus contigua habent duo vltima, sed illa vltima sunt simul. Intelligendum est, φ de numero eorum, quæ nata sunt habere continuationem, vel contiguationē, quædā sunt eiusdem rationis hoc est eiusdem spēi, & quædam sunt diuersarū rationū. Illa, quæ sunt diuersarum rationū, inquantum huiusmodi, nunquam hēnt idem vltimum, & per consequens non continuantur adinuicem, ut aer, & ignis nō possunt adinuicem continuari, sed illorum, quæ sunt eiusdē rationis, qdam benè terminantur vno termino proprio, & talia nō continuantur adinuicem, cum terminētur terminis proprijs, & non termino communi: vt duo homines non possunt adinuicem continuari, quedam vero non bene terminātur terminis proprijs, vt aqua, & aer, & alia liquida, & talia, quæ si simul coniunguntur fiunt continua, cum prius non erant continua, vt duæ guttæ aquæ, si coniunguntur, fiunt continuæ. Dico igitur, φ quia res Mathematicę eiusdem speciei inquātum sunt Mathematicæ nō bene terminantur terminis proprijs, cum terminus quantitatis consequatur formam substantialem, vt patet per Comment. de substantia orbis, & res Mathematicæ secundum, quod huiusmodi non determināt sibi formam substantialem, ideo verum est, quod d. Commen. hic, quod in Mathematicis, inquantum huiusmodi, vltima reuertuntur in vnum, & non remanent duo demonstrata, ut in naturalibus, quæ bene terminantur terminis proprijs. Vel potest dici, quod Comment. d. quod quantum ad distantiam, & ad propinquitatem, quas considerat Mathematicus non differunt continuatio, & contiguatio, quia vltima contiguorum sunt simul, & ita vltima contiguorum æqualiter distant a quocunque, & æque propinqua sunt cuicunque, & ideo Mathematicus vtitur vltimis contiguorum, tanquam vno vltimo. Illud igitur quod d. Comment. scilicet, quòd in Mathematicis ultima reuertuntur in vnum, est verum, quantum ad considerationem Mathematici considerantis distantiam, vel propinquitatem quantitatum. Secundo est notandum secundum Comment. hic, quod quando phyl. dicit, quod contigua sunt, quorum vltima sunt simul: phyl. intelligit per simul simultatem secundum locum, & secundum hoc illa sunt contigua, quorum vltima sunt simul in loco, & hoc dico in loco accidentaliter, quia vltima non sunt in loco essentialiter, sed solum per accidens, quoniam nihil est in loco essentialiter nisi corpus.

Oppositū primo de generatio ne, c. 29.

Id est inter, ad quod prius accedere aptum id quod mutatur, quam ad id, quod vltimum mutatur, secundum naturam continue subiens mutationem, atque hoc est in minimis tribus Est enim vltimum mutationis contrarium ipsum.

A *Medium vero in quod aptum natum est primum pertingere mutans, quam in quod ultimum mutat secundum naturam continue mutans. In minimis autem est medium in tribus: vltimum quidem enim mutationis contrarium est.*

Haec est tertia particula primæ partis princ. huius ca. in qua phylos. narrat quid est medium, & continet tres partes, quia in prima describit medium, & narrat qd ad minus requiritur ad hoc, quod sit mediū. In secunda ibi, [Cōtinue autem motus.] Exponit vnum vocabulum acceptum in diffinitione medij. In tertia ibi. [Contrarium autem secundū locum.] Quod prius locutus est de contrarietate dicens: medium esse inter contraria, declarat incidenter, quomodo accipienda est cōtrarietas in loco. In prima igitur parte huius particulæ phylo. declarat, quid est medium dicens, quod medium est ad quod continue mutans prius deuenit, quam in vltimū, & hoc quando illud, quod mutatur, mutatur continue secundum cursum naturalem, quoniam si non fuerit secundum cursum naturalem est possibile, quòd quiescat in medio, & tunc medium in vno motu erit illud, ad quod est vltimum motum in alio motu. Vnde illud idem, quod est medium posset esse vltimum, si autem mobile transeat ultra illud: tunc est medium, & si quiescat in illo, tunc est extremum. Et d. hic Comment. quod inter hoc idest, medium est primum, ad quod transmutatur transmutatum, cum non transmutatur ad ipsum per suam transmutationem ad aliud, nisi motus haberet motum, hæc Commen. Et intelligo, quòd mobile primo transmutatur ad medium quia si primo non transmutaretur ad medium, sed ad aliud, illud aliud esset ipsa transmutatio, per quam transmutatur ad medium. & sic ad transmutationem esset per se transmutatio, quod est impossibile, & prius reprobatum. Item notandum secundum Comment. hic, quod inter, medium est de natura eius ad quod est motus. Et intelligo, φ medium, & extremum, ad quod est motus, sunt eiusdem naturæ secundum genus, vel secundum speciem, & quomodo hoc est verum ostendit Commen. dicens sic. Quoniam si motus fuerit in loco inter, & locus, scilicet primus locus, ad quē motū mouetur, & similiter si motus fuerit in qualitate inter, tunc erit qualitas prima ad quam transmutatur transmutatū. Et addit d. quod necesse est, ut hoc sit primus locus, & quomodo est primus apparet ex hoc quod diximus, quod motus non habet motum. Quod sic intelligo, quod si illud, quod mouetur localiter, non moueretur primo ad locum, hoc non esset, nisi quia moueretur primo ad motum, per quem moueretur ad locum, sed ad motum non mouetur primo, vt declaratum est, igitur mouetur primo ad locum. Intelligendum est tamen, quod in motu locali non est dare primum locum secundum numerum, ad quem mobile mouetur, quia si sic, tunc instans esset immediatum instanti. Si enim mobile nunc sit in vno loco, vt puta in loco a, & debeat recedere ab a, si detur, quod aliquis locus sit primus locus, ad quem mouetur, sit ille locus b, tunc illud mobile in uno instanti est in a, & in alio instanti est in b. Et tunc quero, aut inter illa duo instantia sit tempus medium, vel non, si non, sequitur, quod instans in tempore est immediatum instanti, si autem detur, quod inter illa duo instantia sit tempus medium, in illo tempore medio mobile est in aliquo loco, & non in a, nec in b, igitur inter a, & b, est locus medius, & sic b, non est locus, ad quem mobile mouetur. Et propter eandem rationem dico, quod si motus fuerit in qualitate, non est dare primam qualitatem secundum numerum, ad quam transmutatur, quia sic instans esset immediatum instanti, vnde sicut inter quælibet duo instantia in tempore sunt infinita instantia media: ita inter quælibet duo loca, inter quæ potest esse motus, sunt infinita loca media, ita quod mobile non potest transire de loco in locum, nisi transeat infinita loca media. Dico tamen, quod est dare primum locum differentem secundum speciem a loco, a quo receditur, & etiam est dare primam qualitatem differentem secundum speciem a qualitate, a qua incipit motus, & hoc intendit Commen. sed non est dare primum locum secundum numerum, nec primam qualitatem secundum numerum. Intelligendum etiam est, quod hæc notificatio medij, videlicet medium est, in quod mutans, &c. non competit omni medio, quia si fiat motus de albo in nigrum, non est necesse, quod fiat transitus per omnes colores medios, ideo potest poni quædam diuisio de medio talis, scilicet quod quoddam est me-

Quid sit medium.

Notandū.

B C D

dium secundum naturam, & quoddam est medium secundum mutationem, & hæc notificatio datur de medio secundum mutationem. Et voco medium secundum mutationem illud, in quod mobile transmutatur, & hæc notificatio competit omni tali medio, quoniam omne, quod transmutatur de extremo in extremum, prius deueniet ad medium, in quod transmutatur, quam in extremum, sed non oportet, quod omne medium secundum naturam sit tale. Quod mobile prius deueniat in illud, quam in extremum, & quia medium est illud, ad quod continue, &c. ideo, vt narrat phylo. ad hoc, quod sit medium requiruntur ad minus tria, videlicet ipsum medium, & primum & vltimum inter quæ est medium. Illud autem est vltimum, quod est contrarium primo, & etiam medio aliquo modo.

Cõtinue aũt id mouetur quod nihil aut per parum rei non temporis intermittit. Nihil n. intercapedo tẽporis prohibet, fierique potest, ut post primam fidium vltima continuo sonet, sed rei in qua mouetur. Atque hoc, & in motu qui loco accommodatur, & in cæteris motionibus patet.

Tex. c. 13. *Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, non temporis. Nihil enim prohibet deficientem rei, non temporis, & statim autem post hypaten, idest primam sonare vltimam, sed rei in quam mouetur. Hoc autem & in his, quæ sunt secundum locum, & in alijs mutationibus manifestum est.*

HAec est secunda pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius ca. in qua phyl. exponit vnum vocabulum acceptum in diffinitione medij, vbi dictum est, quod medium est, in quod continue mutans, &c. Exponit igitur phyl. continuationem motus in actu, & d. quod illud continue mouetur, quod scilicet sic se habet, quod nihil, aut paucissimum rei sibi deficit, sed non temporis, hoc est ad continuationem motus requiritur necessario continuatio temporis, quoniam motus non potest esse continuum, & tempus interruptum, sed ad continuationem motus non requiritur continuatio rei secundum quam fit motus, quoniam si graue descenderet a medio aeris vsque ad terram, ille motus esset continuus, & tamen totum spatium, secundum quod mouetur, non esset continuũ, quia aer, & aqua non continuantur adinuicem. Quod autem sit possibile, tempus esse continuum re secundum quam fit motus non existente continua, apparet in exemplo phyl. Nã possibile est, statim sine interruptione tẽporis post hypaten. i. post primam chordam sonare vltimam, sed certum est, quod illi motus non sunt continui, quia non est idem mobile, nec idẽ spatium continuum, sed totum tempus mensurans istum motum est unum & continuum, & sic potest esse continuitas tẽporis sine continuitate motus, & sine continuitate rei, secundum quam fit motus, motus tamẽ nunquam est cõtinuus, nisi ipsa in quo fit motus, sit continuum.

Primum notan. Notanda sunt hic duo secundum Com. Primo, quod non est de intentione phylosophi, quod in tactu chordarum sit vnus motus continuus, sicut quidam expositores dicunt, sed illud exemplum de tactu chordarum solum ponitur ad declarandum, qualiter tempus potest esse continuum, motu non existente cõtinuo, propter diuersitatem mobilium, & rerum, secundum quas fit motus. Ait enim Com. plura mota non deficient secundum tempus, & motus eorum non est continuus

Secundũ notan. vt qui inducit neuma, quod dicitur hayn post neuma, quod dicitur ayr. Iste enim motus non deficit secundum tempus, sed deficit secundum motum. Secundo est notandum secundũ Com. quod plura mota continue deficiunt in intentione aliquantulum, vt animalia, quæ ambulant, illa vero, quæ volant aut natant, non deficiunt in intentione omnino, hæc Com. Vnde per intentionem Com. intelligit rem in quã seu secundum quam est motus, vnde in motu progressiuo animalis partes spatij, secundum quas ambulant tangit spatium, non sunt continuæ, nec contiguæ, vt patet manifeste in transitu viatorum super lapides ab inuicẽ distantes, qui non continuantur adinuicem, nec contiguantur, vocando tamen spatium totum aerem interceptũ cũ lapidibus, cõprehendendo sub nomine spatij non solum lapides, quibus animal pedes affigit, sed etiam aerem interceptum, quem animal transit, sic totum spatium supra quod fit motus est vnum vnitate continuationis, vocan-

A do tamen spatium solum illam partem spatij, cui deambulans pedes affigit, sic non requiritur continuitas, nec contiguitas: & tamen motus localis potest esse continuus. Vnde Com. vt mihi videtur, intelligit per intentionem in motu deambulationis solum illam partem spatij, cui deambulans pedes affigit, sed animalia, quæ natant aut volant non deficiunt in intentionem omnino: quoniam talia animalia tangũt spatium secundum totum nihil interruptum prætermittendo, & propter hoc d. phy. quod illud continue mouetur, cui nihil, aut paucissimum deficit, &c. Et dicitur nihil pro animalibus natantibus, & volantibus, quæ tangunt spatium continue, & secundum totum, & dicitur paucissimum pro animalibus ambulantibus, quæ non tangunt continue partes spatij, quibus pedes affigant, quia illæ partes spatij non continuantur adinuicem. Sic igitur dico, quod ad continuitatem motus non requiritur vera continuitas magnitudinis super quam est motus, veruntamen ad continuitatem motus requiritur, quod tota magnitudo, super quam est motus, habeat vnitatem continuitatis, aut contiguitatis, si enim partes non continuarentur, aut contiguarentur adinuicem, oporteret, quod inter illas partes esset vacuum medium. Sed dubitatur, quia Dubium.

B phylos. sexto huius dicens, quod motus capit continuitatem a magnitudine, super quam est motus, ergo motus non potest esse continuus, nisi magnitudo sit continua. Dico, quod per continuum possumus duo intelligere, scilicet, vel illud, cuius partes copulantur ad terminum communem, & isto modo loquendo de continuitate, non est verum, quod motus capiat continuitatem a magnitudine. Alio modo per conti- Solutio. nuum possumus intelligere illud, quod est diuisibile in infinitum per continuitatem diuisibilem in infinitum, & isto modo est verum, quod motus capit continuitatem a magnitudine, quia motus est diuisibilis in infinitum propter hoc, quia magnitudo, super quam est motus, est diuisibilis in infinitum. Vnde concedo, quod ad continuitatem motus requiritur continuitas magnitudinis, hoc est diuisibilitas magnitudinis in infinitum, & talem cõtinuitatem habet illud, quod est vnum vnitate contiguationis tantum.

Contrarium autem id est in loco, quod plurimum recta linea distat, minima enim est finita, &
C **finitum mensura.**

Contrarium autem secundum locum, est secundum rectitudinem distans plurimum. Minima enim finita. Metrum autem finitum est. Tex. c. 14.

HAec est tertia pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius cap. In qua phylos. declarat, quomodo accipienda est contrarietas in loco, & primo narrando d. Idem C. 4. quod contrarium secundum locum est, quod secundum rectitudi- phy. co. 5. nem, hoc est secundum lineam rectam distat plurimum. Vnde breuiter loca illa sunt contraria, quæ maxime distant secundum lineam rectam, hoc est, inter quæ protenditur maxime linea recta, cuiusmodi sunt superius, & inferius, & quod 17. concl. distantia inter loca debet mensurari secundum lineam rectam huius lib. declarauit, & hæc est 17. concl. huius li. quæ probatur sic. Secundum illam lineam debet mensurari distantia inter loca, quæ est minima & finita. seu una, sed linea recta protensa inter duo loca est minima linea, quæ potest protendi inter duo

D loca, & est vna, quia inter duo loca non protenditur nisi una linea recta. ergo distantia inter loca debet mensurari secundum lineam rectam, maior huius rationis apparet, quia minimum in vnoquoque genere est mensura omnium aliorum in illo genere vt scribitur 10. meta. quia quanto est mensura minor, tanto certior est, & propter hoc mensuram maiorem mensuramus per minorem, mensura etiam debet esse vna, & finita, & sic patet maior, & minor apparet, quia quælibet linea non recta, siue arcualis, vel curua protensa inter duo puncta est maior, quam linea recta protensa inter duo puncta, ut satis manifestum est, & ideo linea recta est minima linea, etiam recta est finita, idest est una inter duo loca, sed lineæ arcuales sunt finitæ, & ideo in eis non inuenitur maxima linea, nec minima, non enim potest tanta linea arcualis protrahi inter duo puncta, quin maior linea arcualis possit protrahi inter eadem puncta. Item, quacunque linea curua accepta inter duo loca multum distantia tam longam lineam curuam contingit accipere inter duo loca minus distantia, Idem C. 3. & ideo secundum lineam curuam non contingit mensurare, cæ. c. 27.

Dein-

Deinceps id est inter quod post principiũ, aut positione aut forma, aut aliquo alio definitum, & id, ad quod deinceps dicitur esse, nihil eorum cadit quæ in eodem genere sunt. Vt linea ad lineam, vel lineæ, aut unitas ad vnitatem, vel vnitates, aut domus ad domum. Nihil uero prohibet inter ipsa quippiam aliud esse. Quod enim deinceps est: ad quippiam est deinceps, & est quod posterius illo. Non enim ipsum unum ad duo, aut calendæ ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sunt.

Tex. c. 25. *Consequenter autem, quod cum post primum solum sit, aut positione, aut specie, aut aliquo sit determinatorum nullum medium est illorum, quæ sunt in eodem genere, & cuius consequenter est. Dico autem, ut linea lineæ, secundum quod sunt lineæ, aut vnitatis vnitas secundum quod sunt vnitates, aut domus domus. Aliud autem nihil prohibent esse medium, consequenter enim alicui, consequenter ac posterius aliquid. Non enim nunc consequenter ex duobus, neque noua Luna secundæ consequenter, sed hæc illis.*

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus narrat, quod est consequenter ens, & continet tres partes; quia in prima phylosophus describit consequenter ens. In secunda ibi. [Habitum autem.] Determinat de habitu, quia in eius diffinitione ponitur consequenter ens. In tertia ibi. [Quoniam autem omnis mutatio.] Quia iam locutus est de medio narrat, inter quæ opposita est mediũ. In prima igitur parte huius particulę phylosophus narrat, quid est consequenter ens: dicens, quod illud est consequenter alteri, quod est post alterũ sine medio eiusdem generis, & hoc contingit multipliciter, scilicet, aut positione, ut si vna domus sit consequenter post aliam, quia nulla est domus media, quamuis aliæ res forte sunt mediæ, aut contingit hoc secundum speciem, ut patet in numeris, qui secundum speciem differunt; quoniam dualitas est consequenter ens vnitati, & trinitas dualitati, cum vnũ sit post aliud sine omni medio eiusdem generis, hoc est sine omni medio de genere numeri. Vnde posterius est consequẽter ens priori, si nullum sit medium eiusdem generis, sed prius non est consequenter ens posteriori, quia vnitas nõ est consequenter ens ad dualitatem: sed econuerso, nec est noua Luna consequenter ens ad secundam: sed econuerso. Intelligendum, quod ad hoc, quod aliqua duo sint consequenter entia requiruntur tria. Primum est, quod illa, quæ sunt

Primum requisitũ. entia consequenter sint ordinata adinuicem secundum prius, & posterius, & hoc secundum situm, vel secundum speciem.

Secũdum. Secundum, quod requiritur est, quod inter illa non sit mediũ eiusdem generis secundum, quod genus dicitur vnum consequenter ens alteri. Tertium vero, quod requiritur est quod

Tertium. illud, quod est consequenter ens ad aliud sit posterius illo in in illo ordine, in quo illud est consequenter ens ad aliud: & ideo duo non se habent consequenter ad tria, sed econuerso.

Hærens autem, idest, quod deinceps est. atque insuper tangit. D

Tex. c. 26. *Habitum autem est, qđ consequenter est, cum tãgat.*

HAec est secunda pars quartæ particulę primæ partis principalis huius capituli, in qua narratur, quod est, esse habitum dicens: quod illud est habitum alteri, qđ est consequenter alteri, & tangit ipsum. Vnde est secundum, quod in textu, quem exponit Commẽt. habetur sese, vbi in textu nostro habetur habitum, vnde idem est habitum, & sese. Intelligendum etiam est, quod duæ conditiones requiruntur ad hoc, quod aliqua fiot habita, vel sese, una est quod tangunt se, alia est quod sint eiusdem speciei.

Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis: hæc autem sunt contraria, & nihil est medium

A contradictionis: patet ipsum, quod est, inter in cõtrarijs ipsis esse.

Quoniam autem omnis mutatio in oppositis est, opposita autem contraria, & quæ secundum contradictionem sunt, contradictionis autem nihil medium, manifestum est, quod in contrarijs erit medium.

HAec est tertia pars quartæ particulę primæ partis principalis huius capituli, in qua incidentaliter narratur inter quę opposita inuenitur medium dicens. Cũ omnis mutatio sit inter opposita, & aliqua opposita sint contraria, & aliqua contradictoria, & inter opposita contradictorie nihil est medium, manifestum est, quod medium solum est inter opposita contraria, & quia inter opposita contradictorie non est medium, manifestum est, quod inter duo contradictoria non est motus, nec etiam inter contraria immediata. Sciendum tamen, quod inter omnia contraria, est aliquod medium, & hoc, vel secundum magis, vel secundum minus, vel secundum B speciẽ, videlicet, mediũ specifice distinctũ ab vtroq; medio.

Continuum autem est, quid hærens. Dico autem tunc continuum esse, cum vtriusque fines, quibus se tangunt, unum idemque fuerunt facti, atque ut nomen significat continentur. Quod quidem esse non potest si extrema sint duo.

Tex. c. 27. *Continuum autem est quidem, quod quidem habitũ aliquid. Dico autem esse continuum, cum idem fiat, & unus vtriusque terminus eorum, quę tanguntur, & sicut significat nomen contineatur. Hoc autem esse non potest, cum duo sint vltima.*

HAec est quinta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur quod sit continuum, & continet duas partes: quia in prima describitur con- C tinuum, in secunda ibi. [Et hoc determinando.] Ostendit, in quibus inuenitur continuum. In prima igitur parte huius particulæ dicit phylosophus, quod continuum est aliquid de habitu, quoniam est pars subiectiua eius, vnde sicut habitum est inferius ad consequenter esse: ita continuum est inferius ad habitum, vnde aliquid est continuum alteri, quando facit unum cum illo, & idem est terminus vtriusque: hoc enim significat nomen: quoniam continuum idem est, quod vnum continuatum alteri, quod esse non potest, quando vltima sũt duo: & ideo oportet, quod vltima continuorum sint vnum. Notandum secundum Commentor. hic, quod in naturalibus dicimus, quod continua sunt illa, quorum vltima sunt vnũ naturaliter, ut in mẽbris continuis, & in artificialibus quando vltima eorum sunt vnum per artificium. In mathematicis autem dicimus continua, quando unum ultimum imaginatur esse commune cum eis, ut punctus, qui est communis duabus lineis, & una linea duabus superficiebus. & ista continuatio non est naturalis. & hic intendimus describere continuationem naturalem. Intelligendum est, quod sicut substantia naturalis non extenditur, nisi ad extensionem quantitatis, ita quod ipsa quantitas est extensio, seu partibilitas substantiæ, ita D substantia naturalis non habet alium terminum ultimum, quam ultimum terminum quantitatis, & ideo substantia corporea non habet ultimum terminum, nisi per accidens, & quia illa, quæ continuantur habent terminum ultimum unum, &c. ideo illa, quæ non habent per se ultimum terminum non continuantur per se, & propter hoc substantia naturalis non habet continuitatem per se. Quod igitur Commen. dicit hic, quod illa continuatio, quæ fit per unum ultimum non est naturalis, debet sic intelligi, s. quod continuatio per se per unum ultimum per se non est naturalis, quia res naturalis secundum quod huiusmodi, non habet per se ultimum terminum, nec per cõsequens habet per se continuationem, sed quantitas, quam considerat mathematicus, per se habet vltimum terminum, & ideo est continuatio per se. Vel forte intelligit, quod in rebus naturalibus etherogeneis non est vera continuatio, quæ requirit, quod ultima continuorum sunt unum: quia illa quæ sunt diuersarum rationum, & naturarum inquantũ huiusmodi, non habeant idem unum vltimum, & ideo adinuicem

Differẽtia inter continuitatẽ naturaliũ artificialiũ, & mathematicorum.

Quõ sit intelligẽdũ dictum Commẽ.

cem non continuantur, aliæ tamen res naturales homogeneæ habent idem vltimum, sed hoc est per accidens, ut dictum est.

Hoc definito patet in his esse continuum, ex quibus aptum est unum quid fieri tactu, & ut sic ipsum continuum unum, sic, & ipsum totum fore unum. Veluti clauo, uel glutine, uel tactu, uel copulatione.

Sed hoc determinato, manifestum est, quod in his est continuum, ex quibus unum aliquod aptum natum est fieri secundum contactum Et sicut aliquando fit continuum unum: sic, & totum erit unum, ut aut penetratione, aut eleuatione, aut colla, aut tactu, aut adnascentia.

HAec est secunda pars quinte particulæ primæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus narrat, in quibus inuenitur cõtinuum dicens: quod in illis rebus B inuenitur continuum, ex quibus natum est fieri unum per contactum, & sicut diuersimode ex aliquibus fit vnum continuum, sic diuersimode illud totum est vnum, vnde aliquando totum est unum penetratione, sicut clauus continuatur cum ligno, quod penetrat, & sic totum istud est vnum penetratione, aliquando totum est unum potiò, aliquando colla, aliquando tactu, aliquando insertu. Vnde intelligendum, quod dupliciter dicuntur aliqua esse continua, scilicet large, & stricte, vnde loquendo stricte de continuatione tantum: illa sunt continua, quorum vltima sunt unum: sed largè loquendo, omnia illa sunt continua, quæ faciũt unum, ita quod motus eorum est unus, sic quod vno moto oportet aliud moueri, & illo modo artificialia dicuntur continua, & etiam omnia corpora, inter quæ nullum corpus est medium, dicuntur hoc modo esse continua.

Patet etiam primum id esse, quod est deinceps. Quid enim tangit: id deinceps esse necesse est. Nõ omne autem, quod deinceps est: tangit. Quapropter ipsum deinceps esse, est: & in hisce, quæ sunt ratione priora, ueluti in numeris: tactus uero non C est. Et si continuum est, tangat necesse est. Si uero tangat: nondum continuum est non enim si simul sint extrema ipsorum, unum ipsa esse necesse est: sed si sint unum, & simul esse necesse est. Quare copulatio ultima est generatione. Tãgant.n.necesse est, si copulabuntur extrema: ea uero, q̃ tangunt, nõ uniuersa sunt copulata. In quibus ãt tactus non est, in hisce patet, nec copulationem esse.

Tex. c. 28. *Manifestum autem & quod primum consequenter. Contactum quidem enim est necesse consequenter esse. Quod consequenter autem non omne tangere. Vnde & in prioribus ratione consequenter est, ut in numeris. Tactus autem non est. Et siquidem continuum est, necesse est tangere. Si uero tangit nondum continuum est. Non enim necesse est unum esse ipsorum ultima, si simul sũt, sed si unum sunt: necesse est, & simul, quare insertus ultimus est secundum generationem. Necesse est enim D tangere, si adnata erunt ultima. Contacta autem non omnia penitus adnata sunt. In quibus autem non est tactus, manifestum est, quod non consertus in his.*

HAec est secunda pars principalis huius ca. in qua phyl. comparat adinuicem quædam prædictorum, & continet duas particulas: quia in prima comparat adinuicẽ illa tria, videlicet, consequenter, continuum, & contactum. In secunda ibi. [Quare si est unitas.] Ex differentia inter sequi, & tangere comparat unitatem, & punctum adinuicem secundum differentiam. In prima igitur particula huius partis phyl. dicit, quod illa tria. s. consequenter, contactum, & con- A tinuum ita se habent, quod omne contactum est consequenter ens, & non econuerso: quoniam in quibuscunque inuenitur contactus, in eis inuenitur consequenter ens, sed non econuerso, quia in numeris inuenitur consequenter ens: quia dualitas est consequenter ens post vnitatem, & tamen in numeris non inuenitur contactus. Similiter in diffinitione una pars est consequenter post aliam, ut differentia post genus, & tamen partes diffinitionis non tangunt se. Et similiter omne continuum est contactum, & non econuerso: quoniam quæcunque habent idem ultimum, habent vltima simul, sed non omnia habentia ultima simul habent idem vltimum, & sic consequenter ens est prius naturaliter quam contactum, quia est superius, & contactum etiam est prius naturaliter, quam contactum, quia est superius, & ex his apparet, quod inferius, idest, continuum est ultimum secundum generationem inter prædicta tria, quia est infimum, est enim inferius ad cõtactum, & contactum est inferius ad consequenter ens. Notandum, quod Commen. ponit hic ista quatuor habere ordinem secundum superius, & inferius, videlicet, consequenter ens, continuum, contiguum, & adunatum, sic quod omne cõtactum, siue contiguum est consequenter ens, & non econuerso, & omne continuum est contiguum, & non econuerso B & omne adunatum est continuum, & non econuerso. Et credo, quod per adunatum intelligit partes homogeneas facientes per se unum, & per continua intelligit omnia, quæ faciunt per se unum, siue sint partes homogeneæ siue etherogeneæ. Notandũ.

Quare si punctum est separatim, ac unitas, ut quidam dicunt, unitatem ac punctum idem esse impossibile est. Puncto enim competit tactus, unitatibus esse deinceps. Et inter illa quidem esse aliquid potest, communis enim linea est inter puncta, inter unitates autem nihil esse necesse est, nihil est enim inter dualitatem, ac unitatem.

Quare si est unitas, & punctum, qualia dicunt separata, non possibile est esse unitatem, & punctum idem. His quidem enim inest tangere, unitatibus autem consequenter. Et horũ quidem contingit esse mediũ. Omnis enim linea mediũ punctorum est. Harum autem nõ est C necesse, nullũ enim medium est dualitatis, & unitatis. Tex. c. 29. Tex. c. 30.

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ex differentia inter sequi, & tangere phylosophus ponit duas differentias inter punctũ, & vnitatem, primo tamen proponit intentionem suam. Secundo vero ponit illas differentias. Dicit igitur primo, quod ex prædictis patet, quod si vnitas, & punctus sint separata a sensibilibus, ut ponunt dicentes mathematica separata, necesse est, ut punctus sit aliud ab vnitate, immo si ita sit scilicet, qd' punctus, & vnitas sint separata, erit duplex differentia inter punctum, & vnitatem. Prima differentia est, quod puncta sũt in his, quæ nata sunt se tangere: sed vnitates non sunt in his, quæ nata sunt se tangere, quia numeri, in quibus sunt vnitates non tangunt se, sed solum se habent consequenter. Secunda differentia est: quoniam necesse est, quod inter quælibet duo puncta in eodem continuo sit aliquod medium: sed non est necesse, quod inter quaslibet duas vnitates in numero sit aliquod medium. Commen. ponit aliam expositionem quæ D talis est, quod punctus, & unitas in hoc differunt, quia omnis linea finita est inter duo puncta, ita quod propter illa puncta non resultat maior linea: sed sic non est de unitate: quoniam non est omnis numerus inter duas unitates, ita quod illæ duæ unitates non sint partes numeri. Prima differẽtia inter punctum, & vnitatem. Secunda differẽtia Expositio Commẽ.

Quid igitur est simul esse, seorsumque: quid tãgere. quid inter, atque deinceps esse. Quid est hęrens, atque continuum, & quibus horum unumquodque competit: satis iam diximus.

Quid quidem igitur est simul, & extra, & quid tangere, & quid medium, & quid consequenter, & quid habitum, & quid continuum, & in quibus unumquodque convenit: dictum est.

Hæc

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus recapitulat dicta in hoc capitulo dicens, quod ex prædictis apparet, quod illa sunt simul, quæ sunt in eodem loco primo, & illa sunt separata, quæ sunt in alio, & alio loco. Et illa tangunt se, quorum ultima sunt simul. Medium vero est, in quod continue mutans prius deuenit, quam in ultimum. Illa vero se habent consequenter, inter quæ non est medium eiusdem generis, & illa sunt habita, quæ tangunt se, & sunt eiusdem speciei. Illa autem sunt continua, quorum ultima sunt unum. Sed hic sunt duo notanda secundum Commen. Primo, quod licet esse insimul, & tangere se sint idem secundum subiectum, tamen sunt duo secundum diffinitionem, & per esse idem secundum subiectum intelligo prædicari de eodem subiecto secundum numerum: omnia enim, quæ vere affirmantur de eodem numero dicuntur idem secundum subiectum, sed tamen ille modus loquendi est falsus de virtute sermonis, & secundum intellectū Comment. est uerus, quia Commen. vtitur actu exercito pro actu significato. Vnde per esse idem secundum subiectum intelligit idem, quod prædicari de eodem subiecto. Sed quod esse insimul, & tangere non sunt idem secundum diffinitionem probat Comment. dupliciter. Primo, quia esse insimul opponitur ad esse solum, & seorsum, & tangere non opponitur ad esse solum, sed ad esse separatum. Secundo probat idem hic. In diffinitione eius, quod est tangere non apparet locus. sed in diffinitione eius, quod est esse simul apparet locus, ergo, &c.

Primum notandū.

Secundo, est notandum, secundum Comment. hic, quod sese differt a contiguo dupliciter, primo, quia sese addit supra contiguum sequens: quoniam sese est contiguum, & sequens. Secundo differt sese a contiguo: quoniam contiguatio non est nisi in magnitudinibus, aut corporibus, sed sese potest esse corpus, & potest esse non corpus. v. g. motus, aut tempus: quoniam motus est esse ad motum, & tempus ad tempus, sed tempus non tangit tempus; quoniam contingentia necessario sūt magnitudines, in naturalibus contingentia sunt corpora, in mathematicis potest esse linea, seu superficies; quare &c.

Secūdum notandū.

DETERMINATVR DE VNITATE MOTUS, Tractatus secundi, Cap. II.

Vnus autem motus multis dicitur modis. Vnū enim ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur unus est motus per prædicamenti figuras: lationes namque omnes unus genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersus.

C

Tex. c. 31.

Unus autem motus dicitur multipliciter, unum quidem enim multipliciter dicimus. Genere quidem igitur unus est, secundum figuras predicamenti. Loci mutatio, quidem enim omni loci mutationi genere una est. Alteratio autem a loci mutatione altera genere est.

ISTVD est secundum capitulum huius Tractatus, in quo tractatur de unitate motus, ostendendo quot modis aliqui motus videtur unus motus, & continet duas partes principales; quia in prima determinatur de vnitate motus narratiue. In secunda ibi. [Quoniam autē continuus.] Determinatur de vnitate motus declaratiue. Prima pars continet tres particulas: quia in prima narrat phylosophus, qui motus sunt unus motus genere. In secunda ibi. [Specie autem.] Narrat quis motus est vnus motus specie. In tertia ibi. [Simpliciter autem motus.] Narrat, quis motus est unus motus numero, & quæ, & quot requiruntur ad vnitatem numeralē motus. In prima igitur particula huius partis phylosophus narrat, quis motus est unus motus genere, primo tamen narrat phylosophus, secundum quos modos motus dicitur unus, quia, ut dicit Commen. hoc est utile, & necessarium ad prascrutandum de motu, scilicet, utrum sit unus, vel non; & dicit, quod unitas motus ostenditur multipliciter, sicut etiam unum dicitur multipliciter, ut unum genere, unum specie, & unum numero, & ita unus motus dicitur multipliciter, scilicet, unus genere, unus specie, & unus numero. Postea narrat phylosophus, qui motus sunt vnus motus genere, dicēs, quod illi motus sunt unus motus genere, qui sunt ad terminos eiusdem generis, vel eiusdem prædicamenti, & illi motus differunt genere, qui sunt ad terminos diuersorum prædicamentorum,

A

ut omnes loci mutationes sunt unus motus secundum genus, quia sunt ad terminos eiusdem generis, sed loci mutatio, & alteratio non sunt unus motus genere, sed differunt secundum genus, quia sunt ad terminos diuersorum generum. Intelligendum tamen, quod motus potest dupliciter accipi, scilicet, vel pro forma diminuta, vel pro forma in fieri, & illo modo accipitur motus secundum materiam. Alio modo accipitur motus pro acquisitione termini, id est, pro ipsa transmutatione successiua coniuncta cum tempore, & sic accipitur motus secundum formam. Vnde motus secundum materiam semper est in eodem genere cum termino ad quem, & omnis motus secundum formam est in prædicamento passionis. Dico igitur, quod accipiendo motum naturaliter, sic omnes illi motus sunt unus motus secundum genus, qui sunt ad terminos eiusdem generis, & omnes illi motus differunt genere, qui sunt ad terminos diuersorū generum, & sic loquitur phyl. hic de motu, hoc est de motu secundum materiam. loquendo autem de motu secundum formam, tunc omnes motus sunt unus motus secundum genus, quia omnes motus formaliter accepti sunt in eodem genere, scilicet, in prædicamento passionis, & sic accipiendo motum, uerum est quod nullus motus est in eodem genere directe cum termino ad quem uadit, & sic loci mutatio, & alteratio sunt unus motus secundum genus.

Motus capitur dupliciter.

B

Specie vero est unus: quando & genere est unus: & in indiuidua specie est, veluti coloris quidē sunt differentiæ. Igitur dealbatio, & denigratio diuersi sunt specie motus. Omnes igitur dealbationes eadē in specie sunt, & omnes itidem denigrationes, albedinis autem non sunt. Quapropter dealbatione omnes vnus specie motus sunt.

Specie autem unus est, cum genere unus, & indiuidua specie sit, ut coloris quidem sunt differentiæ. Iam igitur alius specie denigratio, & dealbatio. Omnis autem dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit, & omnis denigratio denigrationi. Albedini autem non amplius unde specie una dealbatio dealbationi omni.

C

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus narrat, qui motus sunt unus motus speciei, & continet tres partes: quoniam in prima narrat, qui motus sunt unus motus specie specialissima. In secunda ibi. [Si autem sunt.] Narrat, qui motus sunt unus motus specie subalterna. In tertia ibi. [Dubitabit autē aliquis.] Mouet phylosophus unam dubitationem, quæ oritur ex prædictis, & eam soluit. In prima igitur parte huius particulæ dicit phylosophus, quod illi motus sunt unus motus specie specialissimæ, quicunque sunt eiusdem generis, & ad formas eiusdem speciei specialissimę sunt, & ad formas numero distinctas, hoc est illi motus sunt unus motus specie specialissima, qui sunt ad terminos eiusdem speciei specialissimæ: sicut enim illi motus, qui non sunt ad formas eiusdem speciei specialissimæ, non sunt unus motus specie specialissima, ita illi motus, qui sunt ad formas eiusdem speciei specialissimę sunt unus motus specie specialissima, propter quod omnis dealbatio cum omni dealbatione est eiusdem speciei specialissimæ, sed dealbatio, & denigratio non sunt eiusdem speciei specialissimæ.

Quod si sint aliqua, quæ genera sunt, & species simul: patet unum quidem in illis species motum esse. Non absolute tamen specie unum: qualis est disciplina: si scientia existimationis quidem est species: scientiarum autem genus.

Si autē sunt quędam, quæ & genera simul, et species sunt, manifestū est, qd ut specie unus erit, simpliciter autē unus specie non erit, ut doctrinatio, si scientia quidē species existimationis: genus autem scientiarū aliarū.

HAec est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua phylo. narrat, qui motus sunt unus motus specie subalterna dicens: quod siquidem sunt

sunt, quæ simul sunt genera, & species, manifestum est, quod non omnis motus ad talia sunt vnus motus specie simpliciter, hoc est, non sunt unus motus specie specialissima, ut si opinio sit genus ad scientiam, & scientia sit genus ad alias scientias, ut ad Physicam, Metaphysicam, & huiusmodi, est manifestum, quod non omnes doctrinationes, quibus acquiruntur scientiæ, sunt vnus motus specie specialissima, quia doctrinatio, qua acquiritur Physica, & doctrinatio, qua acquiritur Methaphysica, non sunt vnus motus specie specialissima, omnes tamen doctrinationes sunt unus motus specie subalterna, vnde breuiter, omnes illi motus sunt unus motus specie subalterna, qui sunt ad formas eiusdem speciei subalternæ. Notandum, quod Comment dicit hic, quod causa, propter quam quidam motus sunt diuersi secundum speciem, & conueniens secundum speciem, est diuersitas eius, ad quod est motus in specie, aut eius conuenientia in specie. Verbi gratia, quia colores, qui sunt fines motuum, qui sunt in coloribus diuersis in specie, sunt diuersi in specie, & qui sunt in coloribus conuenientibus in specie, sunt conuenientes in specie. Verbi gratia: quoniam nigrefactio est ire ad nigredinē, & albefactio est ire ad albedinem, & nigredo differt ab albedine in specie, ideo nigrefactio, quæ est motus ad nigredinem, differt in specie ab albificatione, quæ est motus ad albedinē, & quia hęc albedo conuenit in specie cum alia albedine demonstrata: ideo hæc albificatio conuenit cum hac albificatione in specie, hæc Comment. Vnde per hæc verba videtur, qđ Comment. velit dicere, quod ad hoc, quod aliqui motus sint eiusdem speciei, sufficit, & requiritur, quod termini illorum motuum sint eiusdem speciei. Dico tamen, quod intelligēdo per terminum illud, quod vltimo acquiritur per motum, distinguendo terminum totaliter a medio, per quod fit motus, sic dico, quod ad hoc, quod aliqui motus sint eiusdem speciei, non sufficit, quod termini illorum motuum sint eiusdem speciei, sed cum hoc requiritur, quod media, per quæ fiunt motus, sint eiusdem speciei, ut videbitur in parte statim sequēte: intelligendo tamen per terminum totum, in quod mobile transmutatur, scilicet, tam medium, quam etiam vltimum terminum, sic dico, quod ad hoc, quod aliqui motus sint eiusdem speciei, sufficit, quod termini sint eiusdem speciei, & hoc intelligit Commentator hic.

Consimile infra t. c. 35.

Dubitauerit autem quispiam, si unus sit specie motus, cum ex eodem idem in idem mutatur, ueluti punctum unum ex hoc loco in hunc locum, iterum, iterumve. At si sic conuersio, rectaque latio idem erunt specie motus, & uolutatio item, ac ambulatio.

Tex. c. 32. *Dubitabit aūt aliquis, si specie unus motus sit, cum ex eodem idem in idem mutetur, ac unum punctum ex hoc loco in hunc locū iterū, iterum. Si autē hoc est: erit circulatio rectitudini eadem, & uolutatio ambulationi.*

Ista est tertia pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus mouet, & soluit vnam dubitationem, quæ oritur ex prædictis, dubitatio igitur est illa, nam dictum est, quod illi motus sunt vnus motus specie, qui sunt ad terminos eiusdem speciei. Hoc non videtur uerum, quia idem mobile in temporibus diuersis potest moueri ab eodem termino ad eundem terminum specie super lineam rectam, & super lineam circularem, ergo si omnes illi motus essent eiusdem speciei, qui sunt ad eundem terminum specie: sequeretur quod motus rectus, & motus circularis essēt eiusdem speciei, consequens est falsum, ergo & antecedens. Similiter uolatio, & ambulatio essent eiusdem speciei, quia illa possunt esse ad eundem terminum secundum speciem, quod est falsum, igitur &c.

Dubium.

An definitum est diuersum esse motuum, si id, in quo fit motus specie, sit diuersum. Circumflexum autem a recto specie differt, genere igitur specieve motus hoc pacto est unus.

Tex. c. 33. *Aut determinatum est id, in quo est, si alterum est specie, quoniam alter motus est, circulare autem a recto: alterum specie est. Genere quidem igitur & specie, motus unus sic est.*

Hanc dubitationem soluit phylosophus dicens, quod ad hoc, quod aliqui motus sint eiusdem speciei, non sufficit, quod vltimum. i. termini illorum motuū sint eiusdem speciei, sed oportet addere, quod illud, in quo est motus, sit unius speciei, nunc uero linea recta, & linea circularis non sunt unius speciei, & ideo motus facti super lineam rectam, & super lineam circularem non sunt eiusdem speciei. Quod igitur prius dixit phylosophus. s. q illi motus sunt eiusdem speciei, qui sunt ad terminos eiusdem speciei: intelligi debet de terminis totalibus, intelligendo per terminum totalem totum medium cum ultimo termino. Vnde dicit Cōmen. hic, q illud, in quo est motus, cum fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie, hoc est illi motus differunt specie qui sunt per media differentia specie. Sed hic occurrunt duo dubia. Primum est, quia non videtur, quod illi motus differāt specie, qui fiunt per media differentia specie: quoniam si sic, sequeretur, q motus ad aliquam albedinem per pallidum medium, & motus ad albedinem per medium rubeum, non essent eiusdem speciei, quia media, in quibus fiunt illi motus, non sunt eiusdem speciei, quod est falsum, quia Phylosophus, & Comment. hic dicunt, q omnis dealbatio cum omni dealbatione est eiusdem simpliciter, hoc est eiusdem speciei specialissimæ. Secunda dubitatio est super hoc, q phyl. dicit. s. quod linea recta, & linea circularis non sunt eiusdem speciei. Hoc non videtur uerum, quia illa eadem linea, quæ est recta, potest fieri circularis, & econuerso, sed impossibile est idem numero esse aliqñ in una specie, & aliquando in alia, ergo linea circularis, & linea recta non differunt specie. Ad primam dubitationem est duplex modus dicendi. Vnus modus dicendi est, q cum aliquid mouetur ad albedinem continue statim inducitur albedo, ita quod albedo est continue forma, secundum quam fit motus, & secundum hoc omnes dealbationes sunt eiusdem speciei, quia in omni dealbatione forma, secundum quam, est una secundum speciem, & forma, secundum quā fit motus, dicitur esse medium, in quo est motus, & secundum hoc si fiat unus motus a rubedine in albedinem, & alius a pallore in albedinem, isti motus sunt eiusdem speciei, & media, secundum quæ fiunt, sunt eiusdem speciei: sed ista media non sunt rubedo, & pallor, sed medium in vtroque motu est albedo imperfecta tendens ad perfectionem. Et sic soluitur prima dubitatio secundum hunc modum dicendi: & hæc videtur esse opinio Commen. Secundus modus dicendi est, q quando fit motus inter formas specie differentes, ut si fiat motus a nigro in album, uel a pallido in album, non inducitur forma, ad quam est motus, nec aliquid de specie formæ, ad quam est motus ante ultimum terminum motus, quod potest tripliciter patere. Primo sic, si aliquid de specie formæ, ad quam est motus, induceretur statim in principio motus, ut dicit alia opinio, tunc omnis alteratio esset inter formas eiusdem speciei, quia si fiat alteratio a nigro in album, statim cum alteratio est, albedo est inducta, licet imperfecta, sic semper durante alteratione transmutabile transmutaretur ab albedine imperfecta ad albedinem perfectam, & ita vniuersaliter omnis alteratio esset a forma imperfecta ad formam imperfectiorem in eadem specie, quod est falsum, & contra phylosophum. Sed forte diceretur quod quamuis talis motus sit secundum formam imperfectam de specie termini ad quem, non est tamen a forma imperfecta tanquam a termino a quo, sed est a forma contraria alterius speciei a specie termini ad quem, & sic non omnis alteratio esset inter formas eiusdem speciei. Sed sine dubio adhuc sequitur idem, quod prius. s. q omnis alteratio est eodem modo inter formas eiusdem speciei, & probatur, quod hoc sequatur, quia si fiat alteratio a minus albo ad magis album, ista alteratio est secundum albedinem, & est a nigredine, quæ est in minus albo, secundum illam opinionem, quia non est minus album, nisi per admixtionem nigredinis, sicut igitur alteratio, quæ est a nigro in album, est in albedine tanquam in medio, & nigredine, ita alteratio, quæ est a minus albo ad magis album est a nigredine, & secundum albedinem, siue in albedine tanquam in medio. Secundo probo idem, quod prius. s. quod non est uerum, quod statim in principio motus inducatur aliquid de specie termini ad quem est motus, quia si sic, tunc motus ab albo in nigrum per omnes species medias coloris esset unus motus, & secundum speciem, & etiam continuus, consequens est falsum, igitur & antecedens, falsitas consequentis apparet, quia

Solutio.

Primum dubium.

Secundum dubium.

Ad primū.

Iterum ad primum.

Prima probatio.

Notandū.

Secunda.

si fiat

si fiat motus ab albo in fuscum, & a fusco in pallidum, & a pallido in rubeum, & a rubeo in nigrum, prima pars motus, scilicet, quæ est de albo in fuscum, est defuscatio. Secunda vero pars, quæ est a fusco in pallidum est pallificatio. Tertia autem pars, quæ est a pallido in rubeum est rubefactio, & motus a rubeo in nigrum est denigratio, sed manifestum est, quod ex istis motibus non fit vnus motus, & continuus secundum speciem, cum isti motus differant specie, & sic apparet falsitas consequentis, consequentia vero apparet, quia si aliquid de specie termini ad quem in principio motus induceretur, tunc forma sec̃m quam esset eadē sec̃m speciem, & terminus idem sec̃m speciē, ergo totus motus esset vnus, & idem sec̃m speciē. Tertio vero potest idem probari sic. Si fiat motus a fusco valde remisso ad album, certum est, quod fuscedo intenditur in aliqua parte illius motus: sed sec̃m illam formam secundum quam intenditur fit motus, & illa forma est medium, in quo est motus, ergo & eodem modo si a pallido remisso ad album fiat motus pallidum intenditur & per consequens est mediū, in quo est motus, ergo isti motus differunt specie, ex quo fiūt in medijs differentibus specie, & cum vterque istorum motuū sit dealbatio: sequitur, q̃ non omnis dealbatio cum omni dealbatione est eiusdem speciei: ideo videtur, quod ille secundus modus sit probabilior, quam primus. Quod igitur dicūt phyl. & Comment. quod omnis dealbatio est eiusdem speciei cum omni dealbatione. Dico, quod verum est, si fiant per media eiusdem speciei, & aliter non est verum. Et si dicatur, q̃ sec̃m illud dealbatio, & denigratio essent eiusdem speciei, & hoc si fiant per media eiusdem speciei. Vnde si fiat vnus motus a pallido in album, & alius motus a pallido in nigrum, ex quo motus non est aliud, quam formā imperfecta sec̃m quā mobile transmutatur, & formæ, sec̃m quas fiunt illæ transmutationes, sunt eiusdem speciei, videtur, q̃ isti motus sunt eiusdē speciei, & tunc dealbatio, & denigratio erunt eiusdem speciei, & tamen non omnes dealbationes sunt eiusdem speciei, qđ videtur inconueniens: quia magis conueniunt quæcūque duæ dealbationes, q̃ dealbatio, & denigratio. Ad illud pōt dici, q̃ ad vnitatem specificam motus requiritur vnitas specifica medij, & etiā vnitas specifica termini ad quem: qm̃ terminus ad quē est motus est intrinsecus motui, ut visum est in primo capitulo primi Tractatus huius quinti, nec est motus solum formā sec̃m quam mobile transmutatur: sed intrinsece includit, tam formā sec̃m quam transmutatur, quam etiam formam ad q̃ transmutatur, & hoc loquendo de motu secundum materiam, de quo phyl. loquitur in hoc quinto. Potest tamen dici, quod dealbatio materialiter acceptā potest duo dicere. s. uel solum formam imperfectam secundum quam mobile tendit ad albedinem, uel formam imperfectam tendentem ad albedinē vna cum albedine. Et eodem modo dico de denigratione, primo modo non est inconueniens concedere, quod dealbatio, & denigratio acceptæ secundum materiam sint eiusdem speciei, quia hoc non est aliud dicere, quam dicere, quod media per quæ acquiritur albedo, & nigredo sunt eiusdem speciei, & hoc est satis possibile. Secundo modo est inconueniens dicere, quod dealbatio, & denigratio sunt eiusdem speciei, scilicet secundum quod includunt, tam medium, quam terminū. Et si quæratur, qui motus secundum formam sunt eiusdem speciei, & qui non. Dico, quod phyl. in hoc quinto non loquitur de vnitate motus secundum formam. motus enim secundum formam non capit vnitatem secundum genus, vel secundum speciem ex termino ad quem: nam alteratio, & loci mutatio formaliter acceptæ sunt in eodem prædicamento, scilicet in prædicamento passionis per se, ut p̃ [illegible] per Comment. & ita sunt vnius motus secundum genus, & tamen non sunt ad terminos eiusdem prædicamenti: sed forte per reductionem motus secundum formam habet vnitatem, vel diuersitatem sec̃m genus, & speciem ex termino ad quem est, & est in eodem genere, & in eadem specie, & indirecte cum termino ad quem, per se tamen & directe omnis motus secundum formam est in genere passionis. Ad secundam dubitationem dico, quod linea recta, & linea circularis quantum ad ex parte lineæ sunt eiusdem speciei, quia linea, quæ est recta, potest fieri circularis, & econuerso: sed quantum ad figuras differunt specie, quia rectitudo, & curuitas differunt specie, & hoc intelligit, hic phylosophus: & potest poni exēplum: homo albus, & homo niger quantum ad subiecta sunt eiusdem speciei, sed quantum ad qualitates importatas per album, & nigrum differunt specie. Vnde in omnibus talibus concretis accidentalibus est distinguendum, quia termini possunt accipi pro eo, quod formaliter significant, uel pro eo, quod accidentaliter denominant. vnde si isti termini, scilicet linea recta, & linea circularis accipiātur pro his, quæ formaliter significant, sic verum est, quod linea recta, & linea circularis differunt specie, quia sic accipiuntur pro figuris istis, vel pro aggregatis ex lineis, uel figuris, si vero accipiantur pro his, quæ accidentaliter denominant, sic accipiuntur pro subiectis istarum figurarum, scilicet pro ipsis lineis, illo modo est falsum dicere, quod linea recta, & linea circularis differunt specie, hæc diuisio est euidentior de recto, & de curuo.

Tertia. (margin, beside "Tertio vero potest idem probari sic")

Dubium. (margin, beside "Et si dicatur")

Ad dubiū. (margin, beside "Ad illud pōt dici")

Ad sec̃m. (margin, beside "Ad secundam dubitationem")

Absolute autē his vnus est motus, qui subā, & numerus vnus est. Sed quisnam sit talis patebit facta diuisione. Tria n. numero sunt circa quæ motū dicimus esse. Qđ: in quo: & qñ. Dico autē hoc pacto: esse enim quippiam quod mouetur necesse est, velut hominem, aut astrū. Et in aliquo hoc moueri: ceu in loco, aut in effectu. Et quando. Omne enim quod mouetur in tempore mouetur.

Simpliciter autem vnus motus est, qui subā quidem vnus, & numero est. Quis autem huius sit, manifestum est diuidentibus. Tria enim sunt secundum numerum, circa quę dicimus motum vnum, quod, & in quo, et quādo. Dico autem quod: quoniam necesse est aliquid esse quod mouetur, ut hominem, aut astrum. Et in aliquo hoc moueri, ut in loco, aut in passione, & quando. In tempore enim omne mouetur. Tex. c.34.

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capi, in qua phyl. ostendit, quis motus est vnus simpliciter, hoc est, quis motus est vnus numero, & continet duas partes, quia in prima ostendit quæ, & quot requiruntur ad vnitatem numeralem motus. In secunda ibi. s. Socratem quidem. Mouet, & soluit quasdam dubitationes. In prima igitur parte huius particulæ phyl. facit tria, quia primo narrat, quæ, & quot requiruntur ad vnitatem numeralem motus. Secundo ostendit, quod illa, quæ requiruntur ad vnitatem numeralem motus, non requiruntur ad vnitatem motus secūdum genus, uel secundum speciem. Tertio vero ostendit qualis est vnitas mobilis, quæ requiritur ad vnitatem numeralem motus. Primo igitur dicit phyl. quod ad sciendum, quis motus est vnus simpliciter, & secundum substantiam, idest, secundum naturam suam, siue quis motus est vnus numero, quod idem est, oportet considerare nobis diuidentibus, supple, ea, quæ exiguntur ad vnitatem numeralem motus, quæ sunt tria secundum numerum, videlicet, quod hoc est mobile, & in quo, hoc est illud, quod acquiritur per motum, & quando hoc est tempus: vnde ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas numeralis mobilis, & vnitas numeralis termini, ad quem est motus, & vnitas numeralis temporis; oportet enim quod tempus sit vnum non interruptum, quod autem requiratur quod, idest, mobile: patet: quia necesse est ad hoc, quod sit motus, ut aliquid moueatur, ut homo, uel astrum, uel aliquid aliud mobile, quod etiam requiratur in quo, idest, terminus ad quem, patet, quia necesse est, ut mobile moueatur in loco, uel in passione s. ad quantitatem, uel saltem ad aliquid, quod etiam requiritur quando, idest, tempus apparet, quia omnis motus est in tempore.

Ad vnitatē numeralem motus tria requiruntur. (margin)

Esse igitur genere, aut specie vnum, in ipsa re, in quā sit motus consistit: Hærere aūt in tempore erat. At esse simpliciter vnum in vniuersis hisce cōsistit. Etenim id, in quo fit motus, vnum & indiuiduum esse oportet. Veluti formā, & tempus vnū esse, & non intercapedinem fieri. Et id, quod mouetur, vnum non per accidens esse, ut album nigrescere, & Coriscum ambulare. Vnum autem est Coriscum ac album, sed per accidens.

Horum autem genere quidem, aut specie esse vnum est in re, in qua mouetur: Habitum erat in tempore. Simpliciter autem vnum in omnibus his est. Et namque in quo est, vnum oportet esse, & indiuisibile, aut specie. Et ipsum quando, vnum tempus, & non deficiens. Et quod Tex. c.35

moue-

mouetur unum esse: non secundum accidens, ut album nigrum fieri, & Coriscum ambulare, unde autem est Coriscus, & album, sed secundum accidens.

CVm phylosophus narrauit, quod prædicta tria requiruntur ad vnitatem motus secundum numerũ, narrat, q͂ prædicta tria non requiruntur ad vnitatem motus secundum genus, uel secundum speciem, non enim ad vnitatem motus secundum genus, uel secundum speciem requiritur unitas mobilis, uel temporis. sed tantum penes vnum horum trium, scilicet penes vnitatem illius, in quo est motus, attenditur unitas motus secundum genus, uel secundum speciem, vnde si illud, in quo est motus, sit unum secundum genus, uel secundũ speciem motus erit unus secundum genus, vel secundum speciẽ: & si illud in quo est motus, sit distinctum genere, uel specie, motus erunt distincti genere, uel specie, licet enim mobilia sint differentia specie, uel genere, non propter hoc oporset, quod motus distinguãtur genere, uel specie: possunt enim mobilia differentia specie moueri eodem motu secundum speciem, ut patet manifeste, nec etiam accipitur vnitas specifica penes tempus, quamuis habitum sit in tempore, hoc est quãuis illud accipiatur penes tempus, scilicet quod unus motus sit post alium, & sic unitas motus secundum genus, uel secundum speciem non accipitur penes ista tria, sed penes unum tantum, sed unitas numeralis accipitur penes omnia ista tria, scilicet penes vnitatem numeralem mobilis, & temporis, & termini ad quem. oportet enim, quod illud, in quo est motus sit unum numero. debet enim esse indiuisibile, sic quod non diuidatur in duo non facientia unum. Hæc Comment. necesse est, ut illa natura, in qua est motus sit una in numero. scilicet indiuiduum demonstratum illius naturæ. Et postea dicit, quod est necesse in uno motu secundum numerum, ut illud, in quo est motus, scilicet materia motus, sit unum numero, hæc Commẽ. Et ego intelligo per materiam, in qua terminum ad quem est motus. terminus enim motus dicitur materia, ad quam, uel in qua est motus. Ad hoc enim quod motus sit unus numero requiritur, quod terminus ad quem est sit unus numero, similiter tempus debet esse vnum non deficiens, idest, debet esse cõtinuum non interruptum sic, quod non cadat quies media in aliqua parte temporis. Illud etiam quod mouetur debet esse vnum. Postea phylosophus ostendit, qualis est vnitas mobilis, quæ requiritur ad vnitatem numeralem motus, & etiam, qualis debet esse vnitas termini ad quem. Et primo narrat phylosophus, quod ad vnitatem numeralem motus requiritur unitas mobilis per se, ita quod ad hoc, quod motus sit vnus numero requiritur, quod mobile sit unum per se non per accidens: quoniam Sortes albus est unum ens per accidens: talis enim vnitas per accidens ipsius mobilis non sufficit ad vnitatem numeralem motus. Et rationem huius assignat Commen. dicens sic. In hoc, quod motus sit unus numero, necesse est, ut res mota sit una numero, non per accidens: quoniam si fuerit una per accidens, tunc erit possibile, ut moueatur duobus motibus insimul in eodem tempore. Verbi gratia. Quoniã album, & Sortes sunt idem per accidens, quia accidit, quod Sortes sit albus: ideo possibile est, vt hoc per accidens unum moueatur duobus motibus insimul, scilicet, ut nigrescat secũdum quod est albus, & ambulet secundum quod est Sortes, hæc Comment. Et intendit, quod subiectum proprium unius motus secundum numerum debet esse unum per se. Si enim sit unum per accidens, non est proprium subiectum unius motus, sicut, quia Sortes albus est unum per accidens: ideo non est proprium subiectum ambulationis, nec nigrefactionis: sed Sortes est proprium subiectũ ambulationis, & album est proprium subiectum nigrefactionis, unum autem & idem proprium subiectum, & per se alicuius motus, non potest per se secundum quod tale moueri pluribus motibus simul. Et etiã sciendum quod idem motus numero potest esse in diuersis subiectis per accidens illius motus. Idem enim motus numero simul est in Sorte albo, & in Sorte musico. tamen idẽ motus numero non potest esse in diuersis subiectis per se, & ita, dicunt phylosophi, est verum, videlicet, quod ad vnitatem numeralem motus requiritur unitas numeralis per se subiecti, siue per se mobilis, & hoc est, quod phyl. narrat de unitate mobilis, videlicet, quod si motus sit unus numero oportet, quod mobile sit per se unum.

Neque commune. Fieri enim potest, ut duo simul homines eadem sanatione sanentur, ex oculorum morbo in sanitatem eorundem pergentes. At non unus motus hic est, sed specie unus.

Neque commune: esset enim duos homines simul sanari secundum eandem sanitatem, ut opthalmia, sed non unus hic est, sed specie unus est.

DEinde declarat phyl. qualis debet esse unitas termini ad quem est motus, & probat, quod ad unitatem numeralem motus non sufficit unitas numeralis temporis cum vnitate specifica termini ad quem: sed requiritur unitas numeralis termini ad quem, & hæc est decimaoctaua conclusio huius libri, quæ probatur sic. Possibile est, quod duo homines in eodem tempore moueantur ad eandem formam secundum speciem, ut scilicet ad sanitatem oculorum, si igitur unitas numeralis temporis cum unitate specifica termini ad quem sufficeret ad unitatem numeralẽ motus, sequeretur, quod isti duo homines sanarentur eadem sanatione secundum numerum, consequens est impossibile, ergo & antecedens, & per consequens suum oppositum est uerum, scilicet quod ad unitatem numeralem motus non sufficit unitas numeralis temporis cũ unitate specifica termini ad quem: sed etiam requiritur unitas numeralis termini ad quem. Intelligendum est hic secũdum Lyncon, quod licet prædicta tria, scilicet unitas numeralis termini ad quem: unitas numeralis mobilis, & unitas numeralis temporis, requirantur ad unitatem numeralem motus: tamen una cum hoc requiruntur alia duo ad unitatem numeralẽ motus, scilicet unitas numeralis termini a quo est motus, & unitas numeralis uiæ mediæ, per quam est motus. Et dicit, quod phyl. tangit unitatem numeralem horum trium, scilicet, rei acquisitę per motum, & eius a quo est motus, & uiæ mediæ, per hoc quod dicit. Et in quo unum, & si istud habeat veritatem, scilicet quod in omni motu requiritur unitas numeralis uiæ mediæ, tunc dicerem, quod in motu alterationis uia media inter terminum a quo, & terminum ad quem non est aliqua una qualitas secundum numerum manens in mobili a principio motus usque in finem, sed uia media est tota latitudo graduum, quæ est inter terminum a quo, & inter terminum ad quem, & illa est una numero, si motus sit unus numero. Credo tamen melius, videlicet, quod in motu alterationis non requiritur unitas numeralis medij. Intelligendum est etiam, quod ad unitatem numeralem motus requiritur vnitas numeralis motoris, ita quod si sint plures motores, qui successiue moueant, scilicet, unus post alium, motus non erit unus numero, ut patet per phylosophum octauo huius, tex. tu Commen. 85. qui dicit, quod motus proiectionis non est unus eo, quod in illo motu non est unum mouens tantum. Et phylosophus hic tangit unitatem numeralem motoris, & mobilis per hoc, quod dicit, quod unitas numeralis mobilis requiritur, & hoc ideo quia Arist. nondum declarauit, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio, sed illud declarabit in septimo, & etiam in octauo huius. ideo phyl. usque ad septimũ huius loquitur indistincte de motore, & mobili, & sic hic sub mobili comprehendit utrumque, scilicet, mobile, & etiam ipsum motorem, &c.

Decima octaua conclusio huius libri.

Lyncon.

Tex. c. 34.

Si Socrates autem eadem alteratione specie diuersis temporibus alteratur: si corruptum iterum unum numero fieri potest, erit & hæc alteratio vna, sin non potest: erit eadem specie, sed non numero una.

Socratem autem secundum alterationem eandem alterari in specie, in alio autem tempore, & iterum in alio, si quidem contingit corruptum iterum unum fieri numero, erit & hic unus: si uero non: idem quidem, unus autem non. Tex. c. 36.

HAec est secunda pars tertiæ particulæ primæ partis principalis huius, in qua phyl. mouet, & soluit quasdam dubitationes, & continet duas particulas. Quia in prima mouet, & soluit unam dubitationem. In secunda ibi: [Habet autem dubitationem.] Mouet, & soluit aliam dubitationem consimilem primæ. In prima igitur particula huius partis phylosophus mouet unam dubitationem, unum dictum est prius, quod ad unitatem numeralem motus requiritur unitas

temporis

temporis non interrupti. Sed super hoc inducitur dubitatio, quia non videtur, quod requiratur vnitas temporis non interrupti, quia si Socrates primo moueatur ad sanitatem, deinde quiescat: postea iterum moueatur ad sanitatem: isti motus videntur esse idem numero, & tamen tempus non est idem numero. ergo ad unitatem numeralem motus non uidetur requiri vnitas numeralis temporis non interrupti. Ad istam dubitationem respondet phyl. dicens, quod si contingat Socratem alterari eadem alteratione secundum speciem in diuersis vicibus, & simul, cum hoc possibile sit illud, quod est corruptum, postea redire vnum numero: tunc primus motus, & secundus motus sunt idem motus numero, & tamen tempus non est idem numero, si uero illa qualitas, quae corrupta est, non potest redire eadem numero, tunc motus primus, & secundus erunt idem motus specie, sed non erunt idem motus numero. Notandum secundum Com. hic, quod phyl. forte intendit per hanc quaestionem venire ad quaestionem de motu continuo, quomodo motus est continuus, cum in hoc, quod in omni motu quaedam pars corrumpitur, & quaedam alia generatur, & cum corruptum non reuertatur, non erit vnus motus numero, haec Commen. Et huic dubitationi, si inducatur de motu continuo, respondet Com. dicens, quod differentia est inter partes motus continui, & motus, qui reuertuntur vnus post alium, quia in his motibus in actu: quorum vnus fit post alium generatum, & corruptum vtrunque distinguitur a reliquo per quietem interiacentem, sed in motu continuo generatum non distinguitur a corrupto, scilicet per quietem mediam, neq; demonstratur, supple, in actu, sed est vnum numero. Possibile est igitur dicere secundum hoc, quod motus continuus est unus numero, sed non magis diminuto, quam modo, quo dicimus in requiescente ipsam esse unam secundum numerum haec Com. Prima tamen expositio est melior, videlicet, quod quaestio intelligatur de motibus interruptis per quietem mediam .s. an tales possint esse idem numero, cum tempus non sit idem numero. Vnde solutio est illa, quod tales motus interrupti non sunt idem motus numero: quia qualitas, vel forma corrupta non potest redire eadem numero, si tamen esset possibile eandem qualitatem numero postquam corrupta est redire, tunc idem motus numero postquam est corruptus posset redire.

Prima dubi.

Ad primã dubi.

Notandũ.

Existit autem huic similis dubitatio, si vna sit ipsa sanitas, & habitus ipsi omnino, atque effectus in corporibus ipsis: necne.

Tex.c. 37.

Habet autem dubitationem huic similem, & vtrum vna sanitas, & omnino habitus, & passiones substantiae sint in corporibus.

HAec est secunda particula huius partis: in qua phylo. mouet, & soluit aliam dubitationem similem priori, & primo mouet quaestionem. Secundo uero ibi. [Nisi quod intantum differt.] soluit illam quaestionem. Dicit igitur phylosophus primo, quod priori dubitationi, quae est de formis successiuis est quaedam alia dubitatio consimilis de formis permanentibus quae dubitatio est ista.; Vtrum formae permanentes, quae sunt in subiectis continue transmutatis maneant per tempus eędem numero uerbi gratia. Sanitas habet esse in substantia passibili, & continue transmutabili tanquam in subiecto. Est igitur quaestio utrum sanitas, quae est in Sorte hodie, sit eadem numero cum sanitate, quae fuit heri in Sorte. Et vniuersaliter, vtrum formae, quae sunt in substantia transmutabili maneant eędem numero per aliquod tempus.

Secunda dubit.

Ea namque, quae habent mouere, fluereque videntur.

Moueri namque videntur habentia, & fluentia.

ET arguit phylo. probando, quod talis forma non manet eadem numero per tempus, & primo sic. Illa forma, cuius subiectum fluit, & transmutatur, non manet eadem numero, sed subiectum sanitatis cuiuslibet formae accidentalis corruptibilis fluit, & transmutatur, igitur nec sanitas, nec aliqua talis forma manet eadem numero.

Probatio primę du.

Si eadem igitur, atque una sit mane, & nunc sanitas: cur & cum rursus quispiam amissam recuperauerit, & haec & illa non vna numero erit? Est enim eadem ratio.

Tex.c. 38.

Si enim eadem & vna quae diluculo, & nunc sanitas: quare non & cum deficiens accipiat iterum sanitatem, & hęc & illa vna numero erit? Eadem enim ratio est.

SEcundo probat idem sic. Si sit eadem sanitas in Sorte hodie, quae heri fuit, eadem ratione si Sortes heri fuit sanus, & postea perdidit sanitatem. & hodie recuperet sanitatem, eadem numero erit sanitas heri perdita, & hodie recuperata. eadem enim ratio est, vt uidetur, sed hoc est falsum, quia sic corruptum reuerteretur idem numero, quod est inconueniens.

Probatio secundae dubi.

Verũ hoc interesse videtur, quod si habitus sint duo: duo erunt & ipsi actus, sicut si actus sit vnus, & habitum vnum esse necesse est. Vnus enim actus numero: vnus numero habitus est. At si habitus sit vnus. Non fortasse quippiam videbitur vnus etiam actus esse. Cum enim cessauerit quispiam ambulare, non est ipsa ambulatio. Rursus autem ambulante erit. Quod si una & eadem est, idem ac unum, & corrumpi, & esse persepe potest. Hae igitur dubitationes extra praesentem considerationem esse videntur.

Nisi quod intantum differunt. Quia si quidem duo idẽ, sicut numero vnus, & habitus, esse necesse est, vnus enim numero actus vnius numero est, si vero habitus vnus est, fortassis non alicui videbitur vnus, & actus esse. Cum enim pauset ambulans, non amplius est hoc ambulatio. Iterum autem ambulante erit ambulatio. si igitur vnus, & idem est, contingit vnum & idem corrumpi, & esse multotiens. Hae quidem igitur sunt dubitationes, extra quę nunc est intentionem.

HIc phyloso. soluit illam dubitationem, quae solutio consistit in hoc, quod si forma existens in transmutabili subiecto maneat idem numero, oportet quod habitus, id est subiectum maneat eadem numero. Vnde si sanitas, quae est hodie in corpore Sortis, sit eadẽ numero cum sanitate, quae fuit heri in corpore Sortis, oportet, quod corpus Sortis hodie, & heri sit vnum & idem numero, sed non oportet, quod si corpus Sortis maneat idem numero, quod propter hoc sanitas hodierna & hesterna sint eadem numero, quia Sortes manens idem numero potest perdere sanitatem, & iterum recuperare eam, sed sanitas perdita non est eadem numero cum sanitate postea recuperata, quia corruptum non potest redire idem numero, & tamen corpus Sortis manet idem numero. Vnde subdit phyl. dicens, quod praedictae duae quaestiones sunt extrinseca a sua principali intentione, & sic excusat se a subtiliori perscrutatione earundem, secundum istum modum ponendi litera est plana. vnde quia phylo immediate dixit, quod eadem ratio est, quod forma existens in subiecto transmutabili maneat eadem numero per tempus, & quod forma reuertatur eadem numero, postquam est corrupta, nunc d. quod uerum est, quod eadem ratio est de istis, nisi quod intantum differt, quod si duo sunt idem numero, hoc est, si sanitas prior, & posterior sint idem numero, & habitus necesse est. i. quod sit idem numero, vnus enim numero actus. i. vna forma, vel unum accidens numero est, & unius habitus numero, hoc est unius subiecti, si uero habitus unus est, id est, si subiectum est unũ: fortasse non propter hoc oportet, quod sit una forma, uel unum accidens numero: si enim pauset ambulans: non amplius haec ambulatio est eadem numero. Iterum autem ambulante, scilicet, eodem subiecto erit, scilicet, eadem ambulatio secundum speciem, non secundum numerũ. Quod autem non erit eadem ambulatio secundum numerum ostendit phylosophus dicens: si enim unus, & idem erit, scilicet, secundum numerum contingit unum, & idem corrumpi, & esse multotiens, sed hoc est inconueniens, ergo &c. Et subdit phylosophus dicens. Hae autem dubitationes sunt extra illam intentionem, quae est nunc. Vnde ista solutio secundum illam expositionem est conclusibilis, & consistit in hoc, videlicet, quod si sanitas maneat numero hodie, & heri, oportet, quod subiectum maneat idem numero non transmutatũ substantialiter, sed non oportet, quod ad hoc, quod subiectũ maneat nõ transmutatã

Solutio dubitationis.

Expositio Alexand. substantialiter, quòd propter hoc sanitas maneat eadem numero, & hæc fuit expositio Alexan. ut Commen. recitat. Tamē Secunda expositio. Commen. postquam posuit istam expositionem ponit aliam. Nam textus, quem Comment. exponit, habet sic. si enim actiones sunt duæ necesse est, ut formæ sint duæ, sed si formæ fuerit eadem, non oportet, quod actio sit eadem, & per duas actiones intelligit phy. duas passiones, idest duos motus secundum expositionem Commen. Est igitur hæc solutio secundum hāc expositionē. s. quod si motus sit idem numero, formæ acquisitæ per motum erunt eædem numero, sed non oportet, quod si formæ acquisitæ per motum sint eædem numero, quod propter hoc motus sit idem numero, quia ad unitatem numeralem motus requiritur plusquam unitas numeralis termini ad quem. Vnde si motus sit idem numero, termini erunt idem numero, sed non sequitur econuerso. Quamuis enim unitas numeralis termini ad quem non sufficiat ad unitatem numeralem motus, tamen ad unitatem numeralem motus requiritur unitas termini ad quem, & ideo si motus fuerit idem numero, formæ erunt eadem numero, sed non sequitur econuerso. Et secundum istam expositionem per actum, qui ponitur in textu nostro debemus intelligere motum, & per habitum debemus intelligere formam terminantem motum. Secundum tamen illas expositiones non soluitur directe secunda dubitatio, videlicet, utrum eadem formæ numero maneat per tempus in subiecto continue transmutato.

Cum autē oīs motus continuus sit, si oīs est diuisibilis, eum, qui simpliciter vnus, & continuum esse necesse est, & si continuus est, vnus est. Non. n. oīs omni continuus fieri pōt, sicut nec aliud quoduis cuius, sed quorum vltima vnum fieri possunt. Vltima vero quorundā non sunt, quorundā sunt: at diuersa specie, atque æquiuoca. Quo namq; modo tanget, aut unum fiet: ultimum lineæ, ambulationisve. Hęrentes igitur erunt, & hi, qui non idem specie, & hi, qui nō idem genere sunt. Post cursum enim quempiam cōtinuo febres aggredi possunt. Et ut facis ipsius ex successione motio, latio est hærens: continua uero non est. Positum est enim ea continua esse, quorum ultima sunt unum. Quare hærentes quidem & deinceps ex eo sunt, quia tempus continuum est. Continuus autem est, quia motus continui sunt, hoc autem est, cum utrorumque extremum est unum.

Tex. c. 39. *Quoniam autem continuus est omnis motus, simpliciter quidem vnum necesse est continuum esse, si quidem omnis diuisibilis est, & si continuus vnus. Non. n. omnis fiet continuus omni, sicut neque aliud nullum contingenti contingens, sed quorum vnum sunt extrema: vltima autem aliorum non sunt quidem, aliorum autē sunt, sed specie differentia, & aquiuoca sunt. Quomodo autē tan-* Tex. c. 40. *get, aut vnum fiet vltimum lineæ, & ambulationis. Habiti quidē igitur sunt, & qui neque idem specie, neque idem genere sunt. Currens enim aliquis statim febricitabit, & ut lampas ex diffusione, loci mutatio est habita: continua autem non. Ponitur enim continuum: quorum vltima vnum sunt. Quare habiti, & consequenter sunt: quorum tēpus continuum est. Continuum autē est, quo motus. Hoc autē est, cum vnū, & ultimū fiat ambobus.*

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua phyl. determinat de unitate motus declaratiua, & continet duas particulas, quia in prima determinat de unitate motus simpliciter, idest, de unitate numerali motus, & hoc absolute. In secūda ibi. [Amplius autem dicitur.] Determinat de unitate numerali motus comparatiue ostendens, quis de numero motuum, quorum quilibet est unus numero est magis, & perfectius unus. Prima particula continet duas partes: A quã in prima declarat, quia omnis motus simpliciter unus est continuus, & econuerso. In secūda ibi. [Vnde necesse est.] Declarat quot, & quæ requiruntur ad unitatem numeralem motus, siue ad unitatem motus simpliciter. In prima igitur parte huius primæ particulæ declaratur, quòd oīs motus simpliciter vnus est continuus, & econuerso. Et primo tamen declaratur, quòd omnis motus simpliciter vnus est continuus, & hæc est decimanona conclusio huius lib. circa cuius declarationem sic procedit phylo. quia primo præmittit conclusionem, quam intendit probare, dicens, ꝙ cum omnis motus sit continuus, necesse est, ꝙ motus, qui est simpliciter vnus. i. vnus numero sit continuus. Deinde cum phylo. dicit. [Siquidem oīs] Probat conclusionem, & hoc sic. Omnis motus est diuisibilis: sed omnis motus simpliciter vnus est motus. ergo omnis motus simpliciter vnus est diuisibilis, sed non est diuisibilis in partes non continuatas adinuicem, quia sic non esset unus. ergo omnis motus simpliciter vnus est diuisibilis in partes continuatas adinuicem, sed omne tale est continuum, vt patet ex præcedentibus. igitur omnis motus simpliciter vnus est continuus; huius rōnis maior ponitur in litera. Deinde cum dicit. [Et si continuum] Declarat, ꝙ omnis motus continuus B est simpliciter vnus, & hæc est conclusio vigesima huius lib. quæ probatur sic. Omne constitutū ex partibus motus, quarū vltima sunt vnum, est simpliciter vnum, sed omnis continuus constituitur ex partibus, quarum vltima sunt unum. ergo omnis motus continuus est simpliciter vnus. huius rōnis primo ponitur conclusio, cum dicitur. Et si continuum. Deinde ponitur declaratio minoris, cum dicitur. Non enim omnis. Dicit igitur phylos. quod non omnis motus continuatur omni motui, sicut in alijs rebus. non enim quodlibet indifferenter continuatur cuilibet, sed solum illa sunt continua, quorum vltima sunt unum, & sic est in motibus, scilicet quod solum illi motus cōtinuantur, quorum vltima sunt vnum, & sic apparet minor. s. quod omnis motus continuus constituitur ex partibus, quarum vltima sunt unum maior aūt declaratur ibi. [Vltima quidem.] Et hoc sic. Illa, quorum vltima sunt unum, & eiusdem naturæ, constituunt aliquod vnum simpliciter, sed illa, quæ sunt diuersarum naturarum, non sunt partes quantitatiuæ constituentes unum simpliciter, nec habent unum, & idem vltimum, non enim omnium vltima sunt vnum, & sic apparet maior. s. quod omne constitutum ex partibus, quarū C vltima sunt vnum, est simpliciter unum. Quod autem non omnium vltima sint vnum patet, quia nō omnium sunt vltima, vt patet in numeris: quorum non sunt vltima: aliquorum et sunt vltima, & tamen illorum vltima non sunt vnum, quia sunt naturarum diuersarum, & æquiuoca, sicut vltima deambulationis, & lineæ sunt æquiuoca, & diuersarum naturarum ideo non possunt esse vnum, nec deambulatio, & linea constituunt aliquod simpliciter vnum. Motus et, qui non sunt eiusdem naturæ, non habent idem vltimum, nec constituunt aliquod simpliciter vnū. Habiti quidem tales, licet tamen motus non continuentur adinuicem, possunt tamen esse habiti, & consequenter entes. Vnde illi motus, qui non sunt idem genere, nec specie, possunt esse motus habiti, non autem continui, v. g. si aliquis currat, & statim incipiat febricitari, illa febricitatio potest esse habita, & consequenter ens illi cursui: sed non potest sibi continuari. similiter si ex loci mutatione lampadis sequatur illuminatio alicuius domus, vel loci, illa illuminatio potest esse habita, & consequenter ens post illam mutationem genere distinctæ, & ideo nec sunt continuæ, nec constituunt aliquid vnum numero, quia illi motus sunt continui, quorum vltima sunt vnum, & vltima distinctorum ge- D nere non sunt unum, & sic erunt habiti propter hoc, quod tēpus, in quo sunt, est continuum, quod quidem tempus est continuum, sicut motus aliquis est continuus, quia vltima suarū partium sunt vnum. Intelligendum est, quod Commen. istam literam, videlicet, vt lampas ex diffusione, exponit de motibus eiusdem speciei, diuersorum tamen mouentium, vel diuersorum mobilium. Vnde tales motus sunt sessei, quia in eis non interponitur quies media, sed non continui, verbi gratia, exponendo de motibus diuersorum mouentium, vt si una candela moueatur de vna manu in aliam sine quiete media, ita quod primo moueatur ab vna manu, & statim postea ab alia manu sine quiete media. isti motus sunt habiti, & non sunt continui. Potest etiam poni de motibus eiusdem speciei, diuersorum tamen mobilium, vt si vna candela moueatur statim post aliam, illi motus sunt sessei, seu habiti, & non sunt continui, quia motum non est unum. Sic igitur apparet, qui motus sunt continui, & qui motus sunt habiti, & non continui.

Decimanona conclusio huius libri.

Vigesima conclusio huius lib.

Declaratio minoris.

Expositio Com.

Quapro-

A Quapropter eum motum, qui simpliciter continuus, ac unus est, eundem esse specie, ac vnius, & vno in tempore necesse est. Vno quidem in tempore, ut immobilitas inter partes non sit. Intercapedine enim mobile quiescat, necesse est. Multi igitur, & non unus, hi motus sunt, inter quos media quies cadit. Quare si quis motus intercipitur statu, is neque unus, neque continuus est. Intercipitur autem, si in medium tempus cadit.

Tex. c. 41. *Vnde necesse est eundem secundum speciem esse, & vnus, & in uno tempore simpliciter continuum motum, & vnum. Tempore quidem, ut nō immobilitas intersit. In deficienti enim quiescere necesse est. Multi igitur & non vnus motus est, quorum quies in medio est. Quare si aliquis motus statu occupetur, neque vnus est, neque continuus, intercipitur autem, si in medio tempus est.*

Vigesima prima cōclusio huius libri.

B HAec est secunda pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua declaratur, quòd ad vnitatem numeralē motus requiritur vnitas numeralis mobilis, vnitas numeralis temporis, & vnitas numeralis termini, ad quem est motus, & hæc est vigesimaprima conclusio huius lib. quæ probatur sic. Omnis motus vnus numero est continuus, & omnis motus continuus est unus motus numero, ut iam probabitur. omnia igitur, quæ requiruntur ad continuitatem motus, illa eadem requiruntur ad vnitatem numeralem motus, & econuerso. si ad continuitatem motus requiruntur

Declaratio minoris.

vnitas numeralis mobilis, vnitas numeralis temporis, & vnitas numeralis termini, ad quem, ergo hæc tria requiruntur ad vnitatem numeralē motus. maior huius rationis patet ex præcedentibus minor vero declaratur, scilicet quod prædicta tria requirantur ad continuitatem motus. De vnitate.n. numerali mobilis manifestum est, q̃ ipsa requiritur ad vnitatem numeralem motus, quia manifestum est per se, q̃ motus diuersorū mobilium non continuantur adinuicē & ideo phyl. non probat, q̃ vnitas numeralis mobilis requiratur, sed supponit hoc tanquam manifestum, & solū probat hoc quantum ad tēpus, & quantum ad terminum, & primo quantum ad tempus, & hoc sic. Si tempus non sit unum numero, & continuum, tunc inter illa tempora mensurantia motum cadit quies media, & per consequens inter ipsos motos cadit quies media, sed motus, inter quos cadit quies media, sunt plures motus, & non unus motus, & continuus. ergo si tempus non sit vnum numero, sed interruptum per quietem mediam, motus non erit continuus. igitur ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, scilicet, si motus sit continuus, oportet, quod tempus sit continuum, & unum numero ergo ad continuitatem motus requiritur unitas numeralis temporis.

C Specie aūt unum esse oportet. quia vltima eius, qui non vnus est specie vnum euadere nequeunt, & si tempus non intercipit. Tempus enim est vnū, ille uero specie est diuersus. Etenim motum unū, & specie unum esse, necesse est. hunc autem non necesse est simpliciter unum esse. Quis igitur motus vnus est, absolute iam diximus.

Qui autem specie non vnitur, non vnus, & si non deficiat tempus. Tempus quidem enim vnum est, specie autem alius, vnum quidem enim necesse est, & specie vnū esse. Hunc autem simpliciter vnum esse, non est necesse, quis igitur motus quidem simpliciter vnus, dictum est.

CVm Phyl. probauit, q̃ vnitas numeralis temporis requiritur ad continuitatē motus. probat, q̃ unitas numeralis formæ, ad quam est motus, requiritur ad continuitatem motus, & hoc sic. Si motus sint ad diuersos terminos numero, licet sint ad eundem terminum s̄m speciem, & quamuis tempus eorum sit unū continuū, tamen motus non sunt continui, nec constituunt unum motū continuum, & hoc ideo est, quia sunt ad terminos diuersos secūdū numerum. v.g. Si fiant motus ad duas albedines in eodē tempore continuo, isti q̃ dealbationes non faciunt unū motū continuū, neque vnū motū simpliciter. ergo &c. Intelligendū, q̃ Com aliter exponit istam partē. Vnde necesse, videlicet, q̃ Arist. ibi intendit probare, q̃ ad continuitatē motus requiruntur tria, videlicet, vnitas numeralis mobilis, vnitas numeralis tēporis & vnitas numeralis termini, ad quē, & hoc probat per hoc, quia oīs motus unus numero est continuus, & omnis motus continuus est unus numero. igitur quæcunque requiruntur ad vnitatē numeralē motus, eadē requiruntur ad vnitatē motus, sed ad vnitatē numeralē motus requiruntur prædicta tria, vt declaratū est prius. ergo prædicta tria, vt declaratū est prius ergo prius. ergo prædicta tria requiruntur ad continuitatē motus. Sed circa illā partē dubitatur, scilicet an ad continuitatē motus requiratur vnitas numeralis mobilis. & videtur, quòd nō, quia si aliquod corpus inanimatū moueatur continue, & continue deperdat partes suas. v.g. gutta aquæ continue descendens supra tabulam aridā perdit continue partes suas, ibi motus est continuus, & tamen non est idē mobile numero a principio motus vsque ad finē, quia tota gutta mouetur a principio, & in fine non mouetur nisi pars guttæ, sed pars & totum non sunt idē numero. ergo ad continuitatē motus non requiritur vnitas numeralis mobilis. Itē motus progressiuus animalis potest esse cōtinuus, & tamen non est idē mobile numero continue motum in tali motu probatio. nā animal motum motu progressiuo, quando proponit vnū pedem, tunc figit aliū pedem, ita quod quando vna pars mouetur motu progressiuo, tunc alia pars quiescit, & illa pars, quæ quiescit, postea mouebitur, & tunc quiescet alia pars, motus igitur progressiuus animalis primo est in vna parte animalis, & postea in alia, quia primo mouetur una pars animalis, & postea alia. Motus igitur progressiuus animalis quandoque est in vno subiecto, & quandoque in alio, & tamen iste motus est continuus. ergo ad continuitatē motus non requiritur vnitas numeralis mobilis. Itē si aliquod animal existens sursum, descendat deorsum, & in medio motus moriatur, iste motus est continuus, & tamen mobile non est idem numero, quia in prima parte motus mouetur animal, & in secunda parte mouetur cadauer, quòd est non animal. Ad primū horum est dicendū, quòd si aliquod corpus moueatur deperdendo partes suas continue, hic est aliquis motus continuus. scilicet ille motus, qui fuit subiectiue, & adæquate in parte, quæ mouetur in fine motus, & iste motus habet vnū subiectū numero, scilicet istā partē, quæ manet in fine motus infiniti, tamen motus aliorū mobiliū præfuerunt, & terminabantur ante finē totius motus. Vel potest dici, quod est impossibile, quòd fiat continua ablatio a mobili sic, quòd pars auferatur ante partē in infinitū, sed simul aliquod totū auferetur, vt patet in cauatione lapidis per guttas descendentes secundū phylosophū, & secundū hoc primo aufertur vna pars tota, & postea alia pars tota, & sic sunt diuersa mobilia & diuersi motus non continuati adinuicē. Ad aliud dico, quòd motus progressiuus animalis non est continuus, & vnus simpliciter, sed cōponitur ex multis motibus, videlicet, ex motu pulsus, & ex motu tractus, & sic cōponitur ex multis motibus, & ex multis quietibus, & ideo non est continuus, tamen habet vnū subiectū per se, scilicet totum animal, pars autē animalis non est subiectū motus progressiui, nisi per accidens. Ad tertiū dico, quòd si nulla forma substantialis maneat primo in viuo, & postea in mortuo, tunc si animal descendat, & in descendendo moriatur, ibi sunt plures motus non continuati adinuicē, sed sunt motus habiti seu t-fe, si vero aliqua forma substātialis maneat eadē, tunc est motus continuus, & idē mobile numero, scilicet, compositum ex materia prima, & illa forma substantiali, quæ manet eadem.

Expositio Com.

Primum dubium.

Secundū.

Tertium.

Ad primū.

Ad secundum.

Ad tertiū.

D Præterea, motus vnus & isce dicitur, qui est perfectus, siue genere sit siue spē, siue numero vnus, quemadmodum & in cæteris perfectum ipsum. ac totum ipsius vnius est. Interdum autem & si imperfectus est, vnus dicitur, modo continuus sit.

Tex. c. 42. *Amplius aūt dicitur vnus, & perfectus, siue secundū genus, siue secundū speciē, siue substantiā sit, sicut & in aliis perfectū, & totū vnius est, est autē aliquando & si imperfectus sit, vnum dicitur, si solū sit continuus.*

HAec est secunda particula secundæ partis princ. huius capituli, in qua phyloso. determinat de vnitate numerali motus comparatiue comparando motus, quorum quilibet est vnus numero in vnitate numerali, secundum magis

perfectum & minus perfectum, & continet duas partes: in prima comparat motum completum, & motum incompletum in unitate numerali adinuicem secundum perfectionem, & imperfectionem. In secunda ibi. [Amplius autem præter dictos.] Comparat motum regularem, & irregularem adinuicem secundum perfectionem, & imperfectionem in unitate numerali. Intentio igitur primæ partis est, quod unus motus numero dicitur de motu perfecto, & imperfecto, siue de motu completo, & incompleto, & quod motus perfectus, & completus est magis unus motus numero, quam motus imperfectus, & incompletus. Et uniuersaliter motus perfectus, & completus est magis unus, quam motus imperfectus, & incompletus, & hoc siue sit completus secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum subiectum. Istis enim modis dicitur aliquis motus completus, & perfectus. Unde motus perfectus, & completus secundum genus dicitur motus localis, quia inter genera motuum illud genus motuũ est perfectius, & quilibet motus localis dicitur esse perfectior secundũ genus quolibet alio motu, quia est in perfectissimo genere motus. Motus vero circularis est perfectus secundum speciem, & quilibet motus circularis dicitur esse perfectior aliis motibus secundum speciem, quia est in perfectissima specie motus. Sed motus dicitur esse perfectus secundum subiectum, quia in illa specie est perfectior, & sic motus primi mobilis dicitur esse perfectus secundum subiectum in specie motuum circularium.

Quot modis dicatur aliqua motus cõpletus, & perfectus.

Insuper, & alio modo præter dictos unus ipse dicitur motus, qui uniformis est. Difformis enim aliqua ex parte nõ unus esse videtur, sed ipse potius, qui uniformis est, perinde atque linea recta. Difformis enim diuisibilis est. Differre autem videntur, ut magis tale, minusve differt.

Tex. c. 43. *Amplius autem aliter præter prædictos, dicitur motus unus regularis, irregularis enim est, quia non videtur unus, sed magis regularis, sicut rectus. Irregularis enim diuisibilis est, videtur autem differre, sicut magis, & minus.*

HÆc est secunda pars huius particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus ponit aliam diuisionem motus, quæ est in motum regularem, & irregularem, & comparat motum regularem, & irregularem adinuicem secundum perfectionem, & imperfectionem in unitate numerali, & hæc pars continet tres particulas: quoniam in prima declaratur, quod motus regularis est magis unus, quam motus irregularis. In secunda ibi. [Est autem in omni.] Narrat, quibus motibus competit regularitas. In tertia autem ibi. [Irregularitas autem.] Narrat, quibus modis potest esse motus irregularis, & sic assignat causas irregularitatis in motu. In prima igitur particula huius partis declarat phylosophus, quod motus regularis est magis unus, quam motus irregularis, & hæc est uigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Ille motus, qui est minus diuisibilis, est magis unus, quia unum dicit indiuisionem, & propter hoc, quod est magis indiuisibile, seu minus diuisibile est magis unum, sed motus regularis est minus diuisibilis, quam motus irregularis, & motus irregularis est magis diuisibilis, quia plures proprietates disconuenientes, & dissimiles sibi conueniũt, quam motui regulari. Motus enim irregularis est diuisibilis in velocitatem, & tarditatem, igitur motus regularis est magis unus, quam motus irregularis huius rationis minor ponitur in textu. Unde subdit phylosophus dicens, quod quamuis motus regularis, & irregularis sic se habent, scilicet, quod motus regularis est magis unus, quam irregularis, non tamen differunt specie, sed differunt secundum magis, & minus. Et Com. dicit hic, quod ista diuersitas est de genere diuersitatis, quæ accidit in rebus secundum additionem, & diminutionem & dicit, quod phylosophus per hoc intendit, quod velocitas, & tarditas non diuidunt motum, secundum quod genus diuiditur in species. & Com. assignat huius causam dicens, quod hoc est, quia velocitas, & tarditas sunt de qualitate, sed diminutio, & additio sunt de quantitate.

Vigesima secunda conclusio huius libri.

Est autem uniformitas omni in motu, aut difformitas. Etenim alterari quippiam uniformiter potest, & super uniformia fieri, ut super circulum, aut lineam rectam. Et circa accretionem decretionemve simili modo.

Est autem, & in omni motu, quod regulariter est aut non, & namque alterabitur regulariter, & fertur irregulariter, ut circulo, aut rectitudine, & circa augmentum similiter, & decrementum.

HÆc est secunda particula huius partis: in qua phylosophus narrat, quibus motibus competit regularitas, & irregularitas dicens, quod in genere motus est reperire regularitatem, & irregularitatem. Nam possibile est, quod motus localis sit uelocior in una parte, quam in alia, consequenter, quod alteratio sit uelocior in una parte, quam in alia, & eodem modo est de diminutione, & augmentatione.

Difformitatis autem differentię sunt. Interdum enim est ratione eius, super quod efficitur motus. Impossibile est enim uniformem esse motum: si non super uniformi magnitudine fiat: qualis est motio super lineam flexam: aut aliam magnitudinem talem, cuius quæuis pars ad quamuis partem non accommodatur.

Irregularitatis autem differentia est: aliquando quidem, in quo mouetur. Impossibile enim est regularem esse motum, non in regulari magnitudine, ut reflexi motus aut obliqui, aut alius magnitudinis: quorum non conuenit contingens in contingente parte. Tex. c. 44.

HÆc est tertia particula secundæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus ostendit, quibus modis potest motus esse irregularis, & quomodo velocitas, & tarditas se habent ad motum. Et continet quatuor partes, quia in prima assignat phylosophus causas irregularitatis motus. In secunda autem ibi. [Unde nec species.] Declarat, qualiter velocitas, & tarditas se habent ad motum. In tertia ibi. [Unus quidem igitur.] Narrat, quomodo motus irregularis est unus. In quarta ibi. [Si autem omnem.] declarat, quod ex motibus irregularibus distinctis specie non fit unus motus continuus. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus ponit duas causas irregularitatis motus, siue duos modos, quibus contingit motum esse irregularem dicens, quod uno modo irregularitas motus est ex illo, in quo mobile mouetur. Nam impossibile est motum regularem esse super magnitudinem non regularem, & ideo motus super lineam tortuosam, vel quamuis non est regularis, motus etiam, qui est super magnitudinem, cuius una pars non supponitur alteri parti, non est regularis, & ideo motus reflexus non est regularis, quia magnitudo, super quam est primus motus, non supponitur magnitudini, supra quam est secundus motus, nec econuerso. Ex quo sequitur, quod motus, qui non est super magnitudinem rectam, uel circularem, non est regularis. prima igitur causa irregularitatis motus est irregularitas magnitudinis, super quam fit motus.

Prima est irregularitatis.

Interdum non est ratione spatij, non tẽporis, non eius ad quod accedit, sed rõne modi, celeritate enim interdum tarditateq; motus distinguitur. Cuius enim eadem est celeritas: is est uniformis. Cuius vero non eadem est: is est difformis.

Aliquando autem neque in ubi: neque in quando: neque in quid: sed in eo, quod ut est: velocitate enim, & tarditate aliquãdo determinatur. Cuius quidẽ enim velocitas est eadẽ, regularis est, cuius aũt non, irregularis est.

SEcunda uero causa irregularitatis motus est dispositio ipsius mobilis, scilicet, quia mobile natum est sic moueri, scilicet, uelocius in una parte temporis, & tardius in alia parte, ut patet in motu naturali grauium, & leuiũ, quæ in fine motus mouentur uelocius, quàm in principio. Unde hæc cã secunda est ex parte

Secunda causa irregularitatis.

Lincol.

A parte ipsius mobilis, & non ex parte magnitudinis, super quã est motus, nec ex parte ipsius temporis, nec ex parte termini ad quem. Vnde notandum est secundum Lynco. hic, quod sicut motus est irregularis dupliciter, scilicet, vel propter irregularitatem spatij, vel propter irregularitatem velocitatis motus, ita regularitas motus est vel a regularitate spatij, per quod est motus, vel a regularitate velocitatis, vt cum motus non est sibijpsi dissimilis secundum velocitatem, & tarditatem. Et addit Lynco. vlterius dicens sic. Puto etiam, quod regularitas quædam motus attendatur in similitudine proportionis, vtpote si motus augmentet suam velocitatem continue secundum proportionem vnam dicitur regularis, & augmentatio regularis est, quæ augmentat partes totius secundum similitudinem proportionis, hæc ille.

Quapropter celeritas, tarditasve, non sunt species, nec differentiæ motus, quippè cum omnes motus diuersos specie comitentur.

Vnde neque species motus neque differentiæ sunt velocitas, & tarditas, quia omnes sequuntur differentes secundum speciem.

Vigesima tertia conclusio huius libri. Prima probatio.

B HÆc est secunda pars huius particulæ, in qua declaratur qualiter velocitas, & tarditas se habent ad motum, & per consequens, qualiter regularitas, & irregularitas se habent ad motum. Et probatur, quod velocitas, & tarditas non diuersificant motum secundum speciem, & hæc est vigesimatertia conclusio huius libri, quæ dupliciter probatur, & primo sic. Illa, quæ competunt omni speciei motus, non diuersificant motum secundum speciem: sed velocitas, & tarditas competunt omni speciei motus, ergo velocitas, & tarditas non diuersificant motum secundum speciem: maior patet, quia si illa, quæ competunt omni speciei motus, diuersificarent motum secundum speciem, sequeretur, quod omnis species motus distingueretur in alias species motus, quia omnis species motus haberet principia distinguentia motum in diuersas species, sed hoc est falsum, quia tunc non esset deuenire ad infimam speciem motus, & sic esset processus in infinitũ in prædicamentis in quid, cum sub omni specie esset dare speciem inferiorem, & sic in infinitum, minor vero patet, quia velocitas, & tarditas competunt motui locali, & motui alterationis: & sic de alijs, & vniuersaliter omni speciei motus, & eadem ratio est de regularitate, & irregularitate motus, scilicet, quod non diuersificant motum secundum speciem.

C Quare neq; grauitas, leuitasq;, quæ est respectu eiusdẽ: ceu terræ ad seipsã, aut ignis respectu sui.

Quare neque leuitas, neque grauitas, quæ in idem est: vt terræ ad ipsam, aut ignis ad ipsum.

Secunda probatio.

SEcundo probatur eadem conclusio per quoddam signum sic. Grauitas, & leuitas, hoc est, maior grauitas, & minor, quæ mouent ad eundem locum, vt ad ipsam terram, vel locum terræ, non differunt secundum speciem: similiter maior leuitas, & minor leuitas ignis, quæ mouent ad ipsum ignẽ, siue ad locum ignis, non differunt specie, cũ igitur magis graue velocius moueatur deorsum, quam minus graue, & magis leue velocius moueatur sursum, quam minus leue, sequitur quod maior velocitas, & minor velocitas non diuersificant motum secundum speciem, & per consequens velocitas, & tarditas non diuersificant motum secundum speciem. Et fundatur ratio super hoc, scilicet, quorum principia non differunt specie, illa non differunt specie, sed maior grauitas, & minor grauitas sunt principia velocitatis, & tarditatis, & ita est de maiori, & minori leuitate, sed maior grauitas, & minor non diuersificant speciem, igitur velocitas, & tarditas non diuersificant speciem.

D Vnus est igitur, & iste motus, qui est difformis, cõtinuitatis n mirũ rõne, sed minus. Quod quidẽ ei lationi accidit, quæ super linea flexa fit. Id autẽ, quod est minu : mixtione contrarij semp est tale.

Tex. c. 45. *Vnus quidẽ igitur irregularis est: quo est continuus. Minus autem, quod quidem reflexiuo accidit motui. Quod autem minus, & commixtio semper contrarij.*

A HÆc est tertia pars prædictæ particulæ, in qua phylosophus narrat, quomodo motus irregularis est vnus, dicens, quod motus irregularis est vnus, inquantum est continuus, est tamen minus vnus, quam motus regularis: sicut linea habens angulum est minus vna, quam linea recta, & ideo motus, cui accidit reflexio, est minus vnus, quam motus regularis. Et causa, propter quam est minus, est commixtio contrarij, vnde propter commixtionem contrariorum est minus vnus, vnde dicit hic Commenta. quod cum motus inæqualis sit diminutus, & diminutum in omni genere est diminutum per commixtionem contrarij, sequitur, quod motus inæqualis sit compositus ex contrarijs, & quod sit vnus in rei veritate. Notandum, quod diminutum est diminutum per commixtionem contrarij in virtute non sic, quod in omni diminutione sint contraria realiter, sed quomodo hoc sit, visum est supra primum de gener. Idem supra c. 19.

B Quod si omnis motus vnus, & uniformis, & nõ uniformis esse potest. hi qui diuersi sunt specie atque hærent, non unus erunt, atque continuus motus. Qui nanque fieri potest, ut iste sit uniformis: qui ex alteratione, lationeve constat: accommodentur enim necesse est.

Si autẽ omne vnum contingit, & regularem esse, & non: nõ erunt, qui non secundum speciẽ habiti, ipsi vnus, & continuus. Quomodo enim erit regularis ex alteratione cõpositus, & loci mutatione. Indiget enim conuenire.

HAec est quarta particula partis suprapositæ, in qua declaratur, quod ex motibus distinctis specie non fit unus motus, & dicit phylosophus primo, quod & si omnis motus vnus potest esse æqualis, & inæqualis, tamen impossibile est, vt motus fessi continueantur adinuicem, & intendit per motus fessos distinctos secundum speciem. Intendit igitur phylosophus hic probare, quod motus compositus ex diuersis motibus secundum speciem non est unus motus, & hæc est vigesimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnis motus vnus potest esse regularis, & irregularis, sed motus compositus ex diuersis motibus secundum speciem nõ C potest esse regularis, & irregularis: igitur motus compositus ex diuersis motibus secundum speciem non est unus motus: maior patet ex præcedentibus, & minor declaratur sic. Si partes motus regularis possunt supponi sibi adinuicem [illegible] ita, quod sint eiusdem naturæ, & possunt continuari adinuicem, sed motus diuersi secundum speciem non supponuntur sibi, nec possunt adinuicem continuari, impossibile enim est, quod loci mutatio supponatur alterationi sic, quod continuetur cum alteratione, aut cum augmentatione. ergo motus compositus ex motibus diuersis secundum speciem non potest esse regularis, & per consequens non potest esse regularis, & irregularis, & per consequens non potest esse vnus motus. Sed Com. mouet hic vnam dubitationem, scilicet, qualiter illa propositio sit vniuersalis, videlicet, quod omnis motus potest esse æqualis, & inæqualis, cum declaratum sit in libro de cælo, & mundo, quod motus corporis cælestis nullam habet in se diuersitatem. Ad illud respondet Commen. dicens, quod cum hoc sit proprium corporis cælestis secundum quod est cæleste, scilicet, quod motus eius semper est æqualis, sed non est proprium corporis secundum quod est motum: nulli enim corpori secundum quod est motum repugnat, quod motus D eius sit inæqualis, seu irregularis, nunc autem sermo in hoc loco est de motu, non secundum quod est motus alicuius corporis, sed secundum quod est motus tantum. Sed circa prædicta occurrunt duo dubia. Primum est, an motus regularis sit uniformis secundum uelocitatem in omni sua parte. Secundum dubium est, an motus diuersi secundum speciem, uel secundum genus possunt adinuicem continuari. Ad primum dubium arguo, & probo, quod ad regularitatem motus non requiritur uniformitas secundum uelocitatem in omni sua parte, quia motus supremę sphæræ est regularissimus, quia est mensura oĩum aliorũ motuum, & tñ non est uniformis in uelocitate secundum omnem partem, quia partes circunferentiales uelocius mouentur, quam partes centrales, quanto enim aliqua eius pars est propinquior circunferentiæ, tanto uelocius mouetur, quia in æquali tẽpore describit maiorẽ circulũ,

Vigesima quarta cõclusio huius libri.

Dubium.

Tex. c. 28. & cõ. 38. Solutio.

Primum dubium.

Ratio prima primi dubij.

Item si ad regularitatem motus requireretur vniformitas secundum velocitatem: sequeretur, quod nullus motus esset regularis. consequens est falsum, ergo & antecedens: probatio consequentiæ. Nam omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia, quia omnis motus, vel est naturalis, vel violentus, & motus naturalis intenditur in fine, vt vult phylosophus octauo huius. Et motus violentus remittitur in fine. ergo omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia.

Secunda ratio primi dubij.

Ad secundum dubium arguo, & probo, quod motus diuersi secundum speciem, vel secundum genus possunt adinuicem continuari, quia si non possent adinuicem continuari, hoc non esset nisi, quia non possunt habere idem vltimum, & hoc non est nisi, quia differunt secundum speciem, vel secundum genus, sed hæc ratio non valet, quia diuersa secundum genus, vel secundum speciem possunt habere idem vltimum. ergo non obstante, quod motus differant secundum speciem, vel secundum genus possunt habere idem vltimum. Maior videtur manifesta: quia illa videtur esse ratio phylosophi, minorem vero probo, quoniam virga; cuius vna medietas est viridis, & alia sicca est continua, & sit pars animata, & pars inanimata, quæ differunt secundum genus subalternum, & etiam secundum speciem continuantur adinuicem.

Prima ratio secundi dubij.

B Item motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem possunt esse immediati, vt motus contrarij possunt esse immediati, quoniam aliquod corpus potest calefieri, & in fine calefactionis potest frigidum approximari sibi, quod quidem frigidum mouebit ipsum statim versus frigiditatem, aliter agens naturale esset approximatum suo contrario per tempus, & non ageret in ipsum, quod est inconueniens. Ponatur igitur, quod aliquod corpus calefiat, & immediate post, frigefiat, illo casu postro illi motus sunt continuati adinuicem, & tamen differunt specie, igitur motus differentes specie possunt adinuicem continuari. Quod autem illi motus continuentur adinuicem, probo, quia continua sunt, quorum vltima sunt vnum, sed vltima istorum motuum contrariorum sunt vnum. ergo, maior patet, & probo minorem, quia quæro, aut illi duo motus habent idem vltimum, aut diuersa vltima, si habent idem vltimum, habeo propositum, videlicet, quod illi motus sunt continuati adinuicem, quia continua sunt illa, quorum vltima sunt vnum. Si autem detur, quod illi duo motus non habent idem vltimum, sed diuersa vltima. Tunc quæro: aut ista duo vltima mensurantur eodem instanti, aut alio, & alio instanti.

Secunda ratio secundi dubij.

C Si eodem, sequitur, quòd vltima contrariorum insunt eidem pro eodem instanti, quod est impossibile, si vero detur, quod ista duo vltima mensurentur alio, & alio instanti, cum inter quælibet duo instantia sit tempus medium, sequeretur, quod inter vltimum prioris motus, & principium motus posterioris esset tempus medium, & ita illi motus non essent immediati, cuius oppositum supponimus.

Ad primum.

Ad primum dubium est dicendum, quod ad hoc, quod motus sit regularis, requiritur, quod sit vniformis in velocitate secundum omnem partem acceptam secundum diuisionem temporis, quia sicut innuit phylosophus in litera, ad regularitatem motus requiruntur tria, scilicet, vniformitas spatij, super quod fit motus, & vnitas specifica formæ, secundum quam fit motus, tertio requiritur conformitas in velocitate, & tarditate, ita, quod mobile secundum eandem partem non moueatur velocius in vna parte temporis, quam in alia. Ad formam igitur dubitationis, cum quæritur, an motus regularis sit vniformis secundum velocitatem in omni sua parte, dico, quod partes motus sunt duplices: quædam, quæ accipiuntur secundum diuisionem mobilis, nam vna pars motus est in vna parte mobilis, & altera pars in alia.

D Aliæ vero sunt partes motus acceptæ secundum diuisionem temporis, & sic dicimus, quod vna pars motus est præterita: alia præsens, & futura. Dico igitur, quod loquendo de partibus motus acceptis secundum diuisionem mobilis, sic non oportet, quod omnes partes motus regularis sint vniformes in velocitate, quia sicut argutum est, pars superior primi orbis mouetur velocius, quam pars inferior, & tamen motus primi orbis est regularissimus, & hoc ideo est, quia istæ partes motus, quarum vna est in superiori parte orbis, & alia in inferiori, accipiuntur secundum diuisionem mobilis. Vnde iste motus est vniformis, quia omnes partes semper vniformiter, & æque velociter mouentur. Semper enim partes superiores mouentur velocius, quam partes inferiores, & in eadem proportione velocitatis. Si vero loquamur de partibus motus acceptis secundum diuisionem temporis, sic dico, quod ad hoc, quod motus sit regularis, requiritur, quod sit vniformis in velocitate, secundum quamlibet eius partem, scilicet, acceptam secundum diuisionem temporis. Si enim totum mobile, vel

A aliqua pars eius moueretur velocius in vna parte tēporis, quàm in alia, mobile non moueretur in omni parte temporis æque velociter, & per consequens motus non esset regularis.

Ad rationem.

Ad primum igitur in contrarium dico, quod motus primi orbis est regularis, quia non mouetur secūdum se totum, nec secundum aliquam partem est velocius in vna parte temporis, quā in alia, nec impeditur regularis per hoc, quod in eodem tempore vna pars mobilis mouetur velocius, quam alia: quia regularitas motus non attenditur penes vniformitatem velocitatis partium motus, quæ sunt simul, si accipiantur secundum diuisionem mobilis. Ad aliud, quando dicitur, quod omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia. Dico, quod, si loquamur de partibus acceptis secundum diuisionem temporis, sic non est verum. Et quando dicitur quod omnis motus naturalis intenditur in fine &c. Dico quod hoc non est verum: quia motus cæli est naturalis, & tamen non intenditur in fine. Vnde illud videlicet, quod omnis motus naturalis intenditur, &c. habet intelligi de motu naturali recto, & hoc supposito, quod non sit aliquod violentum impediens eius intensionem. Potest etiam motus violentus esse regularis propter aliquod impedimentum impediens eius remissionem in fine.

Ad secundam rationem primi dubij.

B Ad secundum dubium dico, quod motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem non possunt continuari adinuicem, & hoc ideo, quia non possunt habere idem vltimum. Vnde secundum phylosophum non quodlibet potest continuari cum quolibet, sed solum illa possunt adinuicem continuari, quæ possunt habere idem vltimum: nunc autem vltima diuersorum secundum speciem differunt secundum speciem, & ideo non possunt esse idem secundum numerum. Vnde sciendum, quod vltimum dicitur de vltimis aliquorum æquiuoce, scilicet, de vltimis lineæ, & de vltimis de ambulationis, & talia vltima, nec possunt esse simul, nec etiam possunt esse vnum, sed de vltimis aliquorum dicitur hoc nomen vltimum vniuoce, vt de vltimo deambulationis, & de vltimo dealbationis: talia enim vltima bene possunt esse simul, sed non possunt esse vnum: & ideo habentia talia vltima non possunt continuari ad inuicem: quia non possunt habere idem vltimum.

Ad secundum dubium.

Et ad primum in contrarium dico, quòd partes virgæ, quarum vna est animata, & alia inanimata: non continuantur adinuicem secundum formam, sed solum continuantur adinuicem secundum quantitatem.

C Vnde duplex est continuatio, scilicet, quædam secundum quantitatem, & quædam secundum formam, dico etiam quod quantitas, quæ est in prima parte animata, & quantitas, quæ est in parte inanimata sunt eiusdem speciei, & ideo istæ quantitates possunt continuari adinuicem, sed illæ substantiæ, quarū vna est animata, & alia inanimata: non continuantur, nisi per accidens, scilicet, ratione suarum quantitatum, quæ per se sunt continuæ adinuicem. Dico igitur, quod illa, quæ sunt diuersarum specierum, possunt continuari adinuicem per accidens, non per se.

Obiectio.

Et si dicatur, quod secundum hoc motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem possent continuari adinuicem. Dico, quod non est verum, quia motus non possunt continuari, nisi secundum formam: quoniam motus non habet quantitatem intrinsecam aliam a quantitate mobilis. & ideo motus non possunt continuari adinuicem secundum quantitatem, nisi continuentur secundū formam, sed non est sic de substantia, quia substantia est quanta quantitate propria, & sic substantiæ distinctæ possunt secundū speciem continuari adinuicem secundū quantitatem, sed non secundū formā.

Solutio prima.

Vel potest dici, quòd supposito, quod motus haberet quantitatem intrinsecā: adhuc illæ quantitates diuersorum motuum secundum speciē

Solutio secunda.

D non possunt adinuicem continuari: quia non possunt habere idem vltimum.

Ad secundam rationem secūdi dubij.

Ad aliud, quando dicitur, quod motus contrarij possunt esse habiti, ita, quod inter illos nihil est medium: concedatur. Et cum dicitur, quod tunc habent idem vltimum, dico, quod non est verum: immo habent diuersa vltima. Et quando quæritur, an ista vltima mensurentur eodem instanti, aut alio, & alio. Dico, quod mensurentur eodem instanti. Et quando dicitur, quod tunc vltima contrariorum in essent eidem simul in eodem instanti. Dico, quod vltima contrariorum, quorum vnum est intrinsecum vni motui, & aliud extrinsecum alteri possunt bene esse simul in eodem subiecto in eodem instanti: tamen vltima contrariorum intrinseca eis non possunt inesse simul in eodem instanti. Ad cuius intellectum est sciendum, quod nullum vltimum est intrinsecum motui, nisi vltimum motus ex parte post, vel aliquod mutatum esse acquisitum per istum motum: vnde nullum initium motus incipientis a quiete est intrinsecum illi motui: tamen mutatum esse copulans partes motus adinuicem est intrinsecum

trinsecum vtrique parti, & tunc dico, quod si terminata calefactione statim incipiat frigefactio, ultimum calefactionis, & primum frigefactionis mensuratur eodem instanti, & hoc est possibile: quia vltimum calefactionis est intrinsecum calefactioni, & primum frigefactionis est extrinsecum a frigefactione, ideo illa possunt inesse eidem in eodem instanti. Quid autem sit primum motus incipientis a quiete videbitur in tractatu sequenti.

DE CONTRARIETATE MOTVVM, ET quietum. Tractatus tertius.

De contrarietate motus ad motum. Cap. I.

Deinceps diffiniendum est quisnam motus, cui motui cõtrarius est, & de quiete simili modo. Primum aũt diuidendũ est: vtrum contrarius motus sit isce, qui est ex eodẽ: ei, quo itur ad idẽ Vt isce, qui est ex sanitate: ei, quo petitur sanitas: quales, & generatio, & corruptio esse uidẽtur. An isce, q ex contrariis est, ut isce, q ex sanitate, ei, qui est e morbo. An isce, quo ad cõtraria pergitur, ut isce, quo ad sanitatẽ itur: ei, quo ad morbũ acceditur. An isce, qui est ex contrario: ei, quo ad contrariũ itur. Vt isce, q est ex sanitate: ei, quo morbus petitur. An isce, qui ex contrario in cõtratium pergit: ei, quo econtrario in cõtrariũ itur, ut isce, qui ex sanitate in morbũ proficiscitur: ei quo ex morbo acquiritur sanitas. Vnum enim horum modorũ quendam, aut plures esse, necesse est. Non fit enim, ut alio modo motus, ut oppositi disponãtur.

Tex. c. 46. *Amplius autem determinandum est: qualis motus contrarius motui, & de mansione eodem modo. Sed primo determinandum est, utrum contrarius motus sit, qui est ex eodem, ei, qui est in idem, ut qui est ex sanitate, ei, qui est in sanitatem: ut generatio, & corruptio uidentur. Aut qui est ex contrarys, ut qui est ex sanitate, qui est ex ægritudine. Aut qui in contrario, ut qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario, ei, qui est in contrario: ut qui est ex sanitate, ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario in contrariũ, ei, qui est ex contrario in contrarium: ut qui est ex sanitate in ægritudinẽ, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est. n. aut unum quendam horum esse modorũ: aut plures. Non enim est aliter contraponere.*



STE est tertius tractatus huius libri: in quo determinatur de contrarietate motuum adinuicem, & de contrarietate motus ad quietem, & etiam de contrarietate quietum adinuicem, & continet tria capitula. quoniam in primo determinatur de contrarietate motus ad motum, declarando, quis motus cui motui contrariatur. In secundo ibi. [Quoniam aũt motui non solum.] Determinatur de contrarietate motus ad quietem, & de contrarietate quietũ adinuicem. In tertio aũt ibi. [Dubitabit autem aliquis.] Mouet, & soluit quasdam dubitationes circa contrarietatem motuum, & quietum. Capitulum primum continet duas partes principales: quoniã in prima ponit phylosophus, & declarat penes quæ est attendenda contrarietas motuum. In secunda ibi. [Quoniam autem in contrarium.] Mouet, & soluit quasdam dubitationes. Prima pars continet tres particulas: quia in prima phylosophus proponit intentionem suam, & enumerat omnes modos, quibus contingit imaginari, quod motus est contrarius motui. In secunda ibi. [Est autem quicquid.] Declarat, quibus modis non est accipienda contrarietas motuum. In tertia ibi. [Relinquitur ergo.] Concludit phylosophus modũ, secundũ quem est accipienda contrarietas motuum adinuicem. In prima igitur particula huius partis phylosophus proponit intentionẽ suam, & narrat quot modis contingit imaginari, q motus sit contrarius motui. Dicit igitur phylo-

A sophus, quod præter illa, quæ determinata sunt de motu, determinandum est, quis motus cui contrarietur motui, & similiter de mansione hoc est de quiete, i. est, determinãdum est, quæ quies contrariatur motui, & etiam quę quies, cui quieti contrariatur. Demum narrat modos quibus contingit imaginari, quod motus contrarietur motui, & ponit quinque modos. Quorum primus est, ut dicatur, quod motus ab aliqua forma contrariatur motui in eandem formam. Verbi gratia, ut motus, qui est a sanitate contrariatur motui, qui est in sanitatem, ut quo modo generatio, & corruptio dicuntur esse contraria. quia generatio est a non esse, & corruptio est ab esse eiusdem. Secundo modo contingit imaginari quod illi motus sunt contrarii, qui sunt ex contrariis, ut quod motus ex sanitate, & motus ex ægritudine dicuntur esse contrarii. Tertio modo contingit imaginari, quod illi motus sunt contrarij, qui sunt in contraria. ut dicitur, quod motus ad sanitatẽ contrariatur motui, qui est ad ægritudinem. Quarto modo cõtingit intelligere, quod motus, qui est ex uno contrariorum contrarietur motui in reliquum. Verbi gratia, ut dicatur, q motus ex sanitate contrariatur motui, qui est in ægritudinẽ, & iste modus non ponitur in textu istius particulę: improbatur tamen in particula sequenti. Quinto modo contingit intelligere, quod illi motus sunt contrarii, qui sunt ex contrariis, & in contraria, ut motus, qui est ex uno contrario in reliquum contrarietur motui econtrario, scilicet, ei, qui est ex reliquo in primum, ut quod motus ex sanitate in ægritudinẽ contrariatur motui ex ægritudine in sanitatem, & ille modus est uerus. Vnde notandum secundum Cõmen. hic, quod contrarietas non est in omnibus motibus, qui sunt ex contrariis ad contraria: sed hic quæritur, propter quid sunt contrarij, utrum propter contrarietatem terminorum, a quibus sũt tantum: aut propter contrarietatem, ad quos sunt tantum: aut propter contrarietatem utrorumque, scilicet, tam propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt, quam propter contrarietatem terminorum, ad quos sunt.

Motus motui quinque contrariatur modis, & primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Quinto.

Is igitur, qui est econtrario nõ est ei cõtrarius, quo in contrariũ itur: ut is qui est ex sanitate, ei, quo itur ad morbũ. Est enim unus idemque: esse tamen ipsorum non idem est: quemadmodũ non idem est ex sanitate mutari: atque ad morbum.

Est autem qui quidem ex contrario, ei, qui est in contrarium non contrarius, ut qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. Idem enim, & unus est. Esse quidem igitur non idem est ipsis: sicut non idem est ex sanitate mutare in ægritudinem. Tex. c. 47.

HÆc est secunda particula primę partis huius capituli, in qua declarat phylosophus, quibus modis nõ est accipienda contrarietas motuum, & continet duas partes. quia in prima declaratur, quod motus ab uno contrariorum non contrariatur motui in reliquum contrarium. In secunda ibi. [Neque quidem ex contrario.] Declaratur, quod motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. In prima igitur parte huius particulę improbat phylosophus quartum modum, quo ponitur, quod motus sunt contrarij secundum contrarietatem eius, ex quo est motus, & eius, ad quod est motus, & probat istam conclusionem uidelicet, quod motus, qui est ex uno contrariorum non contrariatur motui, qui est in reliquum contrariorum, & hæc est vigesimaquinta conclusio huius libri: quæ probatur sic. Idem non contrariatur sibi ipsi: sed motus, qui est ab uno contrariorum, est idem cum motu, qui est in reliquũ contrariorum, ergo motus, qui est ab uno contrariorum, non contrariatur motui in reliquum contrariorum. Maior huius patet de se, & minor declaratur: quoniam ille motus, qui est a sanitate idem est in ægritudinem, & sic idem motus, qui est ex contrario est in contrarium. Vnde dicit phylosophus, q ille idem motus est, qui est ex contrario, & qui est in contrarium: sed esse est alterum, sicut alterum est mutare ex sanitate, & alterum est mutare in ægritudinem. Et Commen. format istam rationem sic. Illa quæ sunt idem secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem, non sunt contraria: sed motus, qui est ab uno contrariorum, & motus qui est in reliquum contrariorũ sunt idem secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem, ergo. Vnde sciendum est, q

Vigesima quinta cõclusio huius libri.
Declaratio minoris.
Alio modo format Commẽ.

Commen.

A Comment. ostendit qualiter isti motus sunt diuersi secũdum diffinitionem, & sint idem secundum subiectum dicens: quod sunt diuersi secundum diffinitionem: quoniam motus de sanitate secundum, quod est motus de sanitate, est idem secundum diffinitionem cum motu ad ægritudinem, hæc Commẽ. Vnde si quis debet diffinire motum, qui est ex sanitate præcise, ut est ex sanitate, & motum ad ægritudinem præcise, ut est ad ægritudinem, aliam, & aliam diffinitionem debet assignare, ut de se manifestum est. Vnde certum est, quod diffinitiones exprimentes quid nominis sunt diuersæ. Sed qualiter isti motus sint idem secundum subiectum Commen. ostendit dicens, quod sunt idem secundum subiectum: quoniam motus de sanitate est motus ad ægritudinem: hoc est motus ex sanitate, & motus ad ægritudinem dicuntur de eodem secundum numerum: quoniam ille idem motus, qui est ex sanitate est ad ægritudinem. Vnde dico, quod illi motus dicuntur esse idem secundum subiectum, qui dicuntur de eodem secundum numerum. Non enim dicuntur idem secundum subiectum: quia sunt in eodem subiecto: quia sic alteratio, & loci mutatio essent idem secundum subiectum, sed dicuntur idem secundum subiectum: quia prædicantur de eodẽ secũdum numerũ.

B Neque isce motus, qui est ex contrario, ei, contrarius est, qui ex contrario est. Simul enim accidit e contrario, & in contrarium: aut in medium ire: sed posterius de hisce dicemus.

Tex. c. 48. *Neque qui est ex cõtrario, ei, qui est ex contrario. Simul quidẽ n. accidit mutari ex contrario in contrariũ, aut in medium. Sed de hoc quidem posterius dicemus.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli: in qua declaratur, quod motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt motus, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri: quæ secundum expositores probatur sic. Illi motus, qui sunt ad eandem formam secundum speciem, non sunt contrarij: sed motus, qui sunt ex cõtrarijs, possunt esse ad eandem formam secundum speciem, ergo motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Maior de se patet, & minor declaratur: quia motus ab albo, & motus a nigro potest terminari ad eandem formam mediam, videlicet, ad fuscum, vel ad pallidum, & huic expositioni consentit textus, qui sic habet. Simul quidem accidit ex contrario mutari in contrarium, aut in medium: hoc est motus ex contrario potest indifferenter ad contrarium, vel ad medium, & sic motus ex contrarijs possunt terminari in idem medium secundum speciem. Attamen Commen. format istam rationem sic. Omnes motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ad contraria, quia motus ex uno contrariorum, vel est ad contrarium, vel ad medium; si sit ad medium est ad cõtrarium, quod est in illo medio. Ex quo potest argui sic. Illi motus, qui sunt a terminis contrarijs ad terminos cõtrarios, non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt, ex quo aliunde habent contrarietatem, scilicet, ex terminis, ad quos sunt. sed omnes motus qui sunt ex contrarijs, sunt ex terminis contrarijs ad terminos cõtrarios, ergo motus, qui sunt ex contrarijs non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & per consequens motus non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt.

Vigesima sexta conclusio huius libri.

Declaratio minoris.

C

D Enim uero in contrarium mutari causa potius cõtrarietatis esse uidebitur: quã e cõtrario mutari. Hoc n. abiectio cõtrarietatis: illud assũptio est.

Sed magis in contrarium mutare videbitur utique causa esse contrarietatis, quam ex contrario. Hic quidem enim mutatio contrarietatis: ille uero acceptio.

SED quia aliquis potest dicere, quod licet motus ex contrarijs sint ad contraria: tamen contrarietas motuũ non est accipienda secundum illud, ad quod est motus: quia motibus contrarijs accidit, quod sint ad contraria: sed per se competit motibus contrarijs, quod fiant ex terminis contrarijs. Hoc excludit phylosophus declarando, quod contrarietas in motibus magis est accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos, quam secundum contrarietatem terminorum a quibus, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri: quæ dupliciter probatur, & primo sic. Motus de contrario est separatio ab illo, & motus ad contrarium est receptio, & acquisitio eius, ad quod est motus. sed contrarietas magis attenditur penes illud, quod acquiritur per motum, & quod perficit motum, quam penes illud, a quo separatur motus: quia quod acquiritur est pars substantiæ motus, sed illud, a quo separatur, non est pars substantiæ motus, ergo contrarietas motuum est magis accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt: quam secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Vel sic. Contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur esse per motum, quam penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur non esse: quia esse est dignius, quam non esse, sed terminis, ad quos sunt motus, acquiritur esse, & terminis, a quibus sunt, acquiritur non esse, ergo. Notandum secundum Commen. hic, quod translatio rei motæ de contrario, a quo mouetur est separatio ab ipso, & translatio eius ad contrarium, ad quod mouetur, est receptio, & acquisitio, & hoc est ideo, quia motus nihil aliud est, quam acquisitio unius partis post aliam ab illo, ad quod res mota mouetur primo, donec acquiratur illud, ad quod mouetur perfecte, & tunc cessat, & tamen motus dicitur esse contrarius motui aliquo illorum modorum, sed dignius est, ut sit cõtrarius secundum illud, quod acquiritur, & per quod perficitur, non secundum illud, a quo separatur, quia illud, a quo separatur, non est pars eius substantiæ, sed est accidens ei, & illud, quod acquiritur est pars substantiæ: hæc Commen. Et intelligo, quod illud, quod acquiritur est pars substantiæ motus, idest, est pars diffinitionis motus, sicut punctus est de substantia lineæ, quia est pars diffinitionis eius: quia motus est actus entis in potentia inquantum in potentia est ad terminos motus, ut dealbatio est actus dealbabilis, inquantum est in potentia ad albedinem: & sic terminus, ad quem est motus, est pars diffinitionis motus.

Vigesima septima conclusio huius lib. Prima probatio huius conclusionis.

Notanda.

B Dicitur etiam quisque motus ex eo potius, in quod itur: quam ex eo, ex quo fit mutatio. Sanatio enim hisce dicitur, quo acquiritur sanitas. Aegrotatio hisce, quo ad ægritudinem itur.

C *Et dicitur autem unusquisque, in quod mutatur magis: quam ex quo, ut sanatio in sanitatem: ægrotatio autem in ægritudinem.*

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Contrarietas motuum magis est accipienda ab eo, a quo denominatur motus, quã ab eo, a quo non denominatur: quia ab eo, a quo aliquid accipit formam, accipit contrarietatẽ, quia cõtrarietas est differentia secundum formam, sed motus denominatur a termino, ad quem, non a termino a quo, verbi gratia: Motus ab ægritudine in sanitatem denominatur a sanitate, non ab ægritudine, quia dicitur sanatio, & non ægrotatio, ergo contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem terminorum, ad quos sunt, quam terminorum, a quibus sunt. Vnde notandum est secundum Commen. quod substantia motus est de natura, ad quod est, & non eius, ex quo est, & ideo motus denominatur ab illo, ad quod est. hæc Commen.

Secunda probatio.

D Restat igitur isce, quo ad contraria pergitur, & isce quo ad contraria ex contrariis itur. Forsitan igitur fit, ut hi quibus ad contraria proficiscitur, & ex cõtrariis sint. Sed esse fortasse non idem eundi, inquam, in sanitatem: atque ex morbo, & eundi in morbum, atque ex sanitate.

Relinquitur autem qui est in contraria, & qui est in contraria ex contrarijs. Fortassis quidem igitur accidit hos, qui in contraria ex contrarijs esse, sed esse forsitan non idem. Dico autem, qui in sanitatem, ei, qui ex ægritudine, & qui ex sanitate, ei, qui in ægritudinem.

HAec est tertia pars principalis primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus determinat veritatem, declarando, quomodo est accipienda contrarietas

in

in motibus, & intendit declarare, quod contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt: ita quod isti motus sint contrarii, qui sunt ex terminis contrarijs ad terminos contrarios. Et hæc est vigesimaoctaua conclusio huius libri, circa cuius probationem sic procedit phylosophus, quia primo infert conclusionem ex præcedentibus, & innuit unam rationem probantem conclusionem secundum unam expositionem: quæ non est expositio Commen. secundo ibi. [Quoniam autem differt] probat conclusionem. Primo igitur dicit phylosophus, quod ex quo, nec illi motus sunt contrarij: quorum unus est ab uno contrariorum, & alius in reliquum contrarium, nec etiam illi motus sunt contrarij, qui solum sunt ad contraria, nec etiam motus ab aliqua forma contrariatur motui in eandem formam. Relinquitur igitur, quod illi motus sint contrarii, qui sunt ex contrarijs ad contraria: ut motus a sanitate in ægritudinem contrariatur motui ab ægritudine in sanitatem & econuerso. Nam omnes motus, qui sunt ex contrariis, sunt ad contraria, & econuerso. Et ideo ex hoc potest formari talis ratio, quamuis Commen. hic nullam rationem innuat. Ratio igitur est talis. Vel illi motus sunt contrarii ex contrarijs, vel illi, qui sunt ad contraria, seu illi, qui sunt ex contrariis ad contraria, sed omnes motus, qui sunt ex contrariis, sunt ex contrariis ad contraria, ergo omnes motus contrarij sunt ex contrariis in contraria. Ex quo potest argui sic, contrarietas mobilium, qui per se sunt ex contrariis, & etiam ad contraria, non solum est accipienda ex contrarietate terminorum, a quibus sunt, nec solum accipienda est ex contrarietate terminorum, ad quos sunt, sed ex contrarietate utrorumque terminorum, scilicet, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, sed motus contrarij sunt per se a contrariis ad contraria: igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt: maior patet, quia contrarietas motus debet accipi ab his, quæ per se insunt motibus contrariis, secundum quod sunt contrarij, & minor patet de se, quia motus qui sunt ex contrariis, ut sanatio, & ægrotatio, sunt ad contraria, & econuerso. Sciendum est, quod secundum expositionē Commen. phylosophus quandoque concludit conclusionem suam, videlicet, quod illi motus sunt contrarij, qui sunt ex contrariis ad contraria,

Vigesima octaua cõclusio huius libri.

A *in contrarium motus contrarius est, ut qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatē.*

CVM phylosophus proposuit conclusionem, quam intendit probare, scilicet, quod contrarietas motuum est accipienda secundum contrarietatem terminorum: a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, hic phylosophus iterum probat eandem conclusionem, & primo per rationem. Secundo per inductionem. Per rationem sic: contrarietas in motibus est accipienda secundum ea, quæ sunt essentialia motui: quoniam illud, quod est essentiale rei est causa proprietatum essentialium eius, nunc uero contrarietas est proprietas per se, & essentialis motus, sed essentiale est motui, quod sit a contrario in contrarium. Sicut enim essentiale est motui, quod sit ad contrarium, ita essentiale est motui, quod sit ex contrario, igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt. Maior patet ex dictis, & minor declaratur per hoc, quia illud est essentiale motui, B per quod motus differt a mutatione, sed motus differt a mutatione per hoc, quod motus est a subiecto contrario in subiectum contrarium, & mutatio non, ergo.

Probat cõclusionem suam ratione.

Patet autem, & ex inductione, qui contrarij esse videntur. Egrotare. n. ipsi sanari, & discere ipsi decipi non per seipsum: contraria uidentur. Ex cõtrarijs enim in contraria fiunt. Vt n. scientiam per se quispiam, & per alium consequi potest, sic & deceptionem. Latio etiam, quæ supra loca petuntur, et cõtraria est lationi, quæ ad infera loca itur. Hæc enim in lõgitudine contraria sunt. Et ea, qua itur ad dextra, ei, qua sinistra petuntur. Hæc enim in latitudine contraria sunt. Et ea, qua pergitur ad ea, quæ sunt ante, ei, qua itur ad ea. quæ sunt post. Hæc enim in profunditate contraria sunt.

Dubium.

C nunc uero phylosophus remouet unum dubium tale. Dictū enim est prius, quod contrarietas motuum non potest accipi secundum contrarietatem eius, ex quo est motus ad illud, ad quod est motus, quia sic idem esset sibijpsi contrarium ex hoc posset esse dubium, quia videtur, quod illud impossibile sequatur ex hac positione, quæ ponit, quod illi motus sunt cõtrarij, qui sunt ex contrariis ad contraria, scilicet, quod idem sit sibijpsi contrarium. Ideo phylosophus hoc remouet dicēs, quod non est eadem essentia motus, qui est ex contrario in contrarium, & econuerso. Vnde quamuis idem sit motus, qui est ex uno contrariorum, & qui est in reliquum cõtrarium: tamen non est idem motus, qui est ab uno contrariorum in reliquum, & motus, qui est econuerso. Notandum est hic secundum phylosophum, quod motus, qui sunt ex contrariis, sunt ad contraria, & hoc accidit eis, quia esse forsitan non est idem.

Solutio.

Notabile.

Vnde est sciendum quod de eisdem motibus essentialiter dicitur, quod sunt ex contrariis, & quod sunt ad contraria & sic motus ex contrariis, & motus ad contraria sunt idem secundum subiectum, quia dicuntur de eodem subiecto secundum numerum, sed non sunt idem secundum esse, idest, secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, quia isti termini, scilicet, motus ex contrariis, & motus ad contraria non significant idem, quamuis uere prædicentur de eodem secundum numerum.

Cum autem a motu mutatio differat: ea nãque mutatio motus est: qua ex subiecto in subiectum itur, ipse profecto motus, quo econtrario in contrarium pergitur contrarius est, ei, quo econtrario ad contrarium itur, ut ipse, quo ex sanitate in morbum itur, ei, quo sanitas e morbo acquiritur.

Tex. c. 49. *Quoniam autem differt mutatio a motu, ex quodam enim subiecto in quoddam subiectū mutatio est motus, qui est ex contrario in contrariū, ei, qui est ex contrario*

Tex. c. 50. *Manifestum est autem ex inductione, qualia videntur contraria esse. Aegrotari enim ipsi sanari, & ipsi ad discere decipi, permutari uero non per ipsum. In contraria enim: sicut enim in scientia est, sic, & in deceptione, & per ipsum habere, & per alium. Et sursum motus, ei, qui est deorsum. Contraria enim hec sunt in longitudine. Et qui est ad dextram, ei, qui est ad sinistrā, contraria enim hac sunt in latitudine. Et qui est ante, ei, qui est retro. Contraria enim hac sunt in altitudine.*

CVM phylosophus probauit conclusionem suam per rationem, probat eam per inductionem, scilicet, quod contrarietas motus est ex contrarietate terminorum, quia omnes motus contrarij sunt ex contrariis, & ad contraria, & hoc declaratur tam in alteratione, quam in motu locali. In alteratione enim tam corporis, quam animæ, patet quod motus contrarij sunt ex contrariis ad contraria, quoniam motus ægrotationis, & motus sanationis sunt contraria. & unus est ex sanitate in ægritudinem, & alius econtrario, & similiter addiscere est contrarium ei quod est decipi, non a se, sed ab alio, sed addiscere ab alio, & decipi ab alio sunt ex contrariis ad contraria, quia addiscere ab alio est ab ignorantia ad scientiam, & decipi ab alio est econtrario. Item patet in motu locali, quoniam motus sursum, & motus deorsum contrariantur, & sunt a contrariis ad contraria in longitudine, quia sursum, & deorsum contrariantur in longitudine, & motui, qui est ante, contrariatur motui, qui est retro, eo, quia ante, & retro sunt contraria in altitudine, seu profunditate, & motus ad dextrum contrariatur motui ad sinistrum, eo quia ista sunt cõtraria in latitudine. Notandum, quod istam literam, quæ dicit, quod addiscere contrariatur ei, quod est decipi, non per ipsum, exponit Commen. dupliciter, uno modo, quod phylosophus dicit, quod addiscere est contrarium ad errorem ea alio non, ex se, cum homo raro erret ex se, sed ex alio, sicut addiscit ex alio, non ex se & ideo dicit non ex se, & hæc est expositio Alexandri. Vnde quia homo, ut frequenter addiscit ab alio, & etiam errat ab alio, ideo addiscere ab alio, & erra-

Prima expositio. Commen.

Secunda expositio.

te

te ab alio sunt contraria. Alia expositio est, quod phylosophus intendit, quod scientia, quæ est ex alio, opponitur errori, qui est ex alio, & scientiæ acceptæ per inuentionem propriam contrariatur error, siue deceptio accepta per seipsam: hoc est studio proprio.

His autẽ qui solum ad contrarium est: non motus, sed mutatio est. Velut albũ fieri nõ ex aliquo.

Tex. c. 51. *Qui autem est in contrarium solum: non est motus: sed mutatio, ut fieri album non ex quodam est.*

Hæc est secunda pars principalis huius capituli: in qua phylosophus mouet, & soluit quasdam dubitationes: & continet duas particulas secundum numerum duarum dubitationum, quas soluit. Secunda ibi. [Quoniam autẽ in medium.]

Prima dubitatio. Prima igitur dubitatio est: nam dictum est, quod omnis motus est a contrario in contrarium: sed circa hoc mouetur dubitatio, quia non uidetur, quod omnis motus sit a contrario in contrarium, quia aliquis motus est ad contrarium, qui non est ex contrario: nam motus a non contrario in contrarium, ut motus a non albo ad album est motus, & tamen non est a contrario in contrarium: sed a contradictorio in cõtrarium.

Solutio. Istam dubitationem soluit phylosophus dicens, quod talis transmutatio, quæ non est a contrario in contrarium nõ est motus, sed est mutatio, ut si fiat album ex non quodam, vt ex non albo, non est motus, sed est mutatio. Vnde dicit Com.

Idem sup. c. 8. & 12. me. cõ. 4. Idem hic infra. c. 55. generatio albi quandoque accipitur, secundum quod accidit oportet, quod fuerit ex non albo, est transmutatio non motus. Vlterius dicit Comment. quod omne album generatur ex nigro, aut ex mediis: sed cum cõsideratur secundum quod hoc accidit nigro, quod fuerit non album est transmutatio non motus, sed hoc est ei per accidens non per se, transmutatio vero, quæ est de non contrario, omnino est transmutatio per se, hæc Comment. In quibus verbis possunt tria notari.

Primum notan. Primo, quod generatio albi ex non albo non est motus, & ratio est, quia omnis motus requirit aliquod medium inter terminos motus, sed inter contradictoria non est mediũ, ergo.

Secundũ. Secundo potest notari, quod generatio albi ex non albo est per accidens, & ut mihi uidetur per generationem intelligo transmutationem successiuam, non mutationem subitam, transmutatio enim successiua est per se a contrario in contrarium, & per accidens a contradictorio in contradictorium, sed mutatio subita est per se a contradictorio in contradictorium, & per accidens a contrario in contrarium. Et quod Comment. dicit, quod accidit nigro, quod sit non albũ, non intelligit, ut mihi uidetur, quod non album non est per se in primo modo dicendi per se, de intellectu nigri, & ita accidit nigro, quod sit non album accipiendo accidentalitatem, ut opponitur perseitati primo modo.

Tertium. Tertio potest notari, quod transmutatio, quæ est a non contrario omnino est transmutatio per se, & ita mutatio subita est per se mutatio. Quare autem mutatio subita est per se mutatio, & quare est mutatio per accidens: uisum est superius in hoc quinto, sed & magis uidebitur in sexto, Domino Iesu Christo concedente.

Quibus etiam nõ est contrarium ea mutatio, quę est ex ipso, ei mutationi contraria est, quæ est ad ipsum. Quapropter generatio corruptioni cõtraria est. abiectioque accretioni. Hæ autem mu-
D tationes non motus sunt.

Tex. c. 52. *Quibus autem non est contrarium, qui est ex ipso: ei, qui est in ipsum mutatio, contraria est. Vnde generatio corruptioni contraria est, & remotio acceptioni. Hæ autem mutationes quidem: motus autem non sunt.*

Deinde uariat phylosophus qualiter contrarietas est accipienda in transmutationibus, quæ non sunt ex non contrario in contrarium, & dicit, quod in talibus mutationibus, quæ non sunt a contrario in contrarium, debet contrarietas accipi ex uno extremo secundum diuersum respectum ad illud idem extremum: mutatio enim, quæ est ad hoc, est contraria mutationi, quæ est ab hoc, & isto modo generatio, & corruptio sunt contraria, quia corruptio, quæ est ab aliqua forma, contrariatur generationi, quæ terminatur ad ean-
A dem formam. Et dicit Comment. quod in hac transmutatione, scilicet, subita non est esse, nisi in vno extremo in generatione autem in fine, in corruptione vero in principio: hæc Commen. Finis autem generationis est ens, & principium nõ ens e contrario in corruptione. Intelligendum est, quod quando aliqua forma non habet contrarium: sicut est in substantiis, tunc mutatio ab ipso contrariatur mutationi in ipsum: sicut generatio contrariatur corruptioni. sed quando forma, ad quam est mutatio, habet contrarium, tunc non solum mutatio ab ipsa contrariatur mutationi in ipsam, sed etiam mutationes, quæ sunt ad terminos contrarios, sunt contrariæ: licet non sunt ex contrariis, ut generatio albi ex non albo, & generatio nigri ex non nigro, sunt mutationes contrariæ, sed non sunt motus contrarij.

Hi uero motus, quibus ad medium itur: in quibus contrariorum est medium, in contrarijs quodammodo sunt ponendi. Motus enim ad vtrum extremorum eatur, medio ipso utitur, ut extre-
B mo. Velut e fusco quidem itur in album: tanquã e nigro: e nigro uero in fuscum, tanquam in albũ. Medium enim ad vtrunque extremorum contrarij rationem quodammodo subit, ut prius dictũ est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est, iste, quo e contrario in contrarium pergitur, ei, quo e contrario in contrarium itur.

Qui autem in medio motus sunt, quibuscunque contrariorum est medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi: sicut enim contrario utitur medio motus in utraque, utique utetur, ut ex fusco quidem in albũ, tanquam ex nigro, & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuscum, tanquam in album: fuscum autem mediũ ad utrunque dicitur, quodammodo, utrunque ultimorum: sicut dictum est prius. Motus
C *quidẽ igitur motui contrarius est, sicut qui est ex cõtrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrariũ.*

Hæc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus remouet secundam dubitationem. Dictum est, quod motus contrarij sunt, qui sunt de rebus contrarijs ad res contrarias. Ex hoc igitur oritur dubium, quia secundum hoc uidetur, quod motus ab extremo ad medium non contrarietur motui contra, scilicet, qui est a medio in extremum: cum isti motus non habeant terminos contrarios. Istud remouet phylosophus dicens, quod medium contrariatur vtrique extremorum: quoniam medium comparatum uni extremo habet rationem alterius extremi, ut fuscum comparatum albo hẽt rationem nigri, & fuscum comparatum nigro hẽt rationem albi. unde mutatio, quæ est ex nigro in fuscum, est tanquam ex nigro in album, & mutatio ex fusco in nigrum, tanquam ex albo in nigrum, & sic motus ab extremo in medium contrariatur motui e contra, qui est a medio in extremum. Notandum secundum Commen. hic, quod medium est contrarium utrique ex-
D tremo, sed non simpliciter, sicut alterum extremum est contrarium reliquo, sed medium est contrarium vtrique extremo per illud, quod est in eo, de reliquo extremo, & contrarietas eius differt a contrarietate extremi in hoc, quoniam contrarium in eo, scilicet, unum extremum non est in ultima sua perfectione, sicut in ipso extremo. Item notandum, quod Comment. dicit hic, quod quando transmutatio ab extremo ad medium fit, illa transmutatio terminatur ad alterum extremum, quod est in medio, & quando fit transmutatio a medio ad extremum fit transmutatio a reliquo extremo, quod est in medio. Dicit enim Commen. sic. Inter, idest, medium est contrarium utrique extremo. quoniam utrunque extremum inuenitur ex eo non perfecte, uerbi gratia: quoniam in transmutatione, quæ fit de viridi in album: uiride est quasi nigrũ. Vnde uiride non transmutatur ad album nisi secundum, quod est in eo de nigro non secundum quod est in eo de albo, & etiam quando uiride transmutatur in nigrum transmutatur secundũ, quod est in eo de albo, & similiter quando album transmutatur in uiride, transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, &

Dub phylosophi. Remotio huius dubitationis. Idem primo phy. c. 14. Expositio Commẽ.

quando

quando nigrum transmutatur in uiride transmutatur in album, quod est in eo, hæc Commen. Et postea in eodem commento. Comment. dicit sic. Secundum hoc igitur omnis motus, qui est contrarius motui, est contrarius secundum illud ex quo, & secundum illud ad quod, siue fuerit motus ad media, siue ad extrema. Et dicit ulterius, quod sic etiam est intelligendum de motibus, qui sunt de medio in medium, hæc Commen. Ex quibus dictis Commen apparet, quod de intentione Commen est, quod contraria manent actualiter, & realiter in medio, quia certum est, quod per motum acquiritur esse in actu terminorum motus, sed quando aliquid mouetur ab albo in uiride, illud mouetur in nigrum, quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter nigredo, si etiam aliquid transmutatur a nigro in uiride, illud transmutatur ad album, quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter albedo, & sic formæ contrariæ sunt simul in actu medio. Et mihi uidetur, quod hæc sit intentio Commen. Veruntamen hæc opinio uidetur esse falsa, quia secundum hoc omnis alteratio erit inter formas specie distinctas. Nam omnis alteratio, quæ est ab albedine, esset ad nigredinem distinctam specifice ab albedine, quia si fiat motus a magis albo ad minus album, ille motus terminaretur ad nigredinem, quæ est in minus albo, & similiter omnis motus a nigredine esset ad albedinē, & sic omnis alteratio esset inter formas specifice differentes: sed hoc est contra phylosophum, quia superius in hoc quinto dixit, quod aliqua est alteratio in eadem specie.

Prima rō.

Secunda ratio. Item secundum hoc sequeretur, quod omnis motus ab albedine esset eiusdem speciei, quia omnis motus ab albedine esset ad nigredinem, & sic esset ad unam formam secundum speciem, & sic defuscatio, & deuiridatio essent eiusdem speciei, posito isto possibili, quod fiunt ab albedine. Et sequitur adhuc maius inconueniens, scilicet, quod duo motus ad fuscedinem sub eodem gradu differunt specie, & tamen motus ad fuscedinem, & motus ad rubedinem erunt eiusdem speciei, quod uidetur inconueniēs.

Confirmatio. Et probo, quod hoc sequatur: quoniam possibile est, quod fiant duo motus: unus, scilicet, ab albedine, & alius a nigredine ad fuscedinem sub eodem gradu, & isti duo motus differunt specie secundum istam opinionem, quia sunt ad formas differentes specie, scilicet, ad albedinem, & nigredinem, quæ sunt in fuscedine, & possibile est etiam duos motus esse ab albedine, unus ad fuscedinem, & alius ad rubedinem, & isti motus essent eiusdem speciei secundum istam uiam, quia vterque est ad nigredinem, quæ est una forma secundum speciem.

Tertia rō. Item secundum istud sequeretur, quod omne alteratū ab uno contrario prius deueniret in contrarium extremum, quam in medium: quoniam illud, quod transmutatur ab albedine statim fieret sub nigredine, quia statim cum fit sub albedine remissiori fieret sub nigredine, sed prius fit sub albedine remissiori, quā fiat sub aliqua forma, media differente secundum speciem, ergo omne, quod transmutatur ab albedine prius fieret sub nigredine, quam sub aliqua forma media, quod uidetur esse contra phylosophum, qui superius in hoc quinto dixit, quod medium est in quod continue mutans, &c.

Quarta ratio. Item quæro, aut in forma media est aliqua forma alia a formis extremis, vel non: si nō: tunc forma media non differret specifice ab extremis, quia non haberet per quid differret specifice ab eis, si autem detur, quod ibi est aliqua forma media resultans ex commixtione extremorum, cum illa forma sit qualitas sensibilis habens contrarium, non uidetur aliqua ratio, quare ad illam non esset motus per se, & sic motus posset terminari per se ad ipsam formam mediam, & non solum ad extremum, quod est in forma media.

Quinta ratio. Item, quod formæ contrariæ non possunt esse simul adæquate in eodem potest probari, quia motus non sunt contrarij, nisi propter cōtrarietatem terminorum secundum phylosophum, ergo si formę contrariæ per se terminantes motum essent simul in eodem, sequeretur, quod motus contrarij possent esse simul in eodem, & sic si calor, & frigus possent esse simul in eodem, multo magis calefactio, & frigefactio essent simul in eodem, sed hoc est impossibile, quia quod calefit recedit a frigore, & qđ frigefit accedit ad frigus, ergo si idem simul calefieret, & frigefieret, sequeretur, quod idem simul accederet ad aliquam formam, & recederet ab eadem.

Confirmatio. Et confirmatur, quia si idem corpus sit simul calidum, & frigidum, sequitur, quod illud corpus approximatum corpori receptiuo caloris, & frigoris simul calefaceret, & frigefaceret illud corpus: quoniam per calorem calefaceret, & per frigiditatem frigefaceret illud idem corpus.

Sexta rō. Similiter tactus simul sentiret calorem, & frigus eiusdem caloris, & uisus simul perciperet idem corpus esse album, & nigrum, cum in eodem corpore sint simul albedo, & nigredo. Similiter albedo, & nigredo quantumcunque remissa sunt contraria, & per consequens opposita, sed omnia opposita includunt contradictionem, quia contradictio est prima oppositio, & est mensura cuiuslibet alterius oppositionis. Vnde ad uidendum, utrum aliqua sint opposita, est considerādū, utrum includant contradictionem, uel non: si sic, illa sunt opposita: si non, non sunt opposita: igitur si contraria essent simul in eodem, sequeretur, quod contradictoria uerificarentur simul de eodem: quoniam si idem esset simul album, & nigrum, sequeretur, quod illud esset simul album, & non album, quod est impossibile. Propter igitur ista, & multa alia, quæ posui in quodam tractatu de intentione formarum, non uidetur mihi, quod contraria possint esse simul in eodem: & adhuc posito, quod contraria essent realiter in forma media, tamen illa forma media posset per se terminare motum, & non oporteret motum terminari ad alterum extremū, qđ est in medio. Dico igitur, quod omnis motus est a contrario in contrarium simpliciter, uel in contrarium quodammodo. Vnde forma media contrariatur quodammodo, sed non simpliciter vtrique extremo. Dicta ergo Comment. non possunt hic glossari nisi uiolenter.

Ad rōnes. Posset tamen sic dici, quod quamuis forma media sit forma simplex, habet tamen conuenientiam, & similitudinem cum vtroque extremo, & secundum quod conuenit cum uno extremo contrariatur alteri extremo, & utrunque extremum dicitur in eo esse quodammodo. Quod igitur dicit Commen. quod quando album transmutatur in uiride transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, intelligit, quod quando album transmutatur in uiride, transmutatur in uiride secundum quod habet rationem nigri. Vnde circa contrarietatem motuum est intelligendum, quod non omnes motus sunt contrarii, qui sunt a terminis contrariis ad terminos contrarios, sed illi, qui sunt a contrariis ad contraria modo contrario: ita, quod unus motus sit ab uno contrario in reliquum, & alius econtrario, scilicet, a termino ad quem terminatur primus motus ad terminum a quo ille motus incipit, vel ad consimilem, verbi gratia. Si aliquod corpus calefiat vsque ad aliquem gradum caliditatis, & postea quiescat sub illo gradu, & iterum calefiat, ita quod moueatur ab illo gradu ad gradum intensiorem, istę duę calefactiones sunt a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios, quia termini, a quibus sunt illi motus, sunt contrarij, quia primus motus est a contrario in contrarium, & termini inter quos est primus motus sunt termini, a quibus est secundus motus. Similiter termini, ad quos sunt illi motus, sunt contrarij, quia inter istos terminos est secundus motus, & secūdus motus est a contrario in contrarium, & sic istę duę calefactiones sunt a contrarijs ad contraria, & tamen non sunt motus contrarij, quia non fiunt modo contrario, quia non fiunt secundum reflexionem, sed magis in directum, &c.

DE CONTRARIETATE MOtus ad quietem, & quietum adinuicem.

Tractatus tertij. Cap. II.

Cum autem motui non solum motus esse contrarius, sed quies etiā uideatur, hoc definiamus oportet. Absolute namque motus motui contrarius est. Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Priuatio uero quodammodo cōtraria dicitur. Quę autem cuinam contraria est, an ei motui, qui est in loco, ea quies est contraria: quę est in loco. Verum hoc nunc simpliciter dicitur. Vtrum enim isce motus dicitur, hoc, ei quieti, qui est hic opponatur, an isce quo ad hoc itur.

Quoniam autem motui non solum uidetur esse motus contrarius, sed & quies, hoc determinatum est. Simpliciter quidem enim contrarius est motus motui. Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Est autem sic, quod priuatio contraria dicitur. Qualis autem quali, ut ei, qui est secundum locum, sed hoc non dicitur simpliciter. Vtrum enim ei, qui est huic mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur. Tex. c. 53.

Istud est secundum capitulum huius tractatus: in quo determinatur de contrarietate motus ad quietem, & quietum adinuicem. Et continet tres partes principales. Quoniam

niam in prima narratur, quæ quies contrariatur motui. In secunda autem ibi. [Simul autem adinuicem.] Declarat, quæ quies, cui quieti contrariatur. In tertia ibi. [Quibus autē non sunt.] Determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem. Prima pars continet duas particulas: quia in prima phylosophus proponit intentionem suam. In secūda ibi. [Manifestum autem igitur est.] Infert conclusionem, quam intendit. Dicit igitur phylosophus primo, quod quia motus non solum contrariatur motui, sed etiam quieti: determinandum est, quæ quies contrariatur motui. Et dicit, qualiter motus contrariatur motui, & qualiter etiam quies contrariatur motui. Et dicit, quod motus simpliciter contrariatur motui, sed quies contrariatur motui: sicut priuatio contrariatur habitui. Qualiter autem quies contrariatur motui, nunc hic dicendum est. Quoniam manifestum est, quod motui secundum locum contrariatur quies secundum locum, & hoc nunc dictum est in vniuersali, sed inquirendum est virū contrarietur quieti sub termino, ex quo est motus, vel quieti sub termino ad quem est motus, ut utrum sanatio contrarietur quieti sub ægritudine, ex qua est sanatio, vel quieti sub sanitate, ad quam est sanatio.

Patet igitur cū duobus in subiectis sit ipse motus: ei quidem motui, qui est ex hoc in contrariū: oppositam eā esse quietem, quæ est in hoc. Ei uero, q est ad hoc e cōtrario eā, quæ in cōtrario est.

Tex. c. 54.

Manifestum igitur est: quoniam quia in duobus motus subiectis est. Huic quidem qui ex hoc in cōtrarium, quæ est in hoc quies. Huic autem, qui ex cōtrario in hoc, quæ in contrario quies.

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus infert conclusionem, quam intendit dicens, quod quia motus est in duobus subiectis; hoc est inter duo affirmata: manifestum est, quod motus, qui est ex contrario contrariatur quieti sub tali contrario, hoc est motus contrariatur quieti sub termino a quo: quieti sub termino ad quem, verbi gratia. Motus ex sanitate contrariatur quieti in sanitatem, &c.

Simul autem hæ, & inter sese sunt contrariæ. Etenim absurdum est si motus quidem contrarij sunt: quietes uero contrariæ non sunt. Sunt autē hæ: quæ in contrariis sunt. Ea namque quies: quæ est in sanitate: ei quieti contraria est, quæ est in morbo Et ei motui, quo ex sanitate in morbū itur. Ei namque, quo e morbo itur in sanitatem cōtrariam esse fines ægritudine rationis.

Simul autem, & adinuicem contrariæ hæ sunt. Et nā que inconueniens est, si motus quidē contrarij sunt. Quietes aūt oppositę non sunt. Sunt aūt in oppositis hæ, ut q est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem: quæ autem est in sanitate ex ægritudine quies. Motus aūt ei, qui est ex sanitate in ęgritudinē, ei enim qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabile.

HAec est secunda pars principalis huius capituli: in qua declaratur quæ quies cui quieti contrariatur. Et continet duas particulas: quia in prima probat, quod quies est contraria quieti, & quæ quies cui quieti. In secunda ibi. [Quoniam est in ipso motus.] Declarat, quæ quies contrariatur motui. Dicit igitur phylosophus primo, quod quies nō solum contrariatur motui: immo quietes sunt adinuicem contrariæ, & quod quies contrarietur quieti declaratur. Et hæc est vigesimanona conclusio huius libri: quæ probatur sic. Motus contrariatur motui, ut probatum est superius: sed inconueniens est, quod motus contrarietur motui, & quod quies non contrarietur quieti, igitur quies contrariatur quieti. Quod autem hoc sit inconueniens, scilicet, motum contrariari motui, & quietem non contrariari quieti: potest sic declarari, quia motus non sunt contrarij, nisi quia sunt ad contraria, & ex contrarijs, sed inconueniens est dicere, quod motus ad terminos contrarios sunt contrarij, quod tamen quietes sub terminis contrarijs non sunt contrariæ. Tantum enim inconueniens est dicere, quod aliquis simul quiescat sub contrarijs, quantum inconueniens est dicere, quod aliquid simul moueatur ad contraria. Et maius inconueniens est quiescere simul sub contrarijs, quam moueri simul ad contraria. Et ex hoc patet, quę quies cui quieti contrariatur: quoniam quies sub uno contrariorum contrariatur quieti sub reliquo contrariorum. Et hoc est, quod phylosophus intendit, cum dicit. Sunt autem in oppositis hæ. hoc est, quietes oppositæ sunt illæ, quæ sunt in oppositis, ut quies in ægritudine, supple opponitur quieti in sanitate. Deinde narrat, quæ quies opponatur motui, dicens, motus autem, qui est ex sanitate in ægritudinem, supple, opponitur quieti, quæ est ex sanitate, & ei motui, qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabilem: supple, opponitur quieti in sanitate.

Vigesima nona conclusio huius libri.

Motus enim in ipsum, in quo statur profectio potius est ad quietē, quam accidit fieri simul cū motu. hunc aut, aut illum esse contrarium illi necesse est. Non n. ea quies, quæ in albedine est: ei motui contraria est, quo ad sanitatem acceditur.

Qui enim in ipso motus est, in quo stetit: quietatio magis est: secundum quod accidit simul fieri motu. Necesse autem est, aut hanc, aut illam esse. Non enim quæ est in albedine quies: contraria est ei, quæ est in sanitate.

HÆc est secunda particula secūdæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quæ quies contrariatur motui, & etiam, quæ quies cui quieti contrariatur. Et primo phylosophus declarat, quod motus contrariatur quieti in termino a quo, & hæc est trigesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Motus contrariatur quieti, ut probatum est supra, aut igitur contrariatur quieti in termino a quo, vel quieti in termino ad quem, sed motus non contrariatur quieti in termino ad quem: igitur motus contrariatur quieti in termino a quo. Maior huius rationis de se patet: sed minor declaratur in textu dupliciter, & primo sic. Motus non contrariatur quieti, quam facit, sed facit quietem in termino ad quem, ergo non contrariatur quieti in termino ad quem. De hac ratione ponitur minor in litera. Vnde dicit, quod enim in ipsum motus est, in quo stetit quietatio magis est, hoc est, motus est quietatio, & faciens quietem in ipso termino, in quo stetit, hoc est, in termino ad quem, hoc est, motus est faciens quietem in termino ad quem, & hæc fuit minor huius prosyllogismi. Secundo probatur minor principalis rationis, scilicet, quod motus non contrariatur quieti in termino ad quem, & hoc sic. Motus non contrariatur quieti, quæ simul fit cum motu; sed quies in termino ad quem simul fit cū motu, ergo motus non contrariatur quieti in termino ad quem: huius prosyllogismi minor ponitur in textu: secundum tamē expositionem Commen. phylosophus per istam literam, secundum, quod accidit simul fieri motui, declarat, quod quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem, & hæc est trigesimaprima conclusio huius libri. quæ probatur sic, Illę quietes sunt contrariæ, quarum una corrumpitur per generationem alterius, hoc enim est de ratione contrariorum, videlicet, unum corrumpi per generationem alterius; sed quies in termino a quo corrumpitur per generationem quietis a termino ad quem, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem. De ista ratione ponitur probatio minoris in textu: cum dicitur. Secundum quod accidit. Quæ probatio est talis. Quies in termino ad quem simul fit cum motu. sed quies in termino a quo corrumpitur per generationem motus, ergo quies in termino a quo corrumpitur per generationem quietis in termino ad quem. Deinde tangit phylosophus aliam rationem probantem, quod quies in termino a quo contrarietur quieti in termino ad quem. Quæ talis est: aut quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quē, vel quieti sub alia forma alterius gnis, sed q es in termino a quo nō contrariatur quieti alterius gnis, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quē, maiorem huius rationis ponit phylosophus, dicēs necesse est aut hanc, aut illam esse, hoc est, necesse est, aut quietem in termino ad quem, contrariari quieti in termino a quo: aut

Trigesima conclusio huius libri.

Prima declaratio minoris.

Secunda declaratio minoris.

Trigesima prima conclusio huius lib.

aut necesse est quietem sub forma alterius generis contrariari quieti in termino a quo. minor vero ponitur in textu cum dicitur, non enim quies, quæ est in albedine est contraria ei, quæ est in sanitate. Et Comment. probat, quod quies in albedine, & quies in sanitate non sunt contraria: per hoc, quod vna istarum quietum non generatur per corruptionem alterius, nec una istarum quietum corrumpitur per generationē alterius. Notanda sunt hic quatuor dicta Commen. Primo est notandum secundum Comment. quod ista quies, quæ, scilicet, est in termino ad quem, & perfectio motus, & perfectio, non est contraria ei, cuius est perfectio, & postea in eodē commen. dicit, quod quies in termino ad quem peruenit motus, dignior est, vt sit perfectio motus quam sit contraria. Secundo est notandum secundum Com. hic, quod motus est de genere perfectionis ad quam peruenit, sed est perfectio diminuta, quia est coniuncta cum potentia, & esse vltimæ perfectionis est in quiete. Tertio est notandum secundum Commen. quod motus de ægritudine ad sanitatem est faciens quietem in sanitate: quoniam in eo inuenitur una pars post aliam quietis, ad quam peruenit, sicut inueniuntur in eo una pars post aliam habitus, ad quē peruenit. Quarto est notandum secundum Commenta. quod substantiæ motus est de genere quietis, ad quam peruenit, sed differt secundum magis, & minus, & sicut diminutum, & perfectum, vt dictum est in secundo notabili, & illa, quæ diuersificantur secundum magis, & minus, non sunt cōtraria. ergo quies, ad quam peruenit motus, non est contraria motui, sed finis eius. hæc Comment. Intelligendum est, quod per quietem in proposito potest intelligi forma, ut est sub quiete, & sic habent intelligi dicta Commenta. hic, si autem per quietem intelligitur priuatio motus, tunc illa, quæ hic dicuntur de quiete, non debent intelligi de quiete absolute, sed de quiete sub forma, quæ est perfectio, & finis motus.

Primum notan. Com.

Secundū notan.

Tertium notan.

Quartum notan.

Quibus autem non est contrarium: eorum mutatio quidem opposita est, ea, quæ est ex ipso ei, quæ est ad ipsum. Motus vero non est, velut ea, quæ est ex ente, ei, quæ est ad ens. Et quies quidem horum non est, mutationis autem vacuitas est.

Tex. c. 55.

Quibus autem non sunt contraria. Horum mutatio quidem est opposita: quæ est in ipso ei, qui est in ipsum, motus autem non est, vt quæ ex esse ei, quæ est in esse, quies quidem horum non est, mutatio autem est.

Hæc est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem, & continet duas particulas, quia in prima determinatur de contrarietate mutationum adinuicem. In secunda ibi [Et si quidem aliquid esse] determinatur de contrarietate immutationum adinuicem. In prima igitur particula huius partis dicit phylosophus, quod in illis transmutationibus, in quibus non est contrarietas inter terminos transmutationis, transmutatio ab aliquo termino est opposita trāsmutationi in eundem terminum. Vnde contrarietas in mutationibus subiectis est accipienda per duplum ad eundem terminum, quia mutatio ab aliquo termino contrariatur mutationi in eodem termino. Mutatio enim ab aliquo termino est corruptio illius, & mutatio in aliquem terminū est generatio eiusdem, nunc certum est, quod generatio, & corruptio eiusdem sunt contraria, sed motus nō sunt. licet nec generatio, nec corruptio sint motus, nec in mutationibus est quies opposita mutationi, nec est quies, sed est in his priuatio mutationis, quæ dr̃ immutatio.

Atq. si subiectum quidem quippiam sit, ea mutationis vacuitas, quæ est in ente ei, quæ est in non ente contraria est. Sin id quod haud est non quippiā sit, dubitauerit quispiam sanè, cui nam sit contraria ea mutationis vacuitas, quæ est in ente, & sit ne quies. Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio corruptioue motus sunt. Patet igitur, quietem illam non esse dicendam: nisi, & ipsæ sint motiones. Sed simile quid quieti, atque mutationis vacuitatem. Contrarium vero, aut nulli prorsus, aut ei mutationis vacuitati, quæ est in non ente, aut corruptioni. Hæc est enim ex ipsa, generatio vero in ipsam.

Et si quidem aliquid erit subiectum, quæ in esse non mutatio, ei, quæ est in non esse contraria erit. Si vero non est aliquid ei, quod non est, dubitabit aliquis, cui sit contraria, quæ est in ipso non mutatio, vel quies est. Si autem: hoc est: aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum igitur, quod quies non dicenda est, si vero, & hæ motus. Simile autem aliquid est & immutatio. Contraria autem est, aut nulli, aut ei, qui est in non esse, aut corruptioni. Nec enim ex ipsa, generatio autem in ipsam

Hæc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate immutationū adinuicem, & intelligit, quod immutationes in terminis contradictoriis sunt contrariæ, vt immutatio, quæ est in esse, contrariatur immutationi, quæ est ad non esse, & hoc si ipsi nō esse sit aliqua natura subiecta, si autem illud non esse sit purū nihil, & non sit ei aliqua natura subiecta, tunc potest aliquis dubitare quid sit contrarium immutationi, quæ est in esse, non enim videtur, quod immutatio, quæ est in non esse, sit ei contraria, cum illud non esse nihil sit omnino, nec contrariatur ei mutatio in non esse, cum in illud, quod nihil est omnino, non sit mutatio. Hanc dubitationem relinquit phylosophus insolutam, quæ quærit, quid contrariatur immutationi, quæ est in esse, posito, quod ipsi non esse non sit aliqua natura subiecta. Solutio tamen huius dubitationis patet ex præcedentibus, quia ex præcedentibus patet, quod illud non esse, ex quo fit mutatio, non est purum nihil. immo semper ei subiicit aliquid, & quia phylosophus locutus est de immutatione, ne aliquis credat, quod immutatio sit quies, probat phyloso. quod immutatio non est quies. Et hæc est trigesimasecunda conclusio huius li. quæ probatur sic. Immutatio non contrariatur nisi generationi, vel corruptioni. ergo si mutatio esset quies, sequeretur, φ nō ōis quies esset cōtraria motui. vel φ generatio, & corruptio sunt motus, quorū vtrunque est impossibile. consequentia patet, quia si immutatio sit quies, aut igitur contrariatur motui, vel non: si detur, quod non contrariatur motui habetur una pars consequentis, scilicet, φ non omnis quies cōtrariatur motui, si detur, φ cōtrariatur motui, & cū nō contrarietur, nisi generationi, & corruptioni, sequitur, φ generatio, & corruptio essent motus, quod est altera pars disiunctiuæ. Immutatio igitur non est quies, sed est aliquid simile quieti, vel non est contraria alicui, vel immutatio, quæ est in esse contrariatur immutationi, quæ est in nō esse, aut corruptioni quæ est mutatio in non esse. Et dicit Com. quod ista priuatio, quæ est quies, s̃m similitudinem, opinandū est, aut φ non est contraria alicui omnino, aut, φ est contraria transmutationi, quæ est corruptio, q̃m ea non est principiū motus corruptionis. hæc Commen. Intelligendum est, φ immutatio est priuatio mutationis, sicut quies est priuatio motus, & ideo immutatio non est uera quies sed est quies secundum similitudinem. Et differt immutatio a quiete, quia quies est mora temporalis & immutatio est mora instantanea. Vnde quies est priuatio mutationis incessiuæ, quæ tempore mensuratur, sed immutatio est priuatio mutationis subitæ, quæ instanti mensuratur. Intelligendum etiam, quod loquendo de contrarietate proprie dicta, quæ est inter formas positiuas, sic nec quies, nec immutatio contrariatur inuicem, quia vtrobique est priuatio, extendendo tamen nomen contrarietatis ad oppositionem; quæ est inter priuationem, & habitum, sic quies in termino a quo contrariatur motui, & mutatio, quæ est sub termino a quo, contrariatur mutationi. Et adhuc magis extendendo hoc nomen cōtrarietatis ad incompossibilitatem omniū, quæ non possunt simul inesse eidem, sic quies contrariatur quieti, & immutatio immutationi. Vnde habetur, φ contrarietas quantum spectat ad propositum accipitur tripliciter videlicet, proprie, & sic solū est inter formas positiuas. Alio modo accipitur large, & sic se extendit ad contrarietatem proprie dictam, & etiam ad oppositionem, quæ est inter priuationem, & habitum. Tertio modo accipitur largissime, & sic est communis ad omnem incompossibilitatem, seu oppositionem quorumcūque respectu eiusdem subiecti. Vnde largissime loquendo de contrarietate, illa quæcunque non possunt inesse eidem subiecto simul sunt contraria, siue sint positiua, siue priuatiua, & contrarietas isto modo

Trigesima secūda cōclusio huius libri.

accepta est in plus, quã oppositio proprie sumpta, quæ diuiditur in oppositionẽ contrariã, & contradictoriã, &c. Omnis tñ contrarietas est oppositio, largè loquẽdo de oppositione. Quare igitur est dicendum, quod quietes sub formis cõtrarijs sunt contrariæ, & immutationes sub oppositis sunt contrariæ, largissime loquendo de contrarietate, sed proprie loquendo, nec sunt contrariæ, nec oppositæ, quia nec sunt proprie contrariæ, nec contradictoriæ. Et sic de alijs speciebus proprie dictis.

MOVENTVR, ET SOLVVNTVR DVBITAtiones circa contrarietatem motuum, & quietum. Tractatus tertius. Cap. III.

Dubitauerit aũt quispiã, cur in mutatione quidẽ, quæ est in loco: tam quietes, quã motus secundum naturam sunt: præterquã naturam in cæteris vero non sunt, vt alteratio alia sit secundũ naturã, alia præter naturam. Non n. sanatio magis, quam ægrotatio secũdũ naturam est: aut dealbatio, quã denigratio. Similiter, & in accretione, decretioneve. Neque.n. hæ inter sese contrariæ sunt: vt altera sit secundũ naturam, altera præter naturã. Neque accretio accretioni simili modo contraria est, decretioue decretioni. In generatione quoq; corruptioneue eadem ratio est. Neque enim generatio quidem est secundum naturam: corruptio autem præter naturam. Senescere enim secundum naturam est. Neque generationem aliam secundum naturam, aliam; præter naturam esse uidemus.

Tex. c. 56. *Dubitabit autem aliquis: quare in mutatione quidẽ secundũ locum sunt, & secundum naturam, & extra naturam, & quietes, & motus: in alijs autẽ non, vt alteratio: hæc quidẽ secundum naturam, illa autem extra naturam, nihil. n. magis sanatio: aut ægrotatio secundum naturam, aut extra naturam, neque dealbatio, aut denigratio. Similiter autem est, & in augmento, & decremento. Neque adinuicem hi contrarij, vt secundum naturam, aut extra naturam. Neque augmentum augmento. Et in generatione autem, & corruptione, eadem ratio est. Neque generatio quidem secundum naturam: corruptio autem extra naturam. Senescere enim secundum naturam est. Neque generationem videmus aliam quidem secundum naturam, aliam vero extra naturam.*

ISTVD est tertiũ cap. huius tractatus: in quo phyl. mouet; & soluit quædã dubia circa contrarietatem motuũ, & quietũ, & continet quatuor partes principales ẽm numerũ quatuor dubitationum, quas mouet, & soluit. Secunda ibi [Habet aũt dubitationẽ.] tertia ibi, [Habet aũt dubiũ.] quarta ibi [Qm̃ aũt quibusdã.] Prima pars continet duas particulas: qm̃ in prima mouet dubitationẽ. In secũda ibi [Aut si est.] Soluit illã dubitationẽ. In prima igitur particula huius partis phylo. mouet dubitationẽ talẽ, scilicet quare in alijs motibus a motu locali inuenitur contrarietas ẽm naturã, & non naturã sicut inuenitur in motu locali: qm̃ in motu locali inuenitur contrarietas ẽm naturã, & nõ naturã. Nã motus ignis sursum, & motus ignis deorsum cõtrariantur ex hoc, qđ vnus motus est ẽm naturã, & alius est extra naturã, sed in alijs motibus non vr̃, quod sit talis cõtrarietas, s. ẽm naturã, & non naturam. Similiter in quiete ẽm locũ, inuenitur contrarietas ẽm naturã, & non naturã, sed in alijs quietibus nõ vr̃, q̃ sit cõtrarietas ẽm naturã, & nõ naturã. Vnde in primo aspectu põt aliquis dubitare, quare talis cõtrarietas inuenitur in motu locali, & nõ in alijs motibus. Vñ nõ dr̃ vna alteratio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna augmentatio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna gñatio naturalis, & alia extra naturã, & eodẽ modo est de corruptione. Senescere. n. est uia ad corruptionẽ, & est ẽm naturã. Et d. Com. q̃ hominẽ senescere est via ad corruptionẽ, & tñ senescere nõ diuiditur in naturale, & in nõ naturale, & sic iuuenescere est via ad gñationẽ. s. ad gñationẽ status perfecti, sed nõ existimatur, q̃ aliud est naturale, & aliud innaturale. Intelligẽdũ est, q̃ illa, quæ dicit phy. hic. s. q̃ in

Dub. phy.

A alijs motibus a motu locali nõ est cõtrarietas ẽm naturã, & nõ naturã, nõ dicit asserẽdo, sed magis dubitando, & inquirendo.

Quod si id, qđ est vi, præter naturã est & corruptio sanè corruptioni contraria erit ea, quæ est vi, quia est præter naturã ei, quæ est secundũ naturã. Sunt igitur & generationes violentæ fatoque non definitæ, quibus hæ, quæ sunt secundũ naturã, contrariæ sunt, & accretiones itidem violentæ decretionesve, vt eorum accretiones qui ob delitias cito pubescunt, & ea frumẽta, quæ cito adolescunt, incrementaque suscipiunt, antea quam humo bene compressa stirpium eliciant fibres.

Tex. c. 57. *Aut si est, quod violentia sit extra naturã: tunc, & corruptio erit corruptioni cõtraria, quæ violenta, & quæ extra naturã ei, quæ secundum naturam. Ergo naturæ, & generationes quædam sunt violentæ, & non moderatæ, quibus contrariæ sunt, quæ sunt secundum naturam. Et augmenta sunt violenta, & decrementa, vt augmenta, quæ velociter propter alimentum pubescentium sunt, & tritica cito, & adducta, & non constricta.*

B HÆc est secunda particula huius partis, in qua phyl. soluit illã dubitationẽ, & cõtinet duas partes, qa in prima phyl. soluit dubitationẽ, & declarat solutionem. In secunda ibi [Oĩno quidẽ.] Facit rememorationem de modis prædictis ẽm quos motus sunt cõtrarij, & qes est cõtraria motui, vel quieti. In prima igitur parte huius particulæ phy. ponit solonẽ huius dubitationis, q̃ cõsistit in hoc, quod nõ solũ in motu locali est cõtrarietas, per hoc, quod motus unus est ẽm naturã, & alius extra naturã, sed ẽt in alijs transmutationibus inuenitur contrarietas ẽm naturã, & non naturã & ita soluitur hæc dubitatio per interemptionẽ illius, quod hæc dubitatio supponebat. Istã igitur solutionem declarat phyl. & intendit probare istam conclusionẽ, quod in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas ẽm naturã & non naturã, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri: quæ probatur per syllogismũ hypotheticũ sic. Si illud, qđ est violentũ est extra naturã, & in omni genere transmutationis inuenitur transmutatio violenta, sequitur, quod in omni genere transmutationis, inuenitur trãslatio extra naturã, & per consequens in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas, quæ est ẽm naturã, & nõ naturã, quia manifestũ est, q̃ in oĩ genere trãsmutationis naturalis inuenitur trãsmutatio naturalis. si igitur in oĩ genere transmutationis inuenitur transmutatio extra naturã, tunc nõ naturalis sequitur, q̃ in oĩ genere transmutationis inuenitur contrarietas ẽm naturã, & nõ naturã, maior huius rõnis est manifesta. s. q̃ si aliquod est violẽtũ, illud est extra naturã, & minor probatur, s. quod in oĩ transmutatione inuenitur trãsmutatio violenta, & hoc probatur inductiue, & quia in motu locali est manifestũ, s. quod in motu locali inuenitur motus violentus, ideo phyl. supponẽs hoc esse manifestũ in motu locali facit inductione in alijs motibus, & primo facit inductionẽ in motu generationis, & corruptionis, & in motu augmentationis. Secundo uero facit inductionẽ in motu alterationis. Dicit igitur primo, qđ si illud, quod est violentũ sit extra naturã, tunc corruptio extra naturã erit cõtraria corruptioni ẽm naturã, quia corruptio violenta est extra naturã, ideo corruptio violenta est contraria corruptioni naturali. Sed, quod aliqua corruptio sit naturalis, & aliqua violenta patet, quia corrumpi senio est naturale, sed corrumpi gladio est violentũ. Et ex hoc, q̃ quædã corruptio est naturalis, & quædam violenta, concludit phyl. q̃ quædã generatio est naturalis, & quædã violenta, & per consequens quædã generatio est naturalis, & quædã non naturalis, & per cõsequens generatio cõtrariatur generationi ẽm naturã, & non naturã. Textus quem exponit Com. continet talem sententiam, q̃ quia generatio violenta fit pluribus modis, & non est tñ una species generationis uiolentæ, ideo generatio naturalis fit pluribus modis, ita q̃ modi generationis naturalis erunt contrarij modis generationis violentæ & hoc fundatur super illud, videlicet, q̃ si vnũ cõtrariorũ dicitur multipliciter, & reliquũ dicitur multipliciter. Atñ Com. mouet hic dubitationẽ dicens, q̃ illud existimatur nõ sequi, qm̃ existimatur, q̃ non sequitur, quod si infirmitas sit multarũ specierũ, qđ contrariũ illarũ specierum sint species sanitatis, quia sanitas est vna & ægritudines sunt multæ. Vnde Com. quasi respondenda

Trigesima tertia conclusio huius libri.

C

D

Expositio Com.

Dubium.

Solutio.

do dicit. Sed forte videtur, quod vna sanitas cōtineat multas, A particulares sanitates oppositas illis multis ægritudinibus, sed nō habent nomina, & ideo latent. hæc Commen. Vnde hæc, est respōsio quod multæ sunt species sanitatis, sicut multę sūt species ægritudinis, quia tamē speciebus sanitatis non sunt nomina imposita, sicut speciebus ægritudinis, ideo species sanitatis non sunt nobis manifestæ, sicut species ægritudinis. Hāc tñ responsionem non asserit Commen. nec est responsio vera, quia certū est, quod sanitas est species specialissima, quia consistit in cōmensuratione seu adæquatione humorū, quæ quidē, adæquatio respectu eiusdē subiecti non pōt specifice diuersificari, nā sanū esse est bonū animalis, & bene se habere est, vno modo tantū, quāuis male se habere sit multis modis, vt patet, per Phylosophū circa finē secundi æthicorū, vnde pluribus, modis contingit recedere ab adæquatione humorū, quā contingat attingere ad eam, & ideo quāuis ægritudines sint multę secundū speciē propter diuersos modos recedēdi ab æqualitate, propter hoc nō oportet, qđ sanitates sint multę secundum speciē. Vnde quando vnum contrariorū consistit in indiuisibili, vel in medio, & aliud hēt latitudinē, tunc nō oportet, qđ si vnū habeat species, quod propter hoc aliud habeat species, & sic est de sanitate & ægritudine sed non est sic de generatio B ne, & corruptione, de quibus Phylosophus hic arguit.

Idem 2. colliget. c. primo & 3. 4. c. 8.

Obiectio. Sed contra hoc arguitur, quia quarto topicorū Phylosophus dicit, qđ si genus habet cōtrariū, necesse est speciem habere contrariū, sed ægritudo habet cōtrariū, igitur febris, quæ est eius species, habet contrariū, sed nihil est contrariū febri nisi sanitas specialis, & alia sanitas opponitur febri & alia ophthalmiæ, i. infirmitati oculorū, ergo sunt plures species sanitatis.

Respōsio. Dicendum, est, quod illud nō est generaliter verū, videlicet, qđ si genus, habet contrariū, quod propter hoc sit necesse specie habere, contrariū, vnde Phylosophus quarto topicorū ponit instantiā in sanitate, & ægritudine, quæ sunt contraria, febris tamē, quæ est species ægritudinis non habet contrariū propriū, habet tamē contrariū secundū genus suum, & sic potest intelligi, considerando, videlicet, qđ si genus hēt contrariū, quod species habet contrariū, vel secundū se, vel secūdū genus, & hoc, est vniuersaliter verū. Similiter in augmentatione inuenitur, contrarietas secundū naturā, & non naturā. Nā augmentatio, violenta contrariatur augmentationi naturali, & augmentatio violenta est extra naturā. Est. n. aliqua augmentatio violēta, vt augmentū puberū propter luxum, & abundantiā in co- C mestione, vt habet textus, quem exponit Commen. Vnde dicit Commen qđ augmentū violentū est, vt augmentū puberū, quod festinat ante tēpus assuetū propter multitudinē in luxu, & sic semē abundans in aqua, cuius corpus crescit, & nō condensatur propter multitudinem humorum, hæc Commen.

In alteratione vero, quomodo res se habet.

In alteratione autem sic, aut similiter.

DEclarat phylosophus, quod etiā in alteratione inuenitur contrarietas secundū naturā, & non naturā, quia qdā alterantur violenter, & quædā nō, v. g. In alteratione infirmorū de ægritudine in sanitatem: qm̄ qu dā alterātur, in die cretica, & illa est alteratio naturalis, & quidā alterātur in die nō cretica, & est alteratio nō naturalis. Vnde sciendū, quod dies cretica est illa in qua naturaliter natura dēt vincere morbū, vel vinci ab illo, & dicitur, qđ dies crisis accidit in dieb. imparibus, vt in die quinto, vel in die septimo, & sic de alijs.

An modo eodem, esse enim possunt alteratio- D ne, partim violentæ, partim naturales. Qui nanq; in non dijudicantibus diebus liberantur, hi præter naturā alterari videntur. Qui vero in dijudicātibus hi secundum naturā alterantur. Ipsę igitur, corruptiones inter sese erunt contrariæ, non solū generationi. At quid prohibet. Sunt enim aliquo modo contrariæ. Etenim si altera voluptatem, altera dolorem afferret, erunt hoc quoq; pacto cōtrariæ. Quare nō absolute corruptioni corruptio, est cōtraria, sed vt altera ipsarū e talis, altera talis.

Tex. c. 58. *Erunt enim aliæ, quidem violentæ, aliæ vero naturales, vt dimissi non in criticis diebus, alij autem in creticis. Alij quidem extra naturam alterantur, alij vero se-* A *cundum naturam. Erunt igitur corruptiones contrariæ, adinuicem, non generationi, & quid prohibet: est enim sic. Et nanque si hæc quidem dulcis, illa vero tristis est, quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria, est, sed secundum, quod hoc quidem huiusmodi est, alia vero huiusmodi harum est.*

SEd aliquis posset dicere, quod corruptio non videtur esse contraria corruptioni, quia corruptio contrariatur generationi, sed tantū vnū opponitur vni, ergo corruptio non est contraria corruptioni, & per consequens in corruptibilib. nō est contrarietas secundū naturā, & non naturā, & ideo Phylosophus hoc remouendo dicit, quod corruptiones sunt contrariæ adinuicem, & non generationi, hoc est non solū sunt cōtrariæ generationi, & hoc declarat, quia corruptio tristis contrariatur corruptioni delectabili, corruptio tamē non est simpliciter contraria corruptioni, quia non omnis corruptio, est contraria omni corruptioni, sed quædā corruptio est cuidam, corruptioni contraria, s. secundū hoc, qđ vni accidit vna dispositio, & alij dispositio contraria, vt tristitia, & delectatio Intelligendum, quod Commen. exponit illā literā dupliciter. s. B quod quædā corruptio est dulcis, & quædā tristis, vno modo, per corruptionē dulcem, vel delectabilē intelligit Phylosoph9 corruptionē naturalem, & per corruptionem tristem intelligit corruptionem violentā. Alio modo, quod Phylosophus, per delectabile intelligit illud, qđ est minoris contristationis, quia omnis corruptio est contristabilis necessario, sed corruptio, violenta est magis contristabilis.

Prima expositio. Commē.

Intelligendū ēt est hic, qđ illa contrarietas in motibus, q̄ attenditur secundū naturam, & extra naturā non est illa quæ accidit secundū contrarietatē, terminorū: qm̄ inter eosdē terminos possunt esse duo motus, s. vnus secundū naturā, alius vero extra naturam, vt patet: qm̄ motus terræ sursum, & motus ignis sursum, sunt inter eosdē, terminos, & vnus est secundū naturā, & alius extra naturā, & similiter inter terminos cōtrarios possunt esse duo motus naturales, vt motus ignis sursum, & motus terræ deorsū, & isti cōtrariantur secundū cōtrarietatē terminorū, & nō cōtrariātur, ꝓ hoc, q vnus est secundū naturā, & alius extra naturā. Et ideo, dico, q illa cōtrarietas motuū, q̄ accipiatur penes secūdū naturā, & extra naturā est alia ab illa cōtrarietate, q̄ accipitur ex cōtrarietate terminorū, & accipitur hic cōtrarietas largè ꝓ incō- C possibilitate, vel oppositione circa subiectū, vt est motus secundū naturā, q est motus secundū inclinationē mobilis, vel secūdū cōsuetū cursum naturæ. & motus extra naturā est ille, qui est contra inclinationem mobilis vel contra communem cursum naturæ. Vnde si aliquis curetur a febre in die non critica, per hoc quia natura vincit morbum, illa curatio vno mō, est naturalis quia agēs naturale naturaliter transmutat naturā, & est abstractio naturalis, & alio modo est talis curatio extra naturā, quia est cōtra cōmunē cursū naturæ.

Secunda expositio.

Notā tñ secundū Alb. hic, qđ aliqd dicitur naturale dupliciter, vno modo secūdū ꝑfectionē rei naturalis, alio modo secundū rationē imperfectā. Illud est naturale secundū rōnē ꝑfectā naturalis, qđ est a principio intra mouentē ꝑ se, & nō secundū accidens secundū ordinē, quo natura particularis cōiuncta mouetur a natura vniuersali nō cōiuncta, q̄ est in cęlo, & stellis naturā particularem oīs rei ordinātib. Naturale secundū diminutā rōnē naturalis, est illud, q deficit in aliquo mēbro huius diffinitionis, s. aut quia est secundū naturā inferiorē, & nō secundū superiorē. aut econuerso, aut quia est a natura mouente per aliquod accidens. Similiter autem innaturale dicitur dupliciter. quia aut dicitur, D innaturale oppositum principio intrinseco, secundum omnia illa, quibus ordinatur ad actum tam in superioribus quam in inferioribus, & hoc est violentum simpliciter, quia ad talem actum nihil cooperatur nisi, quod violentiam patitur, sicut motus lapidis sursum, aut est innaturale, quia est priuatum aliquo, principiorū prædictorū, & hoc est idē cū naturali secundū diminutā rationem naturalis, & hoc naturale non est violentū, omnino, sed est præter naturam & hoc inuenitur in omnibus motibus, & mutationibus, hæc Alb. Ex quo patet, quod sanatio a febre in die non cretica est naturalis secundum diminutam rationem naturalis, & sic est innaturalis, quia non habet, perfectam rationem naturalis.

Dominus Albertus.

Omnino, igitur motus quiesve dicto modo, subeunt, contrarietatem. Motus enim quo ad supera pergitur, contrarius est, motui quo, ad infera itur, loci enim hæ sunt contrarietates.

Fertur autẽ ignis latione, qua supera petuntur natura, terra autem latione, qua ad infera loca acceditur, atq; lationes ipsorum contrariæ sunt. Ignis autẽ sursum quidem fertur natura, deorsum vero præter naturam. Atq; motus ipsius secundum naturam contrarius est ipsius motui præter naturã.

Tex. c. 59. *Omnino quidem igitur contrarij motus, & quietes dicto modo sunt, vt qui est sursum ei, qui est deorsum. Loci, enim contrarietates hæ sunt. Fertur autẽ sursum quidẽ motũ natura ignis: deorsum vero terra. Et cõtrarię ipsorũ loci mutationes sunt. Ignis autem sursum quidẽ natura. Deorsum autem extra naturam. Et contrarius est qui est secundũ naturam ipsius ei, qui est extra naturã.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ, primæ, partis, principalis huius capituli, in qua Phylosophus facit rememorationem de modis prædictis, secundum, quos motus sunt contrarij, & quies contraria motui, vel quieti, & primo ponit rememorationem contrarietatum motuum. Secundo de contrarietate quietum. Dicit igitur Phylosophus, primo, quod omnino, idest, vniuersaliter motus sunt contrarij modo dicto, & quietes similiter: quoniam motus ignis sursum, & motus terræ deorsum sunt contrarij, quia sursum, & deorsũ sunt differentiæ loci, & ideo loci mutationes ad istos terminos sunt differentiæ contrariæ: motus etiam ignis sursum, & motus ignis deorsum sunt contrarij, quia vnus est secundum naturam: alius vero extra naturam, & sic patet, q in motibus, est duplex contrarietas; vna secundum contrarietatem terminorum & alia secundũ naturã, & non naturã. Sed hic sunt notanda dicta Commen. primo est notandũ secundũ Commen.

Primum notan. quod motuũ contrariorum: quidã sunt diuersi in specie, & isti sunt contrarij secundũ formas, quia sunt ad contraria, & ex cõtrarijs, & contrariorũ, & sunt motus contrarij secundũ naturã, & non naturã in respectu eiusdẽ, & isti sunt in eadem specie, & sunt contrarij secundũ non naturã, & naturã tantũ. Postea Commen. super isto verbo Phylosophi modo dicto dicit sic. Et intendit per modos motuum duos modos contrariorum, scilicet, contrariorum diuersorum in specie, & conuenientium in specie, & contrariorũ secundum naturã, & non naturã, hęc Commen. Intelligendũ est, quod motus contrarij secũdũ naturã, & non naturã possunt esse in eadẽ specie v.g. Motus ignis sursum, & motus terræ sursum sunt in eadẽ specie cũ sint ad terminos eiusdẽ speciei, & cõtrariantur secundũ naturã, & non naturã, nõ tamẽ oẽs motus contrarij secundũ naturã, & non naturã sunt eiusdem speciei, quia motus ignis sursum, & motus ignis deorsum sunt contrarij secundum naturam, & non naturã, & differunt specie, omnes tamẽ motus contrarij, secundũ contrarietatẽ terminorũ differunt specie secundum Commen. quia secundũ ipsum omnes tales motus sunt ad terminos differentes secundũ speciem.

Secũdum notan. Secundo est notandũ, qđ Commen. super illam literam Aristo. videlicet, contrariæ ipsorũ loci mutationes sunt, dicit, sic intendit, s. Aristo. vt mihi videtur, quod istæ duæ contrarietates, s. quæ sunt in loco sunt illæ, quæ dicuntur principaliter cũ diffinitione contrariorũ, q̃ est, quod contraria sunt illa, quæ maxime distant: non inueniuntur, primo, & principaliter nisi in eis, q̃ sunt in loco, deinde in qualitate secundũ similitudinẽ, hæc Com. Vnde contrariæ in loco maxime distãt secundũ locũ, & ẽt secundũ formã, q̃a virtutes, contrariæ secundũ formam sunt in locis sursum, & deorsum, sed contraria in qualitate non distant nisi secundum formã.

Quietes etiam simili modo sese habere videntur. Quies enim in superis, motui, quo in deorsum itur contraria est. Atque terræ quies quidem illa, præter naturam est, hic autem motus secundum naturam. Quare motui quies contraria est ea quæ est præter naturam, ei, qui est secundum naturam eiusdem. Etenim motus eiusdem hoc modo contrarius est. Alter enim secundum naturam erit, aut iste quo sursum itur, aut iste, quo infera loca petũtur, alter præter naturam.

Tex. c. 60. *Et quietes autem similiter. Quæ nanque est sursum, quies ei, qui est deorsum motui contraria est. Fit autem terræ. Illa quidem quies extra naturam, motus autem his secundum naturam, quare motui quies contraria, quę est extra naturam, ei qui est secundum naturam eiusdẽ. Et motus enim eiusdem contrarius sic est. Alia quidem secundum naturam ipsorum erit sursum, aut deorsum, alia autem extra naturam.*

DEinde Phylosophus facit rememorationem de his, quæ dixit de quiete, & dicit, quod sicut motus sunt contrarij: ita quietes sunt contrariæ, & etiam quies contrariatur motui. Verbi gratia. Quies, & motus in eadem re opponuntur secundũ naturam, & non naturã, vt quies terræ sursum, & motus terræ deorsum contrariantur secundũ naturã, & non naturã, similiter, quies ignis sursum, & motus ignis deorsum contrariantur secundũ naturã & non naturã. Quies n. ignis sursum, est naturalis, & motus eius deorsum est violentus, & sic quies, extra naturã contrariatur motui secundum naturam, & quies secundũ naturã contrariatur motui extra naturam: similiter, quies, & motus in diuersis rebus contrariantur secundũ, quod sunt naturales corporibus contrarijs. Verbi gratia. Quies, ignis sursum, & motus terræ deorsum sunt naturales, & contrariantur. Et similiter quies est contraria quieti, vt quies ignis, sursum, & quies terræ deorsum sunt contrariæ, quia sunt in locis contrarijs, vtraq; tamẽ quies est naturalis, & quies terræ, sursum, & quies terræ deorsum sunt contrariæ secundũ naturã & non naturã, vnde quies in eadẽ re contrariatur quieti in eadẽ re secundũ naturã, & non naturã, sed quietes rerũ contrariarũ sunt contrariæ secundũ formã, & non secundum naturã, & non natura, vt quies ignis sursum, & quies terræ deorsũ, contrariantur secundũ formã, & vtraque est naturalis.

Existit autem dubitatio si est quietis omnia, quæ non semper est, generatio, atque hæc est stare. Eius igitur, quod præter naturam, quiescit ceu, terræ supra, erit profecto generatio.

Tex. c. 61. *Habet autem dubitationem, si est omnis quietis, quæ non semper est generatio, & ipsa hoc ipsum stare. Manẽtis igitur extra naturã, vt terra sursum erit generatio.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit secundam dubitationem, & continet duas particulas, quia in prima Phylosophus mouet dubitationem, & arguit ad vnam partem. In secunda autem, ibi [Cum igitur ferebatur] Arguit ad aliã partẽ. In prima igitur particula huius partis Phylosophus mouet dubitationẽ, & arguit ad vnam partẽ. Dubitatio vero est talis, videlicet, vtrum quies violenta sit generata, & probatur, quod sic, quia omnis quies, quæ non est semper, sed habet esse post non esse generatur, sed quies violenta habet esse post non esse quia quandoq; est, & quandoque non est. ergo quies violenta est generata, minor huius rationis innuitur in mouendo dubitationem, & postea infert Phylosophus cõclusionẽ, dicit igitur sic Hẽt autẽ dubitationẽ si est contraria omnis quietis, quæ nõ semper est generatio & hoc stare hæc est, & ista gñatio quietis sit trãsitus de motu ad cessationẽ, & p hoc innuitur minor rationis. Deinde infert conclusionẽ cũ dicit, manentis igitur gñatio, hoc est quietis rei permanentis extra naturã, vt quietis terræ sursum erit gñatio extra naturã vnde dicit Com. quod Phylosophus, hic per quietẽ generatã intelligit quietem factam a motu.

Dub. phy.

Quando igitur in sursum ferebatur stabat. At id quidem, quod stat: semper celerius ferri videtur. Id autem, quod vi fertur tardius. Non factũ ergo quiescens, erit quiescens.

Cum ergo ferebatur sursum, violentia stetit, sed quod semper stat, videtur ferri velocius. Quod autem violentia est: contrarium est. Non factum ergo quiescens erit quiescens.

HÆc est secunda particula huius partis, in qua Phylosophus arguit ad aliam partem dubitationis, & probat duplici, quod quies violenta non est generata, primo, sic. Si quies violenta esset generata generaretur a motu violẽto sed omnis motus generans quietem, est propter quietem, quam generat, igitur motus violentus esset p̃p quietẽ sed omnis motus, qui est propter quietẽ, velocitatur in fine, ergo omnis motus violentus velocitaretur in hoc, quod est falsum, dicit, igitur

A igitur phylosophus, quod si quies violenta generaretur: tunc cum terra, vel aliud graue ferebatur sursum: violenter hoc est per motum violentum: stetit: hoc est intendit quietem, sed quod stat hoc est intendit quietem semper uidetur uiolentius ferri quanto magis appropinquat quieti, sed contrarium huius accidit in his, quæ violenter mouentur. Deinde infert conclusionem phylosophus dicens. Non factum ergo quiescens erit quiescens, hoc est, quiescens igitur erit quiescens absque factione & generatione quietis.

Præterea ipsum stare de eo proprie dici videtur, quod secundum naturam ad proprium locum pergit, non de eo, quod præter naturam fertur, & aut omnino id esse suum in locum ferri, aut simul accidere.

Amplius videtur positum stare, aut omnino esse in ipsius locum ferri: aut accidere simul proprie duci, vt in proprium qui est secundum naturam locum, non in eum qui est extra naturam.

B Secundo probat phylosophus idem sic, generatio quietis, vel est idem, quod motus naturalis, quo aliquid fertur in locum proprium: aut est simul cum motu naturali, sed generatio quietis uiolentę, nec est motus naturalis, nec simul accidit cum motu naturali. ergo non est aliqua generatio quietis violentę. De hac ratione sola maior ponitur in textu. Dicit igitur phylosophus sic. Amplius videtur stare, hoc est quietem generari, aut omnino esse in ipsius locum ferri, hoc est, aut esse idem cum motu naturali in locum proprium, aut accidere simul cum motu naturali in locum proprium. Intelligendum est, quod ista dubitatio non soluitur hic, nec in translatione Commen. sed posterius. Potest tamen sic solui, scilicet, quod proprie loquendo de quiete, scilicet, secundum quod est priuatio motus sic, sicut ad motum non est motus, ita ad quietem non est motus, tamen large loquendo de motu, vel generatione sic est concedendum aliquo modo, quod quies est generata, quia demum denominat subiectum, non tamen est generatio quietis uiolentę, eo modo quo generatio est quietis naturalis. quoniam quies naturalis causatur a natura existente in re mota, a qua causatur motus naturalis, ab eadem enim natura causantur motus naturalis, & quies naturalis, sed quies violenta causatur a virtute violenta deficiente: quoniam cum virtus violenta sit fortis in principio motus est potens prohibere motum a loco suo: & ad mouendum ipsum vlterius, & postea in fine motus virtus violenta est intantum debilitata, quod non sufficit ad vlterius mouendum, sed solum impedit mobile a loco suo, & tunc facit mobile violenter quiescere. Minor enim virtus sufficit ad impediendum mobile a motu naturali, quam requiratur ad mouendum ipsum motu contrario, & ideo cum virtus uiolentans intantum debilitetur, quod non potest vlterius mouere impedit motum contrarium, & facit mobile quiescere. C Cum uero uirtus uiolentans intantum debilitetur, quod nec sufficit ad mouendū, nec ad impediendum motum naturalem: tunc mobile incipit moueri motu suo naturali, & hæc est causa, quod lapis proiectus sursum quiescit in puncto reflexionis, nisi impediatur, proijciens enim est causa huius quietis per hoc, quod non sufficit ad mouendum vlterius, sed solum ad prohibendum mobile a loco suo, & a motu naturali ad locum suum. Et hoc forte intelligunt aliqui qui dicunt, quod in motu uiolento est generatio quietis defectiue, sed in motu naturali est generatio quietis effectiue, quare &c.

D Habet autem hic locus dubitationem: si quis ea quæ hic est: ei motui qui hinc est contraria sic. Cum enim quippiam ex hoc mouetur, aut etiam abijcit: adhuc id quod abijcitur habere videtur. Quare si hæc quies contraria sit ei motui quo hinc ad contrarium itur: contraria simul erunt.

Tex. c. 62. *Habet dubitationem, si contraria est quies: quę est hic: qui huic est motui: cum enim moueatur ex hoc aut reijciatur: adhuc videtur habere, quod abiectum est: quare si hęc quies contraria est ei, qui huic est in contrarium motui simul erunt contraria.*

A Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus mouet tertiam dubitationem & continet duas particulas, quia in prima mouet, & soluit dubitationem. In secunda ibi [Dubitabit autem utique.] reuertitur ad dubitationem in secunda parte huius capituli motam. Prima particula continet duas partes, quia in prima phylosophus mouet quæstionem, & arguit ad unam partem. In secunda ibi [Aut sic quiescit] soluit illam dubitationem. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus mouet dubitationem, & arguit ad eam. Dubitatio igitur est ista. utrum quies in termino a quo contrarietur motui, sicut prius deductum est, & arguit phylosophus probando, quod non: quia mobile dum mouetur habet aliquid illius, a quo mouetur. ergo si quies in termino a quo contrarietur motui sequitur, quod mobile dum mouetur habet aliquid de quiete termini a quo, & per consequens contraria sunt simul in eodem, scilicet, motus, & quies in termino a quo.

An ex aliqua parte quiescit, si adhuc manet omnino autem eius, quod mouetur pars est illic: pars est in eo in quod mutatur. Quocirca, & motus magis contrarius motui quam quies De motu B igitur quieteve quomodo unus unaque est, & qui & quæ quibus aduersantur: satis iam diximus.

Aut sic quiescit, aut adhuc manet. Omnino aūt eius, quod mouetur: aliud quidem ibi: aliud autem est in quod mutatum est: vnde, & magis motus motui contrarius est quam quies. Et de motu quidem, & quiete: quomodo vtraque vnum sint, & quæ contraria quibusdam dictum est. Tex. c. 63.

Hæc est secunda pars huius particulæ: in qua phylosophus soluit illam dubitationem: quæ solutio consistit in hoc, quod quies non contrariatur motui simpliciter: sed quodammodo, & etiam quies in termino a quo non est in eo, quod mouetur quodammodo, quia illud, quod mouetur partim est in eo, ex quo mouetur, & partim est in eo, ad quod mouetur. Vnde eius, quod mouetur aliud est ibi, scilicet, in termino a quo, & aliud est in eo in quod mutat. scilicet, in termino ad quem. Vnde non est inconueniens, quod illud, quod C quodāmodo contrariatur motui, cuiusmodi est quies: sit quodammodo simul in eodem cum motu. vnde quies non est simpliciter contraria motui sed motus magis est contrarius motui q̄ quies, ut dicit hic phylosophus. Notanda sunt hic duo dicta Com. primo, quod quies non est nisi priuatio motus & contrarium in rei ueritate motui: est motus oppositus ei, & ideo possibile est, ut quies, & motus in eodem inueniantur in duabus partibus moti, & non est possibile, vt duo motus contrarij inueniantur in duabus partibus eius, scilicet, moti, sed necessario impediunt se adinuicem, & modicum post dicit Com. quod motus potest congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario: neque in duabus partibus diuersis hęc Com. & hoc est verum de motu pure locali, & de mobili omnino continuo in partibus, quoniam continuum est, cuius est unus motus, & ideo non potest una pars moueri localiter pure uno motu, & alia pars motu contrario, loquendo tamen de motu alterationis sic bene est possibile, quod una pars moueatur uno motu, & alia motu contrario, quia possibile est, quod idem mobile calefiat secundum unam partem, & frigefiat secundum aliam partem, sed illud mobile non erit continuum secundum formam, quamuis possit esse continuum secundum D quantitatem. Vel potest illud intelligi de primo moto, & tunc est generaliter in omni motu uidelicet, quod impossibile est motus contrarios congregari in diuersis partibus primi moti. Si enim aliquid calefiat primo: hoc est secundum quamlibet partem, impossibile est motum contrarium, scilicet, frigefactionem esse in aliqua parte illius primi moti, & hoc forte melius. Secundo est notandum, quod Commen. dicit, quod est sciendum, quod quies coniuncta cum motu non est distincta a motu, idest, in parte distincta, quoniam sequeretur ex hoc, quod aliquid moueretur in aliqua parte, & quiesceret in alia, & tamen non est distincta, igitur est in potentia, & in actu. hæc Commen. Ex his patet, quod quies, quæ simul est cum motu est in eadem parte, in qua est motus, & ideo non est quies in actu, sed est quies in potentia. Attamen dubitatur quid Commenta. intelligat per quietem in potentia, &

Primum notan.

Secundū notan.

Item si ad regularitatem motus requireretur vniformitas secundum velocitatem: sequeretur, quod nullus motus esset regularis. consequens est falsum. ergo & antecedens: probatio consequentiæ. Nam omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia, quia omnis motus, vel est naturalis, vel violentus, & motus naturalis intenditur in fine, vt vult phylosophus octauo huius. Et motus violentus remittitur in fine. ergo, omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia.

Secunda ratio primi dubij.

Ad secundum dubium arguo, & probo, quod motus diuersi secundum speciem, vel secundum genus possunt adinuicem continuari, quia si non possent adinuicem continuari, hoc non esset nisi, quia non possunt habere idem vltimum, & hoc non est nisi, quia differunt secundum speciem, vel secundum genus, sed hæc ratio non valet, quia diuersa secundum genus, vel secundum speciem possunt habere idem vltimum. ergo non obstante, quod motus differant secundum speciem, vel secundum genus possunt habere idem vltimum. Maior videtur manifesta: quia illa videtur esse ratio phylosophi, minorem vero probo, quoniam virga, cuius vna medietas est viridis, & alia sicca est continua, & sic pars animata, & pars inanimata, quæ differunt secundum genus subalternum, & etiam secundum speciem continuantur adinuicem.

Prima ratio secundi dubij.

B Item motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem possunt esse immediati, vt motus contrarij possunt esse immediati, quoniam aliquod corpus potest calefieri, & in fine calefactionis potest frigidum approximari sibi, quod quidem frigidum mouebit ipsum statim versus frigiditatem, aliter agens naturale esset approximatum suo contrario per tempus, & non ageret in ipsum, quod est inconueniens. Ponatur igitur, quod aliquod corpus calefiat, & immediate post, frigefiat, illo casu posito, illi motus sunt continuati adinuicem, & tamen differunt specie, igitur motus differentes specie possunt adinuicem continuari. Quod autem illi motus continuentur adinuicem, probo, quia continua sunt, quorum vltima sunt vnum, sed vltima istorum motuum contrariorum sunt vnum. ergo, maior patet, & probo minorem, quia quæro, aut illi duo motus habent idem vltimum, aut diuersa vltima, si habent idem vltimum, habeo propositum, videlicet, quod illi motus sunt continuati adinuicem, quia continua sunt illa, quorum vltima sunt vnum. Si autem detur, quod illi duo motus non habent idem vltimum, sed diuersa vltima. Tunc quæro: aut ista duo vltima mensurantur eodem instanti, aut alio, & alio instanti. Si

Secunda ratio secundi dubij.

C eodem, sequitur, quòd vltima contrariorum insunt eidem pro eodem instanti, quod est impossibile, si vero detur, quod ista duo vltima mensurentur alio, & alio instanti, cum inter quælibet duo instantia sit tempus medium, sequeretur, quod inter vltimum prioris motus, & principium motus posterioris esset tempus medium, & ita illi motus non essent immediati, cuius oppositum supponimus.

Ad primũ

Ad primum dubium est dicendum, quod ad hoc, quod motus sit regularis, requiritur, quod sit vniformis in velocitate secundum omnem partem acceptam secundum diuisionem temporis, quia sicut innuit phylosophus in litera, ad regularitatem motus requiruntur tria, scilicet, vniformitas spatij, super quod fit motus, & vnitas specifica formæ, secundum quam fit motus, tertio requiritur conformitas in velocitate, & tarditate, ita, quod mobile secundum eandem partem non moueatur velocius in vna parte temporis, quam in alia. Ad formam igitur dubitationis, cum quæritur, an motus regularis sit vniformis secundum velocitatem in omni sua parte, dico, quod partes motus sunt duplices: quædam, quæ accipiuntur secundum diuisionem mobilis, nam vna pars motus est in vna parte mobilis, & altera pars in alia.

D Aliæ vero sunt partes motus acceptæ secundum diuisionem temporis, & sic dicimus, quod vna pars motus est præterita: alia præsens, & futura. Dico igitur, quod loquendo de partibus motus acceptis secundum diuisionem mobilis, sic non oportet, quod omnes partes motus regularis sint vniformes in velocitate, quia sicut argutum est, pars superior primi orbis mouetur velocius, quam pars inferior, & tamen motus primi orbis est regularissimus, & hoc ideo est, quia istę partes motus, quarum vna est in superiori parte orbis, & alia in inferiori, accipiuntur secundum diuisionem mobilis. Vnde iste motus est vniformis, quia omnes partes semper vniformiter, & æque velociter mouentur. Semper enim partes superiores mouentur velocius, quam partes inferiores, & in eadem proportione velocitatis. Si vero loquamur de partibus motus acceptis secundum diuisionem temporis, sic dico, quod ad hoc, quod motus sit regularis, requiritur, quod sit vniformis in velocitate, secundum quamlibet eius partem, scilicet, acceptam secundum diuisionem temporis. Si enim totum mobile, vel

A aliqua pars eius moueretur velocius in vna parte tẽporis, quàm in alia, mobile non moueretur in omni parte temporis æque velociter, & per consequens motus non esset regularis. Ad primum igitur in contrarium dico, quod motus primi orbis est regularis, quia non mouetur secũdum se totum, nec secundum aliquam partem est velocius in vna parte temporis, quã in alia, nec impeditur regularis per hoc, quod in eodem tempore vna pars mobilis mouetur velocius, quam alia: quia regularitas motus non attenditur penes vniformitatem velocitatis partium motus, quæ sunt simul, si accipiantur secundum diuisionem mobilis. Ad aliud, quando dicitur, quod omnis motus est velocior in vna parte, quam in alia. Dico, quod, si loquamur de partibus acceptis secundum diuisionem temporis, sic non est verum. Et quando dicitur, quod omnis motus naturalis intenditur in fine &c. Dico, quod hoc non est verum: quia motus cæli est naturalis, & tamen non intenditur in fine. Vnde illud videlicet, quod omnis motus naturalis intenditur, &c. habet intelligi de motu naturali recto, & hoc supposito, quod non sit aliquod violentum impediens eius intentionem. Potest etiam motus violentus esse regularis propter aliquod impedimentum impediens eius remissionem in hoc.

Ad secundam rationem primi dubij.

B Ad secundum dubium dico, quod motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem non possunt continuari adinuicem, & hoc ideo, quia non possunt habere idem vltimum. Vnde secundum phylosophum non quodlibet potest continuari cum quolibet, sed solum illa possunt adinuicem continuari, quæ possunt habere idem vltimum: nunc autem vltima diuersorum secundum speciem differunt secundum speciem, & ideo non possunt esse idem secundum numerum. Vnde sciendum, quod vltimum dicitur de vltimis aliquorum æquiuoce, scilicet, de vltimis lineæ, & de vltimis deambulationis, & talia vltima, nec possunt esse simul, nec etiam possunt esse vnum, sed de vltimis aliquorum dicitur hoc nomen vltimum vniuoce, vt de vltimo deambulationis, & de vltimo dealbationis: talia enim vltima bene possunt esse simul, sed non possunt esse vnum: & ideo habentia talia vltima non possunt continuari adinuicem: quia non possunt habere idem vltimum. Et ad primum in contrarium dico, quòd partes virgæ, quarum vna est animata, & alia inanimata: non continuantur adinuicem secundum formam, sed solum continuantur adinuicem secundum quantitatem. Vnde duplex

Ad secundum dubium.

C est continuatio, scilicet, quædam secundum quantitatem, & quædam secundum formam, dico etiam quod quantitas, quæ est in prima parte animata, & quantitas, quæ est in parte inanimata sunt eiusdem speciei, & ideo istæ quantitates possunt continuari adinuicem, sed illæ substantiæ, quarũ vna est animata, & alia inanimata: non continuantur, nisi per accidens, scilicet, ratione suarum quantitatum, quæ per se sunt continuæ adinuicem. Dico igitur, quod illa, quæ sunt diuersorum specierum, possunt continuari adinuicem per accidens, non per se. Et si dicatur, quod secundum hoc motus diuersi secundum genus, vel secundum speciem possent continuari adinuicem.

Obiectio.

Dico, quod non est verum, quia motus non possunt continuari, nisi secundum formam: quoniam motus non habet quantitatem intrinsecam aliam a quantitate mobilis: & ideo motus non possunt continuari adinuicem secundum quantitatem, nisi continuentur secundũ formam, sed non est sic de substantia, quia substantia est quanta quantitate propria, & sic substantiæ distinctæ possunt secundũ speciem continuari adinuicem secundũ quantitatem, sed non secundũ formã.

Solutio prima.

Vel potest dici, quòd supposito, quod motus haberet quantitatem intrinsecã: adhuc illæ quantitates diuersorum motuum secundum speciẽ

Solutio secunda.

D non possunt adinuicem continuari: quia non possunt habere idem vltimum. Ad aliud, quando dicitur, quod motus contrarij possunt esse habiti, ita, quod inter illos nihil est medium: concedatur. Et cum dicitur, quod tunc habent idem vltimum, dico, quod non est verum: immo habent diuersa vltima. Et quando quæritur, an ista vltima mensurentur eodem instanti, aut alio, & alio. Dico, quod mensurentur eodem instanti. Et quando dicitur, quod tunc vltima contrariorum inessent eidem simul in eodem instanti. Dico, quod vltima contrariorum, quorum vnum est intrinsecum vni motui, & aliud extrinsecum alteri possunt bene esse simul in eodem subiecto in eodem instanti: tamen vltima contrariorum intrinseca eis non possunt inesse simul in eodem instanti. Ad cuius intellectum est sciendum, quod nullum vltimum est intrinsecum motui, nisi vltimum motus ex parte post, vel aliquod mutatum esse acquisitum per istum motum: vnde nullum instantium motus incipientis a quiete est intrinsecum illi motui: tamen mutatum esse copulans partes motus adinuicem est intrinsecum

Ad secundam rationem secundi dubij.

trinsecum vtrique parti, & tunc dico, quod si terminata calefactione statim incipiat frigefactio, ultimum calefactionis, & primum frigefactionis mensuratur eodem instanti, & hoc est possibile: quia vltimum calefactionis est intrinsecum calefactioni, & primum frigefactionis est extrinsecum a frigefactione, ideo ista possunt inesse eidem in eodem instanti. Quid autem sit primum motus incipientis a quiete videbitur in tractatu sequenti.

DE CONTRARIETATE MOTVVM, ET quietum. Tractatus tertius.

De contrarietate motus ad motum. Cap. I.

Deinceps diffiniendum est quisnam motus, cui motui cõtrarius est, & de quiete simili modo. Primum aũt diuidendũ est: vtrum contrarius motus sit isce, qui est ex eodẽ: ei, quo itur ad idẽ Vt isce, qui est ex sanitate: ei, quo petitur sanitas: quales, & generatio, & corruptio esse uidẽtur. An isce, q ex contrariis est, ut isce, q ex sanitate, ei, qui est e morbo. An isce, quo ad cõtraria pergitur, ut isce, quo ad sanitatẽ itur: ei, quo ad morbũ acceditur. An isce, qui est ex contrario: ei, quo ad contrariũ itur. Vt isce, q est ex sanitate: ei, quo morbus petitur. An isce, qui ex contrario in cõtrarium pergit: ei, quo econtrario in cõtrariũ itur, ut isce, qui ex sanitate in morbũ proficiscitur: ei quo ex morbo acquiritur sanitas. Vnum enim horum modorũ quendam, aut plures esse, necesse est. Non fit enim, ut alio modo motus, ut oppositi disponãtur.

Tex. c. 46. *Amplius autem determinandum est: qualis motus contrarius motui, & de mansione eodem modo. Sed primo determinandum est, utrum contrarius motus sit, qui est ex eodem, ei, qui est in idem, ut qui est ex sanitate, ei, qui est in sanitatem: ut generatio, & corruptio uidentur. Aut qui est ex contrarijs, ut qui est ex sanitate, qui est ex ægritudine. Aut qui in contrario, ut qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario, ei, qui est in contrario: ut qui est ex sanitate, ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario in contrariũ, ei, qui est ex contrario in contrarium: ut qui est ex sanitate in ægritudiné, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est. n. aut unum quendam horum esse modorũ: aut plures. Non enim est alter contraponere.*

ISTE est tertius tractatus huius libri: in quo determinatur de contrarietate motuum adinuicem, & de contrarietate motus ad quietem, & etiam de contrarietate quietum adinuicem, & continet tria capitula: quoniam in primo determinatur de contrarietate motus ad motum, declarando, quis motus cui motui contrariatur. In secundo ibi. [Qm̃ aũt motui non solum.] Determinatur de contrarietate motus ad quietem, & de contrarietate quietũ adinuicem. In tertio aũt ibi. [Dubitabit autem aliquis.] Mouet, & soluit quasdam dubitationes circa contrarietatem motuum, & quietum. Capitulum primum continet duas partes principales: quoniã in prima inuuit phylosophus, & declarat penes quae est attendenda contrarietas motuum. In secunda ibi. [Quoniam autem in contrarium.] Mouet, & soluit quasdam dubitationes. Prima pars continet tres particulas: quia in prima phylosophus proponit intentionem suam, & enumerat omnes modos, quibus contingit imaginari, quod motus est contrarius motui. In secunda ibi. [Est autem quicquid.] Declarat, quibus modis non est accipienda contrarietas motuum. In tertia ibi. [Relinquitur ergo.] Concludit phylosophus modũ, secundũ quem est accipienda contrarietas motuum adinuicem. In prima igitur particula huius partis phylosophus proponit intentioné suam, & narrat quot modis contingit imaginari, qđ motus sit contrarius motui. Dicit igitur phylo-

A sophus, quod præter illa, quæ determinata sunt de motu, determinandum est, quis motus cui contrarietur motui, & similiter de mansione, hoc est de quiete, id est, determinãdum est, quæ quies contrariatur motui, & etiam quę quies, cui quieti contrariatur. Demum narrat modos, quibus contingit imaginari, quod motus contrarietur motui, & ponit quinque modos. Quorum primus est, ut dicãtur, quod motus ab aliqua forma contrariatur motui in eandem formam. Verbi gratia, ut motus, qui est a sanitate contrariatur motui, qui est in sanitatem, ut quo modo generatio, & corruptio dicuntur esse contraria. quia generatio est a non esse, & corruptio est ab esse eiusdem. Secundo modo contingit imaginari, quod illi motus sunt contrarii, qui sunt ex contrariis, ut quod motus ex sanitate, & motus ex ægritudine dicuntur esse contrarii. Tertio modo contingit imaginari, quod illi motus sunt contrarij, qui sunt in contraria, ut dicitur, quod motus ad sanitatẽ contrariatur motui, qui est ad ægritudinem. Quarto modo cõtingit intelligere, quod motus, qui est ex uno contrariorum contrarietur motui in reliquum. Verbi gratia, ut dicatur, q motus ex sanitate contrariatur motui, qui est in ægritudinẽ, & iste modus non ponitur in textu istius particulę: improbatur tamen in particula sequenti. B Quinto modo contingit intelligere, quod illi motus sunt contrarii, qui sunt ex contrariis, & in contraria, ut motus, qui est ex uno contrario in reliquum contrarietur motui econtrario, scilicet, ei, qui est ex reliquo in primum, ut quod motus ex sanitate in ægritudinẽ contrariatur motui ex ægritudine in sanitatem, & iste modus est uerus. Vnde notandum secundum Cõmen. hic, quod contrarietas non est in omnibus motibus, qui sunt ex contrariis ad contraria, sed hic quæritur, propter quid sunt contrarij, utrum propter contrarietatem terminorum, a quibus sũt tantum: aut propter contrarietatem, ad quos sunt tantum: aut propter contrarietatem utrorumque, scilicet, tam propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt, quam propter contrarietatem terminorum, ad quos sunt.

Motus motui qu[æ] que contrariatur modis, & primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Is igitur, qui est econtrario nõ est ei cõtrarius, quo in contrariũ itur: ut is qui est ex sanitate, ei, quo itur ad morbũ. Est enim unus idemque: esse tamen ipsorum non idem est: quemadmodũ non C idem est ex sanitate mutari: atque ad morbum.

Est autem qui quidem ex contrario, ei, qui est in contrarium non contrarius, ut qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. Idem enim, & unus est. Esse quidem igitur non idem est ipsis: sicut non idem est ex sanitate mutare in ægritudinem. Tex. c. 47.

HÆc est secunda particula primę partis huius capituli, in qua declarat phylosophus, quibus modis nõ est accipienda contrarietas motuum, & continet duas partes; quia in prima declaratur, quod motus ab uno contrariorum non contrariatur motui in reliquum contrarium. In secunda ibi. [Neque quidem ex contrario.] Declaratur, quod motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. In prima igitur parte huius particulę improbat phylosophus quartum modum, quo ponitur, quod motus sunt contrarij secundum contrarietatem eius, D ex quo est motus, & eius, ad quod est motus, & probat istam conclusionem uidelicet, quod motus, qui est ex uno contrariorum non contrariatur motui, qui est in reliquum contrariorum, & hæc est vigesimaquinta conclusio huius libri: quæ probatur sic. Idem non contrariatur sibiipsi. sed motus, qui est ab uno contrariorum, est idem cum motu, qui est in reliquũ contrariorum, ergo motus, qui est ab uno contrariorum, non contrariatur motui in reliquum contrariorum. Maior huius patet de se, & minor declaratur: quoniam ille motus, qui est a sanitate idem est in ægritudinem, & sic idem motus, qui est ex contrario est in contrarium. Vnde dicit phylosophus, q ille idem motus est, qui est ex contrario, & qui est in contrarium: sed esse est alterum, sicut alterum est mutare ex sanitate, & alterum est mutare in ægritudinem. Et Comment. format istam rationem sic. Illa quæ sunt idem secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem, non sunt contraria: sed motus, qui est ab uno contrariorum, & motus qui est in reliquum contrariorũ sunt idem secundum subiectum, & diuersa secundum diffinitionem, ergo. Vnde sciendum est, q

Vigesima quinta cõclusio huius libri.

Declaratio minoris.

Alio modo format Commẽ.

Commen.

Commen. ostendit qualiter isti motus sunt diuersi secũdum diffinitionem, & sint idem secundum subiectum dicens: quod sunt diuersi secundum diffinitionem: quoniam motus de sanitate secundum, quod est motus de sanitate, est idem secundum diffinitionem cum motu ad ægritudinem, hæc Commẽ. Vnde si quis debet diffinire motum, qui est ex sanitate præcise, ut est ex sanitate, & motum ad ægritudinem præcise, ut est ad ægritudinem, aliam, & aliam diffinitionem debet assignare, ut de se manifestum est. Vnde certum est, quod diffinitiones exprimentes quid nominis sunt diuersæ. Sed qualiter isti motus sint idem secundum subiectum Commen. ostendit dicens, quod sunt idem secundum subiectum: quoniam motus de sanitate est motus ad ægritudinem, hoc est motus ex sanitate, & motus ad ægritudinem dicuntur de eodem secundum numerum: quoniam ille idem motus, qui est ex sanitate est ad ægritudinem. Vnde dico, quod illi motus dicuntur esse idem secundum subiectum, qui dicuntur de eodem secundum numerum. Non enim dicuntur idem secundum subiectum: quia sunt in eodem subiectiue: quia sic alteratio, & loci mutatio essent idem secundum subiectum, sed dicuntur idem secundum subiectum: quia prædicantur de eodẽ secũdum numerũ.

B Neque isce motus, qui est ex contrario, ei, contrarius est, qui ex contrario est. Simul enim accidit ecõtrario, & in contrarium: aut in medium ire: sed posterius de hisce dicemus.

Tex. c. 48. *Neque qui est ex cõtrario, ei, qui est ex contrario. Simul quidẽ. n. accidit mutari ex contrario in contrariũ, aut in medium. Sed de hoc quidem posterius dicemus.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli: in qua declaratur, quod motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt motus, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri: quæ secundum expositores probatur sic. Illi motus, qui sunt ad eandem formam secundum speciem, non sunt contrarij: sed motus, qui sunt ex cõtrarijs, possunt esse ad eandem formam secundum speciem, ergo motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Maior de se patet, & minor declaratur: quia motus ab albo, & motus a nigro potest terminari ad cãdem formam mediam, videlicet, ad fuscum, vel ad pallidum, & huic expositioni consentit textus, qui sic habet. Simul quidem accidit ex contrario mutari in contrarium, aut in medium, hoc est motus ex contrario potest indifferenter ad contrarium, vel ad medium, & sic motus ex contrarijs possunt terminari in idem medium secundum speciem. Attamen Commen. format istam rationem sic. Omnes motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ad contraria, quia motus ex uno contrariorum, vel est ad contrarium, vel ad medium; si sit ad medium est ad cõtrarium, quod est in illo medio. Ex quo potest argui sic. Illi motus, qui sunt a terminis contrarijs ad terminos cõtrarios, non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt, ex quo aliunde habent contrarietatem, scilicet, ex terminis, ad quos sunt. sed omnes motus qui sunt ex contrarijs, sunt ex terminis contrarijs ad terminos cõtrarios, ergo motus, qui sunt ex contrarijs non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, ex quibus sunt, & per consequens motus non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt.

Vigesima sexta conclusio huius libri.

Declaratio minoris.

D Enim uero in contrarium mutari causa potius cõtrarietatis esse uidebitur: quã ecõtrario mutari. Hoc. n. abiectio cõtrarietatis: illud assũptio est.

Sed magis in contrarium mutare videbitur utique causa esse contrarietatis, quam ex contrario. Hic quidem enim mutatio contrarietatis: ille uero acceptio.

SED quia aliquis potest dicere, quod licet motus ex contrarijs sint ad contraria: tamen contrarietas motuũ non est accipienda secundum illud, ad quod est motus: quia motibus contrarijs accidit, quod sint ad contraria: sed per se competit motibus contrarijs, quod fiant ex terminis contrarijs. Hoc excludit phylosophus declarando, quod contrarie-

A tas in motibus magis est accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos, quam secundum contrarietatem terminorum a quibus, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri: quæ dupliciter probatur, & primo sic. Motus de contrario est separatio ab illo, & motus ad contrarium est receptio, & acquisitio eius, ad quod est motus. sed contrarietas magis attenditur penes illud, quod acquiritur per motum, & quod perficit motum, quam penes illud, a quo separatur motus: quia quod acquiritur est pars substantiæ motus, sed illud, a quo separatur, non est pars substantiæ motus, ergo contrarietas motuum est magis accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt: quam secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Vel sic. Contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur esse per motum, quam penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur non esse: quia esse est dignius, quam non esse, sed termini, ad quos sunt motus, acquiritur esse, & terminis, a quibus sunt, acquiritur non esse, ergo. Notandum secundum Commen. hic, quod translatio rei motæ de contrario, a quo mouetur est separatio ab ipso, & translatio eius ad contrarium, ad quod mouetur, est receptio, & acquisitio, & hoc est ideo, quia motus nihil aliud est, quam acquisitio unius

Vigesima septima conclusio huius lib. Primu probatio huius conclusionis.

Notandũ.

B partis post aliam ex illo, ad quod res mota mouetur primo, donec acquiratur illud, ad quod mouetur perfecte, & tunc cessat, & tamen motus dicitur esse contrarius motui aliquo illorum modorum, sed dignius est, ut sit cõtrarius secundum illud, quod acquiritur, & per quod perficitur, non secundum illud, a quo separatur, quia illud, a quo separatur, non est pars eius substantiæ, sed est accidens ei, & illud, quod acquiritur est pars substantiæ: hæc Commen. Et intelligo, quod illud, quod acquiritur est pars substantiæ motus, idest, est pars diffinitionis motus, sicut punctus est de substantia lineæ, quia est pars diffinitionis eius, quia motus est actus entis in potentia inquantum in potentia est ad terminos motus, ut dealbatio est actus dealbabilis, inquantum est in potentia ad albedinem: & sic terminus, ad quem est motus, est pars diffinitionis motus.

Dicitur etiam quisque motus ex eo potius, in quod itur: quam ex eo, ex quo fit mutatio. Sanatio enim hisce dicitur, quo acquiritur sanitas. Aegrotatio hisce, quo ad ægritudinem itur.

C *Et dicitur autem unusquisque, in quod mutatur magis: quam ex quo, ut sanatio in sanitatem: ægrotatio autem in ægritudinem.*

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Contrarietas motuum magis est accipienda ab eo, a quo denominatur motus, quã ab eo, a quo non denominatur: quia ab eo, a quo aliquid accipit formam, accipit contrarietatẽ, quia cõtrarietas est differentia secundum formam, sed motus denominatur a termino, ad quem, non a termino a quo, verbi gratia: Motus ab ægritudine in sanitatem denominatur a sanitate, non ab ægritudine, quia dicitur sanatio, & non ægrotatio, ergo contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem terminorum, ad quos sunt, quam terminorum, a quibus sunt. Vnde notandum est secundum Commen. ꝙ substantia motus est de natura, ad quod est, & non eius, ex quo est. & ideo motus denominatur ab illo, ad quod est. hæc Commen.

Secunda probatio.

D Restat igitur isce, quo ad contraria peragitur, & isce quo ad contraria ex contrariis itur. Fortasitan igitur fit, ut hi quibus ad contraria proficiscitur, & ex cõtrariis sint. Sed esse fortasse non idem eundi, inquam, in sanitatem: atque ex morbo, & eundi in morbum, atque ex sanitate.

Relinquitur autem qui est in contraria, & qui est in contraria ex contrarijs. Fortassis quidem igitur accidit hos, qui in contraria ex contrarijs esse, sed esse forsitan non idem. Dico autem, qui in sanitatem, ei, qui ex ægritudine, & qui ex sanitate, ei, qui in ægritudinem.

HAec est tertia pars principalis primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus determinat veritatem, declarando, quomodo est accipienda contrarietas

in motibus, & intendit declarare, quod contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt: ita quod isti motus sint contrarii, qui sunt ex terminis contrarijs ad terminos contrarios. Et hæc est vigesimaoctaua conclusio huius libri, circa cuius probationem sic procedit phylosophus, quia primo infert conclusionem ex præcedentibus, & innuit unam rationem probantem conclusionem secundum unam expositionem: quæ non est expositio Commen. secundo ibi. [Quoniam autem differt] probat conclusionem. Primo igitur dicit phylosophus, quod ex quo, nec illi motus sunt contrarij: quorum unus est ab uno contrariorum, & alius in reliquum contrarium, nec etiam illi motus sunt contrarij, qui solum sunt ad contraria, nec etiam motus ab aliqua forma contrariatur motui in eandem formam. Relinquitur igitur, quod illi motus sint contrarii, qui sunt ex contrarijs ad contraria: ut motus a sanitate in ægritudinem contrariatur motui ab ægritudine in sanitatem & econuerso Nam omnes motus, qui sunt ex contrariis, sunt ad contraria, & econuerso. Et ideo ex hoc potest formari talis ratio, quamuis Commen. hic nullam rationem innuat. Ratio igitur est talis. Vel illi motus sunt contrarii ex contrarijs, vel illi, qui sunt ad contraria, seu illi, qui sunt ex contrariis ad contraria, sed omnes motus, qui sunt ex contrariis, sunt ex contrariis ad contraria, ergo omnes motus contrarij sunt ex contrariis in contraria. Ex quo potest argui sic, contrarietas mobilium, qui per se sunt ex contrariis, & etiam ad contraria, non solum est accipienda ex contrarietate terminorum, a quibus sunt, nec solum accipienda est ex contrarietate terminorum, ad quos sunt, sed ex contrarietate utrorumque terminorum, scilicet, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, sed motus contrarij sunt per se a contrariis ad contraria: igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt: maior patet, quia contrarietas motus debet accipi ab his, quæ per se insunt motibus contrariis, secundum quod sunt contrarij. & minor patet de se, quia motus qui sunt ex contrariis, ut sanatio, & ægrotatio, sunt ad contraria, & econuerso. Sciendum est, quod secundum expositioné Commen. phylosophus quandoque concludit conclusionem suam, videlicet, quod illi motus sunt contrarij, qui sunt ex contrariis ad contraria,

Dubium. nunc uero phylosophus remouet unum dubium tale. Dictũ enim est prius, quod contrarietas motuum non potest accipi secundum contrarietatem eius, ex quo est motus ad illud, ad quod est motus, quia sic idem esset sibijpsi contrarium ex hoc posset esse dubium, quia videtur, quod illud impossibile sequatur ex hac positione, qua ponit, quod illi motus sunt cõtrarij, qui sunt ex contrariis ad contraria, scilicet, quod idem sit sibijpsi contrarium.

Solutio. Ideo phylosophus hoc remouet dicés, quod non est eadem essentia motus, qui est ex contrario in cõtrarium, & econuerso. Vnde quamuis idem sit motus, qui est ex uno contrariorum, & qui est in reliquum cõtrarium: tamen non est idem motus, qui est ab uno contrariorum in reliquum, & motus, qui est econuerso. Notandum est hic secundum phylosophum, quod motus, qui sunt ex contrariis, sunt ad contraria, & hoc accidit eis, quia esse forsitan non est idem.

Notabile. Vnde est sciendum quod de eisdem motibus essentialiter dicitur, quod sunt ex contrariis, & quod sunt ad contraria & sic motus ex contrariis, & motus ad contraria sunt idem secundum subiectum, quia dicuntur de eodem subiecto secundum numerum, sed non sunt idem secundum esse, idest, secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, quia isti termini, scilicet, motus ex contrariis, & motus ad contraria non significant idem, quamuis uere prædicentur de eodem secundum numerum.

Cum autem a motu mutatio differat: ea nãque mutatio motus est: qua ex subiecto in subiectum itur, isce profecto motus, quo econtrario in contrarium pergitur contrarius est, ei, quo econtrario ad contrarium itur, ut isce, quo ex sanitate in morbum itur, ei, quo sanitas e morbo acquiritur.

Tex. c. 49. *Quoniam autem differt mutatio a motu, ex quodam enim subiecto in quoddam subiectũ mutatio est motus, qui est ex contrario in contrariũ, ei, qui est ex contrario in contrarium motus contrarius est, ut qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitaté.*

Probat cõclusionem suam ratione. CVM phylosophus proposuit conclusionem, quam intendit probare, scilicet, quod contrarietas motuum est accipienda secundum contrarietatem terminorum: a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, hic phylosophus iterum probat eandem conclusionem, & primo per rationem. Secundo per inductionem. Per rationem sic: contrarietas in motibus est accipienda secundum ea, quæ sunt essentialia motui: quoniam illud, quod est essentiale rei est causa proprietatum essentialium eius, nunc uero contrarietas est proprietas per se & essentialis motus, sed essentiale est motui, quod sit a contrario in contrarium. Sicut enim essentiale est motui, qđ sit ad contrarium, ita essentiale est motui, quod sit ex contrario, igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt. Maior patet ex dictis, & minor declaratur per hoc, quia illud est essentiale motui, per quod motus differt a mutatione, sed motus differt a mutatione per hoc, qđ motus est a subiecto contrario in subiectum contrarium, & mutatio non, ergo.

Patet autem, & ex inductione, qui contrarij esse videntur. Egrotare.n. ipsi sanari, & discere ipsi decipi non per seipsum: contraria uidentur. Ex cõtrarijs enim in contraria fiunt. Vt n. scientiam per se quispiam, & per alium consequi potest, sic & deceptionem. Latio etiam, quæ supra loca petuntur, ei cõtraria est lationi, quæ ad infera loca itur. Hæc enim in lõgitudine contraria sunt. Et ea, qua itur ad dextra, ei, qua sinistra petuntur Hæc enim in latitudine contraria sunt. Et ea, qua pergitur ad ea, quæ sunt ante, ei, qua itur ad ea, quæ sunt post. Hæc enim in profunditate contraria sunt.

Tex. c. 50. *Manifestum est autem ex inductione, qualia videntur contraria esse. Aegrotari enim ipsi sanari, & ipsi addiscere decipi, permutari uero non per ipsum. In contraria enim: sicut enim in scientia est, sic, & in deceptione, & per ipsum habere, & per alium. Et sursum motus, ei, qui est deorsum. Contraria enim hæc sunt in longitudine. Et qui est ad dextram, ei, qui est ad sinistrã, contraria enim hæc sunt in latitudine. Et qui est ante, ei, qui est retro. Contraria enim hæc sunt in altitudine.*

CVM phylosophus probauit conclusionem suam per rationem, probat eam per inductionem, scilicet, quod contrarietas motus est ex contrarietate terminorum, quia omnes motus contrarij sunt ex contrariis, & ad contraria, & hoc declaratur tam in alteratione, quam in motu locali. In alteratione enim tam corporis, quam animæ, patet quod motus contrarij sunt ex contrariis ad contraria, quoniam motus ægrotationis, & motus sanationis sunt contraria. & unus est ex sanitate in ægritudinem, & alius econtrario, & similiter addiscere est contrarium ei, quod est decipi, non a se, sed ab alio, sed addiscere ab alio, & decipi ab alio sunt ex contrariis ad contraria, quia addiscere ab alio est ab ignorantia ad scientiam, & decipi ab alio est econtrario. Item patet in motu locali, quoniam motus sursum, & motus deorsum contrariantur, & sunt a contrariis ad contraria in longitudine, quia sursum, & deorsum contrariantur in longitudine, & motus, qui est ante, contrariatur motui, qui est retro, eo, quia ante, & retro sunt contraria in altitudine, seu profunditate, & motus ad dextrum contrariatur motui ad sinistrum, eo quia ista sunt cõtraria in latitudine.

Prima expositio. Commen. Notandum, quod istam literam, quæ dicit, quod addiscere contrariatur ei, quod est decipi, non per ipsum, exponit Commen. dupliciter, uno modo, quod phylosophus dicit, quod addiscere est contrarium ad errorem ex alio non, ex se, cum homo raro erret ex se, sed ex alio, sicut addiscit ex alio, non ex se & ideo dicit non ex se, & hæc est expositio Alexandri.

Secunda expositio. Vnde quia homo, ut frequenter addiscit ab alio, & etiam errat ab alio, ideo addiscere ab alio, & erra-

te

te ab alio sunt contraria. Alia expositio est, quod phylosophus intendit, quod scientia, quæ est ex alio, opponitur errori, qui est ex alio, & scientiæ acceptæ per inuentionem propriam contrariatur error, siue deceptio accepta per seipsam: hoc est studio proprio.

His autẽ qui solum ad contrarium est: non motus, sed mutatio est. Velut albũ fieri nõ ex aliquo.

Tex. c. 51. *Qui autem est in contrarium solum: non est motus: sed mutatio, ut fieri album non ex quodam est.*

HÆc est secunda pars principalis huius capituli: in qua phylosophus mouet, & soluit quasdam dubitationes: & continet duas particulas secundum numerum duarum dubitationum, quas soluit. Secunda ibi. [Quoniam autẽ in medium.] Prima igitur dubitatio est: nam dictum est, quod omnis motus est a contrario in contrarium: sed circa hoc mouetur dubitatio, quia non uidetur, quod omnis motus sit a contrario in contrarium, quia aliquis motus est ad contrarium, qui non est ex contrario: nam motus a non contrario in contrarium, ut motus a non albo ad album est motus, & tamen non est a contrario in contrarium: sed a contradictorio in cõtrarium. Istam dubitationem soluit phylosophus dicens, quod talis transmutatio, quę non est a contrario in contrarium nõ est motus, sed est mutatio, ut si fiat album ex non quodam, ut ex non albo, non est motus, sed est mutatio. Unde dicit Com. generatio albi quandoque accipitur, secundum quod accidit oportet, quod fuerit ex non albo, est transmutatio non motus. Ulterius dicit Comment. quod omne album generatur ex nigro, aut ex medio: sed cum cõsideramus secundum quod hoc accidit nigro, quod fuerit non album est transmutatio non motus, sed hoc est ei per accidens non per se, transmutatio vero, quæ est de non contrario, omnino est transmutatio per se, hæc Commen. In quibus verbis possunt tria notari. Primo, quod generatio albi ex non albo non est motus, & ratio est, quia omnis motus requirit aliquod medium inter terminos motus, sed inter contradictoria non est mediũ, ergo. Secundo potest notari, quod generatio albi ex non albo est per accidens, & ut mihi uidetur per generationem intelligit transmutationem successiuam, non mutationem subitam, transmutatio enim successiua est per se a contrario in contrarium, & per accidens a contradictorio in contradictorium, sed mutatio subita est per se a contradictorio in contradictorium, & per accidens a contrario in contrarium. Et quod Comment. dicit, quod accidit nigro, quod sit non albũ, non intelligit, ut mihi uidetur, quod non album non est per se in primo modo dicendi per se, de intellectu nigri, & ita accidit nigro, quod sit non album accipiendo accidentalitatem, ut opponitur per se in primo modo. Tertio potest notari, quod transmutatio, quæ est a non contrario omnino est transmutatio per se, & ita mutatio subita est per se mutatio. Quare autem mutatio subita est per se mutatio, & quare est mutatio per accidens: usum est superius in hoc quinto, sed & magis videbitur in sexto, Domino Iesu Christo concedente.

Solutio.
Idem sup. c. 8. & 14. me. cõ. 4.
Idem hic infra. c. 55
Prima dubitatio.
Primum notan.
Secundũ.
Tertium.

Quibus etiam nõ est contrarium ea mutatio, quę est ex ipso, ei mutationi contraria est, quæ est ad ipsum. Quapropter generatio corruptioni cõtraria est. abiectioque accretioni. Hæ autem mutationes non motus sunt.

D

Tex. c. 52. *Quibus autem non est contrarium, qui est ex ipso: ei, qui est in ipsum mutatio, contraria est. Unde generatio corruptioni contraria est, & remotio acceptioni. Hæ autem mutationes quidem: motus autem non sunt.*

DEinde narrat phylosophus qualiter contrarietas est accipienda in transmutationibus, quæ non sunt ex non contrario in contrarium, & dicit, quod in talibus mutationibus, quæ non sunt a contrario in contrarium, debet contrarietas accipi ex uno extremo secundum diuersum respectum ad illud idem extremum: mutatio enim, quæ est ad hoc, est cõtraria mutationi, quæ est ab hoc, & isto modo generatio, & corruptio sunt contraria, quia corruptio, quæ est ab aliqua forma, contrariatur generationi, quæ terminatur ad ean-

A dem formam. Et dicit Comment quod in hac transmutatione, scilicet, subita non est esse, nisi in uno extremo in generatione autem in fine, in corruptione vero in principio: hæc Commen. Finis autem generationis est ens, & principium nõ ens, econtrario in corruptione. Intelligendum est, quod quando aliqua forma non habet contrarium: sicut est in substantiis, tunc mutatio ab ipso contrariatur mutationi in ipsum: sicut generatio contrariatur corruptioni. sed quando forma, ad quam est mutatio, habet contrarium, tunc non solum mutatio ab ipsa contrariatur mutationi in ipsam, sed etiam mutationes, quæ sunt ad terminos contrarios, sunt contrariæ: licet non sunt ex contrariis, ut generatio albi ex non albo, & generatio nigri ex non nigro, sunt mutationes contrariæ, sed non sunt motus contrarij.

Hi uero motus, quibus ad medium itur: in quibus contrariorum est medium, in contrarijs quodammodo sunt ponendi. Motus enim ad vtrum extremorum eatur, medio ipso utitur, ut extremo. Velut e fusco quidem itur in album: tanquã e nigro: e nigro uero in fuscum, tanquam in albũ. Medium enim ad vtrunque extremorum contrarij rationem quodammodo subit, ut prius dictũ est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est, iste, quo e contrario in contrarium pergitur, ei, quo econtrario in contrarium itur.

B

Qui autem in medio motus sunt, quibuscunque contrariorum est medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi: sicut enim contrario utitur medio motus in utraque, utique utetur, ut ex fusco quidem in albũ, tanquam ex nigro, & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuscum, tanquam in album: fuscum autem mediũ ad vtrunque dicitur, quodammodo, utrunque ultimorum: sicut dictum est prius. Motus

C *quidẽ igitur motui contrarius est, sicut qui est ex cõtrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrariũ.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus remouet secundam dubitationem. Dictum est, quod motus cõtrarij sunt, qui sunt de rebus contrarijs ad res contrarias. Ex hoc igitur oritur dubium, quia secundum hoc videtur, quod motus ab extremo ad medium non contrarietur motui econtra, scilicet, qui est a medio in extremum: cum isti motus non habeant terminos contrarios. Istud remouet phylosophus dicens, quod medium contrariatur vtrique extremorum: quoniam medium comparatum uni extremo habet rationem alterius extremi, ut fuscum comparatum albo hẽt rationem nigri, & fuscum comparatum nigro hẽt rationem albi. unde mutatio, quæ est ex nigro in fuscum, est tanquam ex nigro in album, & mutatio ex fusco in nigrum, tanquam ex albo in nigrum, & sic motus ab extremo in medium contrariatur motui econtra, qui est a medio in extremum. Notandum secundum Commen. hic, quod medium est contrarium utrique extremo, sed non simpliciter, sicut alterum extremum est contrarium reliquo, sed medium est contrarium vtrique extremo per illud, quod est in eo, de reliquo extremo, & contrarietas eius differt a contrarietate extremi in hoc, quoniam contrarium in eo, scilicet, unum extremum non est in ultima sua perfectione, sicut in ipso extremo. Item notandum, quod Comment. dicit hic, quod quando transmutatio ab extremo ad medium fit, illa transmutatio terminatur ad alterum extremum, quod est in medio, & quando fit transmutatio a medio ad extremum fit transmutatio a reliquo extremo, quod est in medio. Dicit enim Commen. sic. Inter, idest, medium est contrarium utrique extremo, quoniam utrunque extremum inuenitur ex eo non perfecte, uerbi gratia: quoniam in trãsmutatione, quæ fit de viridi in album: uiride est quasi nigrũ. Unde uiride non transmutatur ad album nisi secundum, quod est in eo de nigro non secundum quod est in eo de albo, & etiam quando uiride transmutatur in nigrum transmutatur secũdũ quod est in eo de albo, & similiter quando album transmutatur in uiride, transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, & quando

D

Dub phylosophi.
Remotio huius dubitationis.
Idem primo phy. c. 54.
Expositio Commẽ.

quando nigrum transmutatur in uiride transmutatur in album, quod est in eo, hæc Commen. Et postea in eodem commento. Comment. dicit sic. Secundum hoc igitur omnis motus, qui est contrarius motui, est contrarius secundum illud ex quo, & secundum illud ad quod, siue fuerit motus ad media, siue ad extrema. Et dicit ulterius, quod sic etiam est intelligendum de motibus, qui sunt de medio in medium, hæc Commen. Ex quibus dictis Commen apparet, quod de intentione Commen est, quod contraria maneat actualiter, & realiter in medio, quia certum est, quod per motum acquiritur esse in actu terminorum motus, sed quando aliquid mouetur ab albo in uiride, illud mouetur in nigrum, quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter nigredo, si etiam aliquid transmutatur a nigro in uiride, illud transmutatur ad album,
Prima rō. quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter albedo, & sic formæ contrariæ sunt simul in actu medio. Et mihi uidetur, quod hæc sit sententia Commen. Veruntamen hæc opinio uidetur esse falsa, quia secundum hoc omnis alteratio erit inter formas specie distinctas. Nam omnis alteratio, quæ est ab albedine, esset ad nigredinem distinctam specifice ab albedine, quia si fiat motus a magis albo ad minus album, ille motus terminaretur ad nigredinem, quæ est in minus albo, & similiter omnis motus a nigredine esset ad albedinē, & sic omnis alteratio esset inter formas specifice differentes; sed hoc est contra phylosophum, quia superius in hoc quinto dixit,
Secunda ratio. quod aliqua est alteratio in eadem specie. Item secundum hoc sequeretur, quod omnis motus ab albedine esset eiusdem speciei, quia omnis motus ab albedine esset ad nigredinem, & sic esset ad unam formam secundum speciem, & sic defuscatio, & deuiridatio essent eiusdem speciei, posito isto possibili, quod sint ab albedine. Et sequitur adhuc maius inconueniens, scilicet, quod duo motus ad fuscedinem sub eodem gradu differunt specie, & tamen motus ad fuscedinem, & motus ad
Confirmatio. rubedinem erunt eiusdem speciei, quod uidetur inconueniēs. Et probo, quod hoc sequatur: quoniam possibile est, quod fiant duo motus: unus, scilicet, ab albedine, & alius a nigredine ad fuscedinem sub eodem gradu, & isti duo motus differunt specie secundum istam opinionem, quia sunt ad formas differentes specie, scilicet, ad albedinem, & nigredinem, quæ sunt in fuscedine, & possibile est etiam duos motus esse ab albedine, unus ad fuscedinem, & alius ad rubedinem, & isti motus essent eiusdem speciei secundum istam uiam, quia uterque est ad nigredinem, quæ est una forma secundum spe-
Tertia rō. ciem. Item secundum istud sequeretur, quod omne alteratū ab uno contrario prius deueniret in contrarium extremum, quam in medium: quoniam illud, quod transmutatur ab albedine statim fieret sub nigredine, quia statim cum fit sub albedine remissiori fieret sub nigredine, sed prius fit sub albedine remissiori, quā fiat sub aliqua forma, media differente secundum speciem, ergo omne, quod transmutatur ab albedine prius fieret sub nigredine, quam sub aliqua forma media, quod uidetur esse contra phylosophum, qui superius in hoc
Quarta ratio. quinto dixit, quod medium est in quod continue mutans, &c. Item quæro, aut in forma media est aliqua forma alia a formis extremis, vel non: si nō: tunc forma media non differret specifice ab extremis, quia non haberet per quid differret specifice ab eis, si autem detur, quod ibi est aliqua forma media resultans ex commixtione extremorum, cum illa forma sit qualitas sensibilis habens contrarium, non uidetur aliqua ratio, quare ad illam non esset motus per se, & sic motus
Quinta ratio. posset terminari per se ad ipsam formam mediam, & non solum ad extremum, quod est in forma media. Item, quod formæ contrariæ non possunt esse simul adæquate in eodem potest probari, quia motus non sunt contrarij, nisi propter contrarietatem terminorum secundum phylosophum, ergo si formę contrariæ per se terminantes motum essent simul in eodem, sequeretur, quod motus contrarij possent esse simul in eodem, & sic si calor, & frigus possent esse simul in eodem, multo magis calefactio, & frigefactio essent simul in eodem, sed hoc est impossibile, quia quod calefit recedit a frigore, & qđ frigefit accedit ad frigus, ergo si idem simul calefieret, & frigefieret, sequeretur, quod idem simul accederet ad ali-
Confirmatio. quam formam, & recederet ab eadem. Et confirmatur, quia si idem corpus sit simul calidum, & frigidum, sequitur, quod illud corpus approximatum corpori receptiuo caloris, & frigoris simul calefaceret, & frigefaceret illud corpus: quoniam per calorem calefaceret, & per frigiditatem frigefaceret illud
Sexta rō. idem corpus. Similiter tactus simul sentiret calorem, & frigus eiusdem caloris, & uisus simul perciperet idem corpus esse album, & nigrum, cum in eodem corpore sint simul albedo, &

A nigredo. Similiter albedo, & nigredo quantumcunque remissa sunt contraria, & per consequens opposita, sed omnia opposita includunt contradictionem, quia contradictio est prima oppositio & est mensura cuiuslibet alterius oppositionis. Vnde ad uidendum, utrum aliqua sint opposita, est considerādū, utrum includant contradictionem, uel non: si sic, illa sunt opposita: si non, non sunt opposita; igitur si contraria essent simul in eodem, sequeretur, quod contradictoria uerificarentur simul de eodem: quoniam si idem esset simul album, & nigrum, sequeretur, quod illud esset simul album, & non album, quod est impossibile. Propter igitur ista, & multa alia, quæ posui in quodam tractatu de intentione formarum, non uidetur mihi, quod contraria possint esse simul in eodem: & adhuc posito, quod contraria essent realiter in forma media, tamen illa forma media posset per se terminare motum, & non oporteret motum terminari ad alterum extremū, qđ est in medio. Dico igitur, quod omnis motus est a contrario in contrarium simpliciter, uel in contrarium quodammodo. Vnde forma media contrariatur quodammodo, sed non simpliciter vtrique extremo. Dicta ergo Commen. non possunt hic glossari nisi uiolenter. Possent tamen sic dici, quod quam- Ad rōnes.
uis forma media sit forma simplex, habet tamen conuenientiam, & similitudinem cum vtroque extremo, & secundum
B quod conuenit cum uno extremo contrariatur alteri extremo, & utrunque extremum dicitur in eo esse quodammodo. Quod igitur dicit Commen. quod quando album transmutatur in uiride transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, intelligit, quod quando album transmutatur in uiride, transmutatur in uiride secundum quod habet rationem nigri. Vnde circa contrarietatem motuum est intelligendum, quod non omnes motus sunt contrarij, qui sunt a terminis contrarijs ad terminos contrarios, sed illi, qui sunt a contrarijs ad contraria modo contrario: na, quod unus motus sit ab uno contrario in reliquum, & alius econtrario, scilicet, a termino ad quem terminatur primus motus ad terminum a quo ille motus incipit, vel ad consimilem, verbi gratia. Si aliquod corpus calefiat vsque ad aliquem gradum caliditatis, & postea quiescat sub illo gradu, & iterum calefiat, ita quod moueatur ab illo gradu ad gradum intensiorem, istę duę calefactiones sunt a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios, quia termini, a quibus sunt illi motus, sunt contrarij, quia primus motus est a contrario in contrarium, & termini inter quos est primus motus sunt termini, a quibus est secundus motus. Similiter termini, ad quos sunt illi motus, sunt contra-
C rij, quia inter istos terminos est secundus motus, & secūdus motus est a contrario in contrarium, & sic istę duę calefactiones sunt a contrarijs ad contraria, & tamen non sunt motus contrarij, quia non fiunt modo contrario, quia non fiunt secundum reflexionem, sed magis in directum, &c.

DE CONTRARIETATE MOtus ad quietem, & quietum adinuicem.
Tractatus tertij. Cap. II.

Cum autem motui non solum motus esse contrarius, sed quies etiā uideatur, hoc definiamus oportet. Absolute namque motus motui contrarius est. Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Priuatio uero quodammodo cōtraria dicitur. Quæ autem cuinam contraria est, an ei motui, qui est in loco, ea quies est contraria: quæ est in loco. Verum hoc nunc simpliciter dicitur. Vtrum enim isce motus dicitur, hoc, ei quieti, qui est hic
D opponatur, an isce quo ad hoc itur.

Quoniam autem motui non solum uidetur esse motus contrarius, sed & quies, hoc determinatum est. Simpliciter quidem enim contrarius est motus motui, Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Est autem sic, quod priuatio contraria dicitur. Qualis autem quali, ut ei, qui est secundum locum, sed hoc non dicitur simpliciter. Vtrum enim ei, qui est huic mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur. Tex. c. 58.

Istud est secundum capitulum huius tractatus: in quo determinatur de contrarietate motus ad quietem, & quietum adinuicem. Et continet tres partes principales. Quo-
niam

niam in prima narratur, quæ quies contrariatur motui. In secunda autem ibi. [Simul autem adinuicem.] Declarat, quæ quies, cui quieti contrariatur. In tertia ibi. [Quibus autē non sunt.] Determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem. Prima pars continet duas particulas: quarum in prima phylosophus proponit intentionem suam. In secunda ibi. [Manifestum autem igitur est.] Infert conclusionem, quam intendit. Dicit igitur phylosophus primo, quod quia motus non solum contrariatur motui, sed etiam quieti: determinandum est, quæ quies contrariatur motui. Et dicit, qualiter motus contrariatur motui, & qualiter etiam quies contrariatur motui. Et dicit, quod motus simpliciter contrariatur motui, sed quies contrariatur motui: sicut priuatio contrariatur habitui. Qualiter autem quies contrariatur motui, nunc hic dicendum est. Quoniam manifestum est, quod motui secundum locum contrariatur quies secundum locum, & hoc nunc dictum est in vniuersali, sed inquirendum est utrū contrarietur quieti sub termino, ex quo est motus, uel quieti sub termino ad quem est motus, ut utrum sanatio contrarietur quieti sub ægritudine, ex qua est sanatio, vel quieti sub sanitate, ad quam est sanatio.

Patet igitur cū duobus in subiectis sit ipse motus: ei quidem motui, qui est ex hoc in contrariū: oppositam eā esse quietem, quæ est in hoc. Ei uero, q est ad hoc e cōtrario eā, quæ in cōtrario est.

Tex. c. 54. *Manifestum igitur est: quoniam quia in duobus motus subiectis est. Huic quidem qui ex hoc in cōtrarium, quæ est in hoc quies. Huic autem, qui ex cōtrario in hoc, quæ in contrario quies.*

Haec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus infert conclusionem, quam intendit dicens, quod quia motus est in duobus subiectis: hoc est inter duo assignata: manifestum est, quod motus, qui est ex contrario contrariatur quieti sub tali contrario, hoc est: motus contrariatur quieti sub termino a quo: quieti sub termino ad quem, verbi gratia. Motus ex sanitate contrariatur quieti in sanitatem, &c.

Simul autem hæ, & inter sese sunt contrariæ. Etenim absurdum est si motus quidem contrarij sunt: quietes uero contrariæ non sunt. Sunt autē hæ: quæ in contrariis sunt. Ea namque quies: quæ est in sanitate: ei quieti contraria est, quæ est in morbo. Et ei motui, quo ex sanitate in morbū itur. Ei namque, quo e morbo itur in sanitatem cō trariam esse fines ægritudine rationis.

Simul autem, & adinuicem contraria hæ sunt. Et nāque inconueniens est, si motus quidē contrarij sunt. Quietes aūt oppositę non sunt. Sunt aūt in oppositis hæ, ut q est ex sanitate in agritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem: quæ autem est in sanitate ex ægritudine quies. Motui aūt ei, qui est ex sanitate in ęgritudinē, ei enim qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabile.

Haec est secunda pars principalis huius capituli: in qua declaratur quæ quies cui quieti contrariatur. Et continet duas particulas: quia in prima probat, quod quies est contraria quieti, & quæ quies cui quieti. In secunda ibi. [Quoniam est in ipso motus.] Declarat, quæ quies contrariatur motui. Dicit igitur phylosophus primo, quod quies nō solum contrariatur motui: immo quietes sunt adinuicem contrariæ, & quod quies contrarietur quieti declaratur. Et hæc

Vigesima nona conclusio huius libri. est vigesimanona conclusio huius libri: quæ probatur sic. Motus contrariatur motui, ut probatum est superius. sed inconueniens est, quod motus contrarietur motui, & quod quies non contrarietur quieti, igitur quies contrariatur quieti. Quod autem hoc sit inconueniens, scilicet, motum contrariari motui, & quietem non contrariari quieti: potest sic declarari, quia motus non sunt contrarij, nisi quia sunt ad contraria, & ex contrarijs, sed inconueniens est dicere, quod motus ad terminos contrarios sunt contrarij, quod tamen quietes sub terminis contrarijs non sunt contrariæ. Tantum enim inconueniens est dicere, quod aliquis simul quiescat sub contrarijs, quantum inconueniens est dicere, quod aliquid simul moueatur ad contraria. Et maius inconueniens est quiescere simul sub contrarijs, quam moueri simul ad contraria. Et ex hoc patet, quę quies cui quieti contrariatur: quoniam quies sub uno contrariorum contrariatur quieti sub reliquo contrariorum. Et hoc est, quod phylosophus intendit, cum dicit. Sunt autem in oppositis hæ: hoc est, quietes oppositæ sunt illæ, quæ sunt in oppositis, ut quies in ægritudine, supple opponitur quieti in sanitate. Deinde narrat, qua quies opponatur motui, dicens, motus autem, qui est ex sanitate in ægritudinem, supple, opponitur quieti, quæ est ex sanitate, & ei motui, qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabilem: supple, opponitur quieti in sanitate.

Motus enim in ipsum, in quo statur profectio potius est ad quietē, quam accidit fieri simul cū motu. hunc aūt, aut illum esse contrarium illi necesse est. Non n. ea quies, quæ in albedine est: ei motui contraria est, quo ad sanitatem acceditur.

Qui enim in ipso motus est, in quo stetit: quietatio magis est: secundum quod accidit simul fieri motu. Necesse autem est, aut hanc, aut illam esse. Non enim quæ est in albedine quies: contraria est ei, quæ est in sanitate.

Hæc est secunda particula secūdæ partis principalis huius capituli: in qua declaratur, quæ quies contrariatur motui, & etiam, quæ quies cui quieti contrariatur. Et primo phylosophus declarat, quod motus contrariatur quieti in termino a quo, & hæc est trigesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Motus contrariatur quieti, ut probatum est supra, aut igitur contrariatur quieti in termino a quo, uel quieti in termino ad quem, sed motus non contrariatur quieti in termino ad quem: igitur motus contrariatur quieti in termino a quo. Maior huius rationis de se patet: sed minor declaratur in textu dupliciter, & primo sic. Motus non contrariatur quieti, quam facit, sed facit quietem in termino ad quem, ergo non contrariatur quieti in termino ad quem. De hac ratione ponitur minor in litera. Vnde dicit, quod enim in ipsum motus est, in quo stetit quietatio magis est, hoc est, motus est quietatio, & faciens quietem in ipso termino, in quo stetit, hoc est, in termino ad quem, hoc est, motus est faciens quietem in termino ad quem, & hæc fuit minor huius prosyllogismi. Secundo probatur minor principalis rationis, scilicet, quod motus non contrariatur quieti in termino ad quem, & hoc sic. Motus non contrariatur quieti, quæ simul fit cum motu: sed quies in termino ad quem simul fit cū motu, ergo motus non contrariatur quieti in termino ad quem: huius prosyllogismi minor ponitur in textu: secundum tamē expositionem Commen. phylosophus per istam literam, secundum, quod accidit simul fieri motui, declarat, quod quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem, & hæc est trigesimaprima conclusio huius libri. quæ probatur sic. Illę quietes sunt contrariæ, quarum una corrumpitur per generationem alterius, hoc enim est de ratione contrariorum, videlicet, unum corrumpi per generationē alterius: sed quies in termino a quo corrumpitur per generationem quietis a termino ad quem, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem. De ista ratione ponitur probatio minoris in textu: cum dicitur. Secundum quod accidit. Quæ probatio est talis. Quies in termino ad quem simul fit cum motu: sed quies in termino a quo corrumpitur per generationem motus, ergo quies in termino a quo corrūpitur per generationem quietis in termino ad quem. Deinde tangit phylosophus aliam rationem probantem, quod quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem. Quæ talis est: aut quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quē, vel quieti sub alia forma alterius gñis, sed q. est in termino a quo nō cōtrariatur quieti alterius gñis, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quē, maiorem huius rationis ponit phylosophus, dicens necesse est aut hanc, aut illam esse, hoc est, necesse est, aut quietem in termino ad quem, contrariari quieti in termino a quo, aut

Trigesima conclusio huius libri.

Prima declaratio minoris.

Secunda declaratio minoris.

Trigesima prima conclusio huius lib.

aut necesse est quietem sub forma alterius generis contrariari quieti in termino a quo. minor vero ponitur in textu cum dicitur, non enim quies, quæ est in albedine est contraria ei, quæ est in sanitate. Et Comment. probat, quod quies in albedine, & quies in sanitate non sunt contraria: per hoc, quod vna istarum quietum non generatur per corruptionem alterius, nec vna istarum quietum corrumpitur per generationẽ alterius. Notanda sunt hic quatuor dicta Commen. Primo est notandum secundum Comment. quod ista quies, quæ; scilicet, est in termino ad quem, & perfectio motus, & perfectio, non est contraria ei, cuius est perfectio, & postea in eodẽ commen. dicit, quod quies in termino ad quem peruenit motus, dignior est, vt sit perfectio motus quam sit contraria. Secundo est notandum s~m Com. hic, quod motus est de genere perfectionis ad quam peruenit, sed est perfectio diminuta, quia est coniuncta cum potentia, & esse vltimæ perfectionis est in quiete. Tertio est notandum secundum Commen. quod motus de ægritudine ad sanitatem est faciens quietem in sanitate: quoniam in eo inuenitur una pars post aliam quietis, ad quam peruenit, sicut inuenitur in eo una pars post aliam habitus, ad quẽ peruenit. Quarto est notandum secundum Commenta. quod substantia motus est de genere quietis, ad quam peruenit, sed differt secundum magis, & minus, & sicut diminutum, & perfectum, vt dictum est in secundo notabili, & illa, quæ diuersificantur secundum magis, & minus, non sunt cõtraria. ergo quies, ad quam peruenit motus, non est contraria motui, sed finis eius. hæc Comment. Intelligendum est, quod per quietem in proposito potest intelligi forma, ut est sub quiete, & sic habent intelligi dicta Commenta. hic, si autem per quietem intelligitur priuatio motus, tunc illa, quæ hic dicuntur de quiete, non debent intelligi de quiete absolute, sed de quiete sub forma, quæ est perfectio, & finis motus.

Primum notan. Com. — Secundũ notan. — Tertium notan. — Quartum notan.

Quibus autem non est contrarium: eorum mutatio quidem opposita est, ea, quæ est ex ipso ei, quæ est ad ipsum. Motus vero non est, velut ea, quæ est ex ente, ei, quæ est ad ens. Et quies quidem horum non est, mutationis autem vacuitas est.

Tex. c. 55. *Quibus autem non sunt contraria. Horum mutatio quidem est opposita: quæ est in ipso ei, qui est in ipsum, motus autem non est, vt quæ ex esse ei, quæ est in esse, quies quidem horum non est, mutatio autem est.*

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem, & continet duas particulas, quia in prima determinatur de contrarietate mutationum adinuicem. in secunda ibi [Et si quidem aliquid esse] determinatur de contrarietate immutationum adinuicem. In prima igitur particula huius partis dicit phylosophus, quod in illis transmutationibus, in quibus non est contrarietas inter terminos transmutationis, transmutatio ab aliquo termino est opposita trãsmutationi in eundem terminum. Vnde contrarietas in mutationibus subiectis est accipienda per duplum ad eundem terminum, quia mutatio ab aliquo termino contrariatur mutationi in eodem termino. Mutatio enim ab aliquo termino est corruptio illius, & mutatio in aliquem terminũ est generatio eiusdem, nunc certum est, quod generatio, & corruptio eiusdem sunt contraria, sed motus nõ est, hoc est, nec generatio, nec corruptio est motus, nec in mutationibus est quies opposita mutationi, nec ẽt quies, sed est in eis priuatio mutationis, quæ d~r immutatio.

Atq. si subiectum quidem quippiam sit, ea mutationis vacuitas, quæ est in ente ei, quæ est in non ente contraria est. Sin id quod haud est non quippiã sit, dubitauerit quispiam sanè, cui nam sit contraria ea mutationis vacuitas, quæ est in ente, & sine quies. Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio corruptiove motus sunt. Patet igitur, quietem illam non esse dicendam: nisi, & ipsæ sint motiones. Sed simile quid quieti, atque mutationis vacuitatem. Contrarium vero, aut nulli prorsus, aut ei mutationis vacuitati, quæ est in non ente, aut corruptioni. Hæc est enim ex ipsa, generatio vero in ipsam.

Et si quidem aliquid erit subiectum, quæ in esse non mutatio, ei, quæ est in non esse contraria erit. Si vero non est aliquid ei, quod non est, dubitabit aliquis, cui sit contraria, quæ est in ipso non mutatio, vel quies est. Si autem: hoc est: aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum igitur, quod quies non dicenda est, si vero, & hæ motus. Simile autem aliquid est & immutatio. Contraria autem est, aut nulli, aut ei, qui est in non esse, aut corruptioni. Nec enim ex ipsa, generatio autem in ipsam.

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate immutationũ adinuicem, & intelligit, quod immutationes in terminis contradictoriis sunt contrariæ, vt immutatio, quæ est in esse, contrariatur immutationi, quæ est ad non esse, & hoc si ipsi nõ esse sit aliqua natura subiecta, si autem illud non esse sit purũ nihil, & non sit ei aliqua natura subiecta, tunc potest aliquis dubitare quid sit contrarium immutationi, quæ est in esse, non enim videtur, quod immutatio, quæ est in non esse, sit ei contraria, cum illud non esse nihil sit omnino, nec contrariatur ei mutatio in non esse, cum in illud, quod nihil est omnino, non sit mutatio. Hanc dubitationem relinquit phylosophus insolutam, quæ quærit, quid contrariatur immutationi, quæ est in esse, posito, quod ipsi non esse non sit aliqua natura subiecta. Solutio tamen huius dubitationis patet ex præcedentibus, quia ex præcedentibus patet, quod illud non esse, ex quo fit mutatio, non est purum nihil, immo semper ei subiicit aliquid, & quia phylosophus locutus est de immutatione, ne aliquis credat, quod immutatio sit quies, probat phyloso. quod immutatio non est quies. Et hæc est trigesimasecunda conclusio huius li. quæ probatur sic. Immutatio non contrariatur nisi generationi, vel corruptioni. ergo si mutatio esset quies, sequeretur, q~ nõ oĩs quies esset cõtraria motui, vel q~ generatio, & corruptio sunt motus, quorũ vtrunque est impossibile. consequentia patet, quia si immutatio sit quies, aut igitur contrariatur motui, vel non: si detur, quod non contrariatur motui habetur una pars consequentis, scilicet, q~ non omnis quies cõtrariatur motui, si detur, q~ cõtrariatur motui, & cũ nõ contrarietur, nisi generationi, & corruptioni, sequitur, q~ generatio, & corruptio essent motus, quod est altera pars disiunctiuæ. Immutatio igitur non est quies, sed est aliquid simile quieti, vel non est contraria alicui, vel immutatio, quæ est in esse contrariatur immutationi, quæ est in nõ esse, aut corruptioni quæ est mutatio in non esse. & dicit Com. quod ista priuatio, quæ est quies, s~m similitudinem, opinandũ est, aut q~ non est contraria alicui omnino, aut, q~ est contraria transmutationi, quæ est corruptio, q~m ex eo est principiũ motus corruptionis. hæc Commen. Intelligendum est, q~ immutatio est priuatio mutationis, sicut quies est priuatio motus, & ideo immutatio non est vera quies sed est quies secundum similitudinem. Et differt immutatio a quiete, quia quies est mora temporalis, & immutatio est mora instantanea. Vnde quies est priuatio mutationis successiuæ, quæ tempore mensuratur, sed immutatio est priuatio mutationis subitæ, quæ instanti mensoratur. Intelligendum etiam, quod loquendo de contrarietate proprie dicta, quæ est inter formas positiuas, sic nec quies, nec immutatio contrariatur inuicem, quia vtrobique est priuatio, extendendo tamen nomen contrarietatis ad oppositionem; quæ est inter priuationem, & habitum, sic quies in termino a quo contrariatur motui, & mutatio, quæ est sub termino a quo, contrariatur mutationi. Et adhuc magis extendendo hoc nomen cõtrarietatis. s. ad incompossibilitatem omniũ, quæ non possunt simul inesse eidem, sic quies contrariatur quieti, & immutatio immutationi. Vnde habetur, q~ contrarietas quantum spectat ad propositum accipitur tripliciter videlicet, proprie, & sic solũ est inter formas positiuas. Alio modo accipitur large, & sic se extendit ad contrarietatem proprie dictam, & etiam ad oppositionem, quæ est inter priuationem, & habitum. Tertio modo accipitur largissime, & sic est communis ad omnem incompossibilitatem, seu oppositionem quorumcũque respectu eiusdem subiecti. Vnde largissime loquendo de contrarietate, illa quæcunque non possunt inesse eidem subiecto simul sunt contraria, siue sint positiua, siue priuatiua, & cõtrarietas isto modo

Trigesima secũda cõclusio huius libri.

accepta est in plus, quã oppositio proprie sumpta, quæ diuiditur in oppositionẽ contrariã, & contradictoriã, &c. Omnis n. contrarietas est oppositio, largè loquẽdo de oppositione. Quare igitur est dicendum, quod quietes sub formis cõtrarijs sunt contrariæ, & immutationes sub oppositis sunt contrariæ, largissime loquendo de contrarietate, sed proprie loquendo, nec sunt contrariæ, nec oppositæ, quia nec sunt proprie contrariç, nec contradictoriæ. Et sic de alijs speciebus proprie dictis.

MOVENTVR, ET SOLVVNTVR DVBITAtiones circa contrarietatem motuum, & quietum. Tractatus tertius. Cap. III.

Dubitauerit aũt quispiã, cur in mutatione quidẽ, quæ est in locorum quietes, quã motus secundum naturam sunt: pręterquã naturam in cæteris vero non sunt, vt alteratio alia sit secundũ naturã, alia præter naturam. Non n. sanatio magis, quam ægrotatio secũdũ naturam est: aut dealbatio, quã denigratio. Similiter, & in accretione, decretione-
B ve. Neque. n. hæ inter sese contrariæ sunt: vt altera sit secundũ naturam. altera præter naturã Neque accretio accretioni simili modo contraria est, decretioue decretioni. In generatione quoq; corruptionene eadem ratio est Neque enim generatio quidem est secundum naturam: corruptio autem pręter naturam Senescere enim secundum naturam est Neque generationem aliam secundum naturam. aliam; præter naturam esse uidemus.

Tex. c. 56. *Dubitabit autem aliquis: quare in mutatione quidẽ secundũ locum sunt, & secundum naturam, & extra naturam, & quietes, & motus: in alijs autẽ non, vt alteratio: hęc quidẽ secundum naturam, illa autem extra naturam, nihil. n. magis sanatio: aut ægrotatio secundum naturam, aut extra naturam, neque dealbatio, aut denigratio. Similiter autem est, & in augmento, & decremento.*
C *Neque adinuicem hi contrarij, vt secundum naturam, aut extra naturam. Neque augmentum augmento. Et in generatione autem, & corruptione, eadem ratio est. Neque generatio quidem secundum naturam: corruptio autem extra naturam. Senescere enim secundum naturam est. Neque generationem videmus aliam quidem secundum naturam, aliam vero extra naturam.*

ISTVD est tertiũ cap. huius tractatus: in quo phyl. mouet: & soluit quædã dubia circa contrarietatem motuũ, & quietũ. & continet quatuor partes principales ẽm numerũ quatuor dubitationum, quas mouet, & soluit. Secunda ibi [Habet aũt dubitationẽ.] tertia ibi. [Habet aũt dubiũ.] quarta ibi [Qm̃ aũt quibusdã.] Prima pars continet duas particulas: qm̃ in prima mouet dubitationẽ. In secũda ibi [Aut si est.] Soluit illã dubitationẽ. In prima igitur
Dub. phy. particula huius partis phylo. mouet dubitationẽ talẽ, s. vtrũ in alijs motibus a motu locali inueniatur contrarietas ẽm naturã, & non naturã sicut inuenitur in motu locali: qm̃ in motu
D locali inuenitur contrarietas ẽm naturã, & nõ naturã. Nã motus ignis sursum, & motus ignis deorsum cõtrariantur ex hoc, q̃d vnus motus est ẽm naturã, & alius est extra naturã, sed in alijs motibus non vr̃, quod sit talis cõtrarietas, s. ẽm naturã, & non naturam. Similiter in quiete ẽm locũ inuenitur contrarietas ẽm naturã, & non naturã, sed in alijs quietibus nõ vr̃, q̃ sit contrarietas ẽm naturã, & nõ naturã. Vnde in primo aspectu pot aliquis dubitare, quare talis cõtrarietas inuenitur in motu locali, & nõ i alijs motibus. Vñ nõ dr̃ vna alteratio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna augmentatio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna gñatio naturalis, & alia extra naturã, & eodẽ modo est de corruptione. Senescere. n. est uia ad corruptionẽ, & est ẽm naturã. Et d. Com. q̃ hominẽ senescere est via ad corruptionẽ, & tñ senescere nõ diuiditur in naturale, & in nõ naturale, & sitr̃ iuuenescere est via ad gñationẽ. s. ad gñationẽ statum perfectũ, sed nõ existimatur, q̃ aliud est naturale, & aliud innaturale. Intelligẽdũ est, q̃ illa, quæ dicit phy. hic. s. q̃ in

A alijs motibus a motu locali nõ est cõtrarietas ẽm naturã, & nõ naturã, nõ dicit asserẽdo, sed magis dubitando, & inquirendo.

Quod si id qđ est vi, præter naturã est & corruptio sanè corruptioni contraria erit ea, quæ est vi, quia est præter naturã ei, quæ est secundũ naturã. Sunt igitur & generationes violentę fatoque non definitę, quibus hæ, quę sunt secundũ naturã, contrariæ sunt, & accretiones itidem violentæ decretionesve, vt eorum accretiones qui ob delitias cito pubescunt, & ea frumẽta, quæ cito adolescunt, incrementaque suscipiunt, antea quam humo bene compressa stirpium eliciant fibres.

Aut si est, quod violentia sit extra naturã: tunc, & corruptio erit corruptioni cõtraria, quę violenta, & quę extra naturã ei, quę secundum naturam. Ergo natura, & generationes quædam sunt violentæ, & non modera- Tex. c. 57.
B *tę, quibus contrarię sunt, quæ sunt secundum naturam. Et augmenta sunt violenta, & decrementa, vt augmenta, quę velociter propter alimentum pubescentium sunt, & tritica cito, & adducta, & non constricta.*

HÆc est secunda particula huius partis, in qua phyl. soluit illã dubitationẽ, & cõtinet duas partes, q̃ in prima phyl. soluit dubitationẽ, & declarat solutionem. In secunda ibi [Oĩno quidẽ.] Facit rememorationem de modis prædictis. ẽm quos motus sunt cõtrarij, & q̃es est cõtraria motui, vel quieti. In prima igitur parte huius particulę phy. ponit solutionẽ huius dubitationis, q̃ cõsistit in hoc, quod nõ solũ in motu locali est cõtrarietas, per hoc, quod motus unus est ẽm naturã, & alius extra naturã, sed ẽt in alijs transmutationibus inuenitur contrarietas ẽm naturã, & non naturã & ita soluitur hæc dubitatio per interemptionẽ illius, quod hæc dubitatio supponebat. Istã igitur solutionem declarat phyl. & intendit probare istam conclusionẽ, quod in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas ẽm naturã & non naturã, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri: quæ probatur per syllogismũ hypo- Trigesima tertia conclusio huius libri.
C theticũ sic. Si illud, qđ est violentũ est extra naturã, & in omni genere transmutationis inuenitur transmutatio violenta, sequitur, quod in omni genere transmutationis, inuenitur trãslatio extra naturã, & per consequens in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas, quæ est ẽm naturã, & nõ naturã, quia manifestũ est, q̃ in oĩ genere trãsmutationis naturalis inuenitur trãsmutatio naturalis. si igitur in oĩ genere transmutationis inuenitur transmutatio extra naturã, tunc nõ naturalis sequitur, q̃ in oĩ genere transmutationis inuenitur contrarietas ẽm naturã, & nõ naturã, maior huius rõnis est manifesta. s. q̃ si aliquod est violẽtũ, illud est extra naturã. & minor probatur, s. quod in oĩ transmutatione inuenitur trãsmutatio violenta, & hoc probatur inductiue, & quia in motu locali est manifestũ, s. quod in motu locali inuenitur motus violentus, ideo phyl. supponẽs hoc esse manifestũ in motu locali facit inductionẽ in alijs motibus, & primo facit inductionẽ in motu generationis, & corruptionis. & in motu augmentationis. Secundo uero facit inductiuẽ in motu alterationis. Dicit igitur primo, qđ si illud, quod est violentũ sit extra naturã, tunc corruptio extra naturã erit cõtraria corruptioni ẽm naturã, quia corruptio violenta est extra naturã, ideo corruptio violenta est
D contraria corruptioni naturali. Sed, quod aliqua corruptio sit naturalis, & aliqua violenta patet, quia corrumpi senio est naturale, sed corrumpi gladio est violentũ. Et ex hoc, q̃ quædã corruptio est naturalis, & quædam violenta, concludit phyl. q̃ quædã generatio est naturalis, & quædã violenta, & per consequens quædã generatio est naturalis, & quædã non naturalis, & per cõsequens generatio cõtrariatur generationi ẽm naturã, & non naturã. Textus quem exponit Com. continet talem sententiam, q̃ quia generatio violenta fit pluribus modis, & non est tñ una species generationis uiolentæ, ideo generatio naturalis fit pluribus modis, ita q̃ modi generationis naturalis erunt contrarij modis generationis violentæ. & hoc fundatur super illud, videlicet, q̃d vnũ cõtrariorũ dicitur multipliciter, & reliquũ dicitur multipliciter. Attñ Com. mouet hic dubitationẽ dicens, q̃ illud existimatur nõ sequi, qm̃ existimatur, q̃ non sequitur, quod si infirmitas sit multarũ specierũ, qđ contraria illarũ specierum sint species sanitatis, quia sanitas est vna & ægritudines sunt multæ. Vnde Com. quasi responden- Expositio Com. Dubium. Solutio.
do

do dicit. Sed forte videtur, quod vna sanitas cõtineat multas, particulares sanitates oppositas illis multis ægritudinibus, sed nõ habent nomina, & ideo latent. hæc Commen. Vnde hæc, est respõsio, quod multæ sunt species sanitatis, sicut multæ sũt, species ægritudinis, quia tamẽ speciebus sanitatis non sunt nomina imposita, sicut speciebus ægritudinis, ideo species sanitatis non sunt nobis manifestæ, sicut species ægritudinis. Hãc ẽñ responsionem non asserit Commen. nec est responsio vera, quia certũ est, quod sanitas est species specialissima, quia consistit in cõmensuratione seu adæquatione humorũ, quæ quidẽ, adæquatio respectu eiusdẽ subiecti non põt specifice diuersificari, nã sanũ esse est bonũ animalis, & bene se habere est, vno modo tantũ, quãuis male se habere sit multis modis, vt patet, per Phylosophũ circa finẽ secundi æthicorũ, vnde pluribus, modis contingit recedere ab adæquatione humorũ, quã contingat attingere ad eam, & ideo quãuis ægritudines sint multę secundũ speciẽ propter diuersos modos recedẽdi ab æqualitate, propter hoc nõ oportet, qđ sanitates sint multę secundum speciẽ Vnde quando vnum contrariorũ consistit in indiuisibili, vel in medio, & aliud hẽt latitudinẽ, tunc nõ oportet, qđ si vnũ habeat species, quod propter hoc aliud habeat species, & sic est de sanitate & ægritudine sed non est sic de generatione, & corruptione, de quibus Phylosophus hic arguit.

Idem 2. colliget. c. primo & 3. q. c. 8.

A

B

Obiectio. Sed contra hoc arguitur, quia quarto topicorũ Phylosophus dicit, qđ si genus habet cõtrariũ, necesse est speciem habere contrariũ, sed ægritudo habet cõtrariũ, igitur febris, quæ est eius species, habet contrariũ, sed nihil est contrariũ febri nisi sanitas specialis, & alia sanitas opponitur febri & alia ophthalmiæ, i. infirmitati oculorũ, ergo sunt plures species sanitatis.

Respõsio. Dicendum, est, quod illud nõ est generaliter verũ, videlicet, qđ si genus, habet contrariũ, quod propter hoc sit necesse speciẽ habere, contrariũ, vnde Phylosophus quarto topicorũ ponit instantiã in sanitate, & ægritudine, quæ sunt contraria, febris tamẽ, quæ est species ægritudinis non habet contrariũ propriũ, habet tamẽ contrariũ secundũ genus suum. & sic potest intelligi, considerando, videlicet, qđ si genus hẽt contrariũ, quod species habet contrariũ, vel secundũ se, vel secũdũ genus, & hoc, est vniuersaliter verũ. Similiter in augmentatione inuenitur, contrarietas secundũ naturã, & non naturã Nã augmentatio, violenta contrariatur augmentationi naturali, & augmentatio violenta est extra naturã. Est. n. aliqua augmentatio violẽta, vt augmentũ puberũ propter luxum, & abundantiã in comestione, vt habet textus, quem exponit Commen. Vnde dicit Commen qđ augmentũ violentũ est, vt augmentũ puberũ, quod festinat ante tẽpus assuetũ propter multitudinẽ in luxu, & sic semẽ abundans in aqua, cuius corpus crescit, & nõ cõdensatur propter multitudinem humorum, hæc Commen.

C

In alteratione vero, quomodo res se habet.

In alteratione autem sic, aut similiter.

DEclarat phylosophus, quod etiã in alteratione inuenitur contrarietas secundũ naturã, & non naturã, quia quędã alterantur violenter, & quędã nõ, v. g. In alteratione infirmorũ de ægritudine in sanitatem: qm̃ quędã alterãtur, in die cretica, & illa est alteratio naturalis, & quędã alterãtur in die nõ cretica, & est alteratio nõ naturalis Vnde sciendũ, quod dies cretica est illa in qua naturaliter natura dẽt vincere morbũ, vel vinci ab illo & dicitur, qđ dies crisis accidit in dieb. imparibus, vt in die quinto, vel in die septimo, & sic de alijs.

An modo eodem, esse enim possint alteratione, partim violentæ, partim naturales Qui nanq; in non dijudicantibus diebus liberantur, hi præter naturã alterari videntur. Qui vero in dijudicãtibus hi secundum naturã alterantur. Ipsę igitur, corruptiones inter sese erunt contrariæ, non solũ generationi. At quid prohibet. Sunt enim aliquo modo contrariæ. Etenim si altera voluptatem, altera dolorem afferret, erunt hoc quoq; pacto cõtrariæ Quare nõ absolute corruptioni corruptio, est cõtraria, sed vt altera ipsarũ e talis, altera talis.

D

Tex. c. 58. *Erunt enim aliæ, quidem violentæ, aliæ vero naturales, vt dimissi non in criticis diebus, alij autem in creticis. Alij quidem extra naturam alterantur, alij vero secundum naturam. Erunt igitur corruptiones contrariæ, adinuicem, non generationi, & quid prohibet: est enim sic. Et nanque si hæc quidem dulcis, illa vero tristis est, quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria, est, sed secundum, quod hoc quidem huiusmodi est, alia vero huiusmodi harum est.*

A

SEd aliquis posset dicere, quod corruptio non videtur esse contraria corruptioni, quia corruptio contrariatur generationi, sed tantũ vnũ opponitur vni, ergo corruptio non est contraria corruptioni, & per consequens in corruptibilib. nõ est contrarietas secundũ naturã, & non naturã, & ideo Phylosophus hoc remouendo dicit, quod corruptiones sunt contrariæ adinuicem, & non generationi, hoc est non solũ sunt cõtrariæ generationi, & hoc declarat, quia corruptio tristis contrariatur corruptioni delectabili, corruptio tamẽ non est simpliciter contraria corruptioni, quia non omnis corruptio. est contraria omni corruptioni, sed quędã corruptio est cuidam, corruptioni contraria, s. secundũ hoc, qđ vni accidit vna dispositio, & alij dispositio contraria, vt tristitia, & delectatio Intelligendum, quod Commen. exponit illã literã dupliciter, s. quod quędã corruptio est dulcis, & quędã tristis, vno modo, per corruptionẽ dulcem, vel delectabilẽ intelligit Phylosophus corruptionẽ naturalem, & per corruptionem tristem intelligit corruptionem violentã. Alio modo, quod Phylosophus, per delectabile intelligit illud, qđ est minoris contristationis, quia omnis corruptio est contristabilis necessario, sed corruptio, violenta est magis contristabilis.

Prima expositio. Commẽ.

B

Secunda expositio. Intelligendũ ẽt est hic, qđ illa contrarietas in motibus, q̃ attenditur secundũ naturam, & extra naturã non est illa quæ accidit secundũ contrarietatẽ, terminorũ: qm̃ inter eosdẽ terminos possunt esse duo motus, s. vnus secundũ naturã, alius vero extra naturam, vt patet: qm̃ motus terræ sursum, & motus ignis sursum, sunt inter eosdẽ, terminos, & vnus est secundũ naturã, & alius extra naturã, & similiter inter terminos cõtrarios possunt esse duo motus naturales, vt motus ignis sursum, & motus terræ deorsũ, & isti cõtrariãtur secundũ cõtrarietatẽ terminorũ, & nõ cõtrariãtur, ꝑ hoc, ꝙ vnus est secundũ naturã, & alius extra naturã Et ideo, dico, ꝙ illa cõtrarietas motuũ, q̃ accipiatur penes secũdũ naturã, & extra naturã est alia ab illa cõtrarietate, q̃ accipitur ex cõtrarietate terminorũ, & accipitur hic cõtrarietas largè ꝓ incõpossibilitate, vel oppositione circa subiectũ. vt est motus secundũ naturã, q̃ est motus secundũ inclinationẽ mobilis, vel secũdũ cõsuetũ cursum naturæ. & motus extra naturã est ille, qui est contra inclinationem mobilis vel contra communem cursum naturæ. Vnde si aliquis curetur a febre in die non critica, per hoc quia natura vincit morbum, illa curatio vno mõ, est naturalis quia agẽs naturale naturaliter transmutat naturã, & est ibi actio naturalis. & alio modo est talis curatio extra naturã, quia est cõtra cõmunẽ cursũ naturæ.

C

Dominus Albertus. Notã sũ secundũ Alb. hic, qđ aliquid dicitur naturale dupliciter, vno modo secũdũ ꝑfectionẽ rei naturalis, alio modo secundũ rationẽ imperfectã. Illud est naturale secundũ rõnẽ ꝑfectã naturalis, qđ est a principio intra mouentẽ ꝑ se, & nõ secundũ accidens secundũ ordinẽ, quo natura particularis cõnnexa mouetur a natura vniuersali nõ cõiuncta, q̃ est in cęlo, & stellis naturã particularem ois rei ordinãtib. Naturale secundũ diminutã rõnẽ naturalis, est illud, ꝙ deficit in aliquo mẽbro huius diffinitionis, s. aut quia ẽst secundũ naturã inferiorẽ, & nõ secundũ superiorẽ. aut econuerso, aut quia est a natura mouente per aliquod accidens. Similiter autem innaturale dicitur dupliciter. quia aut dicitur, innaturale oppositum principio intrinseco, secundum omnia illa, quibus ordinatur ad actum tam in superioribus quam in inferioribus, & hoc est violentum simpliciter, quia ad talem actum nihil cooperatur nisi, quod violentiam patitur, sicut motus lapidis sursum, aut est innaturale, quia est priuatum aliquo, principiorũ prædictorũ, & hoc est idẽ cũ naturali secundũ diminutã rationem naturalis, & hoc naturale non est violentũ, omnino, sed est præter naturam & hoc inuenitur in omnibus motibus, & mutationibus, hæc Alb. Ex quo patet, quod sanatio a febre in die non cretica est naturalis secundum diminutam rationem naturalis, & sic est innaturalis, quia non habet, perfectam rationem naturalis.

D

Omnino, igitur motus quiesce dicto modo, subeunt, contrarietatem. Motus enim quo ad supera pergitur, contrarius est, motui quo, ad infera itur, loci enim hæ sunt contrarietates.

A igitur phylosophus, quod si quies violenta generaretur: tunc cum terra, uel aliud graue ferebatur sursum; violentia hoc est per motum violentum: staret: hoc est incoderet quietem, sed quod stat hoc est intendit quietem semper uidetur uiolentius ferri quanto magis appropinquat quieti, sed contrarium huius accidit in his, quæ violentia mouentur. Deinde infert conclusionem phylosophus dicens. Non factum ergo quiescens erit quiescens, hoc est, quiescens igitur erit quiescens absque factione & generatione quietis.

Prætérea ipsum stare de eo proprie dici videtur, quod secundum naturam ad proprium locum pergit, non de eo, quod præter naturam fertur. & aut omnino id esse suum in locum ferri, aut simul accidere.

Amplius videtur positum stare, aut omnino esse in ipsius locum ferri: aut accidere simul proprie duci, ut in proprium qui est secundum naturam locum, non in eum qui est extra naturam.

B SEcundo probat phylosophus idem sic, generatio quietis, vel est idem, quod motus naturalis, quo aliquid fertur in locum proprium: aut est simul cum motu naturali, sed generatio quietis uiolentę, nec est motus naturalis, nec simul accidit cum motu naturali. ergo non est aliqua generatio quietis violentę. De hac ratione sola maior ponitur in textu. Dicit igitur phylosophus sic. Amplius videtur stare, hoc est quietem generari, aut omnino esse in ipsius locum ferri, hoc est, aut esse idem cum motu naturali in locum proprium, aut accidere simul cum motu naturali in locum proprium. Intelligendum est, quod ista dubitatio non soluitur hic, nec in translatione Commen. sed posterius. Potest tamen sic solui, scilicet, quod proprie loquendo de quiete, scilicet, secundum quod est priuatio motus sic, sicut ad motum non est motus, ita ad quietem non est motus, tamen large loquendo de motu, vel generatione sic est concedendum aliquo modo, quod quies est generata, quia denuo denominat subiectum, non tamen est generatio quietis uiolentę, eo modo quo generatio est quietis naturalis. quoniam quies naturalis causatur a natura existente in re mota, a qua causatur motus naturalis, ab eadem enim natura causantur motus naturalis, & quies naturalis, sed quies violenta causatur a virtute violenta deficiente: quoniam cum virtus violenta sit fortis in principio motus est potens prohibere motum a loco suo: & ad mouendum ipsum vlterius, & postea in fine motus virtus violenta est intantum debilitata, quod non sufficit ad vlterius mouendum, sed solum impedit mobile a loco suo, & tunc facit mobile violenter quiescere. Minor enim virtus sufficit ad impediendum mobile a motu naturali, quam requiratur ad mouendum ipsum motu contrario, & ideo cum virtus uiolentans intantum debilitetur, quod non potest vlterius mouere impedit motum contrarium, & facit mobile quiescere. Cum uero uirtus uiolentans intantum debilitetur, quod nec sufficit ad mouendũ, nec ad impediendum motum naturalem: tunc mobile incipit moueri motu suo naturali, & hæc est causa, quod lapis proiectus sursum quiescit in puncto reflexionis, nisi impediatur, proijciens enim est causa huius quietis per hoc, quod non sufficit ad mouendum vlterius, sed solum ad prohibendum mobile a loco suo, & a motu naturali ad locum suum. Et hoc forte intelligunt aliqui qui dicunt, quod in motu uiolento est generatio quietis defectiue, sed in motu naturali est generatio quietis effectiue, quare &c.

D Habet autem hic locus dubitationem: si quis ea quæ hic est: ei motui qui hinc est contraria sic. Cum enim quippiam ex hoc mouetur, aut etiam abijcit: adhuc id quod abijcitur habere videtur. Quare si hæc quies contraria sit ei motui quo hinc ad contrarium itur: contraria simul erunt.

Tex. c.62. *Habet dubitationem, si contraria est quies: quę est hic: qua huic est motus: cum enim moueatur ex hoc aut reijciatur: adhuc videtur habere, quod abiectum est: quare si hęc quies contraria est ei, qui huic est in contrarium motui simul erunt contraria.*

A HAec est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus mouet tertiam dubitationem & continet duas particulas, quia in prima mouet, & soluit dubitationem. In secunda ibi [Dubitabit autem utique.] reuertitur ad dubitationem in secunda parte huius capituli motam. Prima particula continet duas partes, quia in prima phylosophus mouet quæstionem, & arguit ad unam partem. In secunda ibi [Aut sic quiescit] soluit illam dubitationem. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus mouet dubitationem, & arguit ad eam. Dubitatio igitur est ista. utrum quies in termino a quo contrarietur motui, sicut prius deductum est, & arguit phylosophus probando, quod non: quia mobile dum mouetur habet aliquid illius, a quo mouetur. ergo si quies in termino a quo contrarietur motui sequitur, quod mobile dum mouetur habet aliquid de quiete termini a quo, & per consequens contraria sunt simul in eodem, scilicet, motus, & quies in termino a quo.

An ex aliqua parte quiescit, si adhuc manet: omnino autem eius, quod mouetur pars est illic: pars est in eo in quod mutatur. Quocirca, & motus magis contrarius motui quam quies De motu
B igitur quieteve quomodo unus unaque est, & qui & quæ quibus aduersantur: satis iam diximus.

Aut sic quiescit, aut adhuc manet. Omnino aũt eius, quod mouetur: aliud quidem ibi: aliud autem est in quod mutatum est: unde, & magis motus motui contrarius est quam quies. Et de motu quidem, & quiete: quomodo utraque unum sint, & quæ contrariæ quibusdam dictum est. Tex. c.63.

HÆc est secunda pars huius particulæ: in qua phylosophus soluit illam dubitationem: quæ solutio consistit in hoc; quod quies non contrariatur motui simpliciter: sed quodammodo, & etiam quies in termino a quo non est in eo, quod mouetur quodammodo, quia illud, quod mouetur partim est in eo, ex quo mouetur, & partim est in eo, ad quod mouetur. Vnde eius, quod mouetur aliud est ibi, scilicet, in termino a quo, & aliud est in eo in quod mutat, scilicet, in termino ad quem. Vnde non est inconueniens, quod illud, quod
C quodãmodo contrariatur motui, cuiusmodi est quies; sit quodammodo simul in eodem cum motu. vnde quies non est simpliciter contraria motui sed motus magis est contrarius motui q̃ quies, ut dicit hic phylosophus. Notanda sunt hic duo dicta Com. primo, quod quies non est nisi priuatio motus & cõtrarium in rei ueritate motui est motus oppositus ei, & ideo possibile est, ut quies, & motus in eodem inueniantur in duabus partibus moti, & non est possibile, vt duo motus contrarij inueniantur in duabus partibus eius, scilicet, moti, sed necessario impediũt se adinuicem, & modicum post dicit Com quod motus potest congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario: neque in duabus partibus diuersis hęc Com. & hoc est verum de motu pure locali, & de mobili omnino continuo in partibus, quoniam continuum est, cuius est unus motus. & ideo non potest una pars moueri localiter pure uno motu, & alia pars motu contrario, loquendo tamen de motu alterationis sic bene est possibile, quod una pars moueatur uno motu, & alia motu contrario, quia possibile est, quod idem mobile calefiat secundum unam partem, & frigefiat secundum aliam partem, sed illud mobile non erit continuum secundum formam, quamuis possit esse continuum secundum Primum notan.
D quantitatem. Vel potest illud intelligi de primo moto, & tunc est generaliter in omni motu uidelicet, quod impossibile est motus contrarios congregari in diuersis partibus primi moti. Si enim aliquid calefiat primo: hoc est secundum quamlibet partem, impossibile est motum contrarium, scilicet, frigefactionem esse in aliqua parte illius primi moti, & hoc forte melius. Secundo est notandum, quod Commen. dicit, quod est sciendum, quod quies coniuncta cum motu non est distincta a motu, idest, in parte distincta, quoniam sequeretur ex hoc, quod aliquid moueretur in aliqua parte, & quiesceret in alia, & tamen non est distincta, igitur est in potentia, & in actu. hæc Commen. Ex his patet, quod quies, quæ simul est cum motu est in eadem parte, in qua est motus, & ideo non est quies in actu, sed est quies in potentia. Attamen dubitatur quid Commenta. intelligat per quietem in potentia, & Secundũ notan.

 mihi

mihi videtur, quod potest intelligi propinquitas ad quietem in actu, quia quanto motus est tardior, tanto magis accedit ad quietem, quia igitur motus naturalis est tardior in principio, quam in fine, & continue fit uelocior, & uelocior. & motus naturalis continue recedit a quiete, & continue est coniunctus cum quiete in potentia, quoniam quies in potentia non est, nisi tarditas quæ est in motu: ex hoc, quod est propinquior termino a quo. Vel dicitur, quod per quietem Commen. intelligit manentiam sub termino a quo, vel sub dispositione termini a quo. Mobile enim dum mouetur manet partim sub termino a quo, siue sub dispositione termini a quo: & sic motus, & quies in termino a quo: hoc est manentia sub termino a quo, vel sub dispositione termini a quo, congregantur simul in eadem parte mobilis. Et sic dicitur, quod quies, ut phylosophus loquitur hic de quiete, est priuatio motus. igitur eadē pars habebit motum, & priuabitur motu. Dicendum, quod mansio sub termino a quo, siue sub gradu, aut sub dispositione termini a quo est priuatio motus, qui est ab isto gradu, vel ab illa dispositione. Intelligendum, quod textus quem exponit Commen. habet hic quandam recapitulationem, quæ non habetur in nostra translatione, & est in textu, quem Commen. exponit. commen. 63. & habet sic. Iam igitur narrauimus de motu, & quiete: quomodo vterque est unus, & quomodo vterque contrariatur. Vnde Commentator dicit, quod sicut motus est unus tripliciter, scilicet, in genere, specie, & numero: ita quies est una genere, una specie, & una numero, & dicit, quod illa, quæ sunt necessaria in unoquoque istorum modorum quietis sunt necessaria in motu.

Dubitabit autem vtique quis, & de stare, si & quicunque præter naturam motus his est quies opposita. Si quidem igitur non erit inconueniens: manet enim violentia, quare quiescens aliquid erit: non semper sine fieri.

Tex. c. 64. *Dubitabit autem vtique quis, & de stare: si & quicunque prçter naturā motus. His est quies opposita, siquidē igitur non erit inconueniens: manet enim violentia, quare quiescens aliquid erit non semper si non fieri.*

HAec est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus reuertitur ad secundam dubitationem: quæ fuit, vtrum quies violenta habeat generationem. Et secundum Commen. ista litera in aliquibus libris non inuenitur, & dicit Commen. quod phylosophus iterauit istam dubitationem ad complendum sermonem, quoniam in alio sermone prædicto neguit, quod quies, quæ est extra naturam, habeat generationem, & arguit phylosophus probando, quod quies extra naturam habet generationem, & hoc sic. Aliquid est quiescens per uiolentiam, & non semper, sed de nouo, vt patet ad sensum, sed illud, quod fit de nouo habet generationem. igitur quies uiolenta habet generationē.

Expositio Com.

Sed palam, quod erit. Sicut enim mouetur præter naturam, & quiescit vtrique aliquid præter naturam.

Sed palam quod erit, sicut enim mouetur præter naturam, & quiescit vtique aliquid præter naturam.

Solutio dubitationis.

ISTam dubitationem soluit phylosophus: quæ solutio consistit in hoc, quod quies uiolenta habet generationem: quoniam sicut aliquid mouetur de nouo per uiolentiam: ita aliquid quiescit de nouo per uiolentiam, quod non contingit sine generatione. Et dicit Commen. quod generatio quietis contingit multipliciter, scilicet, secundum quod dicitur de generatione quietis naturalis, & de generatione quietis uiolentę, & est intentio phylosophi secundum Commen. quod sicut quies naturalis, quæ est a causa intrinseca, inuenitur post motum naturalem, qui est in se a causa intrinseca: ita quies violenta, quæ fit in re, fit a motu extra naturam: ita quod quies uiolenta fit a causa extrinseca, sicut, & motus uiolentus. Alij uero dicunt, quod quies uiolenta non habet generationem proprie, scilicet, procedentem ab aliqua causa per se effectiua quietis, sicut quies naturalis, sed habet generationem

A per accidens per defectum virtutis actiuę, quia cum cessat violentia mouentis, vel impeditur eius uirtus, tunc fit quies uiolenta, sed qualitercunque sit, semper quies uiolenta habet aliquo modo generationem, quamuis non intendatur à natura violenter moti.

Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam. & præter naturam: puta ignis, qui sursum secundum naturam: qui autem deorsum præter naturam: vtrum hic contrarius: aut qui terræ. hæc enim fertur secundū naturam deorsum.

Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam, & præter naturam. Puta ignis qui sursum secundum naturam, qui autem deorsum præter naturam, utrū hic contrarius, aut qui terrę: hęc enim fertur secundum naturam deorsum. Tex. c. 65.

B HAec est quarta pars principalis huius cap. in qua phylosophus mouet, & soluit dubitationem quartam, & continet duas particulas: quia in prima mouet dubitationē. In secunda ibi [Aut palam] soluit illam dubitationem. In prima igitur particula phylosophus mouet dubitationem, dubitatio est illa, quod cum motus naturalis ignis sit sursum, & motus eius uiolentus deorsum, & motus naturalis terræ est deorsum & motus eius uiolentus sit sursum: quis illorum motuum cui est contrarius: utrum, scilicet, motus ignis sursum sit contrarius motui ignis deorsum, vel motui terræ deorsum, &c.

Aut palā, quia ambo, sed non eodē modo. Sed qui quidē secundū naturam secundū naturā existenti: eius autē qui ipsius qui sursum ignis ei, qui deorsum, ut secundū naturam existens præter naturam existenti. Similiter autē, & in mansionibus.

Aut palam quia ambo: sed non eodem modo, sed qui quidem secundum naturam: existentis: eius autem qui ipsius: qui sursum ignis: eius qui deorsum, ut secundum naturam existens præter naturam existenti, similiter autem, & mansionibus. C

HÆc est secunda particula huius partis, in qua phylosophus soluit illam dubitationem, & solutio consistit in hoc, quod motus ignis sursum contrariatur vtrique istorum motuum, sed diuersimode: quoniam motus ignis sursum contrariatur motui ignis deorsum: sicut naturalis non naturali, & contrariatur motui terræ deorsum, sicut naturalis naturali, & eodem modo est de quiete, scilicet, quod quies ignis sursum contrariatur quieti ignis deorsum, & etiam contrariatur quieti terræ deorsum. Vnde dicit Com. quòd una quies naturalis habet duas quietes sibi contrarias, sicut quies naturalis terræ deorsum habet quietem extra naturam sibi contrariam, scilicet, quietem terræ sursum, & habet quietem naturalem sibi contrariam, scilicet, quietem ignis sursum.

Forte aūt quieti motus aliquatenus opponitur. D Cum.n. moueatur ex hoc, & abijciat, adhuc videtur habere, quod abijcitur. Quare si ipsa quies cōtraria ei, qui hinc in contrarium motui: simul existunt contraria, si aliquatenus quiescit: aut adhuc manet. Totaliter aūt eius quod mouetur, hoc quidē ibi: hoc aūt in quod mutatur. Propter quod, & magis motus motui cōtrarium quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter unus dictum est, & de motu quidem, & quiete, quomodo vterque vnus, & qui contrarij quibusdam, dictum est.

Forte aūt quieti motus aliquatenus opponitur. Cum enim moueatur ex hoc, & abijciat, adhuc videtur habere, quod abijcitur, quare si ipsa cōtraria ei huic in cōtrarium motui simul existant contraria, si aliquatenus quie-

scit

stit, aut adhuc manet. Totaliter autem eius, quod mouetur hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur, propter quod magis motus motui contrarium quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter unus dictum est, & de motu quidem, & quiete quomodo utique unus, & qui contrarij quibusdam dictum est.

VLterius phylosophus dicit, quod motus forte non opponitur quieti: quia cum aliquid mouetur habet partem de quiete ex qua mouetur, & sic si motus simpliciter opponeretur quieti sequeretur, quod contraria essent simul in eodem: quia omne, quod mouetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. Et propter hoc concludit phylosophus: quod motus magis contrariatur motui quam quies, & hæc est vigesimaquarta, & vltima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Motus & quies possunt esse simul in eodem: sed quæ contraria non possunt esse simul sunt magis cōtraria, quam illa, quę possunt esse simul, ergo motus magis contrariatur motui, quam quies. Et Commentator dicit hic: quod quia phylosophus notificauit, quod quies non opponitur motui in rei veritate, sed secundum priuationem, & habitum, notificaui hæc, & quod quodammodo opponitur: licet non opponatur, sicut motus opponitur motui: deinde recapitulat, ut patet.

Vigesima quarta cōclusio huius libri.

FINIT EXPOSITIO BVRLÆI IN LIbrum quintum de Physico auditu Aristotelis.

LIBER SEXTVS.

DE PARTIBILITATE, ET CONtinuitate motus, & annexorum motuum.

Tractatus. I.

SI autem ea continua sunt, ut antea diffinimus: quorum vltima sunt unū, ea tangentia: quorum fines sunt simul: eademque deinceps inter quæ nihil einsdem generis cadit: impossibile est ex indiuisibilibus continuum quicquam constare, ut ex punctis lineam: si linea quidem continuum: punctum aūt indiuisibile sit. Vltima namque punctorū nec vnum sunt quippe: cum indiuisibilis res nō sit hoc quidem vltimum: illud autem alia pars quædam. Nec etiam simul, cum nullum sit prorsus vltimū eius quod partibus caret. Vltimum enim, & id cuius est vltimum patet esse diuersa.

Tex. cō. 1.



SI autem est continuum, & quod tangitur, & consequenter, sicut diffinitum est prius: continua quidem quorum vltima unum. Quę vero tanguntur quorum simul. Consequenter autem, quorum nihil est medium proximi generis: impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquod continuum, ut lineam esse ex punctis: si uero linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile. Neque enim vnum sunt vltima punctorum. Non est enim hoc quidem vltimum punctorum: aliud autem aliqua pars indiuisibilis. Neque simul sunt vltima: non enim est vltimum nihil impartibilis: alterum enim est vltimum, & cuius est vltimum.

POSTQVAM in quinto libro determinatum est de motu, prout diuiditur in suas partes subiectiuas: in hoc sexto libro determinat phylosophus de motu secundum, quod diuiditur in suas partes integrales, siue quantitatiuas, & hoc est determinare de istis propietatibus motus, scilicet, de continuitate, partibilitate, finitate, & infinitate motus. Vnde liber iste continet tres Tractatus: quoniam in primo Tractatu determinatur de cōpositione motus, & vniuersaliter cuiuslibet continui. In secundo autem [Quod mutatur autem.] Determinatur de diuisione, declarando, quot & quibus modis motus est diuisibilis. In tertio ibi. [Zeno autem de ratiocinatur.] Ponuntur, & soluuntur quædam sophisticationes antiquorum, propter quas quidam negauerunt motum esse, & quidam dixerunt omnia semper moueri. Primus Tractatus continet quatuor capitula: quoniam in primo declaratur principaliter, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. In secundo ibi. [Quoniam autem omnis magnitudo] Declaratur per naturam velocitatis, & tarditatis in motu, quod nec magnitudo, nec tempus componitur ex indiuisibilibus, sed quod vtrumque diuiditur in infinitum, ita quod utrumque est infinitum secundum diuisionem, seu in medijs. In tertio ibi. [Et si quodcunque infinitum est.] Declaratur, quod finitas, & infinitas eodem modo inueniuntur in magnitudine, & in tempore, ita quod si unum est infinitum secundum diuisionem, aut secundum extrema, alterum est infinitum secundum diuisionem, uel secundum extrema. In quarto ibi. [Necesse autem, & ipsum &c.] Determinat de indiuisibilitate continuitatis, & continuantes partes temporis adinuicem, & de diuisibilitate mobilis. Capitulum primum continet tres partes principales: quoniam in prima declaratur per naturam ipsius continui absolute, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. In secunda ibi. [Eiusdem autem rationis.] Declaratur per naturam motus, & mobilis, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus. In tertia ibi [Similiter autem necesse est] Declaratur, quod tempus, & magnitudo eodem modo se habent quantum ad diuisibilitatem, & indiuisibilitatem. Prima pars continet tres particulas, secundum numerum trium rationum, per quas declarat suam conclusionem. Secūda ibi. [Amplius necesse est.] Tertia ibi. [Amplius diuidunt.] In prima igitur particula huius partis phyl. ponit unam rationem ad probandum, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. Vnde sciendum est, quod nec Proculus, nec Linc. qui conclusiones huius sexti ordinauerunt sequuntur ordinem phylosophi secundum quod exponit Commen. Auer. propter quod ego ponendo ordinate conclusiones huius sexti libri sequendo ordinem phylosophi secundum expositionem dicti Commē. Primo igitur phylosophus ponit unam rationem probantem primam conclusionem huius libri, quæ est ista Quod nullū continuum componitur ex indiuisibilibus. Vnde prima ratio probans istam conclusionem formatur sic, & hoc secundum expositionem Commen. Omnia, ex quibus componitur continuum, diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum, sed indiuisibilia non diuiduntur in vltimum, ergo indiuisibilia non sunt illa ex quibus componitur continuum. Circa hanc rationem sic procedit phylosophus, quia primo infert conclusionem ex dictis in quinto huius, ex quibus etiam dictis potest probari minor huius rationis. Secundo vero ibi. [Neque enim unum sunt.] Probat minorem huius rationis ex illis dictis in quinto huius. Dicit igitur phylosophus primo, quod si continuum & contactum, seu contiguum, & consequenter ens sunt, sicut dictum est prius in quinto huius. Ita continua sunt illa, quorum ultima sunt unum, & contigua quorum vltima sunt simul, & consequenter entia, illa, quorum nihil est medium proximi generis, impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus, ut lineam ex punctis si ita est, quod linea sit quoddam continuum, & punctus quoddam indiuisibile, conclusio igitur est illa, videlicet, quod impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus, siue quod nullum continuum componitur ex indiuisibili. Deinde ponit probationem minoris dicens. [Neque vnum sunt.] Quæ talis est. Nullum non habens vltimum diuiditur in vltimum, & habens vltimum, hoc statim patet, quia vltimum aliud est ab eo, cuius est vltimum, sed omne indiuisibile est non habens vltimum, ergo nullum indiuisibile diuiditur in vltimum, & in habens vltimum, minor huius rationis patet, quia vltimum aliud est ab eo, cuius est vltimum, & ita omne habens vltimum est diuisibile, & per consequens: omne indiuisibile est non habens vltimum, maior huius rationis non ponitur hic in textu, nec etiam eius probatio: sed Commen. probat illam maiorem sic. Necesse est continua contiguari antequam continuentur, sed omnia contigua diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum. Vnde Commen. quasi arguit sic. Omnia contigua diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum

Prima rō.

Tex. c. 12. & 25. & 20.

Probatio minoris.

Omnia

A Comment. ostendit qualiter isti motus sunt diuersi secūdum diffinitionem, & sint idem secundum subiectum dicens: quod sunt diuersi secundum diffinitionem: quoniam motus de sanitate secundum, quod est motus de sanitate, est idem secundum diffinitionem cum motu ad ægritudinem, hæc Commē. Vnde si quis debet diffinire motum, qui est ex sanitate præcise, ut est ex sanitate, & motum ad ægritudinem præcise, ut est ad ægritudinem, aliam, & aliam diffinitionem debet assignare, ut de se manifestum est. Vnde certum est, quod diffinitiones exprimentes quid nominis sunt diuersæ. Sed qualiter isti motus sint idem secundum subiectum Commen. ostendit dicens, quod sunt idem secundum subiectum: quoniam motus de sanitate est motus ad ægritudinem, hoc est motus ex sanitate, & motus ad ægritudinem dicuntur de eodem secundum numerum: quoniam ille idem motus, qui est ex sanitate est ad ægritudinem. Vnde dico, quod illi motus dicuntur esse idem secundum subiectum, qui dicuntur de eodem secundum numerum. Non enim dicuntur idem secundum subiectum: quia sunt in eodem subiecto: quia sic alteratio, & loci mutatio essent idem secundum subiectum, sed dicuntur idem secundum subiectum: quia prædicantur de eodē secūdum numerū.

B Neque isce motus, qui est ex contrario, ei, contrarius est, qui ex contrario est. Simul enim accidit e contrario, & in contrarium: aut in medium ire; sed posterius de hisce dicemus.

Tex. c. 48. *Neque qui est ex cōtrario, ei, qui est ex contrario. Simul quidē. n. accidit mutari ex contrario in contrariū, aut in medium. Sed de hoc quidem posterius dicemus.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli: in qua declaratur, quod motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt motus, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri: quæ secundum expositores probatur sic. Illi motus, qui sunt ad eandem formam secundum speciem, non sunt contrarij: sed motus, qui sunt ex cōtrarijs, possunt esse ad eandem formam secundum speciem, ergo motus non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Maior de se patet, & minor declaratur: quia motus ab albo, & motus a nigro potest terminari ad eandem formam mediam, videlicet, ad fuscum, vel ad pallidum, & huic expositioni consentit textus, qui sic habet. Simul quidem accidit ex contrario mutari in contrarium, aut in medium, hoc est motus ex contrario potest indifferenter ad contrarium, vel ad medium, & sic motus ex contrarijs possunt terminari in idem medium secundum speciem. Attamen Commen. format istam rationem sic. Omnes motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ad contraria, quia motus ex uno contrariorum, vel est ad contrarium, vel ad medium; si sit ad medium est ad cōtrarium, quod est in illo medio. Ex quo potest argui sic. Illi motus, qui sunt a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios, non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt, ex quo aliunde habent contrarietatem, scilicet, ex terminis, ad quos sunt: sed omnes motus qui sunt ex contrariis, sunt ex terminis contrarijs ad terminos cōtrarios, ergo motus, qui sunt ex contrariis non sunt contrarij solum secundum contrarietatem terminorum, ex quibus sunt, & per consequens motus non sunt contrarij solum propter contrarietatem terminorum, a quibus sunt.

Vigesima sexta conclusio huius libri.

Declaratio minoris.

C

D Enim uero in contrarium mutari causa potius cōtrarietatis esse uidebitur: quā ecōtrario mutari. Hoc. n. abiectio cōtrarietatis: illud assūptio est.

Sed magis in contrarium mutare videbitur utique causa esse contrarietatis, quam ex contrario. Hic quidem enim mutatio contrarietatis: ille uero acceptio.

SED quia aliquis potest dicere, quod licet motus ex contrarijs sint ad contraria: tamen contrarietas motuū non est accipienda secundum illud, ad quod est motus: quia motibus contrarijs accidit, quod sint ad contraria: sed per se competit motibus contrarijs, quod fiant ex terminis contrarijs. Hoc excludit phylosophus declarando, quod contrarie-

A tas in motibus magis est accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos, quam secundum contrarietatem terminorum a quibus, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri: quæ dupliciter probatur, & primo sic. Motus de contrario est separatio ab illo, & motus ad contrarium est receptio, & acquisitio eius, ad quod est motus. sed contrarietas magis attenditur penes illud, quod acquiritur per motum, & quod perficit motum, quam penes illud, a quo separatur motus: quia quod acquiritur est pars substæ motus, sed illud, a quo separatur, non est pars substæ motus, ergo contrarietas motuum est magis accipienda secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt: quam secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt. Vel sic. Contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur esse per motum, quam penes contrarietatem illorum, quibus acquiritur non esse: quia esse est dignius, quam non esse, sed terminis, ad quos sunt motus, acquiritur esse, & terminis, a quibus sunt, acquiritur non esse, ergo. Notandum secundum Commen. hic, quod translatio rei motæ de contrario, a quo mouetur est separatio ab ipso, & translatio eius ad contrarium, ad quod mouetur, est receptio, & acquisitio, & hoc est ideo, quia motus nihil aliud est, quam acquisitio unius

Vigesima septima conclusio huius lib.

Prima probatio huius conclusionis.

Notandū.

B partis post aliam ex illo, ad quod res mota mouetur primo, donec acquiratur illud, ad quod mouetur perfecte, & tunc cessat, & tamen motus dicitur esse contrarius motui aliquo illorum modorum, sed dignius est, ut sit cōtrarius secundum illud, quod acquiritur, & per quod perficitur, non secundum illud, a quo separatur, quia illud, a quo separatur, non est pars eius substæ, sed est accidens ei, & illud, quod acquiritur est pars substantiæ: hæc Commen. Et intelligo, quod illud, quod acquiritur est pars substæ motus, idest, est pars diffinitionis motus, sicut punctus est de substa lineæ, quia est pars diffinitionis eius: quia motus est actus entis in potentia inquantum in potentia est ad terminos motus, ut dealbatio est actus dealbabilis, inquantum est in potentia ad albedinem: & sic terminus, ad quem est motus, est pars diffinitionis motus.

Dicitur etiam quisque motus ex eo potius, in quod itur: quam ex eo, ex quo fit mutatio. Sanatio enim hisce dicitur, quo acquiritur sanitas. Aegrotatio hisce, quo ad ægritudinem itur.

C *Et dicitur autem unusquisque, in quod mutatur magis: quam ex quo, ut sanatio in sanitatem: ægrotatio autem in ægritudinem.*

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Contrarietas motuum magis est accipienda ab eo, a quo denominatur motus, quā ab eo, a quo non denominatur quia ab eo, a quo aliquid accipit formam, accipit contrarietatē, quia cōtrarietas est differentia secundum formam, sed motus denominatur a termino, ad quem, non a termino a quo, verbi gratia: Motus ab ægritudine in sanitatem denominatur a sanitate, non ab ægritudine, quia dicitur sanatio, & non ægrotatio, ergo contrarietas motuum magis est accipienda penes contrarietatem terminorum, ad quos sunt, quam terminorum, a quibus sunt. Vnde notandum est secundum Commen. quod substa motus est de natura, ad quod est, & non eius, ex quo est. & ideo motus denominatur ab illo, ad quod est. hæc Commen.

Secunda probatio.

D Restat igitur isce, quo ad contraria pergitur, & isce quo ad contraria ex contrariis itur. Fortassis tan igitur fit, ut hi quibus ad contraria proficisceur, & ex cōtrariis sint. Sed esse fortasse non idem eundi, inquam, in sanitatem: atque ex morbo, & eundi in morbum, atque ex sanitate.

Relinquitur autem qui est in contraria, & qui est in contraria ex contrarijs. Fortassis quidem igitur accidit hos, qui in contraria ex contrarijs esse, sed esse forsitan non idem. Dico autem, qui in sanitatem, ei, qui ex ægritudine, & qui ex sanitate, ei, qui in ægritudinem.

HAec est tertia pars principalis primæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus determinat veritatem, declarando, quomodo est accipienda contrarietas

in

in motibus, & intendit declarare, quod contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt: ita quod isti motus sint contrarii, qui sunt ex terminis contrarijs ad terminos contrarios. Et hæc est vigesimaoctaua conclusio huius libri, circa cuius probationem sic procedit phylosophus, quia primo infert conclusionem ex præcedentibus, & innuit unam rationem probantem conclusionem secundum unam expositionem, quæ non est expositio Commen, secundo ibi. [Quoniam autem differt] probat conclusionem. Primo igitur dicit phylosophus, quod ex quo, necesse motus sunt contrarij: quorum unus est ab uno contrariorum, & alius in reliquum contrarium, nec etiam illi motus sunt contrarij, qui solum sunt ad contraria, nec etiam motus ab aliqua forma contrariatur motui in eandem formam. Relinquitur igitur, quod illi motus sint contrarii, qui sunt ex contrarijs ad contraria, ut motus a sanitate in ægritudinem contrariatur motui ab ægritudine in sanitatem & econuerso Nam omnes motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ad contraria, & econuerso. Et ideo ex hoc potest formari talis ratio, quamuis Commen. hic nullam rationem innuat. Ratio igitur est talis. Vel illi motus sunt contrarii ex contrarijs, vel illi, qui sunt ad contraria, seu illi, qui sunt ex contrarijs ad contraria, sed omnes motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ex contrarijs ad contraria, ergo omnes motus contrarij sunt ex contrarijs in contraria. Ex quo potest argui sic, contrarietas mobilium, qui per se sunt ex contrarijs, & etiam ad contraria, non solum est accipienda ex contrarietate terminorum, a quibus sunt, nec solum accipienda est ex contrarietate terminorum, ad quos sunt, sed ex contrarietate utrorumque terminorum, scilicet, a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, sed motus contrarij sunt per se a contrarijs ad contraria: igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & etiam secundum contrarietatem terminorum ad quos sunt: maior patet, quia contrarietas motus debet accipi ab his, quæ per se insunt motibus contrarijs, secundum quod sunt contrarij, & minor patet de se, quia motus qui sunt ex contrarijs, ut sanatio, & egrotatio, sunt ad contraria, & econuerso. Sciendum est, quod secundum expositionē Commen phylosophus quandoque concludit conclusionem suam, videlicet, quod illi motus sunt contrarij, qui sunt ex contrarijs ad contraria,

Dubium.

nunc uero phylosophus remouet unum dubium tale. Dictū enim est prius, quod contrarietas motuum non potest accipi secundum contrarietatem eius, ex quo est motus ad illud, ad quod est motus, quia sic idem esset sibiipsi contrarium ex hoc posset esse dubium quia videtur, quod illud impossibile sequatur ex hac positione, quæ ponit, quod illi motus sunt cō-

Solutio.

trarij, qui sunt ex contrarijs ad contraria, scilicet, quod idem sit sibiipsi contrarium Ideo phylosophus hoc remouet dicēs, quod non est eadem essentia motus, qui est ex contrario in cōtrarium, & econuerso. Vnde quamuis idem sit motus, qui est ex uno contrariorum, & qui est in reliquum contrarium: tamen non est idem motus, qui est ab uno contrariorum in reliquum, & motus, qui est econuerso. Notandum est hic secundum phylosophum, quod motus, qui sunt ex contrarijs, sunt ad contraria, & hoc accidit eis, quia esse forsitan non est idem.

Notabile.

Vnde est sciendum quod de eisdem motibus est naturaliter dicitur, quod sunt ex contrarijs, & quod sunt ad contraria & sic motus ex contrarijs, & motus ad contraria sunt idem secundum subiectum, quia dicuntur de eodem subiecto secundum numerum, sed non sunt idem secundum esse, idest, secundum diffinitionem exprimentem quid nominis, quia isti termini, scilicet, motus ex contrarijs, & motus ad contraria non significant idem, quamuis uere prædicentur de eodem secundum numerum.

Cum autem a motu mutatio differat: ea nāque mutatio motus est: qua ex subiecto in subiectum itur, isce profecto motus, quo econtrario in contrarium pergitur contrarius est, ei, quo econtrario ad contrarium itur, ut isce, quo ex sanitate in morbum itur, ei, quo sanitas e morbo acquiritur.

Tex. c. 49.

Quoniam autem differt mutatio a motu, ex quodam enim subiecto in quoddam subiectū mutatio est motus, qui est ex contrario in contrariū, ei, qui est ex contrario in contrarium motus contrarius est, ut qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatē.

Probat cōclusionem suam ratione.

CVM phylosophus proposuit conclusionem, quam intendit probare, scilicet, quod contrarietas motuum est accipienda secundum contrarietatem terminorum: a quibus sunt, & etiam terminorum, ad quos sunt, hic phylosophus iterum probat eandem conclusionem, & primo per rationem. Secundo per inductionem. Per rationem sic: contrarietas in motibus est accipienda secundum ea, quæ sunt essentialia motui: quoniam illud, quod est essentiale rei est causa proprietatum essentialium eius, nunc uero contrarietas est proprietas per se & essentialis motus, sed essentiale est motui, quod sit a contrario in contrarium. Sicut enim essentiale est motui, quod sit ad contrarium, ita essentiale est motui, quod sit ex contrario, igitur contrarietas in motibus est accipienda secundum contrarietatem terminorum, a quibus sunt, & secundum contrarietatem terminorum, ad quos sunt. Maior patet ex dictis, & minor declaratur per hoc, quia illud est essentiale motui, per quod motus differt a mutatione, sed motus differt a mutatione per hoc, quod motus est a subiecto contrario in subiectum contrarium, & mutatio non, ergo.

Patet autem, & ex inductione, qui contrarij esse videntur. Egrotare.n.ipsi sanari, & discere ipsi decipi non per seipsum: contraria uidentur Ex cōtrarijs enim in contraria fiunt. Vt n scientiam per se quispiam, & per alium consequi potest, sic & deceptionem. Latio etiam, quæ supra loca petuntur, ei cōtraria est lationi, quæ ad infera loca itur. Hæc enim in lōgitudine contraria sunt. Et ea, qua itur ad dextra, ei, qua sinistra petuntur Hæc enim in latitudine contraria sunt. Et ea, qua pergitur ad ea, quæ sunt ante, ei, qua itur ad ea. quæ sunt post. Hæc enim in profunditate contraria sunt.

Tex. c. 50.

Manifestum est autem ex inductione, qualia videntur contraria esse. Aegrotari enim ipsi sanari, & ipsi addiscere decipi, permutari uero non per ipsum. In contraria enim: sicut enim in scientia est, sic, & in deceptione, & per ipsum habere, & per alium. Et sursum motus, ei, qui est deorsum. Contraria enim hęc sunt in longitudine. Et qui est ad dextram, ei, qui est ad sinistrā, contraria enim hæc sunt in latitudine. Et qui est ante, ei, qui est retro. Contraria enim hæc sunt in altitudine.

CVM phylosophus probauit conclusionem suam per rationem, probat eam per inductionem, scilicet, quod contrarietas motus est ex contrarietate terminorum, quia omnes motus contrarij sunt ex contrarijs, & ad contraria, & hoc declaratur tam in alteratione, quam in motu locali. In alteratione enim tam corporis, quam animæ, patet quod motus contrarij sunt ex contrarijs ad contraria, quoniam motus ægrotationis, & motus sanationis sunt contraria. & unus est ex sanitate in ægritudinem, & alius econtrario, & similiter addiscere est contrarium ei quod est decipi, non a se, sed ab alio, sed addiscere ab alio, & decipi ab alio sunt ex contrarijs ad contraria, quia addiscere ab alio est ab ignorantia ad scientiam, & decipi ab alio est econtrario. Item patet in motu locali, quoniam motus sursum, & motus deorsum contrariantur, & sunt a contrarijs ad contraria in longitudine, quia sursum, & deorsum contrariantur in longitudine, & motus, qui est ante, contrariatur motui, qui est retro, eo, quia ante, & retro sunt contraria in altitudine, seu profunditate, & motus ad dextrum contrariatur motui ad sinistrum, eo quia ista sunt cōtraria in latitudine. Notandum, quod istam literam, quæ di-

Prima expositio. Commen.

cit, quod addiscere contrariatur ei, quod est decipi, non per ipsum, exponit Commen. dupliciter, uno modo, quod phylosophus dicit, quod addiscere est contrarium ad errorem ex alio non, ex se, cum homo raro erret ex se, sed ex alio sicut addiscit ex alio, non ex se & ideo dicit non ex se, & hæc est expositio Alexandri. Vnde quia homo, ut frequenter addiscit

Secunda expositio.

ab alio, & etiam errat ab alio, ideo addiscere ab alio, & erra-

ie

te ab alio sunt contraria. Alia expositio est, quod phylosophus intendit, quod scientia, quæ est ex alio, opponitur errori, qui est ex alio, & scientiæ acceptæ per inuentionem propriam contrariatur error, siue deceptio accepta per seipsam; hoc est studio proprio.

His autẽ qui solum ad contrarium est: non motus, sed mutatio est. Velut albũ fieri nõ ex aliquo.

Tex. c. 51. *Qui autem est in contrarium solum: non est motus: sed mutatio, ut fieri album non ex quodam est.*

Hæc est secunda pars principalis huius capituli: in qua phylosophus mouet, & soluit quasdam dubitationes: & continet duas particulas secundum numerum duarum dubitationum quas soluit. Secunda ibi. [Quoniam autẽ in medium.] Prima igitur dubitatio est: nam dictum est, quod omnis motus est a contrario in contrarium: sed circa hoc mouetur dubitatio, quia non uidetur, quod omnis motus sit a contrario in contrarium, quia aliquis motus est ad contrariũ, qui non est ex contrario: nam motus a non contrario in contrarium, ut motus a non albo ad album est motus, & tamen non est a contrario in contrarium: sed a contradictorio in cõtrarium. Istam dubitationem soluit phylosophus dicens, quod talis transmutatio, quę non est a contrario in contrarium nõ est motus, sed est mutatio, ut si fiat album ex non quodam, vt ex non albo, non est motus, sed est mutatio. Vnde dicit Com. generatio albi quandoque accipitur, secundum quod accidit oportet, quod fuerit ex non albo, est transmutatio non motus. Vlterius dicit Comment. quod omne album generatur ex nigro, aut ex mediis: sed cum cõsideramus secundum quod hoc accidit nigro, quod fuerit non album est transmutatio non motus, sed hoc est ei per accidens non per se, transmutatio vero, quæ est de non contrario, omnino est transmutatio per se, hæc Commen. In quibus verbis possunt tria notari. Primo, quod generatio albi ex non albo non est motus, & ratio est, quia omnis motus requirit aliquod medium inter terminos motus, sed inter contradictoria non est mediũ, ergo. Secundo potest notari, quod generatio albi ex non albo est per accidens, & ut mihi videtur per generationem intelligit transmutationem successiuam, non mutationem subitam, transmutatio enim successiua est per se a contrario in contrarium, & per accidens a contradictorio in contradictorium, sed mutatio subita est per se a contradictorio in contradictorium, & per accidens a contrario in contrarium. Et quod Comment. dicit, quod accidit nigro, quod sit non albũ, non intelligit, ut mihi uidetur, quod non album non est per se in primo modo dicendi per se, de intellectu nigri, & ita accidit nigro, quod sit non album accipiendo accidentalitatem, ut opponitur perseitati primo modo. Tertio potest notari quod transmutatio, quæ est a non contrario omnino est transmutatio per se, & ita mutatio subita est per se mutatio. Quare autem mutatio subita est per se mutatio, & quare est mutatio per accidens: uisum est superius in hoc quinto, sed & magis videatur in sexto, Domino Iesu Christo concedente.

Prima dubitatio. — Solutio. — Idem sup. c. 8. & 12. me. cõ. 4. Idem hic infra. c. 55 — Primum notan. — Secundũ. — Tertium.

Quibus etiam nõ est contrarium ea mutatio, quę est ex ipso, ei mutationi contraria est, quæ est ad ipsum. Quapropter generatio corruptioni cõtraria est, abiectioque accretioni. Hæ autem mutationes non motus sunt.

Tex. c. 52. *Quibus autem non est contrarium, qui est ex ipso: ei, qui est in ipsum mutatio, contraria est. Vnde generatio corruptioni contraria est, & remotio acceptioni. Hæ autem mutationes quidem: motus autem non sunt.*

Deinde narrat phylosophus qualiter contrarietas est accipienda in transmutationibus, quæ non sunt ex non contrario in contrarium, & dicit, quod in talibus mutationibus, quæ non sunt a contrario in contrarium, debet contrarietas accipi ex uno extremo secundum diuersum respectum ad illud idem extremum: mutatio enim, quæ est ad hoc, est cõtraria mutationi, quæ est ab hoc, & isto modo generatio, & corruptio sunt contraria, quia corruptio, quæ est ab aliqua forma, contrariatur generationi, quæ terminatur ad ean-

A dem formam. Et dicit Comment. quod in hac transmutatione, scilicet, subita non est esse, nisi in vno extremo in generatione autem in fine, in corruptione vero in principio: hæc Commen. Finis autem generationis est ens, & principium nõ ens: econtrario in corruptione. Intelligendum est, quod quãdo aliqua forma non habet contrarium: sicut est in substantiis, tunc mutatio ab ipso contrariatur mutationi in ipsum: sicut generatio contrariatur corruptioni. sed quando forma, ad quam est mutatio, habet contrarium, tunc non solum mutatio ab ipsa contrariatur mutationi in ipsam, sed etiam mutationes, quæ sunt ad terminos contrarios, sunt contrariæ: licet non sunt ex contrariis, ut generatio albi ex non albo, & generatio nigri ex non nigro, sunt mutationes contrariæ, sed non sunt motus contrarij.

Hi uero motus, quibus ad medium itur: in quibus contrariorum est medium, in contrarijs quodammodo sunt ponendi. Motus enim ad vtrum extremorum eatur, medio ipso utitur, ut extre-B mo. Velut e fusco quidem itur in album: tanquã e nigro: e nigro uero in fuscum, tanquam in albũ. Medium enim ad vtrunque extremorum contrarij rationem quodammodo subit, ut prius dictũ est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est, isce, quo e contrario in contrarium pergitur, ei, quo econtrario in contrarium itur.

Qui autem in medio motus sunt, quibuscunque contrariorum est medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi: sicut enim contrario utitur medio motus in utraque, utique utetur, ut ex fusco quidem in albũ, tanquam ex nigro, & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuscum, tanquam in album: fuscum autem mediũ ad vtrunque dicitur, quodammodo, utrunque ultimorum: sicut dictum est prius. Motus
C *quidẽ igitur motui contrarius est, sicut qui est ex cõtrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrariũ.*

Hæc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus remouet secundam dubitationem. Dictum est, quod motus contrarij sunt, qui sunt de rebus contrarijs ad res contrarias. Ex hoc igitur oritur dubium, quia secundum hoc videtur, quod motus ab extremo ad medium non contrarietur motui econtra, scilicet, qui est a medio in extremum: cum isti motus non habeant terminos contrarios. Istud remouet phylosophus dicens, quod medium contrariatur vtrique extremorum: quoniam medium comparatum uni extremo habet rationem alterius extremi, ut fuscum comparatum albo hẽt rationem nigri, & fuscum comparatum nigro hẽt rationem albi, unde mutatio quæ est ex nigro in fuscum, est tanquam ex nigro in album, & mutatio ex fusco in nigrum, tanquam ex albo in nigrum, & sic motus ab extremo in medium contrariatur motui econtra, qui est a medio in extremum. Notandum secun-D dum Commen. hic, quod medium est contrarium utrique extremo, sed non simpliciter, sicut alterum extremum est contrarium reliquo, sed medium est contrarium vtrique extremo per illud, quod est in eo, de reliquo extremo, & contrarietas eius differt a contrarietate extremi in hoc: quoniam contrarium in eo, scilicet, unum extremum non est in vltima sua perfectione, sicut in ipso extremo. Item notandum, quod Comment. dicit hic, quod quando transmutatio ab extremo ad medium fit, illa transmutatio terminatur ad alterum extremorum, quod est in medio, & quando fit transmutatio a medio ad extremum fit transmutatio a reliquo extremo, quod est in medio. Dicit enim Commen. sic. Inter, idest, medium est contrarium utrique extremo. quoniam utrunque extremum inuenitur ex eo non perfecte, uerbi gratia: quoniam in transmutatione, quæ fit de viridi in album: uiride est quasi nigrũ. Vnde uiride non transmutatur ad album nisi secundum, quod est in eo de nigro non secundum quod est in eo de albo, & etiam quando uiride transmutatur in nigrum transmutatur secũdũ quod est in eo de albo, & similiter quando album transmutatur in uiride, transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, &

quando

Duo phylosophi. — Remotio huius dubitationis. — Idem primo phy. c. 54. — Expositio Commẽ.

quando nigrum transmutatur in viride transmutatur in album, quod est in eo, hæc Commen. Et postea in eodem commento. Comment. dicit sic. Secundum hoc igitur omnis motus, qui est contrarius motui, est contrarius secundum illud ex quo, & secundum illud ad quod, siue fuerit motus ad media, siue ad extrema. Et dicit ulterius, quod sic etiam est intelligendum de motibus, qui sunt de medio in medium, hæc Commen. Ex quibus dictis Commen apparet, quod de intentione Commen est, quod contraria manent actualiter, & realiter in medio, quia certum est, quod per motum acquiritur esse in actu terminorum motus, sed quando aliquid mouetur ab albo in uiride, illud mouetur in nigrum, quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter nigredo, si etiam aliquid transmutatur a nigro in uiride, illud transmutatur ad album, quod est in uiridi, ergo in uiridi est actualiter albedo, & sic formæ contrariæ sunt simul in acto medio. Et mihi uidetur, quod hæc sit intentio Commen. Veruntamen hæc opinio uidetur esse falsa, quia secundum hoc omnis alteratio erit inter formas specie distinctas. Nam omnis alteratio, quæ est ab albedine, esset ad nigredinem distinctam specifice ab albedine, quia si fiat motus a magis albo ad minus album, ille motus terminaretur ad nigredinem, quæ est in minus albo, & similiter omnis motus a nigredine esset ad albedinē, & sic omnis alteratio esset inter formas specifice differentes; sed hoc est contra phylosophum, quia superius in hoc quinto dixit, quod aliqua est alteratio in eadem specie. Item secundum hoc sequeretur, quod omnis motus ab albedine esset eiusdem speciei, quia omnis motus ab albedine esset ad nigredinem, & sic esset ad unam formam secundum speciem, & sic defuscatio, & deuiridatio essent eiusdem speciei, posito isto possibili, quod fiat ab albedine. Et sequitur adhuc maius inconueniens, scilicet, quod duo motus ad fuscedinem sub eodem gradu differunt specie, & tamen motus ad fuscedinem, & motus ad rubedinem erunt eiusdem speciei, quod uidetur inconueniēs. Et probo, quod hoc sequatur: quoniam possibile est, quod fiant duo motus: unus, scilicet, ab albedine, & alius a nigredine ad fuscedinem sub eodem gradu, & isti duo motus differunt specie secundum istam opinionem, quia sunt ad formas differentes specie, scilicet, ad albedinem, & nigredinem, quæ sunt in fuscedine, & possibile est etiam duos motus esse ab albedine, unus ad fuscedinem, & alius ad rubedinem, & isti motus essent eiusdem speciei secundum istam uiam, quia uterque est ad nigredinem, quæ est una forma secundum speciem. Item secundum istud sequeretur, quod omne alteratū ab uno contrario prius deueniret in contrarium extremum, quam in medium: quoniam illud, quod transmutatur ab albedine statim fieret sub nigredine, quia statim cum fit sub albedine remissiori fieret sub nigredine, sed prius fit sub albedine remissiori, quā fiat sub aliqua forma, media differente secundum speciem, ergo omne, quod transmutatur ab albedine prius fieret sub nigredine, quam sub aliqua forma media, quod uidetur esse contra phylosophum, qui superius in hoc quinto dixit, quod medium est in quod continue mutans, &c. Item quarto, aut in forma media est aliqua forma alia a formis extremis, vel non; si nō: tunc forma media non differret specifice ab extremis, quia non haberet per quid differret specifice ab eis, si autem detur, quod ibi est aliqua forma media resultans ex commixtione extremorum, cum illa forma sit qualitas sensibilis habens contrarium, non uidetur aliqua ratio, quare ad illam non esset motus per se, & sic motus posset terminari per se ad ipsam formam mediam, & non solum ad extremum, quod est in forma media. Item, quod formæ contrariæ non possunt esse simul adæquate in eodem potest probari, quia motus non sunt contrarij, nisi propter cōtrarietatem terminorum secundum phylosophum, ergo si formę contrariæ per se terminantes motum essent simul in eodem, sequeretur, quod motus contrarij possent esse simul in eodem, & sic si calor, & frigus possent esse simul in eodem, multo magis calefactio, & frigefactio essent simul in eodem, sed hoc est impossibile, quia quod calefit recedit a frigore, & quod frigefit accedit ad frigus, ergo si idem simul calefieret, & frigefieret, sequeretur, quod idem simul accederet ad aliquam formam, & recederet ab eadem. Et confirmatur, quia si idem corpus sit simul calidum, & frigidum, sequitur, quod illud corpus approximatum corpori receptiuo caloris, & frigoris simul calefaceret, & frigefaceret illud corpus: quoniam per calorem calefaceret, & per frigiditatem frigefaceret illud idem corpus. Similiter tactus simul sentiret calorem, & frigus eiusdem caloris, & uisus simul perciperet idem corpus esse album, & nigrum, cum in eodem corpore sint simul albedo, & nigredo. Similiter albedo, & nigredo quantumcunque remissa sunt contraria, & per consequens opposita, sed omnia opposita includunt contradictionem, quia contradictio est prima oppositio & est mensura cuiuslibet alterius oppositionis. Vnde ad uidendum, utrum aliqua sint opposita, est considerādū, utrum includant contradictionem, uel non: si sic, illa sunt opposita: si non, non sunt opposita: igitur si contraria essent simul in eodem, sequeretur, quod contradictoria uerificarentur simul de eodem: quoniam si idem esset simul album, & nigrum, sequeretur, quod illud esset simul album, & non album, quod est impossibile. Propter igitur ista, & multa alia, quæ posui in quodam tractatu de intentione formarum, non uidetur mihi, quod contraria possint esse simul in eodem; & adhuc posito, quod contraria essent realiter in forma media, tamen illa forma media posset per se terminare motum, & non oporteret motum terminari ad alterum extremū, quod est in medio. Dico igitur, quod omnis motus est a contrario in contrarium simpliciter, uel in contrarium quodammodo. Vnde forma media contrariatur quodammodo, sed non simpliciter utrique extremo. Dicta ergo Commen. non possunt hic glossari nisi uiolenter. Posset tamen sic dici, quod quamuis forma media sit forma simplex, habet tamen conuenientiam, & similitudinem cum utroque extremo, & secundum quod conuenit cum uno extremo contrariatur alteri extremo, & utrunque extremum dicitur in eo esse quodammodo. Quod igitur dicit Commen. quod quando album transmutatur in uiride transmutatur in nigrum, quod est in uiridi, intelligit, quod quando album transmutatur in uiride, transmutatur in uiride secundum quod habet rationem nigri. Vnde circa contrarietatem motuum est intelligendum, quod non omnes motus sunt contrarij, qui sunt a terminis contrarijs ad terminos contrarios, sed illi, qui sunt a contrarijs ad contraria modo contrario: ita, quod unus motus sit ab uno contrario in reliquum, & alius econtrario, scilicet, a termino ad quem terminatur primus motus ad terminum a quo ille motus incipit, vel ad consimilem, verbi gratia. Si aliquod corpus calefiat usque ad aliquem gradum caliditatis, & postea quiescat sub illo gradu, & iterum calefiat, ita quòd moueatur ab illo gradu ad gradum intensiorem, istę duę calefactiones sunt a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios, quia termini, a quibus sunt illi motus, sunt contrarij, quia primus motus est a contrario in contrarium, & termini inter quos est primus motus sunt termini, a quibus est secundus motus. Similiter termini, ad quos sunt illi motus, sunt contrarij, quia inter istos terminos est secundus motus, & secūdus motus est a contrario in contrarium, & sic istę duę calefactiones sunt a contrarijs ad contraria, & tamen non sunt motus contrarij, quia non fiunt modo contrario, quia non fiunt secundum reflexionem, sed magis in directum, &c.

Margin notes, left column: Prima rō. — Secunda ratio. — Confirmatio. — Tertia rō. — Quarta ratio. — Quinta ratio. — Confirmatio. — Sexta rō. Margin note, right column: Ad rōnes.

DE CONTRARIETATE MOTUS ad quietem, & quietum adinuicem. Tractatus tertij. Cap. II.

Cum autem motui non solum motus esse contrarius, sed quies etiā uideatur, hoc definiamus oportet. Absolute namque motus motui contrarius est. Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Priuatio uero quodammodo cōtraria dicitur. Quæ autem cuinam contraria est, an ei motui, qui est in loco, ea quies est contraria: quæ est in loco. Verum hoc nunc simpliciter dicitur. Vtrum enim isce motus dicitur, hoc, ei quieti, qui est hic opponatur, an isce quo ad hoc itur.

Quoniam autem motui non solum uidetur esse motus contrarius, sed & quies, hoc determinatum est. Simpliciter quidem enim contrarius est motus motui. Opponitur autem, & quies. Priuatio enim est. Est autem sic, quod priuatio contraria dicitur. Qualis autem quali, ut ei, qui est secundum locum, sed hoc non dicitur simpliciter. Vtrum enim ei, qui est huic mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur. Tex. c. 53.

Istud est secundum capitulum huius tractatus: in quo determinatur de contrarietate motus ad quietem, & quietum adinuicem. Et continet tres partes principales. Quoniam

niam

niam in prima narratur, quæ quies contrariatur motui. In secunda autem ibi. [Simul autem adinuicem.] Declarat, quæ quies, cui quieti contrariatur. In tertia ibi. [Quibus autẽ non sunt.] Determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem. Prima pars continet duas particulas: quia in prima phylosophus proponit intentionem suam. In secũda ibi. [Manifestum autem igitur est.] Infert conclusionem, quam intendit. Dicit igitur phylosophus primo, quod quia motus non solum contrariatur motui, sed etiam quieti: determinandum est, quæ quies contrariatur motui. Et dicit, qualiter motus contrariatur motui, & qualiter etiam quies contrariatur motui. Et dicit, quod motus simpliciter contrariatur motui, sed quies contrariatur motui: sicut priuatio contrariatur habitui. Qualiter autem quies contrariatur motui, nunc hic dicendum est. Quoniam manifestum est, quod motui secundum locum contrariatur quies secundum locum, & hoc nunc dictum est in vniuersali, sed inquirendum est utrũ contrarietur quieti sub termino, ex quo est motus, uel quieti sub termino ad quem est motus, ut utrum sanatio contrarietur quieti sub ægritudine, ex qua est sanatio, vel quieti sub sanitate, ad quam est sanatio.

Patet igitur cũ duobus in subiectis sit ipse motus: ei quidem motui, qui est ex hoc in contrariũ: oppositam eã esse quietem, quæ est in hoc. Ei uero, q est ad hoc e cõtrario eã, quæ in cõtrario est.

Tex. c. 54. *Manifestum igitur est: quoniam quia in duobus motus subiectis est. Huic quidem qui ex hoc in cõtrarium, quæ est in hoc quies. Huic autem, qui ex cõtrario in hoc, qua in contrario quies.*

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capitoli, in qua phylosophus infert conclusionem, quam intendit dicens, quod quia motus est in duobus subiectis: hoc est inter duo affirmata: manifestum est, quod motus, qui est ex contrario contrariatur quieti sub tali contrario, hoc est: motus contrariatur quieti sub termino a quo: quieti sub termino ad quem, verbi gratia. Motus ex sanitate contrariatur quieti in sanitatem, &c.

Simul autem hæ, & inter sese sunt contrariæ. Etenim absurdum est si motus quidem contrarij sunt: quietes uero contrariæ non sunt. Sunt autẽ hæ: quæ in contrariis sunt. Ea namque quies: quæ est in sanitate: ei quieti contraria est, quæ est in morbo Et ei motui, quo ex sanitate in morbũ itur. Ei namque, quo e morbo itur in sanitatem cõtrariam esse fines ægritudine rationis.

Simul autem, & adinuicem contrariæ hæ sunt. Et nã que inconueniens est, si motus quidẽ contrarij sunt. Quietes aũt oppositę non sunt. Sunt aũt in oppositis hæ, ut q est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem: quæ autem est in sanitate ex ægritudine quies. Motui aũt ei, qui est ex sanitate in ęgritudinẽ, ei enim qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabile.

HAec est secunda pars principalis huius capituli: in qua declaratur quæ quies cui quieti contrariatur. Et continet duas particulas: quia in prima probat, quod quies est contraria quieti, & quæ quies cui quieti. In secunda ibi. [Quoniam est in ipso motus.] Declarat, quæ quies contrariatur motui. Dicit igitur phylosophus primo, quod quies nõ solum contrariatur motui; immo quietes sunt adinuicem contrariæ, & quod quies contrarietur quieti declaratur. Et hæc

Vigesima nona conclusio huius libri. est vigesimanona conclusio huius libri: quæ probatur sic. Motus contrariatur motui, ut probatum est superius: sed inconueniens est, quod motus contrarietur motui, & quod quies non contrarietur quieti, igitur quies contrariatur quieti. Quod autem hoc sit inconueniens, scilicet, motum contrariari motui, & quietem non contrariari quieti: potest sic declarari, quia motus non sunt contrarij, nisi quia sunt ad contraria, & ex contrarijs, sed inconueniens est dicere, quod mo-

A tus ad terminos contrarios sunt contrarij, quod tamen quietes sub terminis contrarijs non sunt contrariæ. Tantum enim inconueniens est dicere, quod aliquis simul quiescat sub contrarijs, quantum inconueniens est dicere, quod aliquid simul moueatur ad contraria. Et maius inconueniens est quiescere simul sub contrariis, quam moueri simul ad contraria. Et ex hoc patet, quę quies cui quieti contrariatur: quoniam quies sub uno contrariorum contrariatur quieti sub reliquo contrariorum. Et hoc est, quod phylosophus intendit, cum dicit. Sunt autem in oppositis hæ: hoc est, quietes oppositæ sunt illæ, quæ sunt in oppositis, ut quies in ægritudine, supple opponitur quieti in sanitate. Deinde narrat, qua quies opponatur motui, dicens, motus autem, qui est ex sanitate in ægritudinem, supple, opponitur quieti, quæ est ex sanitate, & ei motui, qui est ex ægritudine in sanitatem irrationabilem: supple, opponitur quieti in sanitate.

Motus enim in ipsum, in quo statur profectio potius est ad quietẽ, quam accidit fieri simul cũ

B motu. hunc aũt, aut illum esse contrarium illi necesse est. Non n. ea quies, quæ in albedine est: ei motui contraria est, quo ad sanitatem acceditur.

Qui enim in ipso motus est, in quo stetit: quietatio magis est: secundum quod accidit simul fieri motu. Necesse autem est, aut hanc, aut illam esse. Non enim quæ est in albedine quies: contraria est ei, quæ est in sanitate.

Trigesima cõclusio huius libri. HÆc est secunda particula secũdæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quæ quies contrariatur motui, & etiam, quæ quies cui quieti contrariatur. Et primo phylosophus declarat, quod motus contrariatur quieti in termino a quo, & hæc est trigesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Motus contrariatur quieti, ut probatum est supra, aut igitur contrariatur quieti in termino a quo, uel quieti in termino ad quem, sed motus non contrariatur quieti in termino ad quem: igitur motus contrariatur quieti in

C termino a quo. Maior huius rationis de se patet: sed minor

Prima declaratio minoris. declaratur in textu dupliciter, & primo sic. Motus non contrariatur quieti, quam facit, sed facit quietem in termino ad quem, ergo non contrariatur quieti in termino ad quem. De hac ratione ponitur minor in litera. Vnde dicit, quod enim in ipsum motus est, in quo stetit quietatio magis est, hoc est, motus est quietatio, & faciens quietem in ipso termino, in quo stetit, hoc est, in termino ad quem, hoc est, motus est faciens quietem in termino ad quem, & hæc fuit minor huius

Secunda declaratio minoris. prosyllogismi. Secundo probatur minor principalis rationis, scilicet, quod motus non contrariatur quieti in termino ad quem, & hoc sic. Motus non contrariatur quieti, quæ simul fit cum motu: sed quies in termino ad quem simul fit cũ motu, ergo motus non contrariatur quieti in termino ad quem: huius prosyllogismi minor ponitur in textu. secundum tamẽ expositionem Commen. phylosophus per istam literam, secundum, quod accidit simul fieri motui, declarat, quod quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem,

Trigesima prima conclusio huius lib. & hæc est trigesimaprima conclusio huius libri. quæ probatur sic. Illę quietes sunt contrariæ, quarum una corrumpitur per generationem alterius, hoc enim est de ratione contrariorum, videlicet, unum corrumpi per generationẽ alterius: sed quies in termino a quo corrumpitur per generationem quietis a termino ad quem, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quem. De ista ratione ponitur probatio minoris in textu: cum dicitur. Secundum quod accidit. Quæ probatio est talis. Quies in termino ad quem simul fit cum motu: sed quies in termino a quo corrumpitur p generationem motus, ergo quies in termino a quo corrũpitur per generationem quietis in termino ad quem. Deinde tangit phylosophus aliam rationem probantem, quod quies in termino a quo contrarietur quieti in termino ad quem. Quæ talis est: aut quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quẽ, vel quieti sub alia forma alterius gñis, sed qes in termino a quo nõ cõtrariatur quieti alterius gñis, ergo quies in termino a quo contrariatur quieti in termino ad quẽ, maiorem huius rationis ponit phylosophus, dicẽs necesse est aut hanc, aut illam esse, hoc est, necesse est, aut quietem in termino ad quem, contrariari quieti in termino a quo: aut

aut necesse est quietem sub forma alterius generis contrariari quieti in termino a quo, modo vero ponitur in textu cum dicitur, non enim quies, quæ est in albedine est contraria ei, quæ est in sanitate. Et Comment. probat, quod quies in albedine, & quies in sanitate non sunt contrariæ: per hoc, quod vna istarum quietum non generatur per corruptionem alterius, nec una istarum quietum corrumpitur per generationẽ alterius. Notanda sunt hic quatuor dicta Commen. Primo est notandum secundum Comment. quod ista quies, quæ, scilicet, est in termino ad quem, & perfectio motus, & perfectio, non est contraria ei, cuius est perfectio, & postea in eodẽ commen. dicit, quod quies in termino ad quem peruenit motus, dignior est, vt sit perfectio motus quam sit contraria. Secundo est notandum sm Com. hic, quod motus est de genere perfectionis ad quam peruenit, sed est perfectio diminuta, quia est coniuncta cum potentia, & esse vltimæ perfectionis est in quiete. Tertio est notandum secundum Commen. quod motus de ægritudine ad sanitatem est faciens quietem in sanitate: quoniam in eo inuenitur una pars post aliam quietis, ad quam peruenit, sicut inuenitur in eo una pars post aliam habitus ad quẽ peruenit. Quarto est notandum secundum Commenta quod substantia motus est de genere quietis, ad quam peruenit, sed differt secundum magis, & minus, & sicut diminutum, & perfectum, vt dictum est in secundo notabili, & illa, quæ diuersificantur secundum magis, & minus, non sunt cõtraria. ergo quies, ad quam peruenit motus, non est contraria motui, sed finis eius. hæc Comment. Intelligendum est, quod per quietem in proposito potest intelligi forma, ut est sub quiete, & sic habent intelligi dicta Commenta. hic, si autem per quietem intelligitur priuatio motus, tunc illa, quæ hic dicuntur de quiete, non debent intelligi de quiete absolute, sed de quiete sub forma, quæ est perfectio, & finis motus.

Primum notan. Com.

Secundũ notan.

Tertium notan.

Quartum notan.

Quibus autem non est contrarium: eorum mutatio quidem opposita est, ea, quæ est ex ipso ei, quæ est ad ipsum. Motus vero non est, velut ea, quæ est ex ente, ei, quæ est ad ens. Et quies quidem horum non est, mutationis autem vacuitas est.

Tex. c. 55.

Quibus autem non sunt contraria. Horum mutatio quidem est opposita: quæ est in ipso ei, qui est in ipsum, motus autem non est, vt quæ ex esse ei, quæ est in esse, quies quidem horum non est, mutatio autem est.

Hæc est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate mutationum, & immutationum adinuicem, & continet duas particulas, quia in prima determinatur de contrarietate mutationum adinuicem. In secunda ibi [Et si quidem aliquid esse] determinatur de contrarietate immutationum adinuicem. In prima igitur particula huius partis dicit phylosophus, quod in illis transmutationibus, in quibus non est contrarietas inter terminos transmutationis, transmutatio ab aliquo termino est opposita trãsmutationi in eundem terminum. Vnde contrarietas in mutationibus subiectis est accipienda per duplum ad eundem terminum, quia mutatio ab aliquo termino contrariatur mutationi in eodem termino. Mutatio enim ab aliquo termino est corruptio illius, & mutatio in aliquem terminũ est generatio eiusdem, nunc certum est, quod generatio, & corruptio eiusdem sunt contraria, sed motus nõ sunt. hoc est nec generatio, nec corruptio est motus, nec in mutationibus est quies opposita mutationi, nec est quieti, sed est in eis priuatio mutationis, quæ dr immutatio.

Atq. si subiectum quidem quippiam sit, ea mutationis vacuitas, quæ est in ente ei, quæ est in non ente contraria est. Sin id quod haud est non quippiã sit, dubitauerit quispiam sanè, cui nam sit contraria ea mutationis vacuitas, quæ est in ente, & sit ne quies. Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio corruptiove motus sunt. Patet igitur, quietem illam non esse dicendam: nisi, & ipsæ sint motiones. Sed simile quid quieti, atque mutationis vacuitatem. Contrarium vero, aut nulli prorsus, aut ei mutationis vacuita-

A **ti, quæ est in non ente, aut corruptioni. Hæc est enim ex ipsa, generatio vero in ipsam.**

Et si quidem aliquid erit subiectum, quæ in esse non mutatio, ei, quæ est in non esse contraria erit. Si vero non est aliquid ei, quod non est, dubitabit aliquis, cui sit contraria, quæ est in ipso non mutatio, vel quies est. Si autem: hoc est: aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum igitur, quod quies non dicenda est, si vero, & hæ motus. Simile autem aliquid est & immutatio. Contraria autem est, aut nulli, aut ei, qui est in non esse, aut corruptioni. Nec enim ex ipsa, generatio autem in ipsam.

Hæc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua determinatur de contrarietate immutationũ adinuicem, & intelligit, quod immutationes in terminis contradictionis sunt contrariæ, vt immutatio, quæ est in esse, contrariatur immutationi, quæ est ad non esse, & hoc si ipsi non esse sit aliqua natura subiecta, si autem illud non esse sit purũ nihil, & non sit ei aliqua natura subiecta, tunc potest aliquis dubitare quid sit contrarium immutationi, quę est in esse, non enim videtur, quod immutatio, quæ est in non esse, sit ei contraria, cum illud non esse nihil sit omnino, nec contrariatur ei mutatio in non esse, cum sit illud, quod nihil est omnino, non sit mutatio. Hanc dubitationem relinquit phylosophus insolutam, quæ quærit, quid contrarietur immutationi, quæ B est in esse, posito, quod ipsi non esse non si aliqua natura subiecta. Solutio tamen huius dubitationis patet ex præcedentibus, quia ex præcedentibus patet, quod illud non esse, ex quo fit mutatio, non est purum nihil: immo semper ei subiicit aliquid, & quia phylosophus locutus est de immutatione, ne aliquis credat, quod immutatio sit quies, probat phyloso. quod immutatio non est quies. Et hæc est trigesimasecunda conclusio huius li. quæ probatur sic. Immutatio non contrariatur nisi generationi, vel corruptioni, ergo si mutatio esset quies, sequeretur, quod nõ ois quies esset cõtraria motui, vel quod generatio, & corruptio sunt motus, quorũ vtrunque est impossibile. consequentia patet, quia si immutatio sit quies, aut igitur contrariatur motui, vel non: si detur, quod non contrariatur motui, habetur una pars consequentis, scilicet, quod non omnis quies cõtrariatur motui, si detur, quod cõtrariatur motui, & cũ nõ contrarietur, nisi generationi, & corruptioni, sequitur, quod generatio, & corruptio essent motus, quod est altera pars disiunctiuę. Immutatio igitur non est quies, sed est aliquid simile quieti, vel non est contraria alicui, uel immutatio, quæ est in esse contrariatur immutationi, quæ est in nõ esse, aut corruptioni quæ est mutatio in non esse. Et dicit Com. quod ista priuatio, quæ est quies, sm similitudinem, opinandũ est, aut quod non est contraria alicui omnino, aut, quod est contraria transmutationi, quæ est corruptio, quia ex eo est principiũ motus corruptionis. Ex Commen. Intelligendum est, quod immutatio est priuatio mutationis, sicut quies est priuatio motus, & ideo immutatio non est uera quies sed est quies secundum similitudinem. Et differt immutatio à quiete, quia quies est mora temporalis & immutatio est mora instantanea. Vnde quies est priuatio mutationis successiuæ, quæ tempore mensuratur, sed immutatio est priuatio mutationis subitæ, quæ instanti mensuratur. Intelligendum etiam, quod loquendo de contrarietate proprie dicta, quæ est inter formas positiuas, sic nec quies, nec immutatio contrariatur inuicem, quia vtrobique est priuatio, extendendo tamen nomen contrarietatis ad oppositionem, quæ est D inter priuationem, & habitum, sic quies in termino a quo contrariatur motui, & mutatio, quæ est sub termino a quo, contrariatur mutationi. Et adhuc magis extendendo hoc nomen cõtrarietatis ad incompossibilitatem omniũ, quæ non possunt simul inesse eidem, sic quies contrariatur quieti, & immutatio immutationi. Vnde habetur, quod contrarietas quantum spectat ad propositum accipitur tripliciter videlicet, proprie, & sic solũ est inter formas positiuas. Alio modo accipitur large, & sic se extendit ad contrarietatem proprie dictam, & etiam ad oppositionem, quæ est inter priuationem, & habitum. Tertio modo accipitur largissime, & sic est communis ad omnem incompossibilitatem, seu oppositionem quorumcũque respectu eiusdem subiecti. Vnde largissime loquendo de contrarietate, illa quæcunque non possunt inesse eidem subiecto simul sunt contraria, siue sint positiua, siue priuatiua, & cõtrarietas isto modo

Trigesima secũda cõclusio huius libri.

accepta est in plus, quã oppositio proprie sumpta, quæ diuiditur in oppositionẽ contrariã, & contradictoriã, &c. Omnis tñ contrarietas est oppositio, largè loquẽdo de oppositione. Quare igitur est dicendum, quod quietes sub formis cõtrarijs sunt contrariæ, & immutationes sub oppositis suot contrariæ, largissime loquendo de contrarietate, sed proprie loquendo, nec sunt contrariæ, nec oppositæ, quia nec sunt proprie contrariẽ, nec contradictoriæ. Et sic de alijs speciebus proprie dictis.

MOVENTVR, ET SOLVVNTVR DVBITAtiones circa contrarietatem motuum, & quietum. Tractatus tertius. Cap. III.

Dubitauerit aũt quispiã, cur in mutatione quidẽ, quæ est in loco: tam quietes, quã motus secundum naturam sunt: preterquã naturam in cæteris vero non sunt, vt alteratio alia sit secundũ naturã, alia præter naturam. Non n sanatio magis, quam ægrotatio secũdũ naturam est: aut dealbatio, quã denigratio. Similiter, & in accretione, decretioneve. Neque. n. hæ inter sese contrariæ sunt: vt altera sit secundũ naturam. altera præter naturã Neque accretio accretioni simili modo contraria est, decretioue decretioni. In generatione quoq; corruptioneue eadem ratio est Neque enim generatio quidem est secundum naturam: corruptio autem preter naturam Senescere enim secundum naturam est Neque generationem aliam secundum naturam. aliam; præter naturam esse uidemus.

Tex. c. 56. *Dubitabit autem aliquis: quare in mutatione quidẽ secundũ locum sunt, & secundum naturam, & extra naturam, & quietes, & motus: in alijs autẽ non, vt alteratio: hec quidẽ secundum naturam, illa autem extra naturam, nihil. n. magis sanatio: aut ægrotatio secundum naturam, aut extra naturam, neque dealbatio, aut denigratio. Similiter autem est, & in augmento, & decremento. Neque adinuicem hi contrarij, vt secundum naturam, aut extra naturam. Neque augmentum augmento. Et in generatione autem, & corruptione, eadem ratio est. Neque generatio quidem secundum naturam: corruptio autem extra naturam. Senescere enim secundum naturam est. Neque generationem videmus aliam quidem secundum naturam, aliam vero extra naturam.*

ISTVD est tertiũ cap. huius tractatus: in quo phy. mouet: & soluit quædã dubia circa contrarietatem motuũ, & quietũ, & continet quatuor partes principales sm numerũ quatuor dubitationum, quas mouet, & soluit. Secunda ibi [Habet aũt dubitationẽ.] tertia ibi. [Habet aũt dubiũ.] quarta ibi [Qm̃ aũt quibusdã.] Prima pars continet duas particulas: qm̃ in prima mouet dubitationẽ. In secũda ibi [Aut si est.] Soluit illã dubitationẽ. In prima igitur

Dub. phy. particula huius partis phylo. mouet dubitationẽ talẽ, s. vtrũ in alijs motibus a motu locali inueniatur contrarietas sm naturã, & non naturã sicut inuenitur in motu locali: qm̃ in motu locali inuenitur contrarietas sm naturã, & nõ naturã. Nã motus ignis sursum, & motus ignis deorsum cõtrariantur ex hoc, qđ vnus motus est sm naturã, & alius est extra naturã, sed in alijs motibus non vr̃, quod sit talis cõtrarietas, s. sm naturã, & non naturam. Similiter in quiete sm locũ inuenitur contrarietas sm naturã, & non naturã, sed in alijs quietibus nõ vi. ꝙ sit cõtrarietas sm naturã, & nõ naturã. Vnde in primo aspectu põt aliquis dubitare, quare talis cõtrarietas inuenitur in motu locali, & nõ i alijs motibus. Vñ nõ dr̃ vna alteratio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna augmentatio naturalis, & alia extra naturã, nec dr̃ vna gñatio naturalis, & alia extra naturã, & eodẽ modo est de corruptione. Senescere. n. est uia ad corruptionẽ, & est sm naturã. Et d. Com. ꝙ hominẽ senescere est via ad corruptionẽ, & tñ senescere nõ diuiditur io naturale, & in nõ naturale, & sic iuuenescere est via ad gñationẽ. s. ad gñationẽ status perfecti, sed nõ existimatur, ꝙ aliud est naturale, & aliud innaturale. Intelligẽdũ est, ꝙ illa, quæ dicit phy. hic. s. ꝙ in

A alijs motibus a motu locali nõ est cõtrarietas sm naturã, & nõ naturã, nõ dicit asserẽdo, sed magis dubitando, & inquirendo.

Quod si id, qđ est vi, præter naturã est & corruptio sanè corruptioni contraria erit ea, quæ est vi, quia est præter naturã ei, quæ est secundũ naturã. Sunt igitur & generationes violentę fatoque non definitę, quibus hæ, quę sunt secundũ naturã, contrariæ sunt, & accretiones itidem violentæ decretionesve, vt eorum accretiones qui ob delitias cito pubescunt, & ea frumẽta, quæ cito adolescunt, incrementaque suscipiunt, antea quam humo bene compressa stirpium eliciant fibres.

Tex. c. 57. *Aut si est, quod violentia sit extra naturã: tunc, & corruptio erit corruptioni cõtraria, quę violenta, & quę extra naturã ei, quę secundum naturam. Ergo naturæ, & generationes quædam sunt violentæ, & non moderatę, quibus contrarię sunt, quæ sunt secundum naturam.* B *Et augmenta sunt violenta, & decrementa, vt augmenta, quę velociter propter alimentum pubescentium sunt, & tritica cito, & adducta, & non constricta.*

HÆc est secunda particula huius partis, in qua phyl. soluit illã dubitationẽ, & cõtinet duas partes, qa in prima phyl. soluit dubitationẽ, & declarat solutionem. In secunda ibi [Oino quidẽ.] Facit rememorationem de modis prædictis sm quos motus sunt cõtrarij, & qes est cõtraria motui, vel quieti. In prima igitur parte huius particulę phy. ponit solnnẽ huius dubitationis, q̃ cõsistit io hoc, quod nõ solũ in motu locali est cõtrarietas, per hoc, quod motus unus est sm naturã, & alius extra naturã, sed ẽt in alijs transmutationibus inuenitur contrarietas sm naturã, & non naturã & ita soluitur hæc dubitatio per interemptionẽ illius, quod hæc dubitatio supponebat. Istã igitur solutionem declarat phyl. & incodit probare istam conclusionẽ, quod in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas sm naturã. & non naturã, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri: quæ probatur per syllogismũ hypotheticũ sic. Si illud, qđ est violentũ est extra naturã, & in omni

Trigesima tertia conclusio huius libri.

C genere transmutationis inuenitur transmutatio violenta, sequitur, quod in omni genere transmutationis, inuenitur translatio extra naturã, & per consequens in omni genere transmutationis inuenitur contrarietas, quæ est sm naturã, & nõ naturã: quia manifestũ est, ꝙ in oĩ genere trãsmutationis naturalis inuenitur trãsmutatio naturalis. si igitur in oĩ genere transmutationis inuenitur transmutatio extra naturã, siue nõ naturalis. sequitur, ꝙ in oĩ genere transmutationis inuenitur contrarietas sm naturã, & nõ naturã, maior huius rõnis est manifesta. s. ꝙ si aliquod est violẽtũ, illud est extra naturã, & minor probatur, s. quod in oĩ transmutatione inuenitur trãsmutatio violenta, & hoc probatur inductiue, & quia in motu locali est manifestũ, s. quod in motu locali inuenitur motus violentus, ideo phyl. supponẽs hoc esse manifestũ in motu locali facit inductionẽ in alijs motibus, & primo facit inductionẽ in motu generationis, & corruptionis, & in motu augmentationis. Secundo uero facit inductionẽ in motu alterationis. Dicit igitur primo, qđ si illud, quod est violentũ sit extra naturã, tunc corruptio extra naturã erit cõtraria corruptioni sm naturã, quia corruptio violenta est extra naturã, ideo corruptio violenta est

D contraria corruptioni naturali. Sed, quod aliqua corruptio sit naturalis, & aliqua violenta patet, quia corrumpi senio est naturale, sed corrumpi gladio est violentũ. Et ex hoc, ꝙ quædã corruptio est naturalis, & quædam violenta, concludit phyl. ꝙ quædã generatio est naturalis, & quædã violenta, & per consequens quædã generatio est naturalis, & quædã non naturalis, & per cõsequens generatio cõtrariatur generationi sm naturã, & non naturã. Textus quem exponit Com. continet talem sententiam, ꝙ quia generatio violenta fit plusibus modis, & non est tñ una species generationis uiolentæ, ideo generatio naturalis fit pluribus modis, ita ꝙ modi generationis naturalis erunt contrarij modis generationis violentæ. & hoc fundatur super illud. videlicet, ꝙ si vnũ cõtrariorũ dicitur multipliciter, & reliquũ dicitur multipliciter. Aũt Com. mouet hic dubitationẽ dicens, ꝙ istud existimatur nõ sequi, qm̃ existimatur, ꝙ non sequitur, quod si infirmitas sit multarũ specierũ, qđ contrariũ illarũ specierum sint species sanitatis, quia sanitas est vna & ægritudines sunt multæ. Vnde Com. quasi respondendo

Expositio Com.

Dubium.

Solutio.

do dicit. Sed forte videtur, quod vna sanitas cōtineat multas particulares sanitates oppositas illis multis ægritudinibus, sed nō habent nomina, & ideo latent. hæc Commen. Vnde hæc est respōsio, quod multæ sunt species sanitatis, sicut multę sūt species ægritudinis, quia tamē speciebus sanitatis non sunt nomina imposita, sicut speciebus ægritudinis, ideo species sanitatis non sunt nobis manifestæ, sicut species ægritudinis. Hāc tñ responsionem non asserit Commen. nec est responsio vera, quia certū est, quod sanitas est species specialissima, quia consistit in cōmensuratione seu adæquatione humorū, quæ quidē adæquatio respectu eiusdē subiecti non pōt specifice diuersificari, nā sanū esse est bonū animalis, & bene se habere est, vno modo tantū, quāuis male se habere sit multis modis, vt patet, per Phylosophū circa finē secundi æthicorū, vnde pluribus modis contingit recedere ab adæquatione humorū, quā contingat attingere ad eam, & ideo quāuis ægritudines sint multę secundū speciē propter diuersos modos recedēdi ab æqualitate, propter hoc nō oportet, q̄ sanitates sint multę secundum speciē Vnde quando vnum contrariorū consistit in indiuisibili, vel in medio, & aliud hēt latitudinē, tunc nō oportet, q̄ si vnū habeat species, quod propter hoc aliud habeat species, & sic est de sanitate & ægritudine sed non est sic de generatione, & corruptione, de quibus Phylosophus hic arguit. Sed contra hoc arguitur, quia quarto topicorū Phylosophus dicit, q̄ si genus habet cōtrariū, necesse est speciem habere contrariū, sed ægritudo habet cōtrariū, igitur febris, quæ est eius species, habet contrariū, sed nihil est contrariū febri nisi sanitas specialis, & alia sanitas opponitur febri, & alia ophthalmiæ, i. infirmitati oculorū, ergo sunt plures species sanitatis. Dicendum est, quod illud nō est generaliter verū, videlicet, q̄ si genus habet contrariū, quod propter hoc sit necesse speciē habere contrariū, vnde Phylosophus quarto topicorū ponit instantiā in sanitate, & ægritudine, quæ sunt contraria, febris tamē, quæ est species ægritudinis non habet contrariū propriū, habet tamē contrariū secundū genus suum, & sic potest intelligi, considerando, videlicet, q̄ si genus hēt contrariū, quod species habet contrariū, vel secundū se, vel secūdū genus, & hoc est vniuersaliter verū. Similiter in augmentatione inuenitur, contrarietas secundū naturā, & non naturā. Nā augmentatio violenta contrariatur augmentationi naturali, & augmentatio violenta est extra naturā. Est. n. aliqua augmentatio violēta, vt augmentū puerū propter luxum, & abundantiā in comestione, vt habet textus, quem exponit Commen. Vnde dicit Commen q̄ augmentū violentū est, vt augmentū puerū, quod festinat ante tēpus assuetū propter multitudinē in luxu, & sic semē abundans in aqua, cuius corpus crescit, & nō condensatur propter multitudinem humorum, hæc Commen.

Obiectio.

Respōsio.

Idem 2. colliget. c. primo & 3. eg. c. 8.

In alteratione vero, quomodo res se habet.

In alteratione autem sic, aut similiter.

Declarat phylosophus, quod etiā in alteratione inuenitur contrarietas secundū naturā, & non naturā, quia quidā alterantur violenter, & quædā nō, v. g. In alteratione infirmorū de ægritudine in sanitatem: qm̄ quidā alterātur, in die cretica, & illa est alteratio naturalis, & quidā alterātur in die nō cretica, & est alteratio nō naturalis Vnde sciendū, quod dies cretica est illa in qua naturaliter natura dēt vincere morbū, vel vinci ab illo, & dicitur, q̄ dies crisis accidit in diebus imparibus, vt in die quinto, vel in die septimo, & sic de alijs.

An modo eodem, esse enim possunt alteratione, partim violentæ, partim naturales Qui nanq; in non dijudicantibus diebus liberantur, hi præter naturā alterari videntur. Qui vero in dijudicātibus hi secundum naturā alterantur. Ipsę igitur, corruptiones inter sese erunt contrariæ, non solū generationi. At quid prohibet. Sunt enim aliquo modo contrariæ. Etenim si altera voluptatem, altera dolorem afferret, erunt hoc quoq; pacto cōtrariæ Quarę nō absolute corruptioni corruptio, est cōtraria, sed vt altera ipsarū e talis, altera talis.

Tex. c. 58. *Erunt enim alię, quidem violentæ, alię vero naturales, vt dimissi non in criticis diebus, alij autem in creticis. Alij quidem extra naturam alterantur, alij vero secundum naturam. Erunt igitur corruptiones contrariæ, adinuicem, non generationi, & quid prohibet: est enim sic. Et nanque si hæc quidem dulcis, illa vero tristis est, quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria, est, sed secundum, quod hoc quidem huiusmodi est, alia vero huiusmodi harum est.*

Sed aliquis posset dicere, quod corruptio non videtur esse contraria corruptioni, quia corruptio contrariatur generationi sed tantū vnū opponitur vni, ergo corruptio non est contraria corruptioni, & per consequens in corruptibilib. nō est contrarietas secundū naturā, & non naturā, & ideo Phylosophus hoc remouendo dicit, quod corruptiones sunt contrariæ adinuicem, & non generationi, hoc est non solū sunt cōtrariæ generationi, & hoc declarat, quia corruptio tristis contrariatur corruptioni delectabili, corruptio tamē non est simpliciter contraria corruptioni, quia non omnis corruptio est contraria omni corruptioni, sed quædā corruptio est cuidam, corruptioni contraria, s. secundū hoc, q̄ vni accidit vna dispositio, & alij dispositio contraria, vt tristitia, & delectatio Intelligendum, quod Commen. exponit illā literā dupliciter, s. quod quædā corruptio est dulcis, & quædā tristis, vno modo, per corruptionē dulcem, vel delectabilē intelligit Phylosoph⁹ corruptionē naturalem, & per corruptionem tristem intelligit corruptionem violentā. Alio modo, quod Phylosophus, per delectabile intelligit illud, q̄ est minoris contristationis, q̄a omnis corruptio est contristabilis necessario, sed corruptio violenta est magis contristabilis. Intelligendū ēt est hic, q̄ illa contrarietas in motibus, q̄ attenditur secundū naturam, & extra naturā non est illa quæ accidit secundū contrarietatē terminorū: qm̄ inter eosdē terminos possunt esse duo motus. s. vnus secundū naturā, alius vero extra naturam, vt patet: qm̄ motus terræ sursum, & motus ignis sursum, sunt inter eosdē, terminos, & vnus est secundū naturā, & alius extra naturā, & similiter inter terminos cōtrarios possunt esse duo motus naturales, vt motus ignis sursum, & motus terræ deorsū, & isti cōtrariātur secundū cōtrarietatē terminorū, & nō cōtrariātur, p̄ hoc, q̄ vnus est secundū naturā, & alius extra naturā Et ideo, dico, q̄ illa cōtrarietas motuū, q̄ accipiatur penes secūdū naturā, & extra naturā est alia ab illa cōtrarietate, q̄ accipitur ex cōtrarietate terminorū, & accipitur hic cōtrarietas largè p̄ incōpossibilitate, vel oppositione circa subiectū, vt est motus secundū naturā, q̄ est motus secundū inclinationē mobilis, vel secūdū cōsuetū cursum naturæ. & motus extra naturā est ille, qui est contra inclinationem mobilis vel contra communem cursum naturæ. Vnde si aliquis curetur a febre in die non critica, per hoc quia natura vincit morbum, illa curatio vno mō, est naturalis q̄a agēs naturale naturaliter transmutat naturā, & est ibi actio naturalis, & alio modo est talis curatio extra naturā, q̄a est cōtra cōmunē cursū naturæ. Notā tñ secundū Alb. hic, q̄ aliqd dicitur naturale dupliciter, vno modo secūdū p̄fectionē rei naturalis, alio modo secundū rationē imperfectā. Illud est naturale secundū rōnē p̄fectā naturalis, q̄ est a principio intra mouentē p̄ se, & nō secundū accidens secundū ordinē, quo natura particularis cōiuncta mouetur a natura vniuersali nō cōiuncta, q̄ est in cęlo, & stellis naturā particularem ōis rei ordinātib. Naturale secundū diminutā rōnē naturalis, est illud, q̄ deficit in aliquo mēbro huius diffinitionis, s. aut q̄a est secundū naturā inferiorē, & nō secundū superiorē. aut econuerso, aut quiá est a natura mouente per aliquod accidens. Similiter autem innaturale dicitur dupliciter. quia aut dicitur, innaturale oppositum principio intrinseco, secundum omnia illa, quibus ordinatur ad actum tam in superioribus quam in inferioribus, & hoc est violentum simpliciter, quia ad talem actum nihil cooperatur nisi, quod violentiam patitur, sicut motus lapidis sursum, aut est in naturale, q̄a est priuatum aliquo, principiorū prædictorū, & hoc est idē cū naturali secundū diminutā rationem naturalis, & hoc naturale non est violentū, omnino, sed est præter naturam & hoc inuenitur in omnibus motibus, & mutationibus, hæc Alb. Ex quo patet, quod sanatio a febre in die non cretica est naturalis secundum diminutam rationem naturalis, & sic est innaturalis, quia non habet, perfectam rationem naturalis.

Prima expositio. Commē.

Secunda expositio.

Dominus Albertus.

Omnino, igitur motus quiesve dicto modo, subeunt, contrarietatem. Motus enim quo ad supera pergitur, contrarius est, motui quo, ad infera itur, loci enim hæ sunt contrarietates.

A igitur phylosophus, quod si quies violenta generaretur: tunc cum terra, vel aliud graue ferebatur sursum: violenta hoc est per motum violentum: staret: hoc est intendit quietem, sed quod stat hoc est intendit quietem semper uidetur uiolentius ferri quanto magis appropinquat quieti, sed contrarium huius accidit in his, quæ violenta mouentur. Deinde infert conclusionem phylosophus dicens. Non factum ergo quiescens erit quiescens, hoc est, quiescens igitur erit quiescens absque factione & generatione quietis.

Prætereà ipsum stare de eo proprie dici videtur, quod secundum naturam ad proprium locum pergit, non de eo, quod præter naturam fertur, & aut omnino id esse suum in locum ferri, aut simul accidere.

Amplius videtur positum stare, aut omnino esse in ipsius locum ferri: aut accidere simul proprie duci, vt in proprium qui est secundum naturam locum, non in eum qui est extra naturam.

B Secundo probat phylosophus idem sic, generatio quietis, vel est idem, quod motus naturalis, quo aliquid fertur in locum proprium: aut est simul cum motu naturali, sed generatio quietis uiolentę, nec est motus naturalis, nec simul accidit cum motu naturali. ergo non est aliqua generatio quietis violentę. De hac ratione sola maior ponitur in textu. Dicit igitur phylosophus sic. Amplius videtur stare, hoc est quietem generari, aut omnino esse in ipsius locum ferri, hoc est, aut esse idem cum motu naturali in locum proprium, aut accidere simul cum motu naturali in locum proprium. Intelligendum est, quod ista dubitatio non soluitur hic, nec in translatione Commen. sed posterius. Potest tamen sic solui, scilicet, quod proprie loquendo de quiete, scilicet, secundum quod est priuatio motus sic, sicut ad motum non est motus, ita ad quietem non est motus, tamen large loquendo de motu, vel generatione sic est concedendum aliquo modo, quod quies est generata, quia denuo denominat subiectum, non tamen est generatio quietis uiolentę, eo modo quo generatio est quietis naturalis. quoniam quies naturalis causatur a natura existente in se mota, a qua causatur motus naturalis, ab eadem enim natura causantur motus naturalis, & quies naturalis, sed quies violenta causatur a virtute violenta deficiente: quoniam cum virtus violenta sit fortis in principio motus est potens prohibere motum a loco suo: & ad mouendum ipsum vlterius, & postea in fine motus virtus violenta est intantum debilitata, quod non sufficit ad vlterius mouendum, sed solum impedit mobile a loco suo, & tunc facit mobile violenter quiescere. Minor enim virtus sufficit ad impediendum mobile a motu naturali, quam requiratur ad mouendum ipsum motu contrario, & ideo cum virtus uiolentans intantum debilitetur, quod non potest vlterius mouere impedit motum contrarium, & facit mobile quiescere. Cum uero uirtus uiolentans intantum debilitetur, quod nec sufficit ad mouendũ, nec ad impediendum motum naturalem: tunc mobile incipit moueri motu suo naturali, & hæc est causa, quod lapis proiectus sursum quiescit in puncto reflexionis, nisi impediatur, proijciens enim est causa huius quietis per hoc, quod non sufficit ad mouendum vlterius, sed solum ad prohibendum mobile a loco suo, & a motu naturali ad locum suum. Et hoc forte intelligunt aliqui qui dicunt, quod in motu uiolento est generatio quietis defectiue, sed in motu naturali est generatio quietis effectiue, quare &c.

C

Habet autem hic locus dubitationem: si quis ea quæ hic est: ei motui qui hinc est contraria sic. Cum enim quippiam ex hoc mouetur, aut etiam abijcit: adhuc id quod abijcitur habere videtur. Quare si hæc quies contraria sit ei motui quo hinc ad contrarium itur: contraria simul erunt. D

Tex. c.62. *Habet dubitationem, si contraria est quies: quę est hic: qui huic est motui: cum enim moueatur ex hoc aut reijciatur: adhuc videtur habere, quod abiectum est: quare si hęc quies contraria est ei, qui huic est in contrarium motui simul erunt contraria.*

A Haec est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus mouet tertiam dubitationem & continet duas particulas, quia in prima mouet, & soluit dubitationem. In secunda ibi [Dubitabit autem utique.] reuertitur ad dubitationem in secunda parte huius capituli motam. Prima particula continet duas partes, quia in prima phylosophus mouet quæstionem, & arguit ad unam partem. In secunda ibi [Aut sic quiescit] soluit illam dubitationem. In prima igitur parte huius particulæ phylosophus mouet dubitationem, & arguit ad eam. Dubitatio igitur est ista, utrum quies in termino a quo contrarietur motui, sicut prius deductum est, & arguit phylosophus probando, quod non: quia mobile dum mouetur habet aliquid illius, a quo mouetur. ergo si quies in termino a quo contrarietur motui sequitur, quod mobile dum mouetur habet aliquid de quiete termini a quo, & per consequens contraria sunt simul in eodem, scilicet, motus, & quies in termino a quo.

An ex aliqua parte quiescit, si adhuc manet: omnino autem eius, quod mouetur pars est illic: pars est in eo in quod mutatur. Quocirca, & motus magis contrarius motui quam quies De motu B **igitur quieteve quomodo unus unaque est, & qui & quæ quibus aduersantur: satis iam diximus.**

Aut sic quiescit, aut adhuc manet. Omnino aũt eius, quod mouetur: aliud quidem ibi: aliud autem est in quod mutatum est: vnde, & magis motus motui contrarius est quam quies. Et de motu quidem, & quiete: quomodo vtraque vnum sint, & quæ contrariæ quibusdam dictum est. Tex. c.63.

Hæc est secunda pars huius particulæ: in qua phylosophus soluit illam dubitationem: quæ solutio consistit in hoc, quod quies non contrariatur motui simpliciter: sed quodammodo, & etiam quies in termino a quo non est in eo, quod mouetur quodammodo, quia illud, quod mouetur partim est in eo, e a quo mouetur, & partim est in eo, ad quod mouetur. Vnde eius, quod mouetur aliud est ibi, scilicet, in termino a quo, & aliud est in eo in quod mutat, scilicet, in termino ad quem. Vnde non est inconueniens, quod illud, quod quodãmodo contrariatur motui, cuiusmodi est quies: sit quodammodo simul in eodem cum motu. vnde quies non est simpliciter contraria motui sed motus magis est contrarius motui quam quies, ut dicit hic phylosophus. Notanda sunt hic duo dicta Com. primo, quod quies non est nisi priuatio motus & contrarium in rei ueritate motui est motus oppositus ei, & ideo possibile est, ut quies, & motus in eodem inueniantur in duabus partibus moti, & non est possibile, vt duo motus contrarij inueniantur in duabus partibus eius, scilicet, moti, sed necessario impediunt se adinuicem, & modicum post dicit Com quod motus potest congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario: neque in duabus partibus diuersis hęc Com. & hoc est verum de motu pure locali, & de mobili omnino continuo in partibus, quoniam continuum est, cuius est unus motus, & ideo non potest una pars moueri localiter pure uno motu, & alia pars motu contrario. loquendo tamen de motu alterationis sic bene est possibile, quod una pars moueatur uno motu, & alia motu contrario, quia possibile est, quod idem mobile calefiat secundum unam partem, & frigefiat secundum aliam partem, sed illud mobile non erit continuum secundum formam, quamuis possit esse continuum secundum quantitatem. Vel potest illud intelligi de primo moto, & tunc est generaliter in omni motu uidelicet, quod impossibile est motus contrarios congregari in diuersis partibus primi moti. Si enim aliquid calefiat primo: hoc est secundum quamlibet partem, impossibile est motum contrarium, scilicet, frigefactionem esse in aliqua parte illius primi moti, & hoc forte melius. Secundo est notandum, quod Commen. dicit, quod est sciendum, quod quies coniuncta cum motu non est distincta a motu, idest, in parte distincta, quoniam sequeretur ex hoc, quod aliquid moueretur in aliqua parte, & quiesceret in alia, & tamen non est distincta, igitur est in potentia, & in actu. hæc Commen. Ex his patet, quod quies, quæ simul est cum motu est in eadem parte, in qua est motus, & ideo non est quies in actu, sed est quies in potentia. Attamen dubitatur quid Commenta. intelligat per quietem in potentia, &

Primum notan.

Secundũ notan.

stit, aut adhuc manet. Totaliter autem eius, quod mouetur hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur, propter quod magis motus motui contrarium quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter unus dictum est, & de motu quidem, & quiete quomodo utique unus, & qui contrarij quibusdam dictum est.

Vlterius phylosophus dicit, quod motus forte non opponitur quieti: quia cum aliquid mouetur habet partem de quiete ex qua mouetur, & sic si motus simpliciter opponeretur quieti sequeretur, quod contraria essent simul in eodem: quia omne, quod mouetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. Et propter hoc concludit phylosophus: quod motus magis contrariatur motui quam quies, & hæc est vigesimaquarta, & vltima conclusio huius libri, quæ probatur sic. Motus & quies possunt esse simul in eodem: sed quæ contraria non possunt esse simul sunt magis cõtraria, quam illa, quę possunt esse simul, ergo motus magis contrariatur motui, quam quies. Et Commentator dicit hic: quod quia phylosophus notificauit, quod quies non opponitur motui in rei veritate, sed secundum priuationem, & habitum, notificauit hæc, & quod quodammodo opponitur: licet non opponatur, sicut motus opponitur motui: deinde recapitulat, ut patet.

Vigesima quarta cõclusio huius libri.

FINIT EXPOSITIO BVRLÆI IN LIbrum quintum de Physico auditu Aristotelis.

LIBER SEXTVS.

DE PARTIBILITATE, ET CONtinuitate motus, & annexorum motuum.

Tractatus. I.

SI autem ea continua sunt, ut antea diffinimus: quorum vltima sunt unũ, & tangentia: quorum fines sunt simul: & eademque deinceps inter quæ nihil eiusdem generis cadit: impossibile est ex indiuisibilibus continuum quicquam constare, ut ex punctis lineam: si linea quidem continuum: punctum aũt indiuisibile sit. Vltima namque punctorũ nec vnum sunt quippe: cum indiuisibilis res nõ sit hoc quidem vltimum: illud autem alia pars quædam. Nec etiam simul, cum nullum sit prorsus vltimũ eius quod partibus caret. Vltimum enim, & id cuius est vltimum patet esse diuersa.

Tex. cõ.1.



I autem est continuum, & quod tangitur, & consequenter, sicut diffinitum est prius: continua quidem quorum vltima unum. Quę vero tanguntur quorum simul. Consequenter autem, quorum nihil est medium proximi generis: impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquod continuum, ut lineam esse ex punctis: si uero linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile. Neque enim vnum sunt vltima punctorum. Non est enim hoc quidem vltimum punctorum: aliud autem aliqua pars indiuisibilis. Neque simul sunt vltima: non enim est vltimum nihil impartibilis: alterum enim est vltimum, & cuius est vltimum.



OSTQVAM in quinto libro determinatum est de motu, prout diuiditur in suas partes subiectiuas: in hoc sexto libro determinat phylosophus de motu secundum, quod diuiditur in suas partes integrales, siue quantitatiuas, & hoc est determinare de istis proprietatibus motus, scilicet, de continuitate, partibilitate, finitate, & infinitate motus. Vnde liber iste continet tres Tractatus: quoniam in primo Tractatu determinatur de cõpositione motus, & vniuersaliter cuiuslibet continui. In secundo autem [Quod mutatur autem.] Determinatur de diuisione, declarando, quot & quibus modis motus est diuisibilis. In tertio ibi. [Zeno autem de ratiocinatur.] Ponuntur, & soluuntur quædam sophisticationes antiquorum, propter quas quidam negauerunt motum esse, & quidam dixerunt omnia semper moueri. Primus Tractatus continet quatuor capitula: quoniam in primo declaratur principaliter, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. In secundo ibi. [Quoniam autem omnis magnitudo.] Declaratur per naturam velocitatis, & tarditatis in motu, quod nec magnitudo, nec tempus componitur ex indiuisibilibus, sed quod vtrumque diuiditur in infinitum, ita quod utrunque est infinitum secundum diuisionem, seu in medijs. In tertio ibi. [Et si quodcunque infinitum est.] Declaratur, quod finitas, & infinitas eodem modo inueniuntur in magnitudine, & in tempore, ita quod si unum est infinitum secundum diuisionem, aut secundum extrema, alterum est infinitum secundum diuisionem, uel secundum extrema. In quarto ibi. [Necesse autem, & ipsum &c.] Determinat de indiuisibilitate continuitatis, & continuationis partes temporis adinuicem, & de diuisibilitate mobilis. Capitulum primum continet tres partes principales: quoniam in prima declaratur per naturam ipsius continui absolute, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. In secunda ibi. [Eiusdem autem rationis.] Declaratur per naturam motus, & mobilis, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus. In tertia ibi [Similiter autem necesse est] Declaratur, quod tempus, & magnitudo eodem modo se habent quantum ad diuisibilitatem, & indiuisibilitatem. Prima pars continet tres particulas, secundum numerum trium rationum, per quas declarat suam conclusionem. Secũda ibi. [Amplius necesse est.] Tertia ibi. [Amplius diuiditur.] In prima igitur particula huius partis phyl. ponit unam rationem ad probandum, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. Vnde sciendum est, quod nec Lincolus, nec Lync. qui conclusiones huius sexti ordinauerunt sequuntur ordinem phylosophi secundum quod exponit Commen. Auer. propter quod ego intendo ordinare conclusiones huius sexti libri sequendo ordinem phylosophi secundum expositionem dicti Commẽ. Primo igitur phylosophus ponit unam rationem probantem primam conclusionem huius libri, quæ est illa Quod nullũ continuum componitur ex indiuisibilibus. Vnde prima ratio probans istam conclusionem formatur sic, & hoc secundum expositionem Commen. Omnia, ex quibus componitur continuum, diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum, sed indiuisibilia non diuiduntur in vltimum, ergo indiuisibilia non sunt illa ex quibus componitur continuum. Circa hanc rationem sic procedit phylosophus, quia primo infert conclusionem ex dictis in quinto huius, ex quibus etiam dictis potest probari minor huius rationis. Secundo vero ibi. [Neque enim unum sunt.] Probat minorem huius rationis, ex illis dictis in quinto huius. Dicit igitur phylosophus primo, quod si continuum & contactum, seu contiguum, & consequenter ens sunt, sicut dictum est prius in quinto huius. Ita continua sunt illa, quorum ultima sunt unum, & contigua quorum vltima sunt simul, & consequenter entia, illa, quorum nihil est medium proximi generis, impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus, ut lineam ex punctis si ita est, quod linea sit quoddam continuum, & punctus quoddam indiuisibile, conclusio igitur est illa, videlicet, quod impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus, siue quod nullum continuum componitur ex indiuisibili. Deinde ponit probationem minoris dicens. [Neque vnum sunt] Quæ talis est. Nullum non habens vltimum diuiditur in vltimum, & habens vltimum, hoc statim patet, quia vltimum aliud est ab eo, cuius est vltimum, sed omne indiuisibile est non habens vltimum, ergo nullum indiuisibile diuiditur in vltimum, & in habens vltimum, minor huius rationis patet, quia vltimum aliud est ab eo, cuius est vltimum, & ita omne habens vltimum est diuisibile, & per consequens omne indiuisibile est non habens vltimum, maior huius rationis non ponitur hic in textu, nec etiam eius probatio: sed Commen. probat illam maiorem sic. Necesse est continua contiguari antequam continuentur, sed omnia contigua diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum. Vnde Commen. quasi arguit sic. Omnia contigua diuiduntur in vltimum, & in habens vlti-

Prima rõ.

Tex. c.22. & 25. & 20.

Probatio minoris.

Quomodo sunt intelli. dicta Commẽ. [A] mum, sed omnia continua sunt contigua, ergo omnia continua diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum. Sed circa dicta Commen. hic sunt duo intelligenda. Primo, quod cum Commen. dicit, quod omnia ex quibus componitur cõtinuum, diuidatur in vltimum, & in habens vltimum. non est intelligendum, quod omne illud ex quo componitur continuum diuidatur in vltimum tanquam in partem suam, & in habens vltimum, sed habet sic intelligi, scilicet, quod omne illud, ex quo componitur continuum habet vltimum, & aliquid aliud: non sic quod vltimum sit pars eius. Secundo est intelligendum, quod cum Commen. dicit, quod necesse est continua contiguari antequam continuentur, quod hoc non debet sic intelligi, quod oporteat partes cuiuscunque contigui prius esse diuersas abinuicem, sic quod habeant diuersa vltima priusquam habeant idem vltimum. Sed sic debet intelligi, scilicet, quod omnia continua sunt contigua, ita quod contiguum est prius, & superius, quam cõtinuum, & illud est verum: accipiendo contigua communiter pro omnibus illis, quorum vltimum vnius est simul cum vltimo alterius: sic enim loquendo est verum, quod contiguum est prius quã continuum: quoniam si aliqua sunt continua, vltimum vnius est idem cum vltimo alterius, & per consequens vltimum, vnius est simul cum vltimo alterius, & per consequens illa sunt [B] contigua, & per consequens a primo ad vltimum, si aliqua sunt continua illa sunt contigua, sed non sequitur econuerso, quia illa, quæ habent diuersa vltima existentia insimul sũt contigua, sed non sunt continua. Iterum est intelligendum, quod ratio phylosophi posset aliter formari, & hoc sic. Omne illud, ex quo componitur continuum, habet vltimum, sed nullum indiuisibile habet vltimum, ergo nullum indiuisibile est illud, ex quo componitur continuum, ergo continuum non componitur ex indiuisibilibus, maior huius rationis patet, quia omne illud, ex quo continuum componitur continuatur cum alia parte, nam illud est continuum cuius partes continuantur adinuicem: sed omne continuatum cum alio habet idem vltimum cum eo, cum quo continuatur, quia continua sunt, quorum vltima sunt unum, & per consequens omne illud, ex quo componitur continuum habet vltimum: & hæc est maior, & patet ex quinto huius: minor uero est nota, quia vltimum est aliud ab eo cuius est vltimum, & sic omne habens vltimum habet vltimum, & aliquid aliud, sed indiuisibile non habet vltimum, & aliquid aliud ab eo, quia sic esset diuisibile, ergo nullum indiuisibile habet vltimum.

[C] Preterea puncta, ex quibus continuum constat aut continua sint, aut se tangant necesse est, atque eadem est de cunctis indiuisibilibus ratio. At continua sanè nequeunt esse propter rationem iam dictam Et cum quippiam tangit, aut totum tangit totum, aut pars partem, aut totum partem, cũ igitur indiuisibile partibus careat, totum ipsum tangat necesse est. At ex hisce quæ hoc pacto, se tangunt nullum continuum vnquam emerget. Cõtinuum enim habet aliam, atque aliam partem, & diuiditur in partes eandem subeuntes legem, & separatas etiam loco.

Tex. cõ. 2. *Amplius: necesse est, aut continua esse puncta, aut tangentia se adinuicem, ex quibus est continuum. Eadem autem ratio est, & in omnibus indiuisibilibus. Cõtinua quidem igitur non erunt propter prædictam rationem.* [D] *Tangit autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est indiuisibile, necesse est totum tangere totum. Totum autem totum tangens non est continuum. Continuum enim habet hoc quidem aliam, illud uero palam aliam partem, & diuiditur in sic diuisibilia, & loco discreta.*

Secunda ratio. HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus. Ratio igitur talis est. Si continuum componeretur ex indiuisibilibus illa indiuisibilia, aut essent continuata, aut contiguata, aut consequenter entia; sed nullo istorum modorum [A] possunt indiuisibilia esse in continuo componentia continuum, ergo nullo modo potest continuum componi ex indiuisibilibus, maior uero patet per sufficientem diuisionem, pluribus enim modis non uidetur, quod partes eiusdem cõtinui possint se habere adinuicem, minor uero probatur quãtum ad vtramque eius partem, & primo quod indiuisibilia non possunt esse continuata adinuicem, quia continua sunt, quorum vltima sunt vnum, sed indiuisibilia non habent vltima unum, quod indiuisibile non habet vltimum declaratum est, ergo indiuisibilia non possunt esse continuata adinuicem, & quod etiam indiuisibilia non possunt esse contiguata adinuicem, probatur sic, contiguata adinuicem tangunt se, si igitur indiuisibilia componentia continuum essent contiguata adinuicem, sequeretur, quod omnia indiuisibilia tãgerent se, quod est impossibile, & probatur, quia si indiuisibilia componentia continuum tangerent se, aut igitur pars tãgeret partem, aut totum tangit partem, aut pars tangit totũ, aut totum tangit totum. Non est dare primum, nec secundum, nec tertium, quia indiuisibilia non habet partem, nec etiam est dare, quod totum tangat totum, quia omne continuum habet unam partem extra aliam, & etiam diuiditur in partes loco determinatas, & sic continuum est maius sua par- [B] te, sed compositum ex illis, quæ tangunt se secundum totum non est maius uno illorum, quia quodlibet illorum occupat totum locum, quem ipsum totum occupat, ergo continuum non componitur ex indiuisibilibus tangentibus se sic, quod totum tangat totum. Vnde Comment. format illam rationẽ sic. Omne continuum fit ex rebus ex quarum continuatione adinuicem fit magnitudo. i. aliquid maius, & est illud, quod habet partes, sed ex continuatione indiuisibilium adinuicem secundum totum non fit magnitudo, hoc est, non fit maius, nec aliquid habens partes, ergo ex indiuisibilibus contiguatis adinuicem secundum totum non fit continuum, ergo maior patet de se, & minorem probat Comment sic. Contiguatio aliquorum secundum se totum non est nisi eorum superpositio, sed ex superpositione indiuisibilis super indiuisibile non fit maius, ergo ex continuatione indiuisibilium adinuicem non fit magnitudo, nec aliquod maius. Quod autem ex superpositione indiuisibilis super indiuisibile non fiat maius. Commen. declarat per exempla: nam quia linea est indiuisibilis secundum latitudinem, ideo ex superpositione lineę super lineam non fit magnitudo in latitudine. Similiter quia superficies est indiuisibilis secundum profunditatem: ideo ex superpositione superficiei super superficiem non fit [C] magnitudo secundum profundum. Et vniuersaliter indiuisibile ex ea parte qua est indiuisibile non facit maius. Et quia pũctus est indiuisibilis ex omni parte ideo non facit maius, nec aliquid habens partes, & omne continuum habet partes, ergo. Intelligẽdum est hic, quod indiuisibile ex ea parte, qua est indiuisibile non facit maius, quia igitur linea indiuisibilis secundum latitudinem: ideo linea addita lineæ non facit maiorem latitudinem, tamen quia linea est diuisibilis secundum longitudinem, ideo linea addita lineæ ex parte longitudinis facit maiorem longitudinem: linea autem additur lineæ secundum longitudinem, quando vna linea additur extremitati alterius lineæ, ita quod illæ lineæ tangunt se secundum earum vltima: linea uero supponitur lineæ, quando una ponitur super aliam, & illa addita est secundum latitudinem, & non secundum longitudinem, & quia linea est indiuisibilis secundum latitudinem, ideo ex tali superpositione non causatur latitudo, nec etiam ex tali superpositione causatur longitudo: quia non fit additio secundum longitudinem, & eodem modo est de superficie. s. quod superficies superposita superficiei non facit profundum, quia superficies est indiuisibilis secundum profundum. Et his potest parere [D] quare duæ lineæ, uel duę superficies possunt esse simul adæquatę, sed duo corpora non possunt esse simul adæquata. Et causa propter quam duæ lineæ, uel duæ superficies possunt esse simul adæquatæ est, quia sunt indiuisibiles secundum aliquam dimensionem, & secundum illam dimensionem secundum quam sunt indiuisibiles possunt esse simul, quia ex illa parte non faciunt distare. Impossibile tamen est, quod duæ lineæ ex ea parte qua sunt diuisibiles sint simul adæquatæ. Sĩ enim linea addatur lineæ secundum longitudinẽ, ita quod una tangat aliam secundum vltima tantum, certum est, quod non sunt simul adæquatæ immo, quod duæ lineæ coniunctæ adinuicem secundum longitudinem sint simul adæquatæ, hoc includit contradictionem. Causa uero propter quam duo corpora non possunt esse simul adæquata est, quia corpus est diuisibile secundum omnem dimensionem, & ideo est

quia

omni parte facit distare. Vnde sicut impossibile est, quod duæ longitudines tangentes se secundum longitudinem sint simul adæquatæ, ita impossibile est, & forte contradictionem includens, quod duæ profunditates tangentes se ex parte profunditatis sint simul adæquatæ. Intelligendum etiam, quod

Dubium. ex isto loco accipitur unum commune dictum, s. quod indiuisibile additum alicui non facit maius. Hoc tamen non videtur uerum, quia ex duobus indiuisibilibus fit unum totum, verbi gratia, ex intellectu, & specie intelligibili fit unum totum, & omne totum est maius sua parte, ergo indiuisibile additum indiuisibili facit maius sua parte. Item vnitas est indiuisibilis, & tamen unitas facit maius: quoniam numerus ternarius est maior numero binario, & tamē numerus ternarius non excedit numerum binarium nisi in vnitate, ergo. Dicendum est igitur, quod facere maius est dupliciter, scilicet, uel entitatiue, uel quantitatiue, & facere maius quantitatiue iterum est dupliciter, videlicet, vel facere maius quantitatiue, secundum quantitatem discretam, vel facere maius quantitatiue secundum quantitatem continuam, dico igitur, quod indiuisibile additum alteri facit maius entitatiue, quia magis est de entitate in duobus indiuisibilibus, quam in uno, & sic debet intelligi illud principium, si debeat vniuersaliter intelligi, scilicet, omne totum est maius sua parte entitatiue, quoniam omne totum habet plus de entitate, quam sua pars, sed in alio intellectu non est illud principium vniuersaliter uerum, quia non omne totum est maius sua parte quantitatiue: nam compositum ex materia, & forma non est maius quantitatiue quam sua forma, aut quam sua materia, si vero per facere maius intelligitur facere maius quantitatiue, illud debet intelligi, vel secundum quantitatem continuam, siue secundum quantitatem discretam. Dico igitur, quod indiui-

Solutio. sibile additum alicui non facit maius quantitatiue secundum quantitatem continuam, & hoc vult hic P. tamen indiuisibile additum alicui bene facit maius secundum quantitatem discretam, quia numerus ternarius est maior numero binario solum per vnitatem, sed proprie loquendo maius, & minus non dicuntur de quantitate discreta: sed de quantitate continua. Vnde magnum, & paruum proprie dicuntur de quantitate continua & multum, & paucum dicuntur de quantitate discreta, & sic proprie loquendo indiuisibile non facit maius, sed facit plus, quia tria indiuisibilia sunt plura, quam duo, loquendo tamen largè de maioritate, & sic est concedendum, quod indiuisibile facit maius quantitatiue secundum quantitatem discretam, non autem secundum quantitatem continuam. Et hoc sufficit quantum ad intentionem Phylosophi, scilicet, quod indiuisibile additum alicui non facit maius, scilicet, secundum quantitatem continuam, quia ex hoc habetur, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus.

At vero neque punctum ad punctum, neque nunc ipsum, ad nunc ipsum deinceps erit, ut ex illis longitudo, ex his tempus constet. Nam ea quidem deinceps sunt, inter quæ non est eiusdem generis quicquam: inter vero puncta semper est linea, & inter ipsa nunc tempus.

At vero neque consequenter inerit punctum puncto, aut ipsum nunc ipsi nunc, ut ex his sit longitudo, aut tempus, consequenter enim est quorum nullum est medium proximum. Punctorum, autem semper est medium linea, & ipsorum nunc tempus.

PRobatio, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus continuatis, vel contiguatis adinuicem. Phylosophus probat, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus consequenter entibus. Et primo proponit Phyl. illud, quod intendit probare. Secundo probat propositum suum. Dicit igitur Phyl. primo, quod punctus non inerit lineæ consequenter alteri puncto, neque ipsum nunc, idest, instans erit consequenter alteri instanti in tempore, ita, quod ex illis indiuisibilibus consequenter entibus fiat longitudo, idest, linea, aut tempus, & hoc est, quod Phylosophus intendit probare, scilicet, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus consequenter entibus in ipso, & probat hoc tali ratione. Inter consequenter entia nihil est medium homogeneum, hoc est eiusdem naturæ cum eis, ut patet per

A diffinitionem consequenter entium. sed inter quæcunque indiuisibilia in eodem continuo est aliquid medium homogeneum, ergo in continuo non sunt indiuisibilia consequenter entia, ex quibus ipsum continuum componatur: maior patet per diffinitionem consequenter entium, & minor declaratur, quia inter quæcunque puncta est linea media, & in qualibet linea est punctus, & ideo inter quælibet duo puncta est punctus, & per consequens homogeneum aliquid, & sic de alijs indiuisibilibus existentibus in alijs continuis, ut de instanti tempore, & de mutato esse in motu. & sic de alijs. Quod autem inter quælibet duo puncta in eadem linea continua sit linea media: non probat Phylosophus; sed Comment. probat illud dupliciter. Primo, quia punctus non contiguatur, cum puncto, cum non habeat vltimum. Secūdo, quia puncta sunt vltima linearum, ergo impossibile est, quod separentur a linea, ergo inter quælibet duo puncta est linea media. Sciendum est, quod per hanc, scilicet, indiuisibilia non sunt consequenter entia in uno continuo: facit Lyncon unam conclusionem separatam, qua tamen Phylosophus non utitur nisi ad probandum, quod ex indiuisibilibus non componitur continuum: ideo non pono hanc conclusionem principalē, Lyncon.

B cum solum sit prosyllogizata, ad probandum, quod continuū non componitur ex indiuisibilibus. Proculus etiam facit hac unam conclusionem separatam: indiuisibilium existentium in eodem continuo inter medium est continuum, & hanc similiter ponit Proculus vnā conclusionē separatam, videlicet, quod indiuisibilia non se tangunt, quibus tñ P. non vtitur nisi ad probandum, quod ex indiuisibilibus non componitur cōtinuū. Proculus.
Notandum secundum Commen. hic, quod Phylosophus destruit istum modum, scilicet, continuum componi ex indiuisibilibus consequenter entibus ad confirmandum, quod notum est per se, quod continuum non componitur ex consequentibus, idest, ex consequenter entibus non contiguatis adinuicem, & quod hoc sit manifestum per se declarat Commen. sic, quia consequentia, idest, consequenter entia quando sunt non contigua sunt inter illa est aliquid etherogeneū, & impossibile est, ut unum secundum contiguationem componatur ex diuersis in specie, & impossibile est imaginari, quod inter consequentia, idest, inter consequenter entia sit vacuū, quoniam vacuum iam destructum est, & etiam illud vacuum aut est diuisibile, aut indiuisibile, si diuisibile tunc illæ partes Notandū.

C indiuisibiles essent vltima eius, & sic continuum componeretur ex vacuo: si autem indiuisibile, & aliæ partes sunt indiuisibiles, tunc ex eis non fit diuisibile, hæc Commen. Vnde Commen. intendit, quod hoc est manifestum per se, quia statim, & quasi imperceptibiliter est notum, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus consequenter entibus non contiguatis adinuicem. Prius enim declaratum est, quod non componitur ex indiuisibilibus contiguatis adinuicem, ratio uero per quam hoc est manifestum, scilicet, quod continuum non componitur ex indiuisibilibus cōsequenter entibus est illa, quoniam inter consequenter entia non contigua est aliquid medium, sed nihil est medium homogeneū, quia tunc non essent consequenter entia, ergo, uel est aliquid etherogeneum medium, vel est vacuum medium, non est debere, quod continuum componatur ex consequenter entibus, inter quæ est aliquid etherogeneum medium, quia tunc continuum componeretur ex consequenter entibus, & illo etherogeneo, quod est falsum, quia continuum non componitur ex diuersis in specie, nec ex consequenter entibus, inter quæ est vacuum medium, tum quia vacuum medium non

D est, ut demonstratum est prius, tum quia si esset vacuum medium illud vacuum, aut esset diuisibile, aut indiuisibile, si diuisibile, tunc illa indiuisibilia consequenter entia essent vltima illius vacui diuisibilis, & tunc continuum componeretur ex vacuo, quia continuum componitur ex illis, quæ sunt in continuo, quorum vltima sunt unum: si uero illud vacuū sit indiuisibile, & aliæ partes, scilicet, partes consequenter entes, sunt etiam indiuisibiles, tunc ex eis non fit aliquod diuisibile. Vnde intelligendum est, quod quando Commen. dicit, quod impossibile est, vt vnum secundum contiguationem componatur ex diuersis in specie, per vnum secundum contiguationem intelligit vnum secundum continuationem. Illud enim, quod est per se continuum, scilicet, quantitas continua non componitur ex diuersis in specie, & quamuis forte aliquod per accidens continuū possit componi ex diuersis in specie, sicut arbor, vel ramus cuius vna pars est viridis, & alia sicca, & sic vna pars animata, & alia inanimata. Vnde breuiter Commen. intelligit, quod impossibile est vnum per se continuum componi ex diuersis in specie.

Præte-

Prętereá in indiuisibilia diuiderentur, si ex quibus vtrumque constat, in ea quoque diuiditur, at nullum continuum in ea est diuisibile, quæ partibus carent. A

Tex. cō. 3. *Amplius diuideretur vtique in indiuisibilia, si quidem ex quibus est vtrumque in ipsa diuiditur, sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile.*

Tertia rō. HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius ca. in qua ponitur tertia ratio, probans, quod cōtinuū non componitur ex indiuisibilibus, quæ ratio est ista. Si componeretur continuum ex indiuisibilibus, sequitur, qđ continuum diuideretur in indiuisibilia, consequens est falsum, ergo, & antecedens, consequentia patet, quia vnumquodque est diuisibile in illa, ex quibus componitur, sed falsitas consequentis patet, quia si continuum diuideretur in indiuisibilia, & cum continuū non diuiditur nisi in illa, quæ prius fuerant continuata, sequitur, quod indiuisibile esset continuatum cum diuisibili, & per consequens indiuisibile haberet vltimum, ex quo, sequitur, quod indiuisibile esset diuisibile, quia continua habent vltima alia a se. B

Nullum aūt genus inter puncta, & inter ipsa nunc aliud esse pōt. Nă si fuerit, aut diuisibile aut indiuisibile erit, ut patet. Et si diuisibile, aut in Idiuisibilia diuisibile erit, aut in diuisibilia sĕper. At id continuū esse constat. Patet aūt, & oĕ continuum in semper diuisibilia diuisibile esse. Si.n. in indiuisibilia diuidetur indiuisibile utrumq; indiuisibile tanget. Continuorum enim vltimum vnum est, & ea se tangunt ex quibus continuum cŏstat.

Aliud autem genus non potest esse medium punctorum, & ipsorum nunc nullum, si namque erit, manifestum, quod aut etiam diuisibile, aut indiuisibile erit, & si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia, hoc autem est continuum. Manifestum autem est, & quod omne continuum diuisibile est in semper diuisibilia, si enim in indiuisibilia diuideretur continuum esset indiuisibile indiuisibili contactum, unum enim vltimū, & quæ tanguntur continuorum est. C

EX hoc igitur, quod continuum non diuiditur in indiuisibilia, concludit Phyl secundum conclusionem huius lib & hoc secundum expositionem Commen. conclusio igitur est ista, quod continuum semper diuiditur in indiuisibilia, & hanc facit Lync. conclusionem tertiam: mihi tamen videtur, quod secundum expositionem Comment. sit secunda conclusio, quæ probatur sic. Omne, quod est, aut est diuisibile, vel indiuisibile, quia inter diuisibile, & indiuisibile non est medium, sed continuum non est indiuisibile, ergo est diuisibile: aut igitur est diuisibile in indiuisibilia, aut est diuisibile in semper diuisibilia, non est diuisibile in indiuisibilia, quia sic componeretur ex indiuisibilibus, & indiuisibile tangeret indiuisibile in eodem continuo, quod est impossibile, quia sic indiuisibile haberet vltimum, & per consequens indiuisibile esset diuisibile: igitur relinquitur, quod continuum diuidatur in semper diuisibilia, vnde dicit hic Com. quod hæc est descriptio continui, scilicet, quod est illud, quod semper diuiditur in diuisibilia, hæc Commen.

2. conclusio huius libri.

D

Eiusdem autem rationis est sanè magnitudinē, & tempus, ac motum ex indiuisibilibus constare, & in indiuisibilia diuidi, aut nihil horum hanc cōditionem subire.

Tex. cō. 4. *Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil.*

A HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phyl. per naturam motus, & mobilis probat, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus, & continet quinque particulas, quoniam in prima narrat, quod magnitudo, motus, & tempus se habent similiter, quantum ad componi, & non componi ex indiuisibilibus. In secunda aūt ibi [Manifestum est autē ex his.] Declarat Phyl. quod si magnitudo componitur ex indiuisibilibus motus etiam componitur ex indiuisibilibus. In tertia uero ibi. [Si igitur præsentis motus.] Probat Phyl. quod si motus componitur ex indiuisibilibus motum erit indiuisibile. In quarta uutem ibi [Si igitur necesse est.] Probat Phyl. impossibilitatem consequentis, scilicet, quod motum sit indiuisibile. In quinta ibi. [Si igitur necesse est, &c.] Phyl. congregat prædicta inducens impossibilia, quæ sequuntur ex omnibus diuisionibus quibus usus est, destruendo motum esse indiuisibilem, aut compositum ex indiuisibilibus. Vnde sciendum est, quod Phylo. in tota ista parte secunda utitur tali ratione, videlicet, si magnitudo est indiuisibilis, motus est indiuisibilis, & si motus est indiuisibilis, motum est indiuisibile, & si motum est indiuisibile, tunc motum simul mouetur, & motum est, aut motum componitur ex quietibus, vltimū consequens est falsum, ergo, & primum antecedēs. B In prima igitur particula huius partis Phyl. narrando dicit, quod eiusdem rationis est magnitudinē, motum, & tempus componi ex indiuisibilibus, aut diuidi in indiuisibilia. Vnde magnitudo motus, & tempus eodem modo se habent quantum ad componi ex indiuisibilibus, aut diuidi in indiuisibilia, si enim unum istorum componatur ex indiuisibilibus, aut diuidatur in indiuisibilia, sequitur, quod quodlibet istorum componitur ex indiuisibilibus, aut diuiditur in indiuisibilia, & si aliquod istorum non componitur ex indiuisibilibus, nec diuiditur in indiuisibilia, sequitur, quod nullum eorum componitur ex indiuisibilibus, nec diuiditur in indiuisibilia.

Quod quidem ex hisce patebit, nam si magnitudo ex indiuisibilibus constat, motus quoque qui super illa fit magnitudine ex æqualibus motibus indiuisibilibus profecto constabit. Ceu si a, b, c, magnitudo ex indiuisibilibus constat a, & b, atque c, motus quoque d, e, f, quo mobile p, super a b, c, dimensione est motum vnamquanque sui C partem d, inquam, & e, atq; f, indiuisibilē habet.

Manifestum est autem ex his. Si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus qui huiusmodi ex æqualibus erit motibus indiuisibilibus, ut si ipsa a, b, c, ex a, b, c, est indiuisibilibus, motus autem in quo est d, e, z, secundum quem motum est ipsum o, in spatio, quod est a, b, c, unamquamque partem habet indiuisibilem. Tex. cō. 5.

Demonstratio.

A B C Magnitudo.

O mobile.

D E Z Motus.

3. conclusio huius libri.

D Hæc est secunda particula huius partis, in qua phylosophus incipit probare, qđ magnitudo nō componitur ex indiuisibilibus, & hæc est tertia conclusio huius lib. Vnde Phy. in hac particula declarat, qđ si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, qđ motus cōponitur ex indiuisibilibus postea uero declarabit impossibilitatem consequentis, consequentiam igitur probat Phylosophus, videlicet, quod si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, quod motus componitur ex indiuisibilibus, & hanc consequentiam declarat

declaras declaratione exemplari sic. Ponatur, quod magnitudo super quam fit motus, sit a, c, & sic composita ex tribus indiuisibilibus, ut ex a, b, c, tunc motus super magnitudinem a, c, sit d, e, z, tunc motus dicitur esse æqualis toti magnitudini a, c, & partes partibus: sequitur igitur, quod tres partes e, motus erunt æquales tribus partibus magnitudinis, scilicet, a, b, c, & partes a, b, c, sunt indiuisibiles, ergo istæ tres partes motus scilicet, d, e, a, sunt indiuisibiles. Notanda sunt hic secundum Commen. duo, primo, quod quia manifestum est, quod si magnitudo componatur ex indiuisibilibus, oportet, quod motus componatur ex indiuisibilibus: ideo phylosophus in hac declaratione est contentus solo exemplo. Secundo, est notandum secundum Commen. hic, quod si magnitudo componatur ex indiuisibilibus motus erit compositus ex indiuisibilibus: quoniam causa continuationis motus est continuatio magnitudinis: hæc Commen. Intelligendum, quod Commē. hic accipit continuationem pro diuisibilitate in infinitum. Et causa quare motus est diuisibilis in infinitum est, quia magnitudo, super quam est motus, est diuisibilis in infinitu. Accipiendo tamen continuum pro eo, cuius partes copulantur ad terminum cōem, sic non est verum, quod causa cōtinuationis motus est continuatio magnitudinis: quia super magnitudinē discōtinuā potest esse motus cōtinuus, ut dictū est quinto huius. Intelligendum etiam, quod bene sequitur causa continuationis motus est continuatio magnitudinis. igitur si magnitudo componatur ex indiuisibilibus, motus componitur ex indiuisibilibus, & hoc patet sic, quia si causa cōtinuationis motus est continuatio magnitudinis, & hoc loquendo de causa per se, tunc non potest esse continuatio in motu, nisi sit continuatio in magnitudine, quia effectus non potest esse sine sua causa per se, & per consequens non potest esse, quod magnitudo componatur ex indiuisibilibus, & motus ex diuisibilibus, quia si magnitudo componatur ex indiuisibilibus tunc nō est continuatio in magnitudine, & si motus componatur ex diuisibilibus, tunc est continuatio in motu, ergo si magnitudo componeretur ex indiuisibilibus, & motus ex diuisibilibus, sequeretur, quod in motu esset continuatio, & non in magnitudine, & per consequens continuatio in magnitudine non esset causa continuationis in motu.

Primum notandū.
Secūdum notandū.
Idē Com. c. 7. & 39. & 81 & 73. Idem 8. phy. t cō. 68. Et 2. de gen. c. 62.

Quod si præsente motu necesse est quippiam moueri & si quippiam mouetur, necesse est motum præsentem esse: moueri etiam ipsum ex indiuisibilibus sane constabit: igitur p, motū est per a, quidem motu d. per b, vero motu e, & per c, partem motu similiter f.

Tex. c 6. *Si igitur præsentis motus necesse moueri aliquā partem, & si mouetur aliquid ad esse motum, & mouere erit ex indiuisibilibus: secundum quidem igitur a, motum est ipsum o, motu quo d, mouetur: secundum uero b, quo ipsum e, & secundum c, quo ipsum z.*

Hæc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod si motus componatur ex indiuisibilibus motum erit indiuisibile, & ex hoc patebit impossibilitas huius consequentis, scilicet, quod motus componitur ex indiuisibilibus. Quod autem sequitur: motus componitur ex indiuisibilibus: igitur motum componitur ex indiuisibilibus: phylosophus probat sic: quia sicut ostensum est immediate prius super magnitudinem indiuisibilem sunt motus indiuisibiles, & cum motus est, & mobile est, & econtra, ergo si sint motus indiuisibiles, oportet, quod habeant mota indiuisibilia, quia motus indiuisibiles non habent mota diuisibilia, ergo si sint indiuisibiles, oportet, quod habeant mota indiuisibilia, ergo si motus sint indiuisibiles, mota erunt indiuisibilia, & per cōsequens si motus erit compositus ex indiuisibilibus, oportet, motum esse compositum ex indiuisibilibus. Et quod motus indiuisibiles non habent mota indiuisibilia, probat Commen. per hoc, quod motum non est maius motu. Vnde de illa ratione phylosophus ponit exemplum: ponamus, quod o, quod est res mota moueatur per a, indiuisibile, quod est pars a, c, magnitudinis motu indiuisibili, qui est pars motus d, & moueatur per d, quod est pars magnitudinis motu e & moueatur p partē magnitudinis indiuisibilē, quæ est c, motu indiuisibili, qui est z, o, ergo, quod est res mota necessario est indiuisibile, vnde ista ratio vide-

Exēplum.

A tur cōsistere in hoc scilicet, quod partibus motus correspondent partes magnitudinis æquales sibi, & etiā quod partibus motus correspōdent partes mobilis eis æquales, & hoc est uerū, quia partes motus sunt in partibus mobilis, & ideo cuilibet parti motus correspondet pars mobilis sibi æqualis. Nam subiectum adæquatum alicuius accidentis, nec est maius, nec minus illo accidente, si igitur partes motus sunt indiuisibiles, sequitur, quod partes mobilis sint indiuisibiles, & per consequens, si motus componitur ex indiuisibilibus, sequitur, quod mobile componitur ex indiuisibilibus. Vnde est sciendum, quod phylosophus, & Commen. ideo intelligunt hic per hæc duo, scilicet, per compositum ex indiuisibilibus, & per esse indiuisibile, & ratio huius est, quia ex quo indiuisibile nō facit maius, sequitur, quod aliquod si sit compositum ex indiuisibilibus, quod ipsum sit indiuisibile. Notanda sunt hic duo secundum Commen. Primo quod res mota non est minor motu, neque maior motu, neque magnitudine, super quam fit motus, & hoc debet intelligi de motu primo, idest, de subiecto adæquato motus. Certum est enim, quod motus & subiectum adæquatum motus sunt æqualia, quia si vnum excederet aliud, non essent adæquata. Et quod dicitur de magnitudine, B scilicet, quod res mota non est maior magnitudine, est intelligendum de magnitudine, cui mobile, secundum se totum applicatur. Vnde mobile quantum ad illam partem, secundū quam applicatur magnitudini, est æquale magnitudini, quātum ad illud secundum quod primo applicatur. Illa enim, quæ tangunt se, sunt æqualia quantum ad illa, secundum quæ se tangunt. Secundo est notandum secundum Commē. quod phylosophus primo concludit, quod si motus est indiuisibilis, primum motum est indiuisibile, vt ex hoc concludat, quod si motus sit compositus ex indiuisibilibus, quod etiam motū erit compositum ex indiuisibilibus, & hoc bene sequitur, quia certum est motum compositum componi ex motibus primis: & ex hoc potest argui sic. Si motus, sit compositus ex indiuisibilibus, prima mota, quæ sunt subiecta partium indiuisibilium motus erunt indiuisibiles, & si prima mota sunt indiuisibilia, cum motum compositum componatur ex primis motis, sequitur, quod motum compositum componitur ex indiuisibilibus. Dicit igitur phylosophus: si igitur præsentis motus, hoc est motu præsente, vnde accipit genitiuum pro ablatiuo, necesse est moueri per aliquam partem, hoc est per aliquam C partem magnitudinis, & totum sequens est planum.

Primum notandū.
Secundū notandū.

At uero fieri non pōt, ut id quod ad locum ex loco mouetur, simul moueatur, atq; sit motum ad eum locū, ad quē mouebatur, cum mouebatur. Si enim quispiā Thebas petit, impossibile est Thebas eū petere simul, & petijsse. At per a, partē parte uacātē cui d, motus aderat p, mobile mouebatur. Quare si antea quidē transibat, postea uero trāsiuit: motus d, diuisibilis erit cum. n. transibat, neq; quiescebat, neq; trāsierat, sed in medio nimirū erat. Sin uero simul transit, atq; transiuit, id sanè, quod proficiscitur, cum proficiscitur eò profectū, ac motum est, quò proficiscitur, atque mouetur.

Si igitur necesse est, quod mouetur unum, & ubi non simul moueri, & motum esse, quo mouit, quando mouit, ut si Thebas aliquis it: impossibile est simul ire Thebas, & iuim esse Thebas: secundum a, quidem igitur impartibile motum est ipsum o, secundum quod ipsum d, motus aderat. Quare si quidem posterius deuenerit, venit, diuisibile vtique erit. Cum enim ueniret, neque quiescebat, neque transierat, sed medium erat, si autem simul venerit, & uenit ueniens, cum uenit: uentum ibi erit, & motum esse: vbi mouetur. Tex. c. 7.

Hæc est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua probatur impossibilitas huius consequentis, scilicet, motum esse indiuisibile, & hæc ratio consistit in hoc. Si motum sit indiuisibile, & moueatur super magnitudinem, oportet quod pertranseat partem indiuisibilem magnitudinis, quia mobile mota locali semper dum mouetur

mouetur est in spatio sibi æquali, ergo si motum indiuisibile pertranseat aliquam magnitudinem, oportet, quod pertranseat partem indiuisibilem magnitudinis, & motu indiuisibili: sed hoc est impossibile, probatio, nam mobile non simul pertransit aliquod spatium, & pertransiuit illud quia sic motus inueniretur, antequam perficeretur. Ponamus igitur quod o, quod ponitur esse motum indiuisibile moueatur per a, quod est pars indiuisibilis ipsius magnitudinis motu d, indiuisibili, ex hoc sequitur impossibile, scilicet, quod o, simul pertransit a, & pertransiuit a, & hoc est impossibile, quia ex hoc sequitur quod ambulans dicatur ambulasse in loco, in quo ambulat, & tunc motus eius esset otiosus: quia si aliquis moueretur ad balneum, quando est in balneo, motus eius esset otiosus, quod autem o, moueretur per vnamquamque partem indiuisibilem magnitudinis, quod erat suppositum, declarat P. per hoc, quod o, non quiescit in aliqua parte magnitudinis, quia mobile dum mouetur non est in eo, ex quo, neque in eo ad quod: sed est inter vtrumque: vnde intelligendum est hic, quod illa consequentia: mobile indiuisibile pertransit partem indiuisibilem magnitudinis, utpote a, ergo simul pertransit, & pertransiuit illam partem, patet sic, quia si mobile non simul pertransit a, & pertransiuit a, ergo a, est diuisibile: igitur ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis, scilicet, a, est indiuisibile, ergo mobile simul pertransit a, & pertransiuit a, probo quod hoc sequatur, scilicet, mobile non simul pertransit a, & pertransiuit a, ergo a, est diuisibile, quia si mobile non simul pertransit a, & pertransiuit a, tunc quando mobile mouetur per a, non pertransiuit totum a, sed pertransiuit aliquid eius, aliter non moueretur per a, igitur aliquid ipsius a, est pertransitum, & aliquid restat pertranseundum, ex quo sequitur, quod a, est diuisibile. Intelligendum etiam, quod ista consequentia phylosophi, scilicet, motum, dum mouetur, non est in eo, ex quo, neque in eo, ad quod; igitur non quiescit, patet, quia quod quiescit est totaliter in termino a quo, uel totaliter in termino ad quem, & tale non mouetur.

Quod si per totam quidem a, b, c, magnitudinem p. mouetur motusque, quo per illam mouetur est d, e, f. Per partem autem a partem vacantem non mouetur, sed motum est: motus profecto non ex motibus, sed ex momentis constabit. Et motum quippiam erit: quod non antea mouebatur a, nanque partem nō transeundo transiuit. Quare erit quippiam profectum nunquam antea proficiscens.

Tex. cõ. 1. *Si uero secundum totum a, b, c, mutatur aliquid, & motus quo mouetur d, e, z, est secundum, aut impartibile a, nihil mouetur, sed motum est, erit utique motus: nō ex motibus, sed ex momentis, & motum esse aliquid non motum: secundum enim a, transiuit non transiens. Quare erit aliquid transitū esse, non aliquando iens, uel transiens. Hanc enim transiuit non transiens hanc.*

CVM phylosophus induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, quod motum indiuisibile habeat motum indiuisibilem per vnamquamque partium indiuisibilium magnitudinis, & aduersarius non concedit hoc, licet iam declarauerit ipsum, hic inducit impossibile, quod sequitur, si nō fuerit motum per vnamquamque earum, scilicet, partium indiuisibilium magnitudinis, & impossibile, quod sequitur est, quod motus componitur ex finibus motuum, quod est impossibile, & quod hoc sequatur patet: quoniam motus per a, b, c, componitur ex motu per a, & ex motu per b, & ex motu per c, sed in a, cum sit indiuisibile non est uere motus, sed motum esse, & motum esse est finis motus, & sic sequitur, quod motus componitur ex finibus motuum. Et similiter sequitur, quod aliquid sit motum per aliquam magnitudinem absque hoc, quod mouebatur ad eam, quia aliquid est motum per a, scilicet, per primam partem magnitudinis, quod nunquam mouebatur ad a, vnde in translatione, quam exponit Cōmen. ponitur exemplum impossibilitatis, quę sequitur, & est, quod aliquis ambulauit per aliquod spatium absque hoc, quod in aliqua hora fuit ambulans in ipso, uel ad ipsum, & hoc est impossibile in omni eo, quod innatum est moueri, scilicet, dicere, quod iam motum est absque hoc, quod mouebatur.

A Quod si omne quoduis moueri, aut quiescere necesse est p, sane in unaquaque magnitudinis a, b, c, parte quiescit, quo fit, ut quippiam sit, quod cōtinuo quiescit simul, atque mouetur. Per totam enim magnitudinem a, b, c, mouebatur, & in vnaquaque parte quiescebat eiusdem, quare & in tota etiam quiescebat. Atque si indiuisibiles partes d, e, f, motus, sint motus fit, ut præsente motu p, mobile quiescat, non moueatur. Sin uero non sint motus, fit ut motus non ex motibus constet.

Si igitur necesse est, aut quiescere, aut moueri omne: quiescit autem per vnumquodque eorum, quæ sunt a, b, c, ergo est aliquid continue quiescens simul; & quod mouetur, per totam enim a, b, c, mouebatur o, et quiescebat secundum quamlibet partem. Quare & per omne. Et si quidem indiuisibilia, quæ sunt d, e, z, motus sunt, motu Tex. cõ.

B *præsente: continget utique non moueri, sed quiescere. Si autem non sunt motus, motum non ex motibus esse.*

HÆc est quinta particula secundę partis principalis. huius capituli, in qua phylosophus congregat prædicta inducens impossibilia sequentia ex omnibus diuisionibus, quibus usus est in destruendo motum esse indiuisibile, aut compositum ex indiuisibilibus, vnde Commen. in breui ponit totam rationem qua phyloso. hic utitur in probando motum non componi ex indiuisibilibus, & ista est ratio. Omne mobile, aut mouetur, aut quiescit o, igitur, quod est motum indiuisibile per spatium a, b, c, quorum vnumquodque est indiuisibile, aut est motum per vnamquamque partium, aut quiescit in unaquaque parte, scilicet, iam est motum, & impossibile est, quod moueatur, quia quando aliquid fuerit indiuisibile, tunc dicitur esse motum, ex quo sequitur, ut aut simul moueatur, & motum sit, aut ut sit motum absque eo, quod prius mouebatur, & totum hoc est impossibile: si non fuit motum per vnamquamque partium istarum a, b, c,

C necesse est, ut sit quiescens in vnaquaque earum: quoniam si innatum est moueri, & non mouetur erit quiescens, & sic motus per magnitudinem a, b, c, erit compositus ex quietibus, & similiter erit quiescens in tota magnitudine, cum quiescat in vnaquaque eius parte, & sic simul mouebitur, & quiescet. In textu Aristo. primo ponit inconuenientia sequentia: ponendo, quod quiescat in vnaquaque parte. Deinde ponit inconuenientia, quæ sequuntur ponendo, quod moueatur, quantum ad primum ponit duo inconuenientia, quorum primum est, quod motus componitur ex quietibus. Secundum est, quod quiescat in tota magnitudine, per quam positum est moueri. Postea ponit impossibile sequens. ponendo, quod moueatur, quia tunc sequitur, quod motus sit sine motu, quia impossibile est, imo difficile mouere per indiuisibile, & vniuersaliter impossibile est motum moueri per æquale sibi: licet fuerit diuisibile; sicut d. hic Commen. Sed illud dictum Commen. uidetur esse dubium. quia phylo. versus finem huius textus d. quod omne, quod mouetur prius pertransit spatium æquale sibi, quam spatium maius se, ergo possibile est mobile moueri per spatium æquale sibi. Item mobi-

D le pertransiens aliquam magnitudinem pertransit quamlibet partem illius magnitudinis, ergo si mobile unius pedis pertranseat magnitudinem trium pedum, oportet, quod prius pertranseat magnitudinem vnius pedis, & sic pertransiit magnitudinem sibi æqualem &c. Dicendum, quod possibile est mobile, moueri per spatium æquale sibi, ut dicit phylus versus finem huius text. & ideo dictum Commen. est intelligendum hic de toto spatio, cui applicatur mobile, durante motu impossibile enim est, quod totum spatium, cui applicatur mobile in toto motu, uel in aliqua parte motus sit æquale mobili, quia mobile in quolibet instanti temporis mensurantis motum est in spatio sibi æquali, & in alio, & alio instanti est in alio & alio spatio, & ideo totum compositum ex illis spatijs, in quibus est mobile, in diuersis instantibus est maius, quam mobile, cum igitur in qualibet parte motus mobile sit in diuersis spatijs sibi æqualibus, sequitur, quod impossibile est, quod totum spatium, cui applicatur mobile in aliqua tota parte motus sit æquale mobili, & hoc intelligit Commen. tamen bene est possibile, quod mobile deferat completa:

Primum inconue.

Secũdum.

Primo dubitatus.

Secundo.

Solutio.

plere aliquam partem spatij, in quo fuit prius præcise æquale, sibi. Notandũ. Notandum etiam secundum Commen. hic, quod Phylosophus ab illa parte, videlicet, eiusdem rationis, &c. vsque huc, vtitur tali ratione. Si magnitudo sit indiuisibilis, motus est indiuisibilis, & motus sit indiuisibilis motum est indiuisibile, & si motum est indiuisibile, tunc motum est simul motum, & mouetur: aut motus componitur ex quietibus. Vnde dicit Commen. quod iste sermo componitur ex syllogismis hypotheticis, & dicit, quod sunt tres syllogismi hypothetici, vnde Commen. per syllogismum hypotheticum intelligit syllogismum, breuem, scilicet enthimema, vnde hæc ratio componitur, ex tribus enthimematibus. Intelligendum tamen, quod Lyncoñ. quod Phylosophus ab illa parte, videlicet, eiusdem autem rationis, vsque ad illam partem. Quoniam autem omnis magnitudo, probat quartam conclusionem huius lib. quæ secundum eum est, quòd si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, motus, & tempus erunt ex indiuisibilibus, & Proculus hanc, conclusionem diuidit in duas, quarum prima est, quod si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, motus componitur ex indiuisibilibus. Secunda est, quòd si magnitudo componitur, ex indiuisibilibus, tempus componitur ex indiuisibilibus, & B hoc probat ibi. [Similiter autem necesse:] tamen secundum ex Lyconi. positionem Commen. Phylosophus ab illa parte, videlicet, Eiusdem autem rationis, vsque ad illam partem. Similiter autem necesse, probat illam conclusionem, scilicet, quod magnitudo non componitur ex indiuisibilibus: quia si magnitudo, componeretur ex indiuisibilibus, tunc motus componeretur, ex indiuisibilibus, & si motus componeretur ex indiuisibilibus, tunc mobile erit indiuisibile, & si mobile erit indiuisibile, tunc mobile simul est motum per aliquam magnitudinem, & mouetur per illam: aut motus componitur ex quietibus: vltimum consequens est falsum, ergo & primum antecedens igitur sua opposita est vera, scilicet, nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. Intelligendum, quod cum Phylosophus infert, quod motus componitur ex quietibus, per quietem intelligit mutatum esse, vt patet intelligenti literam eius, quæ plana est.

Similiter etiam, & tempus, & longitudo, ac motus indiuisibile esse necesse est, atque ex ipsis nunc quæ indiuisibilia sunt, constare, aut etiam diuisibi- C le esse ex diuisibilibusve constare. Nam, & si omnis est diuisibilis, atque minore in tempore minorem magnitudinem transit id, quod æque celeritate mouetur, & tempus erit etiã diuisibile. Quod si tempus est diuisibile, in quo quippiam per a, magnitudinem fertur, & a, profecto diuisibilis erit.

Text. 10. *Similiter autem necesse longitudini, & motui indiuisibile esse tempus, & componi ex ipsis nunc existentibus indiuisibus: si enim omnis diuisibilis est, in minore autem, æqualiter velox transibit minorem. diuisibile erit & tempus. Si autem tempus diuisibile erit, in quo fertur aliquid ꝑ ipsum a, & quæ est ipsum a, erit diuisibile.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod si magnitudo sit indiuisibilis, tempus est indiuisibile, & e conuerso, & si vnum horum componi- D Quarta conclusio huius libri. tur ex indiuisibilibus, etiam reliquum: & hæc est quarta conclusio huius libri, primo tamen proponit Phylosophus, ꝙ intendit probare. s. quod cum fuerit positum, quod magnitudo sit indiuisibilis continget in tempore, illud, quod contingit in motu, scilicet, quòd tempus est indiuisibile, si longitudo, idest si magnitudo sit indiuisibilis, & etiam contingit in tempore illud, quod contingit in motu, scilicet, quòd sicut sequitur. Magnitudo componitur ex indiuisibilibus, igitur motus componitur ex indiuisibilibus, ita etiam sequitur, magnitudo componitur ex indiuisibilibus, ergo tempus componitur, ex indiuisibilibus. Deinde probat Phylosophus conclusionem suam sic, quia si tempus est diuisibile, aut compositum ex indiuisibilibus, magnitudo est diuisibilis, aut composita ex diuisibilibus, ergo ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, scilicet, si magnitudo est indiuisibilis, aut composita ex indiuisibilibus, tempus erit indiuisibile, aut compositum ex indiuisibilibus. Quod autem sequatur. Magnitudo est di-

A uisibilis, aut composita ex diuisibilibus, ergo tempus esse diuisibile, aut compositum ex diuisibilibus: probat Phylosophus, sic, si mobile pertransicat aliquam magnitudinem in aliquo tẽpore, pertransit partem magnitudinis in parte temporis, & si mobile æqualis velocitatis, idest regularis velocitatis pertransicat aliquam magnitudinem in aliquo tempore, in medietate temporis pertrãsit medietatem magnitudinis & sic apparet, quod tempus diuiditur ad diuisionem magnitudinis, quia partibus magnitudinis correspondent partes temporis, similiter, e conuerso sequitur, scilicet, quòd si tempus sit diuisibile magnitudo est diuisibilis. Nam cum motum æqualis velocitatis, mouetur in aliquo tempore diuisibili in medietate temporis, pertransit medietatem magnitudinis, & sic sicut diuidit tempus ita diuidit magnitudinem, & sic patet, quòd magnitudo, & tempus eodem modo se habent, quantum ad diuisionem, & indiuisionem, vel quantum ad compositionem, vel non compositionem ex indiuisibilibus, & sic sequitur, quod si magnitudo sit indiuisibilis tempus est indiuisibile, & e conuerso, & si magnitudo sit composita ex indiuisibilibus, tempus est compositum ex indiuisibilibus, & e conuerso. Sed circa hoc capitu. quæritur. Primo vtrum continuum componatur ex indiuisi- Primum dubium. B bilibus. Secundo, vtrum in continuo sit indiuisibile consequẽter eos alteri indiuisibili. Tertio quarto, vtrum continuum sit Prima ratio primi dubij. diuisibile in semper diuisibilia. Ad primum arguo, & probo, quod continuum componitur ex indiuisibilibus, & primo sic. Vnumquodque componitur ex illis, in quæ diuiditur, sed continuum diuiditur in indiuisibilia, ergo continuum componitur ex indiuisibilibus, maior huius rationis est de se nota, & minorem probo sic, continuum potest esse actu diuisum in omnia, in quæ est diuisibile: ponamus ergo, quod continuum sit, actu diuisum in omnia in quæ est diuisibile: quæro tunc vtrũ, continuum est actu diuisum in diuisibilia, vel in indiuisibilia. si detur, quod sit actu diuisum in diuisibilia, tunc non est actu diuisum in omnia, in quæ erat diuisibile, ex quo remanet potentia ad vlteriorem diuisionem. Huic rationi dicitur, quod illud Solutio. non est possibile, quòd continuum sit actu diuisum in omnia, in quæ est diuisibile, quia potentia continui ad diuisionẽ, non est potentia ad actum completum, sed ad actum coniunctum, Replica primæ. cum potentia. Contra, ista est vera, videlicet, secundum, quodlibet punctum continuum potest esse actu diuisum, quia quælibet singularis est vera, sed posito possibili in esse non accidit, C impossibile, ergo posito, quod secundum quodlibet punctum, continuum sit actu diuisum nullum accidit impossibile, quo, posito, quæro sicut prius, vtrum continuum sit actu diuisum, in indiuisibilia, vel in diuisibilia, si in indiuisibilia habemus propositum, si in diuisibilia, tunc non est actu diuisum secundum, quodlibet punctum, secundum, quod erat diuisibile, ex quo re- Solutio primæ repli. manet potentia ad vlteriorem diuisionem. Huic rationi dicitur, quod hæc est multiplex secundum compositionem, & diuisionem, scilicet. Secundum, quodlibet punctum potest continuum esse actu diuisum, quia in sensu diuisionis est vera, & tamen sua de inesse est impossibilis, & ita posita sua de inesse, accidit impossibile. Vnde quamuis posito impossibili in esse non accidit impossibile, tamen posita propositione de possibili, in Replica secunda. esse, accidit impossibile. Contra, & probo, quod hæc est vera in sensu compositionis, scilicet continuum secundum, quodlibet, punctum potest esse actu diuisum, quia hæc est possibilis, secundum, quodlibet punctum continuum est actu diuisum. & hoc denotatur in sensu compositionis, ergo est vera in sensu compositionis. probo, quòd hæc est possibilis, secundum quodlibet punctum continuum est actu diuisum, quia quælibet singularis huiusmodi est possibilis, quælibet enim istarum est possibi- D lis secundum hoc punctum continuum est actu diuisum, & secundum illud punctum est actu diuisum, & sic de alijs, quælibet igitur singularis huius est possibilis. & nulla singularis repugnat alteri, igitur vniuersalis est possibilis. Et si dicatur, quod aliquæ singulares huiusmodi repugnant huic, quia per, Solutio secundæ repli. diuisionem factam in vno puncto, tollitur potentia, quæ prius fuit ad diuisionem in aliquo puncto, vt vult Commen. super, primum de ge. Contra si facta diuisione in vno puncto tolli- Tertia replica. tur potentia ad diuisionem: quæ primo fuit in alio, quæro, aut tollitur potentia ad diuisionem in puncto mediato, vel in pũcto immediato, non in puncto immediato, quia punctus non est immediatus puncto in continuo secũdum Phylosophum, nec tollitur potentia in puncto mediato: quoniam facta diuisione in aliquo puncto potest medium auferri inter illud punctum, & aliud punctum mediatum, quomodocunque, accipiatur, & sic facta diuisione in aliquo puncto non tollitur potentia ad diuisionem in puncto mediato, quia illud punctum, medium remanet continuatiuum partium continui adinuicem,

quæ partes possunt diuidi, & separari abinuicem. Ad principale. Punctus est principium lineæ, sicut vnitas est principium numeri, sed vnitas est pars numeri: igitur punctus est pars lineæ. & per consequens linea componitur ex punctis, & per consequens continuum componitur ex indiuisibilibus. Item per Philosophum primo Poste. substantia lineæ componitur ex punctis, igitur igitur punctus est pars lineæ, ergo continuum componitur ex indiuisibilibus. In oppositum est Philosophus hic. Circa quam quæstionem dico, quod si non essent aliqua indiuisibilia terminantia continuum, & continuantia partes, continui adinuicem, sicut dicunt incipientes Philosophari, tunc nulla esset difficultas in hac quæstione, & sic Philosophus in vanum laborasset, in demonstrando, quod continuũ non componitur ex indiuisibilibus, immo sufficeret vnicum medium tale, indiuisibilia, vt puncta lineæ, &c. nihil sunt, ergo continuum non componitur ex talibus indiuisibilibus, ideo supponendo pro constanti huiusmodi indiuisibilia esse in rerum natura, dico, quòd nullum continuum componitur ex indiuisibilibus propter rationes Philosophi superius factas in exponendo literam, & præcipue propter hanc rationem Philosophi, scilicet, quòd indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, sed omnis pars continui cum alia parte facit maius. Vnde cum punctus sit omnino indiuisibilis nullo modo facit maius, & breuiter indiuisibile ex ea parte, qua est indiuisibile, nõ facit maius. & ideo quia linea est indiuisibilis secundum latitudinem, non facit maius secundum latitudinem, & quia superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, non facit maius secundum profunditatem, & sic patet, quòd nullum diuisibile secundum tres dimensiones componitur ex aliquo indiuisibili secundum aliquam dimensionem, immo quælibet pars alicuius diuisibilis secundum tres dimensiones est diuisibilis secundum tres dimensiones, & propter hoc corpus non componitur ex superficiebus: nec superficies ex lineis, nec lineæ ex punctis.

Prima ratio Algazelis. Intelligendum est, quòd Algazel primo tractatu suæ meta. probat per multas rationes, quod cõtinua non componuntur ex indiuisibilibus. Vna eius ratio talis est, si cõtinuum componeretur ex indiuisibilibus, tunc quæro, aut vnaquæque pars extrema tangit illud idem de parte media, quod tãgit alia pars extrema, vel aliud, si detur, quod aliud sequitur, quod pars media est diuisibilis, quod est propositum, si vero, detur, quod quælibet pars extrema tangit de medio, illud idẽ, quod tangit alia pars extrema, ergo vnaquæque pars extrema penetrat mediam partem totaliter, & sic vnus erit locus partis mediæ, & partium extremarum, & similiter contingit arguere, si addatur pars quarta, vel pars quinta: si igitur continuũ esset compositum ex indiuisibilibus, omnes partes continui essent simul, & sic continuum non plus occuparet de loco, quã vna pars indiuisibilis, &c.

Secunda ratio eiusdem. Alia ratio sua est. Si continuum componeretur ex indiuisibilibus, tunc indiuisibile esset diuisibile, quod est impossibile, & probo, quod hoc sequatur, quia accipiamus, vnum continuum compositum ex tribus indiuisibilibus, & diuidatur in duas medietates, tunc quæro, aut in vtraque medietate sunt duo indiuisibilia, aut in vna medietate est vnum indiuisibile, & in alia medietate duo indiuisibilia, aut in vna medietate est vnum indiuisibile cum medietate alterius indiuisibilis, & in alia medietate alterius est aliud indiuisibile cum medietate reliqui indiuisibilis. Non est dare primum, quia sic in illo continuo fuissent quatuor indiuisibilia, quod est contra positum, nec est dare secundum, quia medietates debent esse, æquales, ergo si continuum componatur ex indiuisibilibus, oportet dare tertium, scilicet, quod vna medietas erit composita ex vno indiuisibili, & medietate alterius indiuisibilis, & sic, indiuisibile haberet medietates, & per consequens indiuisibile erit diuisibile.

Tertia ratio. Alia autem ratio sua est talis, si ponamus baculum erectum ad radium solis sine dubio faceret vmbrã, & tũc, per radium a termino vmbræ, quæ fit a summitate baculi vsq; ad solem extenditur linea recta, aut igitur tunc necesse est vmbram moueri, cum sol mouetur, aut non est necesse, vmbram, moueri, radius autem non ponitur, nisi in directum, si igitur, cum mouetur sol, non mouetur vmbra, tunc vna linea recta, ex vna parte habebit duas extremitates, videlicet, vnam in loco, in quo prius erat sol, & aliam vbi prius motus est sol, quod est impossibile.

Quarta ratio. Si autem moueatur vmbra, cum sol mouetur, vno atomo, vmbra mouebitur minus vno atomo, ergo atomus est diuisibilis, si vero vmbra moueatur tantum, quantũ, sol, hoc est impossibile, quia sol mouetur mille milliaria, quãdo vmbra mouetur tantum quantum est tenuitas vnius pili. Alia ratio sua est ista, mota, rota, tunc partes sui medij minus, mouerentur, quam partes exteriores, quoniam partes superiores circuli in æquali tempore pertranseunt plures de spatio, quam

A partes circuli inferioris: cum igitur circulus extremus, mouetur vno atomo, circulus medius mouetur minus, aut quiescit, si moueatur minus, ergo aliquid est minus atomo, si vero quiescit, tunc fieret interruptio, & discontinuatio in partibus circuli, & sic dum circulus moueretur, corrumperetur, quod est inconueniens.

Ad primi rationem primi dubij. Ad rationes in contrarium. Ad primum, cum dicitur, quod vnumquodque componitur, &c. concedo maiorẽ, & nego minorem. Et ad probationem, cum dicitur, quòd cõtinuum potest esse actu diuisum in omnia, in quæ est diuisibile, dico, quod non est verum, quia quamuis continuum possit, esse actu diuisum secundum vnumquodque punctum, tamen impossibile est, quod sit simul actu diuisum secundum vnumquodque punctum. Et quando dicitur, quod hæc est vera, secũdum quodlibet punctum continuum potest esse actu diuisum, dico, quod illa est distinguenda secundum compositionem, & diuisionem: quoniam in sensu compositionis est falsa, quia, denotatur, quod ista est possibilis, secundum quodlibet continuum est actu diuisum, cum possibile est, quod sit simul actu, diuisum, & falsum. In sensu vero diuisionis est vera, quia quælibet singularis est vera, quoniam in sensu compositionis est, singularis, sed in sensu diuisionis est vniuersalis. Et vlterius, quãdo

B probatur, quod in sensu compositionis est vera, cum dicitur, quod illa est possibilis, secundum quodlibet punctum cõtinuum est actu diuisum, dico, quod non est verum, immo hæc, est impossibilis secundum quodlibet punctum continuũ est, actu diuisum. Et quando actu dicitur, quod omnes singulares, huius sunt possibiles, & compossibiles, dico, concedendo, quod quælibet singularis est possibilis, attamen dico, quod omnes singulares simul sumptæ repugnant inter se. Vnde quamuis nulla vna singularis repugnet alteri singulari, tamen multæ, singulares simul sumptæ sunt incompossibiles alijs singularibus simul sumptis, similiter omnes singulares simul sumptæ, præter vnam, repugnant illi vni. Vnde possibile est accipere, multa, quorum nullum repugnet alteri, & tamen omnia præter vnum repugnant illi vni, v.g. ista tria repugnant, omnis, homo currit, album est homo, igitur nullum albũ currit, & tamen nullum istorũ repugnat alteri, vt materiæ, patet, duo autem repugnant tertio & ideo sunt incompossibilia, & ideo in proposito, quamuis quælibet singularis huius, videlicet, secundũ, quodlibet punctum continuum est actu diuisum, sit possibilis & cuilibet alteri singularis sit compossibilis, tamen nulla singularis

C est compossibilis omnibus alijs singularibus simul sũptis.

Obiectio. Sed ista responsio videtur esse contra Commen. sup. primum de ge. dicentem, quod per diuisionem factam in vno, puncto tollitur potentia ad diuisionem, quæ præfuit in alio puncto, ergo aliquæ duæ singulares huius, s. secundum quodlibet punctum, &c. sunt incompossibiles.

Solutio. Dicendum, quod Com. loquitur ibi de continuo naturali. Et secundum Commen. in rebus naturalibus est dare minimum, & ideo ex hoc quod fit, diuisio in vno puncto non potest fieri diuisio in alio puncto ita propinquo, quia si ibi fieret diuisio pars diuisa esset minor, quam minimum naturale. Et ideo sustinendo opinione Co. loquendo de continuo secundũ, quod est res naturalis sic continuũ non est diuisibile in infinitũ, tamen cõsiderando cõtinuũ sub ratione continui, sic nõ est dare minimũ, & ideo loquẽdo, de continuo secundũ, quod est continuũ, sic per diuisionẽ in, vno puncto tollitur potentia ad diuisionẽ in alio puncto, & isto modo loquẽdo de continuo concedimus, quod continuũ est diuisibile in infinitũ, & quod continuũ est diuisibile in sempre diuisibilia. Sed forte diceret aliquis, quod illa est vera in sensu diuisionis, videlicet, secũdũ quodlibet punctũ cõtinuũ pot esse actu

D diuisum, vt concessum est, sit igitur posito possibili in esse, nõ accidit impossibile, posito, quod secundũ, quodlibet punctũ continuũ sit actu diuisum, nullũ accidit impossibile, sed illud posito, accidit continuũ cõponi ex indiuisibilib. ergo illud, nõ est possibile. Dicendũ, quod illa est vera in sensu diuisionis, s. secundum quodlibet punctũ cõtinuũ põt esse actu diuisũ. Et cũ dr quod posito possibili in esse, &c. dico, quod illud cõe dictũ, posito possibili in esse, nõ accidit impossibile, põt dupliciter intelligi, vno mõ, quod posita ppositione, vera de possibili in esse, hoc est in sua de inesse, nõ accidit ĩpossibile, & iste intellectus est falsus. Nã ppositio põt esse vera, de possibili in sensu diuisionis sua de inesse existẽte impossibili, vt patet in antiquis exẽplis. Nã ista est vera, videlicet albũ põt eẽ nigrũ in sensu diuisionis, & tñ sua de inesse est impossibilis. Et similiter illa, vidẽs põt esse cæcũ, est vera in sensu diuisionis, & tñ sua de inesse est impossibilis. Similiter ista est vera in sensu diuisionis. Oĩs ppositio contingẽs põt, esse vera, & tñ hæc est ĩpossibilis, oĩs ppositio contingẽs est vera, quia sic vtrũq; contradictoriũ esset verũ. Vñ in sensu diuisionis nõ denotatur ppositionẽ de possibili, quod suus actus, sit possibilis.

possibilis, sed si sit vniuersalis affirmatiua de possibili, tunc denotatur, quod prædicatum possit inesse cuilibet, pro quo subiectum supponit, & si sit indefinita, siue particularis affirmatiua, tunc denotatur, quod prædicatum possit inesse alicui, pro quo subiectum supponit. Sic igitur patet, quòd illud dictum, scilicet, posito possibili in esse non accidit impossibile sic debet intelligi, scilicet, quod posita propositione: de possibili inesse, hoc est in suum actum, vel in suam de inesse, non accidit impossibile, quod iste intellectus est falsus. Alio modo potest intelligi, quod posito possibili, &c. hoc est posita propositione, possibili in esse, idest, quòd ita sit in re: sicut propositio significat, nullum impossibile accidit, & ille intellectus est verus. Si enim aliqua propositio sit possibilis: posito, quod ita sit in re: sicut propositio significat: nullum impossibile accidit: vt patet: nam hæc est possibilis Sor. currit: ideo posito, quod Sor. currat, nullum impossibile accidit.

Ad secundam rationem.

Ad aliud principale, quando dicitur, quòd punctum est principium lineæ: sicut vnitas, est principium numeri: dico, quod in aliquo est simile, & in aliquo est dissimile: simile enim est quantum ad hoc, quod punctus est principium lineæ, & vnitas est principium numeri, sed etiam est dissimile quantum ad hoc: quia vnitas est pars numeri, & punctus non est pars lineæ.

Ad tertiã rationem.

Obiectio.

Ad aliud vero, quando dicitur, quod substantia lineæ sit ex punctis. Dicendum, quod Philosophus per substantiam lineæ intelligit diffinitionem substantialem lineæ. quoniam diffinitio substantialis lineæ est ex punctis, quia punctus ponitur in diffinitione lineæ, & tamen punctus non est pars lineæ.

Respõsio.

Sed contra hoc diceretur, quia partes diffinitionis sunt partes rei: igitur si punctus sit pars diffinitionis lineæ, sequitur, quòd punctus est pars lineæ. Dicendum, quòd in diffinitione simpliciter dicta partes diffinitionis sunt partes rei; sed in diffinitione, quæ est per additamentum, non est verum, quòd partes diffinitionis sint partes rei, nunc autem diffinitio lineæ, sicut diffinitio cuiuslibet accidentis, datur per additamentum.

Secũdum dubium.

Secundo quæro, vtrum in continuo sit indiuisibile consequenter ens alteri indiuisibili. Et primo probo, quòd in continuo permanente indiuisibile est immediatum indiuisibili. Secundò vero probo idem in successiuis.

Prima ratio secundi dubij.

Primo igitur arguitur sic. diuidatur aliqua linea in duas medietates, tunc fiunt duo puncta in actu, & illa puncta prius existebant in linea, & inter illa non erat, aliquod medium, quia si inter illa puncta fuisset, aliquod medium: tunc illa linea non diuideretur in duas medietates, ergo relinquitur, quod duo puncta, quæ actu terminant, illas duas medietates diuisas erant immediata ante diuisionem, & per consequens, in continuo, vt in linea est punctus consequenter ens alteri puncto. Hoc igitur potest argui sub tali forma, quærendo de linea continua, aut sunt duo puncta continuantia eius medietates, aut vnum tantum, si sint duo, oportet, quòd illa sint immediata, & sic habetur propositum, si vero vnum punctum tantum, tunc si diuideretur linea in duas medietates, illud punctum continuans eius medietates non magis se teneret cum vna medietate, quàm cum alia, igitur, vel oporteret illud punctum diuidi: ita, quòd vna pars eius, sit cum vna medietate, & alia pars eius cum alia medietate, quod est impossibile: quia si punctum esset diuisibile, aut oportet dicere, quod punctus continuans partes lineæ adinuicem corrumpitur per diuisionem, & generantur duo noua puncta, quod non videtur necessarium, tum, quia vna medietas lineæ secundum quodlibet diuisibile, & secundum quodlibet indiuisibile ipsius potest separari ab alia medietate, ergo vna medietas potest separari ab alia manente puncto continuante illas medietates adinuicem, tum, quia indiuisibile non corrumpitur, nisi ad corruptionẽ, alicuius diuisibilis: cum igitur nulla medietas, nec aliquod diuisibile, alicuius medietatis, corrumpatur per hoc: quod vna medietas auferetur ab alia, non videtur, quòd punctus, continuans medietates illas adinuicem corrumpatur.

Secunda ratio secũdi dubij.

Ad principale, possibile est, quòd punctus terminans lineam, auferatur à linea absque hoc, quòd aliquid aliud auferatur, aut addatur lineæ, sed puncto terminante lineam præcise, ablato residuum est finitum, & per consequens terminatum, sed non puncto priori iam ablato, ergo alio puncto, ergo ante ablationem illius puncti inter punctum nunc terminans punctum ablatum non fuit medium, & sic ante ablationem illius puncti fuit punctus immediatus puncto, & per consequens indiuisibile consequenter ens alteri indiuisibili.

Tertia ratio secundi dubij.

Præterea ponatur, quòd corpus sphæricum moueatur super superficiem omnino planam, certum est, quod corpus sphæricum tangit superficiem planam solum in puncto, ex quo sequitur, quòd corpus sphæricum motum super superficiem planam continue tangit punctum post punctum, absque medio: & per consequens in superficie illa est punctus continue post punctum absque medio.

Huic rationi dicunt aliqui, quòd non est dare hic inferius aliquod corpus omnino sphæricum, sed sine dubio illud non soluit, quia idem argumentum potest fieri de corpore non sphærico, quia posito, quod aliquod corpus non sphæricum moueatur, super corpus planum, tunc certum est, quòd aliquod indiuisibile, in corpore moto continue applicatur alteri indiuisibili existenti in corpore, super quod mouetur. Illud igitur indiuisibile in corpore moto continue signat punctum, post, punctum in corpore, super, quod mouetur, & per consequens in corpore, super quod fit motus, indiuisibile, est immediatum indiuisibili.

Responsio aliquorum.

Aliter igitur dicitur ad rationem, videlicet, quòd si corpus planum, vel sphæricum moueatur super corpus planum, verum est, quòd aliquis punctus in corpore moto applicatur alteri puncto in corpore, super quod fit motus, & continue applicabitur alij puncto, nec ex hoc sequitur, quod indiuisibilia sint immediata in continuo, quia si punctus in corpore moto, nunc non applicetur, alicui puncto, non est dare primum punctum sequens cui applicatur, & ideo non sequitur, quod punctus sit immediatus puncto in continuo.

Alia responsio.

Sed contra. Philosophus versus finem huius sexti probat, quòd indiuisibile non mouetur, & hoc per talem rationem. Illud, quod mouetur, prius pertransit æquale sibi, quam maius se, si igitur indiuisibile moueretur semper prius, pertransiret indiuisibile, quã diuisibile, & sic continue pertransiret indiuisibile post indiuisibile. Ex quo Philosophus concludit, quòd spatium, super, quod mouetur, esset compositum ex indiuisibilibus, & quod in illo spatio esset indiuisibile, immediate post indiuisibile, si igitur ratio. Philosophi valeat, oportet, quòd sit indiuisibile immediate post indiuisibile in corpore, moto, continue applicetur diuisibili in corpore, super, quòd fit, motus, quòd in corpore super, quòd fit motus sit indiuisibile, immediatum indiuisibili.

Obiectio prima.

Et si dicatur huic, quòd ratio. Philosophi probat, quòd indiuisibile non mouetur per se, quia indiuisibile, si per se moueretur, tunc corpus, super, quod moueretur componeretur ex indiuisibilibus, tamen ratio. Philosophi non probat, quòd indiuisibile non potest moueri per accidens.

Respõsio.

Contra siue indiuisibile moueatur per se, siue per accidens, oportet, quòd prius pertranseat æquale sibi, quam maius se. Vnde potest idem argumentum fieri, de indiuisibili moto per accidens, sed potest fieri de indiuisibili moto per se.

Obiectio secunda.

Et confirmo rationem sic. Si aliquid in toto, sit illud præcise, quo totum se commensurat, & applicat alicui spatio, impossibile est, quòd secundum plus, vel minus, commensuret se spatio: quam si ipsum separatum a toto, moueretur: vnde, quod ipsum sit separatum, vel quod existat in alio, hoc nullam diuersitatem facit, quantum ad commensurationem, ergo si indiuisibile per se existens motum super aliquod spatium continue tangat punctum post punctum: oportet, quod indiuisibile existens in alio motu super spatium, continue tangat punctum post punctum, & ita sicut sequitur: indiuisibile mouetur per se, ergo continuum componitur, ex indiuisibilibus: ita sequitur. siue indiuisibile moueatur per se, siue per accidens, continuum componitur ex indiuisibilibus.

Ratio huius obiectionis.

Ad principale quarta: aut est aliquod medium inter omnia, puncta alicuius lineæ datæ, aut non: si detur, quod est aliquod medium inter omnia puncta lineæ datæ, oportet, quod illud, medium sit aliqua linea, quæ est pars lineæ datæ: cum igitur in omni linea sint infinita puncta, sequitur, quod illa linea, quæ dicitur media inter omnia puncta lineæ datæ sit mediũ, inter omnia puncta, quæ sunt in ea, quod est impossibile: si vero detur, quod nullum est medium inter omnia puncta lineæ datæ, cum illa puncta sint immediata, inter quæ nullum est medium: sequitur, quòd puncta lineæ datæ sunt immediata, & ita, quòd punctum est immediatum puncto.

Quarta ratio secũdi dubij.

Huic rationi dicitur, quòd nullum est medium inter omnia puncta lineæ, datæ, nec ex hoc sequitur, quòd puncta in linea data sint immediata, quia inter quælibet duo puncta est aliquod medium, & inter alia, & alia duo puncta est aliud, & aliud medium, & nullum est vnum mediũ inter omnia puncta, quæ sunt in linea, data.

Obiectio.

Sed cõtra illud arguo dupliciter, & primo sic. Demõstratis oibus punctis alicuius lineæ, hæc est vera per se, oĩa ista puncta lineæ datæ sunt immediata: igitur inter oĩa ista puncta est aliqđ mediũ, vel sunt aliqua media, sed non est aliqđ medium inter omnia ista puncta per se, ergo inter omnia ista puncta, sunt aliqua media, & nõ sunt alia media inter oĩa pũcta lineæ

Primũ argumentũ, contra quartam, rationẽ.

datæ: quam omnes partes lineæ datæ: igitur omnes partes lineæ datæ sunt mediæ inter omnia puncta lineæ datæ. & omnes partes lineæ datæ sunt mediæ inter omnia puncta terminantia illam lineam: igitur eadem sunt media inter duo puncta terminantia lineam, & inter omnia puncta lineæ datæ, sed illa, inter quæ sunt eadem media, illa æqualiter distant, ergo tantum distant omnia puncta, quæ sunt in linea data, quantum distant duo puncta terminantia lineam: quod falsum est, quia certum est, quod aliqua puncta lineæ sunt propinquiora, quam sunt puncta terminantia lineam.

Secundum argumentum contra quartam.

Secundo arguo, sic. Deus modo videt omnia puncta, quæ sunt in linea data, puta in linea b. quæro, an Deus videat inter omnia illa puncta aliquod medium: aut non: si videt, aliquod medium inter omnia illa puncta, igitur in illo medio non sunt aliqua puncta, quia non est possibile, quod in medio inter omnia ista puncta sint aliqua puncta media, si vero detur, quod non videt aliquod medium inter omnia illa puncta, sequitur, quod non est aliquod medium inter omnia illa puncta. Si vero dicatur quod Deus videt aliqua media, inter omnia puncta, sequitur idem, quod prius, videlicet, quod in illis medijs non sunt aliqua puncta, vt satis patet, cuilibet intelligenti.

In successiuis, & primo.

Deinde arguo in successiuis probando, quod in successiuis indiuisibile est immediatum alteri indiuisibili, & hoc sic. In tempore est instans immediatum instanti, ergo in continuo est indiuisibile immediatum indiuisibili, consequentia patet de se, & antecedens probo sic. Sit a, instans præsens: tunc arguo sic. Inter a, esse, & a, non esse, non cadit medium: sed a, non esse, & aliud instans ab a, esse, sunt idem conuertibiliter, quia sequitur a, non est, ergo aliud instans ab a, est, & e conuerso, ergo inter a, esse, & aliud instans ab a, esse, non cadit medium, ergo post a, immediate erit aliud instans, ergo in tempore sunt instantia immediata.

Responsio.

Huic dicitur, quod inter a, esse, & a, non esse, non cadit medium, quia semper alterum istorum est verum, & ideo inter veritates harum propositionum non est aliquod medium, & eodem modo dicitur, quod inter veritates istarum propositionum a, est aliud instans ab a, est, non cadit medium, quia quandocunque, vna istarum non est vera: alia istarum est vera, & quamuis inter veritates istarum propositionum non sit aliquod medium, tamen inter a, & quodlibet instans aliud a, est medium.

Replica prima.

Contra, si inter veritates, istarum propositionum a, est, & aliud instans ab a, est, non sit medium, tunc hæc a, est sine medio, erit falsa, quia a, statim non erit, & sequitur, quod illa, aliud instans ab a, est statim & sine medio erit vera, sed quandocunque ista erit vera, aliud instans ab a, est, oportet, quod aliqua eius singularis, erit vera, si igitur illa singularis, quæ erit vera sine medio b, est, tunc ista est modo vera, a, est, & sine medio erit illa, vera b, est, ex quo sequitur, quod a, & b, sunt immediata, quia, si a, & b, essent mediata in medio inter a, & b, neutra, istarum esset vera, scilicet nec ista, a, est, nec ista, b, est.

Replica secunda.

Item ista est vera, a, est, & sine medio tempus erit, sed tempus, non est nisi per instans, ergo sine medio aliud instans erit, & per consequens aliud instans ab a, erit immediate post a, & per consequens in tempore instans est immediatum instanti.

Quinta ratio secundi dubij.

Ad principale, si aliquid transmutaretur a non esse in esse, quæro aut esse, & non esse mensurantur eodem instanti, aut alio, & alio, si eodem instanti, ergo contradictoria, inessent eidem in eodem instanti, quod est impossibile, si vero alio, & alio instanti, quæro an ista instantia sunt mediata, aut immediata, non mediata, quia tunc inter illa duo instantia mensurantia esse, & non esse, esset medium, & per consequens inter mensurata, idest inter esse, & non esse, esset aliquod medium, & sic inter contradictoria esset medium, quod est impossibile, relinquitur igitur, quod duo instantia, mensurantia esse, & non esse sunt immediata, ergo in tempore instans est immediatum instanti, & per consequens in continuo est indiuisibile immediatum indiuisibili.

Sexta ratio secundi dubij.

Ad principale. Omne quod est in tempore, quia est in instanti primo, tanquam in mensura propria, habet aliquod instans, in quo vltimo erit, vel durabit in infinitum, sed omnis forma permanens est in tempore, quia est in instanti tanquam in mensura propria, ergo cuilibet formæ, permanenti est dare vltimum instans, in quo illa forma habet esse: igitur si ex aere generetur ignis, est dare vltimum instans, in quo materia est sub forma aeris, & certum est, quod erit dare primum, instans, in quo materia est sub forma ignis, & tunc quæro, aut illa duo instantia sunt mediata, vel immediata: si immediata habetur propositum, videlicet, quod instans in tempore est immediatum instanti: nec est dare, quod sint mediata, quia tunc inter illa esset tempus medium, & in illo tempore medio non esset materia sub aliqua forma, quia neque, sub forma ignis, nec sub forma aeris, & per consequens sub nulla forma, quia suppono, quod ex aere immediate generetur ignis. Ad oppositum est Philosophus hic.

Ad istam igitur dubitationem est dicendum, quod in continuo non est, indiuisibile cõsequenter ens alteri indiuisibili, quod probo sic, quia consequenter entia sunt illa, inter quæ non est aliquod, medium eiusdem rationis, sed inter quælibet duo indiuisibilia in eodem continuo sunt infinita media eiusdem rationis, ergo in eodem continuo non est indiuisibile consequenter, ens alteri indiuisibili, maior patet per descriptionem consequenter entium, minor etiam patet, quia inter quælibet duo puncta in eodem continuo est linea media, & in qualibet linea sunt infinita puncta, & inter quaslibet duas lineas in eodẽ continuo est superficies media, & in qualibet superficie sunt, infinitæ lineæ, & sic de alijs, probatio assumpti, nam inter duo puncta in eadem linea, aut est aliquod medium, aut nullum: si nullum est medium, igitur ista linea non est continua, quia continuata adinuicem habent idem vltimum: si vero inter illa duo puncta non est aliquod medium, tunc partes lineæ, quarum illa puncta sunt termini non habent idem vltimum, sed diuersa vltima, & per consequens ista linea non est continua, si vero detur, quod inter illa duo puncta est aliquod medium, aut ergo est medium homogeneum cum alijs partibus, aut æterogeneum, non est dare, quòd est medium, æterogeneum, quia sic linea componeretur ex diuersis in specie, quod est inconueniens, igitur medium est homogeneum cum alijs partibus, & per consequens illud medium est linea, & sic inter quælibet duo puncta in eadem linea continua cadit linea media. Et eodem modo potest probari, quod inter quaslibet duas lineas in eadem superficie continua cadit superficies media.

Ad primam rationem secundi dubij.

Ad primam igitur rationem dico, quod si linea, diuidatur in duas medietates punctus, qui prius continuauit, medietates lineæ adinuicem corrumpitur, & generantur duo puncta noua, quæ prius non erant in linea. Et quando arguitur in contrarium, quòd vna medietas, quantum ad quodlibet sui, & quantum ad quodlibet diuisibile, & quantum, ad quodlibet indiuisibile potest separari ab alia: dicendum, quod non est verum sic intelligendo, quòd separata vna medietate, ab alia maneat, quodlibet diuisibile, & quodlibet indiuisibile, vtriusque medietatis, quod prius fuit linea manente cõtinua, quia si hoc esset verum, sequeretur, quod punctus continuans medietates lineæ adinuicem post separationem medietatum maneret in vtraque linea, & sic idem punctus esset in diuersis lineis separatis, & diuisis ab inuicem secundum locum, quod est impossibile, & quando vlterius dicitur, quod indiuisibile non corrũpitur, nisi ad corruptionem alicuius diuisibilis, dicendum, quod illud est falsum, quia si duæ lineæ continuentur adinuicem de nouo, sicut accidit, quando duæ aquæ continuantur adinuicem, corrumpitur vterque punctus linearum continuatarum adinuicem, & generatur nouus punctus continuans illas partes adinuicem, & certum est, quod per talem continuationem duarum linearum adinuicem nullum diuisibile corrumpitur. Et si dicitur, quod indiuisibile corrumpitur, & non per corruptionem alicuius diuisibilis: igitur indiuisibile per se corrumpitur. Dicendum, quòd non sequitur, quia si duæ lineæ, continuentur de nouo adinuicem, corrumpuntur duo puncta, non per corruptionem alicuius diuisibilis, sed per generationem alicuius nouæ lineæ, resultantis ex continuatione illarum linearum adinuicem, vnde indiuisibile non corrumpitur, nisi per corruptionem, vel generationem alicuius diuisibilis. Et si dicatur contra istud, quòd si vna linea diuidatur in duas medietates, per talem diuisionem nullum diuisibile corrumpitur, nec etiam generatur, ergo per talem diuisionem nullum, indiuisibile corrumpitur. Dicendum, quod per talem diuisionem lineæ in duas medietates corrumpitur aliquod diuisibile, quia linea, quæ diuiditur, corrumpitur:

Ad secundam rationem secundi dubij.

Ad secundam rationem principalem dico, quod impossibile est, quòd punctus terminans lineam auferatur a linea præcise: quia si punctus terminans lineam debeat auferri, oportet, quòd aliqua, pars lineæ auferatur, vel, quod nouus punctus generetur. Vnde concedo, quod bene est possibile, quod punctus terminans lineam corrumpatur absque corruptione alicuius partis lineæ,

Ad tertiam rationem secundi dubij.

sed tunc loco puncti corrupti alius generabitur punctus, scilicet punctus nouus, verbi gratia: Si duæ lineæ de nouo continuentur adinuicem, corrumpitur punctus terminans vtramque lineam, sed nullum diuisibile corrumpitur, & nouus punctus continuans illas lineas adinuicem generatur. Ad aliud principale dico, quod supposito, quod corpus sphæricum tota

posita

possit moveri super planum, quia non videtur esse maior difficultas ad hoc supponendum, quam supponendo, quod corpus planum moveatur super corpus planũ. Cum igitur dicitur, quod corpus sphæricũ motũ super planum tangit planum solum in puncto, concedo, sed cum tãgat in aliquo puncto, non est dare primum punctũ, in quo postea tangit, sicut nõ est dare primũ instans post hoc instans præsens. Vnde sicut inter qlibet duo instantia est tempus mediũ, ita inter hunc punctum, in quo, modo tangit, & quodlibet punctum, in quo postea tanget est linea media.

Replica. Sed contra hoc potest sic argui. Sphæra mota continue super plano continue tangit, in puncto, ergo cum non tangat bis in puncto eodem, quia sic non moveretur continue: sequitur, quod continue tangit punctum post punctum, & per consequens in plano est continue, punctus, post punctum.

Respõsio. Ad hanc formam dico, quod ista est concedenda s. quod in plano continue est punctus post punctum, & tamen ista est falsa, s. quod in plano est punctus continue post punctũ, quia nullus punctus est continue post aliũ punctum. Ista tamẽ est vera s. quod continue est punctus post punctũ in plano, quia in ista ille terminus punctus supponit confuse tantum: virtute distributionis importatæ in hoc, quod dico continue, quoniã, idem est dicere, quod continue in plano est punctus post punctum, & dicere, quod ante omne medium divisibile completũ est punctus post punctum, & illud est verum: quoniam in omni linea sunt infinita puncta: & ideo dato quocunque puncto, contingit dare alium punctum sequentem ante finem cuiuslibet lineæ datæ, quantumcunque parvæ. Vnde post istum punctum est continue alius punctus, hoc est ante omne medium divisibile completum est alius punctus, nullus tamen alius, punctus est continue post istum punctum.

Ad obiectionẽ primam. Ad rationes vero, quæ fiunt contra responsionem, ad arg. principale, quando Phyl. probat, quod indivisibile non movetur, quia tunc pertransiret prius æquale sibi, quã maius se, & sic moveretur continue indivisibile post indivisibile, & sic corpus supra, quod fit motus cõponeretur ex indivisibilibus. Dicendum, quod si indivisibile per se moveretur super aliquod spatiũ, oporteret illud spatiũ, esse compositum ex indivisibilibus, hoc tamen non sequitur, ponendo, quod indivisibile moveatur per accidens super aliquod spatium. Et ratio huius est ista, quia illud, quod per se, moveretur, pertransit æquale sibi. Et ideo si indivisibile, per se moveretur, indivisibile sibi correspondens in spatio, esset, pertransibile. sed nihil pertransitur, nisi in tempore, quia si aliquid pertransiretur, in instanti simul esset pertransitum, & in pertransiri: indivisibile, igitur pertransiretur, in tempore, sed si aliquid pertransiretur in tempore, si mobile, regulariter moveatur eius medietas pertransitur, in medietate temporis, si ergo indivisibile, pertransiatur in tempore, indivisibile esset divisibile: sed omne divisibile pertransitum, in spatio est pars spatij, & etiam habet aliud divisibile sibi, immediatum, ergo si indivisibile, per se moveretur spatium, super quod moveretur, esset compositum ex indivisibilibus, quia, si indivisibile per se moveretur, indivisibila sibi, correspondens in spatio esset divisibile, & per consequens, esset pars, spatij, & sic spatium, super, quod fit motus, componeretur, ex indivisibilibus, attamen de indivisibili moto per accidens, ratio non concludit. Illa enim propositio est vera de eo, quod movetur per se, videlicet, quod illud, quod movetur prius, pertransit æquale sibi, quam maius se: sed de eo, quod per accidens movetur, non est universaliter verum quoniam indivisibile, per accidens motum non pertransit æquale sibi.

Ad quartã rationẽ secundi dubij. Ad aliud principale, quando quæritur, aut est, aliquod medium inter omnia puncta alicuius lineæ datæ, aut nullum, est medium, dico, quod nullum est medium inter omnia puncta lineæ datæ, sed inter omnia puncta lineæ datæ, sunt aliqua media, & inter alia, & alia puncta sunt alia, & alia media. Vnde inter, quælibet, duo puncta in eadem linea continua, est aliquod medium, & inter alia, & alia duo puncta est aliud, & aliud medium. Et quando dicitur, quod illa sunt immediata; inter quæ nullum est medium. Dico, quod quæcunque duo, inter quæ nullum est medium, sed immediata, tamen non oportet, quod sint plura, quam duo, inter quæ, est nullum medium, quod propter hoc sint immediata. Hoc tamen est universaliter verum, quod quæcunque, inter, quæ, nec est medium, nec sunt media, illa sunt, immediata.

Ad primũ argumentum contra quartam rationem. Et ad primum in contrarium, quando dicitur, quod secundum hoc demonstratis omnibus punctis alicuius lineæ, hæc est vera, omnia ista sunt immediata, concedo, sive ly omnia, teneatur collective, sive divisive. Et concedo, quod inter omnia, illa puncta sunt aliqua media, sive ly omnia, teneatur collective, sive divisive, tamen si ly omnia teneatur divisive, sic est,

A ista falsa, scilicet, aliqua media sunt inter omnia illa puncta, quia alia, & alia media sunt inter alia, & alia puncta, sed non sunt, eadem media inter omnia puncta divisim, tamen accipiendo ly omnia collective, sic est verum, quod aliqua sunt media, inter omnia illa puncta, & illa media sunt omnes partes, lineæ datæ, accipiendo omnes partes collective. Et quando dicitur ulterius, quod omnes partes lineæ datæ sunt, media, inter duo puncta terminantia lineam, concedo. Et cum dicitur, quod tunc sunt eadem media inter omnia puncta lineæ, datæ, & inter duo puncta terminantia lineam: concedo, sed ex hoc non sequitur, quod omnia puncta lineæ tantum distent, quantum distant duo puncta terminantia lineam: sed plus requiritur, scilicet, vel, quod sit idem medium, vel aliquod medium, æquale inter omnia puncta lineæ datæ, & inter duo puncta terminantia lineam. Sed, illud, non est verum, unde media sunt eadem collective: loquendo tamen proprie, nullum est medium inter duo puncta terminantia lineam, & inter duo puncta, nec etiam est, æquale medium inter duo puncta terminantia lineam, & inter duo puncta illius lineæ.

Ad secundum argumentum cõtra quartam rationem. Ad secundum in contrarium, quando dicitur, quod Deus modo videt omnia puncta, quæ sunt in linea, B data, utputa in linea b, concedo. Et dico, quod Deus non videt, aliquod medium inter omnia illa puncta, sed videt aliqua media inter omnia illa puncta, accipiendo ly omnia collective sed accipiendo ly omnia, divisive, sic Deus nec videt medium, nec media inter omnia puncta in linea data, quia nec est medium, nec sunt media inter omnia puncta divisim. tamen inter omnia puncta sunt media, & inter omnia puncta videt, Deus media, accipiendo ly omnia, divisive cum non sint media inter omnia puncta divisim: nec Deus videt aliqua media inter omnia puncta divisim: & ratio diversitatis horũ patet, ex Logica. Multum.n. refert dicere, quod inter oia puncta sunt, media; & dicere, quod aliqua media sunt inter omnia puncta, sicut refert dicere, quod omnis homo est animal, & dicere, quod animal est omnis homo, sed accipiendo ly omnia, collective, sic dico, quod aliqua media sunt inter omnia puncta lineæ datæ, & illa media sunt omnes partes lineæ, & illa media: Deus videt inter omnia puncta, nec ex hoc sequitur, quod in illis, medijs non sint aliqua puncta.

In successiuis ad primam. Ad rationes vero probãtes quod in successivis est indivisibile immediatum indivisibili: dicendum est ad primam, cum dicitur, quod in tempore est in C stans immediatum instanti, dicendum, quod non est verum, ad probationem, cum dicitur, inter a, esse, & a, non esse non, cadit medium, & sit a, præsens instans, concedo, quod inter a, esse, &c. non cadit medium. Et etiam concedo, quod inter a, esse, & aliud instans ab a, esse, non cadit medium. Et etiam concedo, quod inter a, esse, & aliud instans ab a, esse, non cadit medium. Et concedo illud aliud, quod additur ulterius, scilicet, quod a, est, & immediate post a, erit aliud instans. Ad cuius evidentiam est sciendum, quod syncathegoremata importantia multitudinem habent virtutem confundendi terminum sequentem confuse tantum: ut dictum est in Logica, sed hoc, quod, dico immediate, est syncathegorema importans multitudinẽ, similiter hoc, quod dico sine medio importat multitudinem, quia æquipollet uni syncathegoremati: cum sit præpositio, cum suo casuali. Ista enim, videlicet immediate, & sine medio importat multitudinem, quia, quod immediate, vel sine medio erit ante omne medium completum erit, unde immediate, vel sine medio est idem, quod ante omne medium. Et ideo dico, quod ista est vera a, est, & sine medio aliud instans erit, quia ante omne medium completum aliud instans, D erit, quia in illa a, est, & sine medio, seu immediate aliud, instans erit, iste terminus aliud instans virtute sincathegorematis præcedentis, importantis, multitudinem supponit confuse tantum, & ideo non stat determinate, pro aliquo, uno instanti. Vnde non sequitur. Sine medio aliud instans erit, ergo aliud instans erit sine medio, sed est fallacia figuræ dictionis: quia procedit a suppositione confusa tantum ad suppositionem determinatam: respectu eiusdem multitudinis. Nec etiã valet, sine medio illud instans erit, ergo sine medio hoc instans erit, vel sine medio illud instans erit, sicut non sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est illud animal, concedo igitur, illam, a, est, & sine medio aliud instans erit, & nego illam, a, est & aliud instans erit sine medio.

Ad primã replicam. Et ulterius, quando arguitur, quod si hæc indefinita, aliud instans ab a, est sine medio, erit vera, ergo singularis istius, aliud instans ab a, est sine medio erit vera. Dicendum, quod non sequitur, unde hæc indefinita sine, medio erit vera, & tamen nulla eius singularis sine medio, erit vera. Et si arguitur contra illam responsionem sic. si illa,

aliud instans ab a, est sine medio erit vera, & tamen nulla singularis erit vera sine medio, tunc hæc indefinita erit vera, antequam eius aliqua singularis sit vera, & per consequens ista, aliud instans ab a, est, aliquando erit vera, quando nulla eius singularis erit vera. Dicendum, concedendo, quod illa indefinita, aliud instans ab a, est sine medio erit vera, & tamen nulla singularis eius sine medio erit vera, nec ex hoc sequitur, quod illa indefinita erit vera, antequam alia singularis eius, erit vera, quia nunquam erit ista indefinita vera, antequam, aliqua singularis. Istam tamen vniuersalem concedo, quod quælibet singularis huius erit falsa, quando illa erit vera, quia quælibet singularis huius vniuersalis est vera. Ista tamen est falsa, scilicet, hæc indefinita erit vera, cum quælibet singularis, erit, falsa, & illa similiter est falsa, scilicet hæc indefinita erit, vera, priusquam aliqua eius singularis erit, quia in istis tempus consignificatum per verbum supponit determinate, cum præcedat dictionem sincatha, importantem multitudinem, & sic denotatur, quod in aliqua determinata mensura, vt in b, vel in c, erit ista indefinita vera, antequam aliqua singularis, eius erit vera, vel quando quælibet singularis erit vera, vel quando quælibet singularis eius erit falsa, quod falsum est.

B Nec valet ista indefinita erit vera prius, quam illa singularis, erit vera: & erit vera, priusquam illa singularis erit vera, & sic de singulis, igitur prius erit, vera, quam aliqua eius singularis erit vera, sed sic est fallacia finitæ dictionis, arguendo a pluribus determinatis ad vnum determinatum: quoniam sicut in qualibet parte antecedentis, hoc verbum erit copulat pro, aliquo instanti determinato: ita in conclusione copulat pro aliquo instanti determinato: cum dicitur, quod hæc sit vera: antequam aliqua singularis huius erit vera.

Ad secundam repl.

Ad aliam, quando dicitur quod a, est, & sine medio tempus erit, concedo, & cum dicitur: tempus non instat, nisi per instans, concedo, & propter hoc concedo, quod sine medio aliquod instans erit. Nego tamen illam, aliquod instans erit sine medio, nec sequitur tempus erit sine medio. ergo aliquod instans erit sine medio, bene tamen sequitur: tempus erit sine medio, igitur sine medio aliquod instans erit.

Ad quintam rationem secundi dubij.

Ad aliud principale, cum dicitur, quod si aliquid transmutetur a non esse in esse, aut ab esse in non esse, mensuratur in eodem instanti, aut ab alio, & alio, dico, quod esse, & non esse eiusdem rei semper mensurantur, alio instanti, & alio. Et dico, quod illa instantia sunt mediata, & illo medio res, quæ sic transmutatur, vel habet esse, vel non

C esse. Nam si sit dare primum instans, in quo habet esse, sicut in rebus manentibus, tunc non est vltimum instans, in quo habet non esse, quia tunc quodcunque instans detur, in quo habet non esse in medio inter illud instans, & primũ instans, in quo habet esse, in illo medio habet nõ esse. si autẽ sit talis res, cuius non est dare primũ instãs, in quo habet esse: sicut in successiuis, tunc est dare vltimum, in quo habet non esse, & tunc quodcunque instans detur, in quo habet esse in medio inter illud instans, & vltimum instans, in quo habet non esse in illo medio, illa res habet esse. & ideo illa ratio non concludit, si tamen esset dare vltimum, in quo res habet esse, & primum, in quo res habet non esse, vel econuerso: tunc ratio demonstratiue concluderet.

Ad sextã rationem secundi dubij.

Ad aliud principale, quando dicitur, quod omne, quod est in tempore, quia est in instanti primo tanquam in mensura propria habet aliquod instans, in quo vltimo erit dico, quod illa est falsa. nam non est dare vltimum instans, in quo res permanens habet esse, vt videbitur octauo huius. Et cum dicitur, quod si non sit dare vltimum instans, in quo habebit esse. tunc durabit in infinitum, dicendum. quod rem permanentem durare in infinitum potest intelligi dupliciter.

D vno modo, quod durat in infinitis instantibus, & sic concedo, quod res durans per aliquod tempus quantumcunque modicum durat in infinitum. Nec valet hæc res durabit in infinitum, sic quod in infinitis instantibus. ergo durabit semper: sed est fallacia consequentis. Alius intellectus est, quod res durat in infinitum sic, quod non habet terminum suæ durationis, & isto modo dico, quod nulla res corruptibilis durabit in infinitum. Nec valet, res non habet vltimum instans, in quo habet esse. ergo habet durationem sine termino: immo sua duratio habet terminum, & etiam in isto termino res primo habet non esse. Vnde vltimum instans meæ durationis erit primum instans, in quo ego habeo non esse, & sic de alijs rebus permanentibus, scilicet, quod non est dare vltimum instans, in quo habent esse: & ideo si ex aere generetur ignis non est dare vltimum instans, in quo materia est sub forma aeris.

Tertium dubium.

Tertio autem quæro, vtrum continuum sit diuisibile, in semper diuisibilia, & videtur, quod non, quia in quibuscunque est minimum, in illis non procedit diuisio in infinitum

A sed in rebus naturalibus continuis est minimum, ergo in illis non procedit diuisio in infinitum, & per consequens continuum naturale non est diuisibile in semper diuisibilia, maior patet, quia in quibuscunque est dare minimum in illis stat diuisio ad minimum, cum minimum non sit vlterius diuisibile, & per consequens in illis non procedit diuisio in infinitum, minor vero patet per Phylosophum, primo huius dicit, quod contingit dare carnem minimam, & in secundo de anima, dicit Phylosophus. Omnium natura constantium est determinata ratio magnitudinis, & augmenti.

Prima rõ. Secunda ratio.

Item si continuum esset diuisibile in semper diuisibilia, tunc continuum esset diuisibile in infinitum, consequens est falsum, igitur, & antecedens, consequentia patet de se, & probo falsitatem consequentis: quia si continuum sit diuisibile in infinitum, tunc continuum habet infinitas partes: sed omne compositum ex partibus infinitis est acto infinitum, ergo si continuum esset diuisibile in infinitum sequeretur, quod continuum esset actu infinitum. In oppositum est hic Phylosophus. Ad istam quæstionem dicunt aliqui, quod nullum continuum finitum est diuisibile in semper diuisibilia, & hoc probant sic. Si aliquod continuum esset diuisibile in semper diuisibilia, illud

B aliquando esset diuisibile in infinitum, cõsequens est falsum, igitur, & antecedens, consequentia de se patet, & falsitas consequentis probatur per sex rationes: quarum prima est.

Prima rõ alterius opinionis

Omne totum compositum ex magnitudinibus multitudine infinitis: sicut cubitus componitur ex semicubitis, est magnitudo actu infinita: sed nullum continuum est magnitudo actu infinita. ergo nullum continuum est totum compositum ex magnitudinibus multitudine infinitis, sicut componitur cubitus ex semicubitis, & per consequens nullum continuum est diuisibile in magnitudines multitudine infinitas, maior videtur esse manifesta. Nam sicut duo semicubiti reddunt quantitatem cubiti, ita magnitudines multitudine infinitæ reddunt magnitudinem infinitam, minor huius rationis patet ex tertio huius, vbi est declaratum, quod nulla magnitudo est infinita in actu.

Tex. c. 60. & 65.

Et si dicatur, quod compositum ex magnitudinibus, infinitis in actu est acto infinitum: sed non oportet, quod compositum ex magnitudinibus infinitis, in potentia sit actu infinitum, nunc autem continuum est compositum, ex partibus infinitis in potentia non in actu.

Obiectio.

Contra istam rationem, arguitur sic. Diuisio per

C actum, & potentiam, aut distinguit esse partium, infinitarum, ita quod sit sensus, quod partes infinitæ non sunt in actu ita continuo: sed in potentia tantum, vel distinguit multiplicationem partium continui, ita quod sit sensus, quod partes omnes continui simul sumptæ non sunt actu multiplicatæ in infinitum: sed in potentia tantum, quia non sunt actu multæ, ex eo, quod non sunt actu diuisæ, primus intellectus est falsus, quia manifestum est, quod omnes partes, in quas continuum est diuisibile, insunt ipsi continuo actu, sicut duo semicubiti insunt actu ipsi cubito, quare sicut duo semicubiti, constituunt vnum cubitum, ita infinitæ partes actu existentes in toto constituunt totum infinitum. Secundus etiam intellectus omnino nihil est, quia si omnes partes simul sumptæ non sunt multitudine infinitæ eo modo, quo sunt multæ, habetur propositum: quia sufficit, quod non sunt infinitæ secundum multitudinem eo modo, quo sunt multæ. Sic, enim non sunt duæ, nec tres, nec quatuor actu, quia non sunt diuisæ actu, si igitur dicitur, quod partes nõ sunt infinitæ actu, quia non sunt diuisæ: eodem modo esset dicendum, quod partes non sunt duæ, nec tres, quia non sunt actu diuisæ.

Respõsio.

Ideo dicitur aliter, scilicet, quod aliquod totum esse compositum,

D ex magnitudinibus actu infinitis potest intelligi dupliciter, vno modo, quod illæ infinitæ magnitudines sint eiusdẽ quantitatis, alio modo, quod sint eiusdem proportionis: & tunc dicitur, quod compositum ex magnitudinibus, multitudine, infinitis, eiusdem, quantitatis est actu infinitum, sed non oportet, quod compositum ex magnitudinibus, multitudine, infinitis, eiusdem proportionis sit actu infinitum. Nunc autem, omne continuum componitur ex magnitudinibus multitudine infinitis eiusdem proportionis: sed nullum continuum componitur ex magnitudinibus, multitudine infinitis eiusdẽ, quantitatis.

Obiectio.

Sed contra istam responsionem arguitur. probando, quòd si in continuo sint infinitæ partes eiusdem proportionis, quòd erunt in continuo infinitæ partes eiusdem quantitatis, & hoc probatur sic. Accipiamus vnũ continuum: illud est diuisibile in duo media, & illa duo media sunt æqualia secũdũ quantitatẽ: adhuc vtrũq; illorũ duorũ mediorũ est diuisibile in alia duo media, & sic habemus quatuor partes eiusdẽ quãtitatis, & adhuc quodlibet illorum, quatuor mediorum est diuisibile

diuisibile in duo media, & sic habemus octo partes eiusdem quantitatis, & quælibet illarum octo partium est diuisibilis vlterius in medietates, & sic habemus 16. partes eiusdem quãtitatis, & ita diuidendo continuum, in infinitum secundum eãdem proportionem diuidentium ad diuisum semper ibitur in partes diuidentes eiusdem quantitatis inter se. Tunc si diuisio continui procedat in infinitum secundum eandem proportionem diuidentium ad diuisum, sequitur, quod diuisio continuo procedit in infinitum in partes eiusdem quantitatis inter se, sed omne tale per se est actu infinitum, ergo si cõtinuum diuisibile sit in infinitum in partes eiusdem proportionis, sequitur, quod continuum est actu infinitum. Secunda ratio principalis est ista, nullum diuisibile in infinitum potest esse actu vltimate diuisum, sed omne continuum potest esse actu vltimate diuisum, ergo nullum continuum est diuisibile in infinitum, maior huius rationis patet per diffinitionem infiniti datam in tertio huius, vbi dicitur, quod infinitũ est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra sumere, scilicet, extra quantitatem, quæ non est infinita, quia esse acceptum repugnat infinito, si igitur aliquid sit diuisibile in infinitum quacunque diuisione accepta adhuc est aliquam diuisionem extra accipere, & ita nulla erit vltima diuisio, & ita patet maior, scilicet, quod nullum diuisibile in infinitum potest esse actu ultimate diuisum, minor uero probatur sic. Omnes possibilitates nullum ordinem inter se habentes: quarum quælibet per se sumpta potest esse ad actum reducta in instanti a, possunt esse simul ad actum reductæ in instãti a, sed omnes diuisibilitates continui sunt quædam possibilitates nullum per se ordinem habentes adinuicem, & quælibet earum potest esse ad actum reducta in instanti a, ergo oẽs possibilitates ad diuisionem continui possunt esse simul ad actũ reductæ in instanti a, & per consequens continuum potest esse actu vltimate diuisum, & sic patet minor. Tertia vero ratio principalis est. In omni ordine essentiali est aliquid simpliciter primum, ut patet 2. meta. sed totius ad suas partes est ordo essentialis, quia dependentia essentialis, ergo in illo ordine est dare aliquid simpliciter primum, ergo ipsius totius continui est aliqua prima pars videlicet illa pars, quæ est simpliciter prima, quæ sic est pars, quod non est totum, quia si esset totum haberet partem, & cum pars sit prior suo toto, igitur illa pars, quæ ponitur prima pars, nõ esset prima pars, qđ est inconueniens, ergo relinquitur, quod prima pars simpliciter sic est pars, quod nullo modo est totum, & per consequens est simpliciter indiuisibilis, & per consequens cõtinuũ componitur ex indiuisibilibus, ex quo sequitur, quod continuum non est diuisibile in infinitum, nec per consequens est diuisibile in semper diuisibilia. Hæc ratio confirmatur, quia pars est causa materialis respectu totius, sed in omni genere est dare aliquid simpliciter primum, igitur est dare aliquam partem simpliciter primam, & illa pars est indiuisibilis, quia si esset diuisibilis haberet partem priorem ea, & per consequens non esset simpliciter prima. Quarta ratio principalis est ista. Omne, a quo potest accipi, vel auferri aliquod indiuisibile, est diuisibile in indiuisibilia, & per consequens non est diuisibile in semper diuisibilia, sed a continuo potest accipi aliquid indiuisibile, ergo continuum est diuisibile in indiuisibilia, & per consequens non est diuisibile in semper diuisibilia, maior patet, quia illud, in quo accipitur, uel aufertur aliquid, est diuisibile in illud, quod aufertur, & in illud, quod remanet, & per consequens vtrunque est pars. Minor autem probatur, quia si una linea intersecaret aliam lineam, intersecans auferret punctum, in quo tangitur a linea intersecata. Istam rationem prædictus doctor diuise pertractat, sed quia nullius est momenti, ideo pertrãseo. Quinta ratio principalis est ista. Omne mensurabile per replicationem indiuisibilium est compositum ex indiuisibilibus, sed omne continuum est huiusmodi, ergo omne continuum est compositum ex indiuisibilibus, & per consequens nullum continuum est diuisibile in semper diuisibilia, maior patet de se, & minor probatur, quia indiuisibile potest localiter moueri, quia potest variare situm suum, ut patet manifeste, ergo continuum per replicationem indiuisibilium potest mensurari, hęc consequentia patet per Phylosophum in hoc sexto, vbi vult Phylosophus, quod si indiuisibile moueretur, continuum mensuraretur per ipsum. Huic rationi forte diceretur, quod indiuisibile moueretur per accidens, non per se, sed si indiuisibile per se moueretur, tunc per sui replicationem mensuraret continuum, & hoc intelligit Phylosophus, & non de indiuisibili moto per accidens. Contra hoc arguitur sic, quamuis punctus moueatur ad motum sui subiecti, tamen quantum ad hoc, quod est mensurare

Secunda ratio.

Probatio minoris.

Tertia rō.

Tex. cõ. 4.

Confirmatio.

Quarta ratio.

Probatio minoris.

Quinta ratio.

A magnitudinem pertransitam nulla est differentia, sicut si pes debeat mensurare spatium decem pedum eodem modo mensurabit, siue sit pars animalis, siue separetur ab animali, quia semper eandem quantitatem reddet. ergo pari ratione, si punctus in linea existens possit continue moueri, si per impossibile poneretur, quod esset per se ipsum separatum a linea, & moueretur, eandem quantitatem redderet separatus, & non separatus a linea. Vnde potest argui sic. Illud, quod eandẽ quãtitatem omnino redderet siue per se moueretur, siue per accidens, si per se motum mensuraret aliquam quantitatem eandem quantitatem posset mensurare, si per accidens moueretur, sed punctus eandem quantitatem redderet, siue moueretur per se, siue per accidens, ergo si punctus per se motus mensuraret magnitudinem, sequitur quod punctus per accidens motus mensurabit magnitudinem, igitur &c. Sexta ratio principalis est. Si continuum esset diuisibile in infinitum, calor esset diuisibilis in infinitum consequens est falsum, ergo, & antecedens, consequentia patet, quia accidens diuiditur ad diuisionem sui subiecti, falsitas consequentis probatur dupliciter, primo, quia Phylosophus in lib. de sensu, & sensa, vult, quod nulla qualitas sensibilis sit indiuisibilis in infinitum. Item si calor esset diuisibilis in infinitum: sequitur, quod calor haberet infinitos gradus, & per consequens calor esset infinitus

B in uigore, & propter has sex rationes dicunt aliqui, quod continuum non est diuisibile in infinitum, & per consequens dicunt, quod continuum non est diuisibile in semper diuisibilia. Ego uero ad illam quæstionem dico, quod aliquid dicitur diuisibile dupliciter, uno modo, quia habet partem extra partem, & illo modo cęlum & omne continuum est diuisibile. Secundo modo aliquid dicitur diuisibile, quia potest diuidi per actualem separationem vnius partis ab alia. Vnde loquendo de diuisibili primo modo, sic dico, quod omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia, sed loquendo de diuisibili secundo modo sic dico, quod non omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia primum autem probo sic. Illud, quod semper habet partem extra partem sic, quod quacunque eius parte data illa habet partem extra partem, est diuisibile in semper diuisibilia primo modo intelligendo, scilicet, per diuisibile habens partem extra partem, sed omne continuum semper habet partem extra partem, ita quod quacunque parte data illa habet partem extra partem, ergo &c. maior est manifesta, & minorem probo: quoniam in illa eadem diuiditur continuum, ex quibus componitur, secundum Phylosophum, sed continuum non componitur ex indiuisibilibus, ut probatum est in prima quæstione, immo quacunque

C parte continui data, illa est vlterius diuisibilis in partem extra partem, quia si non haberet partem extra partem non faceret maius, quod est falsum, ergo omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia intelligendo per esse diuisibile habere partem extra partem, & sic patet primum. Secundum etiã declaratur, scilicet, quod non omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia, intelligendo per diuisibile illud, quod potest diuidi per actualem separationem unius partis ab alia, quia cęlum est continuum, & tamen non est diuisibile per actualem separationem vnius partis ab alia, quia sic esset corruptibile, similiter minimum naturale, si tale ponatur est continuum, & tamen non potest diuidi per actualem separationem unius partis ab alia parte, vtraque parte remanente, quia sic esset dare minus minimo, quod est impossibile. Ad rationes principales, ad primã cum dicitur, quod in quibuscunque habentibus minimũ in illis non procedit diuisio in infinitũ, dico, quod in quibuscunque est dare minimũ per se existens in il-

D lis nõ procedit diuisio in infinitũ per actualem separationem vnius partis extra aliam partẽ, tamen in illis, in quibus est dare minimum per se existens procedit diuisio in infinitum per signationem unius partis extra aliam. Ad secundum principale, quando dicitur, quod si continuum est diuisibile, &c. ergo continuum est diuisibile in infinitum, concedo, & cum dicitur, quod tunc continuum haberet infinitas partes, concedo. Et quando dicitur, quod omne compositum ex partibus infinitis est actu infinitum, dico, quod aliquid esse compositum ex infinitis partibus intelligitur dupliciter. Vno modo, quod sit compositum ex infinitis partibus eiusdem quantitatis determinatæ, quarum quælibet totaliter sit extra aliam, alio modo potest aliquid esse compositum ex infinitis partibus eiusdem proportionis. Dico etiam, quod dupliciter aliquid dicitur esse infinitum, videlicet, uel infinitum secundum diuisionem, vel infinitum secundum extrema. Dico igitur, quod omne continuum est compositum ex infinitis partibus eiusdem proportionis, & ideo concedo, quod omne continuum est in-

finitum

Sexta rō.

Opinio Auctoris.

Ad primã rationem.

Ad secundam rationem principalem.

finitum secundum diuisionem determinatę, sed nullum continuum permanens est compositum ex infinitis partibus eiusdem quantitatis determinatę, quarum quælibet esset totaliter extra animam quoniam si aliquid esset compositum ex infinitis partibus eiusdem quantitatis, quarum quælibet totaliter esset extra aliam, illud esset infinitum secundum extrema, sed non oportet, quod compositum ex infinitis partibus eiusdem proportionis sit infinitum secundum extrema. Ad

Ad primã rationem alterius opinionis. rationes vero alterius opinionis. Ad primam cum dicitur, si continuum esset diuisibile in semper diuisibilia &c dico, quod verum est, quod continuum est diuisibile in infinitum in partes eiusdem proportionis, sed non est diuisibile in infinitum in partes eiusdem quantitatis signatę, quare quælibet est extra aliam totaliter, concedo tamen, quod in nullo continuo sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet, &c. sed nullę sunt infinitę partes eiusdem quantitatis signatæ, & determinatæ quantitatis, vt tantę quantitatis, vel tantę, quarum quælibet est totaliter extra aliam. Vnde detur aliqua certa quantitas quantumcunque parua, dico, quod in nullo continuo sunt infinitæ partes tantę quantitatis, quarũ quælibet est totaliter extra aliam, tamen nec signando, nec determinando quantitatem, dico, quod in quolibet continuo sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, quia non sunt tot partes eiusdem quantitatis in aliquo continuo, quia plures partes eiusdem quantitatis sint in eodem continuo, & hoc probat ratio facta contra responsionem. Quando igitur dicitur, quod si continuum sit diuisibile in infinitum in partes eiusdem proportionis, erit diuisibile in infinitum in partes eiusdem quantitatis, verum est, quia non in tot, quin in plures, sed ex hoc non sequitur, quod sit diuisibile in infinitum in partes eiusdem quãtitatis signatæ, idest, in partes infinitas tantę quantitatis determinatæ, nec hoc concludit argumentum, vt patet cuilibet intelligenti. Vnde non est diuisibile in tot partes eiusdẽ quãtitatis, quin sit diuisibile in duplo plures partes eiusdẽ quantitatis, quia in medietates illarum partium, & iterum in medietates medietatum, & sic in infinitum. Et si dicitur, quod illud, quod est diuisibile in infinitum in partes eiusdem quantitatis, quarum quęlibet est extra aliam, est infinitum. Dico, quod non oportet, quod omne diuisibile in infinitum in partes eiusdem quantitatis sit actu infinitum, tamen omne diuisibile in infinitum in partes tantæ, vel tantæ quantitatis, quarũ quęlibet est totaliter extra aliam est actu infinitum. Ad secun-

Ad secũdã rationem. dam rationem, quando dicitur, quod nullum diuisibile in infinitum potest esse actu vltimate diuisum, concedatur. Et ad minorem, quando dicitur, quod omne continuum potest esse actu ultimate diuisum, illud est negandum, intelligendo per actu vltimate diuisum esse diuisum secundum quodlibet secundum, quod est diuisibile. Et ad probationem, cum dicitur, quod omnes possibilitates nullum inter se ordinem habentes, quarum quælibet per se sumpta potest esse ad actum reducta in instanti a, possunt esse simul ad actum reductæ in instanti a. Dico, quod hæc est falsa, quia quamuis quælibet illarum possibilitatum per se sumpta possit reduci ad actum in instanti a, non tamen possunt omnes illæ possibilitates esse simul reductæ ad actum in instanti a, & tamen illæ possibilitates non habent inter se ordinem essentialem, vnde illa propositio, videlicet, omnes possibilitates nullum ordinem inter se habentes, &c. nec est probabilis, nec vera, quia multa sunt possibilia diuisim, quæ non sunt possibilia coniunctim, sicut pro instanti a, possibile est te sedere, & non sedere, & tamen non est possibile te sedere, & non sedere coniunctim in instanti a. Ad tertiam rationem, quando dicitur, quod in omni

Ad tertiã rationem. ordine essentiali est aliquod simpliciter primum: concedatur. Et quando dicitur, quod totius ad suas partes est ordo essentialis, concedo, & ideo totum est simpliciter primum respectu suarum partium prioritate formæ ad materiam, & partes sunt priores in toto prioritate materiæ ad formã, sed ex hoc non sequitur, quod aliqua pars sit simpliciter prima pars, quia partes inter se non habent ordinem essentialem, sed accidentalem tantum. Vnde quamuis partes & totum habeant inter se ordinem essentialem, tamen partes inter se non habent ordinem essentialem. Ad confirmationem vero cum dicitur, ꝙ

Ad confirmationẽ. in omni genere est dare aliquid simpliciter primum, dico, ꝙ in omni genere causæ, in quo est ordo essentialis, est dare aliquid simpliciter primum, vbi tamen non habent ordinem essentialem, non oportet. Nunc autem partem quantitatiuę nõ

Ad quartam rationem. habent inter se ordinem essentialem, sed accidentalem tantum. Ad quartam rationem, quando dicitur, quod omne illud, a quo potest accipi, uel auferri aliquod indiuisibile, est diuisibile in indiuisibilia. Dicendum, quod illud, a quo potest auferri indiuisibile per diuisionem factam in indiuisibile, & in aliud est diuisibile in indiuisibilia. Et cum dicitur in minori, quod a continuo potest accipi, uel auferri aliquod indiuisibile, dico, quod uerum est per corruptionem illius indiuisibilis; non per diuisionem in illud indiuisibile, & in aliud. Ad quintum, cum dicitur, quod mensurabile per replicationem indiuisibilium est compositum ex indiuisibilibus;

Ad quintam rationem. concedo. Et cum dicitur, quod indiuisibile potest moueri super magnitudinem, dico, quod uerum est per accidens tantum. Et quando dicitur, quod tunc mensurat magnitudinem: ut vult Phylo. in libro sexto, dico, quod si indiuisibile per se moueretur, mensuraret magnitudinem, quia si indiuisibile per se moueretur indiuisibile esset diuisibile, quia omne, quod per se mouetur partim est in termino a quo, & partim est in termino ad quem & sic indiuisibile esset diuisibile, & per consequens mensuraret magnitudinem. Et cum dicitur, ꝙ eodem modo mensurat magnitudinem, si moueatur per accidens, dico, quod diuisibile, siue moueatur per se, siue per accidens potest eodem modo mensurare magnitudinem, sed non est uerum de indiuisibili, quia si indiuisibile moueretur per se, sequeretur ipsum esse diuisibile, sed ex hoc, quod moueatur per accidens, non sequitur ipsum esse diuisibile. Ad sex-

Ad sextã rationem. tum dico, concedendo, quod sicut continuum est diuisibile in infinitum in partes eiusdem proportionis, ita calor est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis non in partes eiusdem quantitatis; vel perfectionis determinatæ, sicut dictum est superius; nec hoc concludit illa ratio quia.

PER NATVRAM VELOCITATIS, ET tarditatis in motu probatur, quod nec magnitudo, nec tempus componitur ex indiuisibilibus.
Tractatus primi. Cap. II.

Cum autem omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibiles, demonstratum est enim continuum ex indiuiduis constare nõ posse, estque omnis magnitudo continuum, necesse est id, quod celerius mouetur, maiorem in æquali: æqualem in minore, & maiorem insuper in minore tempore magnitudinem transeat, ut quidam id, quod celerius mouetur diffiniunt.

Quoniam aũt omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis, ostensum est: quoniã impossibile est ex athomis continuũ esse aliquod, magnitudo aũt omnis continua, necesse est velocius in æquali tẽpore maius, & in minori plus moueri, sicut diffiniunt quidam ipsum uelocius. Tex. c. 13

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo per naturam velocitatis, & tarditatis in motu Phylosophus probat, quod nec magnitudo, nec tempus componitur ex indiuisibilibus. Vnde hoc capitulum continet tres partes principales, quia in prima declarantur tres diffinitiones velocitatis, supposito, quod magnitudo non sit composita ex indiuisibilibus, sed ex semper diuisibilibus. In secunda ibi [Qm̃ autem omnis motus.] Ex diuisione velocitatis, & tarditatis in infinitum declaratur, quod magnitudo est diuisibilis in infinitum. In tertia ibi [Manifestum est, qm̃ omne] Ex continuitate temporis concludit Phylosophus continuitatem magnitudinis. Prima pars continet quatuor particulas: quoniam in prima declarauit, quod omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines: siue, quod nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. Et ex hoc concludit, quod diffinitiones velocioris datæ ab antiquis sunt bonæ, & ueræ. In secunda ibi [Sit enim spatium, in quo a,] Declaratur una diffinitio velocioris, scilicet, quod velocius in æquali tempore pertransit plus de spatio, quam pertransit tardius. In tertia ibi [At uero in minori, &c.] Declaratur alia diffinitio uelocioris, uidelicet, quod uelocius in minori, tempore pertransit plus de spatio. In quarta ibi [Manifestum autem ex his] Declaratur tertia diffinitio uelocioris, scilicet, quod uelocius in minori tẽpore pertransit æquale. In prima igitur particula huius partis declaratur primo, quod omnis magnitudo

tudo est diuisibilis in magnitudines, idest, indiuisibilia, & hæc est quinta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Omnis magnitudo est diuisibilis, & nulla magnitudo est diuisibilis in indiuisibilia, ergo omnis magnitudo est diuisibilis in diuisibilia, & sic omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines, hoc est in diuisibilia. Quod autem nulla magnitudo sit diuisibilis in indiuisibilia probatur per hoc, quia magnitudo nõ est diuisibilis, nisi in illa, ex quibus cõponitur, sed nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus, ergo nulla magnitudo diuiditur in indiuisibilia. Quod autem nulla magnitudo componatur ex indiuisibilibus probatur, quia nullum continuum componitur ex indiuisibilibus & omnis magnitudo est continua, ergo nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. Probato igitur, q omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines, hoc est in diuisibilia: concludit Phylosophus diffinitiones velocioris, quibus quidam antiqui ipsum diffiniebãt, & dicit, quod quia omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines: nec est, q velocius pertranseat in tempore æquali tempori pertransiens tardioris maius spatium, & quod in minori tempore, quam est tempus motus tardioris pertranseat maius spatium, & q in minori tẽpore, quam est motus tardioris pertranseat æquale spatium spatio pertransito a tardiori. Istæ enim sunt tres diffinitiones, quibus aliqui antiqui diffiniebant velocius. Nam dixerunt, q velocius est, qd in æquali tempore pertransit maius spatium, & quod in minori tempore pertransit maius spatium, & quod in minori tempore pertransit æquale spatium. Intelligendum secundum Commen. hic, q si ipsa magnitudo componatur ex indiuisibilibus mobile pertransiens magnitudinem pertransiret magnitudinem indiuisibilem, quia pertransiens aliquam magnitudinem pertransit partes magnitudinis, sed hoc est inconueniens. s. q mobile pertranseat magnitudinem indiuisibilem, quia sic destrueretur diffinitio uelocioris, quod probat Commen. sic, dicens. Si igitur magnitudo non diuideretur in rem diuisibilem, non esset possibile: cum velocius moueretur per magnitudinem indiuisibilem in aliquo tempore, ut tardius moueretur in illo tempore, quoniam tunc diuideretur illud, quod non est diuisibile, & sic destrueretur diffinitio tardioris, & est, q moueretur in tempore, in quo mouetur uelocius per spatium minus, & cum destruitur diffinitio tardioris, destruitur diffinitio velocioris, & est, q moueretur in tempore æquali per maiorem magnitudinem, hæc Commen. Et sic patet hęc consequentia, scilicet, magnitudo componitur ex indiuisibilibus, ergo destruitur diffinitio velocioris, patet etiam, quæ est diffinitio tardioris. Item dicit Commen. q Phylosophus sequitur diffinitionem tardioris, quæ intelligitur per diffinitionem uelocioris.

Quinta conclusio huius lib.

Notandũ.

A

B

C

Si enim a, mobile celerius b, cum igitur id sit celerius, quod prius mutatur, quo in tẽpore, sitq; illud e, f, mutatum est a, ipsum ex c, in d, in eo mobile b, nondum accedat ad d, sed circa illud erit, ut patet. Quare id quod celerius mouetur plus magnitudinis in æquali tempore transit.


Sit enim ipsum, in quo a, eo, quod in quo b, velocius. Quoniam igitur uelocius, quod primum mutat, in quo tempore ipsum a, mutatum est ab ipso c, in ipsum d, f, in tempore z, i, in hoc ipsum b, non erit iuxta ipsum d, sed deficiet, quare in æquali tempore plus abibit velocius. D

HAec est secunda particula primę partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod supposito, quod magnitudo componatur ex diuisibilibus verificabitur hæc diffinitio uelocioris, & tardioris, scilicet, quod velocius in æquali tempore pertransit plus de spatio cum tempore, quo mouetur tardius, quam tardius, hæc igitur est conclusio declarando sub intellectu iam dato. s. quod uelocius in æquali tempore pertransit plus de spatio, & hęc est sexta conclusio huius libri, quæ probatur probatione exemplari, supposito, quod magnitudo componatur ex semper diuisibilibus. & hoc sic. Sit a, velocius, & b, tardius, & moueantur per spatium c, d, & quia a, est velocius citius perueniet ad d, quam b, ergo tempus, in quo a, perueniet ad d, est velocius, quam tempus in quo b, perueniet ad d, & hoc manifestum est, quia in hoc tempore non perueniet b, ad d, ergo in tempore x, b, pertrãsit partem magnitudinis c, d, sit illa pars c, K, sed tota ma-

Sexta conclusio huius libri.

A

Demonstratio.



Tempus in quo A, mobile, pertransit c, d.


gnitudo est maior quã pars magnitudinis, & in æquali tẽpore in quo a, pertransit totam magnitudinẽ. b, pertransit partem magnitudinis, ergo velocius in æquali tempore pertrãsit plus de spatio. Hoc idem potest argui sine terminis sic, moueatur mobile velocius, & mobile tardius in eodem tempore super aliquam magnitudinem: tunc mobile velocius citius deueniet ad terminum magnitudinis, quam mobile tardius, quia aliter non esset velocius. In illo igitur tempore, in quo mobile velocius pertransit totam magnitudinem: mobile tardius nõ pertransit totam magnitudinem, sed partẽ illius magnitudinis, cum igitur tota magnitudo sit maior, quam pars magnitudinis, sequitur, q mobile velocius in æquali tempore pertransit maius spatium, quia in eodem tempore, in quo velocius pertrãsit totam magnitudinem mobile tardius solum pertransit partem illius magnitudinis.

B

At uero plus etiam magnitudinis minori in tẽpore transit. Nam in minore tẽpore e, f, quo mobile a. ad ipsum peruenit d, mobile b, tardius erit in ipso g, citra terminum d. Si igitur a, toto tempore e, f, ad ipsum peruenit d. erit in minori tempore citra d, in ipso h quod esse potest: inter g, atque d. Sitque illud tempus e, K. At magnitudo quidem e, h, maior est magnitudine e, g. tempus autem e, k, minus est tempore toto e, f. Quare id, quod celerius est, maiorem magnitudinem minore in tempore transit.

C

Demonstratio.



Tempus in quo a, peruenit ad t, minus tempore z, i, in quo ipsum peruenit ad d,

At uero & in minori plus, in quo enim ipsum a, factũ est iuxta ipsum d, ipsũ b, erit iuxta c, cũ tardius est. Ergo quoniam ipsum a, ad ipsum d, factũ est in omni in quo est, z, i, tempore, ad ipsum t, erit in minori hoc, & erit in quo z, K, ipsum quidem ergo c, t, quod transierit ipsum a, maius est ipso, c, e, tempus autem, quod est z, K, minus est omni eo, quod est z, i, quare in minori abibit maius.

Tex. c. 12.

HAec est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur alia diffinitio velocioris, videlicet, quòd velocius in minori tempore pertransit maius spatium, & hæc est septima conclusio huius libri, quæ declaratur declaratione exemplari sic Sit a, mobile velocius, & b, mobile tardius, & moueatur a, in tempore z, i, per-

Secunda diffinitio velocioris.

Secunda conclusio huius lib.

z,i, per magnitudinē c,d, tunc b, qđ est mobile tardius in hoc tempore z,i, pertransibit maiorem magnitudinem, q̃ est c,d, & sit illa magnitudo c,k. Accipiamus igitur maiorē magnitudinē, quā sit magnitudo c,b, & minorē magnitudinē c,d, & sit illa magnitudo c,g, & manifestū est, ꝙ a, in minori tempore pertransibit c,g, quā c,d, & sit illud tempus z,l, tunc sic. In tempore z,l, a, pertransibit magnitudinē c,g, quæ est maior, quam magnitudo c,K, & b, qđ est mobile tardius pertransibit c,k, in t̃pe z,h, qđ est maius, quam t̃ps z,l, a, velocius igitur in minori tempore pertransibit plus de spatio. Hoc tamen potest argui sine istis terminis, mobile uelocius in eodem t̃pore pertransibit maiorem magnitudinem, in quo mobile tardius p̃transit minorem magnitudinem, accipiatur ergo aliqua magnitudo maior magnitudine, quam mobile tardius pertransit in illo tempore, & minor magnitudine, quam mobile velocius pertransit in eodem tempore, illā igitur magnitudinem pertransit mobile velocius in minori tempore, quam t̃pus, in quo pertransit magnitudinem minorem, & in illo t̃pore, in quo mobile velocius pertransit magnitudinem maiorem, in eodem tempore mobile tardius pertransit magnitudinē minorem, ergo mobile velocius in minori tempore pertransit magnitudinem mediam, quæ est maior magnitudine minori, quam est tempus, in quo mobile tardius pertransit magnitudinem minorem, & ita mobile velocius in minori tempore pertransit maius, quam est tempus, in quo tardius pertransit minus spatium. Intelligendum, quod illa demonstratio fundatur super hoc, quod datis quibuscunque magnitudinibus, una maiore, & alia minore contingit dare magnitudinem mediam, scilicet minorem magnitudine maiori, & maiorem magnitudine minori, & illud est uerū, quia omnis magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia, nec potest una magnitudo excedere aliam solum per indiuisibile: quoniam indiuisibile additum magnitudini non facit maius. Vnde illa demonstratio fundatur super hoc, quod omnis magnitudo diuiditur in semper diuisibilia.


Ex his autem patet id, qđ est celerius, minore[e] in tempore magnitudinem æqualem transire. Nam, cum ipsum ad tardius quidem comparat[ū] maiorem in minore tempore, per se autem sumptum maiore in tempore maiorem magnitudinē transeat. Tempus profecto e,k in quo c,b, magnitudinem transit, maius erit eo tempore, quo c,g, magnitudinem transit. Sit igitur minus illud tempus e,l. Quare si e,k, tempus minus est tempore e,f, in quo b, tardius mobile magnitudinem c,g, transit. Et e,l, profecto tempus e,f, t̃pore minus erit. Est.n. minus tempore e,K. Quod uero est minus minore, minus, & ipsum est. Quare minore in tempore magnitudinem æqualem transibit.

Tex. c. 13. *Manifestum aūt ex his, & qđ velocius in minori tēpore abibit æquale. Quoniam quidem.n. maiorem in minori transit tardiori, ipsum autem secundum se ipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori, ut quæ est l,m, ea quæ est l,x, plus utique erit tēpus, qđ p,r, in quo ipsum a, transit l,m, quam quod est p,s, in quo transit ipsum l,x. Quare siquidem est p,r, tempus, minus est eo in quo est b, in quo, quod est tardius transit ipsum l, x, & quod est p, s, tempus minus est eo, in quo est b, ipso enim p, r, minus est minorem autem minus, & ipsum minus est. Quare in minori mouebitur æquale.*

Tertia diffinitio. HAec est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus declarat tertiam diffinitionem velocioris, quæ est, quod velocius in minori tempore pertransit spatium æquale, hoc est in minori tempore, quam est tempus, in quo tardius pertransit spatium, uelocius pertransit æquale spatium spatio, quod tardius pertransit, & hæc est octaua conclusio huius libri, scilicet, quod uelocius in minori tempore pertransit æquale sub intellectu iam dicto, & probatur dupliciter, & primo sic. Velocius in minori tempore pertransit maius spatium, ut patet per con-

Octaua conclusio huius libri.

Prima probatio.



Tempus maius, p, r, in quo b, mobile tardius pertransit, l, x, magnitudinem minorem. P R

Tempus minus in quo a, mobile velocius pertransit l, m, magnitudinem maiorem. P S

T̃ps minus p, t, in quo a, pertransit l, x, magnitudinē minorē.

clusionem præcedentem, sed in minori t̃pe pertransit spatiū æquale, quā spatiū maius, quia spatium æquale est minus, quā spatiū maius, & idem mobile in minori t̃pore pertransit minus spatium, quā maius: t̃ps ergo, in quo velocius pertransit æquale spatium est minus t̃pe, in quo velocius pertrāsit maius, sed quicquid est minus minori est minus maiori, & t̃pus, in quo mobile uelocius pertransit maius spatium est minus, quam t̃ps, in quo mobile tardius pertransit spatium, per quod mouetur, ergo t̃ps, in quo mobile velocius pertransit æquale est minus, quam t̃ps, in quo mobile tardius pertransit spatiū, per qđ mouetur. Ex quo sequitur, ꝙ velocius in minori t̃pe pertransit spatiū æquale spatio, qđ tardius pertransit, quam est tempus, in quo tardius pertransit illud spatium. Hæc igitur ratio fundatur super tribus propositionibus, quarum prima est, ꝙ idem mobile eiusdem velocitatis in minori tempore pertransit minus spatium, quam maius, & hæc est nota per se. Secūda est, ꝙ spatium, quod velocius pertransit in aliquo tempore est maius, quam spatium, quod tardius pertransit in eodem, & hoc patet ex cōclusione præcedenti. Tertia propositio est, ꝙ quicquid est minus minori, illud est minus maiori, & hæc est nota per se. Ex his igitur sequitur conclusio, ut patet, quia t̃ps, in quo uelocius pertransit maius spatium quam est spatium, per quod tardius mouetur, est minus, quam tempus, in quo tardius pertransit spatium, per quod mouetur, & tempus, in quo uelocius pertransit æquale spatium spatio, per qđ mouetur tardius est minus, quam tempus, in quo velocius p̃transit maius spatium, igitur tempus, in quo uelocius pertrāsit æquale spatium spatio, per quod tardius mouetur est minus, quam tempus, in quo tardius pertransit spatium, per qđ mouetur, quia quicquid est minus minori, &c. & per consequens uelocius in minori tempore pertransit æquale spatiū, & hanc rationem ponit Phylosophus in terminis, videlicet a,b,c, & satis patet. Possumus tamen leuiter ponere in terminis sic, sit a, mobile velocius & sit b, mobile tardius, & sit c, spatium maius, per quod mobile uelocius pertransit in minori tempore, & sit d, spatium minus, quod mobile tardius pertrāsit, tunc a, in minori tempore pertransit, c, quod est tempus in quo b, pertransit d, sed a, in minori tempore pertransit d, vel æquale ipsi d, quam est tempus, in quo a, pertransit c, & quicquid est minus minori, est minus maiori, ergo tempus in quo a, pertransit d, est minus, quam tempus in quo b, pertransit d, uel æquale d, ergo a, uelocius in minori tempore pertransit d, æquale spatio, per quod tardius mouetur, quam est tempus, in quo tardius pertransit spatium, per qđ mouetur.

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Præterea, si oē qđ mouetur, aut in æquali aut in minori, aut in maiori mouetur t̃pe necesse est, & id quidem, quòd in maiori mouetur, tardius est: id autē, ꝙ in æquali: æque celer est, quòd uerò celerius est: neq; celer est: neque tardius est: id profecto, quòd celerius est: neque in æquali t̃pore neque in maiore mouebitur. Restat igitur t̃pore ip-

sum

sum in minore moueri. Quare id, quod celerius est: tempore in minore magnitudinem æqualem transire necesse est. A

Tex. c. 14. *Amplius autẽ si omne necesse quidẽ, aut in æquali, aut in minori, aut in pluri moueri, & quod quidem in pluri tardius est. Quod aũt in æquali, æque velox. Velocius autẽ non est æqualiter velox, neque tardius, neq; utique in pluri, aut æquali mouetur ipsum velocius, relinquitur igitur in minori, quare necesse est æqualem magnitudinem minori tempore transire uelocius.*

Secunda probatio. SEcundo probatur eadem conclusio sic: quælibet duo mota, quæ pertranseunt idem spatiũ, vel spatia æqualia, quorum alterum est velocius altero, necesse est, ut velocius pertranseat illud, seu spatium æquale, aut in æquali tempore tempori pertransitus tardioris, aut maiori tempore, aut in minori, sed velocius non pertransit idem spatium, vel æquale in equali tempore, quia sic non esset velocius, sed æque velox, nec pertransit idem spatium, seu æquale, nisi in maiori tempore, quia sic esset tardius, ergo, relinquitur, quod velocius in minori tempore pertransit æquale, quia si nec in maiori tempore, nec in æquali tempore pertransit æquale, sequitur, quod in minori pertransit æquale. B

Quoniam aũt omnis quidem motus in tempore est, & omni in tempore motus fieri potest, omne aũt quod mouetur, & celerius, & tardius moueri põt, in omni profecto tempoe celerior, tardiorq; motus fieri põt. Quæ cum ita sint: tempus continuũ esse necesse est. Dico autem continuum id, quod est diuisibile in diuisibilia semper, hoc. n. tali supposito, tempus cõtinuum esse necesse est.

Tex. c. 15. *Quoniam aũt oĩs motus in tempore est, & in omni tpe possibile est moueri. Omne autem, quod mouetur cõtingit, & velocius moueri, & tardius, & in omni tempore erit velocius, & tardius moueri. Hæc autem cũ sint, necesse est, & tempus continuũ esse. Dico autem continuũ eẽ diuisibile in semper diuisibilia, huiusmodi. n. supposito continuo, necesse est, & tempus continuum esse.* C

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ex diuisione velocitatis, & tarditatis in infinitũ declarat, quod magnitudo est diuisibilis in infinitum, & ẽt, quod tps est diuisibile in infinitum. Ista pars continet duas particulas, quia in prima declaratur, quod si velocitas, & tarditas procedunt in infinitum, tps est diuisibile in infinitũ. In secũda uerso ibi. [Qm̃ aũt ostensum.] Concludit Phylosophus ex prædictis, quod diuisibilitas in magnitudine, & ẽt in tempore procedit in infinitũ. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod si velocitas, & tarditas procedũt in infinitũ tps est diuisibile in infinitũ & hæc est nona conclusio huius libri, & improbãdo istã cõclusionẽ Phylosophus utitur tribus ꝓpositionibus, quarũ prima est, quod oĩs motus est in tpe, & hæc coclusio est superius declarata, secũda est, quod in omni tpe põt esse motus, tertia est, quod oẽ motũ aliquo motu põt moueri velocius illo motu posito, hoc est, omne motũ alio motu potest moueri motu velociori, suo motu posito, ex quibus sequitur, quod tempus est diuisibile in infinitum, & quod tempus est continuũ, quoniam in proposito idem intelligimus per continuum, & per diuisibile in infinitum, & quod hęc conclusio sequatur patet sic, quia ex secunda propositione habetur, quod accepto quocunque tpe modico in illo tempore potest esse motus, moueatur igitur in illo tpe aliquod mobile, ex tertia propositione habetur, quod illud mobile datum potest moueri velocius, tunc in minori tpe pertransit spatium equale, & adhuc contingit dare uelocius illo, igitur adhuc est dare tempus minus, & sic in infinitum, ergo tempus est diuisibile in infinitum, igitur, si velocitas, & tarditas procedunt in infinitum: sequitur, quod tempus est diuisibile in infinitum sic, quod quocũque tpe dato contingit dare tempus minus, & minus in infinitum. Sed hic sunt tria notanda secundum Commẽ. primo, quod cũ Phylosophus prius declarauit, quod si magnitudo fuerit diuisibilis in infinitũ, quod velocius, & tardius mouentur in infinitũ, vult declarare modo econuerso, & est, quod ex hoc; quod velocior, & tardius pertranseunt in infinitum, sequitur, quod magnitudo semper diuiditur in diuisibile, primo enĩ declarat, quod si magnitudo fuerit diuisibilis in infinitũ, quod velocius, & tardius erunt diuisibilia in infinitum, quia diuisibilitas magnitudinis est causa in diuisibilitate uelocitatis, & tarditatis in infinitum, & uelocitas, & tarditas sunt signa diuisibilitatis, supple, magnitudinis, & sic signa demonstratiua sunt illa, quæ conuertuntur cum suis causis. s. quod cum ponitur causa ponitur signũ, & econuerso, & ideo Phylosophus incepit primo determinare consecutionẽ signi ex causa, deinde consecutionem causæ ex signo, hęc Commẽ. Ex his igitur patet, quod per diuisibilitatem uelocitatis, & tarditatis in infinitum potest demonstrari diuisibilitas magnitudinis in infinitũ demonstratione a signo, & a priori, sed ex diuisibilitate magnitudinis in infinitum potest demonstrari diuisibilitas velocitatis, & tarditatis in infinitum demonstratione a causa, & a priori.

Secundũ notandũ. Secundo est notandum secundum Comm. hic, quod Phylosophus istis duabus propositionibus, videlicet in omni tpe potest esse motus, & quod omnis motus potest esse uelocior, addit tertiam propositionem. s. primam in ordine, quæ est, quod omnis motus est in tempore, quæ prius est declarata ad excludendum responsionem, quæ posset dari. s. quod motus uelocior non potest dari in tpe, sed in instanti. B

Tertium notandũ. Dubium. Tertio est notãdum, quod Commen. mouet, & soluit hic unam dubitationem de ista propositione, quæ dicit, quod omne motum potest moueri motu velociori suo motu, hæc. n. uidetur esse falsa, quia, ut dicit Comment. declaratum est, quod motus motorum naturalium sunt determinati in velocitate, & tarditate, ut cœlum impossibile est, ut sit uelocius, ut postea declarabitur, ergo propositio, quę ponitur secundum hoc possibilis, ẽst impossibilis. Ad hæc dicit Commen. sic. Ad hoc autem dicamus, quod

Solutio Commẽ. omne motum secundum, quod est motum, possibile est, ut moueatur motu uelociori suo motu, secundum, quòd est motus, & causa huius est, quoniam motus est de continuo, & velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo, quemadmodum igitur diuisibilitas in continuo procedit in infinitum: similiter uelocitas in motu: quoniam si uelocitas finiretur in motu secundum, quod est motus, esset possibile motum fieri in instanti. Et forte propter hoc d. Phylosophus, quod omnis motus est in tempore, & sic illa propositio, videlicet, omne motum potest moueri motu uelociori, est possibilis per se, & impossibilis per accidens. s. quia accidit motui, quod fuerit in rebus naturalibus. i. materialibus: cum igitur coniuncta fuerit huic propositioni propositio, in qua dubitatur, & concluditur impossibile: scietur, quod illud impossibile non sequitur ex possibili, secundum, quod est possibile, hæc Commen. In qui- C

Prima ꝓpositio. bus dictis continentur quinque propositiones: quarum prima est. quod omne motum secundum, quod motum possibile est, ut moueatur motu velociori suo motu. Et intelligo, quod possibilitas accipitur in propositione pro non repugnantia terminorum, quam non repugnantiã quidam dicũt esse possibilitatem logicam, & ideo possibile in hac propositione dicit negationem repugnantiæ. & propter hoc dicit Commen. quod per illam propositionem affirmatiuam, intelligit unam propositionẽ negatiuam. i. istam: nulli motui secũdum, quod motus repugnat moueri motu uelociori suo motu; & ista est uera, quia quocunque motu dato non repugnat motui sub generali ratione motus, quòd sit motus uelocior, quia oĩ motu dato contingit imaginari motum uelociorem, & ideo non repugnat motui inquantum motus, quod quocunq; motu dato sit dare motum uelociorem, & ideo hæc est uera, non repugnat moto inquantum est motum, quod moueatur motu velociori suo motu. Et sub isto intellectu negatiuo cõcedit Commen. istam propositionem. s. omne motum, secundũ, quod motum possibile est, ut moueatur motu uelociori: si uero illa propositio intelligitur in sensu, quem facit. i. secundum, quod reduplicatio importata per hoc, qđ dico secundum, quod affirmatur, sic est falsa, quia sequitur secundum illum intellectum: omne motum secundum, quod mouetur põt moueri, &c. ergo omne motum &c. potest moueri motu uelociori suo motu, consequens est falsum: igitur &c quia cœlum non potest moueri motu uelociori suo motu: consequentia patet, quia omnis reduplicatiua affirmatiua infert suam præiacentem, ut patet ex logica, & ideo propositio Commen. s. motum secundum, quod motum &c. sub intellectu affirmatiuo est falsa: & sub intellectu negatiuo uera, ut dictum est. Secunda propositio D

Secunda ꝓpositio. Commen. est, quod motus est de genere continuorum, & uelocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo, & hoc sic intelligo. s. quod velocitas motus assimilatur continuo, & ideo sicut non repugnat continuo inquantum continuum diuidi

in

A in infinitum, ita non repugnat motui, in quantum motus, velocitati in infinitum, imma quacunque velocitate data non repugnat motui, inquantum motus, habere velocitatem maiorem. Hanc igitur propositionem, scilicet velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo, debemus sic intelligere, videlicet, quod velocitas motus assimilatur diuisibilitati, quæ est in tempore continuo: quoniam sed'm diuisibilitatē velocitatis in infinitum, diuiditur tempus, in infinitum, quoniam quanto motus est velocior, tanto tempus in quo fit motus, est minus, quia velocius in minori tempore pertransit æquale, & ideo secundum diuisibilitatem velocitatis in motu in infinitum, diuiditur tempus in infinitum, & sic velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo, quia secundum diuisibilitatem velocitatis in motu diuiditur tempus, qd' est quoddam continuum, & per consequens magnitudo, & etiam motus, quia omnia ista eodem modo se habent, quo ad diuisionem in semper diuisibilia, & quantum ad compositionem ex indiuisibilibus.

Tertia propositio. Tertia propositio est una conditionalis, scilicet, ista, quod si velocitas finiretur in motu secundum, quod est motus, esset possibile motum fieri in instanti, sed illa cōsequētia videtur esse dubia, q̄a motui repugnat, q̄ fiat in instāti, igitur si detur motus velocissimus adhuc ille motus nō erit in instanti, sed in t̄pe. Ideo est dicendū, qd' consequentia B Comment. tenet, & est bona per hoc, q̄ nulli motui facto in tempore secundum, q̄ est motus, repugnat, q̄ sit motus velocior eo, quoniam velocitas in motu, secundum q̄ motus procedit in infinitum, sicut diuisio continui sub generali ratione continui procedit in infinitum. Si igitur velocitas finiretur in motu, secundum, quod est motus, cum velocitas non finiatur in motu facto in tempore, secundum q̄ est motus, sequitur, q̄ ille motus, quo non posset esse motus velocior secundum, q̄ est motus esset in instanti. Quod autem nulli motui facto in tempore secundum, q̄ est motus repugnet, q̄ sit aliquis motus velocior, patet ex prædictis, patet etiam ex hoc, q̄ quocūque motu facto in tempore, contingit imaginari motum velociorē, q̄ non esset, si alicui motui facto in tempore secundū, q̄ est motus repugnaret, q̄ esset motus velocior eo. patet etiā cōsequentia principalis ex eo, qd' modo dictū est, q̄a ponatur, q̄ sit motus velocissimus, ita q̄ motui inquantum motus repugnet, q̄ sit motus velocior, quæro an ille motus velocissimus fit in instanti, uel in tempore, si in instanti habetur propositum, si uero fit in tempore, & cum quodlibet tempus sit diuisibile in tempora, illud tempus habebit aliquod tempus minus eo, sed motui inquantum motus non repugnat fieri per æquale spatium in quocunque tempore, ergo motui C inquantum motus non repugnat fieri in minori tempore per æquale spatium spatio, per qd' fit ille motus velocissimus, sed quando duo motus fiunt per æqualia spatia, ille motus est uelocior, qui fit in minori tempore, ergo si detur, quod velocitas finiatur in motu secundum, q̄ motus, sequitur, q̄ possibile est motum fieri in instanti, &c.


Quarta propositio. Quarta uero propositio Comm. est, q̄ hæc propositio, omne motū potest moueri motu velociori suo motu, est possibilis per se, & impossibilis per accidēs: qd' nō intelligo, q̄ eadem propositio uno modo sit possibilis, & alio modo impossibilis, sed intelligo per possibilitatē non repugnantiam terminorum, & per impossibilitatem intelligo repugnātiam terminorum, & per illud, qd' est per se intelligo illud, qd' est formale in motu, scilicet ipsum motū successiuū, & per illud, quod est per accidens intelligo illud, quod est materiale in motu, idest, subiectum motus. Vnde Comment. per hoc, q̄ dicit, quod hæc propositio, omne motum potest moueri motu velociori suo motu, est possibilis per se, intelligit, q̄ non repugnat rationi formali in motu, scilicet ratione motus, q̄ omne motum possit moueri motu velociori suo motu. Et per hoc q̄ dicit, q̄ hæc propositio est impossibilis per D accidens, intelligit, q̄ ratione materialis in motu i. ratione subiecti motus repugnat, q̄ omne motum possit moueri, &c. quia ratione subiectorum motus, idest rerum naturalium repugnat, q̄ omne motum moueatur motu uelociori suo motu, quia motus naturales ratione corporum naturalium sunt terminati in velocitate motus, etiam circularis ratione corporis cœlestis est terminatus in velocitate. Et ita Comment. non intelligit, q̄ eadem propositio sit possibilis uno modo, & alio modo impossibilis, sed sic intelligit, q̄ eidem rei ratione formalis in eo, non repugnat aliquod prædicatum, scilicet uelocitati in infinitum, & eidem ratione materialis in eodē repugnat idem prædicatum.

Quinta propositio. Quinta propositio est, q̄ cum huic propositioni, scilicet, motus naturales sunt terminati in velocitate, ratione corporum naturalium, coniuncta fuerit propositio, in qua declaratur, quod omne motum pot moueri motu velociori suo motu, & cōcludatur impossibile. s. q̄ motus q̄ si nō est terminatus in velocitate, q̄ illud impossibile nō sequitur ex possibili sed'm, q̄ est possibile, hoc est illud impossibile nō sequitur ex hac propositione, qō repugnat alicui moto in quantū motū, q̄ moueatur velocius, sed sequitur ex intellectu possibili illius propositionis, ex qua declaratur. s. ex illo intellectu omne motum ratione, qua tale motum, idest ratione talis subiecti motus, potest moueri motu velociori suo motu.

Nam cum demōstratū sit id, qd' celerius mouetur, minore in tempore spatium æquale transire. Sit celerius quidem a, tardius aūt b. Atque b, trāseat c,d, magnitudinem in tempore e, f. Igitur a, qd' est celerius magnitudinem eādem (vt patet) in tempore minore transibit. Atque sit in e.g, tempore motum. Rursus quoniam ipsum celerius totā c,d, magnitudinem in e, g, tempore pertransiuit id, quod est tardius minorē eodem in t̄pe transit. Sitque illa c,b. At quoniam b, quod est tardius in B e,g, tempore magnitudinem c, h, pertransiuit a, profecto, qd' est celerius, eādem in minore tempore transit. Quare rursus t̄ps e.g, diuidetur. Qd' si diuidetur, magnitudo quoque c, h, ratione eadē utique diuidetur. Quod si magnitudo diuidetur, & tempus itidem diuidetur. Et hoc semper erit, si post celerius mobile, tardius, & post hoc celerius sumamus, ac demonstratis utamur. Nam celerius quidem mobile, tempus, tardius autem longitudinem diuidet. Quod si semper quidem uere cōuersio fit, cum fit uero conuersio fit diuisio semper, patet omne tempus continuum esse.

Quoniam. n. ostensum est, qd' velocius in minori trāsibit æquale, sit qd' quidē in quo est a, velocius, qd' āt est in quo est b, tardius, & sit motū tardius, quæ est c, d, per magnitubinē, in quo est z, i, t̄pe. Manifestū igitur est, qd' uelocius in minori, quā hoc uidebitur per eandē magnitudinē. Tex. c. 16 C *Et sit motum a, in quo est z, t. Iterū āt quoniā a, qd' uelocius in eo, quod est z, t, transiuit totā, quæ est c, d, ipsum tardius in eodem t̄pe minorem transit. Si igitur, in qua c, K. Quoniam autem tardius, quod est ipsum b, in eo, quod est z, t, tempore quæ est c, K, transiuit, uelocius in minori transibit, quare iterum diuiditur, quod*

Demonstratio.

D 

Z I
Tempus in quo b, pertransiit totam magnitudinem c,d.
Z T
Tempus minus z,i, in quo a, pertransiit c,d, & b, pertransiit, K, magnitudinem. Z k
Tempus minus fi, t, in quo a, pertransiit c, Z, magnitudinem.

est z, K, tēpus hoc autem diuiso, & c, K, magnitudo diuidetur secundū eandem rationem, si uero magnitudo, & tēpus, & hoc semper erit accipientibus a velociori tardius.

dius, & a tardiori velocius, & eo quod est demonstratum est utentibus. Diuidet autem, quod est velocius tempus: tardius autem, longitudinem. Si igitur semper verum est conuerti: conuersio autem semper fit diuisio: manifestum quoniam omne tempus continuum est.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli: in qua phylosophus ex prædictis cōcludit, qđ diuisibilitas in magnitudine, & in tempore procedit in infinitū. & hæc est decima cōclusio huius libri. vnde probatio huius cōclusionis depēdet ex duab. propositionib. quarū prima est, quod velocius est illud, quod in minori tēpore pertransit æquale spatiū. Secunda est, q in omni tpe pōt esse motus velocior, & tardior. conclusio igitur probatur sic: quocunque tēpore accepto in illo tpe pōt moueri tā mobile velocius, q̃ tardius. sit igitur ita, q tā mobile velocius, q̃ tardius pertranseat aliquā magnitudinem in aliquo tpe determinato. quæro tunc, aut illa magnitudo, q̃ pertransit mobile velocius, sit diuisibilis in infinitū, vel non. si sic habetur propositum. si nō. Contra. in illo tempore, in quo mobile velocius pertransit illā magnitudinem, mobile tardius pertransit aliquid de illa magnitudine, & non pertransit totā magnitudinem. quia sic esset æque velox. igitur pertransit partem magnitudinis, & ita pertransit mobile velocius in minori tempore, q̃ tardius, & in illo tēpore minori tardius mobile pertrāsit partem illius partis, & mobile velocius partem illius partis pertrāsit in minori tēpore, q̃ mobile tardius, & sic in infinitū. ergo diuisibilitas tā in magnitudine, quā in tempore procedit in infinitū, quia mobile velocius diuidit tempus in infinitū. Vnde. pōt sic argui. moueātur mobile velocius, & mobile tardius super aliquā magnitudinē in aliquo tempore determinato: tunc in illo tempore, in quo mobile velocius pertransit totā magnitudinem, mobile tardius pertransit partem illius magnitudinis. igitur illa magnitudo est diuisibilis, quia habet partem, & partem, & tunc quæro, aut illa magnitudo est diuisibilis in infinitū, aut est status, ita q tandem deueniatur ad partem magnitudinis: quæ vlterius non diuiditur. si illa magnitudo sit diuisibilis in infinitū habetur propositum. si vero non sit diuisibilis in infinitum; sed aliquando sit status ad aliquam partem: quæ vlterius non diuiditur. Contra, illā partem, ad q̃ tu dicis esse statū, mobile velocius pertrāsit in aliquo tempore, & in eodem tpe mobile tardius aliquid pertransit de illa parte magnitudinis, & non pertransit totā illā partem in illo tempore: quia tunc esset æque velox. ergo pertransit partem illius partis. ergo illa pars, ad quā tu dicis esse statum, est diuisibilis. Et eodem modo potest argui de parte illius partis, & sic in infinitū. ergo magnitudo est diuisibilis in infinitū, & per consequens tā tempus, quā magnitudo est diuisibilis in infinitū, quia tempus, & magnitudo eodem modo diuiduntur. Vnde hanc rationem Phylosophus ponit in terminis sic: sit mobile velocius a, & mobile tardius b, & sit magnitudo, quā b, pertransit c, d, & sit z, i, tempus, in quo b, pertransit magnitudinem c, d, mobile velocius a, in minori tempore quam est z, i, pertransit magnitudinē c, d, & sit illud tempus z, e, & ita z, e, est pars temporis z i, & sic habemus, quod z, i, tempus est diuisibile, & sic arguitur de z e, quia magnitudinem, quam mobile tardius pertransit in z, e, mobile velocius pertransit in minori tempore, & sic in infinitū. & sic patet diuisibilitas temporis in infinitum: patet etiā diuisibilitas magnitudinis. quia mobile velocius. s. a, pertransit magnitudinem c, d in z, e, tempore. igitur mobile tardius in z, e, tempore pertransit minorē magnitudinem, quā est magnitudo c, d, sit illa magnitudo minor, q̃ b, pertransit in z, e, tempore c, K. & sic habetur diuisio magnitudinis. patet etiā diuisio illius temporis dati. s. z, e, nam mobile tardius pertransit c k. magnitudinem in z, e, tempore. ergo mobile velocius in minori tempore pertransit c, K, magnitudinem, & sic z, e, tempus diuiditur in illā partem temporis, in qua mobile velocius pertransit c, K. magnitudinem, & in aliā partem. Et hoc dato, potest iterū probari, quod c, k. magnitudo diuiditur, quia in illo tempore, in quo mobile velocius pertrāsit c, k, magnitudinem, mobile tardius pertransit minorem magnitudinem, s. partem magnitudinis c, k, & sic semper diuidetur magnitudo, & etiā tempus accipiendo semper a velociori tardius, s. tardius moueri per minorem magnitudinē, q̃ velocius in æquali tempore, & a tardiori semper velocius, s. quod velocius semper mouetur per maiorem magnitudinē in æquali tempore, & sic semper per velocius diuidetur tempus, & per tardius magnitudo, & per hoc ostenditur diuidi: sicut declaratum est: quia per velocius ostenditur diuisio temporis, quia mobile velocius pertransit æqualem magnitudinem in minori tpe, s. in parte temporis, in quo mobile tardius pertransit illā magnitudinem, & sic per velocitas patet, q tempus semper habet partem, & partem, & per tardius ostenditur diuisio magnitudinis. quia tardius in æquali tempore pertransit minorem magnitudinē, scilicet partem magnitudinis, quā pertransit mobile velocius in illo tempore, & sic per tardius patet. quod magnitudo semper habet partem, & partem. Vnde virtus rationis consistit in hoc, quod velocius in minori tempore pertransit maius, & mobile tardius in æquali tempore pertransit minus. si ergo semper verū est conuerti. s. accipiendo tardius a velociori, & econtra: hoc est, quod in quocunque tempore velocius pertransit aliquā magnitudinem, & in eodem tempore tardius pōt pertransire maiorem magnitudinem, & similiter accipiendo a tardiori. i. in quocunque tempore tardius pertransit aliquā magnitudinem in minori tempore potest velocius pertransire eādem magnitudinem. manifestū est, quod omne tempus est cōtinuū, i. diuisibile in infinitū. Vnde est intelligendū, q tota illa ratio depēdet ex illā propositione, videlicet, in quocunq; tēpore pōt moueri mobile velocius. in eodem tpe pōt moueri mobile tardius, & econuerso. Isto. n. concesso. ratio satis patet.

B Patet etiam simul, & magnitudinem omnem continuam esse. Eisdem enim æqualibusve diuisionibus tam tempus quam magnitudo diuiditur. Insuper, & ex hisce rationibus, quæ dici solent: patet si sit tempus continuum, & magnitudinē continuam esse. Siquidem in dimidio temporis dimidium magnitudinis & simpliciter in minore minorem transit. Eædem enim diuisiones temporis, & magnitudinis erunt.

Similiter autem manifestum est, quod magnitudo omnis continua est: per easdem enim & æquales diuisiones tempusque, & magnitudo diuiditur. Amplius autem ex consuetis rationibus dici manifestum est, quod si tempus quidem continuum, quia & magnitudo. Siquidem in medio tempore medium transit, & simpliciter in minori minus. Eædem namque diuisiones temporis, & magnitudinis sunt, Tex.c. 17.

C HÆc est tertia pars principalis huius c. in qua Phylosop. ex continuitate temporis concludit continuitatem magnitudinis. & primo Phyl. proponit conclusionem d. q sicut manifestum est, q omne tempus est continuum: sic etiā q est manifestū, q omnis magnitudo est cōtinua: quia tps & magnitudo per æquales diuisiones diuiduntur. Deinde cū dicit. [Amplius ex consuetis, &c.] probat Phylosophus illam conclusionem, videlicet, qđ si tempus est cōtinuū. magnitudo est continua, hoc est tempus est diuisibile in infinitū. & magnitudo est diuisibilis in infinitum. Vnde in proposito, per cōtinuū intellige diuisibile in infinitū, & hoc conceditur. ponā ergo conclusionem, si tempus est continuum, magnitudo est continua, & hæc est vndecima cōclusio huius libri: quæ cōclusio probatur rationib. cōsuetis i. ratione communi, & ratio est illa, si aliquod mobile pertranseat aliquā magnitudinē in aliquo tempore: medietate temporis pertransit medietatem magnitudinis, & in medietate medietatis tpis pertrāsibit medietatē medietatis magnitudinis, & sic semper in minori tempore pertransit minus. ergo si tempus diuiditur in infinitum: magnitudo diuiditur in infinitum. & per cōsequens si tempus est continuū: magnitudo est continua. Vnde d. Commen. q hoc sequitur, quia partes in eis. s. in magnitudine, & in tpe sunt eædem numero, & proportione. hæc Commen. Et intelligo per eadem in numero, æqualia in numero illa. n. quæ conueniunt in eodem numero, dicuntur esse eadem in illo numero, quia decē canes & decē equi sunt eadem in numero denario, quare, &c. Vndecima conclusio huius libri.

D

QVOD MAGNITVDO, ET TEMPVS SIBIinuicem consequuntur quantum ad finitatem, & infinitatem. Cap. III.

Atque si alterum vtrumvis ipsorum sit infinitum & alterum est infinitum, & perinde sane vt alterum Ceu si tempus extremis sit infinitum, & lōgitudo extremis est infinita Si diuisione, longitudo quoq; diuisione. Si vtrisq; & magnitudo vtrisq;

Et si quodcunque infinitum est & alterum, & sicut alterum, & alterum est, vt si quidem vltimus infinitum est tempus, & longitudo vltimus, si vero diuisione, diuisione, & longitudo, si autem in vtrisque tempus, vtrisque & longitudo.

ISTud est tertium cap. huius tractatus: in quo declaratur, quod magnitudo, & tempus sibi inuicē consequuntur, quantum ad finitatem, & infinitatem. Et continet duas partes principales: quia in prima phylosophus ponit intentionem suam, & soluit vnam dubitationē. In secunda autē ibi. [Neque iam in infinitum] declarat propositum suum, scilicet, quod finitum, & infinitum eodem modo inueniuntur in magnitudine, & in tempore. Prima pars continet duas particulas: quia in prima phylosophus nutrit illud, quod intendit declarare. In secunda vero ibi. [Vnde Zenonis ratio] ponit & soluit dubitationē Zenonis. Dicit igitur phylosophus primo, quod si quodcunque istorū. s. magnitudo, aut tēpus sit infinitū, alterū erit infinitum, & eo modo, quo vnū est infinitū, reliquū est infinitū. Vnde tēpus, & magnitudo cōsequuntur se ex omnibus modis, quibus dicuntur infinita. v. g. si tempus fuerit infinitum ex duobus extremis: longitudo erit infinita ex duobus extremis, & si tempus erit infinitum tm̄ secundum diuisionē: longitudo erit infinita secundum diuisionem tantum, & si tēpus fuerit infinitum vtroque modo: longitudo erit infinita vtroque modo, & econuerso, vt si magnitudo fuerit infinita secundum extrema, tempus erit infinitum secundum extrema, & si magnitudo fuerit infinita secundum diuisionem: tempus erit infinitum secundum diuisionem, & si magnitudo fuerit infinita vtroque modo, tempus erit infinitum vtroque modo. B

Dubium. Sed hic est vnum dubiū: quia secundū phyl. tempus est infinitū ex parte ante, & ex parte post, & sic tēpus est infinitū secundū extrema, & tn̄ nulla magnitudo est infinita secundū extrema, non igitur sequitur, tempus est infinitum secundum extrema, ergo magnitudo est infinita secundū extrema: quia antecedens est verū, & cōsequēs falsum, &c.

Solutio. Dicendū, quod phyl. cum dicit, quòd tēpus, & magnitudo eodē modo se habet ad infinitatē, quòd ipse loquitur de tēpore mensurāte motū factū super magnitudinem, cuius nulla pars iteratur per motum, & nullum tale tempus est infinitum, vnde tempus mensurans motum factum super magnitudinem rectam, & illa magnitudo recta eodem modo se habet quantum ad infinitatem. C

Quapropter & Zenonis ratio falsum sumit: fieri, inquam. non posse, vt finito in tempore quicq̄ transeat infinita: aut infinita per singula tangat.

Tex. c. 19. *Vnde, & Zenonis ratio falsum opinatur, quod non est possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundum vnumquodque, in finito tempore.*

Dubitatio Zenonis. HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua phyl. ponit, & soluit dubitationem Zenonis. primo tamen ponit dubitationem. Secundo vero ibi. [Dupliciter enim dicitur.] soluit illam dubitationem: vnde dubitatio Zenonis probauit, quòd nihil potest moueri de vno loco ad alium locum, & hoc probauit sic, si aliquid mouetur de vno loco ad alium locum: sequitur quod illud pertrāsit spatium infinitum in tempore finito. consequens est impossibile. ergo, & antecedens. consequentiam autem probauit sic. si aliquid pertransit aliquam magnitudinem prius pertransit medietatem magnitudinis, quam totam magnitudinem, & prius pertransit medietatem illius medietatis, quam illam medietatem, & sic in infinitum, & ita si aliquid pertransit de vno loco ad alium locum sequitur, quod pertrāsit infinita in tempore finito & per consequens pertransit spatium infinitum in tempore finito, quia, quod est cōpositum ex infinitis, est infinitū. D

Dupliciter enim longitudo, & tempus, & omnino omne continuum dicitur infinitum, aut diuisione, aut extremis. Igitur infinita quidem quantitate: tangere finito in tempore non potest. Infinita vero diuisione: potest. Etenim ipsum tempus hoc modo est infinitum. Quare fit, vt infinito in tēpore non finito quippiam transeat infinita, & infinitis non finitis infinita etiam tangat.

Dupliciter enim dicitur, & longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut vltimis. Infinitis quidem igitur secundum quantitatem non contingit sese tangere in finito tempore, eis autem, quæ sunt secundum diuisionem contingit, & namque ipsum sic infinitum. Quare, & in infinito tempore, & finito accidit transiri infinitum, & tangere infinita in ipsis infinitis, & non finitis. A

Dupliciter est infinitum. POsita dubitatione Zenonis, seu ratione faciente dubitare, phylosophus soluit dubitationem, & rationem dubitationis, & hoc per quandam distinctionem de infinito di. quod dupliciter est infinitum. Quia quoddam est infinitum secundum diuisionem. Quando igitur dicitur, quod si aliquid moueretur de loco ad locum illud pertransiret infinitum in tempore finito. respondet phyl. quod infinitum secundum extrema, seu secundum vltima non contingit pertransiri tempore finito, sed infinitum secundum diuisionem contingit pertransiri tēpore finito. quoniam ipsum tempus est infinitum secundū diuisionem, sicut & magnitudo, & ideo mobile in infinito tempore secundum diuisionem, & non in infinito tempore secundū extrema pertransit magnitudinem infinitam secundum diuisionem. Ipsa enim infinita, idest infinitę partes magnitudinis tanguntur, & pertrāsiuntur in infinitis partibus, & non in partibus finitis. Vnde breuiter solutio Aristotelis in isto, quod tam magnitudo, quam tempus, in quo pertransitur magnitudo, est infinitum secundum diuisionem, sed neutrum est infinitum secundū extrema, & ideo transiens de vno loco ad aliū pertransit infinitum secundum diuisionē: finitū tamen secundum extrema in tēpore infinito secundū diuisionē: finito tn̄ secundū extrema, nec hoc est inconueniens, sed inconueniēs esset transire infinitū secundū extrema in tēpore finito secundū extrema aut infinitū secundū diuisionē in tēpore finito secundū diuisionē: quoniā sicut magnitudo est infinita secūdum diuisionem, ita tēpus, in quo pertrāsitur magnitudo, necessario est infinitum secundum diuisionem, & non est finitum secundū diuisionem, quia sic non esset diuisibile in tempora diuisibilia. Solutio dubi. Zenonis. B

Notandū. Notandum, quòd Comment. dicit, quòd ista cōtradictio est cōtradictio secundum sermonē, non secundū rem. Et phyl. concedit in hoc falsum, & est, quod motū pertransit de magnitudine, per quā mouentur partes infinitæ, sed ex hoc sequitur verū, & est, quod si pertrāsit magnitudines infinitas pertransit eas in tēpore infinito. & sic destruitur eius conclusio dicit. quòd pertrāsit magnitudines infinitas in tēpore infinito. In octauo vero huius contradicet ei secundū rē, & est, quòd non pertransit magnitudines infinitas, hæc Cōm. In quibus dictis patent tria: C T. c. 67. & 68.

Primum quod patet ex dictis. primo, quod hæc solutio nō est secundū rē, sed secundum sermonē, & ratio huius est, quia phyl. hic non declarat, cuius sunt illę partes infinitæ, quas mobile pertransit tempore infinito secundum diuisionē, sed hoc declaratur in octauo huius, quia illæ partes infinitæ sunt partes potētiales, quæ. s. nō possunt seorsū existere, & nō sunt partes actuales, quæ. s. possunt per se, & seorsum existere, quia nulla magnitudo finita secundū extrema est diuisibilis in infinitū in partes actuales, quæ possunt per se existere, quarū quælibet per se est totaliter extra aliam, vt declaratū est primo huius, & sic phylosophus magis cōtradicit Zenoni secundum rē in octauo huius, quā hic, quia phil. nō cōtradicit hic, nisi verbis Zenonis. Cū. n. Zeno accepit, quod magnitudo infinita pertrāsitur tēpore finito: phyl. cōtradicit illi propositioni, dicens quod magnitudo infinita secundū diuisionē pertransitur tempore infinito. s. secundū diuisionē, & nō tēpore finito. s. secundum diuisionē. D

Secundū. Secūdo patet, quod Commen. hic imposuit Arist. quod ipse cōcedit falsum. s. quod motū pertrāsit infinitas partes magnitudinis. Vnde Commen. in hoc videtur dicere falsum: quia certū est, quòd mobile pertrāsit medietatē magnitudinis prius quā pertrāseat totā magnitudinē, & medietatē medietatis, quā illā medietatem, & sic in infinitū, quare igitur est dicendum quod Commen. intelligit, quod illud est falsum. s. quod motum pertransit infinitas partes magnitudinis actuales, quæ. s. possunt Obiectio. per se existere: quarum quælibet est in aliud extra aliam. Et si dicitur, quod phylosophus nō concedit hoc, quod motū pertransit infinitas partes talea, & sic Commen. falsum imposuit Arist. Dicendum, quòd intellectus phyl. non est, quòd mobile pertransit infinitas tales partes: tamē verba Arist. hoc procedūt: quia quando terminus analogus per se ponitur sine determinatione contrahente ipsum ad significatum secundarium stat pro Solutio. significato primario: nunc autem pars analogice dī de parte actuali, & de parte potētiali, & primo dicitur de parte actuali, & ideo quando per se ponitur stat pro parte actuali. Vnde per partē actualem

actualem intelligo partem, quæ potest per se, & seorsum exsistere, & ideo illa propositio, quam phy. concedit est falsa de virtute sermonis, scilicet, quòd mobile pertransit infinitas partes magnitudinis, quia de virtute sermonis significatur per illam, quod mobile pertransit infinitas partes actuales. Intellectus tamen phylosophi est verus, & est, quod mobile pertransit infinitas partes potentiales magnitudinis. Tertio patet, in quo phylosophus contradicit Zenoni, quia phy. contradicit Zenoni in hoc, quòd Zeno dicit, quod mobile pertransit infinitas partes tempore finito. Huic enim contradicit Aristo. dicens, quòd mobile pertransit partes infinitas magnitudinis non tempore finito, sed infinito.

Tertium.

Impossibile est ergo aut infinitum finito in tempore: aut finitum in infinito transire. Sed si tempus sit infinitum, & magnitudo erit similiter infinita. Et si magnitudo, & tẽpus. Designetur enim magnitudo quædam a,b, terminis definita Et tẽpus infinitum mente percipiatur. Sitque id c, deinde excipiatur pars aliqua finita temporis, quæ quidem c,d, finibus claudatur. In hoc igitur corpus, quod super a,b. mouetur aliquam partẽ magnitudinis transit: atque ponatur a,e, iam partem pertransiuisse Hæc autem pars: aut æque totam a,b, magnitudinem mensurabit: aut deficiet: aut excedet. Nihil enim refert. Nam si semper æqualem magnitudinem a, e. parti æquali in tempore mobile transit: pars autem hæc magnitudinẽ totam metitur: tempus totum, in quo magnitudinem totam transibit, finitum erit profecto. In partes enim equales diuidetur, vt magnitudo.

Tex. c. 20. *Neque iam infinitum potest in finito tempore transire, neque in infinito finitum, sed si quidem tempus infinitum sit, & magnitudo erit infinita, sique magnitudo, & tempus. Sit enim magnitudo finita in qua est a,b, tempus aut infinitum in quo est g. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum, in quo sit g, d, in hoc igitur transibit aliquid magnitudinis. Et sit, quod transitum est; in quo est b,e. Hoc autem aut mensurabit, in quo est a,b, aut deficiet, aut excellet. Differt enim nihil: si enim æqualem, qua est in b,e, magnitudinem in æquali tempore transibit. Hoc autem mensura totum. Finitum ergo erit omne tempus, in quo transibit: in æqualia enim diuidetur: sicut & magnitudo.*

Demonstratio.

A E pars magnitudinis D

Magnitudo finita.

Pars finita temporis infiniti. B D

Tempus infinitum, in quo mobile pertransit totam magnitudinem a, b.

Hæc est secunda pars principalis, in qua phy. declarat propositum suum. s. quod finitas, & infinitas eodem modo inueniantur in magnitudine, & in t[em]p[o]re. Et continet quatuor particulas: quarum in prima declaratur, quod magnitudo finita nõ p[er]trãsitur t[em]p[o]re infinito. In secunda ibi. [Amplius aut.] declaratur, quod non omnis magnitudo pertransitur tẽpore infinito. In tertia vero ibi. [Eadẽ aũt demonstratio] declaratur, quod magnitudo infinita non pertransitur tempore finito. In quarta ibi. [Manifestũ ergo ex dictis.] declaratur, quod nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. In prima igitur parte huius partis declaratur, quod magnitudo finita non pertransitur tẽpore infinito, & hæc est decimasecunda conclusio huius lib. quæ probatur sic. accipiamus magnitudinem finitam quam tu dicis pertransiri tẽpore infinito, & accipiatur aliqua pars terminata magnitudinis: illa pars pertransitur in parte finita tẽporis infiniti, quia illa pars magnitudinis pertransitur in tempore minori, quam est tempus, in quo tota magnitudo pertrãsitur, & illud, quod est minus quam infinitum, necesse est esse

Decimasecunda cõclusio huius lib.

A finitum. Et accipiamus aliam partem magnitudinis æqualem parti primo acceptæ. illa pars pertransitur in æquali parte temporis, & accipiamus iterum aliam partem magnitudinis æqualem parti priori: illa pars pertransitur in æquali parte temporis: sed illæ partes magnitudinis æquales: finities acceptæ consumunt magnitudinem totam: ex quo tota magnitudo est finita. ergo cum partibus æqualibus magnitudinis tem p[or]is correspõdeant partes æquales temporis, in quo magnitudo pertransitur: sequitur, quod partes t[em]p[or]is æquales finities acceptæ cõsumunt totũ tempus, in quo magnitudo pertransitur, & per consequẽs totum illud tempus, in quo magnitudo pertransitur componitur, & consumitur ex partibus æqualibus finitis in numero sed illud, quod componitur, & consumitur ex partibus æqualibus finitis in numero, necessario est finitum ergo tempus in quo pertransitur magnitudo finita, necessario est finitum. vnde accipiatur aliqua pars finita temporis, in illa pertransitur pars magnitudinis, & in æquali parte temporis pertransitur pars magnitudinis æqualis priori parti: sed per resecationem taliũ partium æqualium consumitur magnitudo, ex quo magnitudo est finita. ergo per resecationem partium æqualium ipsius temporis consumitur totum tempus, in quo pertransitur tota magnitudo, & per consequens totum illud tempus est finitũ: igitur magnitudo finita non pertrãsitur, nisi tempore finito.

B Illam igitur rationem ponit phy. in terminis sic. sit magnitudo finita a,b, & sit tempus infinitum c, g, accipiatur igitur aliqua pars finita ipsius temporis, quæ sit g, d, in ista parte temporis, s. g, d, est pertransita aliqua pars magnitudinis, & sit illa pars magnitudinis pertransita b,e. ista igitur pars magnitudinis s. b,e, aut mensurabit magnitudinem a b, ita, quod aliquotiens sumpta reddat totam magnitudinem a,b, præcise: aut reddet plus. ita, quod aliquotiens sumpta reddat maiorem magnitudinẽ, quam est magnitudo a,b, aut deficiet: ita quod reddet maiorẽ magnitudinem, quam est magnitudo a, b, sed non est dubiũ, quin illa pars magnitudinis totiens potest sumi, quod reddet totam magnitudinem a,b, vel magnitudinem maiorẽ ex quo magnitudo a,b, est infinita: igitur magnitudo a, b, consumitur per resecationem partium æqualium ab ea finities acceptarũ. ergo totum tempus, in quo pertransitur magnitudo a, b, consumitur per resecationem partium finitarum finities acceptarũ, vt per resecationem partium æqualium illi parti temporis, in qua pertransitur pars magnitudinis b, e, sed illud, quod consumitur per resecationem partium finitarum æqualium finities acceptarum, necessario est finitum. ergo tempus, in quo pertrãsitur magnitudo a, b, necessario est finitum.

C Præterea. si non omnem magnitudinem id, q[uo]d mouetur, in infinito tempore transit: sed fieri potest, vt aliquam finito etiam in tempore transeat; vt a, e, partem. Hęc autem totam magnitudinem metietur: denique æqualem in æquali tẽpore transit: tempus ipsum profecto finitum erit. Patet autem non in tempore infinito partem a, e. transire, si tempus altera ex parte finitum fuerit sumptũ. Nam si in minorem partem hanc transit tempus finitum esse necesse est: cum altera ex parte sit tẽporis finis.

Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit: sed contingit aliquam & in finito tempore transire, vt quod est b, e, hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit. Quare & finitum erit tempus. Quod autem non in infinito tempo- Tex. c. 21.

D *re transit, quod e, b, manifestum est si accipiatur in altera finitum tempus: si enim minori parte transit hanc, necesse est finita esse altero termino existente.*

Demonstratio.

B E

Magnitudo minus a, b, ab ipsa distincta, & hoc propter secundam rationem Phylosophi.

Hæc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus declarat, quod non omnis magnitudo pertransitur tempore infinito, & super hoc fuit fundata demonstratio præcedẽs. nam dicebatur, quod pars magnitudinis pertransitur in tempore finito, & aduersarius posset dicere, quòd nõ: immo quælibet magnitu-

do,& quælibet pars magnitudinis pertransit in tempore infinito,& ideo phy. intendit hic declarare, quòd non omnis magnitudo pertransitur tempore infinito:& hæc est decimatertia conclusio huius li. illa enim concessa, scilicet quòd non omnis magnitudo pertransitur tempore infinito: sed quod aliqua magnitudo pertransitur tempore finito:cum illa magnitudo pertransita tempore finito possit mensurare aliquam magnitudinem finitam, quæ dicitur pertransiri in tempore infinito: sequitur, quod tempus, in quo pertransitur illa magnitudo, possit mensurare totum tempus, in quo pertransitur magnitudo, quæ dicitur pertransiri in tempore infinito: sed illud, quod mensuratur per finitum est finitum. ergo tempus, quod ponitur infinitum est, finitum, & ita omnis magnitudo finita pertransitur in tempore finito. & sequitur conclusio demonstrationis præcedentis. Ista vero conclusio, videlicet, quod nõ omnis magnitudo pertransitur tempore infinito. probatur sic: pars magnitudinis pertransitur in minori tempore, quam tota magnitudo. sed tempus, in quo pertransitur tota magnitudo, est finitum ex ea parte, ex qua mobile incepit moueri. ergo cum tempus, in quo pertransitur pars, sit minus, quam tempus, in quo pertransitur totum: oportet, quod tempus, in quo pertransitur pars, sit finitum ex alia parte, scilicet ex parte opposita parti, ex qua incepit moueri: quoniam si ex illa parte esset infinitum: sequitur, quod totum & pars pertransirentur in eodem tempore adæquato: quod est inconueniens. Cum igitur tempus, in quo pertransitur pars magnitudinis, sit finitum ex illa parte, ex qua mobile incepit moueri, & etiam sit finitum ex alia parte: sequitur, quòd pars magnitudinis pertransitur in tempore finito ex vtraque parte: sed quælibet pars magnitudinis est magnitudo, ergo aliqua magnitudo pertransitur in tempore finito ex vtroque extremo, & per consequens non omnis magnitudo pertransitur in tempore infinito: quia magnitudo, quæ pertransitur in tempore finito, ex vtroque extremo non pertransitur in tempore infinito.

Eadem sane fuerit demonstratio: & si longitudinem quidam infinitum finxerimus: tempus autem sumpserimus contra finitum.

Tex. c. 22.

Eadem autem demonstratio est, & si longitudo quædam infinita sit: tempus autem finitum.

Decima quarta conclusio huius libri.

HÆc est tertia particola secundæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quòd magnitudo infinita non pertransitur tempore finito,& hæc est decimaquarta cõclusio huius lib. vi. phy. d. hic, quod eadẽ est demõstratio, qua probatur, quod magnitudo finita nõ pertrãsitur tẽpore infinito, & qua probat, quod magnitudo infinita nõ pertrãsitur tẽpore finito. Pot igitur ista cõclusio probari, sicut & alia, & hoc sic. Si mobile pertranseat aliquã magnitudinẽ in aliquo tempore oportet, quod pertranseat partem magnitudinis in parte temporis, ex quo totum tempus ponitur esse finitum & illa pars temporis, in qua pertransitur pars magnitudinis, aliquotiens sumpta, consumet totum tempus: sed partibus temporis correspondent partes magnitudinis, ergo pars magnitudinis aliquotiens sumpta consumet totam magnitudinẽ: sed illud, quod consumitur per finitum finities acceptũ, est finitum ergo tota magnitudo est finita. ergo si tẽpus, in quo pertransitur magnitudo, sit finitum. sequitur, quod magnitudo sit finita, & per consequens magnitudo infinita non pertransitur tempore finito. Sed hic occurrit dubitatio: quia videtur, quod magnitudo finita potest pertransiri in tempore infinito, & etiam, quòd magnitudo infinita potest pertransiri tempore finito. primum apparet sic. Ponamus, quòd aliquod mobile moueatur super aliquam magnitudinem finitam, & quòd illud mobile moueatur continue tardando motum suũ in duplo: ita quod quamcunque partem spatij pertransit in aliquo tempore; quòd in tanto tempore sequenti non pertranseat nisi dimidium tanti: ita, quod mobile illo modo tardet motum suum per totum spatium, & per quamlibet partem spatij: tunc illud spatium est finitum, & tamen tempus mensurans motum factum dicto modo super illud spatium est infinitum. ergo magnitudo finita pertransitur tempore infinito, & quòd illud tempus sit infinitum probatur: quoniam accipiatur aliqua modica pars illius spatij: illa pertransitur in aliqua parte temporis, & postea medietas tanti pertransitur in tanta parte temporis, & postea medietas tanti pertransitur in æquali parte temporis: ita, quod semper partibus eiusdem proportionis magnitudinis correspondent partes æquales quantitatis ipsius temporis: cum igitur magnitudo sit diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis: sequitur, quod tempus, in quo pertransitur magnitudo, sit diuisibile in infinitum in partes æqualis quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam: sed nullum tale est, diuisibile in infinitum in partes æqualis quantitatis: quarum quælibet est totaliter extra aliã: igitur illud tempus est infinitum, & tamẽ magnitudo est finita. ergo magnitudo finita pertransitur tempore infinito. Istud potest argui sic. Accipiamus aliquam partem paruam magnitudinis, quæ sit a, & ponamus, quod illa pertranseatur in vno momento: postea tanta pars, quanta est medietas ipsius a, pertranseatur in vno alio momento, & tertio tanta pars quanta est medietas medietatis ipsius a, pertranseatur in vno alio momento, & tertium dimidium tanta pertranseatur in vno alio momento: cum igitur magnitudo isto modo diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis, & cuilibet parti eiusdẽ proportionis in magnitudine correspondeat in tempore pars eiusdem quantitatis, quia cuilibet parti magnitudinis sic diuisæ sic correspondet vnum momentum, sequitur, quod tempus, in quo pertransitur illa magnitudo, sit diuisibile in infinitum in partes æqualis quantitatis, quia tempus est diuisibile in infinitum in partes æquales, quarum quælibet est vnum momentum, & per consequens totum tempus est infinitum, & tamen

B

est magnitudo finita. ergo. Secundo videtur, quod magnitudo infinita potest pertransiri in tempore finito, quia ponamus, quod aliquod mobile moueatur velocitando continue motum suũ in duplo: ita, quod quamtamcunque partem magnitudinis pertransit in primo momento temporis, quod tanta pertranseatur in medietate secundi momenti, & postea tantã parte in medietate medietatis, & sic continue: ita quod semper partibus eiusdẽ proportionis ipsius tẽporis correspondeant partes eiusdẽ quantitatis ipsius magnitudinis pertransitæ, illo casu supposito, probo, quod magnitudo pertransita in tẽpore finito est infinita secundum extrema, quia illa magnitudo, quæ habet infinitas partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, est infinita secundum extrema, quod patet, quia omne finitũ secundũ extrema consumitur per ablationẽ partium finitarum eiusdẽ quantitatis, quarũ qualibet est totaliter extra aliã, vt patet ex supradictis, sed magnitudo pertransita a mobili sic velocitante motum suum semper in duplo habet infinitas partes eiusdẽ quantitatis, quarũ quælibet est totaliter extra aliam. ergo illa magnitudo est infinita secundum extrema. probatio minoris, quia magnitudo pertransita diuiditur in partes eiusdẽ quantitatis secundum diuisionem temporis in partes eiusdem proportionis, quia in primo momento est pertransita tanta pars,

Secunda ratio.

C

scilicet decem pedum, & postea in medietate momenti pertrãsitur tanta pars. s. decem pedum, & iterum in medietate medietatis pertransitur iterum tanta pars: cum igitur tempus quantumcunque paruum sit diuisibile in infinitum in partes eiusdem proportionis, sequitur, quòd magnitudo pertransita est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem quantitatis, & sic patet minor. Dicendum est, quod rationes phylosophi, per quas hic probat, quod magnitudo finita non pertransitur tempore infinito nec magnitudo infinita tempore finito, solum concludunt loquendo de mobili moto motu regulari, vt patet, nã arguit sic si mobile pertranseat aliquam magnitudinem in aliquo tempore, medietatem magnitudinis pertransita in medietate temporis: sed hoc non oportet nisi vbi mobile mouetur motu omnino regulari: dico tamen, quòd secundum veritatẽ nec magnitudo finita potest pertransiri tempore infinito, nec magnitudo infinita tempore finito, quia si mobile pertranseat aliquam magnitudinem in aliquo tempore, tunc aliquãdo perueniet ad finem magnitudinis, & non ante finem temporis

D

mensurantis motum suum, ideo si magnitudo habet finem, tempus habet finem, similiter si tempus sit finitum, magnitudo erit finita: quoniam si tempus sit finitum in fine illius temporis mobile perueniet ad finem magnitudinis, & ideo si tempus habet finem, magnitudo habet finem. Ad rationes in contrarium. Ad primam dico, quod non est possibile, quod aliquod mobile moueatur tardando motum suum continue in duplo, quia si ita esset, illud mobile non posset pertransire aliquã partem magnitudinis quantamcunque paruam, nisi in tempore infinito, quia sicut in magnitudine pertransita, quantumcunque sit parua, sunt infinitæ partes eiusdem proportionis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, ita oporteret, quod in tempore mensurante illum motum sint infinitæ partes eiusdem quantitatis, quarum quælibet est totaliter extra aliam, & illud mobile non moueretur, nisi in tempore infinito, & sic quiesceret in quolibet tempore finito, & ideo dico, quod impossibile est, quod aliquod mobile moueatur per aliquod spatium in illo modo, tardando motum suum continue

Ad primã rationem.

Ad secundam rationem. continue in duplo per quamlibet partem spatij. Ad secūdam A rationem, eodem modo dico, quòd impossibile est, quòd aliquod mobile moueatur per aliquod spatium continue velocitando motum suum in duplo per quamlibet partem spatij. quia si sic esset: mobile in quacunque parte temporis quantumcunque parua pertransiret magnitudinem infinitam secundum extrema: quoniam quælibet pars temporis quantumcunque parua habet infinitas partes eiusdem proportionis: quarum quælibet est totaliter extra aliam: igitur si mobile moueretur illo modo continue velocitando motum suum in duplo, oporteret, quòd magnitudo pertransita haberet infinitas partes eiusdem quantitatis: quarum quælibet est totaliter extra aliam, ideo dico, quod ille casus positus est impossibilis, ideo casibus prædictis concessis rationes concludunt demonstratiue.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, neq; lineã, neque superficiem, neque omnino quicquam continuum indiuiduum esse nō solū propter id, quod nuper est dictum: sed etiam quia fiet, vt indiuiduum diuidatur.

B *Manifestum igitur ex dictis est: quòd neque linea, neque planum, neque omnino nullum continuorum erit athomus: non solum propter id, quod nunc dictum est: sed & quia accidit diuidi athomum.*

HÆc est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quòd nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. Et continet duas partes, quia in prima phylosopus proponit conclusionem, & inconueniens sequens ad propositum suæ conclusionis. In secūda ibi. [Quoniam autem in omni.] Declarat conclusionem suam. dicit ergo phylosophus primo, quòd ex dictis est manifestum, quòd neque linea, neque planum, neque aliquod continuorum erit athomus, idest compositum ex indiuisibilibus, & non solum est hoc manifestum ex iam dictis, immo etiam ex hoc, quia si diceret quòd aliquod continuum sit compositū ex indiuisibilibus accidet athomum, idest indiuisibile diuidi, vnde si aliquod continuum componitur ex indiuisibilibus, sequitur, quod indiuisibile erit diuisibile, quod est impossibile.

Notandū. Notandum secundum Comm. hic, quòd illa, ex quibus phylosophus declarauit, quòd magnitudines non sunt indiuisibiles, C nec supple composite ex indiuisibilibus, sunt tria genera, quorum vnum est ex natura continuorum & contiguorum. Secundum autem est, quòd ea natura motus, & motus. Tertium est ex natura velocioris & tardioris, & ipse etiam phylosophus vult inducere aliam demonstrationem ex velociori, & tardiori, in qua declarat, quòd qui ponit magnitudinem indiuisibilē contingetei ex velociori, vt diuidatur, hæc Comment.

Nam cum omni in tempore, & id quod est celerius, & id quod est tardius moueatur, atque id quod est celerius plus æquali in tempore spatij transeat, fieriq; possit vt duplum sesquialteramq; longitudinem transeat, esse nanq; potest celeritatis hæc ratio, sesquialteram magnitudinem eodē in tempore transeat id quod celerius fertur Atq. diuidantur magnitudines ambæ, ea quidem quā mobile celerius transit quæ est a.d, in a, b.c, d, trea indiuiduas partes continuorum. Ea vero, quam ip- D sum tardius trāsit in e, f g, duas & ipsas indiuiduas partes, igitur & tempus h, m, in tres sane partes indiuiduas diuidetur. In æquali namque tempore magnitudinem transit æqualē. Diuidatur itaque in h, K, l. m. indiuisibiles partes Rursus cum mobile tardius magnitudinem e, f, g, eodem in tempore transeat diuidetur & tempus duas in partes æquales. Quod fit vt indiuiduum diuidatur, & id quod mouetur non in indiuiduo, sed in maiore tēpore partem indiuiduam transeat. Patet igitur nullam continui partem parte carere.

A *Quoniam autem in omni tempore velocius, & tardius est. Velocius autem plus transit in æquali tempore, contingit autem & duplicem, & emioliam transire magnitudinem per longitudinem, sit enim hæc ratio velocis. Adducatur igitur velocius secundum emioliam in eodem tempore, & diuidantur magnitudines, quæ quidem velocioris sunt a, b, c, d, in tres athomos, quæ vero sunt tardioris in duos, in quibus sunt e, z, i. Itaque & tēpus diuidetur in tria athoma. Aequalem enim in æquali tempore pertransibit. Diuidatur igitur tēpus in ea quæ sunt K, l, m, n. Iterum autem quoniam deductum est tardius per e, z, i, & tempus secabitur in gemina, diuidetur ergo athomum, & impartibile non in athomo transit, sed in pluri. Manifestum ergo est quòd nihil continuorum impartibile est.* Tex. c. 23.

Demonstratio.

B

A B C D

Magnitudo ex tribus magnitudinib[9] indiuisibilibus cōposita.

E Z I

Magnitudo ex duabus magnitudinib[9] indiuisibilib[9] cōposita.

K L M N

Tempus ex tribus indiuisibilibus compositum in quo mobile tardius pertransiit magnitudinem e, z, i, & mobile velocius magnitudinem a, b, c, d.

HÆc est secunda pars quartæ particulæ secundæ partis principalis huius ca. in qua declaratur, quòd nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus; & hæc potest poni decimaquinta conclusio huius lib. quæ tamen est quasi eadem cū quinta conclusione lib. huius. Ad probandum igitur hanc cōclusionem phylosophus supponit tria. Primum est quod in omni tempore possunt moueri velocius, & tardius. Secūdum est, quod velocius pertransit in æquali tempore maius spatium quam est illud, quod pertransit tardius. Tertium quod phylosophus supponit est, quòd contingit inuenire mobile velocius alio mobili in proportione dupla, & etiam in proportione e- C miola, hoc est sesquialtera, quod scilicet in æquali tempore pertransit tantum, quantum tardius & dimidium tanti, ita quòd si mobile tardius in vna hora pertranseat duas leucas, contingit inuenire mobile velocius quod pertransibit in eadem hora tres leucas. His igitur suppositis conclusio probatur sic. Accipiatur mobile tardius, & pertrāseat aliquod spatium in aliquo tempore, & medietatem illius spatij in medietate temporis, & accipiatur velocius, quod in æquali tempore pertransit tantū spatium, & medietatem tanti spatij, sit tunc spatium pertransitum à tardiori compositum ex duobus indiuisibilibus, tunc spatium pertransitum à velociori erit compositum ex tribus indiuisibilibus, & per consequens tempus, in quo velocius pertransit illud spatium, erit compositum ex tribus indiuisibilib. & in eodem tempore mobile tardius pertransit magnitudinē compositam ex duabus indiuisibilibus, & in medietate temporis pertransit medietatem magnitudinis, sed ex quo tempus componitur ex tribus indiuisibilibus, medietas temporis erit composita ex vno indiuisibili, & medietate alterius indiuisibilis, igitur indiuisibile habet duas medietates, & per consequens indiuisibile erit diuisibile ergo si aliqua magnitudo cō- D poneretur ex indiuisibilibus, sequitur quòd indiuisibile erit diuisibile. consequens est impossibile. igitur & antecedens. ergo sua contradictoria est necessaria, scilicet quòd nulla magnitudo componitur ex indiuisibili. Idem rationem ponit phylosophus in terminis sic, sit magnitudo pertrāsita a velociori composita ex tribus indiuisibilibus, & sit magnitudo a, b, c, d, & magnitudo pertrāsita a tardiori sit composita ex duobus indiuisibilibus, & sit illa magnitudo a, e, i, tunc tempus erit compositū ex tribus indiuisibilibus, & sit illud tēpus K, l, m, n, cū igitur tardius pertrāsit magnitudinē a, e, i, in K, l, m, o, tēpore, & medietatē magnitudinis in medietate tēporis, oportet, q tēpus K, l, m, n, habeat duas medietates, sed vna eius medietas nō est vnū indiuisibile tm̄, quia vnū indiuisibilē est tertia pars eius, nec duo indiuisibilia sunt vna eius medietas, vt patet. ergo medietas temporis erit composita ex vno indiuisibili, & me-

diretate alterius indiuisibilis: & sic indiuisibile habebit medietatas, & sic indiuisibile erit diuisibile. Intelligendum est hic, quod phyl. per istas literas a, b, c, d, z, e, i, k, l, m, n, non intelligit indiuisibilia ex quibus magnitudines, & tẽpus componantur: quia sic magnitudo pertrãsita a uelociori cõponeretur ex quatuor indiuisibilibus, & tẽpus etiã cõponeretur ex quatuor indiuisibilibus: cuius oppositũ phyl. hic supponit. Dico igitur, quod phyl. per istas literas intelligit includentia indiuisibilia ex quibus magnitudines, & tẽps cõponũtur, ita quod indiuisibilia intelliguntur inclusa inter istas literas sic, quod inter a, & b, includatur vnũ indiuisibile, & inter b, & c, includatur aliud indiuisibile, & inter c, & d, includatur tertium indiuisibile, sic quod semper inter duas literas includatur unũ indiuisibile tantum, similiter per z, e, i, non intelligit tria indiuisibilia, sed quod inter z, & e, includatur unum indiuisibile, & inter e, & i, includatur aliquod indiuisibile, & eodem modo per K, l, m, n, non intelligit quatuor indiuisibilia, sed tria indiuisibilia inclusa inter istas literas, ita, quod inter K, & l, includatur unum indiuisibile, & inter k, & m, includatur aliud indiuisibile, & inter m, & n, includatur tertium indiuisibile.

Dubium. Sed hic occurrit vnum dubium de illa consequentia phylo. videlicet. Si magnitudo per quam uelocius mouetur componitur ex tribus indiuisibilibus, igitur tempus, in quo fit ille motus, componitur ex tribus indiuisibilibus. Ista enim consequentia non videtur valere, nisi per illud medium: tẽpus diuiditur secundum diuisionem magnitudinis, sed per illud medium probari potest, quod illud tempus componitur ex duobus indiuisibilibus tantum, quia magnitudo, quam mobile tardius pertransit in illo tempore componitur ex duobus indiuisibilibus tantum, & tempus diuiditur secũdum diuisionem magnitudinis. ergo tempus componitur ex duobus indiuisibilibus tantum.

Solutio. Dicendum, quod si magnitudo componeretur ex indiuisibilibus, oportet, quod tempus mensurans motum factum super illam magnitudinẽ esset compositum ex tot indiuisibilibus, quia in vno indiuisibili temporis semper pertransiretur unum indiuisibile magnitudinis tantum: & ideo dico, quod magnitudinem esse compositam ex indiuisibilibus, includit contradictoria: quoniam si magnitudo componeretur ex indiuisibilibus: cum in eodẽ tempore, in quo pertransitur magnitudo composita ex tribus indiuisibilibus a velociori pertransitur magnitudo composita ex duobus indiuisibilibus tantum a mobili tardiori: sequitur, quod illud tempus, in quo vtraque magnitudo pertransitur, cõponatur ex tribus indiuisibilibus, & quod componatur ex duobus indiuisibilibus tantum, quæ contradictionem includunt &cet. quare, dico, quod illa consequentia phylosophi est bona, uidelicet. Magnitudo quam velocius pertransit componitur ex tribus indiuisibilibus ergo tempus, in quo pertransitur illa magnitudo, est compositum ex tribus indiuisibilibus, & etiam ex eodem antecedente sequitur, quòd illud tempus est compositum ex duobus indiuisibilibus tantum.

DECLARATVR QVOD INSTANS COPVLANS PARTES TEMPORIS EST SIMPLICITER INDIUISIBILE, & quod in instanti nec est motus nec quies. Tractatus primi. Cap. IIII.

At uero necesse est & ipsum nunc quod per se primoq; non per aliud dicitur: indiuisibile esse: atque omni in tempore tale inesse. Est enim extremum transacti tẽporis quiddam: citra quod nihil futuri temporis est, & insuper consequentis. vltra quod nihil transacti temporis est. Quod quidem utrorumque temporum finem diximus esse.

Text.c.24. *Necesse autem ipsum nunc, quod non secundũ alterũ: sed per se, & primũ dictum indiuisibile, & in omni tempore huiusmodi esse. Est enim aliquid ultimum eius, quod factum est: cuius super hoc nihil futuri est, & iterum futuri est: cuius super hoc nihil est illius, quod factum est: quod vtique diximus vtrique esse terminum.*

ISTVD est quartum cap. huius primi tractatus: in quo declaratur, quod instans copulans partes temporis adinuicem est simpliciter indiuisibile, & quod in instanti nec est motus: nec quies. Vnde istud capitulum continet tres partes principales: num in prima declaratur, quod instans quod est finis præteriti, & initium futuri: est simpliciter indiuisibile. In secunda ibi. [Hoc autem si demonstratur.] declaratur, quod instans, quod est finis præteriti & initium futuri: est vnum, & non duo. In tertia autem ibi. [Quod quidem sit aliquid.] declaratur, quod nec motus, nec quies est in instanti. In prima igitur parte huius capituli declaratur, quod instans quod est finis præteriti, & initium futuri est simpliciter indiuisibile, & hæc est decimasexta conclusio huius libri. Decima sexta conclusio huius libri. Primo igitur phylosophus narrat hoc. Secundo declarat idem. Dicit igitur phylosophus primo, quod necesse est ipsum nunc, quod non secundum alterum est nunc: sed, quod nunc est per se, & primum nunc esse vnum indiuisibile, & esse in omni tempore. Deinde cum phylosophus dicit. [Est enim vltimum:] declarat illam conclusionem sic: illud, quod est sic vltimum, vel principium alicuius, quod non est pars eius, est indiuisibile: sed instans est vltimum temporis præteriti, & non est pars temporis præteriti. & est principium temporis futuri, & non est pars temporis futuri. ergo instans est indiuisibile. Vnde Commen. format illam rationem sic. instans est vltimum tẽporis præteriti, & non est pars futuri, & est principium temporis futuri, & non est pars præteriti. & illud quod sic est vltimum alicuius, quod non est pars eius: est indiuisibile. ergo necesse est, quod instans sit indiuisibile. Notanda sunt hic tria dicta Commen. primum dictum est, quod instans, quod est finis temporis præteriti, & initium temporis futuri est indiuisibile secundum subiectum: sed est diuisibile secundum rationem, videlicet, quòd vltimum præteriti non est aliud in subiecto à principio futuri: hæc Commen. Et intelligo, quòd instans, quod est finis præteriti, & initium futuri: est vnũ realiter, & sic est vnum secundum subiectum: de ipso tamen verificantur diuersa prædicata, vt esse finem præteriti, & esse principium futuri, & sic est diuersum secundum rationem.

Primum notan. Idem 4. phy.c. 126.

Secundũ dictum Commen. est, quod instans in rei veritate dicitur de illo, quod nõ diuiditur omnino, & dicitur de tẽpore breui transũptiue, in cuius medio est hoc instãs, quod vulgus appellat tẽpus præsens, & hoc tempus in rei veritate componitur ex duobus temporibus, s. ex præterito, & ex futuro. Ex his igitur apparent duo, quæ sunt contra quosdam incipientes phylosophari. qui dicũt, quod nihil est simpliciter indiuisibile in istis generabilibus, & corruptibilibus: nisi anima intellectiua, & accidentia eius, & quod tempus non sit aliqua res alia a rebus permanentibus, quorum tamen oppositum d. hic Commen. per suũ iuramentũ: dicit n. iurãdo in rei veritate, quod instãs dicitur de illo, quod nõ diuiditur oĩno, quod est cõtra primũ dictũ eorum: dicit etiã per idẽ iuramentũ, quod tẽpus præsens cõponitur ex duobus tẽporibus, vt ex præterito, & futuro, quod est cõtra secũdũ dictũ eorũ.

Secũdum notan. Idem infra cõ. 54.

Tertio est notandũ secundũ Commen. quod phylosophus dicit, quod nũc, quod dicitur nõ secũdũ alterũ. sed per se, & primũ, est indiuisibile: & hoc dixit vt ait Comment. præseruando se ab illo tempore breui, de quo dicitur instãs nõ principale. hec Commen. Vnde est intelligendũ, quod illud, de quo dicitur instãs principaliter est, quod secundũ se est vltimus terminus tẽporis præteriti & primũ principiũ tẽporis futuri, & tale debet esse indiuisibile, quia si esset diuisibile nõ esset vltimũ præteriti primo, & secundum se totũ sed solũ secundum aliquid eius. similiter si esset diuisibile non esset primum, & secundum se totũ principiũ futuri. sed secundum aliquid eius: vnde omnis vltimus terminus alicuius diuisibilis est indiuisibile indiuisibilitate opposita diuisibilitati: quia illud cuius est vltimũ, est diuisibile quoniam si esset diuisibile tali diuisibilitate. quale illud: cuius est vltimũ est diuisibile cũ nõ sit infinitũ: oporteret, quod haberet terminũ vlteriorẽ, quo terminaretur, & per cõsequens nõ esset vltimus terminus talis diuisibilis: vnde quia superficies est vltimus terminus profunditatis; ideo superficies est indiuisibilis secundũ profunditatẽ, & quia linea est vltimus terminus latitudinis ideo linea est indiuisibilis secundum latitudinem, & quia punctus est vltimus terminus longitudinis: ideo punctus est indiuisibilis secundum longitudinem. Cum ergo illud, quod principaliter dicitur esse instans sit vltimus finis præteriti, & primum principium futuri: oportet quod instans sit indiuisibile in præteritum & in futurum: ita quod non sit diuisibile in præteritum, & in futurum, & super hoc fundatur illa demonstratio phylosophi, scilicet quod quia instans est vltimum, & non est pars: ideo est indiuisibile: quod autem instans non sit pars præteriti, aut futuri patet: quia ex hoc, quod est vltimum præteriti, sequitur, quod non est pars præteriti. quia quælibet pars temporis præteriti est tẽpus præteritum. & per cõsequens diuisibile, & sic non est secundum se totũ vltimũ, & eodem modo. quia instans est primum principium futuri: ideo instans nõ est pars futuri; quia si esset pars futuri non

Tertium notan.

esset secundum se totum principium futuri, sed secundum aliquid eius.

Hoc igitur si tale per se idemque demonstrabimus esse: patebit etiam, & indiuisibile esse.

Tex. c. 25. *Hoc autem si demonstretur, quoniam hoc huiusmodi est per se, & ipsum simul manifestum erit, & quod indiuisibile est.*

HAec est secunda pars prin. huius ca. in qua declaratur, quod instans, quod est finis præteriti, & initiũ futuri est vnũ: & nõ duo. hæc pars continet duas particulas: quia in prima phy. proponit conclusionem, quam intendit. In secũda vero ibi. [Necesse est idẽ esse.] declarat illam conclusionem. Primo igitur di. phy. quod si hoc demonstratur. s. quod hoc per seipsũ, hoc est, quod instans, quod per se, & principaliter dicitur instans est huiusmodi, scilicet, simpliciter indiuisibile, erit unum, & non duo, & hoc intendit P. cũ di. manifestũ est, quod indiuisibile est. s. secundum dualitatem. s. quod instans medium inter tempus præteritum, & tempus futurum nõ est diuisibile in duo: posset. n. aliquis dicere, quod inter præteritum, & futurum sunt duo instantia, vnum. s. quod est finis tẽporis præteriti, & aliud, quod est principium temporis futuri, & ambo sũt indiuisibilia, & ideo phy. hic improbat hoc. Vnde est intelligendum secundũ Com. hic, quod phy. intendit, quod cum fuerit declaratum, quod est vnum apparet per medium quod est indiuisibile: supple, nec econuerso: quoniam scire ipsum esse vnum, & scire ipsum esse indiuisibile est in eodem ordine, & postea dicit Com. sic: cum ergo apparet, quod est vnum declaratur cum hoc, quod est diuisibile: vnde Com. intendit, quod instans esse indiuisibile non declaratur per hoc, quod instans est unum tanquam per medium, nec econuerso, sed declarato uno illorum simul cum hoc declarabitur reliquum. Intelligendum etiam secundum Com. hic, quod ratio, per quam probatur, quod instans est diuisibile in duo: hoc est, quod unum, & idem instans est finis præteriti, & initium futuri, fundatus super duo fundamenta: quorũ vnũ est, quod instans non est pars præteriti, aut futuri, secundum est, quod indiuisibile continuatur cum indiuisibili.

Vide pro hoc cõ. 10 9. & 4. me.

Necesse est itaque idem nunc ipsum esse: quod finis vtrorumque temporũ est. Nã si sit aliud, atque aliud: deinceps alterum quidem ad alterum sane nõ erit, propterea quod continuum non ex indiuisibilibus constat. Si uero sit seorsum utrumque: inter ea medium tempus erit. Omne namque continuum tale est: ut inter fines aliquid sit vniuocũ.

Tex. c. 26. *Necesse est igitur idem esse ipsum nunc: quod vtrisque temporibus vltimum est. Si enim alterum est, consequenter non erit alterum alteri propter id, quod non est continuum ex impartibilibus. Si autẽ seorsum est vtrunque: interest tempus. Omne enim continuum huiusmodi est. Quare erit uniuocum medium terminorum.*

HAec est secunda particula huius partis: in qua declaratur conclusio hic intenta. Et continet duas partes: quia in prima probat phy. suam conclusionem ducendo ad inconueniens, declarando vno modo illud esse incõueniens, ad quod deducitur. In secunda autem ibi. [At uero si tẽpus.] declaratur per aliam rationem, quod illud, ad quod deducitur est inconueniens. In prima igitur parte huius particulæ declaratur per unam rationem, quod instans, quod est finis præteriti, & initium futuri est unum & idem & non duo, & hæc est decimaseptima conclusio huius li. quæ probatur sic. aut est vnũ & idem instans finis temporis præteriti, & principium temporis futuri, vel aliud instans, & aliud instans, ita quod vnũ instans sit finis præteriti, & aliud instans sit principium futuri, si detur primum: habetur propositum positum, & quod non sit dare secundum. s. quod vnum instans sit finis præteriti, & aliud instans principium futuri, probatur sic, quia si ita esset, aut unũ tangit reliquum, aut non: non est dare, quod unum tangit reliquũ, quia sic continuum esset compositũ ex indiuisibilibus, quod est impossibile, & prius improbatũ. Si uero detur, quod unũ non

17. conclu. huius lib.

A tangit reliquum: sed quod distãt, oportet, quod distent per mediũ, quod est tẽpus, quia hæc est natura cuiuslibet continui. s. quod inter duo indiuisibilia illius sit medium continuum eiusdem naturæ cũ alijs partibus: quarum illa indiuisibilia sunt vltima, ergo si inter finem præteriti, & initium futuri sit aliquod medium, illud medium erit tempus, sed hoc est impossibile, probatio. Nam tempus futurum consequenter se habet ad tempus præteritum, ergo impossibile est, quod inter tempus præteritum, & tempus futurum sit aliquod tempus medium, quia inter cõsequenter entia non est aliquod medium eiusdem generis.

At si tempus sit illud: diuisibile erit (vt patet.) Demonstratum est enim omne tempus diuisibile esse. Quare fit, vt nunc ipsum diuisibile sit.

At uero si tempus medium est, diuisibile erit. Omne enim tempus ostensum est, quod diuisibile sit. Quare, & diuisibile est ipsum nunc. Tex. c. 26.

B HAec est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua ponitur alia ratio probans, quod consequẽs, ad quod deducitur est impossibile. s. quod inter tempus præteritum, & tempus futurum sit tempus medium. Et continet duas particulas, quia in prima ponitur ratio probans illud cõsequens esse inconueniens deducendo ad vnum aliud incõueniens In secunda ibi. [Si autem diuisibile est.] declaratur, quod illud aliud; ad quod deducitur est inconueniens, & impossibile. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod inter tempus præteritum, & tps futurum non est tps mediũ, & hoc sic, quicquid est inter tps præteritum, & futurum est instans, ergo si inter tempus præteritum, & futurum esset tempus medium, sequitur, quod tempus esset instans, sed omne tempus est diuisibile, igitur instans esset diuisibile, ergo si inter tempus præteritum, & futurum esset tempus medium. sequitur, quod instans esset diuisibile, consequens est falsum, & inconueniens, ergo, & antecedens.

Quod si sit diuisibile: erit præteriti in futuro, & futuri etiam in transacto. Ideo enim in quo diuidetur præteritũ tps, & consequens terminabit.

C *Si autem diuisibile est ipsum nunc, erit aliquid, quod factum est in futuro, & futurum in eo, quod factum est, Secundum, quod enim diuidetur hoc determinat præteritum, & futurum tempus.*

HAec est secunda particula secundæ partis secundæ particulæ secundæ partis prin. huius ca. in qua declaratur, quod illud ad quod immediate deducitur. videlicet, quod instans est diuisibile est inconueniens, & impossibile, & cotinet quinque partes secundum numerum quinque rationũ, quæ ad hoc probandum adducũtur, secunda ibi. [Simul autem.] Tertia ibi. [Adhuc autem ipsius.] Quarta ibi. [Neque enim ipsum nunc.] Quinta ibi. [At vero si idem.] In prima igitur parte huius particulæ declaratur per vnam rationem, quod impossibile est, quod instans sit diuisibile, & ratio est talis: si instans esset diuisibile, tunc aliquod præteritum esset in futuro, & aliquod futurum esset in præterito, consequens est falsum, & impossibile, ergo & antecedens, cõsequentia probatur sic. si instans sit diuisibile, oportet, quod sit diuisibile in præteritum, & futurũ, sed instans ex quo est finis, præteriti, oportet, quod secundum se totum sit in præterito, quia finis secũdum se totum est in eo, cuius est finis, & ex quo est principium futuri, oportet, quod secundum se totum sit in futuro, ergo si instans sit diuisibile, & non potest esse diuisibile nisi in præteritum, & futurum oportet, quod illud, quod de instanti est præteritum sit in futuro, & quod illud, quod de instanti est futurum sit in præterito. & sic sequitur, quod si instans sit diuisibile, quod aliquod præteritum sit in futuro, & aliquod futurum sit in præterito. quod est impossibile. Vnde est intelligendum, quod Com. dedicit ad hoc inconueniens. s. quod si instans sit diuisibile, sequitur quod instans secundum se totum erit præteritum, & secundum se totum erit futurum, quia instans secundum se totum est post præteritũ, & secundũ se totũ est ante futurum, sed diuisibile, quod secundũ se totum est post præteritũ: est secundũ se totũ futurum

Prima ratio.

Notabile.

rum, & diuisibile, quod secundum se totum est ante futurũ, secundum se totum est præteritum, ergo si instans sit diuisibile, cum instans sit finis præteriti, & principium futuri, sequitur, quod instans secundum se totum est præteritum, & quod etiam secundum se totum est futurum. Vnde dicit Commen. quod cum illud tempus secundum, quod ponitur esse instans accipitur secundum, quod est post præteritum erit futurum, & secundum, quod accipitur secundum, quod est ante futurum erit præteritum, & similiter partes eius, quoniam cum diuiditur in duo, diuiditur in præteritum, & in futurum insimul, quod est impossibile, hęc Commen.

Præterea, nec ipsum, nec per se, sed per aliud erit. Diuisio enim non est ipsius, quod est per se.

Tex.c.19. *Simul autem, & non per se erit hoc nunc, sed secundum alterum, diuisio enim non secundum ipsum est.*

Secunda ratio. HAec est secunda pars huius particulæ: in qua ponitur secunda ratio declarans, quod instans non est diuisibile.] Ratio igitur talis est. Si instans esset diuisibile, tunc esset diuisibile in præteritum, & futurum, vt patet manifeste. sed quod est diuisibile in præteritum, & futurum non instat secundum se totum, sed secundum aliquid eius, quia non habet esse secundum se totum simul, ergo si instans sit diuisibile, illud instans non erit primo, & essentialiter instãs: sed solum erit illud instans, quod dicitur secundum similitudinem, & sic patet, quod illud, quod primo, & principaliter dicitur instans non est diuisibile, quia illud, quod principaliter, & primo dicitur instans secundum se totum instat, & est præsens, & tale non est diuisibile in pręteritum, & futurum.

Et insuper, ipsius nunc aliud transactum, aliud consequens erit, & non semper idem, aut præteritum aut futurum.

Adhuc autem ipsius nunc hoc quidem factum erit, illud autem futurum, & non semper idem factum est, & futurum.

Tertia rõ. HAec est tertia pars particulę supradictæ, in qua ponitur tertia ratio probans, quòd instans non est diuisibile, quæ talis est. Si instans esset diuisibile aliqua eius pars esset præterita, & aliqua futura, & sic instãs cõponeretur ex duobus non entibus, qđ est falsum, quia instans est ens secundum se totum simul, & tale nõ cõponitur, ex nõ entibus.

Neque nunc idem. Multis est enim diuisionibus diuisibile tempus. Quod si hęc ipsi nunc inesse non possunt, ipsum profecto nunc, quod est vtroque in tempore idem esse necesse est.

Tex.c.21. *Neque itaq; ipsum nunc idẽ est simul. Multipliciter .n. diuisibile est tps. Quare si hoc impossibile est inesse ipsi nunc, necesse est idem esse ei, quod in vtroq; nũc est.*

Quarta ratio. HAec est quarta pars particulæ supradictæ, in qua ponitur quarta ratio, secundum expositionem Comment. probans propositum sic, instans non est tempus, quia si instans esset tempus, instans esset diuisibile, consequens est falsum, vt probatum est, ergo, consequentia patet, quia omne tempus est diuisibile, & si instans non est tempus, sequitur, quod idem instans omnino indiuisibile sit in vtroque, idest, in præterito, & in futuro, ita quod instans indiuisibile sit finis præteriti, & initium futuri. De illa ratione probat phylosophus, quod instans non est tempus per hoc, quod omne tẽpus est diuisibile, sed instans non est indiuisibile. Secundo vero ex hoc phylosophus infert conclusionem suam principalem, scilicet, quod instans est simpliciter indiuisibile, quia ex quo instans non est tempus, sequitur, quod instans non est diuisibile in præteritum, & futurum, & per consequens instans est simpliciter indiuisibile, quoniam si esset diuisibile, sequitur, quod esset indiuisibile in præteritum, & futurum. Vnde hæc videtur quarta ratio, scilicet, quod instans non est diuisibile in præteritum, & futurum. cum non sit tempus, ergo instans est simpliciter indiuisibile.

A At uero si sit idem, patet, & indiuisibile esse. Nam si diuisibile sit, ea rursus euenient, quæ antea accidebant.

At uero si idem est, manifestum, quòd & indiuisibile. Si enim diuisibile iterum est, iterum contingent eadem, quæ, & prius.

Quinta ratio. HAec est quinta pars suprapositæ particulæ, in qua ponitur quinta ratio probans, quod instans non est diuisibile, quæ ratio talis est. Idem est instans, quod est finis præteriti, & principium futuri, sed illud instans, quod est finis præteriti, & initium futuri est simpliciter indiuisibile, quia si esset diuisibile sequerentur omnia inconuenientia prædicta, scilicet, quod præteritum est in futuro, & futurum in præterito, & sic de alijs, ergo instans, quod est finis præteriti, & initium futuri est simpliciter indiuisibile. Et Commentat. dicit hic, quod Aristo. prius determinauit, quod necesse est, ut instans sit idem, quia est indiuisibile, & nunc declarat conuersim, scilicet, quod cum instans fuerit idem, sequitur,
B quod sit indiuisibile.

Esse igitur in tempore indiuisibile quid, quod ipsum nunc dicimus esse ex hisce quæ diximus perspicuum iam euasit. Atqui nihil in ipso nunc moueri ex hisce patebit, quæ deinceps dicemus. Nã si quippiam in ipso moueri possit, fiet, ut celerius in ipso ac tardius moueatur. Sit itaque nunc ipsum d. atque in ipso celerius mobile longitudinẽ transeat a, b, literis designatum; igitur mobile tardius minorem in eodem longitudinem pertransibit. Designetur & ipsa, & sit a, c. Quoniam autem mobile tardius in toto nunc ipso longitudinem a, c, pertransiuit: celerius mobile per eandem in minore sanè mouebitur. Quare ipsum nunc diuidetur. At erat indiuisibile. Fieri ergo non potest, ut quicquam in ipso nunc moueatur.

C Tex.c.22. *Quod quidem igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est ex his, quæ dicta sunt. Quod autem nihil in ipso nunc mouetur ex his manifestum est. Si namque est, contingit, & uelocius moueri in ipso nunc, & tardius: sit igitur ipsum nunc, in quo N. moueatur autem uelocius in ipso per a, b, ergo tardius ipsius in ipso per minorem quam sit a, b, mouebitur per a, g. Quoniam autem tardius in toto ipso nunc mouebatur per a, g. uelocius in minori quã hoc mouebitur. Quare diuidetur ipsum nunc, sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri in ipso nunc.*

Demonstratio.

N

Nunc siue instans in quo mobile velocius mouetur per a. b. magnitudinem, & mobile tardius per a. g.

D A B

Magnitudo maior.

A G

Magnitudo minor.

HAec est tertia pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod nec motus, nec quies est in instanti. Et continet duas particulas, quoniam in prima declaratur, quod motus non est in instanti. In secunda ibi. [At uero neque quiescere.] Declaratur, quod quies non est in instanti. In prima igitur particula primo capitulat conclusionem iam declaratam di. quod manifestum est ex his quæ dicta sunt quod in tempore est aliquid simpliciter indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc. Deinde ponit, & probat conclusionem, quam intendit, quæ est illa, videlicet, quod impossibile est, quod motus fiat in instanti, & hæc est decimaoctaua conclusio huius libri. Et ad probandum dictã conclusionẽ supponit phylosophus, Decimaoctaua cõclusio huius libri.

quod

ꝙ in quacunque mensura, in qua motus pōt fieri, possibile est, vt duo mobilia moueantur, vnū velocius, & aliud tardius: quo supposito arguit phylo. ducendo ad impossibile sic, si motus posset fieri in instanti, possibile esset, ꝙ duo mobilia vnū velocius, & aliud tardius mouerentur in vno instanti: hęc consequentia patet per suppositū: sed consequens est impossibile, igitur & antecedens, & ꝙ consequens sit impossibile, declaratur sic. Ponamus, ꝙ sint duo mobilia, vnum velocius, & aliud tardius, & moueantur in uno instanti, tunc certum est, ꝙ tardius in illo instanti pertransit minus spatium, ꝙ̄ velocius, & illud minus spatium, qđ mobile tardius pertransit in instanti, pōt mobile velocius pertransire in minori mensura, quia ut declaratum est superius: velocius in minori mensura pertransit æquale spatium: cum igitur mobile tardius pertransit illud minus spatium in instanti, mobile velocius pertransiuit illud idem spatium in minori mensura, quam est instans, ergo aliqua mensura est minor, quam instans, sed nihil est minus indiuisibili simpliciter, ergo instans non est simpliciter indiuisibile, sed erit diuisibile: consequens est impossibile, igitur & primum antecedens est impossibile. s. ꝙ aliquid possit moueri in instanti, vnde breuiter, si aliquod mobile moueatur in instanti, pertransiēdo aliquod spatium, mobile velocius potest pertransire illud idem spatium in minori mensura, ut patet ꝑ diffinitionem uelocioris, ergo aliqua mensura est minor, ꝙ̄ instans, sed indiuisibili nihil est minus, ergo instans erit diuisibile, hoc consequens est impossibile, ut patet ex prædictis, ergo, & antecedens. s. ꝙ motus possit fieri in instanti. Notandū,

Notandū. ꝙ Com. intendit hic remouere vnā rñsionē, quæ posset dari, qm̄ aliqs posset dicere, ꝙ illud, quo nihil est tardius, est illud, qđ mouetur per magnitudinē indiuisibilem in instāti, & per magnitudinem indiuisibilem non pōt velocius moueri in aliqua mensura. Istam rñsionem remouet Com. d. ꝙ si hoc esset, non esset proportio inter istum motum s. factū sup magnitudinē diuisibilē, & alios motus. s. inter motum, q est in maxima velocitate, & inter motum, qui est in maxima tarditate, quia non est proportio inter lineam, & punctum, & notum est per se, ꝙ motus sunt proportionales secundum velocius, & tardius, hæc Com.

Rō Com. Vnde Com. sic arguit, si mobile tardissimū ꝑtransiret magnitudinem indiuisibilem in illa mēsura, in qua velocius pertransit magnitudinem indiuisibilem motus uelocioris, & tardioris, non essent proportionales in uelocitate, & tarditate, sed diuisibile, & indiuisibile, v.g. linea, & punctus non sunt proportionales, consequens igitur est inconueniēs secundum Commen. quia inter omnes motus secundum ipsum est proportio in velocitate, & tarditate.

At uero nec in eodem quicquam quiescere potest. Quiescere.n. id dicebamus, quod est aptū, ut moueatur, & non mouetur tūc, cū aptū est moueri, & ubi, & quēadmodum moueri est aptū. Quare cum in ipso nunc nihil sit aptum moueri: patet nihil etiam in eodem quiescere aptum esse.

Tex.c 30. *At uero neq; quiescere, quiescere.n. dicimus aptum natū moueri, quod non mouetur, quando aptum natum est, & quo & sic. Quare quoniam in ipso nūc nihil aptū natum est moueri, manifestum quia neque quiescere.*

HÆc est secunda particula tertiæ partis prin. huius c. in qua declaratur, ꝙ quies non est in instanti, siue, ꝙ nihil potest quiescere in instanti. Hæc particula continet tres partes secundum numerum trium rationum, per quas declarat conclusionem, quam intendit, partes in suis locis patebunt. In prima igitur parte ponitur una ratio probans, ꝙ nihil quiescit in instanti, & hęc est decimanona concl. huius li.

19. concl. huius lib. & prima ratio. quæ probatur sic. illud quiescit, quod non mouetur in mensura, in qua natum est moueri, & in loco, in quo natum est moueri, cum fuerit in illa dispositione, in qua natum est moueri, sed in instanti nihil natum est moueri, ut iam probatum est, ergo nihil quiescit in instanti, vnde quia motus, & quies sunt priuatiue opposita, & habent fieri circa idem: & in eadem mēsura secundum speciem, & motus non est in instanti, ideo quies non est in instanti.

Præterea: si nunc ipsum in vtrisque temporibus idē est, fieriq; potest, ut in horum temporū alte-

A ro toto quippiam moueatur, in altero toto quiescat: atque id, quod toto in tempore mouetur, in quouis ipsius mouebitur, in quo ipsum moueri potest, & id, qđ quiescit, simili modo quiescet, fiet profecto, ut idē moueatur simul, atque quiescat. Ipsum.n. nunc vltimū vtrorumque temporum est.

Amplius, si idem quidem nunc in vtrisque temporibus est, contingit autem hoc quidem moueri, aliud autem quiescere totum. Quod autem mouetur in toto tempore, in quolibet mouebitur hoc: secundum quod aptum natum est moueri, & quiescens similiter quiescit: contingit idem simul quiescere, et moueri. Idem enim vltimum temporum vtrorumque ipsum nunc. Tex. c. 31.

HIc ponitur secunda ratio probans, quod nihil quiescit in instanti, & est ratio ista: quoniam si aliquid quiesceret in instanti, sequitur, quod illud in eodem instanti moueretur, & quiesceret, consequens est impossibile, igitur, & antecedens. Impossibilitas consequentis patet de se, & consequentia probatur sic. Si aliquid quiescat in aliquo tempore primo quiescit in quolibet illius temporis, in quo natum est quiescere. Similiter si aliquod moueatur in aliquo toto tempore primo, mouetur in quolibet illius temporis, in quo natum est moueri, sed si aliquid primo mouetur, & deinde quiescat idem erit instans mensurans vltimum motus, & principium quietis, ergo si mobile esset natum moueri, uel quiescere in instanti, sequeretur, quod mobile in instanti mensurante vltimum motus, & principium quietis simul quiesceret, & moueretur, quia illud instans est aliquid vtriusque temporis, quia est finis temporis mensurantis motum, & est principiū temporis mensurantis quietem. Vnde illa ratio secundum Com. fundatur super tres propositiones, quarum prima est, quod idem est instans, quod est finis temporis præteriti, & principium temporis futuri. Secunda propositio est, ꝙ possibile est, ꝙ aliquod mobile moueatur in toto aliquo duorum temporum, quę diuidunt instans, & quod quiescat in toto altero tempore, ita quod mobile moueatur in aliquo toto tempore, & postea quiescat in aliquo toto tempore sequenti, inter, quæ nihil est medium, nisi instans diuidens illa tempora abinuicem. Tertia propositio est, ꝙ illud, quod mouetur in aliquo tempore. Primo mouetur in quolibet illius temporis, in quo natum est moueri & illud, quod quiescit in aliquo toto tēpore, primo quiescit in quolibet illius temporis, in quo natum est quiescere. Ex istis igitur sequitur, ꝙ si aliqd sit natum moueri, uel quiescere, in instanti, ꝙ in eodem instanti moueretur, & quiesceret. s. in instanti continuatiuo adinuicem illa duo tempora, in quorum uno mouetur primo, & in alio quiescit primo, & intelligo hic per primum secūdū. quod distinguitur contra secundam partem, ita ꝙ̄ illud, quod est primum tale, est tale secundū partem eius, & secundū quodlibet eius secundum quod natum est esse tale, & sic oportet, ꝙ si aliqd moueatur in aliquo toto tēpore primo, ꝙ moueatur in quolibet eius, in quo natum est moueri, & si aliqd qescat in aliquo tpe primo, oportet, ꝙ qescat in quolibet eius, in quo natum est qescere. Sed circa hanc rōnem sunt aliqua dubia, quia non videtur, ꝙ ratio valeat: nec etiam videtur, ꝙ cōclusio rationis sit vera: primā nāque non videtur ualere, quia si ratio ualeret sequeretur, ꝙ contraria, & etiam contradictoria inessent eidem in eodem instanti, qđ est impossibile, probatio cōsequentiæ, qa si aliquid sit album in aliquo tēpore primo est album, in quolibet illius temporis, in quo natum est esse album, similiter si aliquid sit nigrum, uel non album in aliquo tempore primo, est nigrum & non album in quolibet illius temporis, in quo natum est esse nigrum, & non album. Ponatur igitur, ꝙ Sor. sit albus in aliquo tempore primo, & ꝙ in tempore sequenti, continuato illi tempori sit niger vel non albus, tunc in instanti continuante illa duo tempora adinuicem Sor est albus, & niger, & etiam Sor. est albus, & non albus, si ratio phylosophi valeret, quoniam Sor. natus est esse albus in instanti, similiter Sor. natus est esse niger, & etiā non albus in instanti, ergo in illo instanti copulante illa duo tpa adinuicem Sor. erit albus, & non albus. Vnde si a, sit totū tempus, in quo Sor est albus. & b, sit totum tēpus, in quo Sor. non est albus, & c, sit instans copulans illa duo tempora adinuicem, sequitur, ꝙ in illo instanti Sor. erit albus, & non albus, quia

Secunda ratio.

Prima ꝓpositio.

Secunda ꝓpositio.

Tertia ꝓpositio.

Dubi.

Prima rō.

ex quo

ex quo Sortes natus est esse albus in instanti, & si sit albus in toto a, & c, est unum instans ipsius a, sequitur, q Sor. est albus in c, similiter ex quo Sor. natus est esse non albus in instanti, si sit non albus in toto tempore b, oportet, q sit non albus in quolibet instanti ipsius b, & c, est unum instans ipsius b, ergo Sor. est non albus in c, & sic Sor. in eodem instanti est non albus, & albus. Et si dicatur, q Sor. nõ est natus esse albus in quolibet instanti temporis, in quo est albus, sed in quolibet præter q̃ in ultimo. Dico, q ista responsio non sufficit, quia concesso, q motus possit esse in instanti, posset dici, q in hoc non sequitur, q posset esse in ultimo instanti temporis mensurantis motum, quia motus non est natus esse in ultimo instanti temporis mensurantis ipsum: quia res successiua, nec est dare primum, nec ultimum instans, in quo hẽat esse. (Responsio ad rationem.) Item uidetur, q conclusio, quam P. intendit hic probare sit falsa, quoniam secundum hoc in mensura diuisibili potest esse motus, sed instans est mensura diuisibilis, igitur in instanti potest esse motus, maior patet, & minor probatur sic. (Secunda ratio.) Si aliquod agens põt producere aliquam actionem, uel aliquem effectum in aliqua mensura, agens maioris uirtutis potest producere talem actionem, uel effectum in minori mensura, sed aliquod agens finitæ uirtutis potest producere actionem, uel effectum in instanti, nam candela in instanti potest illuminare medium, ergo agens maioris uirtutis potest producere cõsimilem actionem, uel effectum in minori mensura, quam est instãs, ergo aliqua est mensura minor, quam instans, sed indiuisibili nihil est minus, ergo instans non est indiuisibile, sed diuisibile. (Tertia ratio.) Itẽ quandocũque motus uidetur, tunc motus est, quia quod non est, quando non est, non uidetur, sed motus uidetur in instãti, quia secũdũ phylosophũ in lib. de sen. & sen. immutatio uisus est subita, & instantanea, uel immomentanea, ergo motus est in instanti. Dicendum est igitur, q conclusio, quam phylo. hic declarat, est vera, s. q motus non est in instanti, sicut in sua mensura, quia instans est indiuisibile, & motus est diuisibilis, & indiuisibile non potest esse mensura secundum durationem alicuius diuisibilis, & ratio, per quam phylo. probat suam conclusionem, est bona, unde illa consequentia est bona, motus est in instãti, igitur motus est indiuisibilis, & cũ motus coponatur ex motibus tanquam ex suis partibus, sequitur, q motus componatur ex indiuisibilibus, & p cõseqũẽs cũ primum principiũ motus sit indiuisibile, & ẽt ultimus finis motus est quoddam indiuisibile motus, sequitur, q tam primum principium motus, q̃ etiam ultimus finis motus sit pars motus, sed res successiua habet esse, quandocunque aliqua eius pars hẽt esse, ergo motus hẽt esse in suo principio, & in suo fine. Et eadem ratione quies hebit esse in suo principio, & ẽt in suo fine, q quies est priuatio motus a mobili in illa mẽsura, in qua motus natus est esse in mobili, cum igitur ultimum motus, & principium quietis eiusdem mobilis mẽsurẽtur eodem instanti, sequitur, q motus haberet esse in suo ultimo vel in suo fine, & qes in sui primo, & q motus, & quies inessent eidem mobili in eodem instanti, quod est impossibile, quia si motus habeat esse in instanti, sequitur q tam motum, q̃ qes hẽrent esse in sui primo, & ẽt in sui ultimo, ut deductum est, ergo si motus est in instanti sequitur, q idẽ mobile in eodem instanti mouetur, & quiescit. (Ad primam rationẽ.) Ad rõnẽ uero in contrarium, cum dicitur, q per eandem rõnem põt probari, q contraria, & ẽt cõtradictoria insunt eidem pro eodẽ instanti, quia si aliquid sit album in aliquo toto tempore primo est album in quolibet instanti illius temporis, præter quam in ultimo, unde dico, sicut dicit P. primo huius, q si aliquid sit album in aliquo tempore, primo est album in quolibet instanti illius temporis, pter quã in ultimo, sed non est album in ultimo, quia res permanens non est nata esse in sui ultimo. Et cum dicitur, quod eodem modo posset dici de motu, scilicet, quod motus non est natus esse in sui ultimo, & sic conclusio phylosophi nõ sequitur. Dicendum, q quamuis secundum ueritatem motus non sit natus esse in sui ultimo: tamen si motus esset in instanti: motus esset natus esse in sui ultimo, quia si motus esset in instanti, motus componeretur ex indiuisibilibus sibiinuicem succedentibus, & sic ultimum motus esset pars motus, & motus hẽt esse, quãdo aliqua pars eius habet esse, ut deductũ est. Vnde non est simile de motu, & de re permanente, quoniam si res permanens mensuretur instanti, ex hoc non sequitur, q sit dare ultimum instans, in quo res permanens habet esse: quia ex hoc, quod res permanens mensuratur instanti non sequitur, quod res permanens componatur ex indiuisibilibus sibiinuicem succedentibus: sed opposito modo sequitur de motu, & ideo nõ est simile. (Ad secundam rationẽ.) Ad secundam rõnem, cum dicitur, quod instans est diuisibile, dico, q illud est falsum. Ad probationẽ dicendum, q illa propositio est falsa. Si aliquod agẽs potest producere aliquẽ effectũ in aliqua mensura, & ens maioris uirtutis, vel perfectius põt producere cõsimilẽ effectum in minori mensura, qm̃ ad hoc, q agens sit pfectius, sufficit, q in eadem mensura possit producere perfectiorem effectum, nec oportet, q in minori mensura possit producere effectum consimilem, nisi illa mensura sit diuisibilis, ideo in argumẽto est fallacia consequentis. (Ad tertiam rationẽ.) Ad aliam rationem, cum dicitur, quod quandocunque aliquid uidetur: tunc illud est, dico, quod non oportet, q illud sit tunc tanquam in mensura, quando uidetur, quoniam alia est mensura uisionis motus, & alia est mẽsura esse motus. Et ideo nõ oportet q si motus uidetur in aliquo instanti, q propter hoc motus habeat esse in instanti. Vnde quamuis uideri sit inferius ad esse, tamen uideri in instanti non est inferius ad esse in instanti, quare, &c.

Insuper id quiescere dicimus: quod similiter sese habet, & ipsum, & partes, nunc, atque prius. At in ipso nunc non est prius: ut patet. Quare non fit, ut in ipso quicquam quiescat. Quæ cũ ita sint, necesse est, & id, quod mouetur, & id quod, quiescit in tempore, moueatur, atque quiescat.

Amplius autem quiescere quidem dicimus, quod similiter se habet, & ipsum, & partes, et nunc, & prius, in ipso autem nunc non est prius, quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri, quod mouetur in tempore, & quiescere quiescens.

Hæc est tertia pars prædictæ particulæ, in qua ponitur tertia ratio probans, q nihil quiescit in instanti, quæ ratio est talis. Illud quiescit qd̃ secundum se totum, & secundum oẽs suas partes se hẽt nunc, sicut prius, quiescere. n. est se habere nunc, sicut prius, in illo igitur, in quo aliquid quiescit, sunt prius & posterius, sed in instanti non sunt prius, & posterius, ergo nihil quiescit in instanti. Vnde sententiã huius literæ non habet translatio, quam Commen. exponit. (Tertia pars principalis.)

DE DIVISIBILITATE MOBILIS, MOtus, & quietis, & de ordine aliorum, quæ sunt in motu. Tract. secundus. Cap. I.

Omne autem, quod mutatur, diuisibile esse necesse est. Nam cum e quodam in quoddam fit oĩs mutatio, cũ est quidẽ in eo, in quod est mutatum, non ulterius (ut patet) mutatur, cũ uero est in eo, ex quo est mutatio, & ipsum, & omnes partes, nõdum mutatur. Quod. n. eodẽ modo se habet, & ipsum & partes, id non mutatur. Necesse est igitur ipsum partim in hoc, partim in altero esse. Neque enim in vtroque: neque in neutro esse potest.

Quod mutatur autẽ omne, necesse diuisibile esse. Quoniã. n. ex quodam in quoddã omnis mutatio, et cum quidẽ sit in hoc, in quod mutatum est, non amplius mutatur. Cum aũt est in eo, ex quo mutatum est, & ipsum, & partes oẽs non mutatur. Quod. n. similiter se habet, & ipsum, & partes oẽs non mutatur. Necesse igitur hoc quidẽ aliquid in hoc esse, aliud uero in altero mutantis. Non enim in utrisque, neque in neutro possibile est esse. (Tex. c. 32.)

Iste est secũdus tract. huius li. in quo determinatur de diuisibilitate mobilis, motus, & quietis, & de ordine aliorum, quæ sunt in motu. Et continet quinq; capitula: qm̃ in primo determinatur de diuisione mobilis, & motus secundum diuisionem temporis, & magnitudinis. In secundo ibi [Qm̃ aũt omne quod mutatur.] determinatur de ordine mutationum esse, quantum ad eorũ terminum, mensurã, & habitudine eorũ adinuicem. In tertia ibi [Quoniam autem omne, quod mutatur.] determinatur de ordine ipsius moueri ad mutatum esse, & econuerso. In

quatuor

quarto ibi.[Qm aut omne qd mouetur.]determinatur de finitate,& infinitate motus,& concurrentiũ ad motũ. In quinto ibi.[Qm aũt oẽ, qd mouetur, vel quiescit]determinatur de diuisione quietũ. Cap. primũ continet quatuor partes principales,quia in prima determinatur de diuisione mobilis secundũ diuisionem tpis. In secunda ibi.[Motus aũt diuisibilis.]determinatur de diuisione motus scd'm diuisionem mobilis. In tertia ibi[Amplius aũt secundũ tps.]determinatur de diuisione motus scd'm diuisionẽ tpis. In quarta ibi.[Qm aũt oẽ.] declaratur,ꝙ tps, motus,moueri,& ꝙ mouetur ,& illud in quo est motus eodem modo dñr. In prima igitur parte determinatur de diuisibilitate mobilis, & continet duas particulas , quia in prima declaratur,ꝙ omne,qd mutatur,est diuisibile. In secunda ibi [Dico aũt inquit]remouetur quoddam dubium. In prima igitur particula declaratur,ꝙ omne,quod mutatur, est diuisibile,& hæc est vigesima concl. huius lib. quæ probatur sic. Omne,qd partim est in termino a quo,& partim est in termino ad quem est diuisibile,quia omne tale hẽt partẽ, & partẽ, sed oẽ,qd mutatur partim est in termino a quo , & partim in termino ad quẽ,ergo oẽ,qd mutatur est diuisibile , de illa rõne phyl.primo ponit conclusionẽ,deinde declarat minorem,

Vigesima concl. huius lib.

& supponit primo,ꝙ oẽ, qd mutatur,mouetur a quodã in qddã.i.de termino a quo,ad terminũ ad quẽ. hoc supposito probatur minor,videlicet,ꝙ omne,q mutatur, partim est in termino a quo & partim in termino ad quẽ.sic mobile dũ mutatur,aut est totaliter in termino a quo , aut est totaliter in termino ad quẽ aut est simul in vtroq, aut in neutro,aut est partim in termino a quo,& partim in termino ad quem.non est dare,ꝙ mobile dũ mutatur sit totaliter in termino ad quẽ, qa qñ mobile est totaliter in termino ad quẽ secundũ se,& secundũ oẽs suas partes,tũc nõ mouetur,sed mutatum est, nec est dare,ꝙ mobile,dũ mutatur,sit totaliter in termino a quo: qa qñ mobile scd'm se,& scd'm oẽs suas partes est in termino a quo: tunc se hẽt eodẽ modo,sicut prius se habuit , & per consequẽs tunc mutatur , nec est dicere,ꝙ mobile dũ mouetur sic simul secundum se totum in vtroque termino , quia termini mutationis sunt oppositi , & opposita nõ insunt eidem subiecto simul: nec etiam est dicere,ꝙ mobile. dum mutatur sit oĩno in neutro terminorum, ergo relinquitur, ꝙ omne, qd mutatur est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem.

C

Dico autem in quod mutatur primum mutatione,ut fuscum,cum ex albo mutatur,non in nigrum Non enim id , quod mutatur in vtrouis extremorum esse necesse est. Patet igitur omne, qd mutatur, diuisibile esse .

Dico autem in quod mutat primum secundũ mutationẽ,ut ex albo in fuscum, non in nigrum . Non.n.necesse est,qd mutatur in quocũque esse ultimorũ. Manifestũ igitur est,quod omne,quod mutatur , erit diuisibile.

HAec est secunda particula primæ partis prin.huius ca.in qua phyl.remouet quoddam dubium,nã posset aliquis dicere,ꝙ illud, qd mutatur, dum mutatur est in neutro terminorum omnino, quoniã si aliquid mouetur a nigro in album per pallidum medium dum trãsmutatur per pallidum medium,nec est sub albedine, nec sub nigredine , similiter cũ aliquis mouetur de Parisijs,ad sanctũ Dionisiũ,nõ oportet,ꝙ habeat unã partẽ Parisiorũ , & aliã partẽ in ecclesia S. Dionysij. Istud dubium remouet phyl d.exponendo se,ꝙ p illud, in quod mutatur intelligit illud, in quo primo mutatur,non illud,i qd postremo mutatur. Vnde omne,qd mutatur partim est in termino a quo mutatur proximo,& partim in termino ad quem primum mutatur, v g. si aliquid mutatur ab albo in nigrum per pallidũ tanq̃ per medium, non oportet , ꝙ illud qd mutatur sit partim in albedine,& partim in nigredine, sed dum mutatur a nigro in pallidum partim est in nigredine, & partim in pallore. Vnde illa propositio. s. omne, qd mutatur partim est in termino a quo,& partim in termino ad quẽ : est intelligenda de terminis proximis, non de terminis remotis. Deinde phyl.cõcludit cõclusionẽ suã d.ꝙ manifestũ est. ꝙ oẽ, qd mutatur,est diuisibile, si ãt oẽ,qd mutatur sit partim i termino a quo, & partim in termino ad quẽ, loquẽdo de terminis proximis,sequitur,ꝙ oẽ,qd mutatur est diuisibile. Ex illo loco acceperũt aliqui,ꝙ contraria sunt simul in eodẽ , qa si aliqd mouetur ab albedine in nigredinem partim est sub albedine,partim est sub nigredine , sed sine dubio intẽtio phylosophi

Dubium.

Cõfutatio dicti dubij.

D

Ex hoc loco aliq accipiunt ꝙ contraria sunt simul in codẽ.

A

phi nõ est ad illud propositũ,sed magis ad oppositũ , ut patet p textũ,dicit.n.sic,ꝙ non oportet , cũ aliqd mouetur ab albo in nigrũ,ꝙ illud sit partim sub albedine, & partim sub nigredine. Et si dicatur, ꝙ nec minus oportet cõcedere, ꝙ alterũ cõtrariorũ simul est cũ forma media,qm cũ aliquid mouetur de albo in pallidũ , partim est sub albedine, & partim sub pallore,& ita contraria in cõtrarietate extremi sunt simul in eodẽ . Dicendum, ꝙ impossibile est alterum contrariorum esse simul in eodem subiecto adæquato cum forma media,quia inter extremum contrarium , & formam mediam potest esse motus, & termini motus sunt incõpossibiles . Dico igitur,ꝙ ex dictis phylosophi hic bene pt haberi, ꝙ alterũ cõtrariorum , & forma media bene pnt esse simul in eodẽ subiecto secundũ diuersas partes illius subiecti,& hęc est necessaria, sed , ꝙ sint simul in eodẽ subiecto adæquato nõ vult phyl.sed solũ,ꝙ sint in diuersis partibus mobilis,quia p hoc probatur, ꝙ omne,qd mutatur,est diuisibile,loquendo de diuisibilitate motus in partes quantitatiuas mobilis , & non de diuisibilitate mobilis in accidentia contraria , ut exponit Auẽpace . Intelligendũ,ꝙ dñs Alb. probat conclusionẽ phylosophi p aliam demonstrationẽ,& hoc sic Oẽ illud,ad qd est transmutatio,est diuisibile,qa illud,ad quod est per se transmutatio,est per se diuisibile, sicut locus & quantitas,aut est per accidens diuisibile sicut qualitas, & omne, quod transmutatur est susceptiuum termini trãsmutationis,sed illud,qd est susceptiuum alicuius diuisibilis. est diuisibile,ergo omne,qd mutatur,est diuisibile. Notanda sunt hæc sepe dicta Com.primo mouet hic duas quæstiones,quarũ prima est,verum phylo. hic per transmutabile intelligat illud,qd est transmutabile secundum tria prædicamenta solũ.s. secundum qualitatem,quantitatem, & ubi,aut per transmutabile intelligit illud , qd est transmutabile secundum quatuor prædicamenta.s. secundum subãm, quãtitatem,qualitatem,& ubi Vnde probat Com.ꝙ phyl.hic loquitur de transmutabili secundũ quatuor pdicamenta,& hoc probat dupliciter,primo sic,quia si loqueretur solũ de transmutabili secundum quantitatem, qualitatem , & ubi, cum illud , quod transmutatur in subã sit diuisibile, sicut illud quod transmutatur in alijs motibus,sequitur, ꝙ demonstratio phylosophi non esset vniuersalis,sed particularis, cum in declaret omne transmutabile , cui inest diuisibilitas, esse diuisibile , vnde quando passio non demonstratur de suo subiecto primo,& conuertibiliter, non est demonstratio uniuersalis , sed est demonstratio particularis, nunc uero esse diuisibile est in plusq̃ transmutabile,in quantitate,qualitate,& ubi,sed hoc videtur esse inconueniens.s.qd demonstratio phylosophi non sit vniuersalis. Secundo probat idem per auctoritatem phylosophi. d. ꝙ iam dixit , ꝙ transmutatio in subã collocatur sub hac declaratione, & quasi respondendo huic,ꝙ d.Commen opinandum est,quod phyl. vtitur hic communiter transmutatione pro quatuor transmutationibus,& hoc supposito Commen mouet secundam quæstionem , quæ est ista.s.utrum phylo. hic loquatur solum de transmutationibus in tempore, vel loquatur uniuersaliter tã de transmutabili in non tempore , quam de transmutabili in tempore,& arguit ad vtramque partem,& primo probat,ꝙ loquitur tam de transmutabili in tempore , q̃ de transmutabili in non tempore , quia omne transmutabile in non tempore est diuisibile,sicut transmutabile in tempore,si igitur phyl. solum loqueretur de transmutabili in tempore , demonstratio phylosophi non esset uniuersalis,sed particularis,quod est inconueniens , quia sic non demonstraretur passio de proprio subiecto. Ad aliam etiam partem arguit probando,ꝙ phylo hic non loquitur de transmutabili in non tempore , quia tũc demonstratio phyl. non esset uera immo minor suç demonstrationis esset falsa,nam illud, qd transmutatur in non tpe, est secundum quandam partem in termino a quo & secũdum aliam partem in termino ad quem. Vnde d. Com.ꝙ hæc quæstio est quasi insolubilis expositoribus. Secundo est notandũ, ꝙ Commen. ponit, & reprobat solutiones Alexan. Them. & Auẽp.in hac qõne secunda,& primo ponit opinionem Alex. quę ut dixerunt expositores sui ista. s. quod omnis transmutatio est in tpe,licet in quibusda transmutationibus latet sensus.scd'm, ꝙ sunt in tpe, & sic Alex.euadit hanc qõnem,qm secundum ipsum demonstratio Arist est vniuersalis, & uera, quia nihil est,qd transmutetur in non tempore. Deinde Cõ. ponit opinionem Themi.quæ,ut dicit, fuit, ꝙ phy.hic loquitur de transmutabili in t e , quia si aliqua transmutatio sit in non tempore,ipsa latet nos,& phy uidetur uti eo,qd est manifestũ,fingit ẽt,ꝙ manifestũ est p se,ꝙ trãsmutatio, quæ est in nõ tẽpore est diuisibilis,transmutationẽ n.esse in nõ tẽpore est ipsam esse in oibus partibus transmutabilis. Deinde de- struit

Alb. Mag.

B

Primũ notandũ prima qstio.

C

Scd'a qõ.

D

Secũdum notandũ.

Op. Al.a.

Op. The.

struit Com. ista, opiniones, & primo destruit opinionē Alex. d. q Alex. in hoc contradixit famoso magis. s. Arist. quoniam phyl. & omnes peripa. dicunt hic esse transmutationes, quæ sunt in non tempore, & hoc est manifestū in illuminationibus, & similibus, ergo nihil est ponere, q ois transmutatio sit in tempore. Opinionem uero Themi. destruit dupliciter, primo ex hoc, quia eodē ordine se habet diuisibilitas mobilis, & mutationis, & adhuc magis latet naturaliter diuisibilitas mobilis, q̄ mutationis. Posset igitur aliquis ridere ad demonstrationem phylosophi, q licet illa, quæ mutantur mutatione diuisibili, sint diuisibilia, tamen sunt aliqua fatentia, quæ mutantur mutatione indiuisibili, & illa sunt indiuisibilia. Vnde per hoc, q aliqua trāsmutatio est diuisibilis non potest demōstrari, q oē transmutabile est diuisibile, quia non est manifestum, q omnis mutatio est diuisibilis, quia sic demonstratio phylosophi non foret uera, nec uniuersalis, secundo destruit eius solutio, quia secundum solutionē suā demonstratio phylosophi nō esset per causam, nec esset prima & essentialis, quia secundum The. diuisibilitas mobilis probatur, per hoc, q transmutatio est in tpe. nunc aūt diuisibilitas eius, qđ transmutatur in tpe, non est, ei secundum q est in tēpore, cū inueniatur in eo, in quod mutatur in non tempore, & sic illud, qđ accipitur pro causa, non est causa, & est simile, ac si aliquis diceret, q homo est ambulans, quia est rationalis, rōnabilitas n. non est causa ambulationis, nisi per accidens. Deinde ponit, & reprobat Com. opinionē Auēp. qui sic r̄ndit. q diuisibilitas, q̄ phyl. intendit in hoc loco, non est diuisibilitas secundum ultima. s. secundum partes quantitatiuas, sed est diuisibilitas, quæ est in corpore per accidentia opposita, quoniam cum aliquid transmutatur de contrario in contrarium, diuiditur per duo contraria dum transmutatur, & d. quod illa diuisibilitas est propria transmutationi, quæ est in tempore, & non accidit ei illud, quod accidit The. Vnde Auēp. distinxit de duplici diuisibilitate, quoniam quædam est diuisibilitas in partes quantitatiuas, & de tali diuisibilitate non loquitur hic phyl. sed posterius, ubi declarabit, quod indiuisibile non potest moueri. Alia uero est diuisibilitas in accidentia contraria, quando enim aliquid, siue sit diuisibile secundum quantitatem, siue non, habet in se contraria sub quibuscunque gradibus hoc fuerit: tunc illud est diuisibile secundum illa accidentia, & de tali diuisibilitate, ut d. Auēp. loquitur hic phyl. & illa diuisibilitas est propter transmutationem, quia omne transmutabile in tempore transmutatur de contrario in contrarium, & illa diuisibilitas non contingit transmutationi in nō tpe, nā q̄uis illud, q trāsmutatur in nō tpe sit diuisibile in partes q̄titatiuas: non tn est diuisibile in accidentia contraria, inter quæ est transmutatio: quia nihil mouetur inter contraria transmutatione subita. Deinde arguit Com. contra opinionem Auēp. sic. illa diuisibilitas, quę est secundum accidentia contraria, est per accidens in continuo, non enim continuum est diuisibile secundum accidentia contraria, nec diuisibilitas necessario est in continuo, ut manifestum est, & Phyl. non considerat in hoc loco, nisi de diuisibilitate, quæ est in continuo essentialiter, & hæc est diuisibilitas secundum ultima, ut d. s. secundum partes quātitatiuas. Vnde Commen. d. q ipse diu instituit hanc opinionem Auēp. sed modo non. Tertio est notandum, q Com. ponit duas diuisiones transmutationum secundum propriam opinionem, per quas intendit soluere dubitationem inductā, & facere demonstrationē Phyl. bonam, unde d. quod trāsmutationes sunt duobus modis. s. motus existens per se, ut est trāsmutatio, quæ est de quiete, in quietem, & motus existens non per se, ut est transmutatio, quæ est finis alterius transmutationis, v. g. Illuminatio domus, quæ fit a motu candelæ, & mutatio columnæ, quæ fit ex dextero in sinistrum ad motum candelæ, manifestum est, quod illę trāsmutationes non sunt in non tempore, quia sunt fines transmutationum, & finis est diuisibilis & differt ab illo, cuius est finis, & est manifestū, q impossibile est, ut sit per se. hæc Commen. Hæc igitur est prima diuisio, uidelicet, q transmutatio est duplex, quia quædam est per se, ut transmutatio, quæ est in tempore, & quædam est transmutatio, non per se, ut transmutatio, quæ est non in tēpore. Deinde Phyl. ponit aliam diuisionem d. quod transmutationes, quæ sunt principaliter, sunt duobus modis, videlicet, aut transmutatio, cuius finis est de alio genere: aut transmutatio, cuius finis est de genere illius transmutationis, & utraque est transmutatio in tempore. hæc Commen. Vnde transmutatio per se diuiditur in transmutationem, cuius finis est de genere illius transmutationis, cuius est alteratio terminata ad qualitatem, & quædam est transmutatio per se, cuius finis est de alio genere a genere transmutationis, ut alteratio terminata ad formam substantialem. Alteratio enim est de genere qualitatis, & forma substantialis est de genere substan. Quarto est notandum, quod Commen. per istas distinctiones facit demonstrationem Phylosophi bonam, & dicit primo, quod quædam transmutatio est in eo, ex quo, & quædam in eo, ad quod, & indifferenter siue finis transmutationis fuerit de genere ipsius, aut non de genere, hoc est subm utrumque translationis per se, quod habet unam eius partem in eo, ex quo hoc est in termino a quo & aliam partem in eo ad quod, id est, in termino ad quem. Deinde Phylosophi demonstrationem Comment. facit bonam dicens, quod illa eadem, quæ sunt transmutabilia in non tempore, sunt transmutabilia in tempore, & ideo probato, quod esse transmutabile in tempore est diuisibile, satis est probatum, quod transmutabile est diuisibile, unde potest demonstratio sic formari. Omne transmutabile in tempore est diuisibile, sed omne transmutabile, siue sit transmutabile in tempore, siue in non tempore est transmutabile in tempore, ergo omne transmutabile siue sit transmutabile in tempore siue in non tempore est diuisibile, maior patet, quia omne, quod partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem est diuisibile, sed omne transmutabile in tempore partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, ergo omne transmutabile in tempore est diuisibile minor probatur, quia transmutabile in non tempore, est illud quod est transmutabile transmutatione, quæ est finis transmutationis in tempore: nunc autem illud idem, qđ est transmutabile aliqua transmutatione per se est transmutabile transmutatione, quę est finis illius transmutationis per se, & ideo omne transmutabile in non tempore est transmutabile in tempore, & sic omne transmutabile est transmutabile in tempore, & ita demonstratio Phylosophi est uniuersalis, quantum ad conclusionem principalem, quæ est, quod omne transmutabile est diuisibile. Deinde excusat Aristo. de eo, quod demonstratio sua non uidetur cōtinere omne trāsmutabile, quia non uidetur continere transmutabile transmutatione, quæ est finis transmutationis in tempore. Et dicit, quod transmutari aliquid in non tempore est per accidēs, cum sequatur transmutationem aliam. Quomodo igitur accusatur Aristo. si demonstratio ipsius non continet ipsam: cum illud, quod est per accidens, non habeat demonstrationem, & cum hoc, quod cognitio eius collocatur in cognitione translati per se; quoniam illud, quod est per accidens: sequitur illud, quod est per se, & etiam finis transmutationis non est transmutatio, quoniam finis rerum non est illa res, si igitur erit transmutatio erit per equiuocationem hæc Comment. Et sic Commen. excusat Phylosophum tripliciter. Primo per hoc, quod sermo suus non se extendit ad transmutationem, quę est in non tempore, nam de eo, qđ mouetur in non tempore, non est uerum dicere, quod illud est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem. Prima igitur sua excusatio est, q transmutatio in non tempore est transmutatio per accidens, & de eo, quod est per accidens, non est demonstratio. Secunda excusatio est, quia per hoc, quod omne transmutabile in tempore est diuisibile, cognoscitur, q omne transmutabile tantum in non tempore est diuisibile, quia illa eadem, quæ sunt transmutabilia in tempore, etiam sunt transmutabilia in non tempore. Tertia excusatio est, q nulla transmutatio uera est in non tempore, sed finis transmutationis est in non tempore, & finis transmutationis no est trāsmutatio, nisi æquiuoce & quia Phyl. loquitur de uera trāsmutatione, & uero transmutabili, ideo non fecit mentionem de transmutabili, uel transmutatione in non tempore. Quinto est notandum circa illam propositionem, videlicet, omne, qđ mutatur partim est in termino a quo, & partim, &c. quod hoc est intelligendum, quod omne, quod mutatur partim est in eo ex quo mutatur, & partim in eo in quod mutatur primo ut d. Phyl. & ratio huius est secundum Comment. quoniam inter illud, ad quod est transmutatio primo, & illud, ex quo est transmutatio primo, non est medium, sed non est necesse, ut transmutatio in prima transmutatione sit secundum partem quandam in eo, in quod mutatur primo ex quo, & secundum aliam in eo, ad quod est transmutatio in postremo, cum inter hæc duo sit medium. Item d. Commen. quod Phylo. induxit exemplum de eo, in quod transmutabile transmutatur primo de transmutatione, in qualitate & de qualitate in coloribus, cum primum apparet in transmutatione ista, apparet enim bene, quod in coloribus sit color inter quem, & illum, in quo est transmutatio, non est medium. Sexto est notandum secundum Commen. quod primum inuenitur in omnibus transmutationibus, & super hoc, fundatur hæc demon-

A demonstratio Phys. immo dicit Commen. quod cõsiderandũ est, quid sit primum in vnaquaque transmutationum quatuor, & Comment. dicit, quòd medium inter terminum a quo transmutabile transmutatur primo, & terminum in quem transmutatur postremo est primum, in quod transmutabile transmutatur, & exponit, quid intelligit per medium dicens. Intelligo hic per medium non illud, quod diuersificatur secundum magis & minus, sed illud, quod diuersificatur secundum formam, & qualitatem, quoniam pallidum non differt ab albo secundum magis & minus, sed secundum qualitatem: & si non esset eiusdem speciei. hæc Comment. & sic patet quodammodo diuisio de medio, quoniam quoddam est medium distinctum ab extremis secundum magis & minus solum, & tale medium est eiusdem speciei cum extremis, aliud est medium differens ab extremis secundum formam specificam, & secundum qualitatem, idest secundum differentiam specificam. Illa igitur propositio, scilicet omne, quod mutatur partim est in termino a quo, & partim est in termino ad quem, est intelligenda de medio, in quod primo transmutatur differens secundum speciem ab extremis, & non medium differens ab extremis secundum magis, & minus. Vnde breuiter Comment. intendit, quod in omni genere motus est dare primum secundum speciem,
B & secundum formam, & sic primus terminus ad quem aliquid mouetur ab albo est pallidum, & secundum communem opinionem pallidum differt ab albo secundum speciem, sed in transmutatione, quæ est ab albo secundum magis, & minus, non est dare primum, in quod transmutabile transmutatur, immo est dare partem ante partem, seu gradum ante gradum in infinitum, vnde in motu est dare primum secundum speciẽ, sed non est dare primum secundum magis, & minus. Septimo

Septimũ notandũ.

est notandum, quod Com. declarat, quod in omni trãsmutatione est dare primũ secundũ speciẽ, vt visum est in coloribus, & eodẽ mõ patet in saporibus, in primis & qualitatibus est medium. nã temperatũ est mediũ secundũ formã, & secũdum speciẽ inter calidũ & frigidũ, similiter in motu locali est dare primum locũ secundũ speciem, v.g. Si terra moueatur a simpliciter sursum ad simpliciter deorsum, tũc est primus locus secundũ speciẽ. s. locus deorsum, sed non contingit dare primũ locũ secundũ numerũ, nisi in continuo, aliter superficies esset immediata superficiei. Primũ aũt in generatione & corruptione, vt dicit, est minima pars quæ põt inueniri de generato: minimum. n. de omni generato est determinatæ quantitatis, verbi gratia. Minima pars ignis est determinata, vt minima pars quæ potest esse ignis, hæc Commen. Sic igitur videtur, quod ista sit intentio
C Com. quæ consistit in hoc, quod omne, quod mutatur, est diuisibile, quia omne, quod mutatur in tpe, est diuisibile, quia partim est in termino, a quo, & partim in termino ad quem, sed omne transmutabile est transmutabile in tpe, ideo omne transmutabile est diuisibile, vnde illa propositio. s. omne quod mutatur partim est in termino, &c. est intelligenda de eo, quod mutatur in tempore, & de partibus quantitatiuis mobilis: omne. n. quod mutatur in tempore habet vnam partem quantitatiuã eius, in termino a quo, & aliam in termino ad quem, intelligẽdo per terminũ a quo, & terminũ ad quẽ, terminos proximos, inter quos non est medium, & in omni motu. s. tam in generatione, & corruptione, quã in alteratione, & motu locali, & in motu ad quantitatem inuenitur primum, in quo transmutabile transmutatur, inter quod & terminum a quo non est aliquod medium, & ideo in omni motu illud, quod mutatur partim est in termino a quo, &c. Sed vt intentio Phys. & Com. facilius videatur, obijcio contra dicta, & probo primo, quod nõ oẽ, quod mutatur in tpe, partim sit in termino a quo, & partim in termino ad quem, intelligendo p terminũ ad quem terminum proximum, in quem mutatur primo, quia vbi non est dare primum terminũ in quem mobile transmutatur, ibi mobile non est partim in termino a quo, & partim in termino
D ad quẽ primo mobile transmutatur, sed non in omni motu est dare primũ terminum, in quem primo mobile transmutatur, ergo maior patet, & minor declaratur tripliciter, & primo sic, quia in motu alterationis secundum magis, & minus non est dare primũ terminũ in quẽ mobile transmutatur, quia non est dare gradum immediatũ alteri gradui, quia hoc esset dare quoddam instans, quod esset immediatum instanti, quod est falsum, & impossibile. Secũdo patet eadem minor, quia in motu locali non est dare primum terminum, in quem mobile transmutatur, quia ille primus terminus, vel esset primus locus, vel primũ vbi, sed nec est dare primũ locum, nec primum vbi: non. n. est dare primũ locum, quia ille locus esset immediatus loco, ex quo mobile incipit moueri, sed hoc est impossibile, quia impossibile est, quod in continuo superficies sit immediata superficiei, quia eadem ratione in linea continua punctus esset immediatus, quod est inconueniens, cum igitur locus sit superficies, vt visum est, sequitur, quod non est dare locum immediatum alteri loco. & etiam si locus esset immediatus alteri loco, ponamus, quod mobile transeat de vno loco ad aliũ locum immediatum, & quod in vno instanti est in vno illorum locorum, & in alio instanti est in alio: quæro tunc, an illa instantia sint mediata, vel immediata, non est dare, quòd sint immediata, quia instans non est immediatum instanti: si vero detur, quòd sunt mediata, tunc in illo tempore medio mobile est in aliquo loco medio inter illa duo loca, & per consequens illa duo loca non erant immediata, & propter easdem rationes non est dare vbi immediatum alteri vbi: quia vbi causatur ex circumscriptione loci, si igitur locus non est immediatus loco, sequitur, quòd vnum vbi non est immediatum alteri vbi, & etiam, quia si duo vbi essent immediata, sequitur etiã, quòd instans esset immediatum instanti, vt deductum est de loco. Item in motu generationis, & corruptionis non est dare primum, quia si ignis agat in aerem corrumpit aerem successiue partibiliter corrumpendo vnam partem ante aliam in infinitum, & sic non est dare primum generatum. Item videtur, quòd illa propositio sit falsa, videlicet. Omne quod mu-

Prima dubitatio.

Prima probatio minoris.

Secunda probatio minoris.

Tertia probatio minoris.

Secunda dubit.

B tatur est partim in termino a quo, &c. Nam in motu alterationis videtur habere instantiam, quia secundum Phylosophum lib. de sensu, & sen. aliqua pars aquæ simul congelatur, ita, quod non plus congelatur in vna parte, quam in alia, & ita illa pars tota fit simul sub termino ad quem, & per consequens, dum transmutatur non est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem. Item in generatione, & corruptione videtur habere instantiam, quia si ex inanimato fiat animatum, verbi gratia, si ex spermate, vel embrione fiat homo, illud, quod mutatur, non est partim sub forma animati, & partim sub forma inanimati. Item videtur, quod demonstratio Phylosophi non sit vniuersalis, quia medium per, quod tenet, non est vniuersaliter verum, & conclusio non excedit medium, probatio assumpti, nam illa propositio, quæ est medium demonstrationis, s. omne, quod mutatur partim est, &c. non est vera, nisi de eo, quod mutatur in tempore. Pro his igitur dubijs est videndum, quid Phys. intelligat per terminos transmutationis, & quomodo demonstratio Phys. est vera, quia est sciendum, quòd in motu locali per terminos non intelligit Phylosophus loca, nec vbi, quia nec est dare duo loca, nec duo vbi immediata, sed in motu locali per terminos intelligit Phys. magnitudinem, super quam, & circa quam fit
C motus, & per terminum in quem mobile primo transmutatur, intelligit Phys. istam magnitudinem immediatam magnitudini, super quam, vel circa quam est mobile, quando incipit moueri. ego etiam sum modo super vnam magnitudinem, & si debeam moueri a magnitudine, antequam deserã totam magnitudinem, super quam modo sum, ero partim in magnitudine immediata huic magnitudini, & partim in hac magnitudine, vt patet manifeste, & sic potest saluari, quod in motu locali est vniuersaliter verum, quòd omne, quod mutatur, est partim, &c. intelligendo per terminos partes magnitudinis immediatas, in motu autem alterationis potest dupliciter saluari, secundum, quòd dupliciter potest intelligi motu alterationis fieri, videlicet, vno modo, quod vna pars alterabilis alteretur ante aliam, & ante illam alia, & in infinitum, alio modo, quod aliquod motum, simul totum alteretur sic, quòd non vna pars ante aliam. Si primo modo intelligitur fieri alteratio, tunc manifestum est, quod omne, quod alteratur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, quia secundum hoc omne, quod alteratur partibiliter alteratur, ita, quòd dum vna pars quiescit sub termino a quo, alia pars transmutatur in termino ad quem
D proximum, si vero intelligamus alterationem fieri. Secundo modo sic, quòd totum simul alteratur, sic tamen, quòd si pars propinquior alteranti vehementius alteretur, quam pars remotior, pars propinquior citius erit sub termino ad quem perfecto, & sub quiete, quam pars remotior, & tunc pars propinquior alteranti erit sub termino ad quem quando pars remotior erit sub termino a quo, & sic omne, quod alteratur est, vel potest esse partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quem, ex quo sequitur, quod omne, quod alteratur est diuisibile, quod est propositum Phylosophi, & sic per partes alterationis debent intelligi termini differentes secundum speciem: omne enim, quod alteratur potest esse partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quem proximo secundum speciem. Vnde si aliquid transmutatur ab albo in nigrum per pallidum medium, pars pro-

Tertia dubitatio.

A propinquior alteranti citius erit sub pallore, quam pars remotior, & tunc alterabile partim erit sub termino a quo, & partim sub termino ad quem differentem secundum speciem a termino a quo. De motu vero ad quantitatem nihil dicit Phylosophus, nec etiam Commen. Possumus tamen dicere, quòd in motu ad quantitatem est manifestum, quòd mobile dum mouetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, quoniam certum est, quòd in motu ad quantitatem acquiritur aliqua noua quantitas, vel pars quantitatis, & manifestum est, quod non corrumpitur tota quantitas præcedens, & ideo in motu ad quantitatem, dum mobile mouetur, vna pars quantitatiua est sub termino a quo, scilicet sub quantitate antiqua, & alia est sub termino ad quem, scilicet sub quantitate noua. Et si dicitur, quòd istud non est verum in motu diminutionis, quia in motu diminutionis non acquiritur noua quantitas. Dicendum est, quòd in motu diminutionis acquiritur noua quantitas, sed minor quantitas, acquiritur, quam deperdatur. Vnde Phylosophus primo de ge. dicit, quod animal dum viuit semper nutritur, sed in intensione acquiritur noua quantitas, & ideo dum animal nutritur acquirit nouam quantitatem. Aliter potest etiam dici, videlicet,

B quòd Phylosophus, & Comment. non loquuntur de motu ad quantitatem, quia manifestum est per se, quod illud, quod mouetur ad quantitatem est diuisibile, quia augetur vel diminuitur, sed indiuisibile nec potest augeri nec diminui. Vel potest dici, quod illud idem, quod est transmutabile ad quantitatem, est quandoque transmutabile ad qualitatem, nam nihil proprie augetur nisi mediante alteratione, non enim potest alimentum conuerti in naturam rei alendæ sine alteratione præcedente, & ideo probato, quod omne alterabile est diuisibile habens partem in termino a quo, & partem in termino ad quem, satis patet, quòd transmutabile ad quantitatem est diuisibile habens partem in termino a quo, &c. sed in motu generationis, & corruptionis non oportet, quòd transmutabile habeat partem de termino a quo, & partem de termino ad quem, quia generatio, & corruptio fiunt in non tempore, & de eo, quod transmutatur in non tempore non est verum, sed solum illud, quod transmutatur in tempore. Ad dubitationes vero inductas.

Ad primã dubi.

Ad primam concedo, quòd non in omni motu est dare primum in quod transmutabile transmutatur, & ideo non est vniuersaliter verum de facto, quòd omne, quod mouetur in tempore, actu habet partem de ter-

C mino a quo, & partem de termino ad quem, sed illud est vniuersaliter verum, quòd omne, quod mutatur in tempore, potest habere partem de termino a quo, & partem de termino ad quem, differentem secundum speciem a termino a quo, intelligendo per terminos, sicut dictum est supra. Et quando dicitur, quòd in transmutatione secundum magis, & minus non est dare primum terminum, dico quòd non est dare primum terminum secundum numerum, tamen quia illud, quod transmutatur transmutatione, secundum magis, & minus potest transmutari de vna specie ad speciem oppositam, & in illa transmutatione habebit partem in termino a quo, & partem in termino ad quem, differentem secundum speciem, ideo dico, quòd illud, quòd transmutatur tali transmutatione potest habere partem in termino a quo, & partem in termino ad quem. ex quo sequitur, quòd illud, quod transmutatur est diuisibile.

Ad primã probationem.

Ad secundum respondetur sicut dictum est, quòd in motu locali per terminum a quo, & terminum ad quem, non debent intelligi diuersa loca, nec diuersa vbi, sed partes magnitudinis, super quam, vel circa quam mobile mouetur vel si per terminos a quo, & ad quem intelligantur loca, aut

D vbi, tunc debet sic intelligi, scilicet, quòd omne quod mouetur motu locali potest habere partem in termino a quo, & partem in termino ad quem, differentem secundum speciem a termino a quo, supposito, quòd loca elementorum differant specie, sicut dicit hic Comment. Vnde si aliquid mouetur a simpliciter sursum ad simpliciter deorsum, aliquando erit partim in loco ignis, & partim in loco aeris, & hoc ad propositum Phylosophi sufficiat.

Ad secundã probationem.

Ad tertium dico quod si in generatione, & corruptione elementorum sit generatio & corruptio continua sic, quòd pars generatur, & corrumpitur ante partem in infinitum, vt dicit Lyncon. primo poste. capit. vndecimo: tunc est manifestum, quòd in motu generationis, &

Primo po ster. ca. 11.

corruptionis transmutabile est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem, sed tunc non est dare primum generatum, nisi secundum speciem, sed si in generatione elementorum aliquod totum sit simul generatum, sicut Comment. videtur hic dicere, tunc manifestum est, quod in motu generationis & corruptionis est dare primum generatum, &

A primum corruptum, sed secundum hoc illud, quod mutatur motu generationis, & corruptionis non est partim in termino a quo, &c. quia talis mutatio est in non tempore. Ad aliud cum dicitur, quod in motu alterationis illa propositio videtur habere instantiam, scilicet omne, quod mutatur partim est, &c. quia aliqua pars aquæ simul congelatur secundum Phylosophum, dico, quod illa pars aquæ, quæ tota simul congelatur fortius congelatur in parte propinquiori congelanti, quam in parte remotiori. Vnde si aqua calida debeat congelari antequam illa pars, quæ simul congelatur sit tota frigida, oportet prius, quod vna eius pars sit calida, vt pars remotior a congelatione, & alia pars frigida, vt pars propinquior congelanti, & sic illud, quod totum simul congelatur aliquando partim est sub termino a quo, & partim sub termino ad quem, & hoc sufficit quantum ad intentionem Phylosophi. Vel potest dici, quod illud, quod totum simul congelatur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, loquendo de terminis propinquis, nam quamuis aliquod agens possit congelare aliquam partem aquæ totam simul, tamen vehementius congelat partem sibi propinquam, quam partem remotam ab eo, pars igitur propior congelanti est magis disposi-

Ad tertiã probationem.

B ta ad terminum ad quem, quam pars remota, & pars remotior est magis disposita ad terminum a quo, quam pars propinqua. Igitur intelligendo per terminos a quo, & ad quem huiusmodi dispositiones ad terminum a quo motus incipit, & ad terminum ad quem motus vltimo terminatur, sic est verum, quòd omne, quod alteratur, est partim in termino a quo & partim in termino ad quem, quia partim est in vna dispositione, & partim in alia, quæ dispositiones sunt termini propinqui.

Ad secundã dubit.

Ad aliud quando dicitur, quòd in generatione, & corruptione non est verum, quod illud, quod transmutatur sit partim, &c. dico vno modo, quòd generatio & corruptio sunt mutationes factæ in non tempore, & illud quod mutatur mutatione facta in non tempore non est partim, &c. Vel potest dici in alteratione præcedente generationem, & corruptionem, illud, quod transmutatur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, quia partim est sub dispositione termini a quo, & partim sub dispositione termini ad quem, nã pars propinquior alteranti magis disponitur ad terminum ad quem, quam pars remotior.

Ad tertiã dubit.

Ad aliud, quando dicitur, quòd demonstratio Phylosophi non est vniuersalis. Dicen-

C dum, quod demonstratio Phylosophi est vniuersalis, & medium, per quod tenetur, est vniuersaliter verum, & est illud, quòd omne mutabile, siue sit mutabile in tempore, siue in non tempore, est mutabile in tempore. Vnde demonstratio Phylosophi sic debet fieri iuxta prædicta, omne ens potẽs esse partim in termino a quo & partim in termino ad quem est diuisibile, sed omne mutabile est ens potens esse partim in termino a quo, & partim in termino ad quem. ergo omne mutabile, est diuisibile, maior est vniuersaliter vera, & minor declaratur sic. omne mutabile in tempore est ens potens esse partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quem, sed omne mutabile est mutabile in tempore, ergo. Vnde omnes istæ propositiones sunt vniuersaliter veræ. Ista tamen propositio, scilicet omne, quod mutatur, partim est sub termino a quo, & partim sub termino ad quem, non est vniuersaliter vera, nec ea vtitur Phylosophus secundum intellectum quem facit, sed secundũ intellectum in quo tit...

Motus autem duobus est diuisibilis modis: vno quidem modo tempore, altero vero ratione
D partium eius quod subit motum. Veluti si a,c, totum mouetur, & a,b, & b c, sane mouebitur. Atq; sit partis quidem a,b, motus d,e, partis vero b,c, motus e,z. Totum igitur motum d, z, ipsius a,c, mobilis motum esse necesse est. Etenim hoc ipso motu mouebitur, quippe cum vtraque pars vtroque moueatur motu, & nihil alieno motu, sed proprio moueatur. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.

Motus autem est diuisibilis dupliciter. Vno quidem modo tẽpore, alio vero secundum partiũ illius quod mouetur vt si ipsum a, c, mouetur totum, & a, b, mouebitur, & b, c. Sit igitur ipsius quidem a, b, qui est d, e, ipsius b, c, qui est e, z, motus partium. Necesse est igi- Tex. c. 35.

tur

tur totum in quo est d,z,ipsius a,c,esse motum. Mouebitur enim secundum hunc,quoniam quidem vtraque par tium mouebitur secundum vtrunque. Nulla enim mouebitur secundum alterius motum. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.

Demonstratio.

A	B	C
	Mobile.	
D	E	Z
	Motus.	

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua declaratur, quod motus est diuisibilis secundum diuisionem mobilis, & continet tres particulas secundum numerũ triũ rationum quibus declaratur propositũ. Secunda ibi.[Amplius autem si omnis motus.] Tertia ibi [Amplius siquidem.] cõclusio igitur quam Phyl. hic intendit declarare est illa, quod motus, diuiditur ad diuisionem mobilis, ita,quòd partes motus sunt, in partibus mobilis,& hæc est vigesimaprima conclusio huius libri,primo tamen Phyl.proponit, quod motus diuiditur dupliciter,videlicet secundum diuisionẽ tẽpis, & secundũ diuisionem mobilis,conclusio igitur probatur. Primo sic. Sit totum mobile,quod mouetur a,c, cuius vna pars sit a b, & alia pars b,c, &, sit totus motus secundũ quẽ a,c,mouetur d,z, cuius vna pars secundũ,quam a,b, mouetur sit d,e, & alia secundũ,quam b,c, mouetur sit e,z. Ex istis suppositis probatur conclusio sic. Si totũ a,c,mouetur,necesse est, quod vtraq; pars moueatur, quia totũ non mouetur primo nisi quælibet eius pars moueatur,q̃libet igitur pars ipsius a,c,mouetur sed nulla pars mouetur toto motu d,z,ergo pars a,c,ĩ a,b,mouetur parte motus, & alia pars scilicet b,c,mouetur alia parte motus,totum igitur mobile mouetur toto motu, & pars parte motus, igitur motus diuiditur, ad diuisionem mobilis, nã hoc est motum diuidi ad diuisionẽ mobilis,s. quod totus motus sit in toto mobili, & pars motus in parte mobilis. Et Commen.dicit hic, quod Phylosophus intelligit hic per partes mobilis,vel motus, vt habet alia litera partes, q̃ mouentur de principio spatij, vsque ad finem, & similiter intelligendum est de partitione motus secundum partitionem, partium,quoniam ista partitio differt a partitione eius secundũ diuisionẽ vel partitionẽ temporis, hæc Comment. Intelligendũ est,quod partes motus,quæ accipiuntur secundũ diuisionẽ mobilis manent continue a principio spatij vsq; ad finẽ.sicut .n. motus totius mobilis manet cõtinue a principio,spatij vsq; ad finẽ,ita partes motus existẽtes in partibus mobilis manent a principio,spatij vsque ad finẽ. Sicut enim totum mobile mouetur vno motu continuo a principio spatij vsque ad finẽ, ita quælibet pars mobilis, mouetur motu continuo a principio, spatij vsque ad finem , sed partes motus acceptæ secundũ diuisionem tẽporis non manent continuæ, sed vna pars motus, accepta secundum diuisionẽ tẽporis est præterita, & alia futura,& non sunt simul simultate tẽporis , sed partes motus acceptæ secundũ diuisionẽ mobilis sunt simul simultate temporis non simultate subiecti,quia sunt in diuersis partibus mobilis, Intelligendũ est,quod motum diuidi ad diuisionẽ mobilis potest, intelligi dupliciter,vno modo, quod pars post partẽ moueatur,& hoc est impossibile de aliquo continuo,quod secundum se totũ mouetur. Alio modo pot intelligi cõparando motum solũ ad subiectũ in quo est,sic motus diuiditur ad diuisionẽ mobilis,in quo est, sicut albedo diuiditur ad diuisionẽ subiecti , in quo est, & sic est verum,quod motus diuiditur ad diuisionẽ mobilis. Istud tamẽ dictũ. s.quod pars mobilis , quod secundũ se totum mouetur,nõ mouetur ante aliquã partẽ,hẽt veritatẽ comparãdo vtranque partẽ ad motũ simpliciter & absolute,tamẽ cõparando mobile ad aliqđ determinatũ signũ in spatio,sic pars p̃cedit partẽ,quia vna pars mobilis prius pertransit aliqđ determinatũ signũ ĩ spatio q̃ alia pars, vt patet ad sẽsũ in motu locali.

21. concl. huius lib.

Notabile.

Præterea,si motus, quidem omnis alicuius est, motus, totus autem d,z, motus neque a,b,neque b,c,est partis. Pars enim partis est motus,neque, cuiquam tribuitur alij, cuius nanque totius totus est motus,eius. & partium partes sunt, partes autem d,e z,partium a. b,c, & non aliorum sunt motus,plurium enim, vnus motus esse non potest,totus profectò motus d,z,totius a,c, magnitudinis motus erit.

Amplius autem si omnis motus alicuius est, totus autem motus, qui consequenter d,z, neque partium est neutræ,pars enim vtraque,neque alterius nullius,cuius enim totus totius, & partes partium sunt, partes autem ipsius d,z,sunt ipsarum quæ sunt a,b,c, & nullarum aliarum. Plurium enim non erat vnus motus, & vtique totus motus erit ipsius a,b,c, magnitudinis. Tex.c. 34.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli,in qua ponitur secunda ratio probans conclusionem, & est quodammodo confirmatio rationis p̃cedentis, & est ratio talis, partes totius motus,s. d,e,& e,z,sunt partium mobi,s.partium ipsius a,c, vel istæ totus motus d,z,est totius mobilis a,c, ergo totus motus d,z, diuiditur ad diuisionẽ mobilis a,c,nam si totus motus sit in toto mobili, & partes totius motus in partibus totius mobilis,tunc motus diuiditur, ad diuisionem mobilis , sed quia suppositum est in prima demonstratione, quod totus motus aggregatus ex d,e, & e,z,est totius motus a,c,& illud non est adhuc declaratum, ideo Phylosophus declarat hoc sic. Iste totus motus aggregatus ex d, e, & ex e,z non est alterius partis mobilis, quia quælibet pars mobilis habet partem illius motus, & totum,& pars nõ sunt eiusdem primo , nec est iste totus motus alicuius alterius totius, mobilis, quia tunc partes istius motus essent in partibus illius mobilis, & sic vnus motus esset in pluribus mobilibus, quod est impossibile , igitur necesse est, quod motus congregatus, ex motibus partium sit motus totius mobilis, & quod totus motus sit totius mobilis , quemadmodum , partes totius motus , sunt partium mobilis,ita quòd illæ conuertantur, scilicet partes motus esse partium mobilis, & totum motum esse totius , mobilis. Et dicit Comment. hic, quod ista declaratio est vtilis, in eis quibus vtitur Phylosophus in fine octaui, scilicet,quòd motus infinitus non est corporis finiti.

Insuper si totius a,c, magnitudinis alius quidã sit motus,ceu t,i. auferentur ab ipso vtrarumque, partium motus, qui quidem æquales erunt motibus d,e,& e,z Vnus enim vnius est motus. Quare si totus g,k,motus in motus partium diuidetur, motus g,k,motui d,z erit æqualis Sin vero stabit aliquid vt h,k, hic nullius erit motus erit motus (vt patet.)Neque enim totius,neque partiũ Quia motus vnius est vnus. At neque cuiquam alij tribuetur, continuus enim motus continuorum quorundam est motus. Eadem erit profectò ratio, & si d e,z excesserunt in diuisione motus g k Quare si hoc esse non potest,eundem , atque æqualem esse necesse est.

Amplius autem si quidem est totius alius motus,vt in quo t,i, remouebitur ab eo,qui vtrarumq. partium, motus. Hi autem æquales erãt his,quæ sunt d,e,z,vnius enim vnus motus. Quare si totus quidem diuidetur,qui est t,i,in partium motus,æqualis erit,qui est t,i,qui est d,z. Si vero deficit , aliquid, vt qui est K,i,hic nullius , erit motus,neque enim totius,neque partium propter id quod vnus vnius est, neque alterius nullius est. Continuus enim motus est continuorum quorundam. Similiter autem est, & si excellat secundum diuisionem. Quare si hoc impossibile est , necesse eundem esse, & æqualẽ. Tex.c. 35.

Demonstratio.

T	I
Motus æqualis d,z.	

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius, cap. in qua ponitur tertia ratio probans conclusionẽ, q̃

talis

A talis est. Omnis motus est alicuius mobilis, & omne mobile quod mouetur, mouetur aliquo motu, totum igitur mobile a,e, mouetur aliquo motu, & ille est compositus ex motibus partium mobilis, ergo motus totius mobilis diuiditur, secundum diuisionem partium mobilis. probatio assumpti, scilicet, quod motus, quo totum mobile mouetur componatur ex motibus partium mobilis, quia si motus totius sit alius a motu composito ex motibus partium mobilis sit ille alius motus t, i, cum igitur t,i, sit motus totius a,e, ex hypothesi, erit diuidere t,i, in duas partes, quæ erunt æquales partibus d,e, & e,z, cum ergo vnius mobilis non sint plures motus, erunt partes t,i, eædem partibus d,z & sic totus motus t,i, erit æqualis, & idem toti motui d,z, quia si sunt æquales, & in vno subiecto oportet, quod sint idem, quòd autem isti motus, videlicet d,z, & t,i, sint æquales probo, quia si d,z, esset diminutus sic, quòd esset minor motu t,i, sequitur, quod non esset motus alicuius mobilis: quia nec esset motus totius d,e, nec alicuius partis eius, quia quælibet pars eius mouetur alio motu. Similiter si excederet, ita quòd d,z, esset maior t,i, illud, in quo d,z, excederet, non esset in aliquo subiecto. Vnde intelligendum est, quòd aliqui dicunt, quod istæ tres demonstrationes differunt in

In quo differant prædictæ demonstrationes.

B hoc, quia prima demonstratio probat, quòd motus diuiditur ad diuisionem mobilis per hoc, quòd vna pars motus est in vna parte mobilis, & alia pars motus est in alia parte mobilis. Secunda demonstratio probat idem per hoc, quod totus motus non est in tempore mobilis, nunc autem si totus motus non sit in parte mobilis, ex hoc videtur sequi, quòd motus diuiditur ad diuisionem mobilis, nam forma, quæ habet esse in parte materiæ, extenditur ad extensionem materiæ, & ita forma quæ extenditur, habet esse in qualibet parte materiæ. Tertia demonstratio probat idem per hoc, quod motus adæquatur mobili: ista enim forma quæ adæquatur subiecto extenditur ad extensionem subiecti. Pro istis tribus rationibus potest poni vna ratio, quæ potest colligi ex omnibus istis rationibus, quæ talis est. Si mobile mouetur primo, & non secundum partem, vtraque pars mouetur, sed certum est, quòd vna pars non mouetur motu alterius partis, quia si esset ita, tunc totus motus esset vnius partis tantum, & per consequens totum non moueretur primo, nec oportet dicere, quod vna pars mouetur motu totius quia neutra pars mouetur secundũ totum motum, sicut neutra pars superficiei albę est alba tota albedine, correspondente toti superficiei, nec etiam est dicere quòd altera pars vel vtraque moueatur motu alicuius mobilis separati, sicut nec manus mea potest dici alba propter albedinem, quæ est in niue, ergo relinquitur, quod vtrique parti correspondeat proprius motus illius partis, ita quod per partes motus sic constituatur totum motum, sicut partes mobilis constituunt totum mobile, & per consequens motus diuiditur secundum diuisionem mobilis, quia si partes totius motus sint in partibus totius mobilis, tunc sequitur, quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis.

Notabile.

C **Hæc igitur diuisio ratione partium eius est, quod mouetur, atque cuiuslibet partibilis ipsam esse necesse est.**

Hæc quidem igitur diuisio secundum partium motus est, & necesse est omnis esse partibilis ipsum.

D Recapitulat dicens, quòd hæc diuisio motus est secundum diuisionem partium mobilis, & necesse est, quòd omnis motus sit in re partibili, & quòd in omni partibili possit esse motus.

Alia autem est temporis ratione. Nam cum omnis motus in tempore sit, & omne tempus sit diuisibile, minor autem in minori tempore fiat, omnis motus vti tempus diuidatur necesse est.

Tex.c. 36. *Alius autem secundum tempus. Quoniam autem omnis motus in tempore, tempus autem omne diuisibile est, in minori autem minor motus necesse est omnem diuidi motum secundum tempus.*

Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua determinatur de diuisione motus secundum diuisionem temporis, & intendit Phyl. hic declarare, quòd motus diuiditur secundum diuisionem temporis, & hæc est vigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud, quod est æquale alicui tempori, diuiditur secundum diuisionem illius temporis, sed motus est æqualis tempori, in quo fit motus, ergo motus diuiditur secundum diuisionem temporis, maior est manifesta, quia vnum æqualium diuiditur secundum diuisionem alterius æqualis: quia sicut totum est æquale toti, ita medietas est æqualis medietati, & tertia tertiæ, & sic de alijs, minor probatur per hoc, quia omne tempus est diuisibile, & in minori tẽpore est minor motus, & in maiori tempore est maior motus, & per consequens in æquali tempore est æqualis motus, quia vbicunque ex minori in vno, sequitur minus in alio, & ex maiori maius, ibi ex æquali sequitur æquale, & sic motus est æqualis tempori, in quo fit motus, & sic patet minor. De illa ratione primo ponit Phylosophus conclusionem, dicens, ꝙ alius est, modus diuidendi motum secundum tẽpus, & per hoc innuit conclusionem. Deinde ponit probationem minoris dicens, ꝙ in minori tempore est minor motus, & in maiori maior. Et Comment. dicit hic, ꝙ si motus est diuisibilis, necessarium est, ꝙ sit in subiecto diuisibili, & exponit quid intelligat per subie-

22. concl. huius lib.

B ctum dicens sic. Intelligo per subiectum motus illud, in quo est, verbi gratia, locum in motu locali, hæc Comment. Et ex hoc patet, quòd illud secundum, quòd est motus diuiditur secundum diuisionem motus acceptam secundum diuisionẽ tẽporis, quia de illa diuisione motus loquitur hic Phyl. & ideo sicut partes motus acceptæ secundum diuisionem tẽporis sunt continue aliæ, & aliæ, ita illud secundum, ꝙ est motus est continue aliud, & aliud, & sic in motu ad formam est continue alia, & alia forma, & in motu ad locum est continue alius, & alius locus, ita, quòd sicut partes motus succedunt sibi inuicem continue, ita & partes illius secundum, quòd est motus, siue sit locus, siue forma. Sed dubitatur hic, quia non videtur, quod motus diuidatur secundum diuisionem temporis, quia illud, quod diuiditur secundum diuisionem alterius, habet quãtitatem ab illo, sed motus non habet quantitatem a tempore. Nam vnum quantum non habet nisi vnam quantitatem. sed motus habet quantitatem a mobili, igitur motus non habet, quantitatem a tempore. Dicendum, quod aliud est aliquid diuidi secundum diuisionem alterius, & aliud est aliquid habere quantitatem ab illo, dico igitur, quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis spatij, & temporis, quia vnumquodque

Dubium.

Solutio.

C istorum eodem modo diuiditur, quia diuisio cuiuslibet istorum procedit in infinitum, & tamen motus non habet a mobili aliquam quantitatem propriam, aliam a quantitate mobilis, nec a spatio, sed a tempore, habet aliquam quantitatem propriam, aliam a quantitatibus istorum. Si enim motus haberet a mobili, vel a spatio quantitatem propriam aliam a quantitate mobilis vel spatij, sequeretur, quod duæ quantitates corporeæ essent simul, vt quantitas mobilis, & quantitas motus, & vtraque quantitas esset corpus de genere quantitatis, quia certum est, quòd motus extenditur secundum longũ, latum, & profundum, ergo si motus haberet propriam quantitatem, illa esset corpus de genere quantitatis, & sic duo corpora de genere quantitatis essent simul, quod est impossibile. Similiter si motus haberet quantitatem propriam a spatio, motus esset tantus, quantum est spatium, & cum spatium sit maius, quam mobile, sequitur, quod motus esset maior, quam mobile, & ita accidens excederet suum subiectum, & sic aliqua pars accidentis esset sine subiecto, quod est impossibile. Et ideo dico, quod motus diuiditur secundum diuisionem mobilis spatij, & temporis, & non habet ab aliquo istorum propriam

D quantitatem distinctam a quantitate illius secundum cuius diuisionem diuiditur, cum igitur dicitur, quod vnum quantũ non habet nisi vnam quantitatem propriam, verum est, tamen vnum quantum potest diuidi secundum diuisiones multorum quantorum, quia consimiliter diuiduntur, sicut illa, nec sequitur. Motus diuiditur secundum diuisionem temporis, vel mobilis, ergo motus habet a mobili, vel a tempore propriam quantitatem aliam a quantitate mobilis, vel temporis. Et si dicitur, quod secundum hoc motus habet vnam propriam quantitatem, quia per se vnum quantum habet vnam quantitatem propriam, & motus est simul cum mobili, ergo duæ quantitates sunt simul, scilicet quantitas mobilis, & quantitas motus. Dicendum est, quod motus habet propriam quantitatem, & illam habet effectiue a mouente, sicut habet suum esse effectiue a mouente, & illa quantitas propria motus non est nisi duratio, vel successio intrinseca motus, & illa quantitas, scilicet duratio vel successio non est diuisibilis, nisi secundum longitudinem durationis. Non enim est

Replica.

Solutio.

diuisi-

diuisibilis secundum longum, latum, & profundum, vt visum A est supra in lib. quarto tractatu de tempore, & cum dicitur, ꝙ ad motum sequitur, ꝙ duæ quantitates erunt simul, vt quantitas mobilis, & quantitas motus, dicendum est, quod non est inconueniens, duas quantitates esse simul in eodē subiecto, dummodo altera illarū non sit quantitas corporea, modo dico, ꝙ propria quantitas motus non est quātitas corporea. Vnde est sciendū, ꝙ quātitas motus, quā habet à mobili, est quātitas permanens, quia est quātitas propria ipsius mobilis, & quātitas motus, quā habet à tēpore, est successiua, quæ est ipsum tempus. Vnde motus denominatur quātus à quātitate mobilis spatij, & tēporis denominatione extrinseca, non tanquā à quantitate propria.

Cum autem omne, quod mouetur, in aliquo moueatur, & tempore aliquo, mobilisque totius sit motus, easdem esse diuisiones, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur, & etiam eius, in quo est motus, necesse est. Verum non omniū similiter, in quib. est motus. Sed quāti tati quidem per se, qualitatis vero per accidens.

B

Tex. c. 37. *Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo moue tur, & quodam tempore, & omnis est motus, necesse est, easdem diuisiones esse temporis, & motus, & ipsius moueri, quod mouetur, & in quo motus est. Sed nihil omnium similiter est, in quibus motus est, sed quanti quidem secundum seipsum, qualis autem secundū accidens.*

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur, ꝙ tempus motus: moueri: & quod mouetur, & illud, in quo est motus, sunt diuisibilia, & eodem modo diuiduntur, & continet quinq; particulas, quia in prima declaratur coniunctim, ꝙ omnia illa quinque, videlicet, tempus, motus, moueri, & quod mouetur, & etiam illud, in quo est motus eodem modo diuiduntur. In secunda ibi[Accipiatur.n.]Ostenditur, ꝙ motus, & tempus æqualiter diuiduntur. In tertia ibi[Eodem autem modo.] Ostenditur, ꝙ ipsa motio, seu ipsum moueri diuiditur secundum diuisionem motus. In quarta ibi [Similiter autem demonstrabitur.]Ostenditur, ꝙ illud, in quo est motus, est diuisibile secundum diuisionem motus. In quinta ibi[Et ipsa finita esse.]Ostenditur, ꝙ omnia prædicta quinque, s. tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud, in quo C est motus, eodem modo se habent ad finitatem. Circa vero istam partem est intelligendū, ꝙ Phylosophus hic per motum intelligit actionem mouentis, quæ quidem actio est in passo, seu in mobili subiectiue, & ideo moueri, & motus non sunt omnino idem, sed moueri fundatur in ipso motu, vt patet tertio huius, & per auctorem sex principiorum. Et ideo dico, ꝙ Phyl. non intelligit idem per moueri, & per motum, per motionem vero intelligit passionem de genere passionis. Vnde

Auicē. secundo Phys. suæ ca. primo. Aui. secundo suæ physicæ. c. 1. versus finem, dicit ꝙ motus, moueri, & motio sunt vna essentia, quod intelligo quantum ad absolutum in eis. illud enim, quod est absolutum in eis est vna essentia, & dicit, ꝙ secundum, ꝙ accipitur respectu sui ipsius, sic est motus cum autem accipitur respectu eius, in quo est, nominatur motio, cum vero accipitur in comparatione eius, à quo est, nominatur moueri. hæc Auic. Intelligendum est, ꝙ per illud, in quo est motus, intelligit Phyl. rem, ad quam est motus, s. rem acquisitam per motum. His igitur intellectis, accedendum est ad intentionem Phylosophi. dico igitur, ꝙ Phylosophus in prima particula huius partis declarat, ꝙ tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud in quo est motus, D eodem modo sunt diuisibilia. & hæc est vigesimatertia conclusio huius libri, quæ secundum expositionem Commen. probatur sic. Omnis motus, & omne habens motum est diuisibile eo

23. concl. huius lib. modo, quo motus est diuisibilis, sed omnia prædicta habēt motum, vel sunt motus. ergo omnia prædicta, scilicet, tempus, motus, moueri, &c. sunt diuisibilia eo modo, quo motus est diuisibilis. & per consequens omnia prædicta sunt eodem modo diuisibilia, probatio minoris, nam omne illud, in quo est motus, habet motum, sed quodlibet prædictorum vel est motus, vel est illud, in quo est motus. nam motus dicitur esse in tempore, & in moto, & in illo, in quo est motus, &c. Vnde dicit Comm. quòd quia motus est in quolibet istorum. s. in moto, in tēpore, & in eo, ad quod, vel in quo est motus, necesse est, vt ista diuidantur per diuisiones æquales, scilicet, quòd motus sit, adest

A medietas motus sit in medietate tēporis, & in medietate eius, in quo est motus, & in medietate motū, & similiter in medietate medietatis. & sic in infinitum. Deinde postquam Phyl. declarauit, ꝙ omnia illa, in quibus est motus, sunt diuisibilia, ne crederetur, quod omnia, in quibus est motus, sint æqualiter diuisibilia, ideo Phyl. hoc remouendo, dicit sic Sed non omnibus, in quibus est motus, similiter, supple, inest diuisibilitas, quia diuisibilitas attribuitur motui in quantitate per se, quæ diuisio sic essentialis quantitati, & attribuitur motui in quantitate per accidens, & dicit hic Comen. per totū in quātitate in motu augmentationis, & diminutionis dēt intelligi motus localis, locus n. naturaliter est in quātitate, & accidit ei diuisio essentialiter. Euitatio.

Accipiatur enim tempus in quo quippiam mouetur & sit a, & motus sit b. Si igitur in toto tempore motum est, in illius dimidio, motu minore est motum. Quo rursus diuiso, minore motu rursus est motum. & sic semper motus diuidetur, vt tempus simili modo si motus est diuisibilis, & tēpus est diuisibile. Si enim toto motu, toto in tempore motum est, si dimidio, in dimidio, & minore rursus in minore est motum.

Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo sit a, & motus in quo b. Si igitur per totum in omni motum est tempore in medio per minorem, & iterum hac diuisio per minorem huic, & sic semper. Similiter autem, & si motus diuisibilis sit, & tempus diuisibile. Si enim per totum in omni, per medium in medio, & iterum per minorem in minori.

HÆc est secunda particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua Phylos. incipit declarare, quòd omnia ista sigillatim eodem modo diuiduntur. Vnde in hac particula declarat, quod motus, & tempus æqualiter diuiduntur, & hæc est vigesimaquarta conclusio huius libri, & est quasi eadem cum conclusione vigesimasecunda. Cōclusio igitur probatur sic. Sit tempus, in quo est motus a, & motus sit b, tunc ad diuisionem ipsius a, sequitur diuisio ipsius b, & econuerso ergo a, & b, eodem modo diuiduntur, & per consequens tempus, C & motus eodem modo diuiduntur. probo, quod ad diuisionē temporis, scilicet ipsius a, sequitur diuisio motus, scilicet ipsius b, & econuerso. nam si motus sit in aliquo tempore, medietas eius erit in medietate temporis, & vniuersaliter minor motus in minori tempore, & sic ad diuisionem temporis sequitur diuisio motus. Similiter econuerso ad diuisionem motus sequitur diuisio temporis nam si in aliquo tempore moueatur aliquid, secundum totum motum in medietate temporis mouebitur secundum medietatem motus, & sic ad diuisionem motus sequitur diuisio temporis. ergo motus & tempus æqualiter diuiduntur. 24. concl. huius lib.

Ipsum quoque moueri modo diuidetur eodē. Sit enim ipsum moueri c. In dimidio igitur motus minor erit toto, & in dimidio rursus dimidij, & ita semper diuidetur. Licet etiam ipsum moueri, quod est partis vtriusque motus d, e, & e, f, designando, totum totius dicere esse. Nam si sit aliud, D plura motus eiusdem erunt moueri, sicut & motum in motus partium prius ostendimus diuisibilem esse. Accommodatum enim ipsum moueri parti vtrique motus, continuum totum erit.

Eodem autē modo, & ipsum moueri diuidetur. Sit. n. in quo est c, ipsum moueri. Secundū igitur mediū motū minor erit toto, & iterum secundum medietatis mediū, & sic semper. Est autem & ponentem secundum vtrunque motum ipsum moueri, vt secundum d, e, & e, f, dicere quòd totum erit secundum totum. si namque aliud plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut Tex. c. 3.

determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse: accepto enim ipso moueri secundum vtrumque continuum erit totum.

Demonstratio.

A

Tempus.

B

Motus.

C

Moueri.

HÆc est tertia particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur, quòd motus, & ipsum moueri æqualiter diuiduntur, & hæc est vigesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Sit c, aliquod totum moueri. si igitur c. totum erit secundum aliquem motum totum, secundum medietatem motus fiet medietas ipsius moueri, & medietas illius medietatis ipsius moueri fieri secundum medietatem medietatis motus, & sic secundum diuisionem motus diuiditur ipsum moueri, quia partes ipsius moueri sunt secundum partes ipsius motus, & per consequens motus, & moueri æqualiter diuiduntur, sed forte aliquis diceret, quòd quamuis partes ipsius moueri sint secundum partes ipsius motus, tamen totū moueri non est secundum totum motum, ideo Phylosophus hoc remouet, cum dicit. Est autem & ponentē, & probat phylosophus, quod si partes ipsius moueri sunt secundum partes ipsius motus, quòd totum moueri erit secundum totum motū, & hoc sic, quia si partes ipsius moueri sunt secundū partes ipsius motus, non tamen totū moueri sit secundum totū motum, tunc aliud moueri erit secundū illum motum, & secundū hoc plura vno mouebuntur eodem motu numero, quod est impossibile, consequentia patet: quoniā omnia quorū moueri est secundum eundem motum mouerentur eodem motu.

Vigesima quinta cōclusio huius libri.

Similiter & longitudo & omne id omnino, in quo fit mutatio, diuisibile demonstrabitur, & si quædam per accidens diuisibilia sunt, propterea quòd id, quod mutatur, est diuisibile. Nā si vnum diuidatur, omnia diuidentur.

Tex.c. 39. *Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio, præter quædam, quæ secundum accidens. Quod enim mutatur est diuisibile, vno enim diuiso omnia diuidentur.*

HÆc est quarta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quòd illud, in quo est motus, est diuisibile secundum diuisionem motus, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri. Et intendit Phylosophus per illud, in quo est motus, spatium, super quod est motus in vbi, & vniuersaliter omne prædicamentorū in quo inuenitur transmutatio, in omni etiam tali prædicamento inuenitur diuisibilitas, vt dicit hic Comment. sed in quibusdā per se, vt in quantitate, & in quibusdā per accidens, vt in qualitate, & transmutatio, quæ est in vbi, nominatur in quantitate. conclusio igitur probatur sic. Si totus motus fiat per totā magnitudinem, medietas motus fiet per medietatem magnitudinis, similiter in aliis semper aliquod eius, ad quod est motus, acquiritur per motum. ergo illud, in quo, est diuisibile secundum diuisionē motus. Deinde concludit Phylosophus, quòd oia prænumerata sunt diuisibilia, si vnū eorū sit diuisibile: tamen si omnia illa sunt diuisibilia, hoc est propter ipsum trāsmutatū, quia trāsmutatum est præcipue, & principaliter diuisibile, & alia propter ipsum.

Vigesima sexta cōcl. huius lib.

Idem sup. tex.cō. 37.

Similiter sese habebunt hæc omnia infinitionis etiam, atque oppositi ratione. Ab eo autem maxime, quod mutatur, hoc est secutū, omnia, inquā, diuidi, infinitaque esse. Continuo enim ei, quod mutatur, diuisibilitas, ac infinitio inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata. Infinitio autem in sequentibus innotescet.

Et in ipso finita esse, aut infinita, similiter se habebit de omnibus. Secutum autem maxime est diuidi omnia, & infinita esse ab ipso mutante. Mox enim inest mutantes diuisibile, & infinitum. Diuisibile quidem igitur ostēsum est prius. Infinitum autem in sequentibus erit manifestum.

HÆc est quinta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quòd omnia prædicta, videlicet, tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud in quo est motus eodem modo se habent quo ad finitatem, & infinitatem, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri, cuius tamen probatio non ponitur hic in textu, quia probatio huius conclusionis patet ex prius declaratis, quoniam si omnia ista æqualiter diuiduntur, sequitur, quòd omnia ista eodem modo se habent quo ad finitatem, & infinitatem. Vnde dicit Phylosophus quòd diuisio, finitas, & infinitas principaliter insunt omnibus istis propter ipsum transmutatum, quia diuisio, finitas, & infinitas principaliter insunt ipsi transmutato: quū enim intelligit transmutatum, s. esse in transmutatione, statim intelliget diuisibilitatem in infinitum. Quod autem transmutatum sit diuisibile, ostensum est prius, sed quòd sit diuisibile in infinitum, ostendetur in sequentibus. Notandum secundum Comment. hic, quòd necesse est, vt motus, tempus, & alia sint diuisibilia in infinitum, & vniuersaliter, vt sicut continua, quia transmutatum est diuisibile, & de natura continui, quia causa in hoc, quòd tempus sit continuum est, quia motus est continuus, & causa quòd motus est continuus est, quia motū est continuum. Vnde dicit Comment. quòd si intellexeris transmutationem, statim intelliges diuisibilitatem in infinitum, quia transmutatum non intelligitur esse in transmutatione, nisi quia imaginatur esse in eo, ex quo, & in eo ad quod. hæc Comment.

Vigesima septima concl. huius libri.

Notandū.

Idem sup. c. 5. & 7.

Cōsimile. sup. 32. & 5. Phy. 13. 16. 48. 54.

Idem sup. 3. Phy. co. 4.

DE ORDINE MVTATORVM ESSE QVANTVM ad eorum terminum & mensuram, & quantum ad habitudinem eorum inter se Tract. secundi. Cap. II.

Cum autem omne quod mutatur ē quodam in quoddam mutetur, ipsum mutatum cum primo mutatum est in eo esse, in quo est mutatum, necesse est. Id enim, quod mutatur exit ab eo, ex quo mutatur, aut ipsum relinquit. Atque aut idem est mutari, atque relinquere, aut sequitur relinquere quidem mutari, reliquisse autem esse mutatum. Nam ad vtrunque similiter se habet vtrunque.

Quoniam autem omne, quod mutatur: ex quodam in aliquid mutatur, necesse est, quod mutatur, cum mutatum est, esse in quo mutatum est. Quod mutatur enim, ex quo mutatur distat, aut deficit ipsum, & aut idem est mutari, & deficere, aut sequitur ad mutari ipsum deficere. Nam quod est mutatum esse defecisse, similiter enim vtrumque se habet ad vtrunque. Tex.c. 40.

ISTud est secūdū capitulū huius tractatus, in quo determinatur de ordine mutatorū esse quantū ad eorū terminū, & mensurā, & quantū ad habitudinē eorū inter se, & continet tres partes principales, quarū in prima determinatur de ordine mutati esse quantū ad suū terminū. In secunda ibi [In quo aūt primo mutatū est.] determinatur de mutato esse quantū ad eius mensurā. In tertia aūt ibi. [Dicitur autem in quo primo.] Determinatur de ordine & habitudine mutatorū inter se. Prima pars continet tres particulas, quia in prima Phylosophus declarat cōclusionem, quā intendit per rationē ostensiuā in gnali. In secūda ibi. [Qm̄ aūt vna mutationum.] Ostendit cōclusionem suā, quā intendit in speciali, descēdēdo ad vnā speciē mutationis vbi probatio sua est maxime manifesta. In tertia ibi. [Amplius aūt secundū. Declarat cōclusionē suam per rōnē ducentē ad impossibile. In prima igitur particula huius partis declarat Phylosophus cōclusionē suā in gnali per rōnē ostēsiuā, quòd oē, quod mutatur, cū mutatū est, est in eo, in quo primo mutatū est, & hæc est cōclusio vigesimaoctaua huius lib. quæ probatur primo sic. Mutari est deficere ab eo, ex quo est mutatio,

28. concl. huius lib.

tatio, uel ad ipsum consequitur deficere ab eo, ex quo est mutatio, sed sicut mutari se habet ad deficere, ita mutatum esse se habet ad defecisse, ergo omne, quod mutatur, cum mutatum est, penitus defecit ab eo, ex quo mutatum est, sed inter illud, ex quo mutatum est, & illud, ad quod mutatum est primum, non est medium, ergo omne quod mutatum, cū mutatum est, est in eo, in quo primo mutatum est. Vnde Com. videtur formare rōnem sic, illud, quod mutatur, separatur a termino a quo mutatur, ergo qd mutatur non est in eo, a quo mutatur, sed inter illud, a quo mutatur, & terminū ad quē transmutatur primo non est medium, ergo omne, quod mutatur, cum mutatur, est in eo, ad quod transitur primo. Dicit.n. Cō. sic, cum omnis transmutatio sit de aliquo in aliquid, inter quę est transmutatio, & inter primam trāsmutationem, & quietē, quæ est in eo, ex quo non est medium, necesse est, ut transmutatum in primo, cum transmutatur, recedat ab eo, a quo transmutatur, & ueniat ad illud, ad quod transmutatur primo, non secundo, qm̄ cum separatur a quiete, quæ est in eo, ita tm̄ ueniet ad primū, ad quod est transmutatio necessario, hæc Co. Item d Com. quod P. intelligit per transmutationem hic trāsmutationem, quæ dicitur esse in quatuor transmutationibus, ut in substantia, in ubi, in qualitate, & in quantitate. Intelligendum est, quod mutatum esse, est dupliciter. s. in potentia, B & in actu, unde mutatū esse in actu est mutatum esse in quo est transmutatio primo facta, & completa, sed mutatum esse in potentia est mutatum esse, continuans partes demonstrationis adinuicem. Vnde quoddam est mutatum esse terminās esse in actu, & quoddam est mutatum esse continuans esse, primū mutatū esse in actu, bene est dare, & de tali mutato esse loquitur hic Phyl. sed primum mutatum esse in potentia, non est dare, quia, secundum quod postea declarabitur, quodlibet mutatum esse præcedit transmutatio, seu transmutari. & in quolibet transmutari sunt infinita mutata esse, sicut in qualibet linea sunt infinita puncta, unde sicut in linea recta continua non est dare primum punctum continuantem partes eius adinuicem, ita in moueri non est dare primum mutatum esse continuans partes motus adinuicem.

Cum igitur una mutationū sit ea cuius termini contradictoriā subeunt oppositionē, patet cū mutatum est quippiam in id, quod est. ex eo, quod haud est, id iā ipsum, qđ haud est, reliquisse. Quo fit, ut sit in eo, quod est. Omne nāq; quoduis, aut esse, aut nō esse necesse est. Patet igitur ipsum mu C tatū ea mutatione, cuius termini contradictoriā subeunt oppositionē in eo esse, in qđ est mutatū. Quod si in hoc ita est. & in cæteris, ita erit. Similiter enim in una & in cæteris, hoc sese habet.

Tex. c. 41. *Quoniam ergo una mutationum est secundum contradictionem, quando mutatum est ab eo, quod non est in esse, deficit non ens, erit igitur in esse. Omne enim necesse est esse, aut non esse. Manifestum igitur, quod in mutatione secundum contradictionem, quod mutatum est, erit, in quo mutatum est, si autem in hac, & in alijs est, similiter enim in una, & in alijs.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. declarat conclusionem suam in speciali descendendo ad unam speciem mutationis, in qua propositio sua est maxime manifesta, & est mutatio, quæ est inter contradictoria, ut mutatio ab esse in non esse, & D e conuerso, & hæc est rō. Omne, qđ mutatur, deficit a termino a quo mutatur, sed inter esse, & non esse non est medium, cū igitur aliquid deficit ab esse, est sub non esse. & cum deficit a non esse est sub esse, & per consequens omne, qđ mutatur tali mutatione, uidelicet, ab esse in non esse, uel e conuerso, cum mutatum est: est in eo, in quo primo mutatum est. Notanda sunt hæc tria secundum Com. primo, q̄ illud, qđ Phyl. hic declarat &c. est manifestum per se in transmutatione, quæ dicitur transmutatio principaliter, & est illa, q̄ est de affirmato in negatum, & de negato in affirmatum, quæ dicitur generatio, & corruptio, hæc Com. Sed dubiū est, quia Com. superius cō. 32. huius sexti, dicit, q̄ transmutatio, quæ fit in nō tpe cuiusmodi sunt generatio, & corruptio sunt transmutationes per accidens non principales. hic aūt uidetur dicere contrarium. Dicendum, q̄ aliqua transmutatio potest dici transmutatio

Prima dubita. conclusionis.

Primum notand.

Dub.

Com. 32.

Solutio.

A principalis dupliciter, uel quia hoc nomen transmutatio principaliter sibi conuenit, uel quia inter transmutationes est trāsmutatio plus habens de entitate, primo generatio, & corruptio dicuntur transmutatio principaliter: quoniam hoc nomen transmutatio principaliter conuenit transmutationi secundum q̄ plus aliquid transmutatur, uel sedm quā plurimū fit transmutatio, & uariatio, in omni generatione, & corruptione plurimū est transmutatio, quia in tali transmutatione transmutatur terminatiue tam forma substantialis, quam etiam formæ accidentales, & ideo dicitur transmutatio totius in totū, ut patet ex primo de gen. sed in alijs transmutationibus non est transmutatio, nisi accidentiū terminatiue, & illo modo loquitur Com hic cū dicit, q̄ generatio, & corruptio dr̄ transmutatio principaliter, sed transmutatio, quæ est a subiecto in subiectum, & quę mensuratur tpe dicitur transmutatio principaliter, quia habet plus de entitate, & illo modo loquitur Com. superius cōmento 32. huius lib. ubi dicit, q̄ ōis trāsmutatio per se est in tempore, & q̄ transmutatio in non tpe est transmutatio per accidens, &c. Secundo est notandū sedm Com. q̄ illa declaratio s. in generatione, & corruptione, non est declaratio exemplaris, sed est declaratio ad dirigendū considerantē, nō q̄a hoc declararetur in alijs transmutationibus, sed B quia declaratur illud, qđ est ignotum naturaliter a toto, sed sedm quod declaratur illud qđ est maioris latentiæ ex eo, q̄ est ignotum naturaliter, & illud, qđ est maxime, & sedm hunc modū usitatur in descriptionibus, & diffinitionibus uia diuisionis, & exemplificationis, & hæc Com. Tertio est notandum sedm Com hic, q̄ in transmutatione inter contradictoria sic se habet extremum ad extremū, sicut in motu uero medium se habet ad extremum, quia sicut in motu uero illud, qđ mutatur, cū mutatum est, est in eo, in quo primo mutatū est, qđ quidem in rei ueritate est medium, & non extremū simpliciter, sic in mutatione inter contradictoria, qđ mutatur cū mutatum est, est in extremo, in quo mutatum est primo, non in medio, cum inter illa extrema non sit medium. & quia conclusio principaliter intenta est manifesta in mutatione secundum contradictionem eo, q̄ ibi non est medium, ut dictum est, ideo subiungit P. d. q̄ sicut est in mutatione secundū contradictionem, ita est in alijs mutationibus, quia sicut in illa mutatione extremum se habet ad extremum, ita in alijs mutationibus se habet medium ad extremum.

Secūdum notand.

Tertium notand.

Præterea, si quæque sumatur, hoc ē in uniuersis esse patebit, si ipsum mutatū alicubi, aut in ali C quo esse, necesse. Quoniam.n id, ex quo est mutatū relinquit, atque ipsū alicubi eē necesse ēst. aut in hoc erit, aut in alio. At si in alio, ut in c, id profecto, qđ in ipsum b, est mutatū rursus in b, mutatur ex c. Ipsum nāque c non erat ipsi cohærens b. Mutatio n. continua est quo fit, ut ipsum mutatū cū est mutatum, ad id mutetur, in quod est mutatum, quod fieri nequit. Id ergo quod est mutatum, in eo esse, in quod est mutatum, necesse est.

Amplius autem, & secundum unamquamque accipientibus manifestum est, si quidem necesse est, qđ mutatū est, esse alicui: ex quo mutatū est, aut ī aliquo. Quoniā āt ex quo mutatū est deficit: necesse est āt, esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit, si quidē igitur in alio, ut ī ipso c, qđ in ipsū b, mutatū est iterū ex c, mutatur in b. D *Non.n. erat habitum ipso b. Mutatio enim cōtinua est. Quare quod mutatum est, quando mutatum mutatur in quod mutatum est: hoc autē est impossibile: necesse ergo quod mutatum est: esse in hoc in quod mutatum est.*

Tex. c. 42.

Demonstratio.

A	C	B
Terminus a quo.	Medium.	Terminus ad quem.

HÆc est tertia particula primę partis principalis huius cap. in qua declaratur conclusio principaliter intenta per rationem ducentem ad impossibile, quæ talis est. Si detur oppositum conclusionis, scilicet, quod illud, quod mutatur:

Secunda declaratio conclusionis.

mutatur; cum mutatum est non est in eo, in quod mutatum est, sequitur impossibile, scilicet, quòd aliquid, quod mutatum est, mutatur ad illud, in quòd mutatum est, quod est impossibile, quia sic deambulans deambularet ad locum, in quo est, quod est impossibile, consequentia probatur sic. Sit illud, ex quo mobile mutatur a, & illud, in quod mutatum est sit b, & moueatur continue ab a, in b, tunc illud, qđ mutatur non est a, quia separatur ab a, & nō est in eo a, quo separatur, nec in b, per hipothe. quia b, est illud, in qđ mutatū est, & certum est, ꝙ est alicubi, igitur est in aliquo alio, & sit illud c, cū igitur a, b c, non sint consequenter entia, quia sic non esset motus continuus, oportet, ꝙ qñ mobile est in c, ꝙ tūc mutaretur in b, qm̃ c, est medium inter a, & b, & per suppositū mobile continue mouetur ab a, in b, ergo illud, quod mutatū est in b, mutatur in b, quod est impossibile, quia sic existens in aliquo loco deambularet ad illum locū, & hęc ratio concludit vniuersaliter de omni transmutatione, quia omne, quod transmutatur, cum transmutatum est, est in eo, in quo transmutatum est.

Patet igitur & ipsum factum tum esse, cum factum est, & ipsum corruptum tum non esse, cum est corruptum. Hoc enim & si de omni mutatione est dictum, maxime tamen in ea dilucidū est, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem. Patet igitur ipsum mutatum in eo esse, in quod est mutatum, cum mutatum est primo.

Tex. c. 43. *Manifestum igitur est, & quod factum, cum factum est erit, & quod corruptum est, non erit, vniuersaliter enim dictum est, & de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quod quidem igitur, quod mutatum est, cum mutatum est primum in illo est, manifestum est.*

29. concl. huius lib. Ex conclusione iā declarata Phylosophus concludit vigesimānonā conclusionē huius lib. quæ est ista, videlicet ꝙ omne, qđ fit qñ factū est, hēt esse, & omne, qđ corrumpitur qñ corruptum est, hēt non esse, & hoc sequitur ex conclusione præcedenti, nā omne, qđ fit, qñ factum est mutatū est in esse, & illud, quod corrumpitur, qñ corruptum est mutatum est in non esse, cū ergo omne, quod transmutatur, qñ transmutatū est, sit in eo, in quo transmutatum est sequitur, ꝙ omne, qđ fit, qñ factum est, habet esse, & omne, quod corrumpitur, qñ corruptum est, habet non esse, unde vniuersaliter est uerum de omni transmutatione, ꝙ omne, quod transmutatur, quando transmutatum est, est in eo, in quod transmutatum est, & est maxime manifestū in trāsmutatione sc̄d̄m contradictionē.

Id autem, in quo primo quippiam est mutatū, indiuiduū esse necesse est. Atque id dico, primū, quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est tale. Si enim diuisibile literis a, c, designatum, atque diuisum in b. Si igitur in a, b, aut rursus in b, c, est mutatum, non in ipso primo a, c, est mutatum sin in vtroque mutatur. In vtroque enim, aut mutatū esse, aut mutari necesse est. & in toto sane mutatur. At mutatum esse supponebatur. Eadem est ratio, & si in altero mutatur, in altero mutatum. Erit enim, quod prius primo. Quare non erit id diuisibile, in quo est mutatum.

Tex. c. 44. *In quo aūt primo mutatū est, quod mutatum est, necesse est athomū esse. Dico aūt primum, quod nō per alterum aliquid ipsius esse huius sit. Sit igitur diuisibile, quod est a, c, & diuidatur secundum b, si quidem igitur in a, b, mutatū est, aut iterum in b, c, non utique in primo, quod est a, c, quod mutatū est erit, si aūt transmutabitur in vtroque, necesse est. n. in vtroque transmutatū esse, aut transmutari, & utique in toto transmutabitur, sed erat mutatū. Eadē aūt rō, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autē mutatū est. Erit. n. aliquid primo prius. Quare non erit utique diuisibile, in quo mutatum est.*

Demonstratio.

A	B	C

Illud in quo primo aliquid mutatum est.

Hæc est secunda pars principalis huius cap. in qua determinatur de mutato esse, quantum ad eius mensurā, & intendit P. declarare, ꝙ illud, in quod aliquid est primo mutatū est indiuisibile, & hæc est trigesima conclusio huius lib. primo tō exponit P. quid intendit per primum. Deinde probat conclusionem. Dicit igitur P. primo, ꝙ per primū intendit illud, quod est tale, non quia aliqua pars eius est talis. Primum a. est illud, quod non probatur de aliquo propter aliud. ut dicit hic Com. Primum igitur, in quo aliquid est mutatū, est illud, in quo est mutatū, non rōne partis, nec rōne alicuius alterius, & illud non est tempus, sed instans, ut dicit Com. in fine huius commenti, conclusio igitur probatur per rōnem ducentem ad impossibile sic. Detur oppositum conclusionis. s. ꝙ illud, in quo aliquid est primo mutatum, sit diuisibile, & sit illud a, c, cuius una pars sit a, b, & alia pars sit b, c, tūc, vel oportet dicere, ꝙ mobile in vtraque parte mutatur, vel, ꝙ in vtraque parte mutatum est, vel, ꝙ in una parte mutatur, & in alia parte mutatum est, si detur, ꝙ in vtraque parte mutatur, igitur mutatur in toto a, c, sed positum est, ꝙ in a, c, est mutatū, ergo simul transmutatur, & transmutatum est, quod est impossibile, si uero detur ꝙ in vtraque parte est transmutatū, tunc non est primo transmutatum in toto a, c, sed prius est transmutatum in una parte, quam in alia, & ponitur esse primo transmutatum in toto a, c, ergo illud, quod est primū, nō est primum, quod est impossibile. Si autem detur tertium membrum, videlicet, ꝙ in una parte transmutatur, & in alia parte transmutatum est, tunc non est transmutatum in toto a, c, nisi gratia partis, & sic totum a, c, non est primum, in quod transmutatum est, & sic illud, quod est primum, non est primum, quia a, c ponitur esse primum. in quo mobile transmutatum est, & sic patet, ꝙ illud, in quo aliquid est primo mutatum, est indiuisibile, quia si detur oppositum, scilicet, ꝙ sit diuisibile, sequitur impossibile, ut deductum est. Sed forte diceret aliquis, ꝙ adhuc posset dari aliud membrum, scilicet, ꝙ mobile quiescit in vtraque parte, hoc remouet Commen. dicēs, quod si mobile quiescit in utraque parte, tunc quiescit in toto, ita quod nondum incepit moueri, quod est impossibile, quia sic esset mutatum, antequam mutaretur, quod est impossibile. Vnde dicit Commen. quod Phyl. tacuit istam diuisionem, & istud membrum diuisi dicens, quod in vtraque parte erit quiescens, quia est manifesta causa.

Patet igitur tam corruptum, quam generatum, in indiuiduo corruptum esse ac generatum.

Manifestum est igitur, quia & quod corruptum est, & quod factum est in athomo, hoc quidem corruptum, hoc autem factum est. Tex. c. 45.

Ex hac conclusione iam declarata phylosophus cōcludit conclusionē trigesimamprimam huius lib. quę est, ꝙ illud, quod factum est, est factum in indiuisibili, & illud, qđ corruptum est, corruptum est in indiuisibili, hæc conclusio probatur sic. Quod factum est, factum est in illo, in quo primo mutatum est, & quod corruptum est, corruptum est in illo, in quo primo mutatum est, sed illud, in quo primo aliquid mutatum est, est indiuisibile, ergo quod factum est, factum est in indiuisibili, & quod corruptum est, corruptum est in indiuisibili. Et Comment. dicit hic, ꝙ demonstratio præcedens per quam probatur, ꝙ illud, in quod aliquid mutatū est primo, & indiuisibile est in trāsmutationibus indiuisibilibus, quæ habent principium, & finem, transmutationes uero indiuisibiles, scilicet, quæ sunt in indiuisibili, verbi gratia, generatio, & corruptio sunt in forma, & forma est indiuisibilis, manifestum est igitur de eis, quod illę transmutationes sunt in rebus indiuisibilibus, hæc Comm. Item dicit Comm. quod ex demonstratione præcedenti non apparet, quod generatio, & corruptio sint in indiuisibili, quia demonstratio prædicta est de transmutationibus diuisibilibus, & generatio & corruptio non sunt diuisibiles, ita quod habeant principium, & finem, sed forte inducunt nos ad hoc, quod dictū est prius, quòd generatio, & corruptio sunt fines transmutationis, scilicet, alterationis, & declaratum est hic, quod finis transmutationis est indiuisibilis. Item dicit Com. quod generatio, & corruptio non diuiditur in magis, & minus, sicut nec terminus generationis diuiditur in magis, & minus, quoniam non intel-

30. concl. huius lib.

31. concl. huius lib.

Idē tertio Phy. c. 64.

intelligitur, ꝙ unus homo sit magis homo, quam alius, nec ꝙ unus equus sit magis equus, quam alius, sicut intelligitur una albedo magis albedo, quã alia, & ideo generatio, & corruptio non sunt motus, sed sequuntur motũ. Unde dicit Cõ. ꝙ Phyl. forte intendit per indiuisibile in generatione, & corruptione formam, & hæc est sententia Comm. & quasi verba eius. Sed hic est unum dubium, quia aut accipit hic Com. indiuisibile ꝓ indiuisibili secundum gradus, & sic non est uniuersaliter uerum, ꝙ forma substantialis, seu terminus generationis est indiuisibilis. Nam secundum Com. tertio cæli, formæ substantiales elementorũ intenduntur, & remittuntur, aut accipit indiuisibile pro indiuisibili sec'dm extentionem, & sic non est uerũ uniuersaliter, ꝙ forma substantialis est indiuisibilis, nam formę substantiales inanimatorũ diuiduntur, sec'dm diuisionem materię, ut patet de formis elementorum, & aliorum inanimatorũ. Dicendũ igitur, ꝙ Com loquitur hic de diuisibilitate secundũ magis, & minus, ut patet per verba sua, forma.n. substantialis, quæ subito generatur, non suscipit magis, & minus. & hoc intendit Com. hic. Et cũ dicitur, ꝙ formæ substantiales elementorũ suscipiunt magis, & minus, dico, ꝙ non est uerum, nec est de intentione Com. hic, ideo hic ipse innuit contrariũ. Unde tamen si concedimus, ꝙ formæ substantiales elementorum suscipiant magis, & minus, habemus dicere, ꝙ formę substantiales elementorum non acquiruntur subito, sed in tempore, & de talibus formis substantialibus non loquitur hic Commen. sed de formis substantialibus acquisitis in non tempore, cuiusmodi sunt formæ substantiales mixtorum.

Dubium.

Solutio.

Bifariam autẽ dicitur id, in quo primo quippiã est mutatum. Uno modo, in quo primo finita mutatio est. Tunc enim uere dicere licet, illud esse mutatum. Altero, in quo primo mutari cæpit.

Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio. Tunc enim uerum est dicere, quòd mutatum est. Aliud uero, in quo primo cæpit mutari.

HAec est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de ordine, & habitudine ipsorum mutatorum adinuicem, in qua Phyl. intendit declarare, ꝙ in motu non est accipere primum, in quo mobile est mutatum, & ita probatur. ꝙ in motu non est accipere primum mutatum esse. Unde ista pars continet tres particulas secundum, ꝙ ex parte trium ostenderetur, non esse primum: nam in prima particula ostenditur non esse primũ ex parte temporis. In secunda ibi. [Neque itaque in eo, q'd mutatum est.] Ostenditur, non esse primum ex parte mobilis. In tertia ibi. [Quod quidẽ igitur neque.] Ostenditur, non esse primũ ex parte termini ad quẽ est motus. In prima igitur particula huius partis. Phyl exponit intentionem suam distinguens illud, in quo aliquod põt dici primo mutatum esse. Deinde probat conclusionem, quã intendit. Dicit igitur Phyl. primo, ꝙ illud in quo aliquid primo mutatum est potest intelligi dupliciter. Uno modo ut sit illud, in quo mutatio est perfecta, & terminata. Alio modo, ut sit illud in quo mobile incepit mutari. Primo modo est dare primũ, in quo mobile est mutatũ, & sic intelligitur illud, q'd est superius declaratũ. s. illud, in quo mobile est primo mutatũ est indiuisibile, sed si accipiatur sec'o modo, sic nõ est accipere primũ, quia nõ est accipere aliquã partẽ transmutationis, quin illã præcedit alia pars, & isto modo intelligitur contrario. s. ꝙ non est accipere primũ, in quo mobile mutatũ est, loquendo de mutato esse in potentia continuante partes motus adinuicem, non de mutato esse in actu terminante motum in actu.

Id igitur, quod in fine mutationis dicitur primũ est, uereque dicitur esse. Nã & fit, ut finiatur tandem mutatio, & est exitus finisve mutationis. Quẽ iã, & ostendimus indiuisibilẽ esse propterea, quod ultimum est. At quod in principio mutationis dicitur primum, id omnino non est. Non est enim mutationis principium, nec id in quo primo temporis mutabitur. Sit enim primum a, d. Hoc igitur indiuisibile quidem non est. Accidet enim, ut sint hærentia ipsa nunc. Prætetea si in c, a, tempore toto quiescit, ponatur enim in illo quiescere, & in a, quoq; quiescit. Quare si ipsum a, d, partibus uacet, simul quiescet, atque erit mutatum. In a, namque quiescit, in d, uero mutatum est.

Secundum quidem igitur finẽ mutationis, quod primũ dicitur existit, & est, contingit.n. perfici mutationẽ, & est mutationis finis, q'd ostensum est indiuisibile esse ꝓp id, quod finis est. Quod autem secundum principiũ omnino non est, non enim principium est mutationis, neque in quo primo ipso mutabatur. Sit enim primum, in quo sit a, d, hoc igitur indiuisibile quidem non est, accidit.n. habita esse ipsa nunc. Amplius si in c, a, tempore omnino quiescit, ponatur.n. quiescens in a, quiescit. Quare si impartibile est a, d, simul quiescet, & mutatum erit. In a, quidem enim quiescit. In d, autem mutatum est.

QVod non sit dare primum ex parte temporis, in quo mobile primo mutatum est, intelligendo per primũ in quo, &c. i. primũ in potentia, & non primũ in actu, declarat Phyl. & hæc est trigesimasecunda conclusio huius lib. s. ꝙ non est dare primum ex parte temporis, in quo mobile mutatum est, loquendo de primo in potentia. Primo tñ narrat Phyl. ꝙ est dare primũ, in quo mutatio est cõpleta, & perfecta, q'd patet, quia possibile est mutationem terminari, & esse perfectã & illud probatũ est superius esse indiuisibile, sed ꝙ non sit dare primum simpliciter ex parte temporis, in quo mobile primo incepit mutari, in fine, in quo est mutatũ, loquendo de mutato esse in potentia, declaratur, & sic probatur conclusio intenta, probatur igitur conclusio per rõnẽ ducentẽ ad impossibile sic, si sit aliquid ex parte temporis, in quo mobile primo mutatum est sit illud a, b, tunc quæro an a, b, est diuisibile, aut indiuisibile, & primo probatur, ꝙ non põt dici, ꝙ est indiuisibile. Secundo, ꝙ non potest dici, ꝙ est diuisibile, & sec'dm hoc hæc particula continet duas partes, quia in prima probatur, illud, in quo aliquid primo mutatum est non esse indiuisibile. In secunda ibi. [Quoniam autem non est.] Probatur, ꝙ illud, in quo aliquid primo mutatũ est, non est diuisibile in prima igitur parte probatur, ꝙ non conuenit dicere, ꝙ illud, in quo mobile primo mutatũ est sit indiuisibile ꝓp duo, primo quia mobile non transmutatur in initio transmutationis, in primo.n. instanti temporis mensurantis transmutationẽ mobile non transmutatur, si igitur sit dare primũ indiuisibile tẽporis, in quo mobile est mutatum, tum inter illud indiuisibile, & instans, quod est initiũ transmutationis non sit medium, sequitur, ꝙ indiuisibilia in tẽpore erunt immediata: quia instans, quod est initiũ transmutationis, & instans, in quo mobile est primo mutatũ, erunt immediata, & sic instans erit immediatum instanti, q'd est impossibile. Idem etiam patet, quia secundum hoc aliqua pars motus fieret in indiuisibili, & pars motus non sit nisi in parte temporis, ergo indiuisibile esset pars tẽporis, & per consequens in tp̃e erunt indiuisibilia immediata, quod est impossibile. Secundo probatur idem. s. ꝙ illud in quo mobile est primo mutatũ, non potest esse indiuisibile, quia si esset indiuisibile, sequitur, ꝙ mobile in eodem indiuisibili tp̃is moueatur, & quiescat, quod est impossibile, consequentia probatur sic, quia sit ita, quod mobile in toto tẽpore præcedenti a, b, quiescat modo si aliquid quiescat in toto tempore primo quiescit in quolibet ipsius temporis in quo natum est quiescere, similiter si aliquid mouetur in aliquo toto tempore primo mouetur in quolibet illius tẽporis, in quo natum est moueri, sed a, b, est ultimum illius temporis, in quo mobile quiescit, & est primum temporis, in quo mobile mouetur, ergo si a, b, sit indiuisibile, & sit primum, in quo mobile mutatum est, oportet, quod mobile moueatur in a, b, q' prius non mouetur, ergo in a, b, mobile natum est moueri, & quiescere, & per consequens in a, b, mobile simul mouetur, & quiescit. Intelligendum est, quod si aliquid quiescit in aliquo toto tempore. Primo enim sequitur ex hoc secundum ueritatem, ꝙ illud quiescit in ultimo illius temporis, ponendo tamen, q'd illud tempus, in quo mobile primo mouetur, sit indiuisibile, quod oportet, si sit dare primum indiuisibile tẽporis, in quo mobile est mutatum, hoc sequitur, quod si mobile quiescat, vel moueatur in aliquo toto tempore, quod mouetur, vel quiescit in ultimo illius temporis.

32. concl. huius lib.

Prima probatio.

Secunda probatio.

Cum autem non sit partibus vacans, diuisibile necesse est esse. Atq; in quauis eius parte mutatũ esse.

esse. Etenim a,d, diuiso, si in neutra quidem parte mutatũ est, neque in toto sane mutatum est. Sin in ambabus mutatur, in toto quoque mutatur. Quod si in altera est mutatũ, non in toto primo mutatum est Quare necesse est in quacunque esse mutatum. Patet igitur non esse id, in quo primo mutatum est, quippe cum diuisiones sint infinitæ.

Tex. c.47. *Quoniam aũt non est impartibile, necesse est diuisibile esse, & in quolibet huiusmodi mutatũ esse, diuiso.n. ipso a,d, si quidẽ in neutro mutatum est, neque in toto est a,d, si autem in ambobus mutatur, & in omni, si uero in altero tantũ mutatum est non in toto primo, quare necesse est in quolibet mutatũ esse, manifestũ igitur est, ꝙ nõ est quo primo mutatũ est, infinitæ.n. diuisiones sunt.*

Demonstratio.

C A D

Tempus præcedens A. D. — Aliquid temporis in quo primo mutatum est.

HAec est secunda pars huius particulæ, in qua probat, ꝙ illud, in quo mobile primo mutatum est, non est indiuisibile. Phyl. probat, quod illud in quo mobile primo mutatum est, non est diuisibile, & hoc sic, si a,b, sit primum, in quo mobile ponitur moueri, vel mutatũ esse, & sit diuisibile, diuidatur in duas partes, aut tunc in vtraque parte mutatur, aut in neutra, aut in altera tantum, si in neutra parte mutatur, ergo non mutatur in toto, si detur quod mutatur in altera parte tantum, ergo nõ mutatur in toto primo, si detur, quod mutatur in toto primo, ergo si a,b, sit indiuisibile, oportet, quod mobile moueatur in qualibet parte eius, sed tempus est diuisibile in infinitum: quoniam quacunque parte temporis accepta contingit accipere partem minorem, & priorem, ergo nõ est dare primam partem, quia tempus non habet primã partem, & sic patet, quod ex parte temporis non est dare primum, in quo mobile primo mutatum est, vel mutatur.

At uero nec ipsius mutati quicquã erit primũ, qđ est mutatũ. Sit n ipsius d,f, mutatum primum d,g. Nam omne, quod mutatur demõstratum est diuisibile esse Tẽpus aũt in quo d,b, mutatum est sit h K. Si igitur in illo toto ipsum d,g, est mutatũ, in dimidio minus fuit mutatum, & prius ipso d,g, & hoc rursus aliud prius, & sic semper Quare nihil erit eius, quod mutatur qđ primũ est mutatũ.

Tex. c.48. *Neque itaque in eo, quod mutatũ est, aliquid ipsius prius est, quod mutatũ est, sit enim d,z, quod primo mutatum est ipsius d,e, omne enim diuisibile esse demonstratum est, quod mutatur. Tempus autem in quo d,z, mutatum est t,i, si ergo in omni d,z, mutatum est medio minus est, quod mutatum est, & prius est ipso d,z, & iterum hoc aliud, & illo alterum, & sic semper, quare nihil erit primum mutantis, quod mutatum est.*

Demonstratio.

D E

Pars mobilis quæ primo mutata est. — Mobile.

T I

Tempus in quo d. z, primo mutatum est.

HAec est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua ponitur ratio accepta ex parte mobilis probans, quod non est dare primũ transmutatum, vnde Phyl. intendit hic declarare, quod ex parte mobilis nõ est dare primum transmutatum, hoc est primã partem mobilis transmutatam, & hæc est trigesimatertia conclusio huius libri, quę probatur sic. Sit ipsum mobile d,e, & quia omne mobile est diuisibile, ut probatum est sup. signa pars eius, quæ primo mouetur, uel quæ primo mutata est d,e, & moueatur d,e, pertranseundo aliquod signũ in spatio, si igitur d,e, sit mutatum in aliquo tpe, sequitur, ꝙ illud, quod mutatũ est in medio tpe sit in primo, & prius mutatũ q̃ d,e, & eadem rõne est aliqd prius mutatũ q̃ illud, quia tps diuiditur in infinitũ. vñ breuiter aliqua pars mobilis prius pertransit aliquod signũ in spatio q̃ totum mobile, pars.n. mobilis prius fit vltra determinatũ signum in spatio, ꝙ totum mobile, & pars illius partis prius fit ultra determinatũ signũ in spatio q̃ alia pars, & adhuc pars illius partis, & sic in infinitũ, & sic nõ est dare primam partẽ mutatam vltra determinatũ signũ in spatio, & sic patet, ꝙ non est accipere aliquam partẽ ex parte mobilis quę sit primo mutata. Intelligendũ est ꝙ absolute loquendo pars non mouetur priusq̃ totũ: qm̃ moto toto mobili mouetur q̃libet pars mobilis, vnde non est absolute uerũ, ꝙ una medietas moueatur priusq̃ totũ, & medietas medietatis priusq̃ ipsa medietas immo omnes partes absolute loquendo mouentur simul, sed respectu alicuius determinati signi in spatio non est accipere primã partem motã, ultra illud signum, quia si detur aliquod determinatum signum in spatio antequam aliqua pars mobilis sit extra, seu ultra illud signum, oportet, ꝙ medietas illius sit prius extra illud signum, & medietas medietatis, & sic in infinitum, & ita debet intelligi illa propositio, scilicet, quod medietas mutatur priusquam totum respectu alicuius determinati signi in spatio, sicut si aliquis debeat intrare domum per fenestram, prius est una medietas medietatis intra fenestrã quam totum, & eodem modo est de medietate medietatis.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, neq; eius, ꝙ mutatur, neq; tpis in quo mutatur primũ aliquid esse. Ipsũ, aũt quo mutatur non eodẽ mõ se habebit. Tria nãque esse dicũtur in ipsa mutatione, id, qđ mutatur, & id, in quo, atq; id, quo mutatur. Vt homo tps, atq; albedo. Homo igitur, ac tps diuisibilia sunt. Sed de albedine est alia ratio. Atque tamen per accidens omnia diuisibilia sunt. Cui namque albedo, uel qualitas accidit, id est diuisibile.

Quod igitur neq; in eo, qđ mutatur, neq; ĩ quo mutatur tpe, nihil prius sit manifestũ ex his quæ dicta sunt ipsum autẽ, qđ mutatur, aut scdm, qđ mutatur, nõ ẽt similiter se hẽbit, tria nãq; sũt, q̃ dicũtur scdm mutationẽ, qđ mutatur, et in quo, et in qđ mutatur, ut, hõ, tps, et albũ, hõ qdẽ igitur, et tps diuisibilia sunt. De albo autẽ alia rõ est, pp id, quod scdm accidens oĩa diuisibilia sũt, cui enim accidit album, aut quale illud diuisibile est. Tex. c.49.

HAec est tertia particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua ostẽditur, ꝙ ex parte rei, ĩ qua est motus. s. ex parte termini, ad quẽ nõ est accipere primũ. Et primo recapitulat declarata, dicẽs, ꝙ manifestũ est, ꝙ nõ e aliqđ primũ ex parte transmutati, neq; ex parte tpis, in quo fit transmutatio, neq; per se, neq; per accidens, non.n. similiter se habent illud, quod transmutatur, & illud scđm, quod transmutatur, & illud, quod transmutatur non hẽt primũ, neq; per se, neque per accidens, sed aliquid scđm, quod transmutatur nõ hẽt primũ, sed hoc est per accidens, ut qualitas, sed in ubi, & quanto non inuenitur primũ oĩno, nec per se, nec per accidẽs, ut dicit Com. Sunt.n. tria in transmutatione, de quibus dicitur nõ habere primũ. s. subiectũ tps, & illud, in quo mobile mutatur, v.g. subiectũ. ut homo tps, in quo mobile transmutatur, & forma, ad quã transmutatur, ut albũ, & ista non sunt eodẽ modo diuisibilia, quia subiectũ, & tps sunt per se diuisibilia, sed album, seu albedo non est diuisibile, nisi quia recipitur in subiecto diuisibili. Intelligendum est, qđ diuisio albedinis per accidens est dupliciter una scđm extensionem subiecti secundũ, ꝙ una pars albedinis est in una parte subiecti, & alia pars in alia parte subi. Alio modo est diuisio albedinis scđm intentionem, & remissionem, & istam diuisionẽ non habet a subo, sed a natura sua intrinseca, qm̃ subm non diuiditur scđm intentionẽ, & remissionẽ, & si subm esset cã intentionis, & remissionis, tunc oĩs forma recepta in tali subiecto posset intendi, & remitti, qđ falsum est. Item si albedo esset separata a subiecto sicut est in hostia consacrata adhuc posset albedo, & intendi, & remitti, ut patet ad sensum. Item intelligendum, quod Com. dicit hic, ꝙ illud, quod transmutatur ad tempus, in quo est transmutatio sunt diuisibilia per se, & eorum secundum, quæ vel ad quę est transmutatio, quædam sunt diuisibilia per se, ut magnitudo, & quantitas, & quædam per accidens, ut qualitas. Et dicit Com. quod neque secundum, quod transmutatur neque tempus, in quo est iste motus, habet primum omnino, neq; per se neq; per accidens, quia sunt diuisibilia per se, sed nullo modo illud

Idem sup. cõ. 37. 39. & inf. 59.

illud, quod diuiditur per accidens inuenitur per se, & non per accidens, hæc Com. Intelligendu est, q quia qualitas nō est p se diuisibilis, iden quātū est ex natura qualitatis nō repugnat sibi habere primū, & hoc intelligit Com. dicēs, q nihil, qd diuiditur p accidens inuenitur primū, hoc est quātū est ex natura sua nō repugnat sibi habere primū, nunquā tñ de facto hēt primū, sed hoc est per accidens, quia semper de facto extēditur ad extensionem subiecti. Istis suppositis cum dicit.

Nam neque in his erit primū quæ per se, & nō p accidēs dicuntur diuisibilia, quales sunt magnitudines ipsę. Sit n. mobile a, b, motū ex b, in c, primū Igitur si indiuisibile sit ipsū b, c, parte uacans erit hærens parti uacāti. Sin diuisibile, erit aliqd ipso c, prius in qd est mutatū, & illo rursus aliud prius, & sic semper. Nūqnā n. diuisio deficit. Quare non erit quicquā primum, in qd est mutatum.

B *Quoniam quæcunque diuiduntur secundū seipsa diuisibilia, & non secundū accidens, neq; in his erit primū, ut in magnitudine, sit. n. in quo est a, b, magnitudo, motū aūt sit ex b, in c, primū igitur si quidem indiuisibile erit b, c, impartibile impartibili erit coniunctum, si uero diuisibile erit aliquid ipso c, prius in quod mutatum est, & in illo iterum aliud, & sic semper propter id, quod nullo modo deficit diuisio in b, si primo motum sit a, b, in c, quare non erit primum, in quod mutatum est.*

Demonstratio.

A C B

Magnitudo pars magnitudinis.

34. concl. huius lib. PHylosophus probat, q in motu facto ad per se diuisibile non est accipere primum ex parte termini ad quem est motus, & hæc est trigesimaquarta conclusio huius lib. q probatur primo in motu locali, ex parte. a. magnitudinis super quam fit motus localis non est accipere primam, qd probatur, quia si ex parte magnitudinis esset primum, aut illud C esset diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile eadem ratione alia pars esset indiuisibilis, & sic in continuo esset indiuisibile immediatum indiuisibili, si uero sit diuisibile, oportet, qd medietas pertranseatur, antequam totū pertranseatur, & medietas illius medietatis ante illā medietatē, & sic in infinitum, & sic nō est dare primū, qa ante quancunq; partē pertransitam est accipere partē prius pertransitā, unde Phyl. ponit hanc rōnē in terminis a, b, c, & satis patet. Intelligendū est hæc, quod Phyl. intendit probare, qd ex parte magnitudinis nō est dare primū pertransitū, nec primū, in qd mobile est transmutatū, quia ex quo oē mobile est diuisibile, ut prius probatū est, oportet, q illud, qd de magnitudine pertransitur sit diuisibile, sed omne diuisibile in magnitudine est diuisibile in infinitū, & per consequens nū est aliquod primū pertransitū ex parte magnitudinis, qd aūt indiuisibile nō pertranseatur, patet, qa illa quæ pertranseūt per motū continuū nō sunt mediata, aliter non esset motus continuus, sed in magnitudine, non est diuisibile immediatū indiuisibili, qd igitur Phyl. hic probat, q ex parte magnitudinis nō est accipere primū, est sic intelligēdū, uidelicet, q ex parte magnitudinis nō est accipere pri- D mū, nō sic intelligendū, q ex parte magnitudinis nō est dare primū pertransitum, tamen primum indiuisibile ex parte magnitudinis bene est dare, sed illud non est pertransibile.

Similiter res sese habet, & in quantitatis mutatione. Nam & hæc in continuo est.

Similiter autem, & in quantitatis mutatione, et hoc quidem enim in continuo est.

IDem probatur in motu ad quantitatem. s. q non est dare primum ex parte termini ad quem, quia in per se quanto & continuo non est accipere primum, sed motus ad quantitatem est aliquid per se quantum, & per se continuum, ergo &c.

Patet igitur, in solo qualitatis motu per se indiuisibile esse posse.

Manifestum igitur, quòd in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem, contingit indiuisibile per se esse.

A EX his concludit Phyl. q in sola mutatione, quæ est secūdū quantitatem contingit indiuisibile esse in motu secūdū quantitatē est accipere terminū indiuisibilē per se accipiēdo indiuisibile negatiue, quia quantitas secūdū quā, uel ad quā est motus alterationis non est indiuisibilis per se, & ideo est indiuisibilis per se, qa accipiendo indiuisibile negatiue. i. non diuisibile per se, & esse indiuisibile p se, sed tā qualitas secūdū quā, uel ad quā est motus alterationis est diuisibilis per accidens ud diuisionē sui subiecti, & ideo si ex parte subiecti non est accipere primū, sequitur. q ex parte qualitatis extensæ in subiecto nō est accipere minimū inexistens totū, qa non est accipere in naturalibus minimū inexistens, sed minimū per se existens contingit accipere. Notandū est, q Com. dicit hic, qd minimū eius, qd potest esse coloratum in actu est terminans, quemadmodū minimum eius, qd pōt esse aliquod demōstratum in actu est terminatum, v. g. quoniam minima aqua est terminat, & similiter est de aliis corporibus simplicibus, & cōpositis, hæc Com. Intelligendum est, q secundum intentionē Com. contingit accipere minimum naturale in actu quo minus non potest per se existere, tamen minus eo, ut pars sua potest inexistere tota, & in rebus coloratis est accipere minimū B coloratum quo minus non potest per se existere seu in actionem debitam speciei, & ita est dare minimum colorem potentem perficere partem inexistentem toti, immo omni tali colore dato est dare colorem minorem. *Idem sup. cō. 32. & 4 ibi.*

Cum autem omne, quod mutatur in tempore mutetur, mutari uero in tempore dicatur, & ut in primo, & ut per aliud, quo pacto in anno mutari dicitur, quia mutatur in die.

Quoniam aūt omne, quod mutatur, in tpe mutatur. Dicitur aūt in tempore mutari, & sicut in primo, & sicut secundum alterum, ut in anno, quia in die mutatur. Tex. c. 50.

IStud est tertium capitulum huius tractatus in quo determinatur de ordine ipsius moueri ad mutatum esse, & econuerso. Et intendit Phylos. declarare, quod omne moueri præcessit mutatum esse, & econuerso, & continet hoc capitulum quatuor partes principales, quia in prima declaratur, q omne, quod mouetur in aliquo tempore primo mouetur in C qualibet parte illius temporis. In secunda ibi [Ostenso aūt.] declaratur, q etiam omne moueri præcessit mutatum esse. In tertia ibi. [Non solum autem.] declaratur, q omne mutatum esse præcessit moueri. In quarta uero ibi. [Eadem. n. demonstratio.] probat Phyl. specialiter in non continuis, scilicet in mutationibus ad substantiam, & qualitatem, q omne mutatum esse præcessit moueri. Prima pars continet duas particulas, quia in prima Phyl. præmittit quędam necessaria ad propositum ostendendum. In secunda ibi. [In quo primo &c.] ostendit propositum. In prima igitur particula huius partis Phyl. præmittit duo necessaria ad propositum, quorum primum est, q omne, qd mutatur, mutatur in tempore. secūdum est, q in tempore dicitur aliquid moueri dupliciter, uno modo primo per se, alio modo secundum alterum. s. ratione partis, sicut dr aliquid mutari in anno, quia mutatur in die, &c.

Id sane, quod mutetur in quacunque eius temporis parte mutari, in quo primo mutatur necesse est. Id ita esse patet quidem, & ex diffinitione ipsius primi. Sic enim ipsum antea diffiniebamus.

D *In quo primo tempore mutatur, quod mutatur, & in quolibet huiusmodi necesse mutari, manifestum igitur, & ex diffinitione, primum enim sicut diximus.*

HAec est secunda particula huius partis in qua Phyl. ostendit propositum suum, & continet duas partes secūdum, q dupliciter ostendit propositum suum. Secunda ibi. [Sed ex his manifestum est.] Conclusio igitur quam Phylos. intendit hic declarare est ista, scilicet, q omne, quod mouetur in aliquo tempore primo mouetur in qualibet parte illius temporis, & hæc est trigesimaquinta conclusio huius lib. quę probatur dupliciter, & primo per diffinitionem eius, quod est primum, primum enim dicitur, quod non est secundum alterum, & id. n illud dicitur primo conuenire alicui, quod conuenit ei, secundum quamlibet partem eius, ut in principio quinti dictum est, patet igitur per diffinitionē eius, quod est primum, q illud, quod mutatur in aliquo tempore mutatur in qualibet parte illius temporis. Intelligendum est secundum Commen. hic, q aliquid dicitur transmu- 35. concl. huius lib.

tari

pari in aliquo toto t̃pe, quia illud est minimum in quo potest transmutari, qđ non debet sic intelligi. s. ꝙ sit dare aliquod tẽpus minimum simpliciter, sed sic debet intelligi, videlicet, ꝙ est dare minimum tp̃s, quod est primum tp̃s, in quo aliquid transmutatur, sed non est dare minimum tp̃s in quo aliquid transmutatur secundũ partem, vt si aliquid transmutetur continuo per vnã horam, & non vltra, illa hora est minimũ tp̃s primum, in quo mobile transmutatur, & ita est dare primum tp̃s minimũ, sed non est dare minimum tp̃s, in quo aliquid mutatur secundum partem, nam si aliquid mutaretur in vna hora illud aliquid transmutatur in die secundum partẽ, & in septimana secundum partem, & in anno secundum partem, & sic in infinitum, & ideo non est dare minimum tempus, in quo aliquid mutatur secundum partem, est tamen dare minimum tempus, in quo aliquid mutatur primo, vnde Commen. propositio per minimum intelligit primum.

Patebit autem, & ex hisce, quæ deinceps dicemus. Sit enim tempus a, b, in quo quippiã primo mouetur. Atque cum omne tempus sit diuisibile, diuidatur in c. In tempore igitur a, c, mouetur, aut non mouetur, & eodem modo rursus in ipso c, b. Si igitur neutra in parte mouetur, in toto sane quiescit, alias impossibile est enim moueri si nulla in parte eius moueatur. Sin in altera tantum mouetur, non in a, b, tempore primo mouetur, per aliud enim in ipso mouetur. Ergo quacunque in parte temporis moueatur necesse est.

Tex. c. 51. *Sed & ex his manifestũ, sit. n. in quo primo mouetur, quod mouetur x, r, & diuidatur secundum K. Omne enim tẽpus diuisibile est in x, r, tempore, aut mouetur, aut non mouetur, & iterũ in r, K, similiter, si quidã igitur in neutro mouetur, quiescet itaque in omni, moueri enim in nullo huiusmodi, quod mouetur impossibile, si vero in altero solũ mouetur, non vtique in primo mouetur, qđ est x, r, secundum enim vtrunque motus est, necesse est igitur in qualibet ipsius x, r, motum ipsum esse.*

Demonstratio.

X	K	R
Tempus in quo primo aliquid mouetur.		pars temporis.

HÆc est secũda pars huius particulæ, in qua Phylosophus probat, conclusionem intentam per aliam rationẽ. Cuius virtus consistit in hoc. Accipiatur primum tp̃s, in quo aliquid mutatur, & sit illud tempus x, K, quæro tunc, aut illud tẽpus mutatur in qualibet parte x, K, aut quiescit in qualibet parte x, k, aut mutatur in una parte, & quiescit in alia, si mutatur in qualibet parte habetur propositum, si autem quiescit in qualibet parte, tunc quiescit in toto, & ponitur moueri in toto, ergo simul mouetur, & quiescit, quod est impossibile, & etiam est impossibile, quod aliquod moueatur in toto tempore, & quod quiescat in qualibet parte illius temporis, vt manifestum est per se. Si vero mouetur in una parte temporis x, k, & quiescit in alia, tunc x, K, non est primum tempus in quo mutatur, quia non mutatur nisi secundum partem.

Hoc aũt demõstrato patet, omne qđ mouetur, prius necessario motũ esse. Nã si in a, b, tempore primo per f, g, spatium quippiam motũ est, id qđ ęque celeritate mouetur, simulque incepit per dimidiũ in dimidio tẽporis erit motum. Quod si id tẽpore in eodem motum est per magnitudinẽ aliquam, & alterũ per eandẽ necesse est esse motum. Quare motum est, id uti diximus, quod mouetur.

Tex. c. 52. *Ostenso aũt hoc manifestum est, quòd omne, qđ mouetur necesse est motum esse prius, si. n. in x, r, primo tẽpore r, mota est magnitudo. In medietate, quod æque velociter mouetur, & simul inceptum est medium erit motum, si autem ęque velox in eodem tempore motum est aliquid, & alterum necesse eandem motam esse magnitudinem, quare erit motum prius, quod mouetur.*

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua declaratur, ꝙ omne moueri præcedit mutatũ esse, & cõtinet tres particulas secundũ, ꝙ tripliciter ostendit propositum suum. Secunda aũt ibi. [Amplius aũt, & hoc.] Tertia ibi. [Amplius aũt si cõtinuo.] In prima igitur particula huius partis declarat Phyl. per unã rõnẽ, ꝙ oẽ moueri præcedit mutatũ esse, & hęc est trigesimasexta concl. huius lib. q̃ probatur sic. Si mobile moueatur ꝑ aliquã magnitudinẽ in aliquo t̃pe, mobile æque velox in medietate t̃pis mouebitur per medietatem magnitudinis, ergo illud mobile, qđ ponitur moueri per totã magnitudinẽ in medietate t̃pis mouebitur sc̃dm medietatẽ magnitudinis, ergo illud totum moueri præcessit mutatum esse sc̃dm medietatem magnitudinis, & eodẽ modo est arguendũ de medietate medietatis, quia mobile prius pertransit medietatem medietatis, quam pertranseat medietatẽ, ergo moueri sc̃dm medietatẽ præcessit mutatũ esse secundum medietatẽ medietatis, & sic est adhuc arguendum de medietate illius medietatis, & sic in infinitum, cum igitur magnitudo sit diuisibilis in infinitum, sequitur, quod omne moueri præcessit mutatum esse. vnde istam rationem ponit Phyl. in litera, & satis patet. Intelligendum est igitur, quod conclusio est sic intelligenda. s. ꝙ omne moueri antequam sit completum præcessit aliquod mutatum esse, sed non debet sic intelligi, videlicet, ꝙ ante totum moueri, & quãlibet partẽ eius sit aliquid mutatum, immo finem cuiuslibet moueri præcessit aliquod mutatum esse, & hoc solum probat hæc demonstratio Phylos. Sed dubium est, quare Phylos. facit rationem de duobus motibus ponendo duo mobilia æque velocia, & vnum moueri per totam magnitudinem, & aliud moueri per medietatem magnitudinis cum citius, & facilius possit idem cõcludere per unum mobile; nam mobile, quod mouetur per totam magnitudinẽ ante pertransit medietatem magnitudinis quã totam magnitudinem, & sic posset argumentum fieri de uno mobili. Ad illud dubium respondet Com. dicẽs, quod hoc facit Phyl. quia aliquid posset dicere, ꝙ mobile pertransit totam magnitudinem, & non pertransit medietatem antequam pertransiuerit totam magnitudinem cum pertransite medietatem sit pertransite in potentia non in actu, quia ea quæ sunt in potẽtia inuestigare debemus per ea, quæ sunt in actu, ideo Phyl. facit argumentum de diuersis mobilibus, quorum unum mouetur per totam magnitudinem, & aliud solum per medietatem magnitudinis. Isto enim posito non potest negari, quin vnũ mobile pertrãseat medietatem magnitudinis in medietate tẽporis, in quo aliud pertransit totam magnitudinem, & cum illa mobilia sint æque velocia sequitur, quod mobile pertrãsiens totam magnitudinem in toto tempore pertransit medietatem magnitudinis in medietate temporis.

Marginal notes: 36. concl. huius lib. Prima ratio. — Dubium. — Solutio.

Præterea, si in a, b, toto, vel quouis oĩno tempore propterea motũ dicimus qppiã esse, qđ ipsius vltimum nunc accipimus, id est. n. quod terminat, atque inter ipsa nunc semper est tempus, in cæteris ẽt sane simili mõ motum esse dicetur. Dimidij autẽ extremũ est ipsa diuisio Quare, & in dimidio motũ erit, & in quacunq; oĩno parte. Semper. n. per diuisionẽ continuo tp̃s ab ipsis nunc terminatum euadit. Quod si oẽ tp̃s est diuisibile, & id qđ est inter nunc ipsa tp̃s est uti diximus, omne profecto. quod mutatur infinities est mutatum.

Amplius autẽ, & si, omni tempore, quod est x, r, motũ esse dicimus, aut omnino in quolibet tempore, in accipiendo vltimum ipsius temporis nunc, hoc enim determinans est, & medium ipsorum nunc tempus est, & in alijs similiter dicetur motum esse, medietatis autem vltimum diuisio est, quare et in medio motum erit, et omnino in qualibet partium, semper enim similis diuisionis tempus est determinatum ab ipsis nunc: si igitur omne tempus diuisibile est, medium autem ipsorum nunc tempus est, omne quod mutatur infinite mutatum erit. Tex. c. 53.

HAc est sc̃da particula secũdę partis principalis huius ca. in qua ponitur secunda rõ ꝓbãs cõclusionẽ intẽtã, q̃ rõ talis est. Omne tp̃s est diuisibile, & semper inter partes t̃pis est aliquale Secunda ratio.

assignare aliquod nunc, & istud nunc præcedat nunc, quod est finis temporis, & hoc argumentatur sic. Sicut instans se habet in tempore, ita & mutatum esse se habet in motu. sed omne tempus præcessit aliquod instans, hoc est, quocunque tempore accepto antequam sit completum, est aliquod nunc prius copulans medietates illius temporis adinuicem, sicut igitur, instans in medio temporis præcessit totum tempus modo iam exposito, mutatum esse secundum medium temporis præcessit mutari secundum totum tempus, omne igitur moueri, præcessit mutatum esse, quia omne moueri præcessit mutatum esse, quod est in medio temporis mensurantis illud motum. Intelligendum secundum Commen. quòd illa ratio differt a prima in hoc, quia prima ratio probauit conclusionem intentam per diuisionem spatij, vt quia spatium est diuisibile in infinitum, & semper mutatum esse secundum minorem partem spatij præcedit moueri secundum minorem partem, & ideo omne moueri præcedit mutatum esse, sed ista secunda ratio, probat conclusionem eandem per diuisionem temporis. Intelligendum etiam, quòd illud, quod prius est probatum, videlicet, quòd illud, quod mouetur in aliquo tempore primo, mouetur in qualibet parte illius temporis, est necessarium ad istas demonstrationes, quia P. hic supponit, quòd in minori tempore est minor motus, & quòd in minori tempore minus pertransitur de spatio, sed hoc non oportet, nisi mobile moueatur in qualibet parte temporis, si enim mobile moueretur in anno, quia mouetur in vna die tantum non plus pertransiret in anno, quam in illa die. & ideo ad hoc, quòd illa sint vera, quæ P. hic supponit, oportet, quòd mobile moueatur in qualibet parte temporis.

In quo differat secunda rō a prima. Tex. c. 54.

Præterea, si id, quod continue mutatur, & non est corruptum, neque cessauit a motu, aut mutari, aut esse mutatum in quocunque necesse est, vt mutetur autem in ipso nunc fieri nequit, in quocunque sanè temporis puncto mutatum sit ipsum necesse est. Quare si temporis puncta sint infinita, omne nimirum, quod mutatur, infinities est mutatum.

Amplius autem si continue, quod mutatur, & non corrumpitur, neque pausat a mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in quolibet, in ipso autem nunc non est mutari, necesse ergo mutatum esse secundum vnumquodque ipsorum nunc, quare si ipsa nunc infinita sunt, necesse est omne, quod mutatur, infinite mutatum esse.

Tertia rō. HÆc est tertia particula secundæ partis prin. huius cap. in qua ponitur tertia ratio probans conclusionem intentam, quæ est quasi declaratio vnius propositionis, qua P. prius vtebatur. quæ est. in quolibet instanti temporis mensurantis motum mobile est mutatum, qua probata sequitur, conclusio principalis. Hic igitur propositio iam dicta, qua P. prius vtebatur probatur sic. Si aliquid mutabatur in aliquo tempore continue, & non corrumpitur, neque pausat, necessariū est, quòd in quolibet instanti illius temporis, aut, quòd illud mutetur, aut, quòd illud mutatum est, sed instans non mutatur, quia prius probatum est, quòd instans non est motus, nec quies, ergo si aliquid mouetur in aliquo tempore continue, oportet, quòd illud in quolibet instanti a primo instāti illius, temporis sit mutatum, & hoc debet intelligi de quolibet instāti a primo instanti temporis mensurantis motum. Ex his potest probari conclusio principalis sic. Si aliquid mouetur in aliquo tempore continue in quolibet instanti continuante partes illius temporis adinuicem est mutatum mobile, & per consequens in quolibet tali instanti est aliquid mutatum esse, cum igitur omne moueri mensuretur tempore, & in quolibet sunt infinita instantia sequitur, quòd in quolibet moueri, præcedant infinita mutata esse.

Non solum autem id, quod mutatur necesse est esse mutatum. sed etiam ipsum mutatum, prius mutetur necesse est. Omne nanque, quod ex quopiam in quippiam est mutatum, in tempore est, mutatum. Sit enim in ipso nunc ex a. mutatum in, b. In eodem igitur nunc, in quo est in a, mutatum non est. Nam, & in a, & in b, simul erit. Ipsum autem quod mutatum, non esse in hoc ipso, cum est mutatum, antea demonstrauimus. Quod si in alio sit, mutatum, inter illa profectò medium tēpus erit. Non sunt enim hærentia ipsius temporis puncta.

Non solum autem, quod mutatur, necesse est mutatū esse, sed etiam mutatum necesse prius mutari. Omne. n. quod ex quodam in quoddam mutatum est, in tempore, mutatum est. Sit enim in ipso nunc ex a, in b, mutatum, esse, ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso a, non mutatum est. Similiter enim esset in ipso a, & in b. Quod enim mutatum est, quando mutatum est, quod non est in hoc, ostensum est prius, si vero in alio est, in medio erit, tempus. Non enim coniuncta erunt ipsa nunc. Tex. c. 55.

Demonstratio.

A	B
Terminus a quo aliquid mutatur	Terminus in quem aliquid mutatum est.

HÆc est tertia pars prin. huius ca in qua declaratur, quòd omne mutatū esse pcedit moueri, & hæc est trigesimaseptima cocl huius li. quæ tripliciter pbatur, & secundū hoc hæc pars cōtinet tres particulas, secūda ibi [Qm igitur tēpus.] tertia ibi. [Amplius aūt in magnitudine.] Coclusio igitur probāda est illa, videlicet, ꝙ oē mutatū esse pcedit moueri, sic, ꝙ oē mutatū, necesse est prius mutari. Hæc cōclusio pbatur primo sic. Quodcūque mutatū esse accipiamus, in qd mobile est mutatū, oportet, ꝙ mobile sit mutatum in aliud ab aliquo termino, sit igitur terminus a quo mutatur a, & illud in qd mutatū est, sit b, tunc quādo mobile est in a, nondū mutatū est, sed quādo est in b, tunc mutatū est, cū igitur instās, in quo est mobile, est in a, & inter instās, in quo est mobile est in b, sit tempus medium, oportet, ꝙ mobile in illo tempore medio moueatur, ergo illud mutatū esse datū præcedit moueri. Et idē argumētū est de quocūque mutato esse, & ita patet, ꝙ quodlibet mutatū esse præcedit moueri. Sed hic dubitatur, qa nō videtur, ꝙ cōclusio sit vera, qa in mutatione a contradictorio in contradictoriū mutari non præcedit mutatum esse, qa talis mutatio est subita, & per consequens mutari, & mutatum esse sunt simul. Dicendum, quòd mutatio, quæ est a contradictorio in contradictorium est finis mutationis successiuæ, & ideo ibi mutatum esse est finis mutationis successiuæ, & sic mutari præcedit mutatum esse. Vnde est sciendum, quòd non oportet, quòd semper ante omne mutatum esse alicuius mutabilis præcedat mutari eiusdem, vel alterius v.g. Totus aer illuminatur a sole subito & in tali mutatione aer est mutatur a lumine, & non fuit prius in mutari, sed per hoc, quòd sol mutatur secundum locum, aer illuminatur subito in fine motus, & ideo secundum Com. Phyl. hic intelligit de moueri, & mutatio esse eiusdem mobile, & sic dico, ꝙ conclusio est sic intelligenda, scilicet de mutatione successiua tempore mensurata, quia in tali transmutatione necesse est, quod illud idem mobile, qd est mutatum, fuit prius in mutari, seu in moueri.

37. concl. huius lib.

Prima rō.

Dubium.

Solutio.

Cum igitur in tempore sit mutatum: tempus, autem omne sit diuisibile, in dimidio sanè mutatum est, & in dimidij dimidio rursus, & sic semper Quare antea mutabatur.

Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus, autem omne diuisibile, in media aliud erit mutatum, & iterum in illius medio aliud, & sic semper. Quare mutabitur prius. Tex. c. 56.

Secunda ratio. HÆc est secūda particula huius partis principalis, in qua ponitur secūda ratio probans eādem cōclusionem, quæ talis est. Oē trāsmutatū trāsmutatur in tēpore, & omne tempus est diuisibile, ergo in medio temporis mobile prius, est mutatum, quam in toto tempore, & prius est mutatum in medio illius medij, quam in toto illo medio & sic in infinitū, ergo omne mutatū esse præcedit moueri, quia moueri secundū mediū temporis est prius, quā mutatū esse secundū totū tēpus, vnde cū omne tēpus sit diuisibile, nō erit dare aliqd mutatū esse, ante qd non est aliquod moueri, quia mutatū esse in fine temporis præcedit moueri in illo moueri. Intelligendū est ꝙ moueri præcedit mutatum esse ad terminum, sicut illud, qd est ad finem præcedit finem, similiter moueri secundum me-

dium temporis præcedit mutatum esse secundum totum tempus, & sic loquitur Phy. in ista ratione dicens, quòd moueri, præcedit mutatum esse, quia moueri secundum medium temporis præcedit mutatum esse secundum totum tempus.

Præterea, id, quod dictum est, in magnitudine magis est manifestum, propter ea quod magnitudo continuum est, in qua mutatur id quod mutatur. Si enim ex c, quippiam mutatur in d. Si igitur c, d. indiuisibile sit, partibus vacanti partibus, profecto vacans hærebit. Quod si id fieri nequeat, medium ipsum magnitudinem esse necesse est, diuisibileque esse, in infinita. Quare prius in illa mutatur. Omne ergo mutatum: prius mutari necesse est.

Tex. c. 56 *Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dicitur, propter id, quod continua est magnitudo, in qua mutatur, quod mutatur. Si enim mutatur ex c, in d. Ergo si indiuisibile est ipsum c, d, impartibile erit, impartibili coniunctum. Quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse, quod interest, & in infinita diuisibile. Quare, in illa mutatur prius necesse: ergo omne, quod mutatum est mutari prius.*

Demonstratio.

C D

Magnitudo.

Tertia 16. HÆc est tertia particula tertiæ partis prin. huius ca. in qua ponitur tertia ratio ad probandum eandem conclusionē, quæ ratio est illa. Inter terminos magnitudinis necesse est esse magnitudinem mediam: aliter in magnitudine indiuisibili, esset immediatum indiuisibile, quod est impossibile, & illa magnitudo media est diuisibilis in infinitas partes, vt probatum est in principio huius text. si igitur mobile moueatur ex a, in b, inter quæ cadit magnitudo, quæ est inter a, & b, antequam, sit mutatum in b, oportet, quòd prius mutetur in medietate, magnitudinis, quæ est inter a, & b, & sic ante illud mutatum, esse præcedit mutari. Si etiam ponatur esse mutatum in medietate magnitudinis inter mediæ, oportet, quod in medietate illius medietatis prius mutetur, & sic cum omnis magnitudo sit diuisibilis in infinitum, sequitur, quod ante omne mutatum esse præcedit mutari. Intelligendum, quòd Phylos. dicit hic, quod ista declaratio est manifestior in magnitudine, vnde propter continuitatem magnitudinis ratio accepta ex parte magnitudinis est manifestior, quam aliæ rationes.

Dubium. Sed dubiū est, quia tempus est continuum, sicut & magnitudo: videtur igitur, quòd demonstratio facta de tempore, sit æque manifesta, sicut demonstratio de magnitudine.

Solutio. Ad istud respondet Cōmen. dicens, quod magnitudo est manifestior in hoc, quòd demonstratio sit talis, sed non est ita de tempore, hoc est manifestius est, quòd magnitudo est continua, & diuisibilis in infinitum, quam quòd tempus est continuum, & adhuc diuisibile in infinitum, & ideo demonstratio facta de magnitudine est manifestior, quia continuatio magnitudinis est manifestior, quā continuatio temporis. Aliter respondet Alexander secundū, quod dicit hic Commen. d. quod illud, quod hic ostenditur, non est manifestius per naturam magnitudinis, quam per naturam temporis, quia tam magnitudo, quam tempus est continuum, immo Phyl. hic intendit, quod declaratio hæc est manifestior in mutatione, quæ est secundum quantum, quam in mutatione, quæ est secundum quale, cum quantum sit per se diuisibile, & quale non sit diuisibile, nisi per accidens. Igitur postea concludit Phyl. conclusionem suam d. quod omne, qđ transmutatum est prius transmutabatur, aliter inueniretur finis transmutationis, & sic inueniretur finis sine eo, cuius est finis, quod est impossibile, consequentia patet, quia vt d. Commen. nihil dicitur iam transmutatum esse, nisi cum fuerit in vltimo transmutationis.

Eadem est enim & in hisce, quæ non continua, sunt demonstratio, vt in contrarijs, & in hisce, quæ contradictoria subeunt oppositionem Sumemus, enim id tempus, in quo est mutatum, & eadem, rursus dicemus. Quare mutetur ipsum mutatum, & mutatur si id, quod mutatur necesse est. Atque mutari prius est ipso mutatum esse, & mutatum esse ipso mutari, ac nunquam primum sumetur. Causa autem huius est: partibus vacans non esse, vacanti partibus hærens in infinitum enim ipsa diuisio proficiscitur, vt in crescentibus, ac decrescentibus intueri lineis licet.

Eadem enim demonstratio est in non continuis, vt in contrarijs, & contradictione. Accipiamus enim tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus, quare necesse est mutatum omne mutari prius, & quod mutatur mutatum esse, & est in ipso mutari mutatum esse prius. Ipso autem mutatum esse mutari, & nullo modo comprehenditur primum. Causa autem huius est, non esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitum enim diuisio est, sicut in his, quæ augmentantur, & minuuntur lineis. Tex. c. 58.

HÆc est quarta pars prin. huius ca. in qua Phyl. specialiter declarat, quòd in mutationibus non continuis omne mutatum esse præcedit moueri, & per mutationem in non continua P. intendit mutationem in contrarijs, & in contradictorijs. Et vt d. Commen. per mutationem in contrarijs intendit Phy. mutationem in qualitate, & per mutationem, in contradictorijs intelligit mutationem in substantia. Ista igitur pars continet duas particulas, quoniam in prima Phyl. intendit probare, quòd omne mutatum esse secundum qualitatem, aut secundum substantiam præcedit mutari. In secunda ibi. [Manifestum igitur quoniam.] Concludit Phyl. ex continuis, & diuisibilibus duas conclusiones. In prima igitur particula, intendit Phyl. probare, quod omne mutatum esse secundum qualitatem, aut secundum substantiam, præcedit mutari, ita, quòd ante omne mutatum esse in istis præcedit mutari. Et hæc est trigesimaoctaua conclusio huius lib. quæ probatur per diuisionem temporis in infinitum, sicut & conclusio præcedēs fuit probata per diuisionem temporis, & per diuisionem magnitudinis & patet probatio. Quoniam omne, quod transmutatur, transmutatur in temporis, & omne tempus est diuisibile in infinitum, mutatur igitur esse in fine temporis præcedit mutari in illo tempore, & mutatum esse in medio tēporis præcedit mutari in prima medietate temporis, & sic in infinitū, & ita omne mutatū esse secundū qualitatē, aut secundū substantiā præcedit mutari, vnde Cōm. d. hic, q ista demōstratio differt a demōstrationibus, q aliæ demōstrationes erāt cōes cuilibet, demōstrationi, sed ista demōstratio est ppria duabus trāsmutationibus, vt trāsmutationibus in substantia, & qualitate. 38. concl. huius lib.

Quæ cum ita sint, patet necesse esse, & id, quod est factum fieri prius, & id, quod fit antea factum esse, modo diuisibilia, atque continua sint. Non tamen semper, quod fit factum, est prius. Sed interdum aliud, ceu illius aliquid, vt in ædibus fundamentum.

Manifestum igitur quoniam, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse quæcunque diuisibilia, & continua sunt. Non tamen semper quod fit, sed aliud aliquando, vt illius aliquid, sicut domus, fundamentum. Tex. c. 59.

HÆc est secūda particula huius partis, in qua Phyl. cōcludit ex præcedētibus in cōtinuis, & diuisibilib. duas cōclusiones: Quarū prima est, qđ oē, qđ factū est, necesse est fieri prius, & ecōuerso oē, qđ fit, necesse est prius esse factū. Et hæc est trigesimanona cōclusio huius lib. q pbatur ex pcedētib. sic. in continuis, & diuisibilibus oē mutatū esse præcedit mutari, & omne mutari pcedit mutatū esse, sed esse factū est esse mutatū, & fieri est mutari ergo in cōtinuis, & diuisibilib. oē factū necesse est fieri prius, & ecōuerso, qa omne mutatum necesse est prius mutari. 39. concl. huius lib.

mutati, & econuerso. Vnde addit Phylosophus, quasi remouendo dubium, quòd non semper oportet, quòd si aliquid fit, ipsum secundum se totum esse prius factum, sed oportet, quòd vel ipsum sit prius factum, vel aliquid eius, quoniam cum domus fit non oportet, quòd prius fuerit facta secundum se totã, aliquid tamen eius prius fuit factum, vel aliqua alia pars.

Similiter fit, & in eo, quod corrumpitur, & corruptio. Inest enim ei, quod fit & ei, quod corrumpitur infinitio quædam. Quippe cum continuum, sit vtrunque. Et impossibile est aut fieri non factũ, aliquid, aut factum esse non fiens aliquid. Similiter, & in ipso corrumpi, atque corruptum esse. Sẽper enim corruptum esse antecedit corrumpi, & corrumpi corruptum esse. Patet igitur, quòd id, quod est factum, prius necesse est fieri, & id, quod fit, antea factum esse. Est enim omnis magnitudo, omneque, tempus diuisibile semper. Quare in quocunque fit, non erit in illo, vt primo.

Similiter autem, & in eo, quod corrumpitur, & quod corruptum est, mox enim inest ei, quod fit, & quod corrumpitur infinitum quiddam, cum sit continuum, sed non est in fieri, nisi aliquid factum sit prius. Neque factum esse, nisi fiat aliquid, similiter autem, & in corrũpi, & in corruptum esse. Semper enim erit ipso corrumpi corruptum esse prius. Corrupto autem esse corrumpi. Manifestum igitur, quia quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse. Omnis enim magnitudo & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunque fit aliquid non erit vtique, sicut in primo.

SEcunda conclusio, quam Phylosophus hic concludit est, quòd in continuis, & diuisibilibus omne corruptum necesse est, prius corrumpi, & omne, quod corrumpitur, necesse est prius esse corruptum. Et est quadragesima conclusio huius libri, quæ probatur sic. (40. concl. huius lib.) Omne continuum est diuisibile in infinitum, & vbi est diuisio in infinitum, ibi non est dare primam partem, & per consequens, nec primum corruptum, nec primum corrumpi, ergo in talibus omne corruptum esse præcedit aliquod corruptum esse, & corruptum esse non est, nisi per corrumpi, ergo omne corruptum esse præcedit corrumpi. Similiter non, est dare primum corrumpi, quia omne corrumpi præcedit corrumpi, & corrumpi non est sine corrupta esse, ergo omne corrumpi, præcedit corruptum esse, & ita patet, quod in continuis, & diuisibilibus omne corruptum necesse est prius corrumpi, & omne, quod corrumpitur, necesse est prius esse corruptum. Intelligendum est, quod istæ conclusiones sunt veræ, & sufficienter demonstratæ in factione, & corruptione in continuis, sed in factione, & corruptione non continuis, cuiusmodi est factio vel destructio domus, non habent intelligi cõclusiones prædictæ. (Primum notan.) Notanda sunt hic septem dicta Commen. Primo est notãdum secundum Commen. quòd Phylosophus prius declarauit, quòd omne, quod trãsmutatur in magnitudine, prius fuit, transmutatum in tempore, & econuerso propria declaratione, Secundo declarauit hoc in transmutatione qualitatis, & substãtiæ declaratione communi. Et post hoc declarat idem de generare, & corrumpere declaratione propria. (Secũdum notan.) Secundo est notandum secundum Commen. quòd generatio, & corruptio, quodammodo est in magnitudine, sed partes magnitudinis, ex quibus generatum generatur, differunt a partibus magnitudinis in motu locali, & in augmento, quoniam partes magnitudinis, ex quibus generatum generatur, sunt quandoque (Pro hoc vide 4. co. 6. 41.) diuersæ speciei, sed partes magnitudinis in motu locali, & augmento sunt eadem in specie, & diuersæ numero. (Tertium notan.) Tertio est notandum secundum Commen. quòd Phylosophus aliud declarat in continuis, & diuisibilibus cum dixit, quod fit prius fuit factum, & econuerso propter generabilia, & corruptibilia indiuisibilia, cuiusmodi sunt sentire, & intelligere. (Quartum notan.) Quarto, est notandum, quòd Phylosophus d. quòd non oportet, quod si aliquid fiat, quòd ipsum secundum se totum, vel quod aliquid eiusdem speciei cum eo sit prius factum, vt patet de domo, & hoc, quia vt dicit Commen. generatio est transmutatio de non subiecto in subiectum, & corruptio, est transmutatio de subiecto in non subiectum, ideo transmutatio non est idem in eodem ab initio transmutationis, vsque ad finem, quia etiam nec transmutatio est eiusdem speciei. Nam motus generationis, & corruptionis est compositus ex transmutatione, in qualitate, & ex transmutatione in substantia, & translatio, quæ est in substantia, non est in tempore, scilicet prouentus formæ substantialis, & etiam, quod motus generationis, alicuius totius est compositus ex motibus partium, in generabilibus, compositis ex membris diuersis, hæc Commen. Vnde accipiendo generationem, pro transmutatione composita, ex alteratione præcedente inductionem formæ substantialis, & ex generatione subita formæ substantialis, sic non est verum, quod illud, quod transmutatur prius fuit transmutatum in ipsum generatum, sed substantia composita in fine generationis generatur, & tamen non fuit prius generatum, nec transmutatum, sed materia prima prius fuit, transmutata. Vnde accipiendo generationem pro transmutatione composita, sic non est idem transmutatum de initio, transmutationis, vsque ad finem, quia in principio transmutationis materia prima est transmutata, & in fine transmutationis substantia composita est transmutata. Similiter transmutatio precedens non est eiusdem speciei, cum transmutatione, sequenti, quia transmutatio in qualitate non est eiusdem, speciei cum transmutatione in substantia. Similiter in compositis ex membris diuersis, sicut in animalibus non est, idem, transmutatum, nec secundum numerum, nec secundum speciem de principio transmutationis, vsque ad finem, quia primo generatur vnum membrum, & postea generatur aliud membrum alterius speciei secundum transmutationem, tamen transmutatio est eiusdem speciei, vt dicit Commen. Sed in corporibus simplicibus, vt in generatione ignis, & aquæ, non accidit hoc, scilicet, quod prius generatum sit alterius speciei a generato posteriori. Quinto est notandum secundum Commen. quod generatio est in tribus modis, videlicet, aut generatio simplicium, aut generatio organicorum, aut generatio complexionis, & mixtionis. (Quintum notan.) In generatione simplicium, vt in generatione aquæ vel ignis illud, quod est prius generatum est eiusdem speciei cum generato posteriori, licet quandoque alterationes præcedentes, generationem substantiæ, sint diuersæ secundum speciem. Nam si ex aqua debeat generari ignis, oportet, quod aqua prius tepefiat, & postea calefiat, & tepefactio, & calefactio differunt in specie. Exemplum patet in alijs. Nam cum ex sanguine debeat generari caro, sanguis alterabitur in plus quam in vnam qualitatem, antequam expellatur forma sanguinis, & inducatur forma carnis. In generatione vero organici, vt in generatione animalium prius, generatum differt specie à generato posteriori, quia membra organica differunt specie, vt cor & caput, &c. Sed in generatione mixti homogenei, vt in generatione lapidis, prius generatum est eiusdem speciei cum generato posteriori. Et sicut est in generatione, ita est, & in corruptione. Nam in motu corruptionis non inuenitur primum naturaliter, sicut nec in motu generationis & ratio est, quia generatio, & corruptio sunt in magnitudine, vel in habente magnitudinem, & in magnitudine non est primum naturaliter. Et hoc, quod dictum est de generatione, & corruptione, est etiam intelligendum de motu in qualitate, scilicet, quod ibi non est naturaliter, sed quod non sit primum naturaliter, in motu, in qualitate, & in substantia hoc est per accidens, sed in motu transmutationis in vbi, & quantitate est per se, &c. Sexto notandum est, quod Comment. mouet, & soluit hic vnam dubitationem, quia videtur, quod in motu generationis sit accipere primum generatum naturaliter, (Sextum notan. Dubium.) Nam in generabilibus, quæ componuntur ex corporibus diuersis non consimilibus manifestum, est hoc, sicut cor in animalibus, quod est prima pars generata. Similiter in corporibus consimilium partium videtur, quod sit dare primam partem generatam, quoniam quantitas carnis est determinata: quoniam caro, secundum, quod caro, non diuiditur in infinitum, ergo in generatione carnis est accipere primam partem generatam. Ad istud dubium respondet Commen. dicens: nos autem dicamus, quod generatio primæ partis componitur ex alteratione, & generatione, quoniam cum aliquid generatur ex aliquo, vt caro ex sanguine, primo amittuntur qualitates, & accidentia propria sanguinis, & fiunt, accidentia propria carni, donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis, & hoc in fine motus, hoc est in non tempore. Et ergo in transmutatione, quæ est in qualitate non inuenitur primum naturaliter, quia est in aliquo carenti primo.

talis est. Omnis motus est alicuius mobilis, & omne mobile quod mouetur, mouetur aliquo motu, totum igitur mobile a,c, mouetur aliquo motu, & ille est compositus ex motibus partium mobilis, ergo motus totius mobilis diuiditur, secundum diuisionem partium mobilis. probatio assumpti, scilicet, quod motus, quo totum mobile mouetur componatur ex motibus partium mobilis, quia si motus totius sit alius a motu composito ex motibus partium mobilis sit ille alius motus t,i, cum igitur t,i, sit motus totius a,c, ex hypothesi, erit diuidere t,i, in duas partes, quæ erunt æquales partibus d,e, & e,z, cum ergo vnius mobilis non sint plures motus, erunt partes t,i, eædem partibus d,z & sic totus motus t,i, erit æqualis, & idem toti motui d,z, quia si sunt æquales, & in vno subiecto oportet, quod sint idem, quod autem isti motus, videlicet d,z, & t,i, sint æquales probo, quia si d,z, esset diminutus sic, quod esset minor motu t,i, sequitur, quod non esset motus alicuius mobilis: quia nec esset motus totius d,r, nec alicuius partis eius, quia quælibet pars eius mouetur alio motu. Similiter si excederet, ita quod d,a, esset maior t,i, illud, in quo d,z, excederet, non esset in aliquo subiecto. Vnde intelligendum est, quod aliqui dicunt, quod istæ tres demonstrationes differunt in hoc, quia prima demonstratio probat, quod motus diuiditur ad diuisionem mobilis per hoc, quod vna pars motus est in vna parte mobilis, & alia pars motus est in alia parte mobilis. Secunda demonstratio probat idem per hoc, quod totus motus non est in tempore mobilis, nunc autem si totus motus non sit in parte mobilis, ex hoc videtur sequi, quod motus diuiditur ad diuisionem mobilis, nam forma, quæ habet esse in parte materiæ, extenditur ad extensionem materiæ, & ita forma quæ extenditur, habet esse in qualibet parte materiæ. Tertia demonstratio probat idem per hoc, quod motus adæquatur mobili: ista enim forma quæ adæquatur subiecto extenditur ad extensionem subiecti. Pro istis tribus rationibus potest poni vna ratio, quæ potest colligi ex omnibus istis rationibus, quæ talis est. Si mobile mouetur primo, & non secundum partem, vtraque pars mouetur, sed certum est, quod vna pars non mouetur motu alterius partis, quia si esset ita, tunc totus motus esset vnius partis tantum, & per consequens totum non moueretur primo, nec oportet dicere, quod vna pars mouetur motu totius quia neutra pars mouetur secundũ totum motum, sicut neutra pars superficiei albę est alba tota albedine, correspondente toti superficiei, nec etiam est dicere quod altera pars vel vtraque moueatur motu alicuius mobilis separati, sicut nec manus mea potest dici alba propter albedinem, quæ est in niue, ergo relinquitur, quod vtrique parti correspondeat proprius motus illius partis, ita quod per partes motus sic constituatur totum motum, sicut partes mobilis constituunt totum mobile, & per consequens motus diuiditur secundum diuisionem mobilis, quia si partes totius motus sint in partibus totius mobilis, tunc sequitur, quod motus diuiditur secundum diuisionem mobilis.

In quo differant prędictæ demonstrationes.

Notabile.

Hæc igitur diuisio ratione partium eius est, quod mouetur, atque cuiuslibet partibilis ipsam esse necesse est.

Hæc quidem igitur diuisio secundum partium motus est, & necesse est omnis esse partibilis ipsum.

Recapitulat dicens, quòd hæc diuisio motus est secundum diuisionem partium mobilis, & necesse est, quòd omnis motus sit in re partibili, & quòd in omni partibili possit esse motus.

Alia autem est temporis ratione. Nam cum omnis motus in tempore sit, & omne tempus sit diuisibile, minor autem in minori tempore fiat, omnis motus vti tempus diuidatur necesse est.

Tex.c. 36. *Alius autem secundum tempus. Quoniam autem omnis motus in tempore, tempus autem omne diuisibile est, in minori autem minor motus necesse est omnem diuidi motum secundum tempus.*

Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua determinatur de diuisione motus secundum diuisionem temporis, & intendit Phyl. hic declarare, quòd motus diuiditur secundum diuisionem temporis, & hæc est vigesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Illud, quod est æquale alicui tempori, diuiditur secundum diuisionem illius temporis, sed motus est æqualis tempori, in quo fit motus, ergo motus diuiditur secundum diuisionem temporis, maior est manifesta, quia vnum æqualium diuiditur secundum diuisionem alterius æqualis: quia sicut totum est æquale toti, ita medietas est æqualis medietati, & tertia tertij & sic de alijs, minor probatur per hoc, quia omne tempus est diuisibile, & in minori tempore est minor motus, & in maiori tempore est maior motus, & per consequens in æquali tempore est æqualis motus, quia vbicunque ex minori in vno, sequitur minus in alio, & ex maiori maius, ibi ex æquali sequitur æquale, & sic motus est æqualis tempori, in quo fit motus, & sic patet minor. De illa ratione primo ponit Phylosophus conclusionem, dicens, ꝙ alius est modus diuidendi motum secundum tẽpus, & per hoc innuit conclusionem. Deinde ponit probationem minoris dicens, ꝙ in minori tempore est minor motus, & in maiori maior. Et Comment. dicit hic, ꝙ si motus est diuisibilis, necessarium est, ꝙ sit in subiecto diuisibili, & exponit quid intelligat per subiectum dicens sic. Intelligo per subiectum motus illud, in quo est, verbi gratia, locum in motu locali, hæc Comment. Et ex hoc patet, quòd illud secundum, quòd est motus diuiditur secundum diuisionem motus acceptam secundum diuisionẽ temporis, quia de illa diuisione motus loquitur hic Phyl & ideo sicut partes motus acceptæ secundum diuisionem tẽporis sunt continue aliæ, & aliæ, ita illud secundum, ꝙ est motus est continue aliud, & aliud, & sic in motu ad formam est continue alia, & alia forma, & in motu ad locum est continue alius, & alius locus, ita, quòd sicut partes motus succedunt sibi inuicem continue, ita & partes illius secundum, quod est motus, siue sit locus, siue forma. Sed dubitatur hic, quia non videtur, quod motus diuidatur secundum diuisionem temporis, quia illud, quòd diuiditur secundum diuisionem alterius, habet quãtitatem ab illo, sed motus non habet quantitatem a tempore. Nam vnum quantum non habet nisi vnam quantitatem. sed motus habet quantitatem a mobili, igitur motus non habet quantitatem a tempore. Dicendum, quod aliud est aliquid diuidi secundum diuisionem alterius, & aliud est aliquid habere quantitatem ab illo, dico igitur, quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis spatij, & temporis, quia vnumquodque istorum eodem modo diuiditur, quia diuisio cuiuslibet istorum procedit in infinitum, & tamen motus non habet a mobili aliquam quantitatem propriam, aliam a quantitate mobilis, nec a spatio, sed a tempore habet aliquam quantitatem propriam, aliam a quantitatibus istorum. Si enim motus haberet a mobili, vel a spatio quantitatem propriam aliam a quantitate mobilis vel spatij, sequeretur, quod duæ quantitates corporeæ essent simul, vt quantitas mobilis, & quantitas motus, & vtraque quantitas esset corpus de genere quantitatis, quia certum est, quòd motus extenditur secundum longũ, latum, & profundum, ergo si motus haberet propriam quantitatem, illa esset corpus de genere quantitatis, & sic duo corpora de genere quantitatis essent simul, quod est impossibile. Similiter si motus haberet quantitatem propriam a spatio, motus esset tantus, quantum est spatium, & cum spatium sit maius, quam mobile, sequitur, quod motus esset maior, quam mobile, & ita accidens excederet suum subiectum, & sic aliqua pars accidentis esset sine subiecto, quod est impossibile. Et ideo dico, quod motus diuiditur secundum diuisionem mobilis spatij, & temporis, & non habet ab aliquo istorum propriam quantitatem distinctam a quantitate illius secundum cuius diuisionem diuiditur, cum igitur dicitur, quod vnum quantũ non habet nisi vnam quantitatem propriam, verum est, tamen vnum quantum potest diuidi secundum diuisiones multorum quantorum, quia consimiliter diuiditur, sicut illa, nec sequitur. Motus diuiditur secundum diuisionem temporis, vel mobilis, ergo motus habet a mobili, vel a tempore propriam quantitatem aliam a quantitate mobilis, vel temporis. Et si dicitur, quòd secundum hoc motus habet vnam propriam quantitatem, quia per te vnum quantum habet vnam quantitatem propriam, & motus est simul cum mobili, ergo duæ quantitates sunt simul, scilicet quantitas mobilis, & quantitas motus. Dicendum est, quod motus habet propriam quantitatem, & illam habet effectiue a mouente, sicut habet suum esse effectiue a mouente, & illa quantitas propria motus non est nisi duratio, vel successio intrinseca motus, & illa quantitas, scilicet duratio vel successio non est diuisibilis, nisi secundum longitudinem durationis. Non enim est

22. concl. huius lib.

Dubium.

Solutio.

Replica.

Solutio.

diuisi-

diuisibilis secundum longum, latum, & profundum, vt visum est supra in lib. quarto tractatu de tempore, & cum dicitur, quod ad minus sequitur, quod duæ quantitates erunt simul, vt quãtitas mobilis, & quantitas motus, dicendum est, quod non est incõueniens, duas quantitates esse simul in eodẽ subiecto, dummodo altera illarũ non sit quantitas corporea, nunc dico, quod propria quantitas motus non est quãtitas corporea. Vnde est sciendũ, quod quãtitas motus, quã habet à mobili, est quãtitas permanens, quia est quãtitas propria ipsius mobilis, & quãtitas motus, quã habet à tpe, est successio, quæ est ipsum tempus. Vnde motus denominatus quãtus à quãtitate mobilis spatij, & tẽporis denominatione extrinseca, non tanquã à quantitate propria.

Cum autem omne, quod mouetur, in aliquo moueatur, & tempore aliquo, mobilisque totius sit motus, easdem esse diuisiones, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur, & etiam eius, in quo est motus, necesse est. Verum non omniũ similiter, in quib. est motus. Sed quãtitatis quidem per se, qualitatis vero per accidens.

Tex. c. 37. *Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo moueatur, & quodam tempore, & omnis est motus, necesse est, easdem diuisiones esse temporis, & motus, & ipsius moueri, quod mouetur, & in quo motus est. Sed nihil omnium similiter est, in quibus motus est, sed quanti quidem secundum seipsum, qualis autem secundũ accidens.*

HÆc est quarta pars principalis huius capituli, in qua declaratur, quod tempus motus: moueri: & quod mouetur, & illud, in quo est motus, sunt diuisibilia, & eodem modo diuiduntur, & continet quinq; particulas, quia in prima declaratur coniunctim, quod omnia illa quinque, videlicet, tempus, motus, moueri, & quod mouetur, & etiam illud, in quo est motus eodem modo diuiduntur. In secunda ibi [Accipitur. n.] Ostenditur, quod motus, & tempus æqualiter diuiduntur. In tertia ibi [Eodem autem modo.] Ostenditur, quod ipsa motio, seu ipsum moueri diuiditur secundum diuisionem motus. In quarta ibi [Similiter autem demonstrabitur.] Ostenditur, quod illud, in quo est motus, est diuisibile secundum diuisionem motus. In quinta ibi [Et ipsa finita esse.] Ostenditur, quod omnia prædicta quinque, s. tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud, in quo est motus, eodem modo se habent ad finitatem. Circa vero illam partem est intelligendũ, quod Phylosophus hic per motum intelligit actionem mouentis quæ quidem actio est in passo, seu in mobili subiectiue, & ideo moueri, & motus non sunt omnino idem, sed moueri fundatur in ipso motu, vt patet tertio huius, & per auctorem sex principiorum. Et ideo dico, quod Phyl. non intelligit idem per moueri, & per motum, per motionem vero intelligit passionem de genere passionis. Vnde

Auicē. secundo Phys. suæ ca. primo. Aui. secundo suæ physicæ. c. 1. versus finem, dicit quod motus, moueri, & motio sunt vna essentia, quod intelligo quantum ad absolutum in eis. illud enim, quod est absolutum in eis est vna essentia, & dicit, quod secundum, quod accipitur respectu sui ipsius, sic est motus cum autem accipitur respectu eius, in quo est, nominatur motio, cum vero accipitur in comparatione eius, à quo est, nominatur moueri. hæc Auic. Intelligendum est, quod per illud, in quo est motus, intelligit Phyl. rem, ad quam est motus, s. rem acquisitam per motum. His igitur intellectis, accedendum est ad intentionem Phylosophi. dico igitur, quod Phylosophus in prima particula huius partis declarat, quod tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud in quo est motus, eodem modo sunt diuisibilia. & hæc est vigesimatertia conclusio huius libri, quæ secundum expositionem Commen. probatur sic.

23. concl. huius lib. Omnis motus, & omne habens motum est diuisibile eo modo, quo motus est diuisibilis, sed omnia prædicta habẽt motum, vel sunt motus. ergo omnia prædicta, scilicet, tempus, motus, moueri, &c. sunt diuisibilia eo modo, quo motus est diuisibilis, & per consequens omnia prædicta sunt eodem modo diuisibilia, probatio minoris, nam omne illud, in quo est motus, habet motum, sed quodlibet prædictorum vel est motus, vel est illud, in quo est motus. nam motus dicitur esse in tempore, & in moto, & in illo, in quo est motus, &c. Vnde dicit Comm. quòd quia motus est in quolibet istorum. s. in motu, in tẽpore, & in eo, ad quod, vel in quo est motus, necesse est, vt ista diuidantur per diuisiones æquales, scilicet, quòd motus sit, idest medietas motus sit in medietate tẽporis, & in medietate eius, in quo est motus, & in medietate moti, & similiter in medietate medietatis. & sic in infinitum. Deinde postquam Phyl. declarauit, quod omnia illa, in quibus est motus, sunt diuisibilia, ne crederetur, quod omnia, in quibus est motus, sint æqualiter diuisibilia, ideo Phyl. hoc remouendo, dicit sic. Sed non omnibus, in quibus est motus, similiter. supple, inest diuisibilitas, quia diuisibilitas attribuitur motui in quantitate per se, quia diuisio sit essentialis quantitati, & attribuitur motui in quantitate per accidens, & dicit hic Comen. per motũ in quãtitate s. motu augmẽtationis, & diminutionis dẽt intelligi motus localis, locus .n. naturaliter est in quãtitate, & accidit ei diuisio essẽtialiter. Euitatio.

Accipiatur enim tempus in quo quippiam mouetur & sit a, & motus sit b. Si igitur in toto tempore motum est, in illius dimidio, motu minore est motum. Quo rursus diuiso, minore motu rursus est motum & sic semper motus diuidetur, vt tempus. Simili modo si motus est diuisibilis, & tẽpus est diuisibile. Si enim toto motu, toto in tempore motum est, si dimidio, in dimidio, & minore rursus in minore est motum.

Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo sit a, & motus in quo b. Si igitur per totum in omni motum est tempore in medio per minorem, & iterum hac diuisio per minorem huic, & sic semper. Similiter autem, & si motus diuisibilis sit, & tempus diuisibile. Si enim per totum in omni, per medium in medio, & iterum per minorem in minori.

HÆc est secunda particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua Phylos. incipit declarare, quod omnia ista sigillatim eodem modo diuiduntur. Vnde in hac particula declarat, quod motus, & tempus æqualiter diuiduntur, & hæc est vigesimaquarta conclusio huius libri, & est quasi eadem cum conclusione vigesimasecunda. Cõclusio igitur probatur sic. Sit tempus, in quo est motus a, & motus sit b, tunc ad diuisionem ipsius a, sequitur diuisio ipsius b, & econuerso ergo a, & b, eodem modo diuiduntur, & per consequens tempus, & motus eodem modo diuiduntur. probo, quod ad diuisionẽ temporis, scilicet ipsius a, sequitur diuisio motus, scilicet ipsius b, & econuerso. nam si motus sit in aliquo tempore, medietas eius erit in medietate temporis, & vniuersaliter minor motus in minori tempore, & sic ad diuisionem temporis sequitur diuisio motus. Similiter econuerso ad diuisionem motus sequitur diuisio temporis nam si in aliquo tempore moueatur aliquid, secundum totum motum in medietate temporis mouebitur secundum medietatem motus, & sic ad diuisionem motus sequitur diuisio temporis. ergo motus & tempus æqualiter diuiduntur. 24. concl. huius lib.

Ipsum quoque moueri modo diuidetur eodẽ. Sit enim ipsum moueri c. In dimidio igitur motus minor erit toto, & in dimidio rursus dimidij, & ita semper diuidetur. Licet etiam ipsum moueri, quod est partis vtriusque motus d, e, & e, f, designando, totum totius dicere esse. Nam si sit aliud, plura motus eiusdem erunt moueri, sicut & motum in motus partium prius ostendimus diuisibilem esse. Accommodatum enim ipsum moueri parti vtrique motus, continuum totum erit.

Eodem autẽ modo, & ipsum moueri diuidetur. Sit. n. in quo est c, ipsum moueri. Secundũ igitur mediũ motũ minor erit toto, & iterum secundum medietatis mediũ, & sic semper. Est autem & ponentem secundum vtrunque motum ipsum moueri, vt secundum d, e, & e, e, dicere quòd totum erit secundum totum. si namque aliud plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut Tex. c. 3.

determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse: accepto enim ipso moueri secundum vtrumque continuum erit totum.

Demonstratio.

A

Tempus.

B

Motus.

C

Moueri.

HÆc est tertia particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur, quod motus, & ipsum moueri æqualiter diuiduntur, & hæc est vigesimaquinta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Sit c, aliquod totum moueri. si igitur c. totum erit secundum aliquem motum totum, secundum medietatem motus fiet medietas ipsius moueri, & medietas illius medietatis ipsius moueri fieri secundum medietatem medietatis motus, & sic secundum diuisionem motus diuiditur ipsum moueri, quia partes ipsius moueri sunt secundum partes ipsius motus, & per consequens motus, & moueri æqualiter diuiduntur, sed forte aliquis diceret, quod quamuis partes ipsius moueri sint secundum partes ipsius motus, tamen totũ moueri non est secundum totum motum, ideo Phylosophus hoc remouet, cum dicit. Est autem & ponentẽ, & probat phylosophus, quod si partes ipsius moueri sunt secundum partes ipsius motus, quòd totum moueri erit secundum totum motũ, & hoc sic, quia si partes ipsius moueri sunt secundũ partes ipsius motus, non tamen totũ moueri sit secundum totũ motum, tunc aliud moueri erit secundũ illum motum, & secundũ hoc plura vno mouebuntur eodem motu numero, quod est impossibile, consequentia patet: quoniã omnia quorũ moueri est secundum eundem motum mouerentur eodem motu.

Vigesima quinta cõclusio huius libri.

Similiter & longitudo & omne id omnino, in quo fit mutatio, diuisibile demonstrabitur, & si quædam per accidens diuisibilia sunt, propterea quod id, quod mutatur, est diuisibile. Nã si vnum diuidatur, omnia diuidentur.

Tex.c.38. *Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio, præter quædam, quæ secundum accidens. Quod enim mutatur est diuisibile, vno enim diuiso omnia diuidentur.*

HÆc est quarta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod illud, in quo est motus, est diuisibile secundum diuisionem motus, & hæc est vigesimasexta conclusio huius libri. Et intendit Phylosophus per illud, in quo est motus, spatium, super quod est motus in vbi, & vniuersaliter omne prædicamentu in quo inuenitur transmutatio, in omni etiam tali prædicamento inuenitur diuisibilitas, vt dicit hic Comment. sed in quibusdã per se, vt in quantitate, & in quibusdã per accidens, vt in qualitate, & transmutatio, quæ est in vbi, nominatur in quantitate. conclusio igitur probatur sic. Si totus motus fiat per totã magnitudinem, medietas motus fiet per medietatem magnitudinis, similiter in aliis semper aliquod eius, ad quod est motus, acquiritur p mo tum. ergo illud, in quo, est diuisibile secundum diuisionẽ motus. Deinde concludit Phylosophus, quod oia prænumerata sunt diuisibilia, si vnũ eorũ sit diuisibile: tamen si omnia illa sunt diuisibilia, hoc est propter ipsum trãsmutatũ, quia trãsmutatum est præcipue, & principaliter diuisibile, & alia propter ipsum.

Vigesima sexta cõcl. huius lib.

Idem sup. tex.cõ.37.

Similiter sese habebunt hæc omnia infinitionis etiam, atque oppositi ratione. Ab eo autem maxime, quod mutatur, hoc est secutũ, omnia, inquã, diuidi, infinitaque esse. Continuo enim ei, quod mutatur, diuisibilitas, ac infinitio inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata. Infinitio autem in sequentibus innotescet.

Et in ipso finita esse, aut infinita, similiter se habebit de omnibus. Secutum autem maxime est diuidi omnia,

A *& infinita esse ab ipso mutante. Mox enim inest mutanti diuisibile, & infinitum. Diuisibile quidem igitur ostensum est prius. Infinitum autem in sequentibus erit manifestum.*

HÆc est quinta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod omnia prædicta, videlicet, tempus, motus, moueri, quod mouetur, & illud in quo est motus eodem modo se habent quo ad finitatem, & infinitatem, & hæc est vigesimaseptima conclusio huius libri, cuius tamen probatio non ponitur hic in textu, quia probatio huius conclusionis patet ex prius declaratis, quoniam si omnia ista æqualiter diuiduntur, sequitur, quod omnia ista eodem modo se habent quo ad finitatem, & infinitatem. Vnde dicit Phylosophus quod diuisio, finitas, & infinitas principaliter insunt omnibus istis propter ipsum transmutatum, quia diuisio, finitas, & infinitas principaliter insunt ipsi transmutato quia enim intelligit transmutatum, i. esse in transmutatione, statim intelliget diuisibilitatem in infinitum. Quod autem transmutatum sit diuisibile, ostensum est prius, sed quod sit diuisibile in infinitum, ostendetur in sequentibus. Notandum secundum Comment. hic, quod necesse est, vt motus, tempus, & alia sint diuisibilia in infinitum, & vniuersaliter. vt sicut continua, quia transmutatum est diuisibile, & de natura continui, quia causa in hoc, quod tempus sit continuum est, quia motus est continuus, & causa, quod motus est continuus est, quia motũ est continuum. Vnde dicit Comment. quod si intellexeris transmutationem, statim intelliges diuisibilitatem in infinitum, quia transmutatum non intelligitur esse in transmutatione, nisi quia imaginatur esse in eo, ex quo, & in eo ad quod. hæc Comment.

Vigesima septima concl. huius libri.

B

Notandũ.

Idem sup. c.5.&7.

Cõsimile. sup. 32. & 5.

Phy. 13. 36.48. 54.

Idem sup. 3. Phy.co.4.

DE ORDINE MVTATORVM ESSE QVANTVM ad eorum terminum & mensuram, & quantum ad habitudinem eorum inter se Tract. secundi.

Cap. II.

C Cum autem omne quod mutatur ẽ quodam in quoddam mutetur, ipsum mutatum cum primo mutatum est in eo esse, in quo est mutatum, necesse est. Id enim, quod mutatur exit ab eo, ex quo mutatur, aut ipsum relinquit. Atque aut idem est mutari, atque relinquere, aut sequitur relinquere quidem mutari, reliquisse autem esse mutatum. Nam ad vtrunque similiter se habet vtrunque.

Quoniam autem omne, quod mutatur: ex quodam in aliquid mutatur, necesse est, quod mutatur, cum mutatum est, esse in quo mutatum est. Quod mutatur enim, ex quo mutatur distat, aut deficit ipsum, & aut idem est mutari, & deficere, aut sequitur ad mutari ipsum deficere. Nam quod est mutatum esse defecisse, similiter enim vtrunque se habet ad vtrunque. Tex.c.40.

D ISTud est secũdũ capitulũ huius tractatus, in quo determinatur de ordine mutatorũ esse quantũ ad eorũ terminũ, & mensurã, & quantũ ad habitudinẽ eorũ inter se, & continet tres partes principales, quia in prima determinatur de ordine mutati esse quantũ ad suũ terminũ. In secunda ibi [In quo aũt primo mutatũ est.] determinatur de mutato esse quantũ ad eius mensurã. In tertia aũt ibi. [Dicitur autem in quo primo.] Determinatur de ordine & habitudine mutatorũ inter se. Prima pars continet tres particulas, quia in prima Phylosophus declarat cõclusionem, quam intendit per rationẽ ostensiuã in gñali. In secũda ibi. [Qm̃ aũt vna mutationum.] Ostendit cõclusionem suã, quam intendit in speciali, descẽdẽdo ad vnã speciẽ mutationis vbi, probatio sua est maxime manifesta. In tertia ibi. [Amplius aũt secundũ. Declarat cõclusionẽ suam p rõnẽ ducentẽ ad impossibile. In prima igitur particula huius partis declarat Phylosophus cõclusionẽ suã in gñali per rõnẽ ostẽsiuã, quod oẽ, quod mutatur, cũ mutatũ est, est in eo, in quo primo mutatũ est, & hæc est cõclusio vigesimaoctaua huius lib. quæ probatur primo sic. Mutari est deficere ab eo, ex quo est mutatio, 28. concl. huius lib.

tatio, uel ad ipsum consequitur deficere ab eo, ex quo est mutatio, sed sicut mutari se habet ad deficere, ita mutatum esse se habet ad defecisse, ergo omne, quod mutatur, cum mutatum est, penitus defecit ab eo, ex quo mutatum est, sed inter illud, ex quo mutatum est, & illud, ad quod mutatum est primum, non est medium, ergo omne quod mutatum, cũ mutatum est, est in eo, in quo primo mutatum est. Vnde Com. videtur formare rõnem sic. Illud, quod mutatur, separatur a termino a quo mutatur, ergo qñ mutatur non est in eo, a quo mutatur, sed inter illud, a quo mutatur, & terminu ad quẽ transmutatur primo non est medium, ergo omne, quod mutatur, cum mutatur, est in eo, ad quod transitur primo. Dicit.n. Cõ. sic, cum omnis transmutatio sit de aliquo in aliquid, inter quę est transmutatio, & inter primam trãsmutationem, & quietẽ, quæ est in eo, ex quo non est medium, necesse est, ut transmutatum in primo, cum transmutatur, recedat ab eo, a quo transmutatur, & ueniat ad illud, ad quod transmutatur primo, non secundo, qm̃ cum separatur a quiete, quæ est in eo, ita im ueniet ad primũ, ad quod est transmutatio necessario, hæc Cõ. Item d. Com. quod P. intelligit per transmutationem hic trãsmutationem, quæ dicitur esse in quatuor transmutationibus, ut in substantia, in vbi, in qualitate, & in quantitate. Intelligendum est, quod mutatum esse, est dupliciter. s. in potentia, B & in actu, unde mutatũ esse in actu est mutatum esse in quo est transmutatio primo facta, & completa, sed mutatum esse in potentia est mutatum esse, continuans partes demonstrationis adinuicem. Vnde quoddam est mutatum esse terminãs esse in actu, & quoddam est mutatum esse continuans esse, primũ mutatũ esse in actu, bene est dare, & de tali mutato esse loquitur hic Phyl. sed primum mutatum esse in potentia, non est dare, quia, secundum quod postea declarabitur, quodlibet mutatum esse præcedit transmutatio, seu transmutari, & in quolibet transmutari sunt infinita mutata esse, sicut in qualibet linea sunt infinita puncta, unde sicut in linea recta continua non est dare primum punctum continuantem partes eius adinuicem, ita in moueri non est dare primum mutatum esse continuans partes motus adinuicem.

Cum igitur una mutationũ sit ea cuius termini contradictoriã subeunt oppositionẽ, patet cu mutatum est quippiam in id, quod est ex eo, quod haud est, id iã ipsum, qđ haud est, reliquisse. Quo fit, ut sit in eo, quod est. Omne nãq; quoduis, aut esse, aut nõ esse necesse est. Patet igitur ipsum mu- C tatũ ea mutatione, cuius termini contradictoriã subeunt oppositionẽ in eo esse, in qđ est mutatũ. Quod si in hoc ita est, & in cæteris, ita erit. Similiter enim in una & in cæteris, hoc sese habet.

Tex. c. 41. *Quoniam ergo una mutationum est secundum contradictionem, quando mutatum est ab eo, quod non est in esse, deficit non ens, erit igitur in esse. Omne enim necesse est esse, aut non esse. Manifestum igitur, quod in mutatione secundum contradictionem, quod mutatum est, erit, in quo mutatum est, si autem in hac, & in alijs est, similiter enim in una, & in alijs.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. declarat conclusionem suam in speciali descendendo ad vnam speciem mutationis, in qua propositio sua est maxime manifesta, & est mutatio, quæ est inter contradictoria, vt mutatio ab esse in non esse, & D

Prima dubita. conclusionis. e conuerso, & hæc est rõ. Omne, qđ mutatur, deficit a termino a quo mutatur, sed inter esse, & non esse non est medium, cũ igitur aliquid deficit ab esse, est sub non esse, & cum deficit a non esse est sub esse, & per consequens omne, qđ mutatur tali mutatione, videlicet, ab esse in non esse, vel e conuerso, cum mutatum est: est in eo, in quo primo mutatum est.

Primum notand. Notanda sunt hæc tria secundum Com. primo, q illud, qđ Phyl. hic declarat &c. est manifestum per se in transmutatione, quæ dicitur transmutatio principaliter, & est illa, q est de affirmato in negatum, & de negato in affirmatum, quæ dicitur generatio, & corruptio, hæc Com.

Dub. Sed dubiũ est, quia Com. superius cõ.

Com. 32. 32. huius sexti, dicit, q transmutatio, quæ sit in nõ tpe cuiusmodi sunt generatio, & corruptio sunt transmutationes per accidens non principales, hic aũt videtur dicere contrarium.

Solutio. Dicendum, q aliqua transmutatio potest dici transmutatio

A principalis dupliciter, uel quia hoc nomen transmutatio principaliter sibi conuenit, vel quia inter transmutationes est trãsmutatio plus habens de entitate, primo generatio, & corruptio dicuntur transmutatio principaliter: quoniam hoc nomen transmutatio principaliter conuenit transmutationi secundum q plus aliquid transmutatur, vel sc̃dm quã plurimũ fit transmutatio, & variatio, in omni generatione, & corruptione plurimũ est transmutatio, quia in tali transmutatione transmutatur terminatiue tam forma substantialis, quam etiam formæ accidentales, & ideo dicitur transmutatio totius in totũ, ut patet ex primo de gen. sed in alijs transmutationibus non est transmutatio, nisi accidentiũ terminatiue, & illo modo loquitur Com. hic cũ dicit, q generatio, & corruptio dr̃ transmutatio principaliter, sed transmutatio, quæ est a subiecto in subiectum & quę mensuratur tpe dicitur transmutatio principaliter, quia habet plus de entitate, & illo modo loquitur Com. superius comento 32. huius lib. ubi dicit, q ois trãsmutatio per se est in tempore, & q transmutatio in non tpe est transmutatio per accidens, &c. Secundo est notandũ sc̃dm

Secũdum notand. Com. q ista declaratio s. in generatione, & corruptione, non est declaratio exemplaris sed est declaratio ad diligendũ considerantẽ, nõ qa hoc declararetur in alijs transmutationibus, sed B quia declarauit illud, qđ est ignotum naturaliter a nobis, sed sc̃dm quod declaratur illud qđ est maioris latentiæ ex eo, q est ignotum naturaliter, & illud, qđ est maximum, & sc̃dm hunc modũ utitur in descriptionibus, & diffinitionibus uia diuisionis, & exemplificationis, & hæc Com. Tertio est notandum

Tertium notand. sc̃dm Com hic, q in transmutatione inter contradictoria sic se habet extremum ad extremũ, sicut in motu uero medium se habet ad extremum, quia sicut in motu uero illud, qđ mutatur, cũ mutatum est, est in eo, in quo primo mutatũ est, qđ quidem in rei ueritate est medium, & non extremũ simpliciter, sic in mutatione inter contradictoria, qđ mutatur cũ mutatum est, est in extremo, in quo mutatum est primo, non in medio, cum inter illa extrema non sit medium & quia conclusio principaliter intenta est manifesta in mutatione secundum contradictionem, q ibi non est medium, ut dictum est, ideo subiungit P. d. q sicut est in mutatione secundũ contradictionem, ita est in alijs mutationibus, quia sicut in illa mutatione extremum se habet ad extremum, ita in alijs mutationibus se habet medium ad extremum.

Præterea, si quæque simatur, hoc ẽt in vniuersis esse patebit, si ipsum mutatũ alicubi, aut in ali- C quo esse, necesse. Quoniam.n. id, ex quo est mutatũ relinquit, atque ipsũ alicubi eẽ necesse ẽst, aut in hoc erit, aut in alio. At si in alio, ut in c, id profecto, qđ in ipsum b, est mutatũ rursus in b, mutatur ex c. Ipsum nãque c non erat ipsi cohærens b. Mutatio.n. continua est quo fit, ut ipsum mutatũ cũ est mutatum ad id mutetur, in quod est mutatum, quod fieri nequit. Id ergo quod est mutatum, in eo esse, in quod est mutatum, necesse est.

Amplius autem, & secundum vnamquamque accipientibus manifestum est, si quidem necesse est, qđ mutatũ est, esse alicubi: ex quo mutatũ est, aut ĩ aliquo. Quoniã ãt ex quo mutatũ est deficit: necesse est ãt. esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit, si quidẽ igitur in alio, ut ĩ ipso c, qđ in ipsũ b, mutatũ est iterũ ex c, mutatur in b. Tex. c. 42. *Non.n. erat habitum ipso b. Mutatio enim cõtinua est.* D *Quare quod mutatum est, quando mutatum mutatur in quod mutatum est: hoc autẽ est impossibile: necesse ergo quod mutatum est: esse in hoc in quod mutatum est.*

Demonstratio.

A	C	B
Terminus a quo.	Medium.	Terminus ad quem.

Secunda declaratio conclusionis. HÆc est tertia particula primę partis principalis huius cap. in qua declaratur conclusio principaliter intenta per rationem ducentem ad impossibile, quæ talis est. Si detur oppositum conclusionis, scilicet, quod illud, quod

mutatur

A mutatus; cum mutatum est non est in eo, in quod mutatum est, sequitur impossibile, scilicet, quod aliquid, quod mutatum est, mutatur ad illud, in quod mutatum est, quod est impossibile, quia sic deambulans deambularet ad locum, in quo est, quod est impossibile, consequentia probatur sic. Sit illud, ex quo mobile mutatur a, & illud, in quod mutatum est sit b, & moueatur continue ab a, in b, tunc illud, quod mutatur non est a, quia separatur ab a, & nõ est in eo a, quo separatur, nec in b, per hipothe. quia b, est illud, in quod mutatũ est, & certum est, ꝙ est alicubi, igitur est in aliquo alio, & sit illud c. cũ igitur a, b c, non sint consequenter entia, quia sic non esset motus continuus, oportet, ꝙ quã mobile est in c, ꝙ tũc mutaretur in b, quia c, est medium inter a, & b, & per suppositũ mobile continue mouetur ab a, in b, ergo illud, quod mutatũ est in b, mutatur in b, quod est impossibile, quia sic existens in aliquo loco deambularet ad illum locũ, & hęc ratio concludit vniuersaliter de omni transmutatione, quia omne, quod transmutatur, cum transmutatum est, est in eo, in quod transmutatum est.

Patet igitur & ipsum factum tum esse, cum factum est, & ipsum corruptum tum non esse, cum B est corruptum. Hoc enim & si de omni mutatione est dictum, maxime tamen in ea dilucidũ est, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem. Patet igitur ipsum mutatum in eo esse, in quod est mutatum, cum mutatum est primo.

Tex. c. 43. *Manifestum igitur est, & quod factum, cum factum est erit, & quod corruptum est, non erit, vniuersaliter enim dictum est, & de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quod quidem igitur, quod mutatum est, cum mutatum est primum in illo est, manifestum est.*

29. concl. huius lib. EX conclusione iã declarata Phylosophus concludit vigesimãnonã conclusionẽ huius lib. quæ est ista, videlicet ꝙ omne, quod fit quã factũ est, hẽt esse, & omne, quod corrumpitur quã corruptum est, hẽt non esse, & hoc sequitur ex conclusione præcedenti, nã omne, quod fit, quã factum est mutatũ est in esse, & illud, quod corrumpitur, quã corruptum est mutatum est in C non esse, cu ergo omne, quod transmutatur, quã transmutatũ est, sit in eo, in quo transmutatum est sequitur, ꝙ omne, quod fit, quã factum est, habet esse, & omne, quod corrumpitur, quã corruptum est habet non esse, unde vniuersaliter est uerum de omni transmutatione, ꝙ omne, quod transmutatur, quando transmutatum est, est in eo, in quod transmutatum est, & est maxime manifestũ in trasmutatione secũdũ contradictionẽ.

Id autem, in quo primo quippiam est mutatũ, indiuiduũ esse necesse est. Atque id dico, primũ, quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est tale. Si enim diuisibile literis a, c, designatum, atque diuisum in b. Si igitur in a, b, aut rursus in b, c, est mutatum, non in ipso primo a, c, est mutatum sin in vtroque mutatur. In vtroque enim, aut mutatũ esse, aut mutari necesse est, & in toto sane mutatur. At mutatum esse supponebatur. Eadem est ratio, & si in altero mutatur, in altero mutatum. D Erit enim, quod prius primo. Quare non erit id diuisibile, in quo est mutatum.

Tex. c. 44. *In quo aũt primo mutatũ est, quod mutatum est, necesse est athomũ esse. Dico aũt primum, quod nõ per alterum aliquid ipsius esse huius sit. Sit igitur diuisibile, quod est a, c, & diuidatur secundum b, si quidem igitur in a, b, mutatũ est, aut iterum in b, c, non utique in primo, quod est a, c, quod mutatũ est erit, si aũt transmutabitur in vtroque, necesse est. n. in vtroque transmutatũ esse, aut transmutari, & utique in toto transmutabitur, sed erat mutatũ. Eadẽ aũt rõ, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autẽ mutatũ est. Erit. n. aliquid primo prius. Quare non erit utique diuisibile, in quo mutatum est.*

A Demonstratio.

A B C

Illud in quo primo aliquid mutatum est.

HAec est secunda pars principalis huius cap. in qua determinatur de mutato esse, quantum ad eius mensurã, & intendit P. declarare, ꝙ illud, in quod aliquid est primo mutatũ est indiuisibile, & hæc est trigesima conclusio huius lib. primo tñ exponit P. quid intendit per primum. Deinde probat conclusionem. 30. concl. huius lib. Dicit igitur P. primo, ꝙ per primũ intendit illud, quod est tale, non quia aliqua pars eius est talis. Primum. n. est illud, quod non probatur de aliquo propter aliud, ut dicit hic Com. Primum igitur, in quo aliquid est mutatũ, est illud, in quo est mutatũ, non rõne partis, nec rõne alicuius alterius, & illud non est tempus, sed instans, ut dicit Com in fine huius commenti. conclusio igitur probatur per rõnem ducentem ad impossibile sic. Detur oppositum conclusionis. s. ꝙ illud, in quo aliquid est primo mutatum, sit diuisibile, & sit illud a, c, cuius una pars sit a, b, & alia pars sit b, c, tũc, vel oportet dicere, ꝙ mobile in vtraque parte mutatur, vel, ꝙ in vtraque parte mutatum est, vel, ꝙ in una parte mutatur, & B in alia parte mutatum est. si detur, ꝙ in vtraque parte mutatur, igitur mutatur in toto a, c, sed positum est, ꝙ in a, c, est mutatũ, ergo simul transmutatur, & transmutatum est, quod est impossibile, si uero detur ꝙ in vtraque parte est transmutatũ, tunc non est primo transmutatum in toto a, c, sed prius est transmutatum in una parte, quam in alia, & ponitur esse primo transmutatum in toto a, c, ergo illud, quod est primũ, nõ est primum, quod est impossibile. Si autem detur tertium membrum, videlicet, ꝙ in una parte transmutatur, & in alia parte transmutatum est, tunc non est transmutatum in toto a, c, nisi gratia partis, & sic totum a, c, non est primum, in quod transmutatum est, & sic illud, quod est primum, non est primum, quia a, c. ponitur esse primum, in quo mobile transmutatum est, & sic patet, ꝙ illud, in quo aliquid est primo mutatum, est indiuisibile, quia si detur oppositum, scilicet, ꝙ sit diuisibile, sequitur impossibile, ut deductum est. Sed forte diceret aliquis, ꝙ adhuc posset dari aliud membrum, scilicet, ꝙ mobile quiescit in vtraque parte, hoc remouet Commen. dicẽs, quod si mobile quiescit in utraque parte, tunc quiescit in toto, ita quod nondum incepit moueri, quod est impossibile, quia sic C esset mutatum, antequam mutaretur, quod est impossibile. Vnde dicit Commen. quod Phylo. tacuit istam diuisionem, & istud membrum diuisi dicens, quod in vtraque parte erit quiescens, quia est manifesta causa.

Patet igitur tam corruptum, quam generatum, in indiuiduo corruptum esse ac generatum.

Manifestum est igitur, quia & quod corruptum est, & quod factum est in athomo, hoc quidem corruptum, hoc autem factum est. Tex. c. 45.

EX hac conclusione iam declarata phylosophus cõcludit conclusionẽ trigesimamprimam huius lib. quę est, ꝙ illud, quod factum est, est factum in indiuisibili, & illud, 31. concl. huius lib. quod corruptum est, corruptum est in indiuisibili, hæc conclusio probatur sic. Quod factum est, factum est in illo, in quo primo mutatum est, & quod corruptum est, corruptum est in illo in quo primo mutatum est, sed illud, in quo primo aliquid mutatum est, est indiuisibile, ergo quod factum est, factum est in indiuisibili, & quod corruptum est, corruptum est D in indiuisibili. Et Comment. dicit hic, ꝙ demonstratio præcedens per quam probatur, ꝙ illud, in quod aliquid mutatũ est primo, & indiuisibile est in transmutationibus indiuisibilibus, quæ habent principium, & finem, transmutationes uero indiuisibiles, scilicet, quæ sunt in indiuisibili, verbi gratia, generatio, & corruptio sunt in forma, & forma est indiuisibilis, manifestum est igitur de eis, quod istę transmutationes sunt in rebus indiuisibilibus, hæc Comm. Item dicit Comm. quod Idẽ tertio Phy. c. 6 8. ex demonstratione pręcedenti non apparet, quod generatio, & corruptio sint in indiuisibili, quia demonstratio prædicta est de transmutationibus diuisibilibus, & generatio & corruptio non sunt diuisibiles, ita quod habeant principium, & finem, sed forte transmittit nos ad hoc, quod dictũ est prius, quòd generatio, & corruptio sunt fines transmutationis, scilicet, alterationis, & declaratum est hic, quod finis transmutationis est indiuisibilis. Item dicit Com. quod generatio, & corruptio non diuiditur in magis, & minus, sicut nec terminus generationis diuiditur in magis, & minus, quoniam non uariet.

intelligitur, ꝙ vnus homo sit magis homo, quam alius, nec ꝙ vnus equus sit magis equus, quam alius, sicut intelligitur vna albedo magis albedo, quã alia, & ideo generatio, & corruptio non sunt motus, sed sequuntur motũ. Vnde dicit Cõ. ꝙ Phyl. forte intendit per indiuisibile in generatione, & corruptione formam, & hæc est sententia Comm. & quasi verba eius. Sed hic est vnum dubium, quia aut accipit hic Com. indiuisibile ꝓ indiuisibili secundum gradus, & sic non est vniuersaliter uerum, ꝙ forma substantialis, seu terminus generationis est indiuisibilis. Nam secundum Com. tertio cœli, formæ substantiales elementorũ intenduntur, & remittuntur, aut accipit indiuisibile pro indiuisibili sec͂m extensionem, & sic non est uerũ uniuersaliter, ꝙ forma substantialis est indiuisibilis, nam formę substantiales inanimatorũ diuiduntur, sec͂m diuisionem materię, ut patet de formis elementorum, & aliorum inanimatorũ. Dicendũ igitur, ꝙ Com. loquitur hic, de diuisibilitate secundũ magis, & minus, ut patet per verba sua, forma.n. substãtialis, quæ subito generatur, non suscipit magis, & minus. & hoc intendit Com. hic. Et cũ dicitur, ꝙ formæ substantiales elementorũ suscipiunt magis, & minus, dico, ꝙ non est uerum, nec est de intentione Com. hic, ideo hic ipse innuit contrariũ. Vnde tamen si concedimus, ꝙ formæ substantiales elementorum suscipiant magis, & minus, habemus dicere, ꝙ formę substantiales elementorum non acquiruntur subito, sed in tempore, & de talibus formis substantialibus non loquitur hic Commen. sed de formis substantialibus acquisitis in non tempore, cuiusmodi sunt formæ substantiales mixtorum.

Dubium.

Solutio.

Bifariam autẽ dicitur id, in quo primo quippiã est mutatum. Vno modo, in quo primo finita mutatio est. Tunc enim uere dicere licet, illud esse mutatum. Altero, in quo primo mutari cœpit.

Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio. Tunc enim uerum est dicere, quòd mutatum est. Aliud uero, in quo primo cœpit mutari.

HAec est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de ordine, & habitudine ipsorum mutatorum adinuicem, in qua Phyl. intendit declarare, ꝙ in motu non est accipere primum, in quo mobile est mutatum, & ita probatur. ꝙ in motu non est accipere primum mutatum esse. Vnde ista pars continet tres particulas secundum, ꝙ ex parte trium ostendetur, non esse primum: nam in prima particula ostenditur non esse primũ ex parte temporis. In secunda ibi. [Neque itaque in eo, qd͂ mutatum est.] Ostenditur, non esse primum ex parte mobilis. In tertia ibi. [Quod quidẽ igitur neque.] Ostenditur, non esse primũ ex parte termini ad quẽ est motus. In prima igitur particula huius partis. Phyl exponit intentionem suam distinguens illud, in quo aliquod põt dici primo mutatum esse. Deinde probat conclusionem, quã intendit. Dicit igitur Phyl. primo, ꝙ illud in quo aliquid primo mutatum est potest intelligi dupliciter. Vno modo ut sit illud, in quo mutatio est perfecta, & terminata. Alio modo, ut sit illud in quo mobile incepit mutari. Primo modo est dare primũ, in quo mobile est mutatũ, & sic intelligitur illud, qd͂ est superius declaratũ. s. illud, in quo mobile est primo mutatũ est indiuisibile, sed si accipiatur sec͂o modo, sic nõ est accipere primũ, quia nõ est accipere aliquã partẽ transmutationis, quin illã præcedit alia pars, & isto modo intelligitur contrario. i. ꝙ non est accipere primũ, in quo mobile mutatũ est, loquendo de mutato esse in potentia continuante partes motus adinuicem, non de mutato esse in actu terminante motum in actu.

Id igitur, quod in fine mutationis dicitur primũ est, uereque dicitur esse. Nã & fit, ut finiatur tandem mutatio, & est exitus finisve mutationis. Quẽ iã, & ostendimus indiuisibilẽ esse propterea, quod vltimum est. At quod in principio mutationis dicitur primum, id omnino non est. Non est enim mutationis principium, nec id in quo primo temporis mutabitur. Sit enim primum a, d. Hoc igitur indiuisibile quidem non est. Accidet enim, ut sint hæ tentia ipsa nunc. Præterea si in c, a, tempore toto quiescit, ponatur enim in illo quiesce-

A re, & in a, quoq; quiescit. Quare si ipsum a, d, partibus uacet, simul quiescet, atque erit mutatum. In a, namque quiescit, in d, uero mutatum est.

Secundum quidem igitur finẽ mutationis, ꝙ primũ dicitur existit, & est, contingit.n. perfici mutationẽ, & est mutationis finis, qd͂ ostensum est indiuisibile esse ꝓpter id, quod finis est. Quod autem secundum principium omnino non est, non enim principium est mutationis, neque in quo primo ipso mutabatur. Sit enim primum, in quo sit a, d, hoc igitur indiuisibile quidem non est, accidit.n. habita esse ipsa nunc. Amplius si in c, a, tempore omnino quiescit, ponatur.n. quiescens in a, quiescit. Quare si impartibile est a, d, simul quiescet, & mutatum erit. In a, quidem enim quiescit. In d, autem mutatum est.

QVòd non sit dare primum ex parte temporis, in quo mobile primo mutatum est, intelligendo per primũ in quo, &c. i. primo in potentia, & non primũ in actu. declarat Phyl. & hæc est trigesimasecunda conclusio huius lib. s. ꝙ non est dare primum ex parte temporis, in quo mobile mutatum est, loquendo de primo in potentia. Primo tñ narrat Phyl. ꝙ est dare primũ, in quo mutatio est cõpleta, & perfecta, qd͂ patet, quia possibile est mutationem terminari, & esse perfectã & istud probatũ est superius esse indiuisibile, sed ꝙ non sit dare primum simpliciter ex parte temporis, in quo mobile primo incepit mutari, in fine, in quo est mutatũ, loquendo de mutato esse in potentia, declaratur, & sic probatur cõclusio intenta, probatur igitur conclusio per rõnẽ ducentẽ ad impossibile sic, si sit aliquid ex parte temporis, in quo mobile primo mutatum est sit istud a, b, tunc quæro an a, b, est diuisibile, aut indiuisibile, & primo probatur, ꝙ non põt dici, ꝙ est indiuisibile. Secundo, ꝙ non potest dici, ꝙ est diuisibile, & sec͂m hoc hæc particula continet duas partes, quia in prima probatur, illud, in quo aliquid primo mutatum est non esse indiuisibile. In secunda ibi. [Quoniam autem non est.] Probatur, ꝙ illud, in quo aliquid primo mutatũ est, non est diuisibile. In prima igitur parte probatur, ꝙ non conuenit dicere, ꝙ illud, in quo mobile primo mutatũ est sit indiuisibile ꝓpter duo, primo quia mobile non transmutatur in initio transmutationis, in primo. s. instanti temporis mensurantis transmutationẽ mobile non transmutatur, si igitur sit dare primũ indiuisibile tẽporis, in quo mobile est mutatum, cum inter illud indiuisibile, & instans, quod est initiũ transmutationis non sit medium, sequitur, ꝙ indiuisibilia in tẽpore erunt immediata: quia instans, quod est initiũ transmutationis, & instans, in quo mobile est primo mutatũ, erunt immediata, & sic instans erit immediatum instanti, qd͂ est impossibile. Idem etiam patet, quia secundum hoc aliqua pars motus fieret in indiuisibili, & pars motus non fit nisi in parte temporis, ergo indiuisibile esset pars tẽporis, & per consequens in tẽpore erunt indiuisibilia immediata, quod est impossibile. Secundo probatur idem. s. ꝙ illud in quo mobile est primo mutatũ, non potest esse indiuisibile, quia si esset indiuisibile, sequitur, ꝙ mobile in eodem indiuisibili tẽpis moueatur, & quiescat, quod est impossibile, consequentia probatur sic, quia sit ita, quod mobile in toto tẽpore præcedenti a, b, quiescat: modo si aliquid quiescat in toto tempore primo quiescit in quolibet ipsius temporis in quo natum est quiescere, similiter si aliquid mouetur in aliquo toto tempore primo mouetur in quolibet illius tẽporis, in quo natum est moueri, sed a, b, est vltimum illius temporis, in quo mobile quiescit, & est primum temporis, in quo mobile mouetur, ergo si a, b, sit indiuisibile, & sit primum, in quo mobile mutatum est, oportet, quod mobile moueatur in a, b, ꝙ prius non mouetur, ergo in a, b, mobile natum est moueri, & quiescere, & per consequens in a, b, mobile simul mouetur, & quiescit. Intelligendum est, quod si aliquid quiescit in aliquo toto tempore. Primo enim sequitur ex hoc secundum ueritatem, ꝙ illud quiescit in vltimo illius temporis, ponendo tamen, qd͂ illud tempus, in quo mobile primo mouetur, sit indiuisibile, quod oportet, si sit dare primum indiuisibile tẽporis, in quo mobile est mutatum, bene sequitur, quod si mobile quiescat, vel moueatur in aliquo toto tempore, quod mouetur, vel quiescit in vltimo illius temporis.

32. concl. huius lib.

Prima probatio.

Secunda probatio.

B

C

D

Cum autem non sit partibus vacans, diuisibile necesse est esse Atq; in quauis eius parte mutatũ esse.

esse. Etenim a,d, diuiso, si in neutra quidem parte mutatũ est, neque in toto sane mutatum est. Sin in ambabus mutatur, in toto quoque mutatur. Quod si in altera est mutatũ, non in toto primo mutatum est. Quare necesse est in quacunque esse mutatum. Patet igitur non esse id, in quo primo mutatum est, quippe cum diuisiones sint infinitæ.

Tex. c.47. *Quoniam aũt non est impartibile, necesse est diuisibile esse, & in quolibet huiusmodi mutatũ esse, diuiso.n. ipso a,d, si quidẽ in neutro mutatum est, neque in toto est a,d, si autem in ambobus mutatur, & in omni, si uero in altero tantũ mutatum est non in toto primo, quare necesse est in quolibet mutatũ esse, manifestũ igitur est, ꝙ nõ est quo primo mutatũ est, infinitę.n. diuisiones sunt.*

Demonstratio.

C A D

Tempus præcedens A. D. Aliquid temporis in quo primo mutatum est.

HAec est secunda pars huius particulæ, in qua probato, ꝙ illud, in quo mobile primo mutatum est, non est indiuisibile. Phyl. probat, quod illud in quo mobile primo mutatum est, non est diuisibile, & hoc sic, si a,b, sit primum, in quo mobile ponitur moueri, vel mutatũ esse, & sit diuisibile, diuidatur in duas partes, aut tunc in vtraque parte mutatur, aut in neutra, aut in altera tantum, si in neutra parte mutatur, ergo non mutatur in toto, si detur quod mutatur in altera parte tantum, ergo nõ mutatur in toto primo, si detur, quod mutatur in toto primo, ergo si a,b, sit indiuisibile, oportet, quod mobile moueatur in qualibet parte eius, sed tempus est diuisibile in infinitum: quoniam quacunque parte temporis accepta contingit accipere partem minorem, & priorem, ergo nõ est dare primam partem, quia tempus non habet primã partem, & sic patet, quod ex parte temporis non est dare primum, in quo mobile primo mutatum est, vel mutatur.

At uero nec ipsius mutati quicquã erit primũ, qđ est mutatũ. Sit.n. ipsius d,f, mutatum primum d,g. Nam omne, quod mutatur demõstratum est diuisibile esse. Tẽpus aũt in quo d,b, mutatum est sit h K. Si igitur in illo toto ipsum d,g, est mutatũ, in dimidio minus fuit mutatum, & prius ipso d,g, & hoc rursus aliud prius, & sic semper. Quare nihil erit eius, quod mutatur, qđ primũ est mutatũ.

Tex. c.48. *Neque itaque in eo, quod mutatũ est, aliquid ipsius prius est, quod mutatũ est, sit enim d,z, quod primo mutatum est ipsius d,e, omne enim diuisibile esse demonstratum est, quod mutatur. Tempus autem in quo d,z, mutatum est t,i, si ergo in omni d,z, mutatum est medio minus est, quod mutatum est, & prius est ipso d,z, & iterum hoc aliud, & illo alterum, & sic semper, quare nihil erit primum mutantis, quod mutatum est.*

Demonstratio.

D E

Pars mobilis quæ primo mutata est. Mobile.

T I

Tempus in quo d. e, primo mutatum est.

HAec est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua ponitur ratio accepta ex parte mobilis probans, quod non est dare primũ transmutatum, vnde Phyl. intendit hic declarare, quod ex parte mobilis nõ est dare primum transmutatum, hoc est primã partem mobilis transmutatam, & hæc est uigesimatertia conclusio huius libri, quę probatur sic. Sit ipsum mobile d,e, & quia omne mobile est diuisibile, ut probatum est sup. sit una pars eius, quæ primo mouetur, uel quæ primo mutata est d,c, & moueatur d,c, pertrãseundo aliquod signũ in spatio, si igitur d,c, sit mutatum in aliquo tpe, sequitur, ꝙ illud, quod mutatũ est in medio tpe sit in primo, & prius mutatũ ꝙ̃ d,c, & eadem rõne est aliqđ prius mutatũ ꝙ̃ illud, quia tps diuiditur in infinitũ. vñ breuiter aliqua

A pars mobilis prius pertransit aliquod signũ in spatio ꝙ̃ totum mobilis, pars.n. mobilis prius fit vltra determinatũ signum in spatio, ꝙ totum mobile, & pars illius partis prius fit ultra determinatũ signũ in spatio ꝙ̃ alia pars, & adhuc pars illius partis, & sic in infinitũ, & sic nõ est dare primam partẽ mutatam vltra determinatũ signũ in spatio, & sic patet, ꝙ non est accipere aliquam partẽ ex parte mobilis quę sit primo mutata. Intelligendũ est ꝙ absolute loquendo pars non mouetur prius ꝙ̃ totũ: qm̃ motu toto mobili mouetur qlibet pars mobilis, vnde non est absolute uerũ, ꝙ una medietas moueatur prius ꝙ̃ totũ, & medietas medietatis prius ꝙ̃ ipsa medietas immo omnes partes absolute loquendo mouentur simul, sed respectu alicuius determinati signi in spatio non est accipere primã partem motã, ultra illud signum, quia si datur aliquod determinatum signum in spatio antequam aliqua pars mobilis sit extra, seu ultra illud signum, oportet, ꝙ medietas illius sit prius extra illud signum, & medietas medietatis, & sic in infinitum, & ita debet intelligi illa propositio, scilicet, quod medietas mutatur priusquam totum respectu alicuius determinati signi in spatio, sicut si aliquis debeat intrare domum per fenestram, prius est una medietas medietatis intra fenestrã quam totum, & eodem modo est de medietate medietatis.
B

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, neq; eius, ꝙ mutatur, neq; tpis in quo mutatur primũ aliquid esse. Ipsũ, aũt quod mutatur non eodẽ mõ se habebit. Tria nãque esse dicũtur in ipsa mutatione, id, qđ mutatur, & id, in quo, atq; id, quo mutatur. Vt homo tps, atq; albedo. Homo igitur, ac tps diuisibilia sunt. Sed de albedine est alia ratio. Atque tamen per accidens omnia diuisibilia sunt. Cui namque albedo, uel qualitas accidit, id est diuisibile.

Quod igitur neq; in eo, qđ mutatur, neq; ĩ quo mutatur tpe, nihil prius sit manifestũ ex his quæ dicta sunt ipsum autẽ, qđ mutatur, aut scđm, qđ mutatur, nõ ẽt similiter se hẽbit, tria nãq; sũt, q̃ dicũtur scđm mutationẽ, qđ mutatur, et in quo, et in qđ mutatur, ut, hõ, tps, et albũ, hõ qdẽ igitur, et tps diuisibilia sunt. De albo autẽ alia rõ est, pp id, quod scđm accidens oĩa diuisibilia sũt, cui enim accidit album, aut quale illud diuisibile est. Tex. c.49.
C

HAec est tertia particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua ostẽditur, ꝙ ex parte rei, ĩ qua est motus. s. ex parte termini, ad quẽ nõ est accipere primũ. Et primo recapitulat declarata, dicẽs, ꝙ manifestũ est, ꝙ nõ ẽ aliqđ primũ ex parte transmutati, neq; ex parte tpis, in quo fit trãsmutatio, neq, per se, neq; per accidens, non.n. similiter se habent illud, quod transmutatur. & illud scđm, quod transmutatur, & illud, quod transmutatur non hẽt primũ, neq, per se, neque per accidens, sed aliquid scđm, quod transmutatur nõ hẽt primũ, sed hoc est per accidens, ut qualitas, sed in ubi, & quanto non inuenitur primũ oĩno, nec per se, nec per accidẽs, ut dicit Com. Sunt.n. tria in transmutatione, de quibus dicitur nõ habere primũ. s. subiectũ tps, & illud, in quo mobile mutatur, v.g. subiectũ ut homo tps, in quo mobile transmutatur, & forma, ad quã trãsmutatur, ut albũ, & ista non sunt eodẽ modo diuisibilia, quia subiectũ, & tps sunt per se diuisibilia, sed album, seu albedo non est diuisibile, nisi quia recipitur in subiecto diuisibili. Intelligendum est, qđ diuisio albedinis per accidens est dupliciter una scđm extensionem subiecti secundũ, ꝙ una pars albedinis est in una parte subiecti, & alia pars in alia parte subi. Alio modo est diuisio albedinis scđm intentionem, & remissionem, & istam diuisionẽ non habet a subo, sed a natura sua intrinseca, qm̃ subm non diuiditur scđm intentionẽ, & remissionẽ, & si subm esset cã intentionis, & remissionis, tunc oĩs forma recepta in tali subiecto posset intendi, & remitti, qđ falsum est. Item si albedo esset separata a subiecto sicut est in hostia consecrata adhuc posset albedo, & intendi, & remitti, ut patet ad sensum. Item intelligendum, quod Com. dicit hic, ꝙ illud, quod transmutatur ad tempus, in quo est transmutatio sunt diuisibilia per se, & eorum secundum, quæ vel ad quę est transmutatio, quædam sunt diuisibilia per se, ut magnitudo, & quantitas, & quædam per accidens, ut qualitas. Et dicit Com. quod neque secundum, quod transmutatur neque tempus, in quo est iis motus, habet primum omnino, neq; per se neq; per accidens, quia sunt diuisibilia per se, sed nullo modo Idem sup. cõ. 37. 39. & inf. 59.
D

illud

illud, quod diuiditur per accidens inuenitur per se, & non per accidens, hæc Com. Intelligendu est, q quia qualitas nõ est p se diuisibilis, ideo quãtũ est ex natura qualitatis nõ repugnat sibi habere primũ, & hoc intelligit Com. dicẽs, q nihil, qd̃ diuiditur p accidens inuenitur primũ, hoc est quãtũ est ex natura sua nõ repugnat sibi habere primũ, nunquã tñ de facto hẽt primũ, sed hoc est per accidens quia semper de facto extẽditur ad extensionem subiecti. Istis suppositis cum dicit.

Nam neque in his erit primũ quæ per se, & nõ p accidẽs dicuntur diuisibilia, quales sunt magnitudines ipsę. Sit n. mobile a, b, motũ ex b, in c, primũ Igitur si indiuisibile sit ipsũ b, c, parte uacans erit hærens parti uacãti. Sin diuisibile, erit aliqd ipso c, prius in qd̃ est mutatũ, & illo rursus aliud prius, & sic semper. Nũqnã n. diuisio deficit. Quare non erit quicquã primum, in qd̃ est mutatum.

Quoniam quæcunque diuiduntur secundũ seipsa diuisibilia, & non secundũ accidens, neq; in his erit primũ, ut in magnitudine, sit. u. in quo est a, b, magnitudo, motũ aũt sit ex b, in c, primũ igitur si quidem indiuisibile erit b, c, impartibile impartibili erit coniunctum, si uero diuisibile erit aliquid ipso c, prius in quod mutatum est, & in illo iterum aliud, & sic semper propter id, quod nullo modo deficit diuisio in b, si primo motum sit a, b, in c, quare non erit primum, in quod mutatum est.

Demonstratio.

A C B

Magnitudo pars magnitudinis.

34. concl. huius lib. PHylosophus probat, q in motu facto ad per se diuisibile non est accipere primum ex parte termini ad quem est motus, & hæc est trigesimaquarta conclusio huius lib. q probatur primo in motu locali, ex parte. n. magnitudinis super quam fit motus localis non est accipere primum, qd̃ probatur, quia si ex parte magnitudinis esset primum, aut illud esset diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile eadem ratione alia pars esset indiuisibilis, & sic in continuo esset indiuisibile immediatum indiuisibili, si uero sit diuisibile, oportet, qd̃ medietas pertranseatur, antequam totũ pertranseatur, & medietas illius medietatis ante illã medietatẽ, & sic in infinitum, & sic nõ est dare primũ, qa ante quancunq; partẽ ptransitam est accipere partẽ prius pertransitã, unde Phyl. ponit hanc rõnẽ in terminis a, b, c, & satis patet. Intelligendũ est hæc, quod Phyl. intendit probare, qd̃ ex parte magnitudinis nõ est dare primũ pertransitũ, nec primũ, in qd̃ mobile est transmutatũ, quia ex quo oẽ mobile est diuisibile, ut prius probatũ est, oportet, q illud, qd̃ de magnitudine pertransitur sit diuisibile, sed omne diuisibile in magnitudine est diuisibile in infinitũ, & per consequens nõ est aliquod primũ pertransitũ ex parte magnitudinis, qd̃ aũt indiuisibile nõ pertranseatur, patet, qa illa quæ pertranseũt per motũ continuũ nõ sunt mediata, aliter non esset motus continuus, sed in magnitudine, non est diuisibile immediatũ indiuisibili, qd̃ igitur Phyl. hic probat, q ex parte magnitudinis nõ est accipere primũ, est sic intelligẽdũ, uidelicet, q ex parte magnitudinis nõ est accipere primũ, nõ sic intelligendũ, q ex parte magnitudinis nõ est dare primũ pertransitum, tamen primum indiuisibile ex parte magnitudinis bene est dare, sed illud non est pertransibile.

Similiter res sese habet, & in quantitatis mutatione. Nam & hæc in continuo est.

Similiter autem, & in quantitatis mutatione, et hoc quidem enim in continuo est.

IDem probatur in motu ad quantitatem. s. q non est dare primum ex parte termini ad quem, quia in per se quanto & continuo non est accipere primum, sed motus ad quantitatem est aliquid per se quantum, & per se continuum, ergo &c.

Patet igitur, in solo qualitatis motu per se indiuisibile esse posse.

Manifestum igitur, quòd in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem, contingit indiuisibile per se esse.

A EX his concludit Phyl. q in sola mutatione, quæ est secũdũ quantitatem cõtingit indiuisibile esse in motu secũdũ quantitatẽ est accipere terminũ indiuisibilẽ per se accipiẽdo indiuisibile negatiue, quia quantitas secũdũ quã, vel ad quã est motus alterationis non est indiuisibilis per se, & ideo est indiuisibilis per se, qa accipiendo indiuisibile negatiue, i. non diuisibile per se, & esse indiuisibile p se, sed tñ qualitas secũdũ quã, uel ad quã est motus alterationis est diuisibilis per accidens ad diuisionẽ sui subiecti, & ideo si ex parte subiecti non est accipere primũ, sequitur, q ex parte qualitatis extensæ in subiecto nõ est accipere minimũ inexistens totũ, qa non est accipere in naturalibus minimũ inexistens, sed minimũ per se existens contingit accipere. Notandũ est, q Com. dicit hic, qd̃ minimũ eius, qd̃ potest esse coloratum in actu est terminus, quemadmodũ minimum eius, qd̃ põt esse aliquod demõstratum in actu est terminatum, v. g. quoniam minima aqua est terminata, & similiter est de alijs corporibus simplicibus, & cõpositis, hæc Com. Intelligendum est, q secundum intentionẽ Com. contingit accipere minimum naturale in actu quo minus non potest per se existere, tamen minus eo, ut pars sua potest inexistere toti, & in rebus coloratis est accipere minimũ B coloratum quo minus non potest per se existere seu in actione debitam speciei, & ita est dare minimũ colorem potentem perficere partem inexistentem toti, immo omni tali colore dato est dare colorem minorem. Idem sup. cõ. 32. & 4 ibi.

Cum autem omne, quod mutatur in tempore mutetur, mutari uero in tempore dicatur, & ut in primo, & ut per aliud, quo pacto in anno mutari dicitur, quia mutatur in die.

Quoniam aũt omne, quod mutatur, in tpe mutatur. Dicitur aũt in tempore mutari, & sicut in primo, & sicut secundum alterum, ut in anno, quia in die mutatur. Tex. c. 50.

ISTud est tertium capitulum huius tractatus in quo determinatur de ordine ipsius moueri ad mutatum esse, & econuerso. Et intendit Phylos. declarare, quod omne moueri præcessit mutatum esse, & econuerso, & continet hoc capitulum quatuor partes principales, quia in prima declaratur, q omne, quod mouetur in aliquo tempore primo mouetur in C qualibet parte illius temporis. In secunda ibi [Ostenso aũt.] declaratur, q etiam omne moueri præcessit mutatum esse. In tertia ibi. [Non solum autem.] declaratur, q omne mutatum esse præcessit moueri. In quarta uero ibi. [Eadem. n. demonstratio.] probat Phyl. specialiter in non continuis, scilicet in mutationibus ad substantiam, & qualitatem, q omne mutatum esse præcessit moueri. Prima pars continet duas particulas, quia in prima Phyl. præmittit quædam necessaria ad propositum ostendendum. In secunda ibi. [In quo primo &c.] ostendit propositum. In prima igitur particula huius partis Phyl. præmittit duo necessaria ad propositum, quorum primum est, q omne, qd̃ mutatur, mutatur in tempore. secũdum est, q in tempore dicitur aliquid moueri dupliciter, vno modo primo per se, alio modo secundum alterum. s. ratione partis, sicut di aliquid mutari in anno, quia mutatur in die, &c.

Id sane, quod mutetur in quacunque eius temporis parte mutari, in quo primo mutatur necesse est. Id ita esse patet quidem, & ex diffinitione ipsius primi. Sic enim ipsum antea diffiniebamus.

D *In quo primo tempore mutatur, quod mutatur, & in quolibet huiusmodi necesse mutari, manifestum igitur, & ex diffinitione, primum enim sicut diximus.*

HAec est secunda particula huius partis in qua Phyl. ostendit propositum suum, & continet duas partes secũdum, q dupliciter ostendit propositum suum. Secunda ibi; [Sed ex his manifestum est.] Conclusio igitur quam Phylos. intendit hic declarare est ista. scilicet, q omne, quod mouetur in aliquo tempore primo mouetur in qualibet parte illius temporis, & hæc est trigesimaquinta conclusio huius lib. quæ probatur dupliciter, & primo per diffinitionem eius, quod est primum, primum enim dicitur, quod non est secundum alterum, & ideo illud dicitur primo conuenire alicui, quod conuenit ei, secundum quamlibet partem eius, ut in principio quinti dictum est, patet igitur per diffinitionẽ eius, quod est primum, q illud, quod mutatur in aliquo tempore mutatur in qualibet parte illius temporis. Intelligendum est secundum Com. hic, q aliquid dicitur maxime 35. concl. huius lib.

tan

tari in aliquo toto tpe, quia illud est minimum in quo potest transmutari, qđ non debet sic intelligi. s. q sit dare aliquod tēpus minimum simpliciter, sed sic debet intelligi, videlicet, q est dare minimum tp̄s, quod est primum tp̄s, in quo aliquid transmutatur, sed non est dare minimum tp̄s in quo aliquid transmutatur secundū partem, vt si aliquid transmutetur continuo per vnā horam, & non vltra, illa hora est minimū tp̄s primum, in quo mobile transmutatur, & ita est dare primum tp̄s minimū, sed non est dare minimum tp̄s, in quo aliquid mutatur secundum partem, nam si aliquid mutaretur in vna hora illud aliquid transmutatur in die secundum partē, & in septimana secundum partem, & in anno secundum partem, & sic in infinitum, & ideo non est dare minimum tempus, in quo aliquid mutatur secundum partem, est tamen dare minimum tempus, in quo aliquid mutatur primo, vnde Comment. propositio per minimum intelligit primum.

Patebit autem, & ex hisce, quæ deinceps dicemus. Sit enim tempus a, b, in quo quippiā primo mouetur. Atque cum omne tempus sit diuisibile, diuidatur in c. In tempore igitur a, c, mouetur, aut non mouetur, & eodem modo rursus in ipso c, b. Si igitur neutra in parte mouetur, in toto sane quiescit, alias impossibile est enim moueri si nulla in parte eius moueatur. Sin in altera tantum mouetur, non in a, b, tempore primo mouetur, per aliud enim in ipso mouetur. Ergo quacunque in parte temporis moueatur necesse est.

Tex. c. 51. *Sed & ex his manifestū, sit. n. in quo primo mouetur, quod mouetur x, r, & diuidatur secundum K. Omne enim tēpus diuisibile est in x, r, tempore, aut mouetur, aut non mouetur, & iterū in r, K, similiter, si quidā igitur in neutro mouetur, quiescet itaque in omni, moueri enim in nulla huiusmodi, quod mouetur impossibile, si uero in altero solū mouetur, non utique in primo mouetur, qđ est x, r, secundum enim vtrunque motus est, necesse est igitur in quolibet ipsius x, r, motum ipsum esse.*

Demonstratio.

X K R

Tempus in quo primo aliquid mouetur. — pars temporis.

HÆc est secūda pars huius particulæ, in qua Phylosophus probat, conclusionem intentam per aliam rationē. Cuius uirtus consistit in hoc. Accipiatur primum tp̄s, in quo aliquid mutatur, & sit illud tempus x, K, quæro tunc, aut illud tēpus mutatur in qualibet parte x, K, aut quiescit in qualibet parte x, k, aut mutatur in una parte, & quiescit in alia, si mutatur in qualibet parte habemus propositum, si autem quiescit in qualibet parte, tunc quiescit in toto, & ponitur moueri in toto, ergo simul mouetur, & quiescit, quod est impossibile, & etiam est impossibile, quod aliquod moueatur in toto tempore, & quod quiescat in qualibet parte illius temporis, vt manifestum est per se. Si uero mouetur in una parte temporis x, k, & quiescit in alia, tunc x, K, non est primum tempus in quo mutatur, quia non mutatur nisi secundum partem.

Hoc aūt demōstrato patet, omne qđ mouetur, prius necessario motū esse. Nā si in a, b, tempore primo per f, g, spatium quippiam motū est, id qđ æque celeritate mouetur, simulque incepit per dimidiū in dimidio tēporis erit motum. Quod si id tēpore in eodem motum est per magnitudinē aliquam, & alterū per eandē necesse est esse motum. Quare motum est, id uti diximus, quod mouetur.

Tex. c. 52. *Ostensō aūt hoc manifestum est, quòd omne, qđ mouetur necesse est motum esse prius, si. n. in x, r, primo tēpore r, mota est magnitudo. In medietate, quod æque uelociter mouetur, & simul inceptum est medium erit motum, si autem æque uelox in eodem tempore motum est aliquid, & alterum necesse eandem motam esse magnitudinem, quare erit motum prius, quod mouetur.*

HÆc est secunda pars principalis huius cap. in qua declaratur, q omne moueri præcedit mutatū esse, & cōtinet tres particulas secundū, q tripliciter ostendit propositum suum. Secunda aūt ibi. [Amplius aūt, & hoc.] Tertia ibi. [Amplius aūt si cōtinuo.] In prima igitur particula huius partis declarat Phyl. per unā rōnē. q oē moueri præcedit mutatū esse, & hęc est trigesimasexta concl. huius lib. q probatur sic. Si mobile moueatur p aliquā magnitudinē in aliquo tpe, mobile æque velox in medietate tpis mouebitur per medietatem magnitudinis, ergo illud mobile, qđ ponitur moueri per totā magnitudinē in medietate tpis mouebitur sc̄d'm medietatē magnitudinis, ergo illud totum moueri præcessit mutatum esse sc̄d'm medietatem magnitudinis, & eodē modo est arguēdū de medietate medietatis, qm̄ mobile prius pertransit medietatem medietatis, quam pertranseat medietatē, ergo moueri sc̄d'm medietatē præcessit mutatū esse secundum medietatē medietatis, & sic est adhuc arguendum de medietate illius medietatis, & sic in infinitum, cum igitur magnitudo sit diuisibilis in infinitum, sequitur, quod omne moueri præcessit mutatum esse. vnde istam rationem ponit Phyl. in litera, & satis patet. Intelligendum est igitur, quod conclusio est sic intelligenda. s. q omne moueri antequam sit completum præcessit aliquod mutatum esse, sed non debet sic intelligi, videlicet, q ante totum moueri, & quālibet partē eius sit aliquid mutatum, immo finem cuiuslibet moueri præcessit aliquod mutatum esse, & hoc solum probat hæc demonstratio Phylos. Sed dubium est, quare Phylos. facit rationem de duobus motibus ponendo duo mobilia æque uelocia, & vnum moueri per totam magnitudinem, & aliud moueri per medietatem magnitudinis cum citius, & facilius possit idem cōcludere per unum mobile: nam mobile, quod mouetur per totam magnitudinē ante pertransit medietatem magnitudinis quā totam magnitudinem, & sic posset argumentum fieri de uno mobili. Ad illud dubium respondet Com. dicēs, quod hoc facit Phyl. quia aliquid posset dicere, q mobile pertransit totam magnitudinem, & non pertransit medietatem antequam pertransiuerit totam magnitudinem cum pertransire medietatem sit pertransire in potentia non in actu, quia ea quæ sunt in potētia inuestigare debemus per ea, quæ sunt in actu, ideo Phyl. facit argumentum de diuersis mobilibus, quorum unum mouetur per totam magnitudinem, & aliud solum per medietatem magnitudinis. Isto enim posito non potest negari, quin vnū mobile pertrāseat medietatem magnitudinis in medietate tēporis, in quo aliud pertransit totam magnitudinem, & cum illa mobilia sint æque uelocia sequitur, quod mobile pertrāsiens totam magnitudinem in toto tempore pertransit medietatem magnitudinis in medietate temporis.

36. concl. huius lib.

Prima ratio.

Dubium.

Solutio.

Præterea, si in a, b, toto, vel quouis oīno tempore propterea motū dicimus qppiā esse, qđ ipsius vltimum nunc accipimus, idest. n. quod terminat, atque inter ipsa nunc semper est tempus, in cæteris ēt sane simili mō motum esse dicetur. Dimidij autē extremū est ipsa diuisio. Quare, & in dimidio motū erit, & in quacunq; oīno parte. Semper. n. per diuisionē continuo tp̄s ab ipsis nunc terminatum euadit. Quod si oē tp̄s est diuisibile, & id qđ est inter nunc ipsa tp̄s est uti diximus, omne profecto, quod mutatur infinities est mutatum.

Tex. c. 53. *Amplius autē, & si, omni tempore, quod est x, r, motū esse dicimus, aut omnino in quolibet tempore, in accipiendo vltimum ipsius temporis nunc, hoc enim determinans est, & medium ipsorum nunc tempus est, & in alijs similiter dicetur motum esse, medietatis autem vltimum diuisio est, quare et in medio motum erit, et omnino in qualibet partium, semper enim similis diuisionis tempus est determinatum ab ipsis nunc: si igitur omne tempus diuisibile est, medium autem ipsorum nunc tempus est, omne quod mutatur infinite mutatum erit.*

HÆc est sc̄da particula secūdę partis principalis huius ca. in qua ponitur secunda rō pbās cōclusionē intētā, q rō talis est. Omne tp̄s est diuisibile, & semper inter partes tpis est

Secunda ratio.

assignare aliquod nunc, & istud nunc præcedat nunc, quod est finis temporis, & hoc argumentatur sic. Sicut instans se habet in tempore, ita & mutatum esse se habet in motu. sed omne tempus præcessit aliquod instans, hoc est, quocunque tempore accepto antequam sit completum, est aliquod nunc prius copulans medietates illius temporis adinuicem, sicut igitur instans in medio temporis præcessit totum tempus modo iam exposito, mutatum esse secundum medium temporis præcessit mutari secundum totum tempus, omne igitur moueri præcessit mutatum esse, quia omne moueri præcessit mutatum esse, quod est in medio temporis mensurantis illud motum.
In quo differat secunda rō. n prima. Tex. c. 54. Intelligendum secundum Commen. quòd illa ratio differt a prima in hoc, quia prima ratio probauit conclusionem intentam per diuisionem spatij, vt quia spatium est diuisibile in infinitum, & semper mutatum esse secundum minorem partem spatij præcedit moueri secundum minorem partem, & ideo omne moueri præcedit mutatum esse, sed ista secunda ratio, probat conclusionem eandem per diuisionem temporis. Intelligendum etiam, quòd illud, quod prius est probatum, videlicet, quòd illud, quod mouetur in aliquo tempore primo, mouetur in qualibet parte illius temporis, est necessarium ad istas demonstrationes, quia P. hic supponit, quòd in minori tempore est minor motus, & quòd in minori tempore minus pertransitur de spatio, sed hoc non oportet, nisi mobile moueatur in qualibet parte temporis, si enim mobile mouetur in anno, quia mouetur in vna die tantum, non plus pertransit in anno, quam in illa die, & ideo ad hoc, quòd illa sint vera, quæ P. hic supponit, oportet, quòd mobile moueatur in qualibet parte temporis.

Præterea, si id, quod continue mutatur, & non est corruptum, neque cessauit a motu, aut mutari, aut esse mutatum in quocunque necesse est, vt mutetur autem in ipso nunc fieri nequit, in quocunque sanè temporis puncto mutatum sit ipsum necesse est. Quare si temporis puncta sint infinita, omne nimirum, quod mutatur, infinities est mutatum.

Amplius autem si continue, quod mutatur, & non corrumpitur, neque pausat a mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in quolibet, in ipso autem nunc non est mutari, necesse ergo mutatum esse secundum vnumquodque ipsorum nunc, quare si ipsa nunc infinita sunt, necesse est omne, quod mutatur, infinite mutatum esse.

Tertia rō. HÆc est tertia particula secundæ partis prin. huius cap. in qua ponitur tertia ratio probans conclusionem intentam, quæ est quasi declaratio vnius propositionis, qua P. prius vtebatur, quæ est, in quolibet instanti temporis mensurantis motum mobile est mutatum, qua probata sequitur, conclusio principalis. Hic igitur propositio iam dicta, qua P. prius vtebatur probatur sic. Si aliquid mutabatur in aliquo tempore continue, & non corrumpitur, neque pausat, necessariũ est, quòd in quolibet instanti illius temporis, aut, quòd illud mutetur, aut, quod illud mutatum est, sed instans non mutatur, quia prius probatum est, quòd instans non est motus, nec quies, ergo si aliquid mouetur in aliquo tempore continue, oportet, quòd illud in quolibet instanti a primo instãti illius temporis sit mutatum, & hoc debet intelligi de quolibet instãti a primo instanti temporis mensurantis motum. Ex his potest probari conclusio principalis sic Si aliquid mouetur in aliquo tempore continue in quolibet instanti continuante partes illius temporis adinuicem est mutatum mobile, & per consequens in quolibet tali instanti est aliquid mutatum esse, cum igitur omne moueri mensuretur tempore, & in quolibet sunt infinita instantia sequitur, quòd in quolibet moueri, præcedant infinita mutata esse.

Non solum autem id, quod mutatur necesse est esse mutatum, sed etiam ipsum mutatum, prius mutetur necesse est. Omne nanque, quod ex quopiam in quippiam est mutatum, in tempore est, mutatum. Sit enim in ipso nunc ex a, mutatum in, b. In eodem igitur nunc, in quo est in a, mutatum non est. Nam, & in a, & in b, simul erit. Ipsum nan-

A que mutatum, non esse in hoc ipso, cum est mutatum, antea demonstrauimus. Quod si in alio sit, mutatum, inter illa profectò medium tẽpus erit. Non sunt enim hærentia ipsius temporis puncta.

Non solum autem, quod mutatur, necesse est mutatũ esse, sed etiam mutatum necesse prius mutari. Omne. n. quod ex quodam in quoddam mutatum est, in tempore, mutatum est. Sit enim in ipso nunc ex a, in b, mutatum, esse, ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso a, non mutatum est. Similiter enim esset in ipso a, & in b. Quod enim mutatum est, quando mutatum est, quod non est in hoc, ostensum est prius, si vero in alio est, in medio erit, tempus. Non enim coniuncta erunt ipsa nunc. Tex. c. 55.

Demonstratio.

A	B
Terminus a quo aliquid mutatur	Terminus in quem aliquid mutatum est.

B HÆc est tertia pars prin. huius ca. in qua declaratur, quòd omne mutatũ esse pcedit moueri, & hæc est trigesima-septima cõcl. huius li. quæ tripliciter pbatur, & secundũ hoc hæc pars cõtinet tres particulas, secũda ibi [Qm̃ igitur tẽpus.] tertia ibi. [Amplius aũt in magnitudine] Cõclusio igitur probãda est illa, videlicet, ꝙ oẽ mutatũ esse pcedit moueri, sic, ꝙ oẽ mutatũ, necesse est prius mutari. Hæc cõclusio pbatur primo sic. Quodcũque mutatũ esse accipiatur, in qđ mobile est mutatũ, oportet, ꝙ mobile sit mutatum in aliud ab aliquo termino, sit igitur terminus a quo mutatur a, & illud in qđ mutatũ est, sit b, tunc quãdo mobile est in a, nondũ mutatũ est, sed quãdo est in b, tunc mutatũ est, cũ igitur instãs, in quo est mobile, est in a, & inter instãs, in quo est mobile est in b, sit tempus medium, oportet, ꝙ mobile in illo tempore medio moueatur, ergo illud mutatũ esse datũ præcedit moueri. Et idẽ argumẽtũ est de quocũque mutato esse, & ita patet, ꝙ quodlibet mutatũ esse præcedit moueri. Sed hic dubitatur, qa nõ videtur, ꝙ cõclusio sit vera, qa in mutatione a contradictorio in contradictoriũ mutari non præcedit mutatum esse, qa talis mutatio est subita, & per consequens mutari, & mutatum esse sunt simul. Dicendum, quòd mutatio, quæ est a contradictorio in contradictorium est finis mutationis successiuæ, & ideo ibi mutatum esse est finis mutationis successiuæ, & sic mutari præcedit mutatum esse. Vnde est sciendum, quòd non oportet, quòd semper ante omne mutatum esse alicuius mutabilis præcedat mutari eiusdem, vel alterius v. g. Totus aer illuminatur a sole subito & in tali mutatione aer est mutatur a lumine, & non fuit prius in mutari, sed per hoc, quòd sol mutatur secundum locum, aer illuminatur subito in fine motus, & ideo secundum Com. Phyl. hic intelligit de moueri, & mutato esse eiusdem mobile, & sic dico, ꝙ conclusio est sic intelligenda, scilicet de mutatione successiua tempore mensurata, quia in tali transmutatione necesse est, quod illud idem mobile, qđ est mutatum, fuit prius in mutari, seu in moueri. 37. concl. huius lib. Prima rō. Dubium. Solutio.

C Cum igitur in tempore sit mutatum: tempus, autem omne sit diuisibile. in dimidio sanè mutatum est, & in dimidij dimidio rursus, & sic semper Quare antea mutabatur.

D *Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus, autem omne diuisibile, in media aliud erit mutatum, & iterum in illius medio aliud, & sic semper. Quare mutabitur prius.* Tex. c. 56.

Secunda ratio. HÆc est secũda particula huius partis principalis, in qua ponitur secõda ratio probans eãdem cõclusionem, quæ talis est. Oẽ trãsmutatũ trãsmutatur in tẽpore, & omne tempus est diuisibile, ergo in medio temporis mobile prius, est mutatum, quam in toto tempore, & prius est mutatum in medio illius medij, quam in toto illo medio. & sic in infinitũ, ergo omne mutatũ esse præcedit moueri, quia moueri secundũ mediũ temporis est prius, quã mutatũ esse secundũ totũ tẽpus, vnde cũ omne tẽpus sit diuisibile, nõ erit dare aliqđ mutatũ esse, ante qđ non est aliquod moueri, quia mutatũ esse in fine temporis præcedit moueri in illo moueri. Intelligendũ est ꝙ moueri pręcedit mutatum esse ad terminum, sicut illud, qđ est ad finem præcedit finem, similiter moueri secundum me-

mutari, & econuerso. Vnde addit Philosophus, quasi remouendo dubium, quòd non semper oportet, quòd si aliquid fit, ipsum secundum se totum esse prius factum, sed oportet, quòd vel ipsum sit prius factum, vel aliquid eius, quoniam cum domus fit non oportet, quòd prius fuerit facta secundum se totã, aliquid tamen eius prius fuit factum, vel aliqua alia pars.

Similiter fit, & in eo, quod corrumpitur, & corruptio. Inest enim ei, quod fit & ei, quod corrumpitur infinitio quædam. Quippe cum continuum, sit vtrunque. Et impossibile est aut fieri non factũ, aliquid, aut factum esse non fiens aliquid. Similiter, & in ipso corrumpi, atque corruptum esse. Sẽper enim corruptum esse antecedit corrumpi, & corrumpi corruptum esse. Patet igitur, quòd id, quod est factum, prius necesse est fieri, & id, quod fit, antea factum esse. Est enim omnis magnitudo, omneque, tempus, diuisibile semper. Quare in quocunque sit, non erit in illo, vt primo.

B *Similiter autem, & in eo, quod corrumpitur, & quod corruptum est, mox enim inest ei, quod fit, & quod corrumpitur infinitum quiddam, cum sit continuum, sed non est in fieri, nisi aliquid factum sit prius. Neque factum esse, nisi fiat aliquid, similiter autem, & in corrũpi, & in corruptum esse. Semper enim erit ipso corrumpi corruptum esse prius. Corrupto autem esse corrumpi. Manifestum igitur, quia quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse. Omnis enim magnitudo & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunque fit aliquid non erit vtique, sicut in primo.*

SEcunda conclusio, quam Philosophus hic concludit est, q̃ in continuis, & diuisibilibus omne corruptum necesse est, prius corrumpi, & omne, quod corrumpitur, necesse est prius esse corruptum. Et est quadragesima conclusio huius libri, q̃ probatur sic. Omne continuum est diuisibile in infinitum, & vbi est diuisio in infinitum, ibi non est dare primam partem, & per consequens, nec primum corruptum, nec primum corrumpi, ergo in talibus omne corruptum esse præcedit aliquod corruptum esse, & corruptum esse non est, nisi per corrumpi, ergo omne corruptum esse præcedit corrumpi. Similiter non est dare primum corrumpi, quia omne corrumpi præcedit corrumpi, & corrumpi non est sine corrupto esse, ergo omne corrumpi, præcedit corruptum esse, & ita patet, quod in cõtinuis, & diuisibilibus omne corruptum necesse est prius corrumpi, & omne, quod corrumpitur, necesse est prius esse corruptum. Intelligendum est, quod istæ conclusiones sunt veræ, & sufficienter demonstratæ in factione, & corruptione in continuis, sed in factione, & corruptione non continuis, cuiusmodi est factio vel destructio domus, non habent intelligi cõclusiones prædictæ. Notanda sunt hic septem dicta Commen. Primo est notãdum secundum Commen. quod Philosophus prius declarauit, quòd omne, quod trãsmutatur in magnitudine, prius fuit, transmutatum in tempore, & econuerso in propria declaratione. Secundo declarauit hoc in transmutatione qualitatis, & substãtiæ declaratione communi. Et post hoc declarat idem de generare, & corrumpere declaratione propria. Secundo est notandum secundum Commen. quòd generatio, & corruptio, quodammodo est in magnitudine, sed partes magnitudinis, ex quibus generatum generatur, differunt a partibus magnitudinis in motu locali, & in augmento, quoniam partes magnitudinis, ex quibus generatum generatur, sunt quandoque diuersæ speciei, sed partes magnitudinis in motu locali, & augmento sunt eadem in specie, & diuersæ numero. Tertio est notandum secundum Commen. quòd Philosophus aliud declarat in continuis, & diuisibilibus cum dicit, quod fit prius fuit factum, & econuerso propter generabilia, & corruptibilia indiuisibilia, cuiusmodi sunt sentire, & intelligere. Quarto, est notandum, quòd Philosophus d. quòd non oportet, quòd si aliquid fiat, quòd ipsum secundum se totum, vel quod aliquid eiusdem speciei cum eo sit prius factum, vt patet de domo, & hoc, quia vt dicit Commen. generatio est transmutatio de non

40. concl. huius lib.

Primum notan.

Secũdum notan.

Pro hoc vide 4. cæ. 6. 41.

Tertium notan.

Quartum notan.

A subiecto in subiectum, & corruptio, est transmutatio de subiecto in non subiectum, ideo transmutatio non est idem in eodem ab initio transmutationis, vsque ad finem, quia etiam nec transmutatio est eiusdem speciei. Nam motus generationis, & corruptionis est compositus ex transmutatione, in qualitate, & ex transmutatione in substantia, & translatio, quæ est in substantia, non est in tempore, scilicet prouentus formæ substantialis, & etiam, quod motus generationis, alicuius totius est compositus ex motibus partium, in generabilibus, compositis ex membris diuersis, hæc Comment. Vnde accipiendo generationem, pro transmutatione composita, ex alteratione præcedente inductionem formæ substantialis, & ex generatione subita formæ substantialis, sic non est verum, quod illud, quod transmutatur prius fuit transmutatum in ipsum generatum, sed substantia composita in fine generationis generatur, & tamen non fuit prius generatum, nec transmutatum, sed materia prima prius fuit, transmutata. Vnde accipiendo generationem pro transmutatione composita, sic non est idem transmutatum de initio, transmutationis, vsque ad finem, quia in principio transmutationis materia prima est transmutata, & in fine transmutationis substantia composita est transmutata. Similiter transmutatio precedens non est eiusdem speciei, cum transmutatione,

B sequenti, quia transmutatio in qualitate non est eiusdem, speciei cum transmutatione in substantia. Similiter in compositis ex membris diuersis, sicut in animalibus non est, idem, transmutatum, nec secundum numerum, nec secundum speciem de principio transmutationis, vsque ad finem, quia primo generatur vnum membrum, & postea generatur aliud membrum alterius speciei secundum transmutationem, tamen transmutatio est eiusdem speciei, vt dicit Commen. Sed in corporibus simplicibus, vt in generatione ignis, & aquæ, non accidit hoc, scilicet, quod prius generatum sit alterius speciei a generato posteriori. Quintũ est notandum secundum. Commen. quod generatio est in tribus modis, videlicet, aut generatio simplicium, aut generatio organicorum, aut generatio complexionis, & mixtionis. In generatione simplicium, vt in generatione aquæ vel ignis illud, quod est prior generatum est eiusdem speciei cum generato posteriori, licet quandoque alterationes præcedentes, generationem substantiæ, sint diuersæ secundum speciem. Nam si ex aqua debeat generari ignis, oportet, quod aqua prius tepefiat, & postea calefiat, & tepefactio, & calefactio differunt in specie. Exemplum patet in alijs. Nam cum ex sanguine debeat generari caro, sanguis

Quintum notan.

C alterabitur in plus quam in vnam qualitatem, antequam expellatur forma sanguinis, & inducatur forma carnis. In generatione vero organici, vt in generatione animalium prius, generatum differt specie à generato posteriori, quia membra organica differunt specie, vt cor & caput, &c. Sed in generatione mixti homogenei, vt in generatione lapidis, prius generatum est eiusdem speciei cum generato posteriori. Et sicut est in generatione, ita est, & in corruptione. Nam in motu corruptionis non inuenitur primum naturaliter, sicut nec in motu generationis & ratio est, quia generatio, & corruptio sunt in magnitudine, vel in habente magnitudinem, & in magnitudine non est primum naturaliter. Et hoc, quod dictum est de generatione, & corruptione, est etiam intelligendum de motu in qualitate, scilicet, quod ibi non est naturaliter, sed quod non sit primum naturaliter, in motu, in qualitate, & in substantia hoc est per accidens, sed in motu transmutationis in vbi, & quantitate est per se, &c. Sexto notandum est, quod Comment. mouet, & soluit hic vnam dubitationem, quia videtur, quod in motu generationis sit accipere primum generatum naturaliter, Nam in generabilibus, quæ componuntur ex corporibus diuersis non consimilibus manifestum,

Sextum notan. Dubium.

D est hoc, sicut cor in animalibus, quod est prima pars generata. Similiter in corporibus consimilium partium videtur, quod sit dare primam partem generatam, quoniam quantitas carnis est determinata. quoniam caro, secundum, quod caro, non diuiditur in infinitum, ergo in generatione carnis est accipere primam partem generatam. Ad istud dubium respondet Commenta. dicens: nos autem dicamus, quod generatio primæ partis componitur ex alteratione, & generatione, quoniam cum aliquid generatur ex aliquo, vt caro ex sanguine, primo amittuntur qualitates, & accidentia propria sanguinis, & fiunt, accidentia propria carnis, donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis, & hoc in fine motus, hoc est in non tempore. Et ergo in transmutatione, quæ est in qualitate non inuenitur primum naturaliter, quia est in aliquo carenti primo,

Ll a natura-

Consimile primo, Phy. c. 62. naturaliter, & generatio est in tẽpore, quia sequitur alteratione. tunc manifestum est, q̃ impossibile est in generatione esse primũ naturaliter, hæc Cõm. Vnde in motu generationis bene est accipere primã partẽ animatã, vt patet, quia cor in aĩali, est pars prima aĩata, tñ non est dare primũ, hoc est primã partẽ illius sanguinis primæ partis generatæ, quia generatio illi⁹ partis componitur ex alteratione, & subita inductione formæ substantialis, & non est dare partẽ primã alterationis præcedẽtis generationẽ. Vnde quãuis sit dare primã partem generatã, non est tñ dare primã partẽ generationis, quia generatio diuiditur in infinitũ, igitur, &c. Septimo est notãdũ secundũ Cõ. q̃ generatio, & omnis motus diuiditur in infinitũ in potentia, nõ in actu. Vnde dicit Cõm. Et debes scire, q̃ iste processus in infinitũ est in potentia & non in actu, & si non, tũc nullus motus fieret omnino, hæc Commen. Et per potentiã intelligit, potentiã oppositã actui quietationis. Quia si mobile esset sub infinitis quietibus, sequitur, q̃ nullus motus fieret omnino. Deinde Phylosophus, cum dicit. Quare in quocunque, &c. recapitulat, quare in quacunque sit, aliquid non erit vtiq. sicut, in primo, hoc est, non est dare primũ in magnitudine a magnitudine rei, a qua incipit generatio. Vnde Cõ. dicit non est intelligendũ, q̃ ex hoc, q̃ non inuenitur prima magnitudo, ex generato, quod est ex partib⁹ diuersis, sed intentio eius est, q̃ nõ inuenitur prima magnitudo ex generato, & ex magnitudine, in qua incipit generatio, hæc Cõ. Vnde in gñabilibus, etherogeneis bene est dare primã partẽ generatã, sicut cor ĩ animali, qđ est prima pars gñata, sed huius primæ partis gñatæ, s. cordis, non est dare primam partem, cum sit continuum, & per consequens diuisibile in infinitum.

Septimũ notandũ.

Cum autem omne, quod mouetur, in tempore, moueatur, in maioreque maiorem magnitudinẽ, transeat fieri profecto non potest, vt magnitudinem infinito in tempore transeat quicquam finitam, modo non per ipsam eandẽ semper, nec per aliquam eius partem, sed per totam toto in tempore mouetur. Patet igitur si quippiam æqua moueatur celeritate necesse esse finitam magnitudinem illud finito tempore pertransire. Sumpta nanque parte, quæ mensurauerit totam, in tot æqualibus temporibus, quot sunt magnitudinis partes, totam illam profecto magnitudinem pertransibit. Quare cum harum quemque finitæ sit quantitatis, & omnes numero sint finitæ, tempus etiam ipsum profecto finitum erit. Tantum enim totiens erit, quantum est tempus partis totiens repetitũ, quot sunt magnitudinis partes.

Tex. c. 60. *Quoniam autem omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo in infinito tempore, impossibile est moueri magnitudinem finitam non eandem semper, & illius aliquid, quod mouetur, sed in omni esse. Quod quidem igitur si aliquid moueatur æque, velociter, necesse est finitum in finito moueri, manifestũ est. Accepta enim parte, quæ mensurabit totum in æqualibus temporibus tantis quot partes sunt per totam motum est. Quare quoniam hæ finita sunt, & quantitate vnaquaque, & tot modis omnes, & tempus vtique, erit finitum. Totiens enim erit tantum quantum tempus, quod est partis multiplicatio secundum multitudinem partium.*

Istud est quartũ capitulũ huius tractatus, in quo determinatur de finitate, & infinitate motus, & concurrentium ad motum. Ad motum autem concurrunt spatium, tempus, & mobile. Intendit igitur Phylosophus in hoc capitulo declarare, q̃ finitas, & infinitas eodẽ modo reperiuntur in magnitudine, motu, & tẽpore. Istud capitulum continet tres partes, principales. Q̃m in prima determinatur de finitate, & infinitate spatij respectu tpis. In secunda ibi. [Demonstratis aũt.] determinatur de finitate, & infinitate motus respectu spatij, & tpis. In tertia ibi. [Q̃m aũt neque.] determinatur de finitate, & infinitate motus respectu tpis. Prima pars cõtinet duas particulas. In prima declaratur. qđ impossibile est magnitudinẽ, finitã pertransiri tpe infinito. In secunda ibi. [Eadẽ aũt rõ.] probatur conuersa, videlicet, qđ impossibile est magnitudinẽ infinitã pertransiri tpe finito. In prima igitur particula huius, partis. Phyl. præmittit duo necessaria ad propositũ. Secundo vero probat propositũ. Primũ igitur necessariũ, qđ Phyl. præmittit est, quod omne, qđ mouetur, mouetur in tpe. Secundũ necessarium est, qđ in pluri tẽpore pertrãsitur maior magnitudo ab eodem mobili in finito tpe. His igitur suppositis, Phylosophus probat cõclusionem intentã, videlicet, qđ impossibile est magnitudinẽ finitã pertrãsiri tẽpore infinito, & hæc est, quadragesimaprima cõclusio huius lib. intelligendo cõclusionẽ sic, quod mobile nõ pertrãseat magnitudinem terminãdo eã, vel aliquã partem eius. Et dicit Com. quod Phyl. addit hãc additionem præseruando se a motu corporis cœlestis, qui est, super magnitudinem finitã in tempore finito. Conclusio igitur sic intellecta probatur sic. Si mobile moueatur super magnitudinem finitã, aut mouetur regulariter per totã magnitudinẽ, aut non, sed quocunque modo moueatur, non potest magnitudo finita pertransiri tempore infinito, ergo impossibile est magnitudinem finitã pertransiri tempore infinito. Maior patet, & minor probatur, quantũ ad vtranq; eius partẽ, & primo, probatur, quod si mobile moueatur super magnitudinem finitã motu regulari, quod necesse est tempus, in quo magnitudo pertransitur, esse finitũ. Secundo probatur, quod si mobile moueatur motu irregulari super magnitudinem finitã, quod necesse est tempus, in quo magnitudo pertrãsitur esse finitũ. Primo, igitur probatur, quod si mobile moueatur regulariter super magnitudinem finitã, quod necesse est tempus, in quo magnitudo pertrãsitur esse finitũ, & hoc probatur sic. Si mobile moueatur regulariter, accipiatur aliqua pars magnitudinis, oportet, q̃ illa pars pertrãseatur in tempore finito, quia illa pars pertrãsitur in minori tempore, quã totum, sed illud, quod est minus, quã infinitũ est finitũ, ergo illa pars pertrãsitur tempore finito, & alia pars æqualis parti acceptæ pertransitur in æquali tẽpore, cũ mobile regulariter moueatur, & sic arguendo de tertia parte æquali, & sic quousq; tota magnitudo cõsumatur. Cũ ergo magnitudo sit finita, & non hẽt partes nisi finitas, quarũ, quælibet est totaliter extra aliã, cũ igitur in motu irregulari, partibus æqualibus magnitudinis correspondeant partes æquales temporis, oportet, quod in illo tempore mensurante motũ factũ super magnitudinem, sint partes finitæ æquales, & nõ partes infinitæ, ita quod sicut magnitudo cõsumitur per ablationem partiũ finitarũ secundũ magnitudinẽ, & multitudinem, ita tps, in quo pertrãsitur magnitudo, cõsumitur per ablationem partium equalium finitarum secundum magnitudinem, & multitudinem, sed illud, quod cõsumitur per ablationẽ partium æqualiũ finitarum secundum magnitudinem, & multitudinem est finitũ, ergo illud tempus est finitũ, ergo, si magnitudo pertrãsita motu regulari sit finita, necesse est, q̃ tempus, in quo pertransitur, sit finitũ. Et si forte dicatur, q̃ pars, magnitudinis pertransitur tempore infinito, & sic ratio nõ procedit, istud nõ valet nã, & si illud tempus esset infinitũ, tamen aliqua pars eius esset finita, & in illa parte temporis pertransitur aliqua pars magnitudinis. Cum igitur magnitudo possit consumi per ablationem talium partium æqualium finities, acceptarum, sequitur, quod totum illud tempus potest consumi per ablatione talium partium finitarum æqualium finities acceptarum, & per consequens illud tempus est finitum, & sic patet, quod impossibile est magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito mobili moto motu regulari.

41. concl. huius lib.

Probatio minoris.

Nihil autem interest, & si non æqua celeritate, mouetur. Sit enim spatium quidem a, b, finitum, quod infinito in tempore pertransiuit. Tempus autem infinitum c, d. Si igitur per priorem aliam, alia partem motum esse necesse est, patet in priore temporis parte, posteriorive aliam, aliamve pertransiuisse. Semper enim maiore in tempore per aliam motum erit. Idque non minus fiet, sine æqua, siue non æqua celeritate mutetur, & siue intendatur motus, siue remittatur, siue in eodẽ persistat. Accipiatur itaq; pars aliqua spatij, quæ metietur a, b, longitudinem totam, atque a, f, literis designetur. Hãc igitur aliqua in parte trãsiuit tpe infinit.

Quippe

Quippe cum impossibile sit eam in infinito tempore transijsse. Totum enim spatium in infinito pertransit. Et rursus si aliam sumpsero tantam, quanta est ipsa a e, necesse est, & hanc eadem ratione, finito in tempore transijsse, & sic vsque ad vltimã proficiscar. Cum igitur infiniti quidem nulla sit, pars, quæ metietur ipsum, vt patet, fieri enim non, potest, vt infinitum ex finitis æqualibus, & inæqualibus constet, propterea, quòd ea, quæ multitudine, magnitudineque sunt definita, siue æqualia, siue inæqualia sint mensurari tandem aliquo vno, possunt. Spatium autem finitum quantitate partis a, e, mensuretur: finito profectò in tempore tale, etiam mobile per magnitudinem a, b, finitam, mouetur.

Tex. c. 61. *Sed si non sit æquale velociter, differt nihil. Sit enim in quo a, & b, spatium finitum, quod motum sit in infinito tempore, & tempus infinitum, in quo c, d. Si igitur, necesse est prius alterum altero motum esse. Hoc autem, manifestum, quod in tempore priori, & posteriori alterũ motum est. Semper enim in pluri alterum erit motum esse, siue æque velociter mutet, siue non, æque velociter mutet, & siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat nihil minus. Accipiatur igitur aliquid a, b, spatij, quod sit a, e, quod mensuret a, b. Hic itaque infinitũ quodam factum est tempore. In infinito enim, non potest esse. Omne enim in infinito est. Et iterum alterum iam si accipiamus quantum est a, e, necesse infinito tempore esse. Omne enim in infinito, & sic accipiens, quoniam infiniti quidem nulla pars, quæ mensuret. Impossibile enim infinitum esse ex finitis: & æqualibus, & inæqualibus, propter id, quod mensurantur finita multitudine, & magnitudine a, quodam vno, siue æqualia, siue, inæqualia, finita autem magnitudine nihil minus. Spatium autem tempus tantis, quæ sunt a, b, mensuratur, & infinito tempore a, b, mouetur.*

Demonstratio.

A	E	B
Pars totius.	Spatium finitum.	
C		D

Tempus infinitum.

PRobato, quod impossibile est magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito mobili moto motu regulari, probat Phylosophus, quod impossibile est pertransiri magnitudinem infinitam tempore finito mobili moto motu regulari, & sic probatur altera pars minoris, & probatur sic, vna pars magnitudinis prius pertransitur, quam alia, & in pluri tempore, pertransitus plus de magnitudine. Accipiatur igitur, aliqua, pars magnitudinis, illa pertransitur in tempore finito, & si sumatur pars, æqualis eiusdem magnitudinis, illa pertransitur, in tempore finito, cum igitur magnitudo consumatur per tales partes æquales in magnitudine, & in numero, oportet, quod tempus, in quo magnitudo pertransitur consumatur per partes finitas in magnitudine, & in numero, & siue illæ partes sint æquales secundum magnitudinem, siue vna sit maior, & alia, minor non refert, nec est cura, quantum ad propositum, dummodo illæ partes sint finitæ secundum magnitudinem, & secundum numerum. Vnde arg. istud est finitum, quod consumitur per ablationem partium finitarum secundum magnitudinẽ, & multitudinem, sed tempus, in quo pertransitus magnitudo finita, consumitur per ablationem partium finitarum secundum magnitudinem, & multitudinem, ergo tẽpus, in quo pertransitur magnitudo, finita, est finitũ mobili moto motu irregulari. Et ita patet, quod impossibile est pertransire magnitudinem finitam tempore infinito siue mobile moueatur motu regulari, siue irregulari. Vnde Commen. dicit hic, quod hæc, ratio fundatur super tribus propositionibus. Quarum prima, est, quod infinitum nõ cõponitur ex infinitis æqualibus, aut inæqualibus, &c. secunda est, quod omne finitum potest mensurari a sua parte. Tertia est, quod nullũ infinitum põt mensurari a sua parte. Quibus suppositis, Commen. format istam rationẽ in secunda figura sic. Tempus, in quo motũ pertrãsit spatium finitum potest mensurari, a sua parte, cũ sit cõpositum ex partibus finitis, licet non æqualibus, & tempus infinitum non potest mensurari a sua parte, ergo tempus, in quo motũ in æquali velocitate pertransit spatium finitum, non est infinitũ. Istã demonstrationem ponit Phylosophus in litera, & satis patet. Notanda sunt hic duo principaliter secundum Commen. primo, quod in ista demonstratione supponitur, quod pars prius pertransitur, quam totum, & hoc videtur esse falsum, quia mota vna parte, mouetur, & totum, & idem Commen. quasi respõdendo huic dubitationi, dicit, quòd Phyl. cum dicit, quod quædam partes mouentur, vel pertranseuntur ante alias partes, per partes non intendit partes rei motæ, quæ sunt subiectum motus, sed indiuiduum substantiæ motum, quod non est verum, de eo in omnibus motibus, quod quædam partes præcedunt, quasdam, ita quod quædam partes mouentur prius, quã aliæ, partes, hoc enim non est verum, nisi in qualitate, & similiter, in generatione dissimilium partium, in motu vero locali, aut augmenti non. Partes enim istius motus non sunt in toto motu, quemadmodũ totus est in toto: sed quia motus habet duplex, subiectum, scilicet, genus prædicamenti, in quo est motus, & substantiam subiectam illi generi, in quo est motus, & vtrumque dicitur esse motum. Intelligendum est hic per motum naturam subiectam motui, non indiuiduum substantiæ deferẽs, illum motum, hæc Commen. Ex his dictis possunt quatuor, notari, primo, quòd in omni motu mouetur, quædam, pars mobilis prius, quam alia, sed hoc solum est verum in motu alterationis, & in generatione rei dissimilium partium. In motu enim alterationis mouetur vna pars alterabilis ante aliam, vt patet in congelatione alicuius magnæ aquæ, quando prius congelatur vna pars, quam alia & eodem modo in calefactione aquæ, vel aeris. Similiter in generatione rei etherogeneæ, prius generatur vna pars, quam alia, patet, quia in generatione animalis prius generatur cor, quam aliæ partes, sed in motu locali & in motu augmentationis totum mobile simul mouetur, & non oportet, quod vna pars moueatur ante aliam, Si enim mobile motu locali sit continuum, tunc totum mobile, simul mouetur, & non vna pars ante aliam, vt patet quinto meta. In motu etiam augmenti non mouetur vna pars ante aliam, sed omnes simul proportionabiliter augentur. Secundo est notandum, quod duplex est subiectum motus. s. forma, secundum quam est motus, & indiuiduum substantiæ, quod est, subiectum istius formæ, primum subiectum potest dici subiectum, secundum quod aliquid se habeat aliter nunc, quã prius, sed subiectum secundum dicitur subiectũ, quod se habet aliter, quam prius. Tertio est notandum, quod vtrumque istorum subiectorum dicitur esse motũ, sed diuersimode, quia forma, secũdum, quam dicitur esse motum, scilicet per motum acquisita, scilicet indiuiduum substantiæ, dicitur esse motum, quia sibi est aliqd, de nouo acquisitum. Vnde aliquid esse motum potest esse dupliciter, vel terminatiue, vel subiectiue. Forma, secundum, quã dicitur esse motum terminatiue, sed indiuiduum substantiæ, dicitur esse motum subiectiue. Quarto est notandum, quod, cum Phylosophus dicit, quod quædam pars motus mouetur, ante aliam partem, quod Phylosophus per motum intelligit, formam secundum quam est motus, & non indiuiduum substantiæ deferens motus, quo etiam in omni motu, vniuersaliter acquiritur vna pars formæ, secundum quam est motus ante aliam, sed non in omni motu transmutatur vna pars indiuidui substantiæ ante aliam partem, & hoc notatur ex prædictis verbis. Commen. Secundo principaliter notandum est secundum Commen. quòd si motus non sit æque velox, sed irregularis hoc potest esse tripliciter, vel quia semper intenditur, vel quia semper remittitur, vel quia aliquando intenditur, & aliquando remittitur. Sed dubitandum est de illo, quod in hac demonstratione supponitur, videlicet, quod in pluri tẽpore pertransitur maior magnitudo, hoc. n. non videtur verũ de eo, quod mouetur irregulariter, quia illud, quod mouetur nõ regulariter, põt in minori tẽpore pertrãsire maiorẽ magnitudinẽ, quã prius, vel potest pertransire in maiori tẽpore, quia si moueatur velocius in vna parte tẽporis, & tardius in alia parte, potest in minori parte tẽporis, in qua mouetur velocius pertransire magnitudinẽ, quã pertransit in maiori parte, cũ mouetur tardius, ergo

Prima propositio. Secunda propositio. Tertia propositio.

Primum notandũ principale.

Primum notandũ.

Secũdum notãdum.

Tertium notãdum.

Quartum notãdum.

Secũdum notãdum principale dubiũ.

non oportet, quod in pluri tempore pertransfeatur maior magnitudo. Dicendum est, quod Phylosophus loquitur de tempore maiori, & minori, quorum vnum est pars alterius, in quo tempore totum mobile mouetur continue. Potest enim contingere, quod aliquod mobile plus pertransit in vna hora, quam in vno die, si illa hora non sit pars illius diei, sed si mobile moueatur continue per totum diem quantumcunque diuersificentur motus secundum velocitatem, & tarditatem, oporteret mobile plus pertransire in vno die, quam in vna hora illius diei.

Solutio.

Similiter, & de quiete dicendum est Quare fieri non potest, vt idem, vnumque generetur semper, vel corrumpatur.

Similiter autem, & in quiete, quare neque fieri, neq. corrumpi, possibile est semper aliquid vnum, & idem.

PRobato, quòd impossibile est magnitudinem infinitam, pertransiri tempore finito, subdit Phylosophus, dicens, quòd eodem modo est de quiete, & etiam de generatione, & corruptione. impossibile est vnum, & idem semper generari: aut semper corrumpi. Et secundum expositionem Comment. Phylosophus intelligit, quod sicut impossibile est, motum finitum esse in tempore infinito est & impossibile ita quietē infinitam esse in tempore infinito. Nam quies est priuatio motus, qui innatus est existere in quiescente. Et ideo cum motus finitus non possit esse in tempore infinito, sequitur, quod, quies finita, non possit esse in tempore infinito. Similiter, quia generatio, & corruptio sunt transmutationes finitæ, cum vtraque illarum sit inter duos terminos, & omnino transmutatio finita est in tempore finito, ideo nec generatio, nec corruptio est in tempore infinito, ergo nihil generatur, aut corrumpitur semper. Et Commen. deducit ad vnum impossibile, dicens, quod cum fuerit positum aliquid transmutari transmutatione finita in tempore infinito, tunc idem generatur, & corrumpitur simul semper, cum neutra transmutatio habeat tempus proprium, hæc Comment. Item dicit Comment. quod potentia istius declarationis, qua declaratur, quod impossibile est magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito, est communis quatuor transmutationibus, videlicet, transmutationibus in substantia, in quantitate, in qualitate, & vbi.

Eadem sane ratione probabitur fieri etiam, non posse, vt finito in tempore quicquam, aut infinitam magnitudinem transeat, siue vniformiter, siue difformiter moueatur, aut quiete infinita quiescat. Sumpta namque temporis aliqua parte, quæ totum metietur tempus, in illa partem aliquam magnitudinis: non totam magnitudinem transit. Totam enim toto in tempore transit. Et rursus in alia parte æquali, partem aliam magnitudinis transit. Et in vnaquaque simili modo, siue æquales sint primæ parti, siue etiam inæquales. Nihil enim refert, modo sit quæque finita. Patet.n. exhausto tempore infinitam magnitudinem exhaustam non fore, si ablatio fiat magnitudine, numeroque finita. Quare nō infinitam magnitudinē finito in tempore transit. Atque nihil interest altera ex parte tantum, an ex vtraque infinita, sit magnitudo. Eadem enim semper accommodabitur ratio.

Tex.c.61. *Eadem autem ratio, & quod neque in finito tempore infinitum possibile est moueri, neque quiescere, neque, quod regulariter mouetur, neque, quod irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ mouetur metietur totum tempus in hac aliquid tantum transibit magnitudinis, & non totam. In omni enim totam, & iterum, in*

A *æquali aliam, & in vno quoque similiter, siue æqualis, erit, siue inæqualis ei, quæ est a principio. Differret autem nihil, si solum sit finita aliqua vnaquæque. Manifestum enim, quod diuiso tempore infinitum non aufertur, finita diuisione facta, & quanto, & eo, quod tot modis. Quare non transibit in finito tempore infinitum. Nihil autem differt magnitudinem in altera, aut in vtraque esse infinitam. Erit enim eadem ratio.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur conuersa conclusionis præcedentis. Et est, quòd si tempus sit finitum, oportet, quòd magnitudo sit finita. Pono conclusionem sub hac forma. Impossibile est magnitudinem infinitam pertransiri tēpore finito, & hæc, est quadragesimasecunda conclusio huius libri, quæ probatur sic. Accipiatur aliqua pars illius temporis finiti, quę pars mensurat illud tempus, in illa parte illius t̄pis ꝑtransitur, aliqua pars infinitæ illius magnitudinis, & postea in tanta parte, temporis pertransitur alia pars magnitudinis finita, & sic arguendo de alijs partibus æqualibus ipsius tēporis. Cum igitur B tēpus, ex quo infinitū consumitur per acceptationē partiū æqualiū finities acceptarū, oportet ē, ꝙ ipsa magnitudo consumatur ꝑ acceptationē partiū finitarū finities acceptarum, sed omne, quod cōsumitur per acceptationē partiū finitarum finities acceptarū, est finitū, ergo illa magnitudo ꝑtransita t̄pe finito, est finita, ergo si tēpus est finitū, magnitudo est finita, igitur impossibile est magnitudinē infinitā ꝑtransiri t̄pe finito. Vnde illa rō ꝓbat, q̄d siue mobile moueatur regulariter, siue irregulariter, oportet, q̄d si tēpus sit finitū, magnitudo sit finita. Vnde ista rō differt a demonstratione ꝓcedenti, quia in ista rōne arguitur diuidendo tēpus, & in demōstratione ꝓcedenti fuit argutū diuidendo magnitudinem, vt patet intelligenti.

Quadragesimasecunda conclusio huius libri.

His demonstratis, patet neque fieri posse, vt magnitudo infinita finito in tempore transeat magnitudinem finitam causam ob eandem. In parte namque temporis finita pars transit, & in vnaquaque simili modo. Quo fit vt tota in tempore finita transeat magnitudo.

C *Demonstratis enim his: manifestum est, quod neq; finitam magnitudinem infinitum contingit transire in finito tempore propter eandem causam. In parte enim, temporis finitum transibit, & vnoquoque similiter. Quare in omni finitum.* Tex.c.62.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua determinatur de finitate, & infinitate mobilis respectu spatij, & temporis. Et continet tres particulas, quia in prima declaratur, quod mobile finitum non pōt pertransire magnitudinē infinitā in tēpore finito. In secūda ibi. [Qm̄ autē finitū] declaratur, q̄d mobile infinitū non pōt pertrāsire spatium finitū t̄pe finito. In tertia ibi [At vero neque.] declarat, quod, mobile infinitū non pōt pertransire spatiū infinitū in tēpore finito. In prima igitur particula declaratur, quod mobile finitū non potest pertransire spatiū infinitū in tempore finito. Et hæc est quadragesimatertia conclusio huius libri, quæ probatur sicut, & præcedēs sic. Si tēpus sit finitū, oportet, q̄d mobile in aliqua parte tēporis pertranseat aliquā partē magnitudinis, & iterū in tanta parte tēporis pertransibit aliquā partem, magnitudinis, & adhuc iterū in alia parte tēporis æquali pertransibit aliā partē magnitudinis. Cū igitur tēpus possit consu- D mi ꝑ acceptionē taliū partiū æqualiū finitarū quātitate, & numero, sequitur, ꝙ magnitudo possit cōsumi ꝑ acceptionē taliū partiū finitarū quantitate, & numero, & oē tale est finitū, ergo magnitudo est finita, ergo si tēpus est finitū, magnitudo est finita, & ꝑ cōsequens mobile finitū non pōt ꝑtransire spatium infinitum, seu magnitudinem infinitam in tempore finito.

Quadragesimatertia conclusio huius libri.

At vero, cum magnitudo finita nō transeat finito in tempore magnitudinem infinitā patet neq; magnitudinem infinitam longitudinem finitam, transire Nā si infinita magnitudo finitā pertranseat, & finitam infinitam transire necesse est. Nihil

enim

enim interest: utra sit ea quæ motu cietur. Vtroque nãque modo infinitã transit finita. Nã cum a, magnitudo infinita mouetur, erit aliqua pars eius finita, ut b, ceu d, c, & aliaque, atque alia rursus, & sic sempet. Quare fiet ut simul infinita per infinitam, & finita per infinitam sit mota.

Tex. c. 64. *Quoniã aũt finitũ non transibit infinitũ in finito tpe: manifestũ est, sicut neq; infinitũ finitũ, si.n. infinitũ finitum necesse est, & finitum infinitũ transire. Nihil.n. differt, quodlibet esse, quod mouetur: utrobique.n. finitũ pertransibit infinitũ. Cum.n. moueatur infinitum, in quo est a, erit aliquid ipsius secundũ b, finitum, ut c, d, et iterũ illud, & aliud, & sẽper sic, quare simul accidit infinitũ motũ esse p finitum, & finitum trãsire infinitum.*

Demonstratio.

C D A

Pars a, finita. Mobile infinitum.

Spatium finitum.

46. concl. huius lib. HAec est secunda particula secundę partis, in qua declaratur, qđ mobile in infinitum non potest pertrãsire spatiũ finitum in tpe finito, & hæc est quadragesimaquarta cõclusio huius lib. q̃ pbatur sic. Si mobile infinitũ pertrãseat spatiũ finitũ in tpe finito, ergo mobile finitũ ptransit spatiũ infinitũ in tpe finito, cõsequẽs est impossibile, ut patet ex conclusione precedenti, ergo antecedens est impossibile, & per consequens: mobile infinitũ non põt ptrãsire spatiũ infinitũ in tpe finito, cõsequẽtia prima pbatur sic. Nãq; si aliqd mouetur sup aliud, nõ solũ illud, qđ mouetur ptransit illud quiescens, supra qđ mouetur, sed ẽt illud quiescens pertransit mobile, supra quod mouetur, ita quod quiescẽs tãgit oẽs partes mobilis, secundum quas mobile applicatur quiescenti, si igitur quiescens sit finitũ, & illud, qđ mouetur supra spatium quiescentis sit infinitũ, & ille motus fiat in tpe finito, sequitur, qđ finitũ.s.spatium finitum in tpe finito ptransit infinitum, quia infinitum mobile motum supra ipsum. Vnde illa demonstratio ponitur in literis, ut patet intuenti. Sed quia non uidetur, qđ spatium quiescens pertranseat ipsum mobile, sicut supponitur in ratione, quia sic quiescens moueretur, ideo Phyl. hoc excludẽs dicit sic: vñ sic quiescens moueretur.

Nec enim fortasse fieri potest, ut aliter infinita per finitam sit mota, quam hoc pacto, ut finita transeat infinitam, uel latione pergendo per ipsam, uel metiendo. Quare cum hoc sit impossibile, infinita sane finitam pertransire non potest.

Neque enim fortassis possibile est aliter infinitũ mutare finitum, quam quod finitum transeat infinitũ, aut ita, quod feratur, aut metiatur, quare quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum.

HOc est finitũ pertransire infinitũ põt esse dupliciter, videlicet, quia uel finitũ feratur super infinitũ, ita q currat, vel moueatur sup ipsum, vel q finitũ metiatur, hoc est mensuret infinitum, sic q finitũ aliquoties sumptũ reddat infinitũ. Primo modo spatiũ quiescens non pertransit mobile motũ sup ipsum, sed secundo modo spatiũ finitũ quiescens pertransit mobile infinitum, si illud mobile moueretur supra illud spatium finitũ, quia mensuraret ipsum, p hoc, q aliquotiens sumptum reddit totũ mobile infinitũ. Nã in tpe finito, in quo mobile infinitum moueretur supra spatium finitum, spatium illud finitum applicaretur toti mobili infinito.

At uero nec infinita infinitam finito in tẽpore transit. Nam si transit, & infinita finitum sanè transibit. Inest enim in infinita finita. Prætetea, & tempore sumpto, eadem demonstratio erit.

A *At uero neque infinitum in finito tempore transibit infinitum: si enim finitum, & infinitum: inest enim infinito finitum: amplius autem, & tempore accepto eadem erit demonstratio.* Tex. c. 65.

HAec est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, q impossibile est mobile infinitum pertransire spatium infinitũ in tpe finito, & hæc est quadragesimaquinta conclusio huius lib. q̃ pbatur dupliciter, & primo sic. Si mobile infinitũ ptransiret spatiũ infinitũ in tpe finito, sequitur, q mobile infinitũ ptransiret spatiũ finitũ in tpe finito, cõsequẽs est impossibile, ut patet ex cõclusione pcedẽti, ergo & accidẽs est impossibile, ergo impossibile est mobile infinitũ trãsire spatiũ infinitũ in tpe finito, prima cõsequẽtia patet, q̃a in infinito cõcluditur finitũ: tũ illud, qđ ptrãsit spatiũ infinitũ in aliquo tpe, ptrãsit spatiũ finitũ in eodẽ tpe, uel in parte illius temporis, nunc uero quelibet pars tpis finiti est finita, & sic patet ista consequẽtia, uidelicet, mobile infinitũ ptransit spatiũ infinitũ in tpe finito, ergo mobile infinitum pertransit spatium infinitũ in tpe finito. Secundo probatur eadẽ cõclusio sic: ex quo tps est finitum, diuidatur in partes infinitas, & cum magnitudo diuidatur sicut, & tempus, oportet, quòd magnitudo, seu spatium diuidatur in partes infinitas quantitatiue, siue magnitudine, & numero & per consequens, magnitudo erit finita, ergo impossibile est, mobile infinitum pertransire magnitudinem infinitam, seu spatium infinitum in tempore finito. Quadragesimaquinta conclusio huius libri. Probatio prima. B Secunda.

Cum igitur nec infinitam finita: nec infinita finitam, nec etiam infinitam infinita finito in tempore transeat: patet neque motum infinitum in tempore fore finito. Quid enim interest motus an magnitudo sit infinitum? Nam si utrumuis fuerit infinitum, & alterum infinitum esse necesse est. Omnis enim latio est in loco.

Quoniam autem, neque finitum transibit infinitum, neque infinitum finitum, neque infinitum infinito tempore mouetur: manifestum est, quod neque motus erit infinitus infinito tempore, quid enim differt motum, aut magnitudinem infinitum facere? Necesse enim, si quodlibet infinitum alterum, & alterum infinitum esse: omnis enim loci mutatio in loco est. Tex. c. 66. C

HAec est tertia pars principalis huius cap. in qua determinatur de finitate, & infinitate motus respectu tpis, & declaratur, q motus infinitus nõ põt esse in tpe finito, & hæc est quadragesimasexta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Si motus factus in tpe finito sit infinitus, aut hoc est, quia spatiũ est infinitum, aut quia mobile est infinitũ, aut quia utrunque.s. tam spatium, quam etiam mobile est infinitum, sed nullo istorum modorum motu existente finito potest motus infinitus fieri in tempore finito, ergo, &c. maior patet minor vero probatur, quia si motus factus in tempore finito sit infinitus, quia spatium est infinitum tunc aliquod infinitum mouebitur per spatium infinitum in tempore finito, qđ est prius improbatum. Si autem motus sit infinitus, quia mobile est infinitum, tunc aliquod infinitum moueretur per spatium infinitum in tempore finito, qđ ẽt est improbatũ, si uero motus sit infinitus, quia utrunque.s. quia tã mobile, q̃ ẽt ipsum spatium est infinitum, tunc sequitur, q mobile infinitum mouebitur per spatium infinitum in tempore finito, qđ est etiam improbatum. Notandum, quod quia motus non capit diuisionem, nisi, vel ex tempore, uel ex mobili, uel ex spatio, ut patet quinto huius: ideo si tempus sit finitum, & motus sit infinitus, oportet, quod hoc sit uel propter infinitatem mobilis, uel pp infinitatem spatii, uel pp infinitatem utriusq; &c. Vnde est notandum, q Commen. mouet hic dubitationem, uidelicet, utrum sequatur, augmentum est infinitũ, ergo magnitudo est infinita. Et similiter, si alteratio est infinita alteratũ est infinitũ, sicut sequitur in motu locali. Et dicit illud esse considerandum, & dicit, quod illud non apparet, sicut in translatione, hoc est, istę consequentiæ non apparent in magnitudine, & alteratione, sicut in motu locali. Et dicit, q opinandum est, quod Phylosophus in hac declaratione uti- Quadragesimasexta conclusio huius libri. D Tex. cõ. 3. Dub. Cõ.

tur

Solutio. Tex.c.91. tur hoc nomine motum proprie.f.in loco,in fine autem huius sexti declarabit simpliciter, q est impossibile, q aliquis quatuor motuū sit infinitus præter translationem circulatē.

Cum aūt id oē moueatur, aut quiescat, qđ aptum est moueri, qñ, & ubi, & quēadmodū aptū est, ipsum profecto stans, cū stat, moueri necesse est. Nam si non mouetur, quiescit. At fieri non potest, ut ad quietē proficiscatur, id, quod quiescit.

Tex.c.67. *Quoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit, qđ aptum natum est, quando aptum est, & quo, & sic, necesse omne, quod stat, cum stat moueri, si enim non mouetur, quiescit, sed non contingit quiescere quiescens.*

Istud est quintum capitulum huius tractatus, in quo determinatur de diuisione quietis, & status, qui est motus in quiete. & continet istud capitulum duas partes principales, quia in prima determinatur de diuisione status. In secunda ibi. [Neque igitur quiescens.] determinatur de diuisione gesis. Vnde cum Phylosophus declarauit, quod nec in motu, nec B in tempore, nec in magnitudine est primum: intendit in hoc capitulo principaliter declarare, quod nec in statu, nec in gescente est primum. Prima pars continet tres particulas, quia in prima declaratur, q omne, quod stat, mouetur. In secunda ibi [Hoc autem demonstrato.] declaratur, quod omne, quod stat: stat in tempore. In tertia ibi [In quo autem tempore] declaratur, quod in statu non est dare primum statum esse. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod omne, q stat, mouetur, & hęc est quadragesimaseprima conclusio huius
47. concl. huius lib. libri, quæ probatur sic. Omne, quod innatum est moueri, aut quiescere, quando innatum est moueri, aut quiescere, & secūdum quod innatum est moueri, vel quiescere, aut mouetur, aut quiescit, sed omne, quod stat, quando stat, & secundū, qđ stat innatum est moueri, uel quiescere, sed nullum stans, quando stat, quiescit, ergo omne stans, quando stat, mouetur, & per consequens omne, quod stat, mouetur, maior huius rationis est manifesta, quia moueri, & quiescere sunt priuatiue opposita, & alterum priuatiue oppositorum semper inest subiecto, quando alterum eorum innatum est inesse subiecto, minor uero declaratur, quia stare est tendere in quietem. seu moueri ad quietem, sed quod tendit, uel mouetur ad quietem, non C quiescit, & hoc intendit Phylosophus, cum dicit, sed non contingit quiescere quiescens, hoc est quiescens illud tendens ad quietem non contingit quiescere, ergo nullum stans qn stat, quiescit. Sciendum, quod Phylosophus hic per stare intelligit tendere ad quietē. Vnde stare, & moueri sunt idem secundum subiectum, & duo secundum modum, ut postea dicet Commē.

Quo demonstrato, patet necesse esse, & in tempore stare. Omne nāque, qđ mouetur, in tempore sanè mouetur, ipsum autem stans moueri ostendimus. Quare necesse est in tempore stare. Præterea ipsum celerius, atque tardius in tempore dicimus esse. At fit, ut tardius, atque celerius stetur.

Tex.c.68. *Hoc autem demonstrato, manifestum, quòd in tempore necesse est stare, quod enim mouetur, in tempore mouetur, quod autem stat ostensum est esse, quod mouetur, quare necesse est in tempore stari.*

Tex.c.69. *Amplius autem si uelocius, & tardius in tempore dicimus: stare autem uelocius, & tardius.*

Haec est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, q omne, quod stat, stat in tempore, & hæc est quadragesima octaua conclusio
48. concl. huius lib. huius libri, quę probatur dupliciter, & primo sic. Omne, quod mouetur, mouetur in tempore, sed omne, quod stat, mouetur, ergo omne quod stat, mouetur in tempore, & quod mouetur in tempore, stat in tempore, nam moueri, & stare idem sunt subiecto, igitur omne, quod stat, stat in tempore. Amplius autem si velocius. Secundo probatur eadem conclusio sic. Omne illud, in quo reperitur velocius, & tardius est in tēpore, sed in statione reperitur velocius, & tardius, quia cōtin-
A git velocius, & tardius stare, hoc est ad quietem tendere, ergo omnis statio est in tempore, & per consequens omne, quod stat, stat in tempore. Vnde textus, quem exponit Commē. in co huius textus, stare est uelocius, & tardius habet sic. Cessatio est uelocior, & tardior.

At uero id, quod stat, stet quacunque in parte tēpore eius, in quo primo statur, necesse est. Tpe namque diuiso, si neutra in parte stat, neq; toto profecto in tempore stat. Quo fit, ut non stet idipsum, quod stat. Sin in altera, non in toto stat primo. In hoc enim per aliud stat, ut de eo, qđ mouetur antea diximus. Vt autem non est quicquam, in quo primo mouetur id, quod motu cietur, sic neque quicquā est, in quo stat id primo, quod dicimus stare. Neque enim ipsius moueri, neq; ipsius stare quicquam est primum. Sit enim id, quod primo stat a, b, literis designatum. Hoc igitur uacare B partibus impossibile est. Non est enim in eo motus, quod partibus uacat, propterea, quòd id, qđ mouetur, motum esse necesse est. Id vero, qđ stat, moueri iam demonstrauimus. Quod si diuisibile est quacunque in parte ipsius stat. Hoc enim prius ostēndimus, in quo inquam primo quippiam stat, in eius hoc parte quacunque stare. Cum igitur tempus sit id, in quo primo stat, & non indiuiduū, omne uero tempus in infinitum sit diuisibile, non est profecto id, in quo primo statur.

In quo autem tempore primo, quod stat, & statur, in quodlibet huiusmodi necesse est stari. Diuiso enim tempore siquidem in neutra partium statur, neque in toto. Quare neque utique stat, quod statur. Si uero in altera non in primo toto statum est. Secundum enim utrumq; in hoc statur, sicut dictum est, & in eo, quod mouetur Tex.c.70.
C *prius: sicut autem, quod mouetur non est: in quo. n. primo mouetur: sic utique in quo statur, quod stat. Non* Tex.c.71. *enim in ipso moueri, neque stari aliquid est primum: sit enim, in quo primo statur, in quo est a, b. Hic quidem impartibile non contingit esse. Motus enim non est in impartibili, propter id, quod motum est aliquid ipsius: qđ autem statur demonstratum est esse, quod mouetur. At uero si diuisibile: in qualibet ipsius partium statur. Hoc enim ostensum prius, quod in quo primum statur in quolibet illius statur: quoniam ergo tempus est in quo primo statur, & non athomum est: omne autem tempus in infinitum partibile: non erit, in quo primo statur.*

Demonstratio.

D A B

Sit illud in quo primo statur.

Haec est tertia particula primæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quod in statu non est primū statum esse, & hæc est quadragesimanona conclusio huius 49. concl. huius lib.
libri, quæ sic intelligitur, videlicet, quod non est dare primum tempus, in quo aliquid stat sic, quod non stetit ante illud tempus, conclusio igitur sic intellecta probatur, dupliciter, scilicet, per rationem, & per exemplum. Per rationem sic. Si esset dare primum tempus, in quo aliquid stat, oporteret, quod illud, quod stat in illo tempore, primo stetit in qualibet parte illius temporis: sed ex quo est continuum est diuisibile in infinitum, & in eo, quod est diuisibile in infinitum, non est dare primam partem, ergo non est dare primum tempus, in quo statur: nec primam partem temporis, in qua statur, ergo si est dare primū tempus, in quo statur, sequitur, quod non est dare primū tempus, in quo statur, & sic patet, q non

non est dare primum tempus, in quo statur: quia illud, quod sequitur ex suo contradictorio, est necessarium, sed ista, scilicet, non est dare primum tempus, in quo statur, sequitur ex suo contradictorio, quia sequitur, est dare primum tps, in quo statur, ergo nõ est dare primum tẽpus, in quo statur, sicut deductum est, & patet manifeste. Nam si est dare primum tps, in quo aliquid stat: oportet, quod illud stet in qualibet parte illius tpis, sed tps non habet primam partem, ideo omnem partem tpis præcedit pars: & sic hoc in infinitum, ergo non est dare primam partem tpis, nec per consequens est dare primum tps, in quo statur, ꝙ autem illud, quod stat in aliquo tẽpore primo steti in qualibet parte illius tpis, probatur, quia, aut in nulla parte stat: aut in aliqua parte stat, & in aliqua non, non est dare, ꝙ stat in nulla parte, quia tunc non stat in toto, nec stat in aliqua parte, & in aliqua non, quia tunc non stat in toto, nisi ratione partis, & per consequens non stat in aliquo tempore, primo ergo relinquitur, quod illud, qđ stat in aliquo tempore primo stat in qualibet parte illius temporis. Vnde potest fieri ratio talis. Omne, quod stat, mouetur, sed non est dare primum tempus, in quo aliquod mouetur, ergo non est dare primum tempus, in quo aliquid stat. Intelligendum, quod hoc, quod dicit Phylosophus primũ in proposito, potest dicere primitatem adæquationis, uel primitatẽ determinationis: si dicat primitatem adæquationis sic, quod est in qualibet parte alicuius temporis, & nec est ante illud tempus, nec post illud est in illo tempore primo, & isto modo bene est dare primum tps, in quo statur, quia est dare tempus adæquatum statui. Si autem dicat primitatem determinationis, sic illud est primum, ante quod no est aliquid prius duratione terminatum, aut finitum. & isto modo non est dare primum tps. nec primam partem tpis, quia omnem partem tpis præcedit aliqua pars temporis, sic intelligendo, videlicet, quod non est dare aliquam partem temporis completã, quia illam præcedat aliqua pars eiusdem temporis completa. Vnde non est dare primam partem tpis terminatam, quia quæcunque pars temporis detur, antequam illa finiatur, & terminetur, necesse est aliquam partem eius finiri, & terminari, tamen quantum ad esse, pars temporis non præcedit totũ tempus, cuius est pars. Nam quandocunque aliqua pars tpis est, tunc illud tps est, quantum tñ ad finiri, & terminari tẽpus præceditur a sua parte, & illa pars ab alia parte, & hoc in infinitum. Dico igitur, quod Phylosophus in proposito, per primũ tps intelligit primũ tps pro utraq; primitate. s. primitate adæquationis, & primitate terminationis, & sic non est dare primum tps, in quo statur, ita ꝙ in qualibet parte illius aliqd stet. & ꝙ illud tempus sit prius terminatum, & finitum quocunque alio tempore, in quo statur, bene est dare tempus primum, in quo statur primitate adæquationis, seu totaliter. Notandum secundum Commen. hic, ꝙ status, & motus sunt idem secundum subm, & duo secundum modum. Vnde Cõmentator assignat duplicem differentiam inter statum, & motum, prima differentia est, ꝙ stare dicitur respectu quietis, sed moueri dicitur respectu formæ. Alia differentia est, ꝙ stare accipitur, seu dicitur respectu habiti, sed moueri dicitur respectu non habiti, sed respectu habendi. Prima differentia patet: quoniam eadem transmutatio, quæ est ad formam, est, & ad quietem sub illa forma, & secundum ꝙ illa transmutatio est ad formam dicitur moueri, & secundum quod est ad quietem, dicitur status, & sic status, & motus sunt idem secundum subm, quia prædicantur de eodem subiecto, nam eadẽ transmutatio, & est motus, & est status, sed differunt secundum modum, quia status dicitur respectu quietis, & motus dicitur respectu formæ, & sic ista nomina, scilicet, status, & motus significant diuersa, sed denominant idem. Alia etiã differentia patet. Nam illud, quod mouetur aliquid acquisiuit, & aliquid acquiret de forma, ad quam est motus, & respectu illius, quod acquisiuit, dicitur stare, & respectu illius, quod acquiret dicitur moueri. Sic enim, in quo probato per rationẽ, quod in statu non est dare primum statum esse. Phylosophus hic declarat illud per exemplum, repetendo declarationem prædictam per exemplum sic. Sit tempus in quo primo statur a,b, certum est, quod a,b, non est indiuisibile, quia in indiuisibili nihil mouetur, & per cõsequens in indiuisibili nihil stat, ergo a,b, quod ponitur esse tempus, in quo primo statur, est diuisibile in infinitum, quia illud, in quo est motus, est diuisibile in infinitum, ergo si a,b, sit tempus, in quo primo statur, oportet, quod illud primo stet in medietate ipsius a,b, quã in toto a,b, & prius in medietate illius medietatis, quam in illa medietate, & sic in infinitum, & per consequens a,b, non est primum tempus, in quo primo statur,

Prima differentia.

Secunda differẽtia.

& sic si detur primum tempus, in quo statur, sequitur, quod illud non est primum tempus, in quo statur, ergo, &c.

Neque igitur id est, in quo primo quiescens ipsum quieuit. In eo nãque non quieuit, quod partibus uacat: quia non est in indiuiduo motus. In quo uero quiescit quippiam, in eo etiã, & mouetur. Tunc n. quiescere quippiam dicimus, quãdo, & in quo est aptũ, ut moueatur, & non mouetur.

Neque igitur quiescens, cũ primo quieuit est. In impartibili. n. non quieuit, propter quod non est motus in athomo. In quo autem quiescere, & moueri. Tunc enim dicimus quiescere, quando, & in quo aptum natum est moueri, & non mouetur quod aptum natum est. Tex.c.72.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli. in qua Phylosophus determinat de diuisione quietis, & intendit principaliter declarare, quod non est dare primum quietatum esse. Et continet tres particulas, quia in prima declaratur ꝙ omnis quies est in tempore, & sic ꝙ quies diuiditur secundum diuisionem tẽporis. In secunda ibi [Quare nullum.] probatur, qđ non dare primum quietatum esse. In tertia ibi [Qm autem omne] quia iam locutus est de motu, & de quiete: declarat per rationem quietis, ꝙ illud, quod continue mouetur, non est in eodem tpe, nec in aliqua parte temporis in eadem dispositione. s. in eodem loco, uel in eadẽ qualitate. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod omnis quies est in tempore, & hæc est quinquagesima conclusio huius libri quæ probatur dupliciter & primo sic. Omne quiescens quiescit in eo, in quo innatum est moueri, ut patet per diffinitionem quietis, sed nihil innatum est moueri, nisi in tempore, ergo nihil quiescit, nisi in tempore, & per consequens omnis quies est in tempore. Vel potest conclusio poni sub hac forma. Omne quiescens quiescit in tempore, & probatur sic Omne quiescens quiescit in illo, in quo innatum est moueri, sed omne, in quo innatum est aliquid moueri, est tempus, ergo omne quiescens quiescit in tempore.

Quinquagesima cõclusio huius libri.

Prima probatur.

Præterea tunc quiescere quippiam dicimus cũ similiter nunc sese habet, & prius, non uno quodam, sed duobus hoc minimis diuidicantes. Quare id in quo quiescit, partibus non vacabit. Quod si partibile est, tempus erit profecto, atque in quauis ipsius parte quiescet. Sic enim hoc ostẽdetur, vt & in prioribus est demonstratum.

Amplius autem id dicimus quiescere, cum similiter se habeat nunc, ut prius tanquam non uno quodam indicantes, sed duobus minimis. Quare non erit in quo quiescit impartibile, si uero partibile tempus utique erit, & in qualibet partium istarum quiescit. Eodẽ enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus. Tex.c.73.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Illud dicitur quiescere, quod se habet nunc, ut prius, nam nos non indicamus aliquid quiescere minimo, sed duobus minimis, hoc est duobus instantibus, ad minus, igitur ad quietem requiruntur duo instantia. s. unum prius, & aliud posterius, sed inter quælibet duo instantia est tps medium, ergo omne, qđ quiescit, quiescit in tempore, & per consequens quies est in tempore.

Secundo probatur.

Quare nihil erit, & in hoc primũ. Est autẽ huius hæc causa: omne, inquam, quiescere, atq; moueri in tpe. Tempus uero nullum esse primum, neque magnitudinem, neque omnino continuũ, cum omne sit diuisibile in infinitum, ut patuit.

Quare nullũ erit primũ. Huius autẽ causa est, quia quiescit quidẽ, & mouetur omne in tẽpore. Tempus autem non est primũ, neque magnitudo, neq; omnino nullum continuum. Omne. n. continuũ in infinita diuisibile.

Hæc

Haec est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quod non est dare primum quietatũ esse, & hæc est 51. cõclusio huius lib. q̃ probatur sic. Non est dare primũ mutatũ esse, nec primũ statũ esse, & hoc ideo, quia motus, & status sunt in tpe, & omne tps est diuisibile in infinitũ, & indiuisibile in infinitũ nõ est dare primũ, cũ igitur ois quies sit in tpe, sequitur, q̃ sicut non est dare primũ in motu, ꝓp hoc, q̃ motus est in tpe, ita eodem modo nõ est dare primũ quietis ꝓp hoc, quia omnis quies est in tpe, & per consequens, non est dare primũ quietatum esse. Notãdũ scd̃m Commen. hic, quod diuisibilitas temporis est causa, ut quiescens non habeat primam partem, sed in motu tempus nõ est cã cuius, uidelicet, q̃ in motu nõ est primũ, sed cã, quare in motu non est primũ, est quia motum est tale. s. non habens primum, & motum est tale, quoniam motum est continua magnitudo, cuius prioritas est impossibilis in istis rebus propter continuationem, & continuatur in istis, quia primo inuenitur in magnitudine, & propter magnitudinem inuenitur in motu, & propter motum inuenitur in tempore, tempus igitur caret primo eo, quod motus caret eo, & motus caret illo, eo quia magnitudo caret illo, hæc Commen.

51. Conclusio huius libri.

Notandũ.

Cum aũt omne qd̃ mouetur, in tpe moueatur, atq; ex quopiam in quippiã mouetur, impossibile est eo in tpe, quo per se quippiam mouetur, & non in aliquo illius ipsum in aliquo primo esse. Quiescere namque quippam est in aliquo eodem & ipsum, & partẽ ipsius quamque tempore quodam esse. Sic. n. quiescere dicimus, cũ in alio nũc, atque alio uere dicere licet ipsum in eodem, partesque ipsius esse. Quod si id est quiescere, non sic profecto, ut id, quod mutatur in aliquo sit totam ipso tẽpore primo. Est n. diuisibile tempus omne. Quare alia in parte ipsius, atque alia uere dicere licebit, in eodem, & ipsam, & quanque partẽ ipsius esse. Quod si non sit hoc pacto in aliquo, sed uno in temporis puncto, non erit in aliquo profecto tẽpore ullo, sed in temporis tantũ modo fine. In ipso uero nunc est quidẽ semper in aliquo, non tñ quiescit. In ipso namque nunc neque moueri quicquam, neque quiescere potest. Sed uerũ quidem est in ipso nunc non moueri, atque in aliquo esse. In tempore autem ut quiescens esse nõ potest, euenire enim. ut id quod fertur, quiescat.

Tex. c. 74. *Quoniam aũt omne, qd̃ mouetur in tpe, mouetur, & ex quodam in quoddã mutatur, in quo tpe scd̃m se, & nõ quo in illius aliquo possibile est tunc scd̃m aliquid esse primũ, qd̃ mouetur. Quiescere. n. est, eo q̃ in eodẽ sit tpe quodam, & ipsum, & partiũ unaqueque. Sic. n. dicimus quiescere, cũ in alio, & in alio ipsorum nunc uerũ sit dicere, q̃ in eodem, & ipsum, & partes. Si autem hoc quiescere, nõ contingit, qd̃ mutatur scd̃m aliquid esse tũ secundum primum tps. Tempus. n. diuisibile omne. Quare in alia, et alia ipsius parte uerum erit dicere, quod in eodem sit ipsum, & partes. Si. n. non sic est, sed in uno solo nunc, non erit tempus nullum secundum aliquid, sed secundũ terminũ temporis, in ipso aũt nunc est terminus, quod semper scd̃m aliquod mouens, non tamen quiescit. Neque enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc. Sed non moueri quidẽ est uerũ in ipso nunc, & esse secundum aliquid, in tempore autem non contingit esse secundum aliquid quiescens, accidit enim qd̃ fertur quiescere.*

Haec est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quòd illud, quòd continue transmutatur secundum aliquid in aliquo tempore primo, non est in illo tempore, nec in aliqua parte illius temporis secundum se totum, & secũdum omnes suas partes

A in illo eodẽ, uel in eodẽ loco, uel in eadẽ qualitate, & hæc est 52. cõclusio huius libri, q̃ cõclusio erit sic intelligenda, q̃ illud, qd̃ transmutatur in aliquo tpe primo, hoc est, in aliquo tpe adæquato, seu æquali motu scd̃m aliquid non est in illo eodẽ scd̃m numerũ in illo tpe, nec in aliqua parte illius tpis, ut si aliquid trãsmutatur scd̃m locum in aliquo tpe adæquato motui nõ est in eodẽ loco scd̃m se, & scd̃m omnes suas partes in toto illo tpe, nec in aliqua parte illius temporis, & eodẽ modo est de illo, qd̃ transmutatur scd̃m qualitatem, uel secũdum quantitatẽ, cõclusio igitur sic intellecta probatur sic. Illud, qd̃ continue per aliquod tps, uel per aliquam partem tpis est in eadem dispositione, ut in eodem loco, uel in eadem qualitate quiescit secundum illam dispositionem, quia se habet respectu illius dispositionis eodem modo, sicut prius, ergo si illud, quod mouetur, secundum aliquam dispositionem in aliquo tpe primo, esset secundum se, & scd̃m oẽs suas partes in eadẽ dispositione, sequitur, quod illud, qd̃ mouetur cõtinue secũdum aliquam dispositionem in aliquo tempore, quiesceret in eodem tempore secundum illam dispositionem, consequens est impossibile igitur, & antecedens. Circa rationem illam sic

52. Conclusio huius libri.

B procedit Phyl quia primo ponit conclusionem dicens, q̃ quia oẽ, qd̃ mouetur, mouetur in tempore, & a quodam in quoddã, impossibile est qd̃ illud, qd̃ mouetur in aliquo tẽpore primo sit secundum se, & secundum omnes suas partes in illo tẽpore, uel in aliqua parte illius temporis in eodem, idest in eadem dispositione, secundum quam mouetur. Secundum quoniam. Deinde ponit maiorem seu causam conclusionis dicẽs. Quiescens enim est in eo quod eodem modo fit. Deinde remouet dubium, quia secundum hoc posset aliquis credere, q̃ illud, quod mouetur continue, non esset in aliquo instãti in eadem dispositione. Illud remouet Phyl dicẽs, quod quamuis illud, qd̃ mouetur continue non sit in aliqua parte temporis, in quo primo mouetur & in eadem dispositione, tamen illud, quod mouetur continue, est in aliquo instanti in eadem dispositione, nec ex hoc sequitur, quod quiescit, quia in instãti, nec est motus, nec quies, & Com. dicit hic, quod hæc declaratio est communis omnibus transmutationibus, sed in motu locali est magis manifesta, quia in motu locali maxime habet esse continuitas, & ibi semper est accipere aliam, & aliam partem spatij, secundum quam mobile mouetur, sed in aliis motibus non est hoc ita manifestum, quia continuatio non est

C in eis ita manifesta. Notandum est, quod Phylosophus hic ponit tempus primum, tempus. in quo aliquid mouetur, & uerũ est, quod est dare primum tempus primitate adæquationis, sed primum tempus primitate terminationis non contingit dare, quia non est dare primum tps terminatum, quia quodlibet tempus habet partem, quæ prius terminatum, quam totum tempus, & illa pars habet aliã partem prius terminatam, & sic in infinitum. Unde Phylosophus prius demonstrauit, q̃ non est dare primum tempus esse primitate terminationis, & hic concedit primum tempus esse, primitate adæquationis. Notandum est etiam, quod illud, quod quidam dicunt, scilicet, qd̃ in alteratione manet eadem qualitas numero in toto tempore mensurante alterationem, quæ qualitas magis radicatur subiecto, uel magis participatur a subiecto, & per hoc intendit, qualitas, ut dicunt. Istud quidem dictum est expresse contra intentionem Comm. & Phylosophi hic, & eius demonstrationis, nam si eadem qualitas omnino maneat, tunc subiectum se habet eodem modo, sicut prius respectu illius qualitatis, & per consequens quiesceret subiectum sub illa qualitate, & iõ moueretur scd̃m illam, ergo idẽ subiectũ nu-

Notandũ.

Notandũ.

D mero simul moueret, & quiesceret scd̃m idẽ, q̃ est impossibile.

Zeno uero praue rõcinatur. Dicit. n. si semper oẽ quiescit aut mouetur, cu est in sibi æquali, id aũt, quod fertur est in sibi æquali spatio ĩ ipso nũc semper, inmobilẽ eam esse sagittam, quæ fertur.

Tex. c. 75. *Zeno ãt derõcinatur, et paralogizat, Si. n. sp̃ dicit, quiescit oẽ, aut mouetur, cũ sit scd̃m æquale, est ãt sẽper qd̃ fertur in ipso nunc inmobile esse sagittam, quæ fertur.*

Iste est tertius tractatus huius libri, in quo Phylosophus ponit, & soluit rões antiquorũ errãtiũ circa motũ, & cõtinet tria cap. In primo ponuntur, & soluuntur rões Zeno. ꝑ quas probauit motũ nõ esse. In secũdo ibi. [Ostẽsis ãt his] Destruit opinionẽ Democriti, qui posuit indiuisibilia moueri. In tertia ibi: [Mutatio autẽ omnis] Ostendit, quod non ois mutatio est continua, quod est contra opinionem Heracliti, q̃ posuit omnia semper moueri. Capitulum primũ cõtinet tres partes.

partes principales. In prima ponuntur, & soluuntur rationes Zenonis destruentes motum localem. In secunda ibi. [Neque igitur secundum mutationem.] ponitur, & soluitur ratio Zenonis destruens generationem, & corruptionem, & omnem motum ad formam. In tertia ibi [Item in circulo, & in sphæris] ponitur, & soluuntur rationes Zenonis destruentes motum sphæricum. Prima pars continet duas particulas, quia in prima ponitur, & soluitur una ratio sumpta ex parte instantis, per quam destruitur motus localis rectus. In secunda autem ibi [Quatuor autem sunt.] ponuntur, & soluuntur aliæ rationes destruentes motum localem rectum, quæ accipiuntur ex parte magnitudinis, & etiam reperitur ratio de instanti. Prima particula continet duas partes, quia in prima ponitur ratio sumpta de instanti. In secunda ibi.

Prima rō Zenonis. [Hoc autem falsum est.] soluitur illa ratio. Primo igitur ponitur ratio, quæ talis est. Omne, quod est in loco sibi æquali in aliqua mensura, aut mouetur in illa mensura, aut quiescit in illa mensura, sed mobile, quod ponitur continue moueri secundum locum motu recto est in quolibet instanti temporis, in quo ponitur moueri in loco sibi æquali, ergo mobile, quod ponitur continue moueri in quolibet instanti temporis, in quo ponitur continue moueri, uel mouetur, aut quiescit, sed non est dicere, quod mouetur in instanti, in quo est

B in loco sibi æquali, quia in instanti non se habet aliter quam prius respectu loci sibi æqualis in quo est, ergo mobile, quod ponitur continue moueri motu locali recto, in quolibet instanti temporis, in quo ponitur moueri quiescit, sed quod quiescit in quolibet instanti alicuius temporis, quiescit in toto illo tempore, ergo mobile, quod ponitur moueri continue in aliquo tempore motu locali recto, quiescit in toto illo tempore, & per consequens impossibile est, quod mobile moueatur motu locali recto, quia eo ipso, quod ponitur moueri, oportet, quod quiescat, & per consequens, quod nō moueatur. Et per illam rationem uoluit Zeno probare, quod sagitta, quæ apparet uelocissime moueri quiescit continue, quia in quolibet instanti temporis, in quo apparet moueri est in loco sibi equali, & per consequens quiescit.

Hoc autem est falsum. Tempus enim non ex ipsis nunc indiuisibilibus constat. Quemadmodum nec ulla alia magnitudo.

Tex.c.76. *Hoc autem falsum est: non enim componitur tempus ex ipsis nūc īdiuisibilibus: sicut nec alia magnitudo ulla.*

C Haec est secunda pars particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua soluitur prædicta ratio, & solutio consistit in hoc, quod in instanti, nec est motus, nec quies, quoniam tempus non componitur ex instantibus, sicut nec aliqua magnitudo componitur ex indiuisibilibus, & ideo si aliquid in instanti sit in loco sibi æquali, ex hoc non habetur, quod tempus quiescat, si tamen in aliquo tempore esset in loco sibi æquali, sequitur, quod tunc quiesceret. Commentator uidetur aliter soluere illam rationem. Vnde uidetur distinguere de loco, quia quidam est locus in actu, & quidam est locus in potentia, & si aliquid sit in loco sibi æquali in actu, oportet, quod quiescat, sed non oportet, quod si aliquid sit in loco sibi æquali in potentia, quod propter hoc quiescat, nunc illud, quod continue mouetur in quolibet instanti est in loco sibi in potentia, non in actu, & ideo non sequitur, quod quiescat. Et intelligo per locum in actu locum,

D in quo mobile manet per tempus, & per locum in potentia, intelligo locum, in quo mobile manet per instans tantum.

Solutio prima rationis. Alia solutio.

Quatuor aūt Zenonis de motu sunt rationes, quæ difficultatem soluentibus afferunt. At prima quidē est ea, qua motus ex eo tollitur, quia prius ad medium, quam ad finem id, quod fertur peruenire oportet, de qua distinximus antea.

Tex.c.77. *Quatuor autem sunt rationes de motu Zenonis habentes difficultatem soluentibus. Prima quidem de eo, quod non mouetur, propter hoc, quod prius in medium oportet accedere, quod fertur, quam ad finem, de qua diuisimus in prioribus rationibus.*

A Haec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit, & soluit rationes Zenonis destruentes motum localem rectum esse, quæ sumuntur ex parte magnitudinis. Et continet quinque partes, quia in prima ponitur prima ratio, in secunda ibi. [Secunda aūt rō.] Ponitur secunda rō, in tertia ibi. [Est autē hæc eadē.] Comparantur hæ duæ rōnes adinuicem, & soluuntur ambæ, in quarta ibi. [Tertia uero rō.] Ponitur, & soluitur tertia rō, in quinta ibi. [Quarta aūt est.] ponitur, & soluitur quarta rō. Dicit igitur phylosophus primo, qđ quatuor sunt rōnes Zenonis habentes difficultatē de motu, soluentibus, hoc est uolentibus eas soluere. Prima est illa. Si aliquid moueatur per aliquod spatium prius pertransit medietatem spatij, quā totū spatium, & prius pertransit medietatem medietatis, quam totam medietatem, & sic in infinitum, cum igitur non cōtingat infinita pertransire, sequitur, quod non contingit pertransire aliquod spatium, quia si aliquod spatium pertransiretur, sequitur, quod etiam infinita spatia pertransirentur tempore finito, consequens est impossibile, ergo, & antecedens.

Prima rō Zenonis

Secunda uero est ea, quæ nūcupatur Achilles: qua motus rursus ex eo tollitur, quia nunquam

B id, quod celerrime currit id consequetur, quod tardius currit. Id enim, quod persequitur eo perueniat autē necesse est, unde id quod fugit fugā arripuit. Quare tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat necesse est.

Tex.c.78. *Secunda aūt uocata Achilles. Est autem hoc, quod tardius nequaquam iungetur currens a uelocissimo. Ante enim necesse persequens ire unde mouit fugiens: quare semper ante aliquid habere necesse est tardius.*

Haec est secunda pars huius particulæ, in qua ponitur secunda ratio Zenonis, quæ propter sui difficultatem uocata est Achilles, & ratio est hæc, si contingat pertransire aliquod spatium, sequitur, quod mobile uelocissimum nunquam poterit attingere mobile tardissimum: posito, quod utrunque continue mouetur, & quod tardissimum habeat aliquid de spatio ante uelocissimum, consequens est falsum, quia sic equus uelocissimus nunquam posset attingere formicam, nec testudinem, & consequentia probatur sic: si mo-

Secunda ratio. Zenonis.

C bile tardissimum moueatur continue, & sit ante mobile uelocissimum antequam mobile uelocissimum ueniat ad locum, in quo est mobile tardissimum, oportet, quod mobile tardissimum antequam mobile uelocissimum ueniat ad eum: acquirat aliquid de spatio, quia aliter quiesceret, & antequam mobile uelocissimum ueniat ad locum quem mobile tardissimū acquisiuit, oportet, quod mobile tardissimum acquirat aliquid de spatio ultra, & sic in infinitum, & sic tardissimum semper habebit aliquid ante, & ita mobile uelocissimum nunquam attinget mobile tardissimum.

Est autem, & huius rationis eadem uis, sed hoc differt, quod magnitudinem, quæ accipiatur non in dimidia diuidit. Accidit igitur, ut tardius ipsū non attingatur ex ratione nimirum ipsa. Fit autē

D ob diuisionem, qua quidem, & antecedens ut ratio. In utrisque enim fit, ut non perueniatur ad finem magnitudine subeunt, & si non eodē modo diuisione. Sed in hac additur tanquam tragice decantatum, neque celerrimum unquā tardissimum attingere persequendo. Quare solutionem utriusque eandem esse necesse est.

Tex.c.79. *Est autē hæc eadem ratio in decidēdo in duo. Differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinē. Non quidem igitur coniungi tardius accidit ex ratione. Fit autem ad idem in duo decisio. In utrisque enim accidit non attingere ad terminum diuisa quodammodo magnitudine. Sed apponitur in hoc, quia neque uelocissimum, quod cum tragedia dictum est in persequendo tardius, quare necesse est tandem esse solutionem.*

Hæc

In quo differunt prima ratio a secunda, & in quo conueniunt.

A HÆc est tertia pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. cōparat istas rōnes adinuicē, & soluit utrāque. Et dicit primo, q̄ hæc rō secūda est quasi eadē cū rōne prima, quia vtraq; procedit ex diuisione magnitudinis, & ex vtraq; sequitur, q̄ magnitudo nō pōt pertransiri, & tamen istæ duæ rationes differunt in hoc, quia prima arguebat diuidendo spatium in duo media, sed ratio secunda arguit ex diuisione magnitudinis non diuidendo ipsam in duo media, sed diuidendo magnitudinem secundum proportionem velocis ad tardum in velocitate, & tarditate. Vnde secunda ratio non differt a prima in re, sed ratio secunda est dicta cum quadam tragedia, quæ non facit ad difficultatem, sed ad ornatum, & verborum magnificentiā. Vnde Cōm. dicit, quod istæ duæ rationes differunt in hoc, quod aliquid est consequens in una, quod nō in alia. In prima ratione similiter fuit talis consequentia, si motus sit, sequitur, ut nullum motum pertranseat aliquod spatium. Sed consequentia secundæ rationis est illa. Si motus sit sequitur, quod velocissimum nunquam attinget tardissimum, & sic istæ duæ rationes differunt quantum ad consequens in eis; eandem tamen difficultatem continent.

B Id uero, quod esset nunquam id attingi, quod antecedit: falsum est profecto, nam cum antecedit non attingit. Attamen attingitur tandem: si dabit magnitudinem finitam, id quod mouetur transire. Hæ sunt igitur duæ rationes Zenonis.

Velle autem, quod præcedens non iungatur: falsum est. Cum enim præcedit: non coniungetur, sed tamen coniungetur, si quidem dabitur transire finitam. Hæ quidem igitur rationes sunt duæ.

Solutio vtriusque rationis.

VTranque istarum soluit Phylo. soluendo rationem secundam, quia solutio istarum rōnum est eadem. Vnde ad secundam rationem dicit Phyl. q̄ dicere, q̄d præcedens. i. mobile tardū non attingeretur a velociori sequenti falsum est. Vnde est tamen, quod dum mobile tardum præcedit non attingeretur. Rationem uero primam non soluit Phyl. in sua forma, sed Cōmen. soluit eam dicens, quod mobile nō pertransit infinitas medietates in actu, sed infinitas medietates in potentia pertransit in tempore finito, & hoc non est inconueniens, & hæc solutio patet aliqualiter ex præcedentibus, & magis patebit octauo huius, cum Dei adiutorio.

C Dubium. Sed circa solutionem primæ rationis est dubium, quia quilibet idiota potest sic soluere dicendo, quod velocissimum tandem attingeret tardissimum, sed non attinget ipsum dum tardissimum præcedit. Ista enim solutio est ad conclusionem, & non ad præmissas, nec ad cōsequentiam. Ratio enim probat, quod velocissimum nunquam attinget tardissimum utroque moto continue, quia si tardissimum habeat aliquid antequam uelocissimum ueniat ad locum, in quo est tardissimum, oportet, quod tardissimum acquisiuerit locum vlteriorem, quia aliter quiesceret, & sic arguendo de illo loco antequam velocissimum perueniat ad illum locum vlteriorem, oportet, quod tardissimum aliquid acquisiuerit ante, & sic semper, & per consequens velocissimum nunquam attinget tardissimum, vnde

Solutio. ratio videtur esse insoluta. Dicendum est igitur, quod propter facilitatem solutionis Phylosophus non respondet ad

D formam, quia supponit, quod cuilibet exercitato in doctrina sua sit solutio manifesta. Et hæc est solutio, quod hæc consequentia non ualet: mobile tardum habebit aliquid ante velox mobile, antequam uelox ueniat ad locum, in quo modo est tardum, & adhuc habebit aliquid ante, & iterum habebit aliquid ante, & sic in infinitum, ergo semper habebit aliquid ante. hic est fallacia consequentis, quia sequitur econuerso, & non sic. Sequitur enim mobile tardum semper habebit aliquid ante, ergo mobile tardum infinities habebit aliquid ante & non econuerso. Vnde sicut non sequitur, hoc erit infinities, ergo erit semper, sed est fallacia consequentis, nam illud, quod durabit per aliquod tempus quantuncunque paruum durabit infinities, quia in infinitis instantibus, & tamen non durabit semper. Vnde solutio Phylosophi consistit in ista, q̄ mobile tardum non semper erit ante, q. d. non sequitur, mobile tardum infinities erit ante, ergo semper erit ante. Vnde Phylosophus non solum respondet ad conclusionem, sed etiā ad consequentiam, negando enim consequens, & concedendo antecedens, sicut apparet satis negat consequentiam, &c.

A Tertia uero est ea, quæ quiescere dicit sagittā, cum fertur: de qua paulo ante diximus. Accidit autem id ex eo, quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si non dederis: ratio continuo expirabit.

Tex. c. 80.

Tertia autem, quæ nunc dicta est: quoniam sagitta, quæ fertur stetit. Accidit autem secundum, quod accipit tempus, componi ex ipsis nunc, non dato enim hoc nō erit syllogismus.

Tertia rō Zenonis.

HAec est quarta pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur ratio tertia: quæ sumitur ab instanti, & est ratio in prima particula posita, & soluta, & est quod, quia mobile in quolibet instanti est in loco sibi æquali, ideo non mouetur, & per consequēs quiescit, ideo illud, quod apparet uelocius moueri, ut sagitta, quæ uelocius apparet moueri, quiescit. Ista ratio soluitur, sicut

Solutio dictæ rōnis.

B prius soluebatur sic, quod in instāti, nec est motus, nec quies, quia tps non componitur ex instantibus, & ideo non sequitur. Mobile in instanti temporis mensurantis motum est in loco sibi æquali, ergo tunc quiescit, quia in instanti, nec est motus, nec quies, quod patet commento octaui huius textu.

Quarta est ea, quæ de his est æqualibus molibus, quæ propter æquales alias moles æquali celeritate, partim e calce stadijs, partim econtra mouentur. Vbi fieri putat, ut duplo tempori dimidium sit æquale.

Tex. c. 81.

Quarta autem est ex his, quæ mouentur stadio, ex cōtrarietate æqualium magnitudinum iuxta æqualia. Harum quidem a fine stadij, illorum autem a medio æquali uelocitate, in quo accidere opinatur æquale tempus duplici medium.

Quarta rō Zenonis.

C HAec est quinta pars secūdæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur, & soluitur quarta ratio Zenonis. Et primo ponitur ratio. Secundo vero soluitur ibi. [Est autem deceptio.] Et in hac ratione supponitur, quod si motus sit motibus motus æque uelociter in æquali tempore illa pertranseunt æquale spatium. Ponamus igitur tres magnitudines æquales, scilicet, unam quiescentem, quæ sit a, a, a. & duas econtrario motas æquali uelocitate super illam magnitudinem quiescentem, & sit una magnitudo mota b, b, b, & alia magnitudo econtrario, magnitudo mota sit c. c, c, & incipiat magnitudo b, b, b, moueri a medio magnitudinis a, a, a, & magnitudo c, c, c, incipiat moueri ab extremo magnitudinis b, b, b, ita, quòd vtraque magnitudo mota incipiat moueri a medio magnitudinis a, a, a. & moueatur econtrario una contra aliam æquali uelocitate, certum est tunc, quod in eodem tempore, in quo magnitudo c, c, c, pertransit totam magnitudinem b, b, b, non pertransit, nisi medietatem magnitudinis a, a, a. cum igitur tempus, in quo pertransitur dupla magnitudo sit duplum ad tempus, in quo pertransitur medietas illius duplicis magnitudinis ab eodem mobili vniformiter moto in eodem tempore pertransi-

D tur tota magnitudo b, b, b, & medietas magnitudinis a, a, a, ab ipsa magnitudine c, c, c, & magnitudo b. b. b, est dupla ad medietatem magnitudinis a, a, a, sequitur, quod illud tempus erit duplum ad seipsum, & sic idem tempus respectu eiusdem erit duplum, & dimidium. Hæc igitur est ratio uidelicet, quod si motus sit idem erit dimidium, & æquale, seu æquale, & duplum, quod est impossibile. Vnde disponantur magnitudines sic, quòd extrema magnitudinum motarum iuxta ponantur in medio magnitudinis quiescentis, ut potest patere hic in margine, tunc, certum est, quod eodem tempore, in quo una magnitudo mota pertransit totam aliam magnitudinem ecōtrario motam eodem tempore non pertransit nisi medietatē magnitudinis quiescentis.

Rationis autē fallacia in existimatione illa consistit. Ea nanque quorum alterū fertur per quiescens: alterū per id quod mouetur: æqualem ma-


gni udi-

gnitudinẽ celeritate æquali transire in æquali tpe censet. Hoc autem falsum est. Sint quiescentes qui dem æquales moles aaaa. Super has aũt moueãtur moles bbbb. incipiendo a medio ipsarum moliũ a, numero & magnitudine æquales cccc. vero his æquales modo eodẽ, & æque celeres: super ipsas b, incipiẽdo a prima quæ est in medio ipsarũ a, mo tu contrario moueantur. Accidit igitur primã b, atq; c. molem simul in ipsis esse extremis, & c, qui dem vniuersas a, moles: b, vero dimidium ipsarum pertransiuisse. Quare fit, vt sit dimidium tps. Vtra que n. æquali in tempore molium vnamquamque transiuit: & insuper accidit b, per omnes, moles c, trãsiuisse. Prima namq; c, & b. moles in contrarijs sunt extremis tanto in tempore per vnamquamq; b. molium mota: quanto quanque molium a, transiuit (vt dicit) propterea, quòd vtraque æquali in tempore per a, moles est mota. Ratio igitur hæc est. Fit autem ob id: quod diximus falsum.

Tex. c. 82. *Est autem deceptio in eo, quòd hoc quidem secus motum. illud autem secus quiescens æqualem magnitudinẽ velle æquali velocitati secundum æquale fieri tempus. Hoc autem falsum est: ut sint stantes æquales magnitudines, in quibus sunt a, a, a, aliæ autẽ, in quibus ipsa b, b, b, incipientes a medio ipsorum a, quæ æquales secundũ numerum his entis, & magnitudinem. Aliæ autem in quibus ipsa e, c, c, ab vltimo æquales numero his, & magnitudinem æque veloces ipsis b. Contingit igitur primũ b, simul cum vltimo a, esse, & primũ e, secus inuicem motorum. Accidit autem ipsum c, iuxta omnia a, a, a, transire ipsum b, secus media a. Quare medium esse tempus: æquale enim vtrunque est secus vnumquodque. Simul autem accidit ipsum b, secus omnia e, transactum esse, simul enim erit primum b, & primum e, in contrarijs vltimis in æquali tempore ad vnumquodque factorum ipsorum b, b, b, quantum quidem ipsorum a, vt ait propter ambo æquali tempore secus ipsa a, fieri. Ratio quidem igitur hæc est. Accidit autem ad dictam falsitatem.*

Demonstratio.

Istæ duæ magnitudines moueantur vna contra aliam æquali velocitate.



Magnitudo quiescens.

Solutio quintæ rationis. Ista ratio soluitur sic, videlicet, quòd non oportet, quod mobilia æqualia in velocitate pertranseant æquale spatium in æquali tempore, nisi cæteris existentibus paribus vt si spatia, super quę mouentur sint quiescentia, vel ambo mota æquali velocitate & eodem modo, nunc autem vnum spatium pertrãsitum est quiescens, & aliud econtrario motum. Et ideo non est verum, quod mobilia æque velocia pertranseant in æquali tempore æqualia spatia, quia spatia super quæ fit motus non se habent vniformiter, cum vnum sit quiescens, & aliud motum, vt patet manifeste.

At vero neq; in ea mutatione, cuius termini cõ tradictoriam subeunt oppositionem impossibile, quicquam nobis eueniet. Veluti quippiam si e non

A albo in album mutatur, atque in neutro est, neque album, neque non album esse.

Neque igitur secundum mutationem in contradictione nullum erit impossibile, vt si ex non albo in album mutetur, & in neutro est. Tanquam ergo neque album erit neque non album. Tex. c. 83.

Ratio Zenonis. Hæc est secunda pars principalis huius capituli, in qua ponitur, & soluitur ratio Zenonis destruentis generationem, & corruptionem, & vniuersaliter omnem motum ad formam. Et hæc est ratio. Si generatio, vel corruptio esset, & generatio, & corruptio sunt inter esse, & nõ esse, & illud, quod transmutatur, nec est in termino a quo, nec in termino ad quem, sequeretur, quod illud, quod generatur, vel corrumpitur, nec esset, nec non esset, quod est impossibile. ergo impossibile est generationem & corruptionem esse. Et per illam rationem destruitur omnis motus ad formam, quia si aliquid moueatur ad album, oportet, quod moueatur a non albo, sed impossibile est aliquid moueri a non albo ad album, quia si aliquid

B quid moueatur a non albo in album, quia si aliquid moueatur a non albo in album, sequitur, quod illud, nec est album, nec non album, quod est impossibile.

Non enim si non totum in vtronis sit, non dicetur album, aut non album esse. Album. n. dicimus, aut non album, non quia totum, sed quia plurimis partibus sit, aut maxime præcipuis tale. Non est autem idem non esse in hoc, & non esse in hoc totũ. Similiter sese habet, & in eo, quod est & in eo, quod est, & in eo. quod haud est, atque in cæteris, quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Etenim in oppositorum quidẽ altero necessario erit, totum autem in neutro semper erit.

Non enim, si non totum in quolibet est, non dicetur album, aut non album. Album enim dicitur, aut non albũ, nõ quod totum sit huiusmodi, sed quod plures, aut magis

C *propriæ partes. Non idem autem est nõ esse in hoc, & nõ esse in in hoc totum. Similiter autem est, & in esse, & in non esse, & in alijs quæ secundum contradictionem sunt. Erit quidem ex necessitate in altero oppositorum, in neutro autem semper totum.*

Solutio dictæ rõnis. Istam rationem soluit philosophus dicens, quod ad hoc, quod aliquod totum dicatur album, non oportet, quod quelibet pars eius sit alba, sed sufficit, quod plures partes sunt albæ, vt partes principaliores, & ideo non oportet, quod illud, quod mutatur ab albo in album, nec sit album, nec non album, sed si plures partes, vt principaliores sint albæ, debet dici album. Si autem plures partes, vt principales, sint non albæ, debet dici non album.

In circulo rursus, ac sphæra, & in his omnino, quæ in seipsis mouentur, nõ euenient ipsa quiescere. In eodem. n. loco tempore quodam, vt inquiũt, & ipsa, & partes sunt. Quo fit quiescant simul, ac

D moueatur.

Similiter autem est in circulo, & in sphæra, & omnino, quæ in ipsis mouentur, quia accidit ipsa quiescere. In eodem loco secundum tempus quoddam sunt, & ipsa, & partes, quare quiescunt simul, & mouebuntur. Tex. c. 84.

Rõ Zenonis. Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ponitur, & soluitur ratio Zenonis destruẽs motum sphæricum esse. Et continet duas particulas, quia in prima ponitur ratio eius. In secunda ibi. [Quoniã quidem.] Soluitur illa ratio. In prima igitur particula huius partis ponitur talis ratio. Illud, quod secundum se totum, & secundum omnes suas partes, est in eodem loco continue, non mouetur, sed corpus sphæricũ, quod ponitur moueri, vt corpus cæleste sm se, & secundum omnes suas partes, est in eodem loco continue. ergo, corpus sphæricum, quod ponitur moueri, non mouetur, vel si mouetur, sequitur, quod simul mouetur, & quiescit.

Primo namq; partes non sunt eodem in loco tẽpore vllo. Deinde totum etiam in alium semper locum mutatur Non est enim eadem circunferẽtia, quæ ab a, & b, & c sumitur, cęterorumq́; quolibet puncto nisi vt musicus homo, & homo quia id accidit. Quare in aliam alia semper mutatur, & nũquam quiescet. Idem est modus, & in sphæra, atq; in cæteris, quæ in seipsis mouentur.

Tex. c. 85. *Primum quidem enim partes non sunt in eodem nullo tempore. Postea, & totum mutatur semper in alterũ. Non enim eadem est ab ipsa a, accepta circulatio, & quæ est ab ipso b, & c, & aliorum vnoquoque signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nequaquã quiescit. Eodem autem modo est, & in sphæra, & in alijs, quæ in seipsis mouentur.*

B

Prima solutio dictę rationis. HÆc est secunda particula huius partis, in qua phylosophus soluit rationem destruentem motum sphæricum, & primo quantum ad partes corporis sphærici. Secũdo vero quantum ad totum corpus sphæricum. Quantum igitur ad partes corporis sphęrici, dicit Phylosophus, quòd non sunt in eodem loco continuo, & hoc est manifestum, quia eadem pars cæli, quæ nunc est in oriente, iam etiam erit in occidente. Secunda solutio dictæ rationis. Sed quantum ad totum corpus sphæricum dicit, quod totum corpus sphæricum mutat locum, quia alius est circulus, qui incipit ab ipso a, puncto, & alius est circulus, qui incipit ab ipso b, puncto, vel ab ipso c, &c. Et corpus sphæricum motum quandoque est in circulo, seu in superficie terræ incipiente a b a pũcto, & quandoque est in circulo incipiente a, b, puncto, & circulus incipiens ab a, puncto, & a, b, puncto non sunt idem, nisi secundum accidens vt homo, & musicus sunt idem secundum accidens. Vnde Commen. dicit ꝙ corpus sphæricum, scilicet, corpus cæleste semper est in eodem loco secundum subiectum, sed mutat locum secundum formam, & ideo magis debet dici, ꝙ cælum mutat locum, quam, ꝙ semper sit in eodẽ loco, quia vt dicit Commen. illud, quod est idem secundum subiectum, est idem per accidens. Idem enim in rei veritate est idem secũdum formam, hæc Comm. Ex quo dicto Comm. potest hic notari, quod dummodo res habeat eandem formam, manet res eadem secundum veritatem quantumcũque materia varietur, & propter hoc eadem ratione idem homo simpliciter est primo iuuenis, & postea senex, quia habet eandem formam, quãuis materia sit variata, immo posito, quod tota materia sit variata, adhuc manet idem homo simpliciter, quia forma est eadem. Intelligendum hic secundum phylosophum, quod alius circulus est, qui incipit ab vno puncto, & alius est, qui incipit ab alio puncto. Et secundum Comm. circulus incipiens a puncto a, & circulus incipiens a puncto b, sunt diuersi circuli secundum formam, sed sunt idem circulus, secundum subiectum, & ita accepto quandoque circulo in illo sunt tot circuli secundũ formam, quot puncta possunt ibi assignari. Vnde ille circulus datus est vnus circulus secundum subiectum, & est infiniti circuli secundum formam, & secundum diffinitionem, quia si ille circulus debeat diffiniri secundum, ꝙ incipit ab a, aliam diffinitionem habebit, quam si diffiniatur secundum, quòd incipit a b. Circulus autem incipiens ab a, & circulus incipiens a b, sunt idem secundum subiectum, quia verificantur de eodem subiecto, nam ille circulus, & est circulus incipiens ab a, & est circulus incipiens a b, tamen aliam, & aliam diffinitionem haberet, si diffiniretur secundum quòd incipit ab a, & secundum quod incipit a b. Intelligendum etiam, secundum quod mihi videtur, quod illa, quæ significant diuersa, & denominant idẽ subiectum dicuntur esse diuersa secundum formam, & non secundum subiectum, sicut album, & musicum significant diuersa & denominant idem secundum subiectum, ideo dicuntur esse idem secundum subiectum, & diuersa secundum formam. Nũc vero isti termini, circulus incipiens ab a, & circulus incipiens a b, significant idem, & denominant diuersa ideo dicuntur idẽ secundum subiectum, & diuersa secundum formam. Intelligendum est, quod cum dicimus, quod cælum mutat locum secundum formam, hoc debet sic intelligi, quod cælum secundũ formam mutat locum secundum formam, verbi gratia. Accipiatur corpus cæleste, & assignetur vnus punctus, vel vna linea, a qua incipit, quæ sit a, tunc cælum, secundum quod incipit ab a, est vnum cælum secundum formam, & cælum, quod

A incipit a b, est aliud cælum secundum formam. Signetur etiã in loco, in quo est cælum, scilicet in loco terræ, vel in superficie terræ vnum punctum directe suppositum puncto a, existente in cælo, & sit c, certum est tunc, quod istud cælum secundũ formam, videlicet, cælum secundum quod incipit ab a, est in isto loco secundum formam, scilicet, c, loco, vel superficie, terræ, secundum quod incipit a c, sed statim cum puncto a, existente in cælo supponitur alius punctus in loco, vel in superficie terræ, tunc illud cælum secundum formam est in alio loco secundũ formam. Et voco illum punctum directè suppositum puncto in cælo, per quem transit linea recta protracta a puncto in cælo ad centrum terræ. Et sic patet, qualiter cælum mutat locum secundum formam: quoniam cælum secundum formam mutat locum secũdum formam. Intelligendum tamen, quod Cõmen. reprehendit hic Auicen qui posuit cælum moueri secundum situm, non secundum locum. Istud enim non est verum, quia in puncto situs nòn est motus, nam situs est ad aliquid, & illud, quod est ad aliquid, est indiuisibile, & ad indiuisibile non est motus. Quid igitur intendebat Auic cum dixit istum motum esse in positione. Si enim intendebat istum motum esse in positione, quia corpus motum transfertur de vna positione B in aliã, sic haberet dicere, quod motus localis rectus est in positione, quia quod mouetur motu locali recto, defertur de vna positione in aliam, vt patet omnibus intelligentibus. Reprehẽsio Auic.

Demonstratis autem his dicimus id, quod partibus vacat, moueri non posse, nisi per accidẽs, veluti si, corpus, vel magnitudo, in qua est moueatur. Quemadmodum si id, quod est in nauigio, latione nauigij, vel totius motu pars moueatur. Vacare autem in partibus dico, quod est indiuisibile quantitate Partium.n. motus, & inter sese differunt, & a totius etiam motu, atque in sphæra maxime differentiam ipsam quispiam intuebitur. Non.n. eadẽ erit celeritas earum partium, quę propinquæ sunt centro, & earum, quæ sunt ab eo distantes, totiusque sphæræ Quo patet non vnum omnium esse mo- C tum. Vt igitur diximus, sic ipsum, quod partibus vacat, moueri potest, vt isce, qui sedet in currente naui mouetur. Per se autem moueri non potest.

Tex. c. 86. *Ostensis autem his dicimus, quod impartibile non contingit moueri, nisi secundum accidens, vt in corpore moto, aut magnitudine, in qua est, sicut vtique erit, quãdo in naui mouetur a nauis motu, aut pars totius motus. Impartibile aũt dico, qđ est sedm quantitatẽ indiuisibile. Et namq; partium motus alij sunt secundum quod partiũ, & secundũ quod totius motus. Videbit aũt in sphæra aliquis maxime differentiam. Non.n. eadem erit velocitas eorum, quæ iuxta centrum sunt, & quæ extra, & quæ totius. Sicut non vnius existente motu. Sicut igitur dicebam, sic quidem cõtingit moueri impartibile, sicut in naue eunte. Per se autem non contingit.*

D ISTud est secundum capitulum huius tractatus, in quo declaratur, quod indiuisibile non mouetur per se, tamen per accidens potest moueri. Vnde istud capitulum continet duas partes principales. In prima narrat phyl. intentionem suam, & distinguit de mobili per accidens, vt per hoc videatur, qualiter indiuisibile potest per accidens moueri. In secunda autem ibi. [Mutatur igitur ex a, b.] declaratur, quod indiuisibile non potest per se moueri. In prima igitur parte principali huius capituli continuando se ad præcedentia dicit phylosophus. [Ostensis autem his,] scilicet, quæ superius sunt dicta dicimus, ꝙ indiuisibile non potest per se moueri, sed secundum accidens tantũ, vt moto corpore, vel magnitudine, in qua est indiuisibile, mouetur indiuisibile per accidens. His præmissis phylosophus distinguit de indiuisibili per accidens: quoniam aliquid dicitur moueri per accidens tripliciter, videlicet, aut quia mouetur in alio: cuius nec est pars, nec accidens, & isto modo homo existẽs in naui mouetur per accidens ad motum nauis. Alio modo aliquid mouetur per accidens, quia mouetur ad motum alicuius, cuius est pars, & sic pars mouetur per accidens ad motum totius. Tertio modo dicitur aliquid moueri per accidens, sicut

Aliquid mouetur per accidẽs tripliciter, & primo. Secundo. Tertio.

sicut accidens de moueri ad motum sui subiecti, & sic indiuisibile potest moueri per accidens. Et exponit de quo indiuisibili loquitur, dicens, quod loquitur de indiuisibili secundum quantitatem. & tamen prius dixit, quod pars partis mouetur per accidens ad motum totius, dicit, quod motus partis est alius a motu totius, & motus vnius partis est alius a motu alterius partis, & hoc est maxime manifestum in eo, quod mouetur circulariter. Nam ibi est manifestum, quod motus partis est alius a motu totius, & etiam, quod motus vnius partis est alius a motu alterius partis. Quod patet, nam partes centrales, i. partes iuxta centrum tardius mouentur, quam circunferentiales, quoniam partes circunferentiales in æquali tempore describunt maiorem circulum, quam partes centrales, motus etiam totius sphæræ est velocior, quam motus partium iuxta centrum, tanquam motu non existente vnius mobilis, sed non est sic in motu recto, nam in motis motu recto motus partis est æque velox, cum motu totius, & motus vnius partis est æque velox cum motu alterius partis. Vnde Commen. dicit hic, quod aliquis potest dicere, quod hoc accidit in motu circulari, quod vna pars mouetur velocius, quam alia pars, quia partes mot circulariter mouentur per se, & totum quiescit. Et dicit Commen. quod hoc non est verum: quoniam prius est declaratum, quod totum corpus sphæricum mouetur, quia mutat locum secundum formam, vt patet in capitulo præcedenti, sic igitur dictum est, quod indiuisibile non mouetur per se, sed per accidens, sicut sedens in naui mouetur per accidens ad motum nauis.

Mutetur.n.ex a, b, in b, c, siue in magnitudine ex magnitudine, siue in forma ex forma, siue ex termino in oppositum contradictorie terminum, tẽpus autem, in quo primo mutatur sit d. Igitur ipsum eo in tempore, quo mutatur, aut in a. b, aut in b, c, aut partim in hoc, partim in altero esse necesse est, omne nãque, quod mutatur, sic se habet. At aliquid ipsius in vtroque non erit, fuit enim partibile. Neque erit in b, c, erit.n. mutatum, supponitur vero mutari. Restat igitur ipsum in a, b, esse eo tẽpore, quo mutatur. Quiescet ergo. Quod enim est in eodẽ tẽpore quodam, id quiescere dicebamus.

Tex. c. 87. *Mouetur.n.ex a, b, in b, c, siue ex magnitudine in magnitudinem, siue ex specie in speciem, siue secundũ contradictionem. Tempus aũt sit in quo primo mutatur d, ergo necesse est ipsum secundum, quod mutatur tps, aut in a, b, esse, aut in b, c, aut aliquid huius in hoc aliud vero in altero. Omne.n.quod mutatur sic se habuit. In vtroque quidem igitur non erit aliquid ipsius, partibile enim vtique esset. At vero, neque in b, c, mutatum.n. erit, concessum est autem, mutari. Relinquitur igitur ipsum in a, b, esse, secundum quod mutatur tempus, quiescet ergo. In eodem enim esse per tempus quoddam quiescere est.*

Demonstratio.

A B — B. C

Terminus a quo. — Terminus ad quem.

D — Tempus in quo indiuisibile primo mutatur.

HÆc est secũda pars principalis huius capituli, in qua ostẽdit, quod indiuisibile non mouetur per se. Et continet tres particulas secundum numerum trium rationũ, quas adducit ad probandum hoc. Secundã ibi. [Amplius aũt ex his.] Tertia ibi. [Amplius autem in t pe.] Prima particula continet duas partes, quia in prima ponit vnam rationem ducentem ad impossibile. in secunda ibi. [Quare nõ contingit.] Assignat rationem suæ conclusionis. In prima igitur parte phylosophus declarat per vnam rationem, quod indiuisibile nõ mouetur per se, & hæc est 53. conclusio huius lib. quæ probatur primo sic. Si diuisibile mouetur per se, sequitur, quod indiuisibile si mouetur, mouetur, & quiescit, consequens est falsum, igitur & antecedens, igitur oppositum cõsequentis est verum, scilicet, quod indiuisibile non mouetur per se. Probatio consequentis. Nam si indiuisibile moueretur per se, aut igitur moueretur, quãdo est in termino a quo, aut quando est in termino ad quem, vel quãdo est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem, sed indiuisibile non mouetur, quãdo est in termino ad quem, quia

53. concl. huius lib. Prima, ro.

tunc mutatum est, nec mouetur, quãdo est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem, quia indiuisibile nõ habet partem, & partem. ergo si indiuisibile mouetur, oportet, quod moueatur, quando est in termino a quo. Si igitur indiuisibile moueatur in aliquo tempore, oportet, quod in toto illo tempore sit in termino a quo, sed illud, quod secundum se totum manet per tempus in eodem loco, vel in eadem forma quiescit. ergo si indiuisibile mouetur per se in aliquo tempore, sequitur, quod quiescit in eodem tempore, & sic sequitur, quod si indiuisibile mouetur per se, quod illud indiuisibile simul mouetur, & quiescit. Vnde illa ratio probat, quod indiuisibile non potest per se moueri in tempore aliquo motu, quia nec motu locali, nec aliquo alio motu.

Quare non sit, vt id, quod vacat partib. moueatu, aut omnino mutetur. Hoc tantum pacto motus ipsius esset, si tempus suis ex punctis cõstaret. Semper.n.in ipso nunc motum esset, atque mutatũ, vt moueatur quidem nunquam, semper vero sit motum. At hoc esse non posse, prius est demonstratum. Neque enim tempus ex nunc ipsis, neque linea ex punctis, neque motus ex suis momentis constat. Nam nihil aliud asserit, qui id dicit, quam motum ex hisce, quæ partibus vacant constare, perinde, atque si tempus ex nunc ipsis assereret, aut magnitudinem ex punctis constare.

Quare non contingit impartibile moueri, neque omnino mutari. Solum enim sic esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nunc est motum esse, & mutatum, quare moueri quidem nequaquam est, motum autem esse semper. Hoc autem, quod impossibile sit, ostensum est. Neque enim ex ipsis nunc tempus, neque linea ex ipsis punctis, neque motus ex momentis est. Nihil enim aliud facit hoc, dicens, aut motum ex indiuisibilibus, sicut si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis. Tex. c. 88.

HÆc est secunda pars huius particulæ, in qua phylosophus assignat causam, propter quam impossibile est indiuisibile per se moueri, & causa est ista, quia tempus, & magnitudo sunt continua, & non componuntur ex indiuisibilibus, sed si indiuisibile per se moueretur, magnitudo componeretur ex indiuisibilibus, & etiam tempus, quoniam si indiuisibile moueretur super aliquã magnitudinẽ, illud indiuisibile per consequens mensuraret magnitudinẽ, quod non esset, nisi magnitudo componeretur ex indiuisibilibus. Et si magnitudo cõponatur ex indiuisibilibus, sequitur, quod tps etiam componitur ex indiuisibilibus, & hæc est causa propter quam indiuisibile non põt per se moueri, quia magnitudo, & tempus non componũtur ex indiuisibilibus, & huius causa est, quia sunt continua.

Propterea neque punctum, neque indiuisibile quicquam moueri ex his etiam patet fieri, namq; non potest, vt id quod motu cietur, maius seipso transeat prius, quam aut per æquale, aut minus se moueatur. Quod si ita sit, patet, & punctum seipso minus, aut æquale prius transire. At cum indiuisibile sit, fieri, non potest, vt per minus antea moueatur. Per æquale ergo sibi mouebitur. Quo fit, vt ex punctis linea constet. Punctum enim transeundo sibi semper æquale, totam quam transit lineã metietur. Quod si id esse non potest, fieri quoque nequit, vt indiuisibile moueatur.

Amplius autem ex ipsis manifestum, quod neq; punctum, neque aliud indiuisibile nullum contingit moueri. Omne.n.quod mouetur, impossibile est prius maius moueri ipsius, quã, aut æquale, aut minus. Si igitur hoc manifestum, quia, & punctum minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniã autẽ indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius. Aequale ergo ipsi. Quare erit li- Tex. c. 89.

nea ex punctis, semper enim per æqualem motum omnẽ lineam puncti uni mensurabit. Si autem hoc, impossibile est, & moueri indiuisibile impossibile est.

Secunda ratio.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio declarans, ꝙ indiuisibile non mouetur per se, quæ talis est. Omne, quod mouetur, prius pertransit spatium æquale sibi, vel spatium minus se quam pertranseat spatium maius se, sed indiuisibile non potest pertransire spatium minus se, cum nihil sit minus, quam indiuisibile. si ergo indiuisibile moueatur, oporteret, quod prius pertranseat spatium æquale sibi, quam spatium maius se, sed quod est æquale indiuisibili, illud est indiuisibile. ergo, si indiuisibile mouetur per se continue, pertransit indiuisibile post indiuisibile, & consequenter in magnitudine, super quam mouetur, est continue indiuisibile post indiuisibile, & per consequens in magnitudine esset indiuisibile immediatum indiuisibili, quod est impossibile: quia secundum hoc magnitudo componeretur ex diuisibilibus. Et similiter, vt dicit, sequeretur instantia Zen. videlicet, quod illud, quod mouetur nunquam perueniret ad finem magnitudinis, quia in magnitudine sunt infinita indiuisibilia; & talia non possunt pertransiri. Sed circa hanc rationem est dubium, quoniam si ista

Dubium.

ratio valeret, sequeretur, quod indiuisibile non posset per accidens moueri, nisi magnitudo componatur ex indiuisibilibus, quia si vna magnitudo mouetur super aliam magnitudinem, si indiuisibile in magnitudine mota moueretur, oporteret, ꝙ prius pertransiret æquale sibi, quam maius se, sed æquale indiuisibili est indiuisibile. ergo si indiuisibile moueretur continue, oporteret, ꝙ indiuisibile continue pertransiret indiuisibile post indiuisibile, & per consequens in magnitudine, super quam est motus esset indiuisibile continue post indiuisibile, & per consequens in magnitudine esset indiuisibile immediatum indiuisibili. Vnde idem argumentum potest fieri de indiuisibili moto per accidens, quod fit de indiuisibile moto per se. Hæc ratio confirmatur. Si sphæra mouetur super planum, tangit planum in puncto, & sic sphæra applicatur plano, solum secundum punctum. Nam quando aliquod totum applicatur alicui secundum aliquid eius præcise illud, secundum quod applicatur, eidem commensurat se, quando existit in toto, cui se commensurat, si per se existeret, & per se moueretur. Si ergo indiuisibile per se motum continue commensuraret indiuisibile post indiuisibile, in magnitudine, super quam est motus, sequeretur, quod indiuisibile existens in sphæra, quo commensuratum per accidens ad motum sphæræ continue, commensuraret se indiuisibili post indiuisibile in magnitudine, super quam sphæra mouetur, & per consequens, si indiuisibile moueatur per accidens, sequitur, quod in magnitudine, super quam est motus, sit indiuisibile immediatum indiuisibili, sicut sequitur, si indiuisibile per se moueretur.

Confirmatio dub.

Ad illud dubium dicendum est, quod si indiuisibile per se moueretur super aliquod spatium, oporteret, quod illud spatium esset compositum ex indiuisibilibus, quod tamen non sequitur, ponendo indiuisibile moueri per accidens super aliquod spatium. Et ratio huius est ista, quia illud, quod per se mouetur, pertransit æquale sibi, & ideo si indiuisibile per se moueretur, indiuisibile sibi correspondens in spatio esset pertransibile, sed nihil pertransitur, nisi in tempore, quia si aliquid pertransiretur in instanti, illud simul esset pertransitum, & pertransiri, quod est inconueniens. Indiuisibile ergo pertransitur in tempore, sed si aliquid pertranseatur in tempore, & mobile regulariter moueatur, eius medietas pertransitur in medietate temporis, si igitur indiuisibile pertranseatur in tempore, sequitur, ꝙ indiuisibile esset diuisibile, sed omne diuisibile pertransitum in spatio est pars spatij, & habet aliud diuisibile sibi immediatum, ideo si indiuisibile per se moueretur, spatium, super quod moueretur, esset compositum ex indiuisibilibus. Vnde sequitur, indiuisibile per se mouetur. ergo indiuisibile sibi correspondens in spatio est pertransibile, & vlterius sequitur, ergo indiuisibile in spatio est pars spatij, & vlterius. ergo spatium est compositum ex indiuisibilibus. ergo a primo ad vltimum si indiuisibile per se mouetur, spatium, super quod mouetur, est compositum ex indiuisibilibus, sed hoc non sequitur, ponendo, quod indiuisibile moueatur per accidens. Vnde illa propositio, videlicet, illud, quod mouetur, prius pertransit æquale sibi, quam maius se, solum est vera de eo quod mouetur per se, nunc illud, quod mouetur per accidens, nunquam pertransit spatium æquale sibi, quia non pertransit spatium, quod mobile per se motum pertransit, & illud motum necessario est diuisibile.

Ad dub.

Insuper, si omne motu cietur in tempore, & nihil in ipso nunc mouetur, omneque tempus sit diuisibile, erit vtique tempus eo tempore minus, in quo transit id, quod mouetur æquale spatiũ sibi. Id. n. in quo mouetur, tempus erit plane, propterea, quod omne, quod mouetur in tempore motu cietur. Tempus autẽ omne diuisibile esse prius est demonstratum. Si igitur punctũ mouetur, erit aliquod tempus eo tempore minus, in quo motũ est ipsum per æquale spatium sibi. At esse non potest. In minore namq; transeat minus necesse est. Quo contingit fit, vt indiuisibile in se minus fit diuisibile, quemadmodum, & tempus in tempus. Enimuero vnice id, quod partibus vacat, atq; indiuisibile moueretur, si fieri posset, vt in ipso nunc indiuiduo quippiam moueatur. Eiusdem enim est rationis in ipso nunc moueri, & indiuisibile, quod moueri.

Amplius autem si omne in tempore mouetur in ipso nunc nihil, omne autem tempus diuisibile est, erit vtique aliquod tempus minus quodlibet eorũ, quæ mouentur, in quo mouentur, quatum ipsum motum est. Hoc quidẽ. n. erit tẽpus. in quo mouetur, propter id, quod mouetur omne in tempore. Tempus autem omne diuisibile esse ostensum est prius. Si igitur punctum mouetur, erit aliquod tẽpus minus, in quo ipsum motum est, sed impossibile est. In minori. n. necesse minus moueri. Quare erit diuisibile indiuisibile in minus, sicut, & tempus in tempus. Solummodo. n. mouebitur impartibile, & indiuisibile, si erit in ipso nũc possibile moueri athomo. Eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri, & indiuiduum aliquod moueri. Tex. c. 91.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probans, ꝙ indiuisibile non per se mouetur, & supponit primo, quod omne, quod mouetur, mouetur in tempore, & quod omne tẽpus est diuisibile, tunc arguit sic. Si omne tempus est diuisibile, ꝙ quocunque tempore dato contingit dare tempus minus, sed minus mobile in moueri tempore mouetur per aliquod spatium, quam maius mobile, si igitur indiuisibile mouetur in aliquo tempore in minori tempore posset minus mobile moueri, & per consequens esset aliquid minus, quam indiuisibile, quod est impossibile. ergo, & illud, ex quo sequitur. Intelligendum est, quod supposita eadem velocitate in minori tempore pertransit minus mobile aliquod signum in spatio, quã maius mobile, quod patet. Nam pars, & totum motum motu recto mouetur æquali velocitate, & aliqua pars mobilis, vt pars anterior mobilis, in minori tempore transit aliquod determinatum signum in spatio, quam ipsum totum, quare. &c.

Tertia ratio.

Mutatio autem nulla est infinita. E quopiam. n. in quippiam est omnis, & ea, quæ in contradictorijs, & ea, quæ in contrarijs est. Quare mutationũ quidem earum, quæ in contradictorijs sunt, affirmatio, atque negatio finis est, generationis quidẽ id, quod est, corruptionis aũt, id q̃d non est. Mutationum vero, quæ inter contraria sunt, ipsa contraria sunt extrema. Hæc enim vltima sunt mutationis, quare, & alterationis omni. Alteratio namque ex contrarijs est quibusdam. Similiter, & accretionis decretionisve. Nam accretionis quidem id est extremum, quod est magnitudinis perfectæ, quæ accommodatur naturæ finis. Decretionis vero. casus ab hoc ipso remotiove.

Mutatio autem non est, neque infinita. Omnis enim erat ex quodam in quoddam, & quæ est in contradictione, & in contrarijs, quare eorum, quæ sunt secundum contradictionem. affirmatio, & negatio terminus est, Tex. c.

est:vt generationis quidem esse:corruptionis autem non esse Eorum autem,quę sunt in cōtrarijs,contraria:hęc.n. vltima sunt mutationis : quare & alterationis oīs . Ex contrarijs enim quibusdam est alteratio. Similiter autem augmenti, & decrementi. Augmenti quidem terminus est:qui est secundum propriam naturam perfectę magnitudinis. Decrementi,qui est ab hac remotio.

ISTud est tertium capitulum huius tractatus: in quo declaratur, quòd nulla mutatio alia a motu locali circulari est infinita in duratione, & sic destruitur opinio Heracliti ponentis omnia esse in continua transmutatione. Vnde hæc continet duas partes principales, quoniam in prima declaratur, ꝙ nulla mutatio ad formā, est infinita in duratione. Vnde mutatio ad formā est omnis mutatio pręter motum localem.vt generatio, & corruptio, alteratio, augmentatio, & diminutio: in secunda ibi.[Loci autem mutatio.]declaratur, quod nullus motus localis rectus est infinitus in duratione. In prima igitur parte principali huius cap. probat phylosophus, ꝙ nulla mutatio ad formam est infinita in duratione,& hæc est quinquagesimaquarta conclusio huius libri, quæ probatur sic. Nulla mutatio, quæ est inter duos terminos, est infinita secundum durationem: sed omnis mutatio ad formam est inter duos terminos. ergo nulla mutatio ad formam est infinita in duratione:maior est manifesta: quia oīs mutatio, quæ est inter duos terminos,est finita ex vtraque parte,scilicet,ex parte initij, & ex parte finis:& per consequens nulla talis mutatio est infinita in duratione:minor vero declaratur inductiue.quoniam generatio, & corruptio sunt inter duos terminos, scilicet, inter esse,& non esse,& alteratio,& augmentatio,& diminutio sunt inter contraria. Nam alteratio est inter contraria proprie, & principaliter dicta:& augmentatio,& diminutio sunt inter cōtraria non principaliter dicta,sed sunt inter magnum,& paruum,& sufficit, ꝙ omnis motus ad formam est inter duos terminos. Intelligendum est, ꝙ contraria principaliter dicta sunt illa, quæ maxime distant sub eodem genere, & possunt inesse eidem subiecto in actu successiuo: sed non simul: cuiusmodi sunt albedo, & nigredo secundum communiter opinantes: Contraria vero non principaliter dicta sunt illa, quæ maxime distant sub eadem specie, & possunt inesse eidem, & successiue: sed non simul,cuiusmodi sunt contraria in quantitate,vt magnum,& paruum. Motus enim in quantitate est inter corporeitatem magnam,& corporeitatem paruam de genere quātitatis:nūc omnis corporeitas de genere quantitatis, cum omni corporeitate eiusdem generis sunt eiusdē speciei specialissimæ, & ideo in genere quantitatis non sunt contraria, quæ maxime distant sub eodem genere,inter quæ est motus,& hoc intelligit phylosophus in prædicamentis dicēs ꝙ quātitati nihil est contrarium, tamen in genere quantitatis sunt contraria, quæ maxime distant sub eadem specie, inter quæ est motus,& hoc vult phylosophus in quinto huius,& etiam hic. Vnde est notandum secundum Com. ꝙ omne generabile naturale habet, aliquam quantitatem naturaliter in principio generationis,& in fine,& illa quantitas habet extrema,v.g. Quoniā quantitates embrionum sunt terminatæ, videlicet, minimi embrionis, & maximi:similiter quantitates hominum sunt terminatę.s.maximi,& minimi Vnde impossibile est augeri in infinitum:aut diminui. Nam si transiret quantitatem naturalem in diminutione,& additione statim corrumperetur ens. Actu enim cuiuslibet entis perficitur per suam quantitatem,& qualitatem terminatam, sicut est dispositio in entibus accidentalibus hæc Com. Ex his apparet, ꝙ intentio Com. est,quòd in rebus naturalibus est dare maximum,& minimum.

54. concl. huius lib.

Vide pro hoc quarto tex. cō. 38.

Consimile supra com. 32.

Latio autem hoc quidem modo non erit finita. Non enim omnis est in contrarijs. Sed qm̄, quod hoc pacto est:impossibile diuisum fore,vt non contingat ipsum fore diuisum id,vt diuidatur nō pōt. Multipliciter.n.impossibile dicitur. Atq; qđ ita est impossibile secari nō possit. Et omnino qđ factum fore non potest,id fieri non contingit,& id profecto, quòd mutatum fore non potest, in id mutari nequit,in quòd mutatum fore non potest.

Tex. c. 92.

*Loci autem mutatio sic quidem non erit finita. Non enim omnis in contrarijs est,sed quoniam,quod impossibi*A*le decisum esse,eo quòd contingit decisum esse. Multipliciter enim dicitur impossibile:quòd non contingit sic impossibile decidi: neque omnino impossibile factum esse fieri,neque mutari impossibile, contingit vtique mutari,in quod impossibile est mutari.*

HÆc est secunda pars principalis huius cap in qua declaratur.ꝙ nullus motus localis rectus est infinitus in duratione,& continet duas particulas, qm̄ in prima declaratur quod dictum est. In secunda ibi.[Sed si sic.]contingit,vt narrat phylosophus,quō motus potest esse infinitus tempore. In prima igitur particula huius partis ostendit,quō nullus motus localis rectus potest esse infinitus. Istud autem non potest probari vniuersaliter de omni motu locali recto,sicut probatū est de motu ad formam, quia non omnis motus localis rectus est de contrario in contrarium,sed solum motus grauis simpliciter,& motus leuis simpliciter. Motus enim animalis non est de contrario in contrarium, quia non est inter terminos maxime distantes s̄m locum, ideo phylosophus declarat pēr aliā viam, ꝙ nullus motus localis rectus est infinitus in duratione,& hæc est quinquagesimaquinta conclusio huius libri,quę probatur sic. Si impossibile est esse transmutatum,impossibile est transmutari, sed impossibile est esse transmutatum in infinitum.ergo impossibile est transmutari in infinitum, & sic nullus motus localis rectus potest esse infinitus.

B 55. concl. huius lib.

Si igitur id, quod fertur in quippiā mutatur, & in illud sane fore mutatū potest Quare motus nō est infinitus, neque quicquam per infinitum feretur. Fieri.n non potest,vt illud vnquam pertrāseat. Patet igitur hoc pacto nullam infinitam esse mutationem, vt non sit finibus terminata.

Si ergo, quod fertur, mutatur in aliquod, & possibile est mutari,quare infinitus motus, neque fertur infinito. Impossibile est enim transire ipsum. Quod quidem igitur sic non sit infinita mutatio,vt non finiatur terminis, manifestum est. Tex. c. 93.

C HÆc ratio confirmatur, nam illud, quod fertur motu locali recto, possibile est esse mutatum in terminū, sed impossibile est esse mutatum in terminum infinitum distantem a termino,a quo incipit motus,quia talis terminus est nihil,ergo impossibile est mutari in talē terminum, & per consequens non contingit moueri motu locali recto in infinitū;

Verum considerandū est,si sic esse possit,vt vna; eademq; tempore sit infinita Nam si nō fiat vna; nihil fortitan prohibet. Veluti si alteratio fiat post lationē, & accretio post alterationē & generatio rursus post illam. Sic n.semper quidem erit tempore motus sed non vnus quia non est vnus ex vniuersis. Vt autem vnius infinitus tempore fiat præter vnum non potest,hic autem est ipsa conuersio.

Sed si sic contingit,vt tempore sit infinitus idem existentium,& vnus considerandum est. Non vno quidē.n. Tex. c. 94.

D *facto nihil fortassis prohibet, vt si post loci mutationē alteratio sit, & post alterationem augmentum, & iterum generatio, sic.n.semper quidem erit tempore motus, sed nō vnus propter id,quod non est vnus ex omnibus,vt autem fiat vnus non contingit infinitum esse tempus præter vnum. Hic autem est vnus,scilicet,circulatio.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capitulo qua phylosophus narrat,quō motus potest esse infinitus tpe, vel duratione dicens,ꝙ nihil prohibet motū esse in infinitū, ita ꝙ vnus motus fit narm post aliū motum,vt motus localis post augmentationē & augmentatio post alterationem, sed ꝙ motus vnus speciē maneat per tp̄s in infinitum,hoc non potest esse,nisi in motu locali circulari,nā solus motus localis circularis potest esse infinitus.& hoc domino concedente, in sequentibus declarabitur,quare &c.

Fibit expositio Burlæi super sexto de physico auditu.

INCIPIT EXPOSITIO eiusdem super septimo Libro.



Mne, quod mouetur, ab aliquo moueatur necesse est. Si igitur in se nō habeat principium motus, ab alio patet ipsum moueri.

Tex. com. primi.



Mne autem, quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri. Si quidem igitur, ut in ipso non habet principium motus, manifestum, quod ab altero mouetur, aliud enim erit mouens.




Hylosophus intendens determinare in septimo huius, motum esse æternum, vult in hoc B septimo determinare de motu in comparatione ad motorem; quoniam ex his declarabit motum esse æternum. Intendit enim in hoc septimo declarare, quod est deuenire ad primum motum, & ad primum motorem immobilem, & ex his sequitur, quod motus est æternus. Intelligendum secundum Com. 21. Commentatorem commento vigesimoprimo huius septimi, quod Arist. Prima qō. in septimo intendit inuestigare quatuor quæstiones, quarum prima est. Quod omne motum habet motorem, hoc est omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur. Secunda quæstio. Secunda est, quod omnia mota in loco reducuntur ad primum motum, quod mouetur a motore in ipso. Et hoc declaratur probando, quod Tertia qō. in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum. Tertia autem est, quod omnis motor est simul cum eo, quod ab eo mouetur in loco, & hoc declaratur, ubi ostenditur, quod mouens, & motum sunt simul. Quarta quæstio. Quarta vero est, vtrum omnis motus habeat proportionem cum omni motu, hoc est vtrum omnis motus sit omni motui comparabilis. Sunt igitur quatuor quæstiones, quas phylosophus inuestigat in hoc libro, prima vtrum omne motum habeat motorem. Secunda, an in mouentibus, & motis sit procedere in infinitum. Tertia est, an, C omnis motor sit simul cum moto. Quarta est, an omnis motus sit motui comparabilis. Prima quæstio mouetur, & soluitur. tractatu primo. capitulo primo. Secunda quæstio mouetur, & soluitur capitulo secundo primi tractatus. Tertia quæstio mouetur, & soluitur, tractatu secundo, capitulo primo. Quarta quæstio mouetur. & soluitur, tractatu tertio, capitulo primo. Vnde determinato de motu, quantum ad intrinseca motus, ostendendo, quid est motus, ostendendo etiam, quæ sunt eius species, & quantum ad ea, quæ extrinsecus sequuntur ad motum; ut de contrarietate, & de diuisibilitate motus, in hoc septimo incipit phylosophus perscrutari de motu per comparationem ad intrinseca motui, scilicet, in comparatione ad motores, & mobilia, & mensuram primi motus, quæ est tempus æternum. In hoc tamen libro non determinatur de æternitate motus, sed de motu per comparationem ad motorem corporeum, ostendendo, quomodo per motum contingit deuenire ad motorem immobilem, sed in libro octauo determinatur de motore incorporeo, & etiam tam de æternitate motus, quam de æternitate motoris. Continet autem tres tractatus, quoniam in primo declaratur, quod om- D ne, quod mouetur, mouetur ab alio, & quod est deuenire ad primum motum, quod mouetur a motore, in ipso soluendo duas quæstiones, scilicet an, omne, quod mouetur, moueatur ab alio, & an, sit deuenire ad motorem immobilem, &c. In secundo ibi. [Primo autem mouens:] declaratur, quod in omni motu motor, & motum sunt simul, & per hoc soluitur tertia quæstio principalis. In tertia ibi. [Dubitabit vtique aliquis.] declaratur, qui motus sunt adinuicem comparabiles, & qui non sunt adinuicem comparabiles, & per hoc soluitur quarta quæstio. Primus tractatus continet duo ca. quia primo declaratur, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio. In secundo ibi. [Quoniam autem omne, quod mouetur.] declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a motore in ipso, & hoc ostenditur declarando, quod in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum. In primo cap. huius tractatus declaratur, quod omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo alio a se mota, & continet duas partes particulares. quoniam prima pars est narratiua. Secun- A da vero declaratiua, & incipit ibi. [Amplius, quod a seipso.] declaratur quæstio principaliter hic intenta. In prima igitur parte principali huius capituli narrantur quædam, quæ valent ad principalem conclusionem probandam, vnde ista pars continet duas particulas, quia in prima præmittitur conclusio probanda, & narratur, in quibus conclusio est manifesta, quam intendit. In secunda ibi [Si autem in seipso, &c] narratur, in quibus conclusio non est manifesta. In prima igitur particula huius partis phylosophus præmittit conclusionem suam, dicens, quod omne, quod mouetur, necesse est moueri ab aliquo, idest, ab alio, vnde narrat phylosophus, in quibus est ista conclusio manifesta dicens, quod in his, quæ mouentur ab extrinseco, cuius sunt illa, quæ mouentur per violentiam, est manifestum, quod illud, quod mouetur ab alio, mouetur: quoniam manifestum est, quod proijciens sursum lapidem, est aliud a lapide moto, & motus lapidis a baculo, & baculus a manu, & manus ab alio, quam a se mota. Intelligendum est hic, quod quamuis illa propositio sit de se manifesta, videlicet, omne, quod mouetur ab extrinseco, mouetur ab alio: tamen non est manifestum de omni eo, quod mouetur ab ex- B trinseco, quod mouetur ab alio, quia proiectum, cessante primo proijciente, mouetur ab alio, & tamen non est per se manifestum a quo mouetur, quando primo proijciente corrupto, potest proiectum moueri, & non est manifestum a quo tunc mouetur, quia planum est, quod, primo proijciente corrupto, proiectum non mouetur ab illo, cum omne mouens sit in actu, & corruptum non est in actu: ideo aliqui credunt, quod proiectum, primo proijciente cessante, mouetur ab aliqua uirtute derelicta in eo a primo proijciente, & sic, quod mouetur ab extrinseco, & ita de multis alijs motis ab extrinseco, de quibus non est manifestum, an moueantur a seipsis, vel ab alio, & ita patet, quod quamuis illa propositio sit per se manifesta, omne, quod mouetur, ab extrinseco, mouetur ab alio, non tamen de quolibet, quod mouetur ab extrinseco, est manifestum, quod mouetur ab alio. Vnde est manifestum, quod vniuersalis potest esse nota, & multæ eius singulares ignotæ, quoniam potest aliquid sciri in vniuersali, & ignorari in particulari, vt patet septimo topico. & secundo priorum. Exemplum huius potest poni in alijs, quoniam ista propositio est de se manifesta, scilicet, omne necessarium est verum, non tamen de omni necessario est per se notum, quod ipsum est ve- C rum. Multæ enim conclusiones sunt necessariæ, quæ non omnibus sunt notæ, sed solum paucis, vel nullis, & tamen vniuersalis est nota.

Si in se habeat, accipiatur ipsum, a, b, quod quidem moueatur non ex eo, quia quid sui cietur. Primum igitur a, b, putare a se moueri, quia, & totum ab externo nullo mouetur, simile est, atque si quis cum ipsum d, g, mouet ipsum g, f, simulq; cum eo mouetur ipsum d, g, f, a seipso moueri putaret, quia non perspicit, vtrum ab vtroque moueatur, vtrum d, g a g, f, an g, f, ab ipso d, g.

Si autem in seipso accipiatur a, b, quod moueatur secundum se, sed non quo horum huiusmodi aliquid moueatur. Primum quidem igitur opinari a, b, a seipso moueri propter id, quod totum mouetur, & a nullo exteriorum D *simile est, sicut si quis ipso d, e, mouente d, z, & ipso moto opinetur d, e, z, a seipso moueri propter id, quod non videtur, vtrum ab vtroque moueatur, ut vtrum d, e, ab e, z, aut e, z, a, d, e.*

Demonstratio.



Mobile a seipso primo.

Mobile cuius una pars mouet alteram.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, in quibus conclusio hic intenta non est manifesta. Et intendit hic phylosophus dicere, quod in illis, quæ habent in se principium sui motus non est manifestum, utrum, moueantur primo a seipsis.

sis, vel ab aliis. Vnde de habentibus principium sui motus intrinsecum videtur, quod non moueantur ab alio, quia nō mouentur ex moto extrinseco, sed solum ab intrinseco. Illud enim est, quod mouet aliquos ad dicendum, quòd aliquid mouetur non ab alio, quia non mouetur a motore extrinseco. Si autem a se &c. hoc motiuum remouet phylosophus, quia non est sufficiens. Non enim sequitur, si non moueatur a principio extrinseco, ergo non mouetur ab alio. Vnde phylosophus remouendo illud dubium accipit mobile a, b, cui contingit moueri ex se, & primo non ex eo, quod aliqua eius pars moueatur, tunc opinari, quòd a b, mouetur a seipso propter hoc, quòd totum mouetur, & non mouetur a motore extrinseco, simile est, & opinari, quod mobile, cuius vna pars continue mouet aliam, mouetur a seipso primo, quia nescitur, quæ pars sit mouens, & quæ mota, vt si mobile c, d, e, mouetur propter hoc, quòd vna pars eius, quæ est c, d, moueat aliam partem, quæ est d, e, opus est ... quæ pars est mouens, & quæ mota, & propter hoc existimatur, quòd totum c, d, e, moueatur a seipso primo: cum igitur totum, cuius vna pars mouet aliam, non mouetur a seipso primo, sequitur, quòd totum, cui contingit moueri secundum se, & primo non mouetur a seipso primo, etiam si non mouetur ab extrinseco. Vnde tale totum est primum motum, quia non mouetur ex eo, quod eius pars quantitatiua mouetur, sed non est primum mouens: ideo forma eius, quæ non est pars eius quantitatiua est primum mouens, & totum quantitatiuum est primum motum.

Primum notan. Notanda sunt hic tria. Primo est notandum, quòd quantum ad hoc, quod est moueri ab alio, simile est de toto, quod mouetur primo, & secundum se mouetur, & non ab extrinseco, & de toto, quod non mouetur primo, sed ex eo, quòd vna pars quantitatiua mouet aliam: quoniam vtrumque horum mouetur ab alio, scilicet, ab aliquo intrinseco, & non extrinseco, quia a parte, quantum tamen ad hoc, quod est moueri a principio extrinseco est dissimile, quia vnum istorum terminorum, scilicet, a, b, c, quod est primo, & secundum se totum motum, non mouetur a parte sua quantitatiua, sed qualitatiua, vt corpus animatum, quod mouetur ab anima, & totum, quod mouetur secundum partem, & non primo, vt c, d, a, quod mouetur a sua parte quantitatiua, quia mouetur ex hoc, quia vna eius pars quantitatiua mouet aliam.

Secūdum notan. Secundo est notandum, quòd est quædam diuisio motorum, quam hic tangit phylosophus, scilicet, quòd motorum quoddam est, quòd non habet in seipso principium sui motus, & quoddam, quod habet in seipso principium sui motus, & habentium in se principium sui motus, quoddam est per se motum, non primo, sed ratione partis, & quoddam est motum per se, & primo, illud potest vlterius diuidi secundum imaginationem sic. Motum per se, & primo quoddam mouetur ab alio, & quoddam mouetur a seipso primo, & tale motum est solum secundum imaginationem, & non secundum veritatem, vt probat hic phylosophus ex intentione quorundam, vt videbitur postea.

Tertium notan. Tertio est notandum, quod per motum ab intrinseco secundum partem duo possumus intelligere, scilicet, vel motum, cuius vna pars mouet se, & mouet totum, vt patet de corde, quod mouet se, & mouet totum animal, vel potest per motum ab intrinseco secundum partem intelligi motum, cuius vna pars mouetur, & alia quiescit, & quicquid videlicet, intelligitur per motum, secundum partem, mouetur secundum accidens, vt secundum accidens opponitur ei, quod est secundum se, & primo. Vnde phylosophus in proposito per se intendit primum, seu primo, vnde concludit, cum dicit non igitur mouetur per se, a, b, subiungit dicens. Sed concessum est per seipsum moueri primum. Sic igitur est dicendum, quòd illud, quod mouetur ab intrinseco secundum partem mouetur secundum accidens, vt secundum accidens opponitur ei, quod est primo, & per se, & hoc vult Commen. Illud enim, quod mouetur secundum totum, quia pars eius mouet totum, mouetur per accidens, vt motus totius corporis animalis per motum caloris animalis, aut musculorum, hæc Comment. Et si dicitur, quòd illa quæ mouentur secundum partem, mouentur per se. Dico, quod ly per se si accipiatur pro primo moueri, sic motum secundum partem non mouetur per se, sed si ly per se accipiatur secundum quòd opponitur ei, quod est ab extrinseco, ita quod omne illud, quod mouetur ab intrinseco, dicatur per se moueri, sic est dicendum: quod illud quod mouetur secundum partem, mouetur per se, & tamen mouetur per accidens, secūdum quod per accidens opponitur ei, quod est primo, & sic quod mouetur secundum partem vno modo mouetur per se, alio modo mouetur per accidens, non tamen proni per se, & per accidens opponuntur.

Deinde quod a seipso mouetur id, nunquam ex eo moueri desinet, quia aliquid aliud stetit, moueriq; cessauit. Igitur si quid ex eo moueri desinit, qui quippiam aliud stetit id ab alio moueatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne, quod mouetur, ab aliquo moueatur necesse est. Cum enim ipsum a, b, moueri sit sumptum, diuisibile erit profecto. Omne namque, quod mouetur diuisibile est. Sit igitur diuisum in c. Igitur b, c, quiescente, & ipsum a, b, quiescat necesse est.

Amplius, quod a seipso mouetur, nullo modo pausabit, cum mouetur, in stando aliquid alterum, quod mouetur. Necesse est ergo, si aliquid pausat, quod mouetur in stando aliquid alterum, hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto, necesse est omne, quod mouetur, cum sit diuisibile moueri ab aliquo. Quoniam enim accepto, a, b, quod mouetur diuisibile erit. Diuidatur igitur in c. Necesse igitur b, c, quiescente, quiescere, & a, b. Tex. cō. 2.

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, & est declaratiua, in qua declaratur prima conclusio huius septimi libri, scilicet, quòd omne, quod mouetur ab alio mouetur: hæc autem pars continet duas particulas, quia in prima declaratur prædicta conclusio per rationem ostensiuam. In secunda ibi. [Si enim non.] ostenditur per rationem ducentem ad impossibile vnam propositionem acceptam in probatione principalis conclusionis, scilicet, quod omne motum diuisibile quiescit, quiescente parte sua, vel probat, quòd nihil mouetur a seipso. In prima igitur particula huius partis phylosophus intendit talem rationem. Omne, quod mouetur ab extrinseco, mouetur ab alio, & omne, quod mouetur ab intrinseco mouetur ab alio, sed quod mouetur, mouetur ab extrinseco, vel intrinseco, ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur, minor huius rationis est de se manifesta per sufficientem diuisionem, & primam partem maioris non probat hic phylosophus, quia in parte præcedenti posuit aliam, tanquam omnibus manifestam scilicet, quòd omne quod mouetur ab extrinseco, mouetur ab alio. hæc enim propositio est de se nota, quamuis qualibet eius singularis non sit omnibus nota, vt patet ex dictis in parte præcedenti. Secundam vero partem probat phylosophus, scilicet, quod omne, quod mouetur, mouetur ab intrinseco, seu a seipso mouetur ab alio, & arguit in primo modo secūdæ figuræ, & hoc sic nullum, quod mouetur a se, vere quiescit, altero quiescente, sed omne quod mouetur quiescit, aliquo alio quiescente, ergo nullum, quod mouetur mouetur a se, & per consequens, illud, quod mouetur, mouetur ab intrinseco, seu a se, mouetur, seu ab alio, maiorem huius rationis non probat phylosophus, sed eam supponit tanquam manifestam: quoniam notis terminis manifestum est cuilibet, quòd illud, quod competit alicui secundum se, non remouetur a seipso, & si remoueatur a quocunque alio: ideo phylosophus solum narrando ponit maiorem, dicens, quòd omne, quod mouetur a seipso, nullo modo pausabit, dum mouetur, idest, quiescit a motu, a quo mouetur in stando, idest, in quiescendo, aut in faciendo quietem ad alterum, quod mouetur, hoc est ad quietem alicuius alterius. Quod enim conuenit alicui per se, non remouetur ab eo, quamuis remoueatur a quocunque altero. Et ex hac maiori, scilicet, quod, omne, quod mouetur a se, non quiescit, aliquo altero quiescente, infert, quod si aliquid, quod mouetur, quiescit ad quietem alterius, quòd illud mouetur ab alio. quoniam enim minorem illius rationis, scilicet, quòd omne, quod mouetur, quiescit aliquo altero quiescente, quæ est prima conclusio de annexis, declarat phylosophus sic. Omne motum diuisibile, quiescit altero quiescente, sed omne, quod mouetur est motum diuisibile. ergo omne, quod mouetur, quiescit altero quiescente, & per consequens, omne motum ab intrinseco diuisibile quiescit, altero quiescente minorem huius pro syllogismi supponit phylosophus tanquam prius ostensam: quoniam sexto huius est ostensum, quòd omne motum est diuisibile, sed maior, videlicet, quod omne motum diuisibile quiescit ad quietem alterius, declaratur per hoc, quod omne motum diuisibile, quiescit parte quiescente, sed

Marginal notes: 1. conclus. huius lib. — Prima cōclusio de annexis.

te, sed pars est altera a toto. ergo omne motum diuisibile quiescit altero quiescente: antecedens patet, quia accipiatur motum diuisibile, & sit a, b, & diuidatur in a, b, c, tunc quiescente b, c, necesse est a, b, quiescere, & sic quiescente parte, necesse est totum quiescere.

Quod si non quiescat, mente sumatur moueri b, c, igitur quiescente a, c, mouetur. Non ergo per se mouetur ipsum a, b. At per se primo moueri supponebatur. Patet igitur b, c, quiescente, & a, b, quiescere, ac tunc cessare moueri. At si quid ex eo moueri desinit, quia quiescit aliud, id ab alio plane mouetur. Patet igitur omne, quod mouetur, ab aliquo motum cieri. Omne enim quod mouetur: est (vt patuit) diuisibile: parteq; quiescente, & totum ipsum quiescet.

B *Si enim non accipiatur moueri b, c, igitur quiescente mouebitur vtique b, a. Non ergo mouetur per se a, b, sed concessum est per seipsum moueri primum. Manifestum igitur, quòd b, c, quiescente, quiescit & b, a, & tunc pausabit, quod mouetur. Sed si aliquid in quiescendo aliud stat, pausat moueri, hoc ab altero mouetur, manifestum est igitur, quod omne, quod mouetur ab aliquo mouetur. Diuisibile enim est omne, quod mouetur, & parte quiescente quiescit totum.*

Secunda conclusio de annexis.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua phyl. probat per rationem ducentem ad impossibile: quòd omne motũ diuisibile quiescit, parte quiescente. ex quo sequitur, quod nihil mouetur a seipso, & hæc est secunda conclusio de annexis, ex qua sequitur, quod nihil mouetur a seipso. Et quia totus sermo sumitur hic ab illo loco. Si autem a seipso &c. vsque huc est de moto secundum se primum, quod habet in se principium sui motus: licet nõ semper hæc exprimat propter prolixitatem inculcationis fastidiũ euitandum. probat, quòd, omne tale motum diuisibile quiescit ad quietem partis accipiendo contradictorium huius, cum quodam necessario, deducendo ad conclusionem impossibilẽ: & tunc ex impossibilitate conclusionis, cum necessitate propositionis, necessario coassumptæ, concludit impossibilitatem cõtradictorij propositionis probandæ: & per hoc patet veritas conclusionis hic probandæ: quoniam, si vnum contradictoriũ sit impossibile, reliquum est necessarium, & iste est modus demonstrationis ad impossibile, videlicet, sumere contradictoriũ propositionis probandæ, & ex illo cum necessario coassumpto deducere ad impossibile, & ex impossibilitate illius conclusionis cum veritate propositionis necessario coassumpto concludere impossibilitatem hypothesis, idest, contradictorij conclusionis probandæ. Accipit igitur phylosophus oppositum conclusionis probandæ ex dictis ab aduersarijs, scilicet, primum motum secundum se diuisibile a, b, non quiescente b, c, parte eius quiescente: sed moueri secundum aliquam eius partem, scilicet, secundum c, a. Ex quo concludit a, b, non moueri secũdum seipsum primo, & ex hac hypothesi data ponente a, b, moueri secundum seipsum primum, sequitur oppositum primi C principij, scilicet, remotio eiusdem a se, scilicet, motum secundum seipsum primum non esse motum secundum seipsum primum. Vnde potest formari syllogismus ad impossibile sic. omne motum habens in se principium sui motus, quod mouetur solum secundum aliquid sui non est primum motum secundũ se. sed a, b, c, quod est primum motum secundum se est motum habens principium sui motus, quod mouetur solum secundũ aliquid sui, videlicet c, a, ergo a, b, c, non est primum motum secundum seipsum, & a, b, c, est habens in se principium sui motus motum secundum seipsum primum ergo motum secundum seipsum primum non est motum secundum seipsum primum. Vnde arguit in tertia figura sic a, b, c, non est motum secundũ seipsum & a, b, c, est motum secundum primum. ergo motum secundum seipsum primum non est motũ secundum seipsum D primum. Hæc conclusio est impossibilis, & minor est vera per hypothesim, scilicet, a, b, c, est motum secundum seipsum primum, igitur. maior est impossibilis, videlicet a, b, c, nõ est motum secundum seipsum primum. ergo altera præmissarum,

Syllogismus ad impossibile.

A ex qua illa sequitur, est falsa, vel impossibilis, & hæc est vera, scilicet, omne motum habẽs in se principium sui motus, quod mouetur solum secundum aliquid sui, non est primum motũ secundum se, ergo reliqua præmissarum est falsa, & impossibilis, scilicet, a, b, c, est primum motum secundum se, cum solum mouetur secundum aliquid sui. ergo necesse est, quòd si a, b, c, sit primum motum per se, quòd non moueatur solum secundum aliquid sui. non igitur poterit moueri secundum se totum primum, parte quiescente. Quod autem illud, quod mouet solum secundum aliquid sui, & illud, quod mouetur, parte quiescente, non sit primum motum ex se, apparet ex hoc, quia tale motum solum mouetur ratione suæ partis motæ, quę pars secundum se mouetur. Manifestum igitur est, quòd b, c, quiescente quiescit a, b, c, sed omne, quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab altero. ergo, omne motum secundum se primo mouetur ab alio. Et ex hoc arguitur vlterius concludendo conclusionem principalem, sic. Omne motum secundum se primo mouetur ab alio, & omne motum secundum aliquid sui mouetur ab alio: & omne motum ab intrinseco est primum motum, vel motum secundum aliquid sui. ergo omne motũ B ab intrinseco mouetur ab alio: & omne motum ab extrinseco mouetur ab alio. ergo omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Quod autem omne motum ab extrinseco secundum aliquid sui moueatur ab alio patet hoc: quia quod mouetur ab intrinseco, secundum aliquid sui mouetur a parte sua siue ab eodem, a quo mouetur sua pars, & sic mouetur ab alio, & ita secundum seriem textus probatur perfectè conclusio principalis, videlicet, omne quod mouetur: mouetur ab alio. Si autem non est, hæc potest poni vna conclusio annexa conclusioni principali, vel potest poni vna conclusio de principalibus conclusionibus, videlicet, quòd nihil mouetur a seipso primo, & secundum hoc, hæc est tertia conclusio de annexis: si ponatur vna de annexis, & probatur per impossibile: quia si detur, quòd aliquid, vt a, b, mouetur a seipso primo. ergo cum a, b, sit diuisibile: oportet, quòd a, b, quiescat ad quietem suæ partis: sed nihil, quod quiescit ad quietem alterius mouetur a se primo, & positum est, quòd a, b, mouetur a se primo. ergo, quod mouetur a se primo non mouetur a se primo. hæc conclusio est impossibilis. ergo ista est necessaria: nihil, quod quiescit ad quietem alterius mouetur a seipso primo igitur ista est impossibilis a, b, mouetur a se primo, & sic arguendum est de quocunque moto, & sic est hæc impossibilis, aliquid mouetur a se, per consequens sua contradictoria est necessaria, scilicet, nihil mouetur a se primo, & hanc conclusionem negatiuam intendit phylosophus dicens, non mouetur: igitur per se a, b, illud, quod a se primo mouetur: sed concessum est per seipsum moueri primo. Intelligendum, quòd phylosophus habet pro impossibili aliquid per seipsum primo esse motum: vt patet in textu. Cuius intellectus est, quod nihil primo est motum per seipsum siue a seipso. Vnde in proposito perseitas refertur ad mouens seipsum primum: ita quòd, idem per se sit primum mouens, & motum. Vnde hæc conclusio negatiua: nihil potest moueri a seipso potest probari sic. Nihil, quod mouetur ab extrinseco, mouetur a seipso primo: sed omne quod mouetur: mouetur ab intrinseco, vel extrinseco, ergo nihil, quod mouetur: mouetur a se primo. Prima pars maioris patet de se. sed pars secunda: videlicet, nihil quod mouetur ab intrinseco mouetur a se primo. probatur per rationem ducentem ad impossibile sic, ponatur aliquid motum a principio intrinseco moueri a seipso vt a, b. Illud a, b, quiescit ad quietem illius partis. igitur non mouetur a se primo. conclusio est impossibilis, & altera præmissarum est necessaria, scilicet, quòd a, b, quiescit ad quietem partis. D ergo reliqua præmissarum est impossibilis, scilicet, a, b, mouetur a se primo, & sic contingit arguere de quolibet alio moto a principio intrinseco. per consequens nihil, quod mouetur a principio intrinseco, mouetur a seipso primo. Sed circa illam conclusionem negatiuam est intelligendũ, & videndum, quid phylosophus intelligit per se, & quid per primũ. Vnde est intelligendum, quòd per se accipitur primo pro causa præcisa, quæ sic describitur in lib. Posteriorum. Per se est, cui alterum per ipsum, & ipsi non per alterum: vnde aliquid dicitur alicui inesse, primo, quod inest ei per se excludens, quodcunq; aliud in ratione causæ, & sic accipitur secundum se. Quinto meta. cap. de secundum se, vbi in fine capituli phylosophus dicit sic. Amplius secundum se dicitur, cuius non est aliqua causa, & sic, quòd intelligat per se. Circa secundum, scilicet, quid intelligit per primum motum dico, quòd intelligit illud, quod mouetur secundum quamlibet eius partem: vnde intelligendum est, quòd per primum motum possunt quatuor intelligi, scilicet, primum mobile, quod semper, & virtualiter mouetur, aut

Tertia cõclusio de annexis.

Quid intelligatur per se.

Quid intelligitur per primũ motum.

motum

motum minimum, quo minus non potest per se moueri, & hoc intelligit hic Commen. per primum. Alio intelligitur per primum motum illud, quod mouetur secundum quamlibet eius partem, & sic accipitur ab Arist. quinto huius. Tertio uero modo potest accipi pro eo, quod est primum motum, secundum tempus in uia generationis: quod quidem primum secundum tempus mouetur: & ipso moto alia mouentur secundum ordinem, & ita cor, vel aliqua pars cordis est primum motum in motu animalis progressiuo: & primum motum quo libetcunque accipiatur mouetur ab alio: quia primum motum, quod virtualiter mouetur, mouetur ab alio: quia a motore immobili & indiuisibili, ut probatur 8. physi. Similiter primum motum, quod est minimum motum: quia motum minimum est homogeneum vnius naturæ in toto, & in omni sua parte: ideo si motum minimum mouetur a se: oportet, quod qualibet eius pars moueatur a se, & sic totum mouetur a qualibet eius parte, tanquam a motore particulari, & ita, quod nullum motum minimum mouetur a se, tanquam a causa præcisa. quia quodlibet motum minimum mouetur ab alio, vt a sua parte. Vnde potest argui sic. Motum minimum mouetur a se aut ab alio. si ab alio hr̃ propositum. Si vero mouetur a se, mouetur a sua parte, cum sit eiusdem naturæ in toto, & qualibet sua parte, & sic tale minimum non mouet se per se, tanquam a causa præcisa: quia moueri totius dependet a moueri partium. Si autem per motum primum intelligitur motum secundum quamlibet eius partem: sic nihil est per se mouens, sicut a causa præcisa, & per se motum secundum quamlibet partem, quia si tale motum secundum quamlibet partem moueatur a se, sequitur, q pars eius mouet se, & ita mouere totius dependet a mouere partis, & per cõsequẽs nõ mouetur a se, tãquã a cã præcise, quia suum mouere dependet a mouere partis. Si autem per primum motum intelligitur primum motum uia generationis in motu progressiuo animalis, siue cor, siue pars cordis sit primum motum in uia generationis in motu progressiuo animalis, qđ mouetur, mouetur ab alio. i. ab anima, vt declaratum est in libro de motibus animaliũ. Ex prædictis igitur patet conclusio principalis, quæ est illa. Omne, qđ mouetur, mouetur ab alio: quia omne, quod mouetur ab extrinseco mouetur ab alio. & hoc est manifestum per se, & etiam omne, qđ mouetur ab intrinseco, aut mouetur a qualibet sua parte, aut totum mouetur a toto toto. si mouetur a toto, & cum tale totum sit eiusdem naturæ cum suis partibus, quamuis oportet, quod si totũ mouetur a toto: quod etiam pars moueatur a parte, & quod motus totius dependeat a motu partis, & si totum mouetur a toto, sequitur, q totum mouetur a toto, tanquam a mouente partiali, & si cum pars sit talia a toto, sequitur, quod si totum mouet totum, quod illud totum mouetur ab alio, scilicet, a sua parte. si autem detur, quod totum, quod mouetur ab intrinseco mouetur a sua parte, sequitur, quod illud totum mouetur ab alio: cum pars sit aliud a toto. Et est sciendum, quod aliquod totum motum a parte mouetur a parte sua quantitatiua; sicut cor mouetur ab anima: & tunc motum mouetur a parte sua qualitatiua, tanquam a mouente totali & quod tam totum mouetur a parte sua quantitatiua, sicut homogeneum, vt terra, vel aqua, quando mouetur naturaliter, mouetur a parte sua quantitatiua, tanquam a motore partiali, & sic patet, q omne, quod mouetur ab intrinseco mouetur ab alio, quia mouetur a parte sua quantitatiua, vel qualitatiua, vel tanquam a motore totali, vel partiali. Et si dicitur, quod non oportet, quod totum, quod mouet se, sit homogeneum, & sic non oportet, quod si totum moueat se, quod ideo pars moueatur a se. Contra omne totũ aut est homogeneum, aut aliqua pars quantitatiua, aliter componeretur ex infinitis partibus differentibus secũdum speciem, ideo, si totũ moueat se, aliqua pars, vt pars homogenea, mouet se, & per consequens pars illius mouet & sic motus totius dependet a motione partium. Item, quamuis totum sit ethrogeneum tamen illud, a quo est motus, totius, est homogeneum, cum ille motus sit ad vnum, & eundem locum numero, & ita illud, a quo mouetur totum, & sicut illud mouet se, & mouet totum, ita pars mouet, & sic motus illius dependet a motu partium. vnde si totum sit homogeneum, oportet, quod aliqua pars, vt pars homogenea moueat se. & per consequens pars illius mouet, & sic motus totius dependet a motione partium. Item quamuis totum sit ætherogeneum, tamen illud, a quo est motus totius, est homogeneum: cum ille motus sit ad vnum, & eundem locum numero, & ita illud, a quo mouetur totum, & sicut illud mouet se, & mouet totum: ita pars mouet & sic motus illius dependet a motu partium; vnde si totum sit homogeneum: oportet, quod

Tex. c. 40.

Responsio.

Conclusio principalis.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

A aliqua pars motoris sit homogenea, & ita mouetur a parte sua quantitatiua, tanquam a motore partiali, & per consequens mouetur ab alio &c. Item si totum unicum mouens se sit ætherogeneum, tunc enim aliqua eius pars quantitatiua, & ætherogenea est composita ex eisdem partibus secundum speciem, ex quibus componitur totum, ergo si totum ætherogeneum mouet se, pars illa composita ex eisdem partibus, ex quibus secundum speciem componitur totum mouet se, & totius ætherogenei dependet mouere a moueri istius partis, quæ est eiusdem naturæ cum toto, tanquam a motore partiali, & per consequens totum non mouet se primo. Hæc igitur propositio, videlicet, aliqua pars ætherogenea, si primo moueret se componeretur ex eisdem partibus secundum speciem, ex quibus totum componitur: patet, quia si aliquid mouet se primo, qualibet pars eius, vt pars, mouens, est diuisibilis, accipiatur igitur medietas illius totius, illa componetur ex eisdem partibus secundum speciem: ex quibus componitur totum, & sic si totum mouet se aliqua pars eius mouet se tanquam mouens partiale: Aliter facimus aliquem syllogismum ad impossibile. Circa quod est sciendum, quod si aliquid mouetur a seipso: primum illud mouetur a seipso primo, & semper mouere, & etiam moueri remouetur a quocunque alio. ergo si a, b, esset primum motum ex se, posito, quod pars eius, scilicet, b, c, quiescat a mouere, & a moueri, adhuc a, b, moueretur a se primo. Posito, quod pars eius a, b, c, quiescat a mouere & a moueri, adhuc, a, b, moueretur a seipso, cum vtrumque, scilicet, tam mouere, quam moueri: insit ei primo & a se. Ponatur ergo, quod a, b, moueatur a se primo, & quod pars eius, scilicet, b, c, quiescat a mouere, & a moueri, tunc a, b, non mouet, nec mouetur, nisi secundum alteram partem, quæ est c, a, quo supposito deducitur ad impossibile, sic a, b, non mouetur a seipso, & a, b, mouetur a seipso. ergo quod mouetur, videlicet, a seipso primo non mouetur a seipso primo, quod est impossibile: quia est oppositum primi principij: maior est vera per suppositum, & maior & minor non repugnant. ergo minor est impossibilis. Notandum, quod in argumento ad impossibile sunt tres processus. Primus fit arguendo ex hypothesi: cuius oppositum opportet dari cum aliquo necessario, non repugnanti hypothesi ducenti ad conclusionem impossibilem, & ille discursus propriè vocatur syllogismus ad impossibile, eo quod deducit ad conclusionem impossibilem. Secundus discursus fit

C arguendo ab impossibilitate conclusionis cum veritate alterius præmissæ non repugnantis hypothesi: ad impossibilitatẽ hypothesis: & ille discursus est per impossibile: quia per impossibilitatem conclusionis, cum vera non repugnanti concluditur impossibilitas hypothesis. In tertio discursu arguitur per locum a contradictione hypothesis: quia ex impossibilitate hypothesis concluditur necessitas conclusionis sequentis. Et est sciendum, quod in secundo discursu, qui est per impossibile contingit concludere impossibilitatem hypothesis dupliciter, scilicet, aut assumendo cum hypothesi propositionem necessariam, & tunc necessario concluditur impossibilitas hypothesis: quia si conclusio sit impossibilis, & altera præmissarum sit necessaria; necesse est, quod altera præmissarum sit impossibilis. Alio modo capiendo cum hypothesi propositionem veram contingentem non repugnantem hypothesi, & ex impossibilitate conclusionis cum veritate alterius præmissæ non repugnantis hypothesi: concludendo impossibilitatem hypothesis: sic arguendo conclusio est impossibilis, & altera præmissarum est vera, & non repugnat reliquæ præmissæ, ergo reliqua præmissa, scilicet, hypothesis est impossibilis, non enim ex impossibilitate conclusionis cum sola veritate alterius præmissæ contingit inferre impossibilitatem

D reliquæ præmissæ: quia ex possibilibus repugnantibus bene contingit inferre impossibile, sed ex possibilibus non repugnantibus nunquam sequitur impossibile: ideo si conclusio sit impossibilis, & vna præmissarũ non repugnat reliquæ præmissæ, oportet, q reliqua præmissarum sit impossibilis. Secundo, hoc modo arguitur hæc per impossibile, nam sic arguitur a, b, non mouetur a se primo, & a, b, mouetur a se primo, ergo quod mouetur a se primo, non mouetur a se primo: conclusio est impossibilis, & minor est secundum aduersarios vera non repugnans alteri, scilicet, maiori, ergo maior est impossibilis Notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quod Commenta. format istam demonstrationem Phylosophi dupliciter, & arguit primo sic. Omne, quod non mouetur ab altero, non cessat moueri per cessationem alterius: quoniam nõ quiescit, nisi a se, ergo per conuersionem per cõtrapositionẽ: omne, quod cessat essentialiter per cessationẽ alterius a motu, mouetur

Quarta ratio.

In argumentum ad impossibile sunt tres processus.

Notabile.

Primum notandum Commē. Ista ratio formatur a Com. dupliciter, & primo.

mouetur ab alio, & hoc, siue cessat per quietem, siue per corruptionem. sed omne, quod mouetur, cessat essentialiter per cessationem alterius a moueri, quia per cessationem partis. ergo omne, quod mouetur: mouetur ab alio. Adhuc Com. formas demonstrationem, alio modo præmittens primo, quod in corporibus naturalibus, necesse est aliquod esse primum motum: quoniam corpora naturalia in eo, quod naturalia non diuiduntur in infinitum, verbi gratia: Quoniam primum motum in igne est minima pars ignis, quæ potest esse ignis in actu, & similiter primum motum caloris naturalis animalium est minima pars, quæ potest mouere animal. Hoc supposito Commen. format demonstrationem in prima figura sic Omne, quod quiescit ad quietem alterius mouetur ab alio, sed omne primum motum quiescit ad quietem alterius. ergo omne primum motum mouetur ab alio. Et tunc arguit Com. alterius sic. omne motum ex se, vel est primum motum, vel est habens primum motum ex se. igitur omne motum ex se mouetur ab alio, & certum est, quod omne, quod mouetur ab extrinseco, mouetur ab alio: ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Hæc vera consequentia, omne primum motum mouetur ab alio. ergo omne habens in se primum motum mouetur ab alio, tenet per hoc, quia ab eodem mouetur primum motum, & habens in se primum motum. Ideo si primum motum moueretur ab alio, & non moueretur a toto, cuius est pars, quia sic non esset primum motum. sequitur, quod omne, quod habet in se primum motum, mouetur ab alio, quia ab eodem mouetur primum motum, & habens in se primum motum. Et intelligendo per primum motum, scilicet, minimum motum. Si mouetur a se: oportet, quod moueatur ab alio, scilicet, a parte sua quantitatiua, vt dictum est.

Secūdum notādum Commē.

Secundo est notandum hic secundum Commen. quod ista demonstratio phylosophi est a signo, & non per causam, & istud est uerum, quia ista dicitur demonstratio a signo, in qua causa concluditur per effectum, & sic est in proposito: quoniā causa, quare aliquid quiescit ad quietem alterius est, quia illud mouetur ab alio, ita quod moueri ab alio est causa, & quiescere ad quietem alterius est effectus, & hoc probatur, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio per hoc, quia omne, quod quiescit, quiescit ad quietem alterius, & ideo hic arguitur ab effectu ad causam, & propter hoc est hæc demonstratio a signo. Si enim argueretur econuerso, quod quia omne, quod mouetur: mouetur ab alio, ideo omne, quod quiescit, quiescit ad quietem alterius, argueretur a causa ad effectum, & esset demonstratio propter quid, & simpliciter. Quia enim motus per se, & essentialiter est causa motus, ideo quies est causa quietis; & non econuerso. vt quia in horologio motus ponderis descēdētis est per se causa motus rotæ, quies ponderis est per se causa quietis rotæ, & ideo rota per se, & essentialiter quiescit ad quietem ponderis, vnde sicut hic arguitur ab effectu ad causam, videlicet, rota ad quietem ponderis, ergo rota mouetur ad motum ponderis, ita est in proposito Notanda sunt hic quattuor, quæ mihi videntur notabilia.

Primum notandū.

Primum est, quod phylosophus in hoc capitulo probat duas conclusiones, quæ multum valent ad sequentia. Prima est, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Secunda est, quod nihil mouetur a seipso. In prima conclusione non est primitas addenda, non enim debet conclusio intelligi sic, videlicet, quod omne, quod mouetur, moueatur ab alio primo, quia loquendo de primitate, quæ est primitas cāsalitatis, de qua loquitur phylosophus in conclusione 2. sic. hæc est falsa. Omne, quod mouetur: mouetur ab alio primo, quia non omne, quod mouetur, mouetur a motore primo primitate causalitatis, quæ scilicet, est causa prima motus, ita, quod in mouendo non indigeat alio motore, & idō hæc est prima

Prima cō clusio huios libri.

cōclusio huius libri, scilicet omne, quod mouetur, mouetur ab alio, nec præponatur primo; quia in textu non ponitur primitas, nec primum, & hæc conclusio est satis manifesta ex præcedentibus.

Secūdum notādum.

Secundum est notandum, quod in probatione istius conclusionis, videlicet, omne, quod quiescit ad quietem alterius mouetur ab alio. Phylosophus per quiescere intelligit cessationē a mouere: quiā quiescere accipitur dupliciter. s. quiescere pro cessatione a mouere, & pro cessatione a moueri, & intelligendo per quiescere cessationē a moueri, sic satis est nota hæc propositio. oē motum, quod cessat a mouere, per cessationē a mouere alterius, mouetur ab alio. i. ab illo per cuius cessationem a mouere ipsum cessat a moueri. Intelligendum tamen, quod in his, quæ mouentur a principio intrinseco, illa sunt conuertibilia, vt cessare a mouere & cessare a moueri, quoniā omnia, quæ mouentur a principio intrinseco mouentur a motore, qui in mouendo mouetur, & ille, cum cessat a mouere, cessat & a moueri.

Tertium notandū.

Tertio est notandum circa secundam conclusionē, quod in ista est primitas addenda, vt patet per phylosophū in textu accipiendo primitatem pro primitate causalitatis, & per prima conclusionē posterius cū alia conclusione probāda potest haberi, quod est deuenire ad primū motorē, qui in mouendo non indiget alio motore, cum in mouentibus, & motis non sit processus in infinitum. Et per primā conclusionem potest haberi; quod primus motor non est corpus: quoniam omne corpus, quod mouet in mouendo indiget alio motore, idest, parte sua, quæ partialiter mouet, quando totum mouet: sed primus motor non indiget alio motore in mouendo: ideo primus motor non est corpus, nec habens corpus, nec habens partes.

Quartum notādum.

Quarto est notanda vna expositio secundæ conclusionis, quam audiui in iuuentute mea a quodam subtilissimo doctore valde conuenientem textui: quam semper postea tenui: quæ est talis. Videtur. n. quod phylosopus hic intendat probare, quod nihil mouetur per se a seipso. Primo enim accipitur ab aduersarijs ponentibus aliquid esse primū motū ex se. & per se, quod sit aliquod tale per se primum motum: quo dato ducit ad impossibile: vt patet exponendo textum. Vnde dicit sic. concessum est ab aduersarijs a, b, per seipsum moueri primo: per quod intendit phylosophus ostendere, quod nihil mouetur a seipso primo: sed omne, quod mouetur, mouetur ab alio.

Notabile.

Ad cuius euidentiam est intelligendum, quod cum dicitur aliquid moueri per seipsum primo denotatur idem esse per se, seu primo motum, & per se, & primo mouens, & sic in proposito perseitas, seu primitas refertur, tam ad motum, quam ad mouens. Primum vero accipitur dupliciter, vno modo prout distinguitur contra secundam partem, & sic illud dicitur primum motum, quod mouetur secundum quamlibet eius partem: & ita loquitur phylosophus quinto huius, vbi distinguit de triplici mobili, scilicet, mobile primum, mobile secundum partem, & mobile per accidens. Alio modo accipitur primum pro causa præcisa, & sic describitur in posterioribus. Primum est cui alteri per seipsum, & ipsi non per alterum, & sic dicitur aliquid inesse alicui primo secundum se, quod inest ei excludendo quodcunque aliud in ratione causæ, & siue per se accipiatur penes primum modum ipsius per se, seu penes secundum modum non est cura: quare hic accipitur primum, vel per se excludendo oē aliud in ratione causæ, quinto metaphy. capitulo enim de secundum se, ibi, accipitur, in fine capituli, quod secundum se est illud, cuius non est aliqua causa.

Ista distinctione posita dico, quod conclusio phylosophi est sic intelligenda, quod, vel mouetur a se primo, ita quod cum dicitur concessum est a, b, per seipsum moueri primum ly primum debet referri ad motum, & ly per se ad mouens, secundum, quod per se accipitur pro perseitate, seu primitate causalitatis, & secundum quod ly primum, refertur ad motum accipitur pro primitate totalitatis: est enim duplex primitas causalitatis, & totalitatis. Primitas causalitatis excludit omnem aliam causam, & primitas totalitatis distinguitur contra secundam partem. Est igitur conclusio illa sic intelligenda, nihil mouetur per seipsum primum, hoc est nihil est primum, idest motum secundum quamlibet sui partem per se, idest a se, tanquam a causa præcise excludendo omne aliud ratione causæ, vel concausæ, & ille intellectus est verus de omni moto corporeo, quod nihil est per se mouens secundum se, secundum quod ly per se dicit causam præcisam, sic, quod non indiget alio in ratione mouentis, & primū motū a se sic, quod moueatur secundum quamlibet partem eius. Vnde primitas totalitatis refertur ad motum, & primitas, seu perseitas causalitatis refertur ad mouens, nam omne motum primum mouetur ab alio, & nihil est primum motum a se secundum intellectum iam expositum, & sic intelligendo conclusionem, facile est eam probare. Probo igitur eā, supponēdo duo, quæ phylosophus hic supponit, videlicet, omne, quod mouetur, est diuisibile, & hoc probatum est in sexto huius. Secundum est, quod quiescēte parte, totum non est primum motū, vt accipitur 5 huius, vbi dicitur, quod primū motum est, quod mouetur secundum quamlibet eius partem, nam certum est, quod parte quiescente nō mouetur totū secundum quālibet eius partem.

Tex. c. 32.
Tex. c. 34.

Probatio conclusionis.

Quibus suppositis conclusio probatur sic, ista repugnāt, videlicet, quod aliquid sit per se, siue primo mouens: modo iam exposito, & quod ipsum sit motum primum, quia ea vno sequitur oppositum alterius, & per consequens illa non insunt eidem simul, probatio assumpti, nam si aliquid est per se, vel primum mouens sibi inest mouere etiam si mouere remoueatur a quocunque alio, & vlterius. ergo ipsum non est primo motum, consequentia patet, quia si aliquid sit primum motum, quælibet pars eius mouetur, & si sit primum mouens quælibet eius pars mouet, & per consequens motus totius dependet

det a motore partium, & per consequens non est primum mouens, quia mouere primi mouentis non dependet a mouere alicuius alterius. ergo si aliquid sit primum mouens, ipsum non est primum mouens, quod autem sequatur, si aliquid est primum mouens, & etiam primum motum, quod quælibet eius pars est mouens, patet, nam si ponatur tale primum motum, cum quælibet pars quantitatiua primi moti sit eiusdem naturæ cum toto, cuius est pars, quantum ad moueri, & ad mouere, si totum sit mouens se, oportet, quod quælibet pars eius moueat se, sicut si terra mouet se deorsum: quælibet pars terræ mouet se deorsum: quoniam in homogeneis eadem est actio totius, & partis ergo si a, b, sit primum motum a se, quælibet pars eius est mouens, & per consequens mouere totius dependet a mouere partium, & per consequens totum non est per se mouens, quia mouere totius dependet a mouere aliorum, scilicet, partium. Sic igitur patet, quòd illa non insunt eidem simul esse primum motum: hoc est secundum quamlibet partem, & primum, vel secundum se mouens, secundum quod ly primum, vel per se excludit omne aliud mouens: quia si sit primum motum, & primum mouens quælibet pars eius est mouens, & per consequens mouere totius dependet a mouere partium, & per consequens non est primum mouens. ergo si aliquid sit primum mouens, & primum motum modo iam exposito: sequitur, quòd illud est primum mouens, & non est primum mouens: sicut igitur illa non possunt inesse eidem simul, scilicet, quod aliquid sit primum mouens, & quòd illud non sit primum mouens: ita ista non possunt inesse simul: videlicet esse primum mouens, & esse primum motum, ergo nihil mouetur a seipso. Sic igitur patet, qualiter intelligitur conclusio phylosophi: nihil mouetur per se, ipsum primum, & nihil mouetur a seipso primo: quia sicut iam dictum est, perseitas refertur ad mouens, & primitas ad mobile.

Cõfutatio. Et si dicatur, quòd phylosophus non intelligit hic probare conclusionem negatiuam, scilicet, quod nihil mouetur a seipso primo: sed intendit probare conclusionem affirmatiuam, scilicet. Omne, quòd mouetur &c. Dicendum, quod phylosophus concedit tam conclusionem affirmatiuam,

Solutio. quam negatiuam: quia negatiuam conclusionem concludit dicens: non igitur mouetur per se, scilicet, & primo a, b. Vnde in syllogismo per impossibile, per quem improbatur conclusio affirmatiua, concluditur conclusio negatiua opposita propositioni affirmatiuæ, quæ improbatur. & sicut phylosophus probat hic tam conclusionem affirmatiuam, quam negatiuam, quæ sunt quasi eædem, vel conuertibiles: quia improbando istam per impossibile, videlicet, aliquid mouetur a se primo: vt a, b, probat istam conclusionem negatiuam, videlicet, nihil mouetur a se primo, & secundum istam expositionem conclusio phylosophi est uera de omni moto corporeo, quod per se mouetur a subiecto in subiectum, siue sit motus localis, siue sit motus alterationis: & sic de alijs per se motibus: licet secundum aliquos demonstratio Aristo. non sit vniuersalis omnibus motibus: sed solum aliquibus, quæ mouentur localiter, & non ab extrinseco:

Comm. 3. huius. vt dicit Comm. in principio tertij comm. huius libri: & est hæc conclusio intelligenda de per se moto corporeo, uidelicet, quòd omne per se tale motum mouetur ab alio:

Com. 28. 8. physi. sed de motis per accidens localiter non loquitur, vt dicit Commen commen. 28. libri octaui huius. anima enim, quæ mouetur localiter per accidens in mouendo corpus, non mouetur ab alio, sed a se, & sic patet, qualiter intelligitur conclusio phylosophi, videlicet, nihil mouetur per seipsum primum, idest, nihil mouetur a seipso primo: quia, secundum iam dicta perseitas refertur ad mouens, & primitas ad mobile. Sed si aliquis uelit intelligere per se moueri: moueri ab intrinseco, cum phylosophus dicat. Concessum est a, b, per seipsum moueri primum, tunc ly primum debet referri, tam ad mouens, quam ad mobile: sed aliter accipitur secundum quod refertur ad mobile: aliter secundum quod refertur ad mouens: quia secundum quod refertur ad mouens dicit primitatem causalitatis, ita quòd per primum mouens intelligit illud, quod nullo alio motore indiget ad hoc, quod moueat: sed secundum quod primitas refertur ad mobile: dicit primitatem totalitatis, ita quòd solum est illud primum motum, quod mouetur secundum quamlibet eius partem. Sed hic dubitatur. si primum mouens, de quo phylosophus hic loquitur in mouendo, non indiget aliquo alio

Dubium. motore: tunc nullum mouens corporeum est primum mouens, quia omne mouens corporeum habet partem, a quarum mouere dependet mouere totius: & nullum tale est primum mouens: cum igitur phylosophus loquatur & determinet in hoc septimo de primo motore corporeo: vt dictum est supra: sequitur, quod primum mouens, de quod hic determinat, non esse primum mouens primitate causalitatis.

Solutio. Dicendum est, quod in hoc septimo phylosophus determinat tam de motore corporeo, quam de primo motore incorporeo. Vnde in hac conclusione, videlicet, nihil mouetur a seipso primo: loquitur de motore corporeo, vbi probat phylosophus, quòd est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a motore in ipso. & non solum probat hoc; sed etiam, quòd est deuenire ad primum motorem simpliciter: qui in mouendo non indiget aliquo alio motore, aliter procederetur in infinitum: quoniam omne mouens motum dependet a motore non moto: sicut omne dependens dependet, & reducitur ad aliquod independens. Vnde in quolibet genere causæ est deuenire ad primum in illo genere: vt patet secundo meta.

Notabile. Intelligendum tamen, quod per primum motum possunt intelligi tria. videlicet, motum minimum, quo minus non potest per se moueri, & sic accipit hic Commen. primum motum. Aliter accipitur primum motum pro eo, quod mouetur secundum quamlibet eius partem, & sic accipitur quinto huius a phylosopho. Tertio potest accipi pro eo, quod est primum motum secundum tempus, seu uiam generationis: quod quidem primum secundum tempus mouetur, & ipsum motum mouet alia secundum ordinem: & sic cor, vel aliqua pars cordis est primum motum in motu progressiuo animalis. Sed circa dicta phylosophi, & Commenta. sunt dubitationes non paucæ, & primo dubitatur circa conclusionem,

Prima dubitatio. quam intendit hic demonstrare, quia videtur, quod conclusio sua sit falsa, scilicet, omne, quod mouetur, &c. quia voluntas ex se vult, cum sit libera, & intellectus habens habitum liberum vtitur illo, cum uoluerit. & etiam intelligibile per se mouet intellectum, vt patet tertio de anima, cum igitur intellectus intelligat se idem erit intelligens, & intellectum, & sic idem mouetur a se. Similiter elementa mouentur a se, & non ab alio, & similiter animal mouetur a se, & non ab alio. ergo non omne, quod mouetur, mouetur ab alio, igitur, &c.

Prima instantia. Tex. cõ. 9. 2. instãtia. 3. instãtia. 4. instãtia. Secũdum dubium.

Secundo dubitatur circa demonstrationem phylosophi, quia videtur, quòd demonstratio sua non valeat, quia per eundem modum arguendi potest probari, quòd illud, quod mouetur, mouetur ab alio primo: quia si aliquid competit alicui primo, competit ei etiam, & si remoueatur a quocunque alio, vt patet per diffinitionem eius, quod est primum: quoniam primum est, cui alteri per ipsum, & non ipse per alterum. Ex hoc igitur potest argui, sicut arguit phylosophus. Illud non mouetur ab alio primo, quod quiescit ad quietem alterius, sed omne, quod mouetur, quiescit ad quietem alterius. ergo nihil mouetur ab alio primo, hæc conclusio est falsa. ergo demonstratio phylosophi non valet, igitur, &c. Item ratio phylosophi videtur fundari super hoc, scilicet, quod partem quiescere in omni moto est impossibile, quod tamen est impossibile in corpore cælesti, videtur igitur, quòd illa ratio fundatur super impossibile, & sic demonstratio non videtur valere.

Tertium dubium. Tertio dubitatur super illam propositionem, quam phylosophus supponit in sua demonstratione, quæ est illa, scilicet, omne, quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio, quia si sic maxime videretur moueri ab illo alio, ad cuius quietem quiescit, aliter nihil videtur facere ad propositum. Oportet ergo dicere, quod omne, quod quiescit ad quietem alterius mouetur ab illo altero ad cuius quietem quiescit, sed hoc

Prima instantia. est falsum, quia canis sequens hominem quiescit homine quiescente, & tamen non mouetur ab alio, & homo prius sequens obiectum delectabile, quia fugiens ab illo quiescit ad quietem alterius, & tamen non mouetur ab illo, sed

Secunda instantia. a seipso, & ferrum sequens magnetem motum sibi contiguatum quiescit ad quietem illius, & tamen non mouetur ab illo, sed ab extrinseco siue a se, vt vult Commen. Auer.

Cõm. 10. Secũda ratio tertiæ dubitationis. commen. decimo huius septimi. Item, si omne motum, quod quiescit ad quietem alterius motoris, mouetur ab illo, videtur, quod causa per se, & essentialis quietis in moto est quies motoris, cum igitur motor cæli quiescit quia non mouetur per se, nec per accidens, vt patet octauo huius, sequitur, quod cælum quiescat, quia eius motor quiescit.

Quartum dubium. Quartum dubium est circa primum modum demonstrandi, quem posuit Commen. videlicet, quòd hoc arguitur per conuersionem per contrapositionem. Omne, quod non mouetur ab alio motore cessat a suo motu per cessationem alterius. ergo omne, quod cessat per cessationem alterius a suo motu, mouetur ab alio, istud enim videtur

detur

dem esse falsum quod hoc arguitur per consequens per contrapositionem, quia conversio per contrapositionem est quando manet eadem quantitas, & eadem qualitas in convertente, & in conversa, mutatis terminis finitis, in terminos infinitos, vel econverso, sed prima propositio est universalis negativa, & secunda affirmativa, & ita manet eadem qualitas, ergo &c. Item ille terminus cessans a motu per cessationem alterius est prædicatum primæ propositionis, & subiectum secundæ, & sic termini finiti non mutantur in terminos infinitos, ergo. Item prima propositio est universalis negativa, & universalis negativa non convertitur per contrapositionem, non enim sequitur: nullus homo est asinus, ergo nullus non asinus est non homo, quia antecedens est verum, & consequens falsum, quia aliquis non asinus est bos, & bos est non homo, non igitur est illa conversio per contrapositionem: cuius contrarium dicit hic Commen.

Quintum dubium. Quinto dubitatur circa aliud dictum Commen. scilicet, quod in corporibus naturalibus est dare minimum motum, quod potest per se moveri: illud enim non videtur verum, quia in alteratione corporis naturalis alteratur pars ante partem in infinitum, & per consequens non est dare minimum alteratum: sicut non est dare minimam partem corporis naturalis, quod autem in alteratione corporis naturalis alteretur pars ante partem in infinitum, apparet: quia pars propinquior alteranti prius alteratur, quam pars remotior, sed corporis alterabilis una pars est propinquior alteranti, quam alia, & sic in infinitum, ergo.

Ad primã dubi. Ad primam dubitationem dico, quod conclusio philosophi est solum intelligenda de eo, quod movetur per se a subiecto in subiectum, idest, de affirmato in affirmatum: cuiusmodi est motum corporeum: quoniam quamvis intellectus, vel voluntas quandoque moveatur ab affirmato in affirmatum, sive a contrario in contrarium, verbi gratia, intellectus, quandoque movetur ab errore contrario scientiæ in scientiam: & voluntas quandoque movetur ab affectione prava ad affectionem studiosam, hoc est per accidens, & non per se: quia contingit intellectum transmutari ad scientiam absque errore præcedente voluntatem ad affectionem studiosam, absque affectione mala præcedente, sed mobile corporeum per se transmutatur a contrario in contrarium, nec potest transmutari transmutatione per se, nisi de contrario in contrarium, ergo. Et quod demonstratio philosophi non debeat intelligi de omni transmutato, patet, quia transmutatio sua non est universalis omni transmutato, ut patet, quia medium, super quod sustentatur, non est universaliter verum de omni transmutato, videlicet. Omne,

Ad primã instantiã. quod movetur, est divisibile: quoniam hoc est falsum de voluntate, & intellectu. & ideo non obstante hac demonstratione potest teneri, quod voluntas: & etiam intellectus transmutantur ex se, & posset probabiliter dici, quod non solum voluntas causat volitionem, sed voluntas, & cognitio obiecti simul causant actum volendi. Et similiter dicitur, quod intellectus simpliciter non causat actum intelligendi: sed intellectus cum phantasmate, vel cum similitudine rei in intellectu, & sic patet responsio ad primam rationem primæ dubitationis.

Ad secundam instãtiam. Ad secundam rationem pro prima dubitatione, cum dicitur, quod demonstratio videtur fundari super falsum, videlicet, quod partem quiescere in omni moto est impossibile,

Prima responsio Commẽ. Respondet Commen. dupliciter, uno modo, quod in omni moto partem quiescere uno modo est impossibile, scilicet, secundum, quod omne motum est corpus: quoniam corpori secundum generalem rationem corporis non repugnat, quod aliqua pars eius quiescat, & sic non repugnat corpori cælesti, quod aliqua pars quiescat, illo modo debet intelligi conclusio philosophi, & demonstratio eius, sed tamen corpori cælesti secundum, quod tale corpus repugnat, quod aliqua eius pars quiescat. Et intelligo, quod partem quiescere in omni moto est possibile uno modo, & alio modo impossibile secundum Comm. Comm. non intelligit sic, quod eadem propositio non multiplex sit possibilis, & impossibilis modis diversis: quoniam per possibile intelligit non repugnare, & per impossibile intelligit repugnare, unde illa propositio pars corporis cælestis, secundum quod est corpus, potest quiescere, vel corrumpi, de virtute sermonis est falsa, sed Comm. per illam intelligit propositionem talem, non repugnat parti corporis cælestis, inquantum est corpus, quiescere, vel corrumpi, quæ vera est. Et per istam, videlicet,

Secunda responsio Commẽ. impossibile est partem corporis cælestis, inquantum tale corpus quiescere, intelligit illam, videlicet, parti corporis cælestis, inquantum est cæleste, repugnat quiescere, vel corrumpi. Adhuc respondet Commen. aliter dicens, quod

A antecedens huius conditionalis est una conditionalis vera, sed antecedens illius conditionalis est impossibile, nihil enim prohibet conditionalem esse veram, & antecedens eius esse impossibile. Unde tota conditionalis, cuius antecedens est una conditionalis est illa. Si pars corporis cælesti quiescit, totum corpus cæleste quiescit, igitur corpus cæleste movetur ab alio, hæc est una conditionalis: cuius antecedens est conditionalis hypothetica, & antecedens illius conditionalis, quæ est antecedens, est impossibile: & tamen tota conditionalis est necessaria: ideo supradicta demonstratio non fundatur super impossibile, sed super conditionalem hypotheticam & veram: cuius antecedens est conditionalis vera, & consequens est propositio cathegorica antecedens enim istius conditionalis hypotheticæ: quæ est vera est istud. Si pars corporis cælestis quiescit: totum corpus quiescit, & consequens illius conditionalis hypotheticæ est, illud corpus cæleste movetur ab alio, quod est propositio cathegorica, & antecedens totius conditionalis compositæ est quædam conditionalis vera, videlicet. Si pars corporis cælestis quiescit, totum corpus cæleste quiescit, & hæc conditionalis est vera, quamvis antecedens sit impossibile, videlicet, illud, pars corporis cælestis quiescit. Potest enim conditionalis esse vera, & antecedens impossibile, secundum quod dicit

B Commen. hic: quoniam illa conditionalis est necessaria. Si asinus volat, asinus habet alas, & tamen antecedens est impossibile. Unde hoc, quod dicit Comment. est contra quosdam modernos dicentes, quod nulla conditionalis est vera, nec habet oppositum, & hoc dicunt, quia nesciunt dare contradictionem conditionali, isti tamen errant, quia aliqua conditionalis est vera, ut illa videlicet. Si asinus volat, asinus habet alas, ut dicit Commenta. Et ista conditionalis est falsa. Si homo est animal, homo est asinus. Et ratio, quare conditionalis est vera, vel falsa est, quia omnis oratio significans præcise, sicut est in re est vera, & omnis oratio significans aliter, quam est in re, est falsa: sed aliqua conditionalis significat præcise, sicut est in re, & aliqua significat aliter, quam est in re. ergo. Item, quod conditionalis habeat contradictoriam, patet multipliciter. primo, quia ad conditionalem aliquid sequitur: quoniam hæc consequentia est bona. ut dicit Comment hic. Si pars corporis cælestis quiescit, totum corpus cæleste quiescit, igitur corpus cæleste movetur ab alio, & sic ad conditionalem sequi-

C tur aliquid, sed in omni consequentia bona oppositum consequentis repugnat antecedenti. ergo conditionali aliquid repugnat, sed omnis repugnantia est in virtute contradictionis, quæ est prima repugnantia, igitur cum aliquid repugnet conditionali sequitur, quod aliquid contradicit conditionali. Item conditionalis potest esse syllogizabilis: quoniam potest esse maior, & minor, & etiam conclusio in syllogismo hypothetico, verbi gratia. Iste syllogismus hypotheticus est bonus. si homo est, animal est, si sortes est homo est. ergo si sortes est animal est, ut patet, quia arguitur per hanc regulam, scilicet, quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad consequens. Et idem patet per Boetium libro suo de syllogismis hypotheticis, sed si aliquis syllogismus sit bonus, ex opposito consequentis cum altera præmissarum, sequitur oppositum alterius præmissæ. ergo conditionalis habet oppositum. Item de conditionali fit quæstio dialectica, sed omnis quæstio dialectica quærit de utraque parte contradictionis: ergo condi- *Boetius.*

D tionalis habet contradictorium, & hoc est certissime tenendum. Dico igitur, quod contradictorium conditionalis est propositio hypothetica, in qua negatur nota conditionis, & æquipollet uni cathegoricæ, in qua denotatur, quod oppositum consequentis illius conditionalis non repugnat suo antecedenti. Si enim oppositum consequentis non repugnat antecedenti, non valet conditionalis, sed oppositum conditionalis tunc est verum, verbi gratia, hæc est vera conditionalis. Si homo currit, animal currit, & suum contradictorium est illud, non si homo currit, animal currit, quæ convertitur cum ista, sed ista, homo currit, & nullum animal currit stant simul. Unde per hoc potest probari, quod conditionalis est vera, vel falsa, quia omnis conditionalis convertitur cum propositione cathegorica, in qua denotatur, quod antecedens, & oppositum consequentis non repugnant. Et secundum, quod talis cathegorica est vera, vel falsa, ideo omnis conditionalis est vera, vel falsa. Et si quæratur utrum contradictorium conditionalis sit aliqua propositio cathegorica, vel hypothetica, dico, quod est propositio hypothetica mere negativa, quia nota sive forma conditionis, quæ importatur per coniunctionem si, vel ergo, negatur, & est conditionalis negativa,

& omnes

A & omnes regulæ, quæ communiter dantur de conditionali, si antecedens est verum, consequens est verum, & quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad consequens, & sic de aliis, sunt intelligendæ de conditionali affirmatiua, in qua nota conditionalis affirmatur, siue tam antecedens, quam etiam consequens sit propositio negatiua, siue altera sit affirmatiua, & altera negatiua, semper est conditionalis affirmatiua, dummodo nota conditionis affirmetur. Ad aliud, quod inducitur in prima dubitatione de elementis, quæ videntur mouere se primo.

Ad tertiã instantiam.

Dicendum, quod grauia, & leuia non mouentur per se, & primo a seipsis, secundum quod primitas, vel perseitas refertur ad vtrunque, idest tam ad mouens, quam ad mobile, quia, secundum quòd primitas refertur ad mouens, dicit primitatem causalitatis, & primitas relata ad mobile dicit primitatem totalitatis, quoniam graue non est primo mouens se primitate causalitatis, quia mouere grauis in mouendo se dependet a mouere suarum partium, nisi enim partes grauis mouerent se, graue non moueretur a se, & sic grauia & leuia non mouentur per se, & primo a se modo superius supposito. Verum tamen concedendum est, quod graue mouet se primo, secundum quod ly primo dicit primitatem totalitatis tantum, & refertur tam ad mouens, quam ad mobile, quoniam totum graue est mouens, & totum graue est motum, vt patebit octauo huius.

Primũ ar.

Sed contra hoc arguitur, quia videtur, quod partes grauis non mouent se, quia si sic, tunc in mouentibus, & motis esset processus in infinitum, quod est contra Phylosophum. tex. com. 3. huius septimi, consequentia patet, quia partes grauis sunt infinitæ, cum omne continuum sit diuisibile in infinitum, ergo si in motu grauis quælibet pars moueret, & moueretur, sequitur, quod in motu grauis essent infiniti motores, & infinita mobilia, quia sic totum graue mouetur a sua parte, ita pars grauis mouetur a sua parte, & illa pars a sua parte, & hoc in infinitum;

Secundũ.

Item loquendo de primitate causalitatis, quærendum est, quid primo mouet graue, & non est dare aliud, quam ipsummet graue, ergo graue in mouendo se est primum mouens primitate causalitatis. Item secundum istum modum exponendi ex illa prima conclusione huius septimi non posset probari primum mouens in vniuerso primitate causalitatis, non enim posset dici, quod totum cælum mouetur a se, &

Tertium.

quælibet pars cæli mouetur a se, & ita cælum non mouet se primo, nec mouetur ab aliquo alio primo primitate causalitatis, quia mouere totius cæli dependet a mouere partium.

Ad primũ

Nec oportet dare in toto vniuerso aliquod primum mouens primitate causalitatis, tamen illa conclusio septimi inducitur ad ostendendum, quod est deuenire ad mouens immobile, &c. Ad primum horum est dicendum, quod motores, & mota sunt duplicia, videlicet, in actu diuiso, & separato, & in potentia opposita actui separato, dico igitur, quod Phylosophus negat processum in infinitum in mouentibus, & motis in actu separato, sed non negat processum in infinitum in mouentibus, & motis in potentia, concedendum est igitur, quòd in motu, quo graue, & leue mouet se est processus in infinitum in motis, & mouentibus, nec est hoc contra dictum Phylosophi.

Ad secundum.

Ad secundum dico, quod in motu grauis, non est dare primum mouens primitate causalitatis præcise, nisi detur, quod primus motor in vniuerso sit mouens in quolibet motu istorum inferiorum & sic si dicatur; esset dicendũ, primus motor primitate causalitatis in motu grauis est primus motor omnium, quæ possunt mouere graue, & sic nec graue, nec aliqua pars grauis moueret se.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, quod secundum nullam expositionem, quam vnquam audiui, aut vidi, vel intellexi est illa prima demonstratio huius septimi sufficiens ad probandum primum motorem immotum. Dico igitur, quod demonstratio est duplex, videlicet, sufficiens, & coadiuuans, siue confirmans. Demonstratio sufficiens est illa, quæ per se sufficiens ostendit conclusionem propositam, sicut prima demonstratio geometriæ Euclidis, demonstrat hanc conclusionem illius super datam lineam, contingit triangulum æquilaterum collocare. Sed demonstratio coadiuuans est illa, quæ sola non sufficit, sed forte probat aliquam præmissarum, vel probat aliquam partem alicuius earum, vel remouet aliquod dubium annexum. Vnde istam distinctionem innuit Comment. commen. 5. supra primum, de cælo dicens sic. Cum posuit illam demonstrationem, incepit destruere illos tres modos, confirmando suam demonstrationem, & dedit tres demonstrationes contradicentes his tribus, & quædam earum vt diximus, auferunt dubitationem in minori propositione, & quædam in maiori primæ demonstrationis probantis corpus quintum esse, secundum hoc intelligendus hic locus non vt quælibet illarum demonstrationum sit sufficiens per se. Prima enim demonstratio dicit, quod iste motus circularis debet esse corpori naturali, & omnia, quæ diximus ex tribus sermonibus, sunt confirmatiua primi sermonis, hæc Comment. Et iste est frequens modus demonstrandi apud Aristo. nedum in vno loco Phylosophiæ, sed in diuersis, frequenter enim demonstrat eandem conclusionem in eodem libro per demonstrationes diuersas, quarum nulla, vel non omnis est per se sufficiens, sed omnes pariter, concurrentes per se sufficiunt. Vnde per hoc respondendum ad argumentum, quia per primam conclusionem non demonstrauit demonstratione sufficienti, sed demonstratione confirmante, seu adiuuante primum mouens, seu primum motum in vniuerso, vtputa cælum non moueri a seipso, & aliquod esse primum mouens immotum. Et hoc est, quod vult Comment. super quarto cæli. commen. 25. d. quod Aristo. declarat in duobus locis, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio a se, scilicet in septimo, & in octauo, sed firmius in octauo in septimo fundat declarationem suam concludendo primum motum, quia manifestum per se.

Com. 25. T. c. 1. & 8. Tex. c. 40. & 41.

B Deinde ponit, cum aliqua pars moti quiescit, necesse est, vt motor sit alius a moto, sed in octauo declarat, quòd in omni moto per se est motor per se, deinde declarat, quòd impossibile est aliquid moueri per se, ita quod motor sit idem cum moto, hæc Comment. Vnde breuiter per conclusionem hic probatam non potest sufficienter demonstrari primum mouens, vel primum motum in vniuerso, scilicet, cælum mouere a se, & aliquod esse primum mouens immotum, sed qualiter perfectè declarentur illa, videbitur in octauo huius, in textu. commen. vigesimoseptimo. [Mouentium igitur, &c.] Verumtamen pro nunc dico, quod hæc conclusio, videlicet, omne, quod mouetur, mouetur ab alio, iuuat ad multa declaranda in octauo huius, & etiam iuuat ad declarandum, quod primum motum in vniuerso non mouetur a se primo, & hoc sic. Omne, quod mouetur, mouetur ab alio, primum motum in vniuerso mouetur, ergo mouetur ab alio, sed nihil, quod mouetur ab alio mouet se primo, cum ipsum mouetur ab alio a se. & per consequens non mouet se primo, ergo primum motum in vniuerso non mouetur a se primo, cum indigeat motore alio a se primo, vnde sequitur,

Cõclusio hæc declarata iuuat ad multa declarãda in sequentibus, & primo.

C omne, quod mouetur, mouetur ab alio, ergo nihil mouetur a se primo, & per consequens primum motum in vniuerso non mouetur a se primo, & sic ista conclusio, videlicet, oẽ quod mouetur, mouetur ab alio, iuuat ad declarandũ, q̃ primũ motũ in vniuerso nõ mouetur a seipso primo, & non est sufficiẽs ad hoc probandũ sine illa propositione, videlicet, primũ mouens in mouendo non indiget aliquo alio motore, q̃ declaratur in octauo huius, & et declaratur decimosecundo, meta. & per hoc põt patere, q̃ cælũ, quod est primũ motum in vniuerso nõ mouetur a se primo, q̃a si moueretur a se, cũ ipsũ sit homogeneũ, vel saltẽ aliqua pars eius est homogenea, aliqua pars cæli moueretur a se, & p consequens motus totius, cæli dependet ab alio motore q̃ a cælo, & p consequens cælu non est primũ mouens se, cũ eius motus indigeat alio motore. Et eadem conclusio. s. omne, quod mouetur, mouetur ab alio, iuuat ad probandum primum motorem esse immobilẽ, quia si moueretur, moueretur ab alio, & per consequens, non esset primus motor, quia suum mouere dependet ab alio. Item prædicta conclusio, scilicet, omne, quod mouetur, mouetur ab alio, iuuat ad probandum aliquem motorem non esse corpus per hoc, quia in corporibus mouentibus, & motis non

Tex. c. 3.

Secundo.

Tertio.

D est procedere in infinitum, & omne corpus motum mouetur ab alio, ideo necesse est deuenire ad aliquem motorem, qui non est corpus, vel qui omnino non mouetur, vel si mouetur a se, mouetur per accidens, sicut anima in mouendo corpus mouetur a se per accidens sed de motis per accidens non intelligitur conclusio Aristo. vt patet per Comment. commen. 1 super octauum huius. Sciendum, quod quidam dicunt, & forte probabiliter, quod per istam conclusionem, scilicet omne, quod mouetur, mouetur ab alio, cum conclusione probanda in capitulo sequenti, videlicet, quod in mouentibus & motis non est procedere in infinitum, potest demonstrari demonstratione ad hominem, quod est deuenire ad primũ motorem immobilem, quoniam multi sunt contenti ista propositione, videlicet, omne, quod mouetur, mouetur ab alio, & in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum, ergo est aliquis motor omnino immobilis, & quantum ad tales est hæc demonstratio sufficiens, quamuis non sit demonstratio

Ad quartum instantiam. sufficiens simpliciter. Ad illud vero, quod tertio inducebatur in prima dubitatione de animali, quod mouet se. Dicendum, quod animal non mouet se primo, quia animal non mouet se motu progressiuo, nisi quia pars animalis mouet aliam, & illa mouet totum. Ad rationes autem inductas in secunda dubitatione. Ad primam dicendum, quod non contingit per omnino similem modum arguendi probari, quod nihil mouetur

Ad tertiã rationem. ab alio primo. Et quando arguitur, illud, quod quiescit ad quietem alterius, non mouetur ab alio primo, si loquamur de quiescere, quod est cessatio a moueri, illud est negandum. Et cum dicitur, quod primum est, quod non alteri per ipsum concedo, & ideo dico, quod illud, quod mouetur ab alio primo non indiget aliquo motore alio ab illo, a quo primo mouetur, & ideo pars moti ab alio primo non mouet, & ideo si quælibet pars illius quiescat a mouere, nihilominus totum mouetur a suo primo mouere. Veruntamen si pars moti ab alio primo quiescat a moueri, totum non mouetur primo, nec a se, nec ab alio, vnde credo, quod illa propositio, illud, quod quiescit, ad quietem alterius, non mouetur a se primo, intelligitur de quiete, quæ est cessatio a mouere. Vnde potest distingui de quiete, scilicet, quod quædam est quies, quæ est cessatio a moueri, & quædam est quies, quæ est cessatio a mouere, vnde omne illud, quod quiescit a moueri, per quod aliquid ab ipso, quiescit a moueri, mouetur ab alio, scilicet ab illo, ad cuius quietem illud mouetur, quod, scilicet motum quiescit a moueri, & propositio sic intellecta est manifesta, videlicet, omne, quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio, similiter hæc est vera, nihil, quod mouetur ab alio primo, quiescit a moueri ad quietem alterius, hoc est a cessatione a mouere alicuius alterius ab illo, a quo motum mouetur primo. Et si dicatur, quod Phylosophus videtur intelligere per quiescere, quiescere a moueri, quoniam parte quiescente a moueri non mouetur totum primo. Et confirmatur per Commen. d. quod sequitur, si pars corporis cælestis quiescit, cælum quiescit, igitur cælum mouetur ab alio, & dicit, quod antecedens huius formæ conditionalis est necessarium, scilicet si pars corporis cælestis quiescit, totum quiescit, sed hæc conditionalis non est vera, loquendo de quiete, quæ est cessatio a mouere, quia antecedens non est verum & consequens falsum, quoniam quælibet pars cæli quiescit a mouere secundum locum, & tamen cælum non quiescit secundum locum. Pro his intelligendum est, vt mihi

Notabile. videtur, quòd concesso, quod aliquid mouetur a se primo modo, quo superius est expositum, quælibet pars illius moti a se primo mouet, & mouetur, & si mouetur mouet, & si mouet mouetur, & ideo concesso tali primo moto a se, illa sunt conuertibilia, scilicet quiescere a mouere, & quiescere a moueri, & tamen in illis, quæ mouentur ab alio primo, non consequuntur se mouere, & moueri, nec quiescere a mouere, & quiescere a moueri, vnde Phylos. in probando aliquid moueri a se primo, vtitur quiescere indifferenter pro quiete a mouere & a moueri, quoniam si pars alicuius moti quiescit a se primo a mouere, sequitur, quod quiescit a moueri, vt si concedatur, quod graue mouet se primo, ita quod sit primum motum primitate totaliter, & primum motum primitate causalitatis, tunc si pars grauis mouetur, sequitur, quod pars grauis mouet, & econuerso, quoniam si motum graue mouet se primo, quælibet pars grauis est mouens, & motum, & quandocunque pars grauis mouetur, toto mouente se primo, ista pars mouetur, & quando cessat mouere cessat a moueri, & econuerso, sed non est sic de eo, quod mouetur ab alio primo, quia non oportet, quod pars talis moti moueat, quando mouetur, quoniam cælum mouetur ab alio primo, & quælibet pars eius mouetur, & tamen nulla pars eius mouet motu, quo cælum mouetur. Dico igitur, quod Phylo. cum dicit, quòd parte quiescente mouetur totum a se primo per quiescere intelligit indifferenter quiescere a moueri, & quiescere a mouere. Per vtrunque enim istorum, scilicet quia parte primi moti cessante a mouere totum, non mouet se primo, quia parte primi moti cessante a moueri totum, non mouet se sufficienter probatur, quia nihil mouet se primo, vtrunque patet, quoniam parte cessante a moueri totum cessat primo, quia parte quiescente moueri totum non est primum motum primitate totalitatis, & per consequens parte cessante a moueri totum non mouet se primo, & similiter parte cessante a mouere illa pars cessat a moueri, & cessante parte a moueri totum non est primum motum, & per consequens non est primum mouens se, ergo siue pars primi moti cessat a moueri siue a mouere totum non est primum mouens se, cum igitur omne, quod mouetur sit diuisibile, & parte quiescente a mo-

A ueri, vel a mouere, totum non mouetur a se primo, sequitur, quod nihil mouetur a se primo, vnde de primo moto ex se, si sit aliquod tale, bene sequitur. Pars cessat a mouere secundum aliquem modum, ergo eadem pars cessat a moueri secundum eundem modum. In his tamen, quæ mouentur ab alio primo non oportet, quod si pars cessat a mouere, quod cesset a moueri secundum eundem modum, vt patet de corpore cælesti. Vnde concedendum est, quòd Phyl. per partem quiescere intelligit partem cessare a moueri, quia intelligit vtrunque indifferenter, scilicet partem quiescere a mouere, & partem quiescere a moueri. Ad tertiam dubitationem inductam,

Ad tertiã dubitationem. quæ est de illa propositione, qua vtitur Phylo. videlicet, quòd omne, quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio. Vtrum intelligitur, quod mouetur ab illo alio, ad cuius quietem quiescit. Dico, quod dictum Phylosophi sic intelligitur, vt d. Commen. videlicet, quod omne, quod quiescit essentialiter per se primo modo ad quietem alterius, mouetur ab illo alio, ad cuius quietem per se, & essentialiter quiescit, verbi gratia. Rota mota in horologio per se quiescit ad quietem ponderis descendentis, quia per se mouetur ad motum illius, econuerso vero pondus non quiescit ad quietem rotæ, sed hoc a

B posteriori, & quasi ab effectu, ideo non sequitur, quod pondus moueatur a rota, & sic dico, quod illud ad cuius quietem mobile per se quiescit, est eius motor. Ad primam instantiam de

Ad primã instãtiam tertiæ dubitationis cane, in contrarium est dicendum, quod canis sequens hominem non quiescit essentialiter ad illius quietem, sicut nec mouetur ab illo. Et similiter homo sequens obiectum delectabile, fugiens ab eo non quiescit essentialiter ad quietem illius, ideo non oportet, quòd moueatur effectiue ab illo. Ad aliud de ferro, & etiam de magnete est dicendum, quòd ferrum nõ quiescit essentialiter ad cessationem magnetis a motu, sed quiescit per se, & essentialiter ad quietem sui per se, scilicet, motoris, siue ille motor sit intrinsecus, siue extrinsecus. Ad illud au-

Ad secundam instãtiam. tem, quod inducitur de motore cæli, ad cuius quietem cælum non cessat a moueri, & per consequens causa per se, & essentialis in motu quietis non est quies motoris. Dicendum,

Ad secundam ratiõnem tertiæ dubi. quod cælum per se, & essentialiter quiesceret a motu, si suus motor quiesceret, vel cessaret a mouere, & hoc est generale omni moto, siue sit motum ab intrinseco, siue ab extrinseco, scilicet, quòd ipsum quiescit essentialiter a moueri ad cessationem sui per se motoris a mouere, sed non est necesse, omne

C motum cessare a moueri per cessationem sui per se motoris a mouere, sed illud solum habet veritatem in primo moto ex se si tale ponatur, & causa propter quam illud est verum in primo ex se, & non in aliis est ista, quia si ponatur primum motum ex se, quælibet pars quantitatiua illius simul per se mouet, & mouetur, & ideo si aliqua pars quantitatiua primi moti ex se cessat a moueri, sequitur, quod illa pars cessat a mouere, sed ad cessationem per se motoris a mouere cessat mobile a moueri, ideo de primo moto ex se in toto sequitur essentialiter, pars primi moti cessat a moueri, ergo totum quiescit a moueri, quoniam si pars quiescit a moueri, & illa pars quiescit mouere, & illa pars est per se motio, ergo si pars cessat a mouere totum cessat a moueri, sed in aliis a primo moto ex se non sequitur, pars quiescit a mouere, ergo totum cessat a moueri, quia in aliis a primo moto pars non est per se mouens, ideo in talibus non sequitur, pars cessat a mouere, ergo totum cessat a moueri, vt patet de cœlo, cuius quælibet pars quantitatiua cessat a mouere, & tamen totum mouetur. Et si dicatur, quod

Replica. Solutio. si pars cœli quiescit a moueri cœlum quiescit, ergo pars cœli est motor. Dicendum, quod non sequitur, quia cœlum

D non cessat per se, & essentialiter a moueri ad cessationem partis a moueri, cum pars cœli non sit per se motor cœli. Dico tamen, quod necessario sequitur, pars cœli quiescit a moueri, ergo cœlum quiescit a moueri, sed hæc conditionalis non est per se, & essentialis, quia non arguitur a priori, nec a causa per se. Pro illa igitur dubitatione est sciendum, quod hæc est generale in omni motu, videlicet, quòd cessante per se motore a mouere, mobile quiescit a moueri, sed non est generaliter verum, quòd cessante primo, & proprio motore a moueri, quod propter hoc mobile cesset a moueri, tamen illud est generaliter verum, de omni primo moto ex se, si tale ponatur, quia talium motorum quælibet pars se mouet, & mouetur, & ideo si pars, quæ est per se motor, cessat a moueri, eo ipso cessat a mouere, & per consequens totum quiescit a moueri, cum eius per se motor cesset a mouere. Ad dubitationem vero quartam, quæ dubitatur, quo-

Ad quartam dub. modo est hæc conuersio per contrapositionem, quod

non

non mouetur ab alio motore non cessat a suo motu per cessationem alterius, ergo omne, quod cessat per cessationem alterius a motu, mouetur ab alio. Et rationabiliter dubitatur, tum quia antecedens est vniuersalis, quæ non conuertitur per contrapositionem, tum quia termini finiti non mutantur in terminos infinitos, nec econuerso, quod tamen requiritur in conuersione per contrapositionem. Dicendum vt mihi videtur, quod conuersio per contrapositionem est duplex, scilicet, propria quæ est in vsu communi, & est quando termini finiti mutantur in terminos infinitos, vel econtra ordine transposito manentibus eadem qualitate, & quantitate, & sic vniuersalis affirmatiua cõuertitur, & particularis negatiua de inesse, & talis conuersio est triplex. quia quædam est, in qua termini finiti mutantur in terminos infinitos, vt omne b, est a, ergo omne non a, est non b. Quædam vero est, in qua termini infiniti mutantur in terminos finitos, vt omne non a, est non b, ergo omne b, est a. Quædam autem est, in qua vnus terminus finitus mutatur in terminum infinitum, & alius terminus infinitus mutatur in terminum finitum, vt omne b, est non a, igitur omne a, est non b. vel econuerso. Vnde conuersio per contrapositionem mutando terminos infinitos in terminos finitos, non tenet in omnibus terminis, nisi ponatur existentia rerum significatarum per terminos finitos, non enim sequitur, omnis non homo est non ridens, ergo omne ridens est homo, quia supposito, quod nullus homo rideat, antecedens est verum, & consequens falsum, posita tamen existentia rerum significatarum per terminos finitos, vt posito, quod homo sit & ridens sit, tunc bene sequitur, omnis non homo est non ridens. ergo omne ridens est homo, & tunc consequens est verum, sicut & antecedens, & dico, quod consequentia Commen. videlicet, quod omne, quod non mouetur, &c. igitur omne quod cessat, &c non tenet per conuersionem per contrapositionem proprie dictam, & communiter vsitatam. Alia vero est conuersio per contrapositionem impropria, & talis est triplex. Prima est, quando vniuersalis negatiua conuertitur in vniuersalem affirmatiuam habentem, pro suo subiecto prædicatum vniuersalis negatiuæ, & pro suo prædicato oppositum subiecti vniuersalis negatiuæ, vt si nullum a, est b, omne b, est non a, & talis conuersio est bona, posita existentia rerum significatarum per extrema, sequitur enim nullum a, est b, & omne, quod est a, vel b, est. ergo omne b, est non a, quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, nam si aliquod b, non est non a, & omne b, est, igitur aliquod b, est a, hæc consequentia tenet immediate per primum principium, & vlterius sequitur per conuersionem simplicem particularis affirmatiuæ, aliquod b, est a, ergo aliquod a, est b, & hæc est contradictoria primi antecedentis. Et similiter sequitur, si subiectum vniuersalis negatiuæ sit terminus infinitus. Sequitur enim nullum non a, est b, ergo omne b, est a, quod potest probari, vt prius, & per hunc modum conuersionis impropriæ per contrapositionem, tenet consequentia Commen. videlicet, omne, quod non mouetur ab alio motore non cessat a suo motu per cessationem alterius, ergo, omne, quod cessat per cessationem alterius a suo motu mouetur ab alio. Secunda conuersio per contrapositionẽ impropria est talis, scilicet quod omnis vniuersalis affirmatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam. de eodem subiecto. & opposito prædicato, vt omne a, est b, igitur nullum a, est non b, similiter omne a, est non b, igitur nullum a, est b. quod potest probari statim per principium complexum. Tertia conuersio per contrapositionem impropria est talis. Omnis vniuersalis negatiua posita existentia rerum significatarum per extrema conuertitur in vniuersalem affirmatiuam de eodem subiecto, & opposito prædicato, vt nullum b, est a, & omne, quod est a, vel b, est, ergo omne b, est non a. Similiter sequitur, nullum b, est non a, & a, & b, sunt, igitur omne a, est b. Huiusmodi consequentiæ bene possunt dici conuersiones per contrapositionem, quia in omni tali consequentia est conuersio vnius termini in terminum oppositum, vt patet.

Ad quintam dubi. Ad dubitationem autem quintam, quæ est vtrum in re sit dare minimum motum, quod potest per se moueri, sicut dicit hic Comment. dicunt quidam in rebus naturalibus non esse

Com. 23. accipere minimum simpliciter, quo minus non potest per se existere, sed est accipere minimum tale secundum sensum, quo minus sensus optime dispositus non potest distincte apprehendere. Et hæc videtur intentio Commen. super octauum huius. Comment. 23. in fine, vbi vult, quod terminus entis in actu est; vt sit tangibile, vel sensibile. Ita, quod idem est apud eum minimum existens in actu, & minimum

A existens in actu secundum iudicium sensus optime dispositi. Vnde dicunt, quod in qualibet specie motus est accipere aliquod tale minimum motum secundum sensum, ita quod in quacunque eius parte quiescente residuum non apparet sensibiliter moueri illa specie motus, quamuis possit moueri, per se insensibiliter. Alij autem dicunt, quod in rebus naturalibus contingit dare minimum motum in actu, quod potest in operationem propriam alicuius naturæ, & tale contingit dare in omni specie, quia propria operatio cuiuslibet corporis naturalis requirit perfectam quantitatem, sicut, & qualitatem, & ideo sicut & in naturalibus est dare minimum, quod potest per se existere, vt patet primo huius, Ita est dare minimum in actu, quod potest per se moueri. Et hoc vniuersaliter verum, vt dicunt, de motis localiter, non tamen est necesse dare minimum in his, quæ alterantur secundum minimum alterabile, quia non est dare minimum, quod potest calefieri, quia dato tali ponatur, quod vna eius medietas sit calidior alia, & quod ad partem calidiorem, addatur calefaciens alterans ipsam ad summum calorem, certum est. quòd ista pars calidior non mouebitur tardius ad summum calorem, quam pars remotior, cum sit propinquior agenti, & magis disposita ad summum gradum caloris, ergo citius,

B perueniat ad summum gradum caloris, quam pars minus calida, ergo pars minus calida remanebit in motu alia parte cessante a motu, ergo totum compositum ex eis non erit minimum calefactibile, quod erat probandum. Huic opinioni contradicit Lyncoliensis capitulo vndecimo primi poster. dicens, quòd forma rei generatæ maxime in simplicibus inducitur partibiliter, & successiue, quia pars propinquior generanti citius præparatur ad receptionem formæ substantialis, vnde prius recipit eam, quam pars remotior, & sic est generatio successiua. Hæc Lyncoliensis. Mihi vero quandoque videbatur, quòd in homogeneis non erat dare minimum simpliciter, quo minus non potest per se existere, vel moueri, sed est dare minimum cum certis circunstantijs, scilicet, minimum, quod potest per se existere per tantum tempus in tali continente, aut per se moueri in tali medio, quoniam ex quo in homogeneis totum est eiusdem rationis cum qualibet sua parte quantitatiua, sicut non repugnat toti per se existere, vel moueri, ita non repugnat cuicunque parti per se existere, vel moueri. Quod autem minus aliqua parte data non potest per se existere, vel moueri per tantum tempus in tali continentiate, hoc non est ratione formæ illius partis datæ, sed est hoc ratione contrarietatis datæ, quæ est inter ipsum

Lyncon. cap. 11.

C continens, & partem datam. Hoc tamen diffusius declaratur super primum huius, vbi magis habet locum, nec demonstratio Philosophi hic multum dependet ex minimo naturali secundum expositionem, quam ego teneo, & quam reputo fore veram, nec contradico in aliquo expositioni Commentatoris, quia pono de facto minimum per se existens in actu, quo minus non existit in actu, & hoc quidem sufficere. Vel potest dici, quòd Commentator per minimum motum intelligit minimum in his, quæ mouentur a principio intrinseco, quod potest per se in operationem suæ speciei. Nam quia operatio caloris naturalis animalium est mouere animal secundum locum, ideo minimum caloris naturalis animalis, quod per se potest exire in operationem suæ speciei est minima pars, quæ potest animal mouere motu progressiuo, sicut innuit hic Commentator, & quia aliqua pars caloris naturalis potest vnum animal mouere, quæ non potest mouere aliud animal, ideo non est tantum vnum minimum simpliciter, quod potest animal mouere, sed minimum in respectu, quoniam in motu cuiuslibet animalis est dare minimum mouens, quo minus non potest illud animal secundum locum mouere. Et sic Commentat. per minimum

D intelligit minimum in his, quæ mouentur a principio intrinseco, quod quidem minimum, & est mouens, & etiam motum, & illud minimum necessario mouetur ab alio, quia a parte eius tanquam a motore partiali, ideo omne motum a principio intrinseco secundum motum localem mouetur ab alio.

Cum autem omne, quod mouetur ab aliquo moueatur, necesse est, & id, quod in loco mouetur, ab alio moueatur.

Quoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mo- Tex. c. 3.

N a uetur,

uetur, necesse est, & quod mouetur omne in loco moueri ab altero.

A

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo principaliter declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a motore in ipso, seu a motore intrinseco. Et continet hoc capitulum duas partes principales, quoniam in prima declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco. In secunda ibi [Sic quidem ergo] Phylosophus ponit, & remouet quoddam dubium. Prima pars continet duas particulas, quia in prima declaratur, quod omne, quod mouetur localiter, mouetur ab alio. In secunda ibi [Et mouens igitur.] declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco. In prima igitur particula huius partis declaratur, quod omne, quod mouetur in loco, ab alio mouetur, & hæc est tertia conclusio principalis huius libri, licet Lyconiensis ponat istam esse conclusionem secundam, motores secundum motum localem non abeunt in infinitum. Conclusio igitur, quam ponit Commen. potest probari duobus modis secundum eum, vno modo sic. Omne, quod mouetur, mouetur ab alio, sed omne, quod mouetur in loco, mouetur, ergo omne, quod mouetur, in loco mouetur ab alio, de ista ratione primo ponitur maior, deinde conclusio, & satis patet. Et secundum Commen. illa ratio est Logica & Phys. vtitur ea, ad confirmandum, quod illa propositio, scilicet, omne, quod mouetur in loco, mouetur ab alio est declarata in declarando illam, scilicet, omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Et verum est, quod illa declaratio est Logica, quia arguitur a superiori ad inferius cum distributione, quia motum est superius, quam motum in loco, & talis ratio dicitur Logica, quia talis modus arguendi docetur in Logica, & non quia aliqua propositio hic accepta sit declarata in Logica. Dupliciter autem dicitur aliqua ratio esse Logica, scilicet, aut quia arguitur per regulam positam in Logica, aut quia in ea accipitur aliqua propositio declarata in Logica. Ita enim dicit Comment. quod omne transmutatum transmutatur ab ulio, & est verificatum nobis, quia de quibusdam transmutatis manifestum est per se, quod, scilicet, transmutantur ab alio, & de quibusdam est demonstratum, quod mouentur ab alio, vt de translatis, siue de motis in loco, & ideo illa propositio, scilicet quod omne, quod mouetur in loco, mouetur ab alio, non demonstratur mediante illa propositione, omne, quod mouetur ab alio, sed solum confirmatur per illam. Alio modo potest illa conclusio declarari secundum Commen, scilicet, omne, quod mouetur in loco mouetur ab alio, & hoc sic, omne primum motum ex se in loco mouetur ab alio, ergo omne motum in loco mouetur ab alio, & hæc expositio est euidentior secundum Commen & secundum illam expositionem per illam propositionem, videlicet, omne, quod mouetur, mouetur ab alio, debet intelligi illa propositio, scilicet omne primũ motum ex se in loco mouetur ab alio, & hæc propositio, est prius demonstrata. Sed dubium est, qualiter teneat illa consequentia, videlicet, omne primum motum in loco, mouetur ab alio, igitur omne motum in loco mouetur ab alio, videtur n. quod illa non valeat, quia arguitur ab inferiori ad superius, cum distributione, quando primum motum in loco est inferiori, quam motum in loco. Dicendum, quod consequentia tenet per hoc, quia omne motum in loco est primum motũ, vel habens, in se primum motum, vt superius dixit Commen. nunc vero omne motum habens in se primum motum mouetur ab eodem a quo mouetur primum motum in loco, & ideo sequitur. Si omne primum motum in loco mouetur ab alio, quod omne motum in loco mouetur ab alio, nec obstat, quod arguatur ab inferiori ad superius cum distributione, quamuis ab inferiori ad superius cum distributione non valeat, consequentia respectu duorum terminorum tantum, scilicet ratione superioris, & inferioris, sed tamen ratione trium terminorum quandoque tenet consequentia, ab inferiori ad superius cum distributione, vt declaratum est in Logica. Vel potest dici, quod quandoque tenet consequentia ab inferiori ad superius cum distributione, gratia materiæ, & sic est hic, licet talis consequentia non valeat gratia formæ. Notandum secundum Comment. hic in principiu commenti tertij huius libr. quod omne motum moueatur ab alio. Quoniam de his, quę mouentur ab extrinseco, manifestum est, & sunt omnia, quæ mouentur secundum generationem, & corruptionem, & augmentationem, & alterationem, & quædam, quæ mouentur in translatione, vt patet de illis, quæ mouentur violenter, & de-

Tertia cõclusio huius libri.

Idẽptimo ec. cõ. 70. & 4. phys. 87. & 8. phys. 70.

B

C

Dubium.

Prima solutio.

D

Secũda solutio.

A

claratum est per hunc sermonem, quod illa, quæ mouentur, in translatione non ab aliquo extrinseco necessario mouentur ab alio, ideo vtilitas huius propositionis est vera, quæ est, quod omne transmutabile transmutatur ab alio.

Et id igitur, quod mouet, ab alio moueatur necesse est, cum moueatur, & ipsum, & hoc ab alio rursus. At non in infinitũ hoc proficiscitur, sed stabit tandem alicubi, atque erit quippiam, quod primo causa erit, vt omnia moueantur.

Et mouens igitur ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & iterum hoc ab altero. Non autem in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid, quod primo causa erit motus.

B

Hæc est secunda particula primæ partis princip. huius capituli, in qua declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco non extrinseco, & continet duas partes, quia in prima probatur conclusio intenta. In secunda ibi. [Si enim non est.] Declaratur vna propositio accepta in declaratione conclusionis declaratæ in prima parte. In prima igitur parte huius particulæ declaratur, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco, & hæc est tertia conclusio principalis huius libri, quæ probatur sic. Omne motum in loco mouetur ab alio, accipiamus, igitur motum in loco, & quæro an illud moueatur a motore extrinseco, aut non, si detur, quod non mouetur a motore extrinseco, tunc mouetur a motore intrinseco, & illud est primum motum, & per consequens est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco. Si vero detur, quod illud motum in loco, mouetur ab aliquo extrinseco, & motor extrinsecus non mouet in loco, nisi moueatur, quæro tunc de isto motore, aut mouetur a principio intrinseco, vel extrinseco, si a principio intrinseco, tunc est primum motum, & per consequens est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco, & hoc est propositum, si autem mouetur a motore extrinseco, oportet, quod iste motor extrinsecus moueatur, aut igitur a motore intrinseco, & habetur propositum, aut a motore extrinseco, & tunc est quærendum de illo motore, sicut prius, & cum in mouentibus, & motis non sit processus in infinitum, oportebit tandem deuenire ad motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco, & illud est primum motum in loco, vel habens in se primum motum in loco, & sic patet, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco. Et hanc rationem innuit hic Phylosoph. dicens. Et mouens igitur ab altero, idest motum a motore extrinseco, quoniam & ipsum, idest, motor extrinsecus mouetur, & iterum hic. s. motum a motore extrinseco mouetur ab altero, & hoc non abibit in infinitum, sed stabit alicubi, & erit aliquod, quod prima est causa motus, idest, erit aliquod principium intrinsecum ipsi moto, quod est prima causa motus, & illud motum est principium motus in loco, quod mouetur a principio intrinseco, & per consequens est deuenire ad primum motum in loco, quod mouetur, a principio intrinseco. Intelligendum secundum Comment. quod ex hac demonstratione sequitur, quod necesse est, vt in corporibus, quæ mouent se adinuicem in loco, aut mouentur, vt perueniant ad motorem, qui non mouetur per se, & iste motor necesse est, vt sit in primo moto non extra illud. Notandum, quod demonstratio Phylosophi fundatur super duas propositiones, quarum prima est, quod omnis motor secũdũ locum extrinsecus a moto in mouendo mouetur, & huius ratio est, quia omnis motor extrinsecus secundum locum a moto est corpus, & omne corpus in mouendo secundum locum mouetur secundum locum, ut patet in corporibus, quæ mouent se adinuicem in loco. Secunda propositio est, quod omne motum a principio intrinseco est primum motum, vel habens in se primum motum, & ideo probato, quod est deuenire ad primum motum in loco a principio intrinseco, sequitur, quod est deuenire ad primũ motum in loco, quod mouetur a principio intrinseco. Notandum, quod Phylos. non intendit hic probare precise, quod est deuenire ad primum motum in loco, quod mouet a principio intrinseco simpliciter, sed ad primũ mo-

Tertia cõcl. huius libri.

C

D

Prima propositio.

Secũda propositio.

tum

tum simpliciter motum a principio intrinseco, sed intendit probare, quod in omni ordine motorum, & mobilium secundum locum est deuenire ad aliquod primum motum in illo ordine, quod mouetur a principio intrinseco: vt si lapis moueatur a baculo, & baculus a manu, & manus ab alio extrinseco, necesse est, quòd in illo ordine mouentium, & motorum deueniatur ad aliquod primum motum, quod mouetur a principio intrinseco. aliter procederetur in infinitum, & ita est in motu grauium, & leuium, scilicet, quod est deuenire ad primũ motum, quod mouetur a principio intrinseco. Sed quid sit illud motum, & quis primus motor in illo motu, habet videri in octauo huius commento quarto.

Quod si non sit ita, sed sit in infinitũ profectio, moueatur a, quidem a, b, ipsum autem b. moueatur a, c, & c. rursus a d & hoc in infinitum, hoc modo proficiscatur. Cum igitur simul moueatur & id, quod mouet, simul a, & b, mouebuntur, nam cum b, mouetur, mouebitur & ipsum a, & item cũ b, mouetur ipsum c, sane mouebitur, & similiter, cum c, mouetur, mouebitur ipsum d. Motus igitur ipsius a, simul erit cum motu ipsius b, & caeterorum cuiusque.

Tex. c. 4. *Si enim non, sed in infinitum procedet, sit a, quidem quod ab ipso b, moueatur, b, vero ab ipso c, c, autem ab ipso d, & hoc igitur modo in infinitum ascendat. Quoniam ergo simul mouens & ipsum, quod mouetur manifestũ est, quoniam simul mouetur, & a, & b, quoniam autem omne, quod mouetur, ab alio mouetur, necesse est a, & b. Cum enim mouetur b, mouebitur a, & cum mouetur a, & ipsum c, & cum c, ipsum d. Erit igitur simul motus, qui est, a, & b, & reliquorum vniuscuiusque.*

Demonstratio.

A
____
B
____
C
____
D
____

Et sic in infinitum.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis prin. huius ca. in qua Phyl. declarat vnam propositionẽ qua vsus est in probando conclusionem immediate præcedentem, & continet duas particulas, quoniam in prima probat propositionem, qua immediate vsus est. In secũda ibi. [Et accipere igitur.] remouet quoddam dubium. In prima igitur particula huius partis declaratur, quòd in mouentibus, & motis non sit processus in infinitum secundum locum, & hæc est quarta conclusio prin. huius lib. quæ conclusio probatur demonstratione ducente ad impossibile sic, quia detur oppositũ conclusionis, scilicet, ꝙ in mouentibus, & motis secundũ locũ sit processus in infinitum, sequitur, quòd infiniti motus erunt in tempore finito, & per consequens aliquis motus infinitus erit in tempore finito, vt postea probabitur, sed hoc est impossibile, quia sexto huius probatum est, quòd impossibile est motum infinitum esse in tempore finito, igitur & illud ex quo sequitur, est impossibile, scilicet quòd in mouentibus, & motis sit procedere in infinitum, & per consequens suum oppositum est necessarium, scilicet, quod in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum, prima consequẽtia, videlicet, si in mouentibus & motis sit processus in infinitum, tunc infiniti motus erunt in tempore finito, probatur in terminis sic. Moueatur a, a b, & b, a c, & c, a d, & sic in infinitum, cum igitur corpus non moueat, nisi quando mouetur, sequitur quod omnia illa mouentia, & mota, scilicet a, b, c, & sic in infinitum simul mouentur, quoniam in eodem tempore in quo a mouetur a b, b mouetur, idest, & quando b, mouet, tunc b, mouetur, & cum b, mouetur a c, c mouet, & per consequens c mouetur, & sic de

Quarta concl. huius libri.

alijs, & per consequens omnia illa simul in eodem tempore mouentur, sed vnum istorum mouetur in tempore finito, ergo omnia illa mouentur in tempore finito, & illa sunt infinita per positum, ergo infinita mobilia mouentur in tempore finito, & per consequens infiniti motus, vt motus istorũ omnium mobilium essent in tempore finito, & per consequens aliquis motus infinitus erit in tempore finito, quod est impossibile, hæc vltima consequentia probatur in vltima parte principali huius ca. Vnde hæc ratio fundatur super duabus propositionibus. Prima est, quam omnis motor extrinsecus est corpus. Secunda est, quod omne corpus mouens mouetur in eodem tempore adæquato, in quo motum ab ipso mouetur. Notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quòd ipse dicit sic. Et notandum est, quod hoc sequitur in motu non in quiete, quia necesse est, vt omnia moueantur simul in eodem tempore, si vnum eorum mouetur, & non sequitur, si vnum eorum quiescit, quod omnia quiescant simul, quoniam primũ motum potest quiescere, & vltimum remanebit in motu hæc Commen. Secundum est notandum, quod Commen. reprehendit hic Galenum, qui dicit, quod in talibus mouentibus, & motis sequitur, vt quiescat insimul ad quietem primi motoris, sicut sequitur, quod moueantur in simul ad motum primi motoris, quia cor, vt dixit, cum extrahitur ab animali residuum forsitan mouetur per duos passus, ideo dicit, quod cor non est primum principium mouens animal in loco, & quia animal non mouetur, postquam caput abscinditur, dixit, quod principium motus est caput. Vnde Comment. dicit contra Galenum, quod animal, siue illud residuum a capite potest moueri, postquam caput est abscissum. Dicit enim Commen. sic. Ego autem vidi arietem, postquam caput suum erat abscissum ambulare huc, atque illuc multotiens, hæc Commen. Intelligendum, quod aliqui dicunt, quod Commen. reprehendit hic Galenum propter hoc, quia ipse dixit, quod caput, & non cor est primum principium motus animalis. At tamen mihi videtur, quod non sit ita, sed Commen. reprehendit hic Galenum in duobus, primo quia Galenus dicit quòd in talibus mouentibus, & motis sequitur, vt quiescant insimul quiescente primo moto, sicut sequitur, quod moueantur insimul ad motum primi moti, quia illud non est verum, quoniam, siue cor sit primum motum, vel principium motus in animali, siue caput sit principium motus in animali ad quietem illius primi moti, non sequitur quies omnium aliorum motorum, & mobilium in illo ordine, quoniam primum motum potest quiescere, & vltimum remanebit in motu, siue primum motum sit cor, siue caput. Secundo Commen. reprehendit Galenum in hoc, quod ipse dixit, quod animal non mouetur, postquam caput est abscissum, & illud est falsum nam Commen. dicit se vidisse contrarium, & ideo illa consequentia non valet ad probandum, qđ caput est primum motum, vel principium motus in animali. Circa primum notabile est dubium, quia, videtur ita sequi de quiete, sicut & de motu scilicet, quod si de corporibus mouentibus & motis a se inuicem sequitur, quod vno moto, omnia simul mouentur, quod eodem modo vno eorum quiescente, sequitur, quod omnia quiescant in simul, nec potest primum motum quiescere & aliud remanere in motu, quoniam secundum Commen. si vnum eorum mouetur, omnia simul mouẽtur, ergo si vltimum motum mouetur, omnia simul mouentur, & per consequens primum motum mouetur, ergo a primo ad vltimum si motum vltimum mouetur, primum motũ mouetur, ergo oppositum consequentis repugnat antecedenti, scilicet, quod primum motum mouetur, & quod vltimum motum non mouetur, sed quiescit. Vnde probatur, quod si sequatur in motu, quod similiter sequitur in quiete, idest, si sequitur vnum mobile mouetur, ergo omnia mouentur, quod etiam sequatur, vnum mobile quiescit, ergo omnia quiescunt. quia detur oppositum, videlicet, quod sequatur in motu, & non in quiete, tunc illa stant simul, vnum mobile quiescit, & vnum mouetur, sed sequitur secundum Commen. si vnum mobile mouetur, omnia illa mobilia mouentur, & quicquid stat cum antecedente, stat cum consequente, igitur illa simul stabunt, videlicet, quod vnum istorum mobilium, quiescit, & tamen, quod omnia illa mobilia mouentur, quod est impossibile. Vnde si cum hac propositione, videlicet vnum mobilium quiescit, stet ista, videlicet, vnum mobilium mouetur, tunc sequitur, vnum istorum mobilium mouetur, igitur omnia mouentur, & quicquid stat cum antecedente, stat cum consequente, sequitur tunc. quòd illa stabunt simul, videlicet omnia ista mobilia mouentur simul, & vnum illorum quiescit, quod est impossibile. Et si primũ motũ quiescit, igitur non

Primum notan. *Secũdum notan.* *Cõ. cõtra Galenũ.* *Primũ in quo reprehenditur Galenus.* *Secundũ.* *Primũ dubium.* *Probatio.* *Alia probatio.* *Secunda ratio.*

A moueri secundum motum, quia sopput non moueri corpus secundum motum, quia corpus non mouet corpus secundum locum, nisi simul moueatur cum eo, vt patet per Philosophū his, & si secundum non mouetur a primo, ergo non mouetur & per consequens non mouet tertium, ergo tertium ou mouetur & sic deinceps. & per consequens si primum motum, quiescit, omnia quiescunt, & per consequens si hoc tenet in motu, sequitur, quòd tenet in quiete. Item sic videmus, quòd primo moto vel principio motus quiescente potest vltimum motum moueri, sicut videmus, quòd primo moto, vel principio motus existente in motu potest vltimum mobile quiescere, quoniam siue cor, siue caput ponatur primum motum, vel principium motus, reliqua possunt quiescere, corde vel capite existente in motu, vt patet ad sensum, ergo videtur, quod eodem modo primum motum, & alia mota consequantur se in quiete, & in motu.

Tenia 16.

Ad dubiū. Ad dubium illud, scilicet, qualiter sequatur in motu, & non in quiete potest responderi multipliciter vno modo, quod illud intelligitur de motis ad se inuicem motu locali, qui est ab extrinseco, quoniam si a, moueatur a, b, motu locali puro tanquam a motore extrinseco, ergo b, quod mouet, a motu extrinseco mouetur, & econtra, quia nullum corpus, mouet corpus motu locali puro, qui est sine rarefactione, aut condensatione, nisi moueatur. sed hoc non sequitur in quiete B secundum hunc intellectum, non enim sequitur a, quod mouebatur a, b, motu ab extrinseco quiescit, ergo b, quod mouebatur ab a, ab extrinseco quiescit, quia est possibile, quòd b, nō moueatur, & non applicetur ad mouendum a, sicut patet. nam corde aliquando moto in animali non mouetur tibia, quia, non applicatur ad mouendum illam, quam tamen alias mouebat, & similiter non sequitur econtra b, quod mouebat, a, extrinsece, quiescit, ergo a, quod mouebatur a, b, extrinsece, quiescit, sicut deducit Commen. hic, quia cor, quod mouebat, musculos, & spiritus in animali potest quiescere ipsis spiritib. permanentibus in motu per aliquod tempus, quia acceperūt, dispositionem intrinsecam a motu cordis, per quam per aliquod tempus possunt moueri per se. Et si dicatur, quod sicut Commen. concedit consequentiam in motu: ita negat in quiete, & sic vniformiter loquitur in motu, & in quiete, & secundum hanc responsionem videtur, quod Commen. non loquitur vniformiter in motu, & in quiete, quia in motu vtitur verbo præsentis temporis, & in quiete vtitur verbo præteriti temporis.

Replica.

Solutio. Dicendum, quod vniformiter loquitur, quia sicut consequētiam negat in motu, videlicet, quod si vnum mouetur, omnia mouētur, negat consequentiam in quiete, stāte vniformitate loquendi, sicut potest sine repugnantia. Si enim vtrobique vteretur verbo præsentis temporis, tunc in dictis esset C repugnantia, vt si diceretur, quod a, quod mouetur a, b, quiescit quiete opposita, hoc includit contradictionem, & ideo loquendo per propositiones non includentes repugnantiam, commutandum est verbum præsentis temporis in argumento de motu in verbum præteriti temporis in argumento, de quiete, vt dictum est, vtendo enim solo verbo præsentis temporis loquendo de quiete propositio includeret contradictionem, vel repugnantiam, vt si diceretur, quod a, quod mouebatur a, b, quiescit, sed in virtute, verbi præteriti, temporis in quiete non est aliqua repugnantia, vt patet. Aut si dicatur, quod a, quod mouebatur a, b, quiescit, hic non est aliqua repugnantia. Ex iam igitur dictis patet, quòd si a b, c, d, &c. sint mouentia se adinuicem, quod illa consequentia absolute loquendo non valet a, mouetur, ergo b, mouetur, nec econtra, nisi cum illo, addito, scilicet, quòd vnum moueatur ab alio extrinsece motu locali puro, sequitur enim a, mouetur a, b, extrinseco motu locali puro, ergo b, quod mouet a, extrinsece mouetur & econuerso, si b, mouetur extrinsece motu local per se ab a ergo a, quod mouet b, mouetur, sed illo addito in quiete arguendo, D ex compossibilibus in mutando verbum præsentis temporis, in verbum præteriti temporis, vt accipiendo illud additum a, mouebatur localiter motu ab extrinseco a, b, non sequitur, in quiete, non enim sequitur a, quod mouebatur a, b, extrinsece, motu locali quiescit ergo b quiescit.

Ad probationem. Ad argumentum in contrarium vero quando primo dicitur, quod si vnum illorum, mobilium mouetur, omnia mouentur, dicendum, quod non sequitur. nec est hæc intentio Commen. sed bene sequitur, cū illo addito, si vnum mouetur motu locali extrinsece ab alio, & illud aliud ab alio eodem modo, & sic de omnibus, tunc sequitur, si vnum illorum sic moueatur, omnia simul sic mouentur, sed non sequitur, absolute sine illo addito, vt dictum est supra.

Ad secundam rationem. Ad aliud, quod secundo inducitur cum dicitur quod si primū quiescit ergo non mouet secundum motum, illud conceditur, & tamen illa consequentia secunda non valet, motum non

A mouetur a primo moto, ergo non mouetur, quia secundum, motum potest esse tale, quod potest mouere se per dispositionem prius receptam a primo motore. vel ipso primo moto, quiescente, vt patet de aere, qui mouetur in sequendo, & mouendo sagittam, cessante primo pellente, & hoc est verum solum in his, quorum natura est recipere motum ab alio, & postea continuare motum ex se, de quibus loquitur Commēt. commento 68 super quarto huius. Sic igitur patet, quod illa, consequentia non valet. Secundum motum non mouetur, a primo, ergo non mouetur, quia oppositum stat, scilicet, quod moueatur a se, sicut aer mouetur a se cessante primo pellente.

Ad tertiā rationem. Ad tertium conceditur, quod principio motus quiescente possint reliqua moueri, sed non ab illo principio motus, aut moto quiescente, vt dictum est.

Ad aliam probationem. Ad aliam formam conceditur, quod non sequitur, vnum mobile mouetur, ergo omnia alia mobilia mouentur, nisi plus addatur antecedenti, scilicet, quod vnum mobile mouetur ab extrinseco motu locali per se, & illud extrinsecum eodem modo moueatur ab extrinseco, &c. Et nunc sequitur, quod vno mobilium sic moto omnia alia simul mouentur. Alij vero dicunt, quod dictum Commen. non potest intelligi, sicut verba sonant, scilicet, quod vno mobilium moto, necesse est omnia mobilia moueri, & vno quiescente non oportet reliqua quiescere, quia B si vnum mobilium quiescit, & reliquum remanet motum, non sequitur, quod si vnum illorum mobilium mouetur, quod per consequens omnia alia simul moueantur, & per consequens nullum illorum quiesceret, quia sic starent illa simul, aliquod mobilium quiescit, & nullum mobilium quiescit, quod est impossibile. Ideo dicunt, quod dictum Comment. non intelligit de quocunque moto: sed de primo moto sufficienti ad mouendum secundum motum, & sic deinceps per ordinem, & sic intelligendo dictum Comment. est verum, quoniam si primum motum mouetur, & est causa sufficiens applicata ad mouendum secundum motum, ergo secundum motum mouetur, & sic secundum motum sit causa sufficiens applicata ad mouendum tertium motum, ergo, tertium motum mouetur, & sic de quarto, & quinto, &c.

Quomodo intelligitur dictum Cō. secūdum aliquos.

Sed de quiete non sequitur, quia quamuis primum motum quiescat. poterit aliud motum moueri ab aliqua alia causa accidentali, quoniam in secundo moto poterit remanere vis motiua primi moti quamuis primum motum, destruetur. Aliter dicunt alij videlicet, quod si sint corpora mouentia, & mota, ita quod a, moueatur localiter ex b, versus, aliquam partem positionis, & b, ex c, & sic de alijs motoribus corporis, si sint plures, aut talia sunt huiusmodi corpo- C ra, quod nullum eorum, postquam recepit motum, natum est continuare motum de se, & si ista omnia mobilia moueātur ab aliquo corpore rarefactibili, & condensabili, tanquam a primo principio motus, & non fiat declinatio versus aliam partem, siue differentiam positionis, tunc manifestum est. quod si primum motum mouetur, quod omnia alia moueantur cum eo, sed non oportet, quod si primum illorum quiescit, quod omnia alia quiescant cum eo, quia primum principium motus, quod est rarefactibile, & condensabile potest quiescere, omnibus alijs remanentibus in motu. Et secundum hoc primum debet intelligi motum in destruendo, & sic intelligit Comment. Si autem intelligatur, quod vltimum motum potest quiescere omnibus alijs remanentibus in motu, tunc per vltimum motum debet intelligi primum, secundum viam resolutionis, quod est primum in ascendendo, & sic habet noua translatio. Vnde per a, intelligit vltimum motum, quia dicit a, mouetur ex b, & b, ex c, & sic ascendendo, & sic per a, intelligit primum motum secundum resolutionem, & potest contingere, quod vltimum motum, quod est primum via resolutionis quiescat, & alia moueantur, D vt si fiat declinatio quorundam motorum versus aliam differentiam positionis, tunc enim potest vltimum mobile remanere in quiete, per separationem motorum præcedentium, & residua remanebunt in motu. Aliter dicitur, videlicet, quod in motu tenet consequentia tanquam a causa, & non in quiete. Nam sequitur. si primum mouetur. posterius mouetur tanquam a causa, quia motus prioris, est causa motus posterioris, sed in quiete non sequitur, tanquam a causa, quia quies primi moti non est causa quietis posterioris. Nec oportet dare aliquam causam positiuam quietis, sed solum priuatiuam, scilicet priuationem motoris, vt patet per Comm. in de substantia orb. Et secundum hūc modum potest dici, quod sicut sequitur in motu, ita & in quiete, sed in motu sequitur tanquam ex causa, sed non sequitur, in quiete tanquam ex causa. Et hoc intelligit hic Comment. vt dicunt.

dicunt, igitur &c. De his uero modis dicendi eligat sibi lector meliorem, seu nouum motum dicendi sibi inueniat.

Et vnumquodque igitur ipsorũ, & motum cuiusque poterimus sumere. Nam & si a singulis singula simul mouentur: non minus tamen vniuscuiusque motus unus est numero, & nõ infinitus extremis. Cum omne, quod mouetur, e quodam ad quoddam proficiscatur. Fit enim ut aut numero, aut genere, aut specie sit idẽ motus. Numero igitur, cũ motũ dico eundem esse, qui in eodem numero tpe, ex eodem in idem numero fit, ut hisce, qui hac ex albedine, quæ est una numero, hanc in nigredinem, hoc in tpe, quod sit unũ numero fit. Nam si in alio, atque alio fiat, unus specie nõ numero motus erit. Genere autem idem est motus: qui eodem in prædicamento, aut in substantia, aut in alio genere fit. Specie uero est unus, quo ex eodem specie ad idem specie pergitur. Vt motus, qui est ex albo in nigrum, aut in malum e bono. Hæc autem, & in superioribus dicta sunt.

Tex. cõ. 5. *Et accipere igitur unumquodque istorũ poterimus. Etenimque si unumquodque ab unoquoque mouetur, nihil minus unus numero uniuscuiusque motus, & non infiniti in ultimis. Quoniam quidem, quod mouetur omne, ex quodã in quoddã mouetur. Aut.n. numero accidit eundẽ esse motum, aut genere, aut spetie. Numero quidem igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, & in tẽpore eodem fit, ut ex hoc albo, quod est unũ numero, in hoc nigrum: secundum hoc tempus, quod est unum numero. Si.n. aliud, non adhuc unus erit numero, sed specie. Genere autem motus unus est, qui in eodem prædicamento substantiæ, uel generis est. Specie autem, qui ex eadem specie, ut ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. Hæc autem dicta sunt, & in prioribus.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua remouetur quoddã dubium, & continet duas particulas, quia in prima remouetur dubium. In secunda ibi. [Accipiatur igitur.] Probat impossibilitatem consequentis, ad quod deductum est in præcedenti demonstratione, videlicet, quod infiniti motus sunt in tẽpore finito. Dubium igitur, quod remouet Phylosophus in hac parte est tale, dictum est, quod si in mouentibus, & motis esset processus in infinitum: tunc infiniti motus essent in tẽpore finito. Ideo posset aliquis dicere, quod hoc non sequitur, quia si essent infinita mobilia, & mota, non quodlibet illorum haberet motum distinctum unum numero a motu cuiuslibet aliorum. Illud dubium, scilicet, an quodlibet istorum mobilium haberet motum distinctum unum numero remouet Phylosophus declarando, quod si mobilia infinita simul mouerentur, quod quodlibet illorum haberet unum motum numero finitum habentem ultimum, & hæc est quarta conclusio de annexis, quæ probatur sic. Ille motus est unus numero, qui est in uno mobili numero, & in uno tempore numero, & ab uno termino numero ad alium terminũ numero. Sed posito, quod infinita mobilia simul moueantur, quodlibet illorum motum esset in uno mobili numero, & in uno tempore numero, & in uno termino ad unum terminum numero, & erit in distinctis mobilibus ad distinctos terminos, ergo si infinita mobilia simul mouerentur, quodlibet illorum haberet unum motum secundum numerum distinctum finitum habentem unum ultimum terminum. Minor huius rationis est manifesta. Sed pro declaratione maioris arguit Phylosophus reassumens quędã declarata in quinto huius, scilicet, quis motus est unus numero, & qui motus sunt unus specie, & qui motus sunt unus genere, dicens, quod motus est unus numero qui est unius mobilis numero, & in uno tempore numero, & ab uno termino numero in unum terminum secundum numerum, ut motus huius mobilis ab

Dubium.

Remotio dubij.

Quarta cõclusio de annexis.

Tex. c. 31.

hac albedine in hanc nigredinem, & illi motus sunt unus specie, qui sunt ad terminos eiusdem speciei, ut duo motus, qui sunt ad duas albedines, sunt unus motus secundum speciem, quia sunt ad terminos eiusdem speciei, & illi motus sũt unus genere, qui sunt ad terminos eiusdem generis, & dealbatio, & calefactio sunt unus motus genere, quia sunt ad terminos eiusdem generis.

Accipiatur igitur motus ipsius, & sit e, & motus ipsius b, & sit f. & motus itẽ ipsius c atq; d, & sint g, atque h. Sumatur præterea tps in quo a mouetur & sit K. Atque cum definitus sit motus ipsius a, definitũ erit, & k, tps, & non infinitũ. At a, & b, & cæterorum unumquodque eodem in tpe mouebatur. Accidit igitur, ut motus e f, g, h infinitus in k definito tpe fiat. Eo enim in tpe, quo a, mouebatur, & ea omnia infinita, quæ post ipsũ a, collocata deinceps sunt, mouebantur. Quare tpe in eodem mouentur. Etenim motus ipsius a, æqualis aut erit motui ipsius b, aut maior, nihil aũt refert. Accidit enim omnino, ut infinitus motus tempore fiat finito. Hoc autem fieri nequit.

Accipiatur igitur, q est motus ipsius a, & sit in quo est e, & qui est ipsius b, sit in quo z, et q est c, d, in quo i, t. Et tps, in quo moueatur a, sit r. Determinato aũt motu ipsius a, determinatum erit, & tps, & non infinitũ, quod est r. Sed in eodem tpe motum est a, b, & reliquorũ unumquodque. Accidit ergo motum, qui est e, z, i, t, cũ sit infinitus in tempore finito moueri, quod est r. In quo enim a, motum est, & quæ sunt ipsius consequenter omnia mota sunt infinita. Quare in eodem mouetur. Etenimque, aut æqualis motus erit, qui est ipsius a, ipsi b, aut maior. Differt aũt nihil, penitus.n. infinitum motum in finito tempore accidit moueri. Hoc aũt impossibile est. Tex. c. 64.

Demonstratio.

E motus a, mobilis.

Z motus b, mobilis.

I motus c, mobilis.

T motus d, mobilis.

R tempus, in quo mouetur a.

HAec est secunda particula secundę partis secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua ostenso, quæ mobilia, & mouentia simul mouentur, & quandoquidem motus vniuscuiusque illorum est finitus, probatur impossibilitas consequentis, ad quod deductũ est in demonstratione præcedenti, scilicet, quod motus infiniti sunt in tempore finito, & hæc potest esse quinta conclusio de annexis, quæ conclusio probatur demonstratione per impossibile. Si motus infiniti sunt in tempore finito, & motus infiniti infinitorum mobilium constituunt motum infinitum, ergo motus infinitus est in tempore finito, conclusio est impossibilis, ut probatum est sexto huius, & minor est necessaria, ergo maior est impossibilis, ergo sua opposita est vera, minor declaratur per hoc, quia corpora mouentia, & mota ad seinuicem tangunt se, sic, quod ex eis fit unum secundum continuationem, uel contiguationem, & sic ex illis omnibus mouentibus, & motis infinitis fit unum mobile infinitum, sicut deducetur in parte sequenti, & per consequens ex motibus mobilium finitorum fit motus infinitus, & ille motus est, quando motus cuiuslibet illorũ mobilium est, quia quando a, mouetur, quodlibet istorum mobilium mouetur, cum ergo a, mouetur in tempore finito motus infinitorum mobilium

Quinta cõclusio de annexis.

Tex. cõ. 6.

lum erit in tempore finito, & sic motus infinitus erit in tempore finito. Hoc declarat Phylosophus in terminis, videlicet, quando unum mobile mouetur, infinita mobilia mouentur, & ita cum vnũ mobile mouetur in tẽpore finito infinita mobilia mouentur in tempore finito. & sic motus infinitus erit in tempore finito. quia si sint talia finita mouentia, & mota, vocetur motus ipsius a, c, & motus b, vocetur r, & motus d, vocetur i, sit autem k, tempus finitum, in quo mouetur a, ex quo ostensum est, quod motus ipsius a est finitus, oportet, ꝙ tempus, in quo est motus, sit finitum, & terminatũ n. His igitur sic suppositis Phylosophus arguit. In eodem tempore, in quo mouetur a, mouentur omnia alia, quæ ponuntur infinita: sed a, mouetur in tempore finito, & per consequens in tẽpore K, in quo a, mouetur, quod est tempus finitum, ergo omnia alia mouentur in tempore finito, & per cõsequens in tẽpore k, in quo a, mouetur, quod est tempus infinitum: ergo motus infiniti, & per consequens motus infinitus, qui constituitur ex omnibus illis motibus infinitis, erit in tẽpore finito, quod est impossibile. Nec refert quantum ad hoc, quod motus infinitus sit in tempore finito: an motus ipsius a, sit maior, uel minor, uel æqualis motui ipsius b, quia semper sequitur, quod motus infiniti essent in tempore finito, & per consequens motus infinitus erit in tẽpore finito. Intelligẽdum, quod Comment. dicit hic. quòd impossibile est, quod motus moti sit minor motu motoris: potest tamen esse maior, uel æqualis. Sed circa hoc dubitatur; quia cœlum mouet ignem aliquem in uno tempore, & alium ignem in alio tempore. cum vnus ignis semper maneat idem, ut patet per Phylosophum, ergo in illo motu motus motoris est maior, quam motus moti, quia motus motoris est æternus, & motus moti non. Idem patet de motis in aqua, uel in aere, qui diutius mouentur, aliquibus motis ab eis, ergo motus moti potest esse minor motu sui motoris. Dicendum, quod dictum Commen. non est vniuersaliter uerum, ut patet in exemplis iam positis: sed est uerum in his, quæ habent talem ordinem, videlicet, quod motor moti non mouetur, nisi moueat illud, quod ponitur primo moueri ab illo: tunc enim non potest motus moti ab eo esse minor, sed bene potest esse maior, quia potest eius motus continuari cessante primo motore, qui non mouetur, nisi moueat illud motum. Vel forte melius illa propositio potest intelligi vniuersaliter, videlicet, quod motus moti non potest esse minor motu motoris, sed potest esse maior. i. motus moti ab aliquo motore motu nunquam est minor secundum tempus, illo motu sui motoris, qui est necessarius ad inchoandum ipsum. quia nullus motus est necessarius ad inchoandum motum ipsius moti, qui est simul cũ eo, & certum est, quod potest esse maior, quam talis motus sui motoris, ut patet in exemplis præcedentibus. Intellige, quod illud dictum Commen. videlicet, impossibile est, quod motus moti sit minor motu motoris, est impertinens demonstrationi, quia dicit textus, quod nihil differt penitus, siue motus a, sit æqualis, siue maior, & Comment dicit, cum hoc, siue minor, & ita est impertinens, quare, quia &c.

Dubium.

Prima solutio.

Secunda solutio.

Hoc igitur pacto quod proposuimus, videbitur demonstrari. Non tñ demonstratur, quia nullum absurdũ emergit. Fieri.n pôt, ut finito in tẽpore motus sit infinitus: non tamen idẽ, sed alius, atq; alius: si multa sint ea, quæ mouentur, ac infinita. Quod, & in hisce, quæ nunc sumpsimus, accidit.

Tex. cõ. 7. *Sic quidem igitur videtur demonstrari: qđ est a principio: non tamen demonstratur, ꝑ hoc, quod nullum inconueniens accidit. Contingit enim infinito tempore infinitum motum esse. Non eundem autem: sed alterum, & alterum multis, & infinitis motis, quod quidem accidit, & in his, quæ nunc.*

HAec est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit, & remouet quoddam dubium, & continet duas particulas, nam in prima ponit dubiũ. In secunda ibi. [Sed si quod mouetur.] Remouet illud dubiũ. In prima igitur particula huius partis Phylosophus ponit tale dubium, quia Phylosophus probando, quod in mouentibus, & motis non sit processus in infinitum probauit illud deducendo ad impossibile: dato, ꝙ in mouentibus, & motis sit processus in infinitum, & impossibile, ad quod deducit, est illud. s. quod infiniti motus sint in tempore finito. Ex hoc igitur oritur dubiũ, quia illud non videtur incõueniens. s. qđ infiniti motus diuersorum mobilium sunt in tempore infinito. Nec ex hoc videtur sequi, quod aliquis vnus motus infinitus sit in tempore finito. Vnde sciendum, quod Commen. videtur hic dicere, ꝙ infiniti motus sunt in tempore finito, qđ est uerum de infinitis facientibus unum finitum, quia sicut infinitæ partes continui faciunt unum continuum finitum: ita infiniti motus partium faciunt unum motum finitum.

At si id, quod prim. mouet in loco: motuque corporeo accommodato: tangere necesse est id, quod mouetur, aut continuum esse, ut in vniuersis fieri cernimus: totum ipsum unum ex omnibus aut continuum erit. Id igitur, quod fieri pôt: esse sumatur, & sit magnitudo quidem, aut continuum ipsum a, b, c, d. Motus autem huius sit e, f, g, h. Nihil autem interest infinitum sit: an finitũ: similiter enim finito in tempore K, aut infinitum: aut finitum infinito mouebitur motu. Horum autem vtrumque est impossibile.

Sed si quod mouetur primo secundum locum, & corporalem motum, necesse est tangi, aut continuum esse mouenti: sicut videtur hoc in omnibus contingere. Erit enim ex omnibus unum ipsum totum, aut continuum. Hoc igitur contingens accipiatur, & sit magnitudo quidem: aut continuum, in quo sunt a, b, c, d. Huius autem motus est e, z, i, t. Differt autem nihil magnitudinẽ finitam, aut infinitam esse: similiter enim infinito tempore, quod est r, mouebitur, aut finita, aut infinita. Horum autem secundum vtrumque impossibile est. Tex. cõ. 8.

Demonstratio.

A B C D

Magnitudo continua.

E Z I T

Motus illius magnitudinis.

HAec est particula secundæ partis principalis huius cap. in qua Phylosophus remouet illud dubium, supplendo illam demonstrationem prius dictã: addendo prius dictis illam propositionem, omnia illa mota infinita faciunt vnum motum contiguum, uel continuum, ex qua propositione dependet tota demonstratio præcedens, unde dico, quod, si aliquod primum motũ moueatur, & moueret aliud, necesse est illud aliud motum tangi a mouente, aut esse continuũ ipsi mouenti, ut patet inductiue in omnibus: nam manus non pôt mouere baculum, nisi tangat cũ nec potest vna pars aeris mouere aerem, nisi sit continua vel contigua illi. sed si in mouentibus, & motis corporeis sit processus in infinitum aggregatum ex omnibus istis mouentibus, & motis sit mobile infinitum, ergo si in talibus est processus in infinitum, sequitur, qđ mobile infinitum mouetur tempore finito, sed mobilis infiniti est motus infinitus, ergo motus infinitus est in tempore finito, quod est impossibile, ut patet texto huius, vnde potest sic formari sic. Si in mouentibus, & motis sit processus in infinitum, tunc infiniti motus corporum tangentium se sunt in tempore finito, quia unum illorum motorum mouetur in tẽpore finito, & in eodem tempore, in quo unum eorum mouetur, omnia alia mouentur, & sic sequitur, quod infiniti motus corporum tangentium se, sunt in tempore finito, ergo aliquis motus infinitus est in tempore finito, hoc consequens est impossibile, igitur, & primum antecedens est impossibile, scilicet, quod in mouentibus, & motis sit processus in infinitum, ultima consequentia patet, quia ex omnibus illis mouentibus, & motis sit unum mobile infinitum, sed mobilis infiniti est motus infinitus, & dicit Phylosophus, quod nihil refert quantum ad hoc, quod est simul moueri, siue illud aggregatum ex omnibus illis mouentibus, & motis ponatur finitũ, siue infinitũ, quia siue ponatur finitũ, siue infinitũ semper sequitur. Tex. c. 60. 61. & 62.

sequitur, quòd illud aggregatum mouetur in eodem tempore, in quo vnum illorum mouetur. Illam igitur rationem Phylosophus ponit in terminis, & legatur litera sic Cū enim

Constructio literæ. dixit, quòd corpus motū sc̄d'm locū debeat esse cōtinuū, uel cōtiguum moueri extrinseco, & ꝙ ex omnibus illis mouentibus, & motis sc̄d'm locū sit vnū totū secūdū contiguationem, uel vnū continuum: dicit, ꝙ accipiatur illud continens, idest illud, qd̄ sequitur.f. ꝙ ex omnibus illis mouentibus, & motis sit vnū continuū, uel cōtiguum, & sit illa magnitudo, quæ. l. est una sc̄d'm contiguatione, aut illud cōtinuū, in quo sunt a, b, c, d, hoc est uocetur illud aggregatum, siue sit continuum, siue contiguū a, b, c, d, huius autem motus, idest motus illius aggregati vocetur e, f, i, t, differt autem, uel finitam, aut infinitum magnitudinem esse: hoc est nihil refert illam magnitudinem compositam ex infinitis mouentibus, & motis esse finitam, uel infinitam, quantum ad hoc, quod est moueri simul in tēpore finito, si unum illorum mototum mouetur in tempore finito: similiter enim finito tēpore, quod est k, supple, in quo vnum eorum mouetur: mouebitur, scilicet, tota magnitudo composita ex infinitis mouentibus, & motis, aut finita, aut infinita, hoc est, siue illa magnitudo sit finita, siue infinita. Vnde tota magnitudo composita ex infinitis mouentibus, & motis mouebitur in tempore finito, scilicet, in eodem tempore, in quo vnū eorū mouetur: vtputa in t.pe K, siue illa magnitudo sit finita, siue infinita, horū aūt secundū vtrunque impossibile est, hoc est secundum vtronquē sequitur impossibile. f. ad vtrunque istorum, quæ sunt magnitudinem contiguā infinitā moueri in t.pe finito, aut contiguam magnitudinem infinita moueri in tempore finito: sequitur impossibile. f. ꝙ motus infinitus est in tempore finito. Sed circa illam rationem Phylo-

Primum dubium. lophi occurrunt duo dubia, primum est, quia non videtur, ꝙ sit necesse ex mouentibus, & motis infinitis fieri unum mobile infinitum, quoniam omne continuum motum non componitur ex partibus infinitis, ut declaratum est sexto huius,

Tex.cō.1.3.& 16 sed partes continuæ mouentur ad motum totius continui, ergo omne continuum componitur ex motis infinitis, & tamē continuum motum non est infinitum, ergo non oportet, ꝙ

Secundo. compositum ex motis infinitis sit infinitum. Item in omni motu locali recto sunt infinita mouentia, & mota, quia si a, moueat̄ sc̄d'm locū motu recto, oportet, ꝙ expellat aliud corpus, & sit illud corpus b, & oportet, ꝙ b, expellat aliud corpus, quia duo corpora non possunt esse simul in eodē loco, & eadem ratione illud corpus expulsum, & motum secundum locū expellit, & mouet aliud corpus extra locum suum, & sic in infinitum, & in omni motu locali recto sunt infinita mota, & mouentia, & tamen ex illis non fit aliquod mobile in infinitum, ergo. Aliud dubium est, quia non videtur impossibile, qd̄

Secundū dubium. motus infinitus secūdum quantitatem, quam habet a mobili, fiat in t.pe finito, q̄m in eodē t.pe, in quo mobile maius potest moueri: potest etiam mobile minus moueri, ut patet manifeste. Vnde potest sic argui: ubi ad maioritatem mobilis nō sequitur maioritas temporis, ibi ad infinitatem mobilis non sequitur infinitas temporis, in quo mobile mouetur, sed ad maioritatem mobilis non sequitur maioritas temporis, ut patet, quia in eodem t.pe pōt moueri mobile minus, & mobile maius, ergo ad motum mobilis infiniti non sequitur tempus infinitum, & sic mobile infinitum pōt moueri in t.pe finito, sed mobile infinitū non mouetur, nisi in t.pe infinito sc̄d'm quātitatē, quā habet a mobili, ergo motus infinitus sc̄d'm diuisio-

Confirmatio. nē, quā hēt a mobili pōt esse in t.pe finito. Et confirmatur, quia Phyl. dicit in textu, ꝙ nihil refert, ꝙ magnitudo composita ex omnibus illis mouentibus, & motis sit magnitudo finita, vel infinita, sed si detur, ꝙ illa magnitudo sit infinita, & moueatur tēpore finito, nullum inconueniens sequitur, igitur, & eodem modo, si detur, ꝙ illa magnitudo sit infinita, & moueatur tēpore finito nullū inconueniens sequitur, ergo non est incō-

Ad primū dubium. ueniens, ꝙ mobile infinitū moueatur in tempore finito. Ad primū dubiū dicendum, ꝙ ex motis actu infinitis necesse est, ut fiat mobile infinitum. Et uoco motum in actu motū actu separatum ab alio motu separato separatione opposita continuationi. Vnde motum in actu voco motum non continuatum alteri moto, uel mouenti. Et ratio, quare ex talibus motibus infinitis, si ponantur, fit motum infinitum, est quia in talibus motis in actu est dare minimum motum, quod existit in actu separato secundum Comment. & demonstratio Phylosophi super hoc fundatur, quoniam si non esset dare minimum motum in actu, non oporteret ex talibus motis infinitis fieri mobile infinitum, ideo si demōstratio Phylosophi valeat, oportet ponere minimum motum existens in actu separato: si igitur sint infinita in actu, oportet, quod sint infinita mota, quorum quodlibet sit tantæ quantitatis, quantæ est minimum motum in actu, uel maioris, & quod quodlibet illorum maiorum sit totaliter extra aliud, cum non sint continua, sed in nullo quanto finito sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis: quarum quælibet est totaliter extra aliam, ut patet ex primo, & sexto huius, & per consequens in nullo quāto finito sunt infinitæ partes, quarum quælibet est extra aliā eiusdem quantitatis, quantæ quātitatis est minimum motum in actu, uel maioris quantitatis, ergo compositum ex motis infinitis in actu, non sit quantum finitum, ergo est infinitū. Cū

Ad secundum secūdo loco. igitur dicitur primo, quod omne continuum componitur ex infinitis partibus: concedo, sed illę partes non sunt partes in actu actualitate separationis: immo sunt continuatę adinuicem, & concedo, quòd ex talibus motis in potentia infinitis non fit quantum infinitum. Et cum secundo dicitur, quod in omni motu locali recto sunt infinita mota, & mouentia, concedo, sed illa mota, & mouentia non sunt in actu, ut patet, quia si aliquod corpus moueatur in aere motu locali recto, oportet, quod infinitæ partes aeris moueantur, sed illæ partes non sunt in actu, sed sunt continuatę adinuicem: ideo non oportet, quòd ex eis fiat quantum infinitum. Nec est verum, quòd ex omnibus mouentibus, & motis fiat vnum infinitum, sed solum ex mouentibus, & motis in actu infinitis, si essent talia, fieret vnum quantum infinitum, ut dictum est.

Ad secundū dubiū. Ad secundum dubium dicendum, quòd motus infinitus secundum quantitatem, quam habet a mobili, non potest fieri in tempore finito: quia mobile infinitum, si moueretur necesse est, quod moueatur per spatium infinitum, & spatium infinitum non potest pertransiri tempore finito, vt declaratum est sexto huius, & tamen in eodem tempore possunt moueri maius mobile, & minus mobile: sed mobile finitum, & mobile infinitum non possunt moueri localiter in eodem tempore finito. Et cum dicitur, quod vbi maioritas mobilis non requirit maioritatem temporis, ibi infinitas mobilis, &c. Dico, quòd non est uerum, vbi infinitati mobilis repugnat finitas temporis, vnde ubi est solum repugnantia ex infinitate, & non ex maioritate propositio non habet ueritatem.

Notandū. Notandum, quòd impossibile est corpus infinitum moueri localiter, & moueri localiter in tempore finito repugnant corpori ratione infinitatis, quod patet, quia corpus non mouetur localiter, nisi pertranseundo aliquod spatium, sed impossibile est, & repugnantiam includens, quod corpus infinitum pertranseat aliquod spatium, siue finitum, siue infinitum in tempore finito: ita ꝙ nihil de corpore finito moto fieret super illud spatium pertransitum, & cum corpus infinitum motum desereret illud spatium, illud spatium esset extra totum corpus infinitum, & per consequens infinitum nō esset infinitum ex ista parte, qua pertransiuit spatium, sed esset finitum ad spatium, quod complete pertransiuit, & sic corpus infinitum non esset infinitum, quod est impossibile: & sic patet, quod corpus infinitum non potest in tempore finito pertransire spatium finitum, & per consequens non potest pertransire spatium infinitum, quia si sic, sequeretur, quòd pertransiret spatium finitum, cum infinitum includat finitum.

Replica. Et si dicatur, ꝙ ista ratio bene probat, ꝙ corpus infinitū ex vtraque parte nō pōt pertransire aliqd spatiū in t.pe finito: tū nō bene probat, ꝙ corpus infinitum ex una parte, & finitum ex alia non possit pertransire aliquod spatium in t.pe finito.

Ad repli. Ad istud dico, quòd ad intentionem Phylosophi sufficit probare, quod corpus infinitum ex vtraque parte non potest pertransire spatium finitum in tempore finito, quia Phyl. per hoc probat, ꝙ in mouentibus, & motis localiter ab extrinsec. nō est processus in infinitum, quia si in talibus esset processus in infinitum, ex omnibus illis mouentibus, & motis fieret vnum corpus infinitum ex utraque parte tam in ascendendo, quā in descendendo, quia si a, mouet b, b, mouet c, & c, mouet d, & sic in infinitum descendendo, ita c, mouetur a b, & b, mouetur ab a, & a, mouetur ab alio, & sic in infinitum ascendēdo, & ita ex omnibus illis mouentibus, & motis fieret, vnum corpus secundum continuationem, uel contiguationem ex vtraque parte infinitum, & illud moueretur in tempore finito. Et ita corpus finitum ex vtraque parte pertransiret aliquod spatium in tempore finito, & hoc est impossibile, & repugnantiam includens ratione infinitatis ex vtraque parte, ut patet ex prædictis.

Ad confirmationē. Ad aliud, quando dicitur, ꝙ nihil refert, ꝙ magnitudo composita ex omnibus illis mouentibus, & motis sit finita, uel infinita, dico, quòd uerum est, quantū ad simul moueri, ita, ꝙ uno moto simul omnia moueantur, & hoc intelligit Phyl. sed quantum ad inconueniens, qd̄ sequitur ad vnū, & non ad reliquum multū differt, quia ad hanc, videlicet, Mobile

le infinitum mouetur in tempore finito, sequitur impossibile, videlicet, quòd motus infinitus secundum durationem est in tempore finito, ut patet sexto huius. Sed ad illam, videlicet, mobile finitum mouetur in tempore finito: non sequitur illud inconueniens, videlicet, quòd motus infinitus sit in tempore finito.

Stabit igitur tandé, ut patet id ipsum, & non in infinitum proficiscetur, ab alio, inquã semper moueri: sed erit quippiã, quod primũ motu ciebitur.

Tex. co. 5. *Manifestum igitur, quia stabit aliquando, & non in infinitum abibit, quod semper altero, sed erit aliquid, quod primum mouebitur.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Philosophus concludit conclusionem intentam, scilicet, quod in mouentibus, & motis, &c dicens, quòd ex prædictis manifestum est, quòd stabit aliquando, idest, aliquando erit status in mouentibus, & B motis secundum locum, & non procedet in infinitum, ita, quod semper motum mouebitur ab altero mouente, & illud ab altero, & sic in infinitum, & sic est deuenire ad aliquod primum motum in loco, & quare, &c.

Nihil autem intersit aliquo supposito id ostendi. Eo namque posito, quod esse potest: nullum absurdum accidere oportebit.

Nihil autem differat concesso quodam hoc demonstrari. Contingenti enim concesso nullum inconueniens oportebit accidere.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Philosophus remouet quandam tacitam obiectionem quæ talis est: quia aliquis posset dicere, quod illa conclusio est impossibilis, videlicet, motus infinitus est in tempore finito, accidit propter il- C lud coassumptum. s. ex infinitis mouentibus, & motis fit unũ continuum, uel contiguum. Sed illud excludit Phyl. dicens, quod ista conclusio impossibilis non accidit propter aliquod contingens coassumptum, quamuis nihil differt in adducẽdo ad impossibile coassumere verum, uel contingens. quoniã propter contingens nullum accidit impossibile, & ideo si accidit impossibile, oportet, quod accidat propter aliud, quam propter contingens coassumptum, & sic est in proposito, quia illud coassumptum ex omnibus mouentibus, & motis fit unum, siue sit uerum, siue contingens, siue sit falsum: contingens non est illud, propter quod accidat dicta conclusio impossibilis, scilicet, quod motus infinitus sit in tempore finito: sed accidit propter hoc, quia ponitur, quod in talibus mouentibus, & motis secundum locum sit processus in infinitum, & ideo illud non est impossibile. Intelligendum, quod aliqui dicunt hic, quod nihil differt inferre impossibile ex aliquo cum uero coassumpto, uel cum contingenti falso coassumpto, quia siue inferatur impossibile ex aliquo cum uero, siue cum falso contingenti semper oportet, quòd aliqua præmissarum sit impossibilis, quia nec propter uerum, nec propter falsum contingens D accidit impossibile, & ideo impossibile, quod sequitur, accidit propter alteram præmissarum, quæ est impossibilis. Sed illud non est uerũ, quia conclusio impossibilis multotiens sequitur ex duabus præmissis quarũ vtraq; est contingens, ut patet ex syllogismo ex oppositis, sequitur. n. Sortes est non albus, & Sor. est albus. ergo albũ est non albũ, vbi cõclusio est impossibilis, & tñ vtraque præmissarũ est contingens, & ideo arguẽdo per impossibile non sequitur, cõclusio est impossibilis, & altera præmissarum est contingens, et tamen uera, ergo reliqua præmissarum est impossibilis, sed sequitur, si conclusio sit impossibilis, oportet, quòd præmissæ sint incompossibiles, uel quòd altera præmissarum sit impossibilis. Vnde ex impossibilitate conclusionis cũ veritate. vel contingentia alterius præmissæ non licet inferre impossibilitatem reliquæ præmissæ, quia ex contingentibus, & incompossibilibus, seu repugnantibus sequitur impossibile. Veruntamen ex impossibilitate conclusionis cum necessitate unius præmissæ contingit inferre impossibilitatẽ reliquæ præmissæ: nam sequitur, conclusio est impossibilis, &

A vna præmissarum est necessaria, igitur reliqua præmissarum est impossibilis, ut patet ex logica manifeste, quare, &c.

Id autem quod primum mouet, non ut id gratia, cuius cætera sunt: uel fiunt, sed ut id, unde est principium motus: simul cum eo est, quod mouetur. Atque simul dico, quia nihil est inter ipsa. Hoc enim omnibus mouentibus communiter cõpetit, & subeuntibus motum.

Primum aũt mouens non sicut, quod cuius causa: sed unde est principium motus: est simul cum eo, quod mouetur. Simul aũt dico: quia nihil ipsorum mediũ est. Hoc enim commune in omni, quod mouetur, & mouens est.

ISte est secundus tractatus huius libri, in quo principaliter declaratur, quòd proximum mouens effectiue, & motum B sunt simul, & continet duo capitula, quoniam in primo declaratur in tribus generibus motus, quòd proximum mouẽs effectiue, & motum sunt simul. In secundo ibi [Quomodo autem quædam.] Declaratur, quod solum in qualitatibus sensibilibus est per se alteratio, in qua oportet alteratũ, & alterans esse simul, & hoc supponit Phyl. in primo ca. huius tractatus, ideo in secundo ca. reuertitur ad declarandũ idem. Primũ ca. continet duas partes principales, quoniam in prima Phyl. proponit conclusionem quã intendit. In secunda ibi [Primum quidẽ] Declarat illam conclusionem quam proponit. Prima pars cõtinet duas particulas quoniã prima est narratiua, in qua Philosophus proponit conclusionem declarandã cum explicatione eiusdẽ. In secũda ibi [Qm̃ aũt tres.] Enumerat species motuum, & mobiliũ. In prima igitur particula huius partis Philosophus præmittit conclusionem, quã intendit, & intellectũ conclusionis exponit, d. quod primum mouẽs: hoc est mouẽs proximũ, quod nõ est mouẽs, sicut eius cã finis, hoc est, quod non est mouens sicut causa finalis tantum, sed principium motus: hoc est cã efficiens est simul cũ eo, quod mouetur ab ipso. Et explicat quid intelligat per esse simul dicẽs, quod intelligit per aliqua esse simul ipsorum nihil esse medium. Vnde illa sunt simul, C secundum quod Phyl. hic loquitur de simul, inter quæ nullum corpus est medium, & hoc est commune omni moto, & mouenti proximo. s. quod inter illa nullum est, corpus medium hęc igitur est conclusio principaliter probanda. s. quod in omni motu primum mouens, & motum sunt simul, intelligendo per primum mouens, mouens proximum effectiue, non mouens, ut finis tantum, nec mouens efficiens tantum remotum, & intelligendo per esse simul nihil habere medium. Intellectus igitur conclusionis est, quod primum mouens effectiue, & motum, sunt simul, ita quod inter illa nihil est medium. Ex quibus Tex. c. 11. & 12. possunt duo notari, primum, quod mouens accipitur dupliciter, videlicet, pro efficiente, & pro fine, secundo potest notari, quod simultas, siue esse simul accipitur dupliciter. Vno modo affirmatiue, seu positiue. Alio modo negatiue, quando accipitur positiue, tunc aliqua esse simul est illa esse in eodem loco primo. i. in eodem loco adæquato. Et sic loquitur Phyl. quarto huius, de esse simul, & hæc est simultas adæquationis, in isto modo quanta replentia loca sunt simul proprie, ut accidentia extensa ad extensionem subiecti, ut albedo, & dulcedo in D lacte sunt simul inter se, & etiam sunt simul cum subiecto, in quo sunt. Isto etiam modo indiuisibilia corporum tangentiũ se sunt simul, sed non proprie, quia non sunt in loco proprio, sed sunt simul, quia habent situm, & non distant secundum situm, sed quando simul accipitur negatiue, tunc aliqua esse simul est ipsa non habere medium inter illa. Et illo modo corpora tangentia se sunt simul, & etiam forma indiuisibilis mouens corpus simul est cum corpore moto, & sic quod inter illa non est medium, quoniam corpora tangentia se sunt simul simultate immediationis, sed motor indiuisibilis mouẽs corpus est simul cum eo, quia non distinguitur ab eo secundum locum. Vnde potest distingui de triplici simultate: quoniam quædam est simultas adæquationis, quædã est simultas Primum notan. immediationis, & quædam est simultas indistinctionis secundum locum tantum, ita quod solum pro tanto dicuntur esse simul, quia non distinguuntur secundum locum, primæ duæ simultates non competunt proprie nisi quantis replentibus locum, sed tertia simultas competit motori indiuisibili, & corpori ab eo moto. Vnde notanda sunt hic quatuor secundum Commen. Primo est notandum, quod motor ad

quem

quem induxit est primus secundum illud, ex quo est motus, & non primum secundum illud, ad quod est motus, hoc est motor, de quo hic loquitur est primus motor in genere causæ efficientis, & non est primus motor in genere causæ finalis, uel ad minus non loquitur hic de primo, ut est in genere causæ finalis. Secundo est notandum secundum Commen. quod hic non est declaratum, utrum iste motor sit agens, & finis in simul, aut motor secundum finem sit aliud a motore secundum agens, sed illud uidebitur octauo huius. Tertio est notandum secundum Commen. quod Phylosophus non intendit hic declarare, nisi primum motum esse, & primam rem motam esse, & in principio octaui ponitur, quod hic est primus motus, & primum motum, & perscrutatur in octauo huius, de illo motu, utrum s. sit æternus, uel generatus. Et Phylosophus in hoc septimo probat, quod est aliquis primus motus generatus, & aliqua res primo mota, & hoc probat per hoc, quia in mouentibus, & motis non est processus in infinitum, & in octauo huius Phyl. supponit, quod primus motor est, & quod est prima res mota est, & ibi inquirit, an primus motus sit æternus, aut de nouo generatus. Quartum est notandum secundum Co. qui sic dicit. Non intelligo hic per primum motorem, nisi illud, quod dicitur primum, quia locus, ex quo incipit motus, est locus eius, quod mouetur ex eo, & hoc manifestum est in moto ex se, scilicet, quoniam locus, ex quo incipit motus, est locus moti ab eo, & accidit hoc, quia ille motor non est corpus, sed forma in corpore, cum ergo attribuitur loco, non attribuitur ei, nisi loco eius, quod mouetur ab eo, hæc Comment. Vnde apparet secundum intentionem Comment. quòd motores corporum super cœlestium, & alij motores, qui non sunt corpora, nec quanta: non dicuntur esse in loco nisi quia corpora mota ab eis sunt in loco, hoc igitur est notabile quartum Commentatoris, scilicet, quòd primus motor, & motores, qui non sunt corpora sunt in eisdem locis, in quibus sunt corpora mota ab eis, & sic motores, qui sunt formæ, sunt simul cum corporibus motis, quia non distinguuntur ab eis secundum locum, & eorum simultas est simultas indistinctionis secundum locum, & de illa simultate, & de illo modo essendi in loco, quo motores separati sunt in loco, videbitur super octauum huius.

Secundũ notand.

Tertium notand.
Tex.c.primi.

Quartum notand.

Cum autem tres sint motus. is inquam, qui ad locum: is, qui ad qualitatem, & is, qui ad quantitatem accommodatur. Quorum primus est latio, secundus alteratio, tertius accretio, atque decretio, & ea sanè, quę mouentur tria esse necesse est.

Tex.c.10.

Quoniam autem tres sunt motus, qui secundum locum, & qui secundum qualitatem, & qui secundum quantitatem: necesse est, & ea, quæ mouentur, tria esse. Quod quidem igitur secundum locum: loci mutatio: qui uero secundum qualitatem: alteratio: qui uero secundum quantitatem: augmentum, uel decrementum.

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus enumerat species, seu genera motuum, seu mobilium dicens, quòd tres sunt species motus, hoc est tria sunt genera motuum, ut motus secundum locum, motus secundum qualitatem, motus secundum quantitatem, & ideo etiam tria sunt genera mobilium, ut mobile secundũ locum, mobile secundum quantitatẽ, & mobile secundũ qualitatẽ, v. g. motus secundum locũ dicitur loci mutatio. Motus uero secundum qualitatẽ dicitur alteratio, & motus secundum quãtitatẽ dicitur augmentatio, & decrementum, quia motus ad maiorẽ quãtitatem dicitur augmentatio, & motus ad minorem quantitatem dicitur diminutio, uel decrementum. Vnde hic sunt tria notanda secundum Comment. primò, quòd illud, quod Phylosophus intendit hic declarare, scilicet, quod inter motorem propinquum, & motum non est aliquod medium necessariũ in prædicta demonstratione, & est fundamentum maximum in pluribus rerum naturalium, est n. necessarium in demonstratione prædicta, videlicet, qua demonstratur, quod in mouentibus, & motis non est processus in infinitum: quoniam impossibile est imaginari ex illis magnitudinibus fieri unã magnitudinem infinitam secundũ contactum, nisi concedatur, quod inter motorem, & motum ab eo non est medium. Secundo est notandum secundũ Commen. quod quia hoc est vniuersaliter verũ in omni motu, scilicet quod mouens passiuũ, & motũ sũt simul, & ideo Phyl. narrat hic genera mobiliũ. Tertio est notandum secundum Commen. hic, quod Phyl. hic in enumerando genera motuum, & mobilium tacuit generationem, quia hoc est in ea magis manifestum, quam in alijs, scilicet, quòd generans simul est cum generato, ideo &c.

Species motus sũt tres.

Primo notand.

Secundo notand.
Tertio notand.

Atque primo de latione dicamus. Hoc enim primus motuum est. Omne itaque, quod fertur, aut a seipso mouetur, aut ab alio. Si igitur a seipso mouetur. Patet cum in ipso sit id, quod mouet: simul esse, & id, quod mouet, & id, quod mouetur, & nihil inter ipsa medium esse.

. *Primũ quidẽ igitur de loci mutatione dicamus. Hic enim primus motuũ est, omne igitur, qd fertur, aut ipsum a seipso mouetur, aut ab altero, si quidẽ igitur a seipso manifestũ, quod in ipso mouente existente simul mouens, & qd mouetur erit, & nullum illius medium est.*

HAec est secunda pars principalis huius cap. in qua declaratur conclusio principaliter intenta in hoc capitulo. s. quod mouens, & motũ sunt simul, & hæc est quinta cõclusio principalis huius lib. quam conclusionẽ intendit Phyl. in tota ista parte: cõclusio igitur probatur sic. In omni motu locali, & in omni motu alterationis, & in omni motu augmentationis, & diminutionis mouens, & motum sunt simul. sed oĩs motus est motus localis, uel motus alterationis, vel motus augmentationis, aut diminutionis, ergo in omni motu mouens, & motum sunt simul, minor huius rõnis patet ex quinto huius, in quo probatũ est, quod motum solum est in tribus prædicamentis, maior declaratur. s. quod in omni motu locali mouens, & motũ, &c. & quia maior hẽt tres particulas, ideo hæc pars continet tres partes, quia in prima declaratur, quod in omni motu locali mouens, & motũ sunt simul. In secunda ibi. [At uero neque alterati.] declaratur, quod in omni motu alterationis mouens, & motũ sunt simul. In tertia ibi [Et quod augetur] declaratur, quod in omni motu augmentationis, & diminutionis mouens, & motum sunt simul. Prima particula continet duas partes, quia in prima Phylosophus proponit intentionẽ suam, & ordinem intentionis, & causam ordinis: narrans cum hoc, in quibus illud, quod ipse intendit est manifestum. In secũda ibi. [Quod autem ex alio.] declarat conclusionem in illis, in quibus conclusio non est manifesta, scilicet, quod in illis, quæ mouentur localiter ab extrinseco mouens, & motum sunt simul. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. narrat primo, quod declarandum est, quod in motu locali mouens, & motum sunt simul, & hoc est, qd Phyl. hic intendit, & primo est hoc declarandum in motu locali, & sic patet ordo intentionis, & causa huius ordinis est, quia motus localis est primus motus, & ideo primum est dicendum de ipso, & ita patet causa intentionis ordinis. Deinde narrat Phylosophus, in quibus est manifestũ, quod mouens, & motum sunt simul, & primo ponit vnam diuisionem mobilium secundum locum dicens, omne, quod fertur, hoc est, omne, quod mouetur localiter, aut mouetur a seipso, aut ab altero, hoc est, aut mouetur a principio intrinseco, aut extrinseco. Et dicit Phylosophus, quòd de his, quæ mouentur a seipsis est manifestum, quod in eis mouens, & motum sunt simul, sic, quòd inter illa nullum est medium, & hoc ideo, quia in talibus vtrunque, scilicet, tam mouens, quã motum est in ipso mouente seipsum: quoniam si aliquid mouet seipsum, in ipso sunt tam mouens, quam etiam motum, sic sunt simul, ita quod in illa nullum est medium. Et ponitur hic probatio primæ partis maioris principalis rationis, q. est, quod in omni motu locali mouens proximum, & motum sunt simul, & hæc est una conclusio de annexis, & probatur sic. In omni motu, in quo motũ mouetur a principio intrinseco: mouens, & motum sunt simul, & in omni motu, in quo motum mouetur a principio extrinseco mouens, & motum sunt simul, sed in omni motu locali motum, uel mouetur a principio intrinseco, uel a motore extrinseco, ergo in omni motu locali mouens, & motum sunt simul, loquendo de motore proximo, minor est manifesta per sufficientem diuisionem, maior autem probatur, sed quantum ad primam partem maioris est manifesta: quoniam ubi motum mouetur a principio intrinseco, manifestum est, quòd mouens, & motum sunt simul, quia vtrunque est in ipso mouente seipsum, sed alia pars maioris, videlicet, quod in omni motu, qui est a motore extrinseco mouens, & motum sunt simul, probabitur in secunda parte huius particulæ. Intelligendum, quod hic vocat Phylosophus motum ex se omne illud, quod mouetur

ab

Quinta cõclusio huius libri.

Conclusio de annexis.

ub aliquo non distante ab eo secundum locum, siue illud sit forma abstracta a materia, siue sit forma substantialis, siue accidentalis. Et iterum Comment. dicit hic, quòd nihil mouet se, quod sic intelligo, scilicet, quod nihil est per se mouens seipsum primo, sicut expositum est superius, scilicet, quòd nihil est primum motum primitate totalitatis a seipso per se perseitate causalitatis.

Siu ab alio mouetur: quatuor modis mouetur. Motus enim qui ab alio afferuntur quatuor sunt: pulsus: tractio: uolutio: uectio. Etenim fit, ut omnes alij ad hos reducantur.

Quod aūt ab aliquo mouetur: quadrifarie mouetur. Qui.n. ab altero motus, quatuor sunt, pulsio, tractio, uectio, uertigo. Et nāq; omnes alios in hos reduci accidit.

HAec est secunda pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus probat aliā partem maioris principalis rationis, scilicet, quia omni motu locali, qui est ab extrinseco mouens proximum, & motum sunt simul, & continet duas particulas. quā in prima diuidit motum localem, qui est ab extrinseco, in suas species, uel modos, determinando de singulis speciebus eius, diuidendo earum naturas. In secunda ibi. [Manifestum autē.] Concludit aliam partem maioris principalis, videlicet, quod in motu locali, qui est ab extrinseco mouens proximum, & motum sunt simul. Vnde hæc particula continet duas partes: quoniam in prima Phylosophus diuidit motum localem ab extrinseco. In secunda ibi [Pulsionis quidem.] determinat de vnoquoque illarum motuum ab extrinseco diuidendo motum localem ab extrinseco. Dicit igitur Phylosophus primo, quod quadriforme aliquid mouetur localiter ab alio. s. ab extrinseco, quatuor enim sunt motus locales ab aliquo corpore extrinseco, scilicet, pulsio, tractio, vectio, & vertigo. Omnes enim motus locales facti a motore extrinseco, aut sunt aliqui horum motuum, uel reducibiles ad hos motus, quilibet enim motus localis, qui est a motore extrinseco, aut est pulsio, aut tractio, siue vectio, seu vertigo, uel reducibilis ad aliquem horum motuum.

Pulsio igitur alia est impulsio: alia expulsio. Atque impulsio quidē est, cū id, qđ mouet, non deserit id, quod mouetur. Expulsio uero, cum deserit.

Pulsionis quidem igitur alia impulsio, alia, expulsio. Impulsio quidem est, cum mouens et, quod mouetur, non deficit. Expulsio, cum expellens deficit.

HIc Phylosophus determinat de vnoquoque istorum quatuor motuum, & primo de pulsione diuidendo cā dicens, quod pulsionis sunt duæ species, ut impulsio, & expulsio. Impulsio est, quando mouens in toto motu, non separatur a moto, sed semper cum motu mouetur, & est simul cum moto tangens ipsum. Sed expulsio est, quando pellens sic pellit motum, quod separatur a moto, quando cœpit mouere ipsum motum, ut patet in proiectione lapidis, ut quando aliquis proijcit lapidem a se.

Vectio autem in tribus est motibus. Non enim per se, sed per accidens mouetur, quod uehitur. Ex eo namque mouetur, quia est in eo, uel super id, quod mouetur. At id, quod uehit: aut pellitur: aut trahitur; aut uoluitur. Patet igitur uectionem tribus in motibus esse.

Vectio autem in tribus erit motibus. Quod quidem uehitur, non secundum se mouetur, sed secundū accidens. In eo enim, quod est, in eo quod mouetur, aut super id, quod mouetur, mouetur ipsum, uehens autem mouetur, aut pulsum, aut tractum aut uertigine dictum. Manifestum igitur, quoniam uectio in tribus motibus erit.

A HIc Phylosophus determinat de vectione dicens, q vectio est in tribus actibus, idest, in tribus motibus, hoc est vectio requirit aliquem istorum trium motuum, ut pulsionem, aut tractionem, siue uertiginem. Et ratio huius est, quia illud, qđ vehitur, uel portatur, non mouetur, per se, sed per accidens, quia non mouetur, nisi aliud mouetur. s. vehens, ita, q si uehens non mouetur illud, quod vehitur, non moueretur motu uectionis, qm̄ illud, quod uehitur, non uehitur, nisi quia est in uehente, uel super ipsum est vehens. Exemplum primi, sicut homo uehitur ad motum nauis, quia est in naui. Exemplum secundi, sicut homo uehitur ad motū equi, quia est super eum, omne. n. quod uehitur, mouetur ad motum alterius, quia aut mouetur in illo, quod per se mouetur, aut super illud, quod per se mouetur, & illud, quod per se mouetur ab alio, aut mouetur motu pulsus, aut motu tractus, aut motu uertiginis, & ideo uectio fundatur in istis tribus motibus, & sic patet quid est uectio, quia est motus per accidens requirens alium motum. patet etiam, quòd uectio diuiditur: quia quædam est motu, quod est in uehente, & quædam est vectio motu, qđ est super vehens. Intelligendum, quòd illud, qđ Phylosophus dicit hic de uehente, est uerum, scilicet, quòd

B vectio requirit aliquem istorum trium motuum, quando vehens mouetur a motore extrinseco, sed quando uehens mouetur a se, & non a motore extrinseco, tunc uectio non requirit necessario aliquem istorum trium motuum, ut si aliquid uehatur super terram naturaliter motum deorsum, ibi est vectio, & nec pulsio est, nec tractio, nec uertigo, &c.

Tractio uero est cum motus trahentis aut ad se, aut ad aliud celerior eius est motu, quod trahitur, neque seiungitur ab eodem. Etenim, & ad seipsum est tractio, & ad aliud. Ad has, & cæteræ tractiones eadem specie reducentur, ut inspiratio, & spiratio, & sputatio, & hæ quibus aut emittuntur corpora, aut accipiuntur. Quarum aliæ sunt congregationes: aliæ segregationes. Et omnis igitur ad locum accommodata motio: cōgre-

C gatio est, nimirum, & segregatio.

Tractio autem est, cum etiam ad ipsum, uel ad alterum uelocior sit motus trahentis, non separatus ab eo, qui trahitur. Et namque ad ipsum est tractio, & ad alterum, & reliqui tractus idem specie in hos reducuntur, ut inspiratio, & exspiratio, & spuitio, & quicunque corporum emissiui, aut receptiui sunt, & spathesis, & cercisis. Aliud est quidem ipsorum congregatio, aliud disgregatio. Et omnis igitur motus qui est secundum locū, aggregatio, & disgregatio est.

HIc dicit Phylosophus, quòd tractio est quando mouens motum aliquid ad se, uel ad alterum mouet, & tunc motus trahentis est uelocior motu naturali ipsius tracti, ita tamen, quod trahens non separatur a tracto, siue sit ad ipsum trahens, siue ad alterum, & tractio differt a pulsione, quia in pulsione motor se habet ad mobile, ut terminus a quo, sed in

D tractione mouens se habet, ut terminus ad quē, respectu mobilis, quia pellens mouet mobile a se, sed trahens mobile ad se. Vnde tractio tantum inuenitur in rebus naturalibus, aut in rebus uoluntarijs, in naturalibus attrahere est mouere aliquid ad se, sed in rebus voluntarijs est inuenire vtrunque. Nam si aliquis stet iuxta me possum trahere aliquem magis distātem, vel ad meipsum, vel ad illum, qui stat iuxta me, & reliqui motus ad pulsionem, & tractionem reducuntur. Alij uero motus speciales, qui videntur eiusdem speciei cum his, ut inspiratio. & exspiratio, & motus corporum, qui sunt emissiui, & receptiui reducuntur ad pulsionem, & tractionem. Similiter spathesis, quæ est quædam percussio, & est pulsio, & cercisis, scilicet, radiatio, quæ pertinet ad texturam, quæ est quædam tractio, talium enim motuum quidam est congregatio, & tunc est tractio, & quidam disgregatio, & tunc est pulsio. cum igitur omnis motus localis, qui est ab extrinseco, sit congregatio, uel disgregatio, uel præsupponens aliquē istorum motuū, & congregatio est tractio, & disgregatio est pulsio.

sio, sequitur quod omnis motus localis, qui est a corpore extrinseco, est tractio, uel pulsio vel reducitur ad aliquem istorum duorum motuum.

Volutio vero ex tractione, pulsioneque componitur. Mouens enim partim pellit, partim trahit id, quod motu hoc agitatur. Perspicuum igitur est, si pellens, ac trahens est cum eo, quod pellitur, atque trahitur, nihil esse inter ea, quorum alterum mouetur, alterum mouet.

Vertigo autem cōponitur quidem ex tractu, & pulsione. Hoc quidem enim pellit mouens, illud autem trahit. Manifestum igitur est, quòd siquidem simul pellens, & trahens cum eo, quod pellitur, & trahitur, nullum medium eius, quod mouetur, & mouentis est.

NVnc Philos. dicit, quòd vertigo est motus compositus ex pulsu, & tractu, quando enim aliquid vertitur, vel mouetur voluendo, ex vna parte pellitur, & ex alia parte trahitur. Sciendum tamen, quod de ratione vertiginis non est, quod sit composita actualiter ex pulsu, & tractu, sed oportet, quod si sit vertigo, quòd ibi sit tractus, vel pulsus, quoniam illud, quod vertitur, vel trahitur a mouente, vel pellitur a mouente, non oportet, quòd actualiter vertatur, & traheretur, quandoque tamen illud, quod vertitur trahitur, & quandoque pellitur a mouente. Vnde non omnis vertigo est actualiter composita ex pulsu, & tractu, sed potentialiter, & sub disiunctione, cum igitur omnis motus, qui est ab extrinseco sit pulsio, vel tractio, & in pulsione, & tractione mouens, & motum sint simul, patet, quod in omni motu locali, qui est ab extrinseco mouens, & motum sunt simul.

Hoc, & ex diffinitionibus patet. Nam pulsio quidem est, aut ex se, aut ex alio in aliud motus.

Hoc autem manifestum ex dictis. Pulsio quidem enim aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus est.

HÆc est secunda particula secundæ partis primæ particulæ secundę partis principalis huius capituli, in qua Phyl. ex prædictis concludit secundam partem maioris demonstrationis principalis, scilicet in omni motu locali, qui est ab extrinseco mouens, & motum sunt simul, & continet duas partes, quoniam in prima declarat, quod dictum est. In secunda ibi. [Proiectio autem.] remouet quandam obiectionem, quæ accidit circa pulsionem. In prima igitur parte huius particulæ dicit Phyl. quod manifestum est iam ex dictis, quod in omni motu locali, qui est a principio extrinseco mouens, & motum sunt simul, & consistit vis rationis in hoc, quia omnis motus localis, qui est a principio extrinseco, vel est pulsio, vel tractio, vel reducibilis ad pulsionem, vel tractionem, sed in pulsione, & tractione mouens, & motum sunt simul, ergo in omni motu locali, qui est a motore extrinseco mouens, & motum sunt simul. Maior patet, quia non plures sunt motus locales, qui sunt e principio extrinseco, quam pulsio, tractio, vectio, & vertigo, & motus reducibiles ad hos quatuor, & duo horum quatuor motuum, scilicet, vectio, & vertigo reducuntur ad pulsionem, & tractionem; quoniam vectio fundatur in alijs tribus, & vertigo componitur ex pulsione, & tractione. Et sic omnis motus localis, qui est e motore extrinseco, vel est pulsio, vel tractio, siue reducibilis ad pulsionem, uel tractionem, & sic patet maior, minor uero probatur, scilicet, quòd in pulsione, & tractione mouens, & motum sunt simul, & hoc probatur dupliciter, primo ex descriptione vtriusque motus sic. Pulsio est motus e seipso, vel ab alio ad aliud, sed non potest aliquid pellere aliud e se, uel ab alio, nisi tangat ipsum, & per consequens, nisi sit simul cum ipso in principio motus; & cum pulsum separatur a pellente, tunc pellens non est mouens, sed aer tunc mouet, si pulsio fit in aere, & sic patet, quod in pulsione mouens, & motum sunt simul. Idem patet in tractione, quoniam tractio est motus ad ipsum mouens, vel ad alterum, trahens enim trahit tractum ad se, uel ad alterum, & non separatur trahens ab eo, quod trahitur, ergo in tractione mouens, & motum sunt simul, & sic patet in his duobus motibus, idest in pulsione, & tractione, quod mouens, & motum sunt simul.

Tractio autem ex alio, vel ad se, vel ad aliud. Insuper compulsio, atque dispulsio.

Tractus autem ab alio ad ipsum, aut ad aliud est, & amplius enim in proiectis.

SEcundo probatur idem per congregationem, & disgregationem, nam dictum est superius, quod pulsio est disgregatio, & tractio est congregatio, sed synesis, idest, congregatio, & diasis, idest, pulsio, seu diuisio non potest esse, nisi mouens propinquum, & motum sint simul. Non enim potest aliquis congregare, uel disgregare, nisi adsit his, quæ congregantur, vel disgregantur. Intelligendum, quod Phylo. pro ratione hic facta intelligit hic unam conditionalem, & probat antecedens conditionalis, quam ponit cum dicit. Si inter pellens, & pulsum non sit medium, & inter trahens, & tractum non sit medium, tunc inter nullum mouens, & motum localiter ab extrinseco est aliquod medium, consequentia patet ex iam dictis, quoniam omnis motus localis, qui est ab extrinseco, vel est pulsio, vel tractio, uel reducibilis ad illa, uel ad aliquod istorum, antecedens probatur in textu, scilicet in pulsione, & tractione mouens & motum sunt simul, cum dicitur pulsio, quædam enim aut a seipsa &c. & satis patet litera de se.

Proiectio uero est, cum motus celerior fit naturali motu corporis eius, quod fertur, pulsione vehementiore nimirum facta. Quod quidem eo vsque fertur, quousque motus is vehementior sit illo motu. Quæ cum ita sint, patet esse simul id, quod mouetur, & id, quod mouet, & nihil inter ipsa medium esse.

Proiectio autem, quando velocior motus fiat, quam qui secundum naturam lati fortiori facta pulsione, & hoc facto tandiu accidit ferri, quousque fortior sit motus eius, quod fertur. Manifestum igitur, quoniam, quod mouetur, & mouens simul sunt, & nullum medium est ipsorum.

HÆc est secunda pars huius particulæ, in qua Philosophus remouet quandam dubitationem, quæ accidit circa pulsionem, quæ talis est, non enim uidetur, quod in omni pulsione mouens, & motum non sunt simul, quoniam, proiectio est quædam pulsio, sed in proiectione mouens, & motum non sunt simul, ergo. Istam obiectionē remouet Phylosophus dicens, quod proiectio est, quando motus eius, quo proiectum fertur, est velocior, quam motus secundum naturam, sicut quando motus aeris causatus a proijciente est motu velocior, quam motus naturalis aeris, & quandiu ille motus aeris, qui fit ex pulsione proijcientis est velocior, quam motus naturalis eiusdem, tandiu mouetur proiectum. Ex quo patet, quod primum proijciens non est tunc mouens proiectum, sed aer mouens tunc mouet proiectum. Et aer motus tunc mouens proiectum simul est cum proiecto, & sic in motu proiectionis mouens proximum, & motum simul sunt, ita quod inter illa non est medium. Aliter tamen exponit Com. dicēs, quod motus proiectionis est, quādo transferens mouet translatum ad partem, ad quam mouetur naturaliter motu velociori suo motu naturali, vt patet in proiectione lapidis ad inferius, quam si lapis proijciatur ad inferius mouebitur velocius, quam moueretur suo motu naturali. Vnde Commentator mouet hic duplicem dubitationem, quia secundum illam expositionem proiectio, de qua loquitur non est communis omnibus modis proiectionis, quoniam in proiectione, in qua motus proijcientis est contra motum naturalem proiecti nō est motus naturalis translati uelocior motu suo naturali, sed contrarius. Vnde ad hoc respondet Com. dicens, quod ea illo potest intelligi conuenire vtrisque, ita quod illud, quod dixit, scilicet, quod proiectio est, quando motus translati fuerit velocior motu naturali, intelligitur sic, uelocior, idest, fortior, quia si motus proiectionis fuerit cōtrarius motui naturali vincet ipsum, & si sit ei conueniens addet, & augmentabit ipsum. Vnde motus expellentis in vtroque motu est fortior, quam motus expulsi, quia si motus proiectionis sit cōtrarius motui naturali, certum est, quòd est fortior, quā motus naturalis, quia

Dubium.

Remotio.

Expositio Com.

Dubium.

Responsio.

eincit ipsum. Similiter, si motus proiectionis sit ad eundem terminum ad quem est motus naturalis proiecti: certū est, quòd motus proiectionis est velocior, idest, inferius, quam motus naturalis eiusdem, vt si aliquis existens sursum proijceret lapidem deorsum, lapis velocius moueretur, quam si derelinqueretur propriæ naturæ: & solum moueretur motu naturali, & eodem modo debet intelligi de motu tractus: quoniam, quando aliquid trahitur ad partem illam, ad quam naturaliter inclinatur: tunc oportet, quòd motus trahentis sit velocior, quã motus naturalis tracti. Nam si aliquis trahens graue deorsum non moueretur velocius, quam ipsum graue sursum derelictum propriæ naturæ, nullo modo traheret ipsum. sed quã do aliquid trahitur ad aliquem locum contra suam naturalem inclinationem: tunc oportet, quòd motus trahentis sit velocior motu tracti. sic, quòd tractum moueatur velocius, quam moueretur naturaliter, vt patet de iactu lapidis sursum, vt igitur in omni motu tractionis veritatem habeat: quòd motus trahentis sit velocior motu naturali tracti. exponitur sic, videlicet, de motu proiectionis, quòd motus trahentis debet esse velocior, idest, fortior. nam nisi virtus trahentis esset fortior, quam virtus tracti nullo modo traheret ipsum. Pro tota igitur ista parte, in qua demonstratur, quòd in omni motu locali mouens, & motum sunt simul, sciendum est, quod demonstratio breuiter consistit in hoc, scilicet, quod mouetur localiter: aut mouetur a principio intrinseco, aut mouetur ab extrinseco: si ab intrinseco, manifestum est, quod in illo motu mouēs, & motum sunt simul, sis quod distinguuntur secundum locum, si vero mouetur a principio extrinseco, & omnis motus a principio extrinseco, vel est pulsio, vel tractio, vel reducibilis ad aliquem istorum, sed in pulsu, & tractu mouens, & motum sunt simul, vt probatum est. ergo in omni motu locali, qui est a principio extrinseco mouens, & motum sunt simul, & in omni motu locali, qui est a principio intrinseco mouens, & motum sunt simul. ergo in omni motu locali mouens, & motum sunt simul.

Dubium. Sed circa hanc particulam dubitatur, videlicet, vtrum in omni motu mouens, & motum sint simul, & videtur, quod non.

Prima ratio. Primo, quia motus tractus est motus localis, & in motu tractionis non semper mouens, & motum sunt simul, ergo, maior patet, & minor declaratur, quia ferrum trahitur a magnete, sed ferrum non est simul cum magnete, &

Secunda ratio. etiam locus naturalis attrahit locatum naturaliter in eo, sed non est simul cum eo, ergo.

Tertia ratio. Item vapores mouentur sursum a sole attrahente, & tamen sol non est simul cum eis. Item motus proiectionis est motus localis, & tamen proijciens, & proiectum non sunt simul. Dicendum igitur, quod in omni motu locali mouens proximum, & motum sunt simul, sicut probat phylosophus. Et pro rationibus adductis in contrarium dicunt quidam, quòd non semper oportet motu locali mouens tangere motum tactu mathematico, in quo vltima sunt simul, sed tactu virtuali. Vnde dicunt, quòd phylosophus non intendit, quòd mouens, & motum sint simul localiter, sed quòd mouens sit simul cum moto virtualiter. Sed contra illud videtur esse intentio phylosophi, & Commen. expresse, quia phylosophus intendit, quod inter mouens proximum, & motum non est medium corporale. Nam per istam propositionem, inter mouens proximum secundum locum, & motum ab eo nullum est medium. probat phylosophus, quòd si essent infinita mouentia ex eis, & mota fierent vnum secundum continuationem, vel contiguationem, quod non oportet, si inter mouens & motum esset medium corporale. Item Commentator Commenta. 10. hic dicit, quod Phylosophus intendit hic declarare, quod nullum est medium inter motorem propinquū & illud, quod mouetur ab eo, nec plenum, nec vacuum, & huiusmodi motor est cum moto, & hoc est necessarium in demōstratione prædicta, & maximum fundamentum in pluribus rebus naturalibus. Est enim necessarium prædicta, quia impossibile est, magnari ex illis magnitudinibus fieri vnum infinitū secundum contactum, nisi concedatur, quòd inter motorem propinquum, & motum non est medium. Item, si talis sonatus virtualis sufficeret ad hoc, quòd mouens moueret mobile, non oporteret ponere, quòd ferrum alteraretur a magnete aliqua qualitate, quæ mouet ferrum, quod tamen Commentator ponit, respondendo ad obiectionem de magnete, & ferro. Tenendum est igitur secundum intentionem phylosophi, & Commen. quòd in omni motu locali mouens proximū, & motum sunt simul, & ideo ad primum in contrarium de ferro,

Ad primã rationem. & magnete respondet Commen. dicens, quòd aliquid videtur attrahere ferrum sine tractu, & motus non est attractio, nisi æquiuocè, quoniam attractio in veritate est illa, in qua attrahēs mouetur cum attracto, & necesse est, quod motus attrahentis sit velocior, aut fortior, quam motus attracti, sed attractio, in qua attrahens est quiescens, & attractum motum non est attractio in rei veritate, sed attractum mouetur ex se ad attrahens, vt perficiat se, sicut lapis mouetur ad inferius, & ignis ad superius. Vnde dicit Commen. quòd similiter potest intelligere de motu ferri ad magnetem, & alimenti ad membrum, verbi gratia, de motu sanguinis ad superiora corporis, & vniuersaliter nutrimenti arborum ad earum superiora, hæc Commen. Patet igitur secundum Commentatorem ex his, quòd magnes non attrahit ferrum, sed ferrum alteratur a magnete, & ex se mouetur ad magnetem, vt perficiatur ibi; Vnde ferrum per qualitatem, quam acquisiuit a magnete, mouet se localiter ad magnetem, & ille motus non est motus attractionis. Vnde dicit Commen. quòd ille motus ferri ad magnetem non est motus locati ad locum, non enim mouetur ferrum ad magnetē, nec alimentum ad membrum, sicut ad locum suum naturalem, & hoc declaratur in hoc loco per tria signa, quorum primum

Primum signum. est, quia ferrum non mouetur ad magnetem sub quacunque quantitate, sed sub parua quantitate, quia potest esse ferrum ita magnum, quòd non moueretur ad magnetem, si tamē ferrum moueretur ad magnetem, sicut corpus ad suum locum naturalem quantumcunque ferrum esset magnum moueretur ad magnetem, & quanto ferrum esset maius, tanto velocius moueretur ad magnetem, sicut graue quanto est maius, & plus habens de grauitate, tanto velocius mouetur ad suum locum naturalem.

Secūdum. Secundum signum est, quia corpus naturale existens extra locum suum naturalem quantumcunque distet a loco suo, si non prohibeatur, mouet ad locum suum, sed ferrum non in quacunque distantia mouetur ad magnetem, sed solum in distantia propinqua: vnde ferrum tantum posset distare a magnete, quod non moueretur ad ipsum, & eodem modo est de motu alimenti ad membrum, quoniam non mouetur ad membrum in quacunque quantitate, nec in quacunque distantia.

Tertium. Tertium signum est, quia si magnes perungatur, vel fricetur alleo, ferrum non mouebitur ad magnetem, quia magnete existente in illa dispositione ferrum non acquirit qualitatem a magnete, per quam ferrum innatum est mouere se ad magnetem, vnde hoc est signum, quòd ferrum non mouetur ad magnetem, nisi quia ferrum est alteratum, vnde breuiter in hoc consistit solutio Commen. quòd ferrum alteratur a magnete ad aliquam qualitatem, per quam ferrum mouet se ad magnetem, & sic magnes non attrahit ferrum attractione vera, vnde ille motus ferri ad magnetem non est motus ab extrinseco, sed ab intrinseco, quia est a qualitate inhærente ferro.

Prima replic. Sed contra illum modum dicendi potest argui probando, quòd in ferro non causatur talis qualitas mouens ferrum ad magnetem, quia idem mouens naturale non est principium mouendi, idem mobile motibus contrarijs, vt patet secundo de generatione. Idem manens idem semper est natum facere idem, sed ferrum ad præsentiam magnetis quandoque mouetur sursum, & quandoque deorsum, quandoque a dextris, quandoque vero a sinistris secundum diuersam & diuersam positionem magnetis sursum, vel deorsum, a dextris vel a sinistris. ergo mouens ferrum ad magnetem non est aliqua qualitas in ferro, quia illa qualitas solum moueret ad vnam differentiam positionis & partis. Et per idem potest probari, quòd nec qualitas causata in ferro per se, nec magnes per se, nec ambo simul mouent ferrū, quia omnia hæc sunt inanimata, & vnumquodque istorum est inanimatum, & per consequens non possunt mouere idem motibus contrarijs, sed ferrum mouetur sursum ad magnetem existentem sursum, & etiam mouetur deorsum ad magnetem existentem deorsum, ergo ferrum non mouetur ad magnetem ab aliqua tali qualitate, nec a magnete, nec ab ambobus simul, ergo eadem ratione confirmatur,

Confirmatio. quoniam eadem virtus motiua animalis non mouet corpus animalis ad diuersa loca, nisi propter diuersitatem appetituum, vel cognitionum, quæ habent rationem mouendi, ita quod in animali idem mouens non mouet animal ad diuersa loca, nisi apponatur aliqua diuersitas ex parte mouentis, ergo multo fortius in inanimatis, cuiusmodi sunt ferrum, & qualitas ferri, & etiā magnes, idem enim, mouens sine omni additione alicuius mouentis non mouet ad contrarias differentias loci.

Secunda replic. Item probatur, quòd nulla qualitas causata in ferro a magnete, est sufficiens motor respectu ferri, quia posito sufficiente motore non impedito a moto quocunque alio ponitur motus, ergo si in moto causaretur talis qualitas destructa magnete, vel amota magnete: illa qualitas moueret ferrum, quod non est verum, quia non plus moueret ferrum ad vnā differentiam loci, quam ad aliam, & sic moueret ad omnem differentiam loci,

quod

quod est impossibile, uel ad nullā: & hoc est, quod intēdimus, scilicet, quod in ferro non est aliqua talis qualitas mouēs ferrum. Iterū arguitur sic. Omnis qualitas in rebus inanimatis est sensibilis, sicut Phylosophus uidetur uelle in hoc capitulo, sed nulla qualitas sensibilis causatur in ferro a magnete, ut patet, quia nec color, nec sonus, nec odor, nec sapor, nec calor, nec frigus, &c. ut patet, quia si in ferro causaretur talis qualitas, illa posset ab aliquo sensu comprehendi, cuius oppositū experimur. Et confirmatur per hoc, quia nulla qualitas sensibilis magis mouet subiectum suum ad magnetem, quam marmor, ut patet inductiue, & per consequens nulla qualitas sensibilis causatur in ferro, per quam ferrum moueatur ad magnetem. Ad illud dicendum, quod in ferro causatur aliqua qualitas mouens ferrum ad magnetem, & ferrum motum ad magnetem per huiusmodi qualitatem mouetur per se motu alterationis, quæ est ad perfectionem, quam acquirit ex eius coniunctione cum magnete, & quia ad illam perfectionem non potest deuenire sine motu locali, ideo ferrum mouetur per accidens motu locali, cum ergo primo dicitur, quod in animatis idem est mouens ad contrarias differentias loci, dico, quod idē non est per se mouens ad contrarias differentias loci, tamen non est inconueniens, quod idem per accidens moueat se ad diuersa loca, siue contraria, unde in motu locali ferri ad magnetem non est aliquid per se mouens ad locum, nec ad aliquam differentiam loci, sed qualitas causata in ferro per accidens mouet ferrum motu locali, non enim per se mouet ad locum, sed per se mouet ad perfectionem acquirendam ex coniunctione eius cum magnete, nec est inconueniens, quod unum, & idem sit principiū mouēdi per accidens aliquid ad loca contraria, & sic per hoc patet ad primā obiectionē, & ad eius confirmationē. Vel dicatur, quod ferrum sufficiēter alteratur a magnete, aut habet in se qualitatem causatam a magnete, quæ est per se principium motus localis ad magnetem, seu ad locum sibi æqualem propinquissimum magneti. s. ita ferrum alteratum inesse non ex se, & per se ad locum sibi æqualem propinquissimum magneti, quod autem moueatur sursum, aut deorsum, ante & retro, hoc est per accidens, ergo, quod ferrum sic alteratū mouetur, ideo est, quia principium intrinsecum mouetur ad magnetē, & ad locum æqualem propinquissimum magneti. Qū dicitur, quod idem non est per se principium diuersorum motuum. concedo, tñ possibile est, quod idem sit per accidens cōtrariorum motuum. unde qualitas generata in ferro a magnete est principiū ferri ad magnetem, & per accidens sursum, deorsum, ante, vel retro, tamen non mouet ad locum sursum, vel deorsum inquantum ille locus est sursum, uel deorsum &c. Sed inquantū ille locus est propinquissimus magneti, & forte motus localis ferri ad magnetem est motus per accidens; quia sequitur motum priorem, scilicet, motum alterationis ad magnetem, qui est per se motus, & ideo in hoc ordine non est inconueniens, quod idem sit principium mouendi per accidens ad loca contraria, sicut non est inconueniens, quod magnes auferatur ad distantiam contrariam sibi, scilicet, sursum, deorsum, ante, & retro, ideo ad alterum, seu ad alterationem ferri a magnete uersus oēm differentiam positionis, sequitur motus localis ferri ad magnetem uersus oēm differentiam positionis. Ad aliud dico, quod illa qualitas causata in ferro non potest mouere sine præsentia magnetis: quā magnes est per se causa illius qualitatis, & non solum in fieri, sed etiam in conseruari, sicut obiectum causans imaginem in speculo est causa imaginis, tam in fieri, quam in conseruari, & ideo sicut amoto subiecto non manet imago in speculo, ita amota magnete non manet illa qualitas in ferro, per quam ferrum innatum est moueri ad magnetem &c. Ad aliud cum dicitur, quod omnis qualitas in rebus inanimatis est sensibilis; illud est notandum: nec illud vult phylosophus: quā multæ sunt qualitates de secunda specie qualitatis, quæ insunt rebus inanimatis, quæ non sunt sensibilia, non o est omnis qualitas actiua, vel passiua de secunda specie qualitatis sensibilis, patet manifeste. Et adhuc vr mihi, quod ferrum alteraretur a magnete effectiue per se, & a qualitate causata in ferro a magnete alteratur formaliter, & per se, & ab eadem qualitatē mouetur per accidens effectiue motu locali: non enim huiusmodi qualitas per se principium motus localis. Ad aliud, quū obijcitur de uaporibus motis a sole sursum multum distātie ab eis, dicendū, quod in illis uaporibus causantur a sole quædam qualitates mouentes uapores, & creditur, quod huiusmodi qualitas sit leuitas incorporata a sole, & huiusmodi qualitas est proximum mouens, & est simul cum moto. Ad aliud quod inducitur de proiectione lapidis, dicendum quod quiescente primo proijciente proiectum mouetur ab aere moto in sequente proiectum, & ille simul est cum proiecto,

Tertia replic.

Confirmatio.

Ad primā replicam.

Ad secundam repli cam.

Ad tertiā replicam.

Ad secundam rationem.

Ad tertiā rationem.

A & sic in motū proiectionis mouēs proximum, & motum sunt simul. Quidam tamen dicunt, quòd a primo proijciente causatur in proiecto aliqua virtus, quæ mouet proiectum, quando primum proijciens cessat a mouere, quod probant sic. Cessante primo proijciēte, aut proiectum mouetur a se, aut ab aliquo alio extrinseco mouente: si detur primum, habetur propositū, videlicet, quòd in proiecto est aliqua virtus mouens proiectū: si vero detur secundum, tunc quæritur de illo corpore extrinseco mouente, quia aut mouetur a se, & tunc superflueret primum proijciens, cum illud mouens extrinsecum sit sufficiens ad mouendum se, & proiectum, aut mouetur ab aliquo mouente, & moto, & tūc quæro de illo, sicut prius, & sic erit processus in infinitum, vel oportet dare aliquod mouens sufficiens ad mouendum se, & proiectum sine primo proijciente. Sustinendo, quòd proiectum mouetur ab aere primo proijciente cessante: est dicendum, quòd proiectum mouetur ab aere, & quòd aliquis aer mouens proiectum mouetur a motore extrinseco, nec est procedere in infinitum, quia est deuenire ad aliquem aerem qui mouet per se, quia a primo proijciente recipit motum, & uirtutem continuandi motum ex se. Et cum dicitur, quòd omne primum proiiciens superflueret. dico, quòd

B non est verum, quia aer habet uirtutem continuandi motum, cessante primo proijciente, & hoc non habet a se, sed a primo proijciente, de modo vero quo motus proiectionis continuatur, primo proijciente quiescente, dicetur in octauo huius, vbi magis habet locum.

At vero nec inter alterās, & id, quod alteratur, medium, quicquam cadit. Quod quidem ita esse per inductionem patere potest. In vniuersis enim fit, vt id. quod vltimum alterat, & id, quod primū alteratur sint simul. Omne enim quale ex eo alteratur, quia sensibile est. Sensibilia vero sunt ea, quibus inter sese corpora differunt: vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, huius vacuitas, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & ea, quæ inter hæc sunt. Similiter & cætera, quæ sensui subijciuntur caliditas,

C inquam, & frigiditas, & leuitas, & asperitas. Hæc enim affectus sunt qualitatis subiectæ, & his inter se differunt sensibilia corpora, aut horū gradibus, atque quia aliquod horum patiuntur alterari dicimus tam animata corpora, quam inanimata, & animantium partes: quæ animæ sunt expertes. Calefiunt enim, aut frigefiunt, aut dulcia fiūt, aut amara, aut alio prædictorum afficiuntur.

At vero neque alterati, neque alterantis nullum medium. Hoc autem manifestum ex inductione. In omnib. enim simul esse accidit alterans vltimum, & primum, quod alteratur. Quale enim alteratur in eo, quod sensibile est. Sensibilia autem sunt, quibus differunt corpora ad seinuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dulcedo amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media. Similiter Tex.c.15.

D *autem, & alia quæ sub sensu sunt, quorum est & calor, & frigus, & leuitas, & asperitas. Hæc enim sunt passiones subiectæ qualitatis. His enim differunt sensibilia corporum: aut secundum aliquod horum maius, & minus, & in patiendo aliquid horum. Calefactiua enim aut frigefactiua, aut dulcefactiua, aut amaricatiua, aut secundum aliquid aliud prædictorum. Similiter & animata corporum, & inanimata. Et animatorum quæcunq; partium sunt inanimatæ.*

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur secunda pars maioris principalis rationis, per quam probatur, quòd in omni motu mouens, & motum sunt simul. Vnde secunda pars illius maioris est illa, videlicet, quòd in omni motu alterationis mouens, & motum sunt simul, & hæc conclusio est

pro syllogizata, seu annexa quæ probatur sic. In omni alteratione corporali mouens, & motum sunt simul, & in omni alteratione spirituali mouens, & motum sunt simul, sed omnis alteratio est corporalis, vel spiritualis. ergo in omni alteratione mouens, & motum sunt simul, idest alterans, & alteratum intelligendo de mouente, seu alterante proximo. & per alterationem corporalē intelligo alterationem, quæ est secundum qualitates per se sensibiles, & est primo corporum secundum corpora, & communis animatis, & inanimatis, vt sunt calefactio, & frigefactio, condensatio, & rarefactio, & sic de alijs. Et per alterationem spiritualem intelligo alterationem, quæ est in aliqua parte animæ, aut alteratio, quæ est in mutatione sensuū. Hoc igitur viso, phylosophus declarat maiorem huius, quia minor de se est manifesta & quia maior habet duas particulas, ideo ista particula habet duas partes, quia in prima declaratur, quod in omni alteratione corporali mouens, & motum sunt simul. In secunda ibi. [Et ipsius sensus, &c.] declaratur, quod in omni alteratione spirituali, vt in immutatione sensuum alterans, & alteratum sunt simul. In prima igitur parte huius particulæ Phylosophus probat, quòd in omni alteratione corporali alterans, & alteratum sunt simul, & hæc est sexta conclusio de annexis, quæ probatur sic. In omni alteratione, quæ est secundum qualitates sensibiles alterans, & alteratum sunt simul, sed omnis alteratio corporalis est secundum qualitates sensibiles. ergo in omni alteratione corporali alterans, & alteratum sunt simul, maior huius rationis probatur inductione, quia in omnibus, quæ alterantur alteratione reali, seu corporali, alterans, & alteratum sunt simul, sicut videbitur, viso, quæ sunt qualitates sensibiles, probatur minor, cum dicitur, quod quale alteratur eo, quod sensibile, & hoc supponitur hic, sed probabitur in sequenti capitulo. Ad euidentiā igitur huius rationis, quantum ad vtramque præmissam, narrat phylosophus, quæ sunt qualitates sensibiles, dicēs, quod qualitates sensibiles sunt, quibus corpora differunt ab inuicem, vt sunt grauitas, leuitas, duricies, mollicies, sonus, sonus, & silentium, vel sonus debilis, albedo, & nigredo, dulcedo, & amaritudo, humiditas, & siccitas, & eorum media, vt rubedo, fuscedo, & cæteræ qualitates mediæ inter qualitates contrarias. Et similiter qualitates apprahensibiles a sensu tactus, vt sunt calor frigus, lenitas, & asperitas, quæ sunt passiones subiectæ qualitati, hoc est, quæ sunt qualitates sensibiles contentæ sub hoc communi qualitas: omnia illa sunt illa, quibus differunt corpora sensibilia ab inuicem, secundum eum, quòd corpora sensibilia sunt, differunt istis qualitatibus, aut secundum magis, & minus habēt istas qualitates, aut aliquas earum, vt secundum, quod frigida sunt vel calida, vel amara, vel habentia aliquas qualitates, secundum hoc differunt in qualitatibus corpora non solum, sicut differunt corpora animata, sed etiam corpora inanimata, & etiam partes inanimatæ corporum inanimatorum. Cum igitur qualitates prædictæ sunt sensibiles, & secundum illas qualitates non fit alteratio, nisi tangendo illud, quod alteratur, patet, quod in omni alteratione secundum qualitates sensibiles alterans, & alteratum sunt simul. Notanda sunt tria, primo quod Comm format illam demonstrationem sic, omnis qualitas sensibilis, aut est qualitas prima, aut secunda, & qualitates secundæ sunt ex qualitatibus primis, sed in omni alteratione, quæ est secundum qualitates primas alterans, & alteratū sunt simul, quia qualitates primæ sunt, vt calidum, frigidum humidum, & siccum, sed calefaciens, & frigefaciens: & sic de alijs nō calefacit, nec frigefacit, nisi tangendo calefactum, vel frigefactum. ergo in omni alteratione secūdum qualitates primas alterans, & alteratum sunt simul. Cum igitur qualitates secundæ fiant ex qualitatibus primis non alterant, nisi primis alterantibus qualitatibus, vt densum, rarum, & sic de alijs non alterāt, nisi calefaciendo, vel frigefaciendo, sequitur, quod in omni alteratione secundum qualitates sensibiles alterans, & alteratum sunt simul. Secundo est notandum, quòd cum phylosophus dicit, quod qualitates sensibiles sunt differentiæ corporum, intelligit, quod qualitates sensibiles sunt differentiæ accidentales corporum consimilium partium, quibus cognoscuntur sensibiliter differentiæ corporum consimilium partium, & non sunt differentiæ substantiales corporum. Tertio est notandum secundū Com. hic, quod phylosophus quasi intendit syllogizare hic, quod rarum, & densum sunt qualitates, & non positiones sic. Rarū, & densum sunt vltimæ differentiæ corporum consimiliū partium, & differentiæ corporum sensibilium consimilium partium sunt qualitates sensibiles. Vnde intelligo, quod raritas, & densitas sunt vltimæ differentiæ sensibiles, & accidentales aliquorum corporum sensibilium, sed positiones non sunt vltimæ differentiæ sensibiles aliquorum corporum sensibilium.

[Margin: 6. cōcl. de annexis. — Primum notādum. — Secūdum notandū. — Tertium notandū.]

A Ipsi quoque sensus alterantur. Patiuntur enim. Nam ipsorum actio motus est per corpus patiente aliquid sensu. Atque, quibus alterātur inanimata, his vniuersis animantia etiā alterantur. At, quibus animantia alterantur, hisce non alterantur inanimata. Per sensus.n. non alterantur, neque sentiūt inanimata, cum alterantur. Nihil tamen prohibet, vt, & animantia, cum alterantur non sentiant, quādo nō per sensus ipsis accidit alteratio. Si igitur affectus quidem sensibiles sunt, per hoc autem fit alteratio, patet iam simul esse patiēs ipsam, atq; affectum & nihil inter ipsa mediū esse. Nā huic quidem aer continuus est, aeri vero coniungitur corpus. Et superficies quidem lumini, visui vero lumē cohæret. Similiter, & auditus, ac odoratus primo mouenti coniungitur. Sapor ēt simul est modo eo B dem, & gustus Simili modo fit, & in hisce, quę sunt experientia animæ, atque sensus id etiam.

Et ipsi sensus alterantur. Patiuntur enim. Actio.n. ipsorum motus est per corpus patiente sensu aliquid. Secundum quæcunque quidē igitur inanimata alterantur, & animata secundum omnia hæc alterantur. Secundum autem quæcunque animata alterantur, non secundū hoc alterantur inanimata. Secundum.n. sensus non alterantur. Et latet cum alterantur inanimata. Nihil autē prohibet, & animata latere, cum alterantur, cum non secundum sensus accidit, quod alterationis ipsis, siquidem igitur sensibiles passiones. Per hæc autem alteratio. Et hoc ergo manifestum est, quòd passio, & patiens simul, & horum nullum medium est. Huic quidem igitur aer est cō C *tinuus. Aeri autē continuatur corpus, & superficies quidem terminatur ad lumen. Lumen autem ad visum, similiter, & auditus, & odoratus, & mouens ipsa primum. Eodem autem modo simul, & gustus, & sapor est. Similiter autem, & in animatis, & in sensibilibus.*

[Margin: Tex. c. 11. — Tex. c. 12.]

HÆc est secūda pars huius particulæ, in qua phylosophus intendit declarare secundā partem maioris huius pro syllogismi, per quā probatur, quod in omni alteratione alterans proximum, & alteratum sunt simul. Vnde secūda pars illius pro syllogismi fuit illa. In omni alteratione spirituali alterans proximum, & alteratum sunt simul, & est septima conclusio de annexis, quæ probatur sic. Omnis alteratio spiritualis, de qua hic loquitur phylosophus est alteratio secundum sensum, sed in omni alteratione secundum sensum alterans proximum, & alteratum sunt simul, ergo in omni alteratione spirituali alterans proximum, & alteratū sunt simul. Quod autem in omni alteratione secundum sensum alterans proximū, & alteratum sint simul, probatur sic, omnis alteratio secūdum sensum, aut fit per medium intrinsecum, quō fit alte- D ratio sm gustum, & tactum, aut fit per medium extrinsecum, quō fit alteratio sm visum, auditum, & olfactum, & in omni alteratione sensus, quæ fit per medium intrinsecum, alterans proximū, & alteratum sunt simul, & hoc est de se manifestum, & in omni alteratione sensus, quæ fit per medium extrinsecum alterans proximum, & alteratum sunt simul, & hoc probatur inductiue, quia corpori visibili est aer continuus, quia aer illuminans continuatur visibili, ita quòd corpus visibile mouet aerem, & aer illuminatus mouet visum, inter quem aerē, & visum nullum est medium, & sicut est de visu, ita est de alijs sensibus, qui immutantur per medium extrinsecum, nam in auditu proximus motor est motus, qui est in aere, qui percutit concauum auris, & in olfatum proximus motor est odor perueniens ad nares, sic igitur declaratum est, tam in alteratione corporali, quam in alteratione spirituali, quod alterans proximū, & alteratum sunt simul. Sed alterationes istæ dupliciter differunt primo, quia alteratio corporalis est cōis aīatis, & inanimatis, sed alteratio spiritualis solum competit aīatis. vnde secūdū

[Margin: 7. cōcl. de annexis. — Primū in quo differunt alterationes supra dictæ.]

quæcunque

quæcunque alterantur inanimata secundum eadem alterant animata: sed non econuerso, quia animata alterantur secundum sensum, & inanimata non. vnde animata alterantur per duas alterationes in simul, vt per alterationem spiritualem existentem in sensibus, & per alterationem corporalem existentem in corporibus, sed animata non alterantur, nisi alteratione corporali.

Secundum. Secundo differunt per hoc: quia alteratio corporalis potest esse sine comprehensione illius alterationis, & ideo cum inanimata alterantur: non oportet eorum alterationem comprehendi, & etiam quandoque animata alterantur alteratione corporali, & eorum alteratio non comprehenditur: vt quando alterantur sine alteratione sensuum, sed alteratio spiritualis non est sine comprehensione, seu cognitione illius alterationis, & sic patet, quod in omni alteratione alterans proximum, vel propinquum, & alteratum sunt simul.

Idem 2. de anima cõ. 51. 52. 59. & 60. Idem 3. de anima cõ. Notandum secundum Commen. hic, quòd cum phylosophus dicit, quòd actio sensuum est motus: intelligit, quod actio sensuum est moueri, & nõ mouere, & pati non autem agere, sunt enim de virtutibus passiuis, & non actiuis, & sic, quòd potest intelligi, quod sensus nõ sunt motum virtutes actiuæ. Et intellige cum Commen. dicit, quòd qualitates primæ fiunt ex primis, non intelligit, quòd qualitates secundæ componantur ex primis actualiter, sed primæ qualitates manent in secundis virtualiter, quomodo elementa manent in mixto, potest etiam intelligi, quod qualitates secundæ fiant ex primis effectiue, sic quòd ly ex denotet circumstantiam causæ efficientis, non autem formalis, aut materialis. Vnde intelligo, quòd alteratio sensuum dicitur spiritualis, quia est ad qualitatem, quæ non est sensibilis a sensu, sicut est alteratio ipsorum sensibilium. Sed dubitatur super hoc,

Primum dubium. quod dicit Commen. videlicet, quòd nullum corpus alteratur, nisi cum calefit, aut infrigidatur, vel patiatur secundum aliquam primam qualitatum, quas numerauimus, vt qualitatum primarum sensibilium, hoc enim non videtur verum, vt patet in illuminatione medij, & in alteratione sensuum, & etiam ibi causatur aliqua qualitas secunda ex commixtione corporum sine alteratione ad aliquam qualitatem primam.

Secundum dubium. Item si non fiat alteratio, nisi sit transmutatio ad primam qualitatem, tunc non esset per se alteratio ad aliquam qualitatem secundam quod est falsum, consequentia patet, quia si ad qualitatem secundam non fieret alteratio, nisi per hoc, quòd fit alteratio per se ad qualitatem primam, sic non fieret alteratio per se ad qualitates secundas. Hæc ratio confirmatur, quia per hoc probat phylosophus inferius, quod ad qualitates de prima specie qualitatis non est per se alteratio, quia consequuntur transmutationem factam ad aliam.

Solutio primi du. Dicendum est, quòd dictum Commen. intelligitur de qualitatibus per se sensibilibus permanentibus in absentia suarum causarum, vbi fit alteratio per aliquam qualitatem, per primum excluduntur duæ instantiæ, quia nec qualitas causata in sensu manet in absentia suæ causæ, quoniam actus intendit, quòd quædam qualitates non manēt in medio in absentia sensibilis visibilis, nec lumen manēt in medio in absentia luminaris. per secundum excluditur tertia instantia, quoniam vbi causatur aliqua qualitas ex sola commixtione corporum, ibi non fit alteratio per aliquam qualitatem.

Solutio secũdi du. Ad aliud dico, quòd ad qualitates secundas per se sensibiles est alteratio per se, sed non primo, nec est simile de qualitatibus corporeis per se sensibilibus, & de qualitatibus de prima specie qualitatis, quoniam transmutatio ad qualitatem de prima specie qualitatis non est per se necessario de contrario in contrarium, sed transmutatio ad qualitatem secundam per se sensibilem est per se, & non necessario a contrario in contrarium. Vnde phylosophus inferius, vbi probat, quòd ad qualitatem de prima, & quarta specie qualitatis non est per se alteratio, non solum fundatur super hoc, videlicet, quia sequitur transmutationem factam ad aliam, sed fundatur super his duobus, videlicet, quia sequitur transmutationem factam ad aliam, & quia transmutatio ad istas non est necessario, & per se a contrario in contrarium, sed alteratio ad qualitates secundas per se sensibiles est per se, & necessario a contrario in contrarium, &c.

Notandũ. Notandum, quod cum dicit Commen. quòd animata cum alterantur secundum sensus, tunc comprehenditur eorum alteratio. Comment. non intelligit, quod in omni alteratione secundum sensum comprehendat sensus suam propriã alterationem, quia hoc non est verum de omnibus sensibus, quoniam de sensibus sentientibus per medium extrinsecum non est verum. Veruntamen de sensibus sentientibus per medium intrinsecum, vtrum apprehendant alterationem propriam sui obiecti non est cura ad præsens. Veruntamen hoc est verum, quòd quandocunque animata alterantur secũdum sensus, illa alteratio percipitur ab aliqua virtute cognitiua,

A quamuis non cognoscatur a proprio sensu. Sed dubitatur hic, scilicet, vtrum omne alterans sit simul cum alterato, sic, quod nullum sit corpus medium inter illa, & videtur, quòd non, quia ignis approximatus aquæ vniformiter dispositæ in omnibus suis partibus in quam aquam totam potest ignis simul agere calefaciendo quamlibet partem ipsius aquæ, & aliquam partem illius aquæ distantem ab igne, cum igitur ignis non sit simul cum parte aquæ distante ab igne, quam tamen partem alterat, sequitur, quod non in omni alteratione alterans, & alteratũ sunt simul. Dubium. Prima rõ.

Obuiatio. Nec potest dici, quòd proximum alterans partem distantem sit illa pars, quæ est media inter ignem, & partem distantem, quia illa pars media est omnino similis cũ parte distãte, vt supponitur, & simile nõ agit in sibi simile omnino igitur pars media nõ alterat partem distantem ab igne.

Secunda ratio. Item sol alterat hæc inferiora, & tamen non est simul cum his inferioribus, ergo. Et si dicatur, quòd sol est alterans remotum, & in alteratione horum inferiorum non oportet, quod alterans remotum sit simul cum alterato.

Respõsio. Vnde sol alterat sphæras inferiores, & sphæræ inferiores alterant ista inferiora, & contiguantur his inferioribus, & sic sunt simul cum eis, hoc non videtur verum, quia non solum sol alterat hæc inferiora,

B sed etiam planetæ superiores a sole alterant hæc inferiora, si igitur alterans remotum alteraret mediũ, oporteret, quòd planetæ superiores a sole alterarent solem, sed sol non est alterabilis ad aliquam qualitatem sensibilem, nisi ad lumen, quia nec ad calidum, nec ad frigidum, & sic de alijs, ergo sol alteratur a sphæris superioribus ad lumen, quod videtur inconueniens, quia sol non videtur recipere lumen ab aliquo alio. Replica.

Alterans potest dupliciter accipi. Circa illã dubitationem est intelligendum, quòd alterans potest dupliciter accipi, scilicet, proprie, & improprie. Improprie illud dicitur alterans, quod solum propter hoc dicitur alterans, quia alterat alterantem, verbi gratia, si ignis calefaciat aquam, & aqua calefacta calefaciat me, tũc si ignis dicatur calefacere me, hoc non est, nisi quia calefacit calefacientem me, & illud non est vere alterans, quia si remoueretur, & aqua remaneret calefacta, sicut prius non calefaceret me. Alio modo dicitur alterans proprie, vt illud, quod non solum alterat alterans, sed etiam alterat alteratum; ita, quòd si illud auferatur, alteratum non alteraretur, vel non ita perfecte alteraretur, sicut alteratur ipso posito. vt si sol calefaciat aquam, & sol, & aqua simul calefaciant aliquod aliud corpus, quod non ita perfecte calefieret ab aqua sola nec a sole tantum, sicut calefit ab ambobus

C simul, tunc sol esset proprie alterans illud corpus, quia non solum dicitur alterans, quia alterat alterantem, scilicet, aquam, dicitur vere, & proprie alterans, quia illo remoto illud corpus non ita perfecte alteraretur. Vlterius distinguo de alterante, & alterato, quoniam vtrunque est duplex, videlicet, totale, & partiale. Totum enim ens in actu est alterans, aut alteratum totale, & partes sunt alterantes, aut alteratæ partiales. Dico igitur, quod phylosophus in illo processu loquitur de alterante totali, & de alterato totali, & intendit, quòd in omni alteratione proprie dicta est aliquod alterans totale, quod proprie alterans est simul cum alterato totali, ita quod inter illa nullum est medium, & hoc videtur sufficere ad intentionem phylosophi, quoniam illam conclusionem deducit ad probandum, quod in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum, quia si in mouentibus, & motis esset processus in infinitum ex omnibus illis fieret vnum infinitum secundum continuationem, vel secundum contiguationem, & illud sequitur supposito, quòd aliquid proprie alterans totale sit simul cum alterato totali, tunc enim sequitur, quod si in talibus alterantibus, & alteratis sit processus in infinitum, & in omni

D alteratione alterans aliquod simul cum alterato, quòd ex omnibus illis alterantibus, & alteratis fit aliquod infinitum secundum continuationem, vel contiguationem, sed non oportet, quod omne alterans improprie sit simul cum alterato. Dico etiam, quod loquendo de alterato partiali non oportet, quod cum aliquid alteratur, quod habeat aliquod alterans, quod sit simul cum eo, vt patet per primam rationem dubitationis, nec oportet, quod omne alterans partiale sit simul cum aliquo alterato ab eo. quoniã si ignis vniformiter calidus in omni parte sua alteret aquã, non oportet, quod pars ignis remotior ab aqua habeat aliquod alteratum simul, cum eo. quoniam vna pars illius ignis non alterat aliam, ex quo totus ignis est vniformiter calidus secundum quamlibet sui partem, patet etiam, quod alteratum partiale potest alterari ab aliquo distante ab eo absque hoc, quod alteretur a medio, & alterans partiale potest alterare distans ab eo, absque hoc, quod alteret medium. Dico tamen, quod alterans proprie, & totale non potest alterare distans ab eo, nisi alteret medium, quia alioquin non esset ne-

cesse, quod aliquod alterans totale esset simul cum alterato. Similiter, nisi ita esset nihil referret qualecunque corpus esset inter alterans medium, & alteratum, quod est manifestè falsum, quia multum refert, an corpus medium sit rarum, vel densum, opacum, vel diaphanum, &c.

Ad primã rationem.

Ad primum igitur igitur contrarium dicendum, quod ignis calefaciens aquam uniformem in omnibus suis partibus calefacit immediate partem distantem ab ea tanquam calefactibile, seu alterabile partiale, & non oportet, quod alterans sit simul cum altero partiali.

Ad secundam rationem.

Ad aliud dicendum, ut dicit Commen. in libro de cælo, quòd totum cælum secundum suam profunditatem alterat, & agit in ista inferiora, & orbis stellarum non alterat, nisi sicut alterantia partialia, & sic sol non alterat ista inferiora, nisi sicut alterans partiale. nec oportet quod orbes, vel stellæ superiores a sole alterent solem, cum solum sint alterantia partialia. Siquis tamen vellet dicere, quod stellæ superiores a sole alterent solem, potest dicere, quod non causant in sole lumen, sed aliquam aliam qualitatem nobis ignotam. Intelligendum, quod, quamuis alterans remotum alteret mediũ sibi immediatum, & etiam alterabile distans, non tamen semper alterat medium, & extremum ad eandem qualitatem, ut patet de obiectis sensuum, quæ alterũt medium, & etiam ipsos sensus, non tamen ad eandem qualitatem, nam sensibile alterat sensum ad sentationem, & non alterat medium ad eandem, ut piscis detentus in rete alterat manum piscatoris alterando rete non ad eandem qualitatem, sed ad aliam.

Aliud dubium.

Sed dubium est, utrum alterans distans ab alterato dicatur alterans solum propter hoc, quia alterat alterans, scilicet, illud, quod proxime alterat, sic quod alterans distans alteret medium, & solum medium sic alteratum alteret alteratum distans a primo alterante, aut alterans distans dicitur alterans vere, & proprie. sic quod ipsum, & medium simul alterẽt distans a primo alterante.

Ad dubiũ.

Ad hoc dubium videtur esse dicendum, quod alterans distans una cum medio vere, & proprie alterat alterabile remotum, quod distat a primo alterãte per medium alteratum, & non solum medium alterat extremum proprie. verbi gratia. In alteratione facta a magnete magnes, & medium alterant ferrum, & non solum alteratum a magnete alterat ferrum, quia tunc remota magnete medio existente disposito, sic disponitur in præsentia magnetis ferrum, quod alteraretur eo modo, sicut alteraretur in præsentia magnetis, quod est falsum, quia sua absente magnete, ferrum moueretur localiter, & non magis ad unam differentiam positionis, quam ad aliam igitur moueretur ad omnem differentiam positionis, & sic moueretur motibus contrarijs, quod est impossibile. Et si diceretur, quod medium non potest manere in consimili dispositione absente magnete, & ipsa præsente. Adhuc videtur, quod ratio stet, quia possibile est, quod per imaginationem medium maneat in eadem dispositione in præsentia, & in absentia magnetis, sed non est possibile per imaginationẽ, quod ferrum simul moueatur motibus contrarijs, quod tamẽ sequitur, si medium esset totum alterans ferrum, & ex possibili secundum imaginationem non sequitur impossibile secundum imaginationem, quod tamen sequeretur, si medium esset totum alterans. ergo medium non est præcisa causa, & totalis propria alterationis. Item, aliquis existẽs in aqua cal. facta a sole magis calefit in præsentia solis, quam calefieret in absentia solis aqua remanente æqualiter calefacta, sicut fuit præsente sole, quod non esset nisi tam aqua, quam sol alterarent, & non solum, aqua. Item radio solis intrante per fenestrã domus, aliqua pars perfectius, & intensius illuminatur, scilicet, pars interior domus, quæ directe opponitur fenestræ, inter quam partem, & solem non est paries medius. pars domus immediata radio inter quam & solem est paries medius, ut patet ad sensum, quod non esset, si solus radius causaret lumen in domo, quia pars interior domus directe apposita fenestræ, & pars immediata radio nõ directe opposita fenestræ sunt æque dispositæ ad receptionem luminis, & sunt æque propinquæ radio illuminanti utramque, & non est maius impedimentum ex una parte, quam in alia, igitur si solus radius causaret lumẽ æque intense illuminaret omnem partem domus æqualiter dispositam, & approximatam, quod non est verum: ut patet ad sensum ergo non solus radius illuminat partes domus, sed radius, & sol simul illuminant partes domus. Ista ratio fundatur super illam propositionem, videlicet, quod idem agens sufficiens ad totale æqualiter approximatum diuersis passiuis eodem modo dispositis causat in eis æqualem, & æque intensum effectum, cum igitur radius solis sic intrans per fenestram nõ causet æque intensum effectum in omni parte medij æque disposita et æqualiter approximata patet, quod radius non est causa totalis illuminationis medij, sed radius cum sole, & sic multum distans sol ab aliquo potest agere in illud immediate, & non dico immediate secundum situm, sed immediate secundum causalitatem, quare, &c.

Quod augetur, & id quod auget eodem modo se habent. Accretio namque quædam additio est. Quare simul sunt, quod auget, & quod augetur. Et in diminutione eo modo. Causa namque decretionis ablatio quędam est. Patet igitur nihil esse medium inter id, quod ultimũ mouet, & id, qđ primo mouetur.

Et quod augetur, & augẽs. Appositio enim quædam est augmentum. Quare simul sunt, & quod augetur, & augens, & decrementum. Decrementi enim causa est ablatio quædam. Manifestum igitur, quòd mouentis ultimi, & moti primi nullum est medium, secundum medium mouentis, & eius, quod mouetur.

HÆc est tertia pars secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur tertia pars maioris principalis demonstrationis, videlicet, quod in omni motu augmẽtationis, & diminutionis mouens proximum, & motum sunt simul, & hęc est octaua conclusio de annexis, quæ probatur sic.

8. concl. de annexis.

Augmentum est quædam appositio, sed inter illud, quod additur, & illud, cui additur nullũ est medium. ergo inter augens, & illud, quod augetur nullum est medium, & per consequens augens, & illud, quod augetur sunt simul. igitur in omni motu augmentationis mouens proximum, & motum sunt simul. Similiter decrementum est, quædam ablatio, sed illud, quod aufertur, & illud, a quo aufertur, nullum est medium. ergo in motu decrementi, siue diminutionis inter mouens & motum nullum est medium. Ex omnibus igitur his phylosophus cõcludit conclusionem principalem huius capituli, videlicet, quod inter mouens proximum, & primum motum ab eo nullum est medium, & hoc est principale intentum in hoc capitulo.

Dubium.

Sed circa hãc rationem phylosophi, per quam rationem phylosophus probat, quod in motu augmentationis, & diminutionis nullum est medium inter mouens, & motum est dubium. nam ratio phylosophi solum accipit, quod inter illud, quod additur, & illud, cui additur, & inter illud, quod aufertur, & illud, a quo aufertur, nullum est medium, sed per hoc non videtur probare, quod inter mouens, & motum nullum est medium, quoniam in motu augmentationis illud, quod additur aucto, non est mouens, ideo anima vegetatiua, & calor naturalis mouent in augmentatione, ut patet secundo de anima, sed nec in diminutione est mouens illud, quod aufertur a diminuto. igitur ratio phylosophi hic non concludit, quod inter mouens, & motum in istis motibus nullum est medium.

Solutio.

Dicendum, quod in motu augmentationis illud quod additur, alteratur ab eo, cui immediate additur, quia aliter alimẽtum non posset conuerti in naturam aliti. & sic alimentum, quod additur, est alteratum, & illa pars aliti, cui alimentum additur, est proximum alterans, sed inter alterans proximum, & alteratum nullum est medium, & ideo per hoc, quod illud, qđ additur, est simul cum eo, cui additur, satis habetur, quod in motu augmentationis proximum mouens, & proximum motum sunt simul. Et eodem modo potest saluari, quod in diminutione mouens, & motum sunt simul, quia illud, quod aufertur a diminuto alteratur, & in alteratione mouens, & motũ sunt simul, ideo in diminutione oportet, quod mouens, & motum simul sint, ut prius probatur, quare, &c.

Deinceps autem vniuersa, quæ alterantur a sensibilibus, alterari, & eorũ alterationem esse duntaxat, quæ per se ab hisce pati dicuntur, per hæc cõtemplemur oportet.

Tex. c. 14.

Quoniam autem, quæ alterantur, alterantur omnia a sensibilibus, & solum horum alteratio est, quæcunque secundum se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.

IStud est secundum capitulum huius tractatus, in quo phylosophus ostendit, quòd solum ad qualitates sensibiles fit per se alteratio, & continet quatuor partes principales,

tes quia in prima phylosophus proponit intentionem suam. In secunda ibi [Aliorum enim maxime] probat, quod ad ea, quæ sunt de quarta specie qualitatis non est per se alteratio. In tertia ibi [Neque in habitibus &c.] ostenditur, quod ad ea, quæ sunt in prima specie qualitatis non est per se alteratio. In quarta ibi [Manifestum igitur est.] concludit phylosophus ex præcedentibus conclusionem principaliter intentam in hoc capitulo. In prima igitur parte principali huius capi. phylosophus ponit intentionem suam dicens quod ex sequentibus considerandum est, quod omnia, quæ alterantur, alterantur secundum qualitates sensibiles & per consequens illis solum competit per se alterari, quæ per se patiuntur, a qualitatibus sensibilibus, vnde Commen. dicit sic. Considerandum est, vtrum motus alterationis inueniatur in omnibus qualitatibus sensibilibus, aut in quibusdam & dicit, quod est manifestum quod illa alteratio inuenitur in prima contrarietate, quæ est in tactu, videlicet, in frigiditate, calididate, humiditate, & siccitate, & similiter videtur esse in qualitatibus sequentibus illas, ut in duritie, mollitie, tamen est primo in qualitatibus primis. Secundo vero in istis mediantibus primis, & similiter est in gustu. in sonis autem videtur, quod alteratio est in graui, & leui modo æquiuoco cum illis, cum sonus sit passio facta ab aere a percussione corporum, in olfatibus autem, quædam qualitates variatæ sunt, sed contraria latent in eis, ut dictum est in libro de anima, & cum ita sit tunc dicit. Et alias alterantur a sensibilibus, intelligendū est ab omnib⁹ sensibilibus; sed si intellexerimus vniuersalitatem sui. Si āt exceperimus sonos, & sequitur, quod manifestum est, quod motus alterationis istius generis est tm̄ de prædicamento qualitatis. Vnde ex his tria notat secundum Comm. primum est. quòd phylosophus non loquitur hic, nisi de alteratione corruptiua, quæ est a qualitate contraria in qualitatem contrariam. Secundum est, quod huiusmodi alteratio, de qua hic loquitur, est primo inter primas qualitates tangibiles, quæ sunt calidītas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Secundario uero est inter contraria tangibilia, quæ sequuntur qualitates primas, vt sunt mollities & durities. Tertium est, quod inter qualitates contrarias sensibiles ab alijs sensibilibus, ut sunt color, & sapor, est alteratio, sed non primo, sed mediantibus primis qualitatibus, & non est instantia in aliquibus qualitatibus per se sensibilibus, nisi sit in sonis, qui percipiuntur ab auditu quoniam in omnibus his qualitatibus per se sensibilibus est alteratio præterquam in sensibilibus ab auditu, utrum tamen sit instantia in illis, vel non, Comm. non determinat hic. Notandum, quòd inter qualitates alias a primis qualitatibus sensibilibus est alteratio per se, licet non primo, quia alteratio inter istas qualitates secundas est per se alteratio in contrarium, & non est sic de qualitatibus de prima specie qualitatis, ut patet.

Primū notandum.

Secūdum notādum.

Tertium notādum.

Maxime namq; quispiam in figuris formis, atq. habitibus, & horum detectionibus, acquisitionibusve alterationem esse existimabit Videtur enim in his alteratio esse. Verum non est, sed cum quædam alterantur, hæc fiunt. Cum densatur, inquam, aut rarefit, aut calefit, aut frigefit materies ipsa: Sed alteratio non est.

Tex. c. 15.

Aliorum enim maxime utique quis existimabit in figuris, & translationibus, & habitudinibus, & corū remotionibus, & acceptionibus, videtur enim esse quod alterationis. Non est autem neq; in his, sed fiunt hæc cum quedam alterantur, densata enim, aut rarefacta, aut cum fiat calida, aut frigida materia, alteratio autem non est.

Hæc est secunda pars principalis huius capituli in qua declaratur, quod in his, quæ sunt de quarta specie qualitatis non est per se alteratio. Vnde in tota ista parte, & in parte sequenti ostendit phylosophus, quod solum secundum qualitates sensibiles de tertia specie qualitatis est per se alteratio, & hæc est quinta conclusio principalis huius libri, & quia hæc conclusio est quædam exclusiua, cuius exponentem affirmatiuam phylosophus hic supponit, tanquā manifestam, scilicet, quod ad qualitates de tertia specie qualitatis est per se alteratio, ideo phylosophus ostendit hic solum exponentem negatiuam, unde probatio conclusionis principalis potest sic formari, secundum qualitates de tertia specie qualitatis est per se alteratio, & secundum nullas qualitates de alijs speciebus qualitatis est per se alteratio. ergo solum secundum qualitates sensibiles de tertia specie qualitatis est per se alteratio: consequentia tenet, quia arguitur ab exponentibus ad expositam. Primam uero partem antecedentis, idest exponentem affirmatiuam phylosophus supponit tanquam manifestā, videlicet, quòd ad qualitates sensibiles de tertia specie qualitatis est per se alteratio, alteram autem partem probat, idest exponentem negatiuam, uidelicet, quod secundum nullas quantitates a qualitatibus de tertia specie qualitatis est per se alteratio, & quia de qualitatibus de secunda specie qualitatis est manifestum, quod ad illas non est per se alteratio, quia naturalis potentia, vel impotentia, quæ sunt de secunda specie qualitatis consequuntur formam substantialem: nec habent fieri successiue circa idem ens in actu, ideo phylosophus hoc supponens non facit mentionem de his, quæ in secunda specie qualitatis, sed solum probat, quod ad qualitates, quæ sunt de prima, & quarta specie qualitatis non est per se alteratio. Vnde hæc in secunda parte principali huius capituli phylosophus probat, quod ad qualitatem de quarta specie qualitatis, cuiusmodi sunt forma, & figura non est per se alteratio, de quibus tamē maxime uidetur, quod ad illas sit per se alteratio, nam ad uersiones, & remotiones earum uidetur esse per se alteratio, sed, quod ad qualitates de quarta specie qualitatis non sit per se alteratio, probat phylosophus, & hæc est octaua conclusio de numero, quæ tripliciter probatur, & secundum hoc hæc pars continet tres particulas. Secunda ibi [Ex quo quidem &c.] Tertia ibi [Amplius, & aliter.] In prima igitur particula huius partis probatur ista conclusio sic ad illas qualitates, quæ solum acquiruntur per transmutationes ad alias qualitates non est per se alteratio, vt patet de se, sed qualitates de quarta specie qualitatis acquiruntur solum per transmutationem factam ad illas qualitates, ut per alterationem ad qualitates primas, ergo ad qualitates de quarta specie qualitatis, vt sunt forma, & figura non est per se alteratio: maior est manifesta, & minor declaratur declaratione exemplari, nam cum materia subiecta istis qualitatibus, uidelicet formæ, & figuræ condensatur, aut rarefit, uel frigefit, siue calefit, fit mutatio ad formam, & figuram de quarta specie qualitatis. Notandum secundum expositores hic, quod forma, & figura sic differunt: quoniam figura importat determinationem qualitatis: quoniam figura est illa, quæ termino, uel terminis clauditur, siue cōprehenditur: figura enim reperitur, tam in rebus artificialibus, quam in rebus naturalibus. sed figura, de qua hic loquitur phylosophus est forma rei artificialis dans esse specificum artificiato, ut est forma accidentalis: quoniam formæ artificiorum sunt accidentia. Notanda sunt hic duo secundum Commen. Primo est notandum, quod generatio formarum, & figurarum sequitur alterationem materiæ, quando materia condensatur, aut rarefit secundum dicentes, quod raritas, & densitas sunt causa generationis, & corruptionis, aut quando calefit & etiam infrigidatur secundum quod est uerum in se. Secundo est notandum secundum Comm. quod raritas, & densitas, secundum quod sunt qualitates consequentes calidū, & frigidū hæc Cō. intellige, quod rarum, & densum uno modo possunt dici qualitates, alio modo propositiones, ut patet ex libro prædicamentorum.

Notabile.

Primū notandum.

Secūdum notādum.

Non enim statuæ formam nomine dicimus eius, ex quo forma est orta, nec eius etiam ex quo est pyramidis aut lecti, quæ figura pyramidem, aut lecticam: sed denominantes aliud æneum aliud terreum, aliud ligneum appellamus Ad id, quod alteratur dicimus. Ipsum enim æs humidum esse dicimus, aut calidum, aut durum Et non solum hoc pacto sed etiam ipsum humidum a que calidum esse dicimus æs, affectus nomine materiam nuncupantes. Cum igitur id quidem, ex quo est forma, & figura, & id quod est ortum figurarum nomine non dicatur. Id vero quod alteratur nomine dicatur affectuum, patet alterationem in solis sensibilibus esse.

Ex quo quidem enim est forma statuæ, non dicimus formam, neque ex quo figura pyramidis est, aut lecti, sed denominationes sunt hoc quidem aneum, illud uero ceream,

reum, aliud autem ligneum. Quod autem alteratur as dicimus. Aes quidem enim humidum esse dicimus, aut fo... ut calidum. Et non solum sic, sed humidum, & calidum es æqualiter dicentes passioni materiam. Quoniam igitur ex quo quidem formam, & figura, & quod factum est æquiuoce non dicuntur cum figuris, quæ est ex illo sunt, quę autem alterantur, cum passionibus æquiuoce dicuntur, manifestū, ꝙ in solū sensibilibus alteratio est. A

Secūda ratio.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio, quæ talis est. Illa, ex quibus fiunt formæ, & figuræ de quarta specie qualitatis non communicant in nomine cum formis, & figuris, sed illa, quæ alterantur communicant in nomine cum qualitatibus, secundum quas alterantur. ergo illa, quæ alterantur non alterantur secundum formas, & figuras, & per consequens ad formas, & figuras de quarta specie qualitatis non est per se alteratio. maior declaratur: quoniam cum de ære fit idolum non dicimus, quòd æs est idolum, & cum ex ligno fit lectus non dicimus, quod lignum est lectus, quanuis dicamus, quod lectus est ligneus. Unde forma, & figura de quarta specie qualitatis non prædicantur de subiecto, B ex quo fiunt, nec in concreto, nec in abstracto, quanuis subiectum prædicetur de eis in concreto: ut lectus est ligneus: idolum est æreum, & sic patet maior, videlicet, quod qualitates in quarta specie qualitatis non prædicantur de subiectis, ex quibus fiunt, minor autem patet: quia illæ qualitates, ad quas est per se alteratio, prædicantur in concreto de suis subiectis, nam quia ad caliditatem, & frigiditatem est per se alteratio: ideo dicimus, quòd illud, quod alteratur in fine alterationis est calidum, aut frigidum, & sic qualitates, ad quas est per se alteratio, prædicantur denominatiue de suis subiectis: quod tamen non accidit in qualitatibus de quarta specie qualitatis.

Dubiū primum.

Sed dubitatur, quia sicut est in illis de tertia specie qualitatis, quòd forma, ad quam est alteratio, non prædicatur de subiecto in abstracto: sed in concreto: quoniam si lignum fiat album, hæc non est uera in abstracto: lignum est albedo: sed hæc est uera in concreto, scilicet, lignum est album: & sic est de illis de quarta specie qualitatis: quia non prædicantur de suis subiectis in abstracto, sed in concreto: quanuis enim hæc sit falsa, æs est figura: tamen illa est uera, æs est figuratum: & C sic non est diuersitas quantum ad hoc inter qualitates de tertia specie qualitatis, & de quarta, quia utraque prædicatur in concreto de suo subiecto, & non in abstracto.

Secundū.

Item si aliquæ qualitates de quarta specie qualitatis non prædicantur de suo subiecto, hoc non esset, nisi propter penuriam nominum, idest, quia non habent denominatiua, si tamen haberent nomina denominatiua illa prædicarentur de substantijs illarum qualitatum. Ista igitur diuersitas non est, nisi in modo loquendi, & sic uidetur, quod illa ratio fundetur in aliquo reali, & per consequens non concludit rationabiliter.

Ad primū. Concretū est duplex.

Dicendum est igitur, ut mihi videtur, quod concretum est duplex, scilicet, quoddam proximum, & quoddam remotum. In illis, ad quæ est per se alteratio, concretum proximum qualitatis, ad quam est alteratio, prædicatur de subiecto alterationis, sicut album est proximum concretum huiusmodi abstracti, quod est albedo, & illud concretum prædicatur de subiecto transmutato ad albedinem per alterationem: quoniam illa est uera lignum est album, sed in illis, quæ sunt in quarta specie qualitatis concretum proximum non prædicatur de subiecto illarum qualitatum, sed concretum remotum formæ, & figuræ bene prædicatur de suis subiectis, ut formatum, & figuratum uere prædicantur de his, quæ sunt transmutata ad formam, uel ad figuram.

Replica.

Et si dicatur, quod illa nomina, uidelicet lectus & statua sunt abstracta, & ista nomina, quæ sunt abstracta non prædicantur de subiectis formarum, & figurarum, ideo phylosophus vult, quòd ad formam, & figuram nō sit per se alteratio, sed idem accidit in illis, quæ sunt de tertia specie qualitatis: quoniam in illis nomina abstracta formarum non prædicantur de subiectis formarum: quoniam ista est falsa: lignum est albedo sicut illa, lignum, est lectus, per eandem igitur rationem ad qualitates de tertia specie qualitatis non esset per se alteratio, cuius contrarium dicit phylosophus hic.

Ad replicam.

Ad illud est dicendum, ut mihi uidetur quòd omne nomen significans compositionem ex materia, & forma, uel ex materiali, & formali est nomen concretum, & nomen significans formam tantum est nomen abstractum, & concretorum quoddam est concretum proximum, ut nomen A significans præcise compositum ex materia, & forma, siue illa forma sit substantialis, siue accidentalis: & concretum remotum non solum significat compositionem ex materia, & forma, sed etiam significat, uel connotat aliquam aliam causam a materia, & forma, uel rem alterius prædicamenti, verbi gratiā, hæc nomina homo, animal, asinus, & sic de alijs nominibus substantiā significant substantiā compositam præcise, & hæc nomina lectus, domus, & sic de alijs significant præcise composita ex materia, & forma, sed hæc nomina humanatus domificatus, ultra materiam, & formam important aliam causam effectiuam: quoniam cum dicitur domificatum: & figuratum, significatur, quod domus est facta, dico igitur quod illa nomina lectus, domus, statua, & sic de similibus sunt concreta prima, seu proxima, & in illis, in quibus est per se alteratio, proximum concretum prædicatur de subiecto formæ, quod non contingit in illis, quæ sunt de quarta specie qualitatis.

Ad secundum.

Sciendum, quod concreta proxima substantię, & qualitati de quarta specie qualitatis non prædicantur uere de suis materiebus, quoniam illa est falsa, materia hominis est homo, & hæc similiter, corpus hominis est homo, & etiam illa est falsa cuprum est statua, lignum est lectus, lapides, & ligna sunt domus, & sic de alijs, ista enim dicuntur concreta, quia concernunt supposita, idest indiuidua per se existentia, sed concreta B proxima aliorum accidentium uere prædicantur de suis materiebus propinquis: quoniam ista est uera lignum est album, quantum, simile, & sic de alijs concretis aliorum prædicamentorum, quædam enim concreta concernunt sua supposita, hoc est indiuidua per se existentia, & quædam concernunt materiam, sic quod vere prædicantur de sua materia, & supponunt pro ea. Unde sciendum, quod quidam dicunt propter hoc formæ, & figuræ non communicāt in nomine cum subiectis formarum, & figurarum, sed communicant in esse cum subiectis formarum, & figurarum, quia non sunt aliæ res a suis subiectis, sed secundum ueritatem isti contradicunt sibijpsis, quia si sint eædem res cum suis subiectis communicant in eodem nomine cum suis subiectis: quoniam si lectus sit idē, quod lignum, & non dicat aliam rem a ligno tunc illa est uera, lignum est lectus, quia si lignum non est lectus, & lignum est, & lectus est, igitur lignum non est aliud a lecto, & per consequens, est alia res a lecto.

C Præterea absurdum est & alio modo dicere. Dicere nāque hominem alteratum esse, uel domū sumpto fine, ridiculum est. Si perfectionem domus, aut parietes, aut regulam alterationem esse dixerimus, & si cum parietibus domus clauditur, aut tegitur, ipsam dixerimus alterari. Patet autem alterationem in hisce non esse, quæ generantur, atqui nec in habitibus alteratio est.

Amplius & aliter dicere inconueniens est. Dicere enim hominem alteratum esse, aut domū accipientem finem ridiculum est, si perfectionem domus tectionē, aut laterationem dicimus alterationem esse, domo autem laterata, aut cooperta alterari domum. Manifestum autem est, quia quod est alterationis, non est in his, quæ sunt. Tex. c. 1.. D Tex. c. 1..

Tertia rō.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probans, quod ad illa, quæ sunt de quarta specie qualitatis nōn est per se alteratio, & ratio est illa, si ad qualitates de quarta specie qualitatis esset per se alteratio, tunc res alteraretur, quando reciperet qualitatem de quarta specie qualitatis, scilicet quando acquireret formā, vel figurā, consequentia patet de se, quia quando subiectū acquirit aliq̄ qualitatē, ad quā est per se alteratio, tunc subiectū alteratur, quia transmutatur trāsmutatione, quæ est alteratio, falsitas consequentis patet, quia qñ res perficitur, & generatur acquirit qualitatem, quæ est de quarta specie qualitatis: qm̄ quando domus perficitur, & generatur, manifestum est, quod acquirit nouam formam, & nouam figurā, sed hoc est falsum, quia quando res generatur, & pficit alterat. Ridiculum. n. est dicere aliquid alterari, quando perficitur, & generatur, hoc igitur consequēs est falsum, quia res alteratur quando acquirit qualitatem de quarta specie qualitatis, & per consequens ad qualitatem de quarta specie qualitatis non est per se alteratio. Unde Comm. format hāc rationem sic In al-

tera.

Formatur a Comm. &c.

teratione manet idem subiectum ens in actu in principio alterationis, & in fine, sed in acquisitione formæ, & figuræ de quarta specie qualitatis non manet idē subiectū in principio illius transmutationis, & in fine. ergo trāsmutatio, quæ est ad formā, vel figuram de quarta specie qualitatis nō est alteratio. maior patet de se, & minor probatur, quia quū generatur domus, domus acquirit nouā formam, & nouā figuram, sed in generatione domus non manet idē subiectū in actu in principio generationis, & in fine, quia in fine additur aliqua res noua, quæ est pars subiecti vt coopertoriū, vt tegulę, vel aliquid huiusmodi. Sciendum tū, quod illa ratio non est generalis in omni acquisitione figuræ, quia sustentatur super hoc, uidelicet, quia non manet idem subiectū in principio illius transmutationis, & in fine, qđ non est uniuersaliter uerū, quia in transmutatione cęræ de una figura ad aliam manet idē subiectū in actu in principio transmutationis, & in fine, unde mihi vř, quod illa ratio solum probet, quod quū fit transmutatio ad aliquam figuram naturalem alicui subiecto & inseparabilē ab eo, tunc illa transmutatio non est alteratio, quia tunc res alteraretur, quando pficeretur, & generaretur, quod non est uerum. Ideo uidetur mihi, ꝙ prima ratio quæ fundatur super hoc, quod qualitates de quarta specie qualitatis solum acquiruntur per transmutationes per se ad alia cum hoc addito, quod huiusmodi transmutationes sunt necessario a contrario in contrarium, est ratio super quam phylosophus hic fundatur, quare, &c.

Habitus enim virtutes ac uitia sunt. Virtus aūt omnis, & vitiū ad aliquid est, quemadmodū sanitas temperatio, quædā est calidorū, ac humidorū, aut internorum, aut ad continēs. Similiter & pulchritudo & robur ad aliquid sunt. Sūt enim dispositiones quędam eius, quod præstantissimū est, ad id quod est optimum. Atq; id præstantissimum dico quod conseruat, ac circa ipsam naturam disponit. Cū igitur virtutes quidē, ac uitia sint ex hisce, quæ sunt ad aliquid. Hę autem generationes non sunt nec ipsorum fit generatio, nec alteratio omnino, patet circa habitus alterationes non esse.

Neq; in habitibus, habitus enim uirtutes, et malitię sunt. Virtus aūt omnis, & malitia ad aliquid sunt, sicut sanitas quidem calidorum & frigidorum mensuratio quædam est, aut eorum, quæ sunt infra, aut ad aliquid continens. Similiter autem, & pulchritudo, & macies ad aliquid sunt. Disponens enim quadam perfecti ad optimum sunt: Dico aūt perfecti, quod sanat, & dispositū est circa naturā. Quoniā ergo uirtutes, & malitia sunt ad aliquid, hæc aūt neque generationes sunt generatio ipsorum, neque alteratio omnino manifestum est, quod non est omnino, quod est alterationis circa habitus.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus ostendit, quod ad illa, quæ sunt in prima specie qualitatis non est per se alteratio, & continet tres particulas, quarū in prima ostenditur, ꝙ ad habitus, & ad dispositiones corporis non est per se alteratio. in secunda ibi [Neque circa animæ uirtutes.] Ostenditur quod ad habitus, & ad dispositiones animæ, quæ sunt in parte appetitiua non est alteratio. In tertia ibi [At uero neque, &c.] ostēditur, ꝙ ad habitus & dispositiones animæ, quæ sunt in parte intellectiua non est per se alteratio. In prima igitur particula huius partis phylosophus ostendit, quod ad habitus corporales non est per se alteratio, & hæc est nona conclusio de annexis, quæ probatur unico medio sic. Ad illa, quæ sunt ad aliquid non est per se alteratio, sed habitus corporales sunt ad aliquid. ergo ad habitus corporales non est per se alteratio maior patet quinto huius, & minor declaratur sic, habitus corporales sunt virtutes, & malitiæ corporales. sed uirtutes malitiæ sunt ad aliquid, ergo habitus corporales sunt ad aliquid. Vnde per virtutem corporalem phylosophus intelligit habitum secundum quem corpus bene se habet, & operatur, vt patet de sanitate, uirtus enim, cuiuslibet rei habentis virtutem est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, ut patet primo ethic, sed econtrario est de malitia corporali, quia ipsa reddit corpus male in sę dispositum, & ad operandum, vt patet de ægritudine.

Nona cōclusio de annexis.

Quod autem virtutes corporales, & malitiæ sint ad aliquid declaratur exemplariter, quoniam sanitas, quæ est quædam uirtus corporalis est quædam commensuratio calidorum, & frigidorum secundum debitam proportionem humorum adinuicem, & continens idest, ad totū corpus, quod continet humores, uel ad aerem continentem, & illa commensuratio, uel contemperatio humorum est ad aliquid, quia eadem commensuratio, quæ esset sanitas in leone non esset sanitas in homine, sed eius extinctio, quia humana natura non posset eam sufferre. Similiter eadem commensuratio humorum, quæ est sanitas in uno continente, ut in aliquo aere esset ægritudo in alio continente, & sic patet, quod huiusmodi habitus sunt ad aliquid, quia quod est absolutum non est unum in uno, & aliud in alio, sed semper idem in quocunque inuenitur. Similiter pulchritudo, & macies sunt ad aliquid, quia sunt dispositiones illius, quod est perfectum per cōparationem ad optimum, quod exponitur dupliciter. Vno modo intelligendo per optimum aliquod extrinsecum, ut quod pulchrum dicatur per comparationem ad pulcherrimum, & sanum dicatur per comparationem ad sanissimum. Alio modo per optimum potest intelligi finis, qui est proprie operatio, nam ea hoc huiusmodi operationes dicuntur uirtutes: quia bonum faciunt habentem, & opus eius bonum reddunt. Sic igitur patet, quod habitus corporales sunt ad aliquid, & ideo ad illos non est per se alteratio. Vnde Commen. format illam rationem: sic, & in prima figura. In prædicamento de ad aliquid non est alteratio, nec est transmutatio, neque generatio, vt declaratum est in quinto huius, sed formæ corporales sunt ad aliquid, ergo. Sed dubitatur hic scilicet, an illa, quæ sunt in tertia specie qualitatis sunt ad aliquid, & uidetur, quod non, quia generis absoluti sunt species absolutę, sed qualitas est genus absolutum, ergo quælibet species eius est res absoluta: sed absolutum non est ad aliquid, ergo. Item impossibile est idem esse in diuersis prædicamentis, sed illa, quæ sunt in prima specie qualitatis sunt in prædicamento qualitatis, vt manifestum est, ergo non sunt in prædicamento relationis, & per consequens non sunt ad aliquid: maior patet, quia si idem esset in diuersis prædicamentis, ut in prædicamento qualitatis, & relationis: illud susciperet prædicationem utriusque sit igitur a, unum indiuiduum, quod sit in prædicamento qualitatis, & relationis tunc illa esset uera a, est qualitas: & similiter illa a, est impossibilis quia per Phylosophum primo poste. omnis negatiua est immediata in qua unum genus generalissimum negatur ab alio, ista igitur est uera, nulla relatio est qualitas, ergo sua contradictoria est falsa, videlicet, relatio est qualitas, ergo falsum est dicere, quòd a, est qualitas, & quod a, est relatio. Sed in contrarium uidetur hic phylosophus. Dicendum, quod propter rationes dictas impossibile est idem esse per se in diuersis prædicamentis, tanquam species, uel indiuiduum illorum generum. Sciendum tamen, quod aliquid dicitur esse ad aliquid simpliciter, uel quia ad ipsum necessario sequitur relatio, uerbi gratia, ad qualitatem quæ est scientia necessario sequitur relatio, quæ est ad scibile, & tale non est ad aliquid secundum esse, sed solum secūdum dici: nec hoc nomē relatiū prædicatur de illo. Alio modo illud dicitur esse ad aliquid, quod secundum illud, quod est ad aliquid est, & sic patet paternitas, & filiatio & aliæ per se relationes sunt per se in genere relationis, & nullo modo suscipiunt prędicationem qualitatis. tertio modo illud dicitur esse ad aliquid, quod est aggregatum ex relatione, & suo fundamento, vt aggregatum ex qualitate & relatione, uerbi gratia, sanitas est proportio vel commensuratio qualitatum suarum aggregatarum, ergo ex illa commensuratione, & qualitate commensurante & qualitatibus commensuratis est aggregatum ex qualitate & relatione. Similiter album & simile dicit aggregatum ex qualitate & relatione, quia ex albedine, & similitudine. Dico igitur, ꝙ huiusmodi aggregata non sunt per se, & essentialiter in aliquo determinato genere secundum Aris. sed dicuntur esse in diuersis generibus ratione istarum partium, quia ratione materiæ, quæ est fundamentum dicitur esse in genere qualitatis, & ratione formæ, idest, ratione relationis dicuntur esse in prædicamento relationis. Dico ergo, ꝙ phylosophus hic probando, ꝙ ad ea, quæ sunt in prima specie qualitatis non est alteratio, intelligit huiusmodi aggregata, quæ ratione materiæ sunt in genere qualitatis, & ratione formæ sunt in genere relationis. Et ꝙ Phylosophus loquatur de huiusmodi aggregatis apparet, quia omnis motus, & omnis generatio per se terminatur ad compositionem, vt probat phylosophus 7. meta. & ad quædam composita per se terminantur motus, & ad quædam non, ideo phylosophus hic declarat, ad quæ composita

Dubium primum.

Secundū.

Ad primū

Ad secūm.

do

A de genere qualitatis non est alteratio ostendendo, quod composita ex qualitate, & relatione non est alteratio per se. Dissoluitur, quod habitus, & dispositiones corporis, & animæ, ad quæ non est motus secundum Phylosophum, sunt aggregata, ex qualitate & relatione, & nec sunt qualitates, nec relationes, sunt tamen in utroque prædicamento, sed ratione suarum partium. Si uero inueniatur ab aliquo auctore, quod ista sint qualitates siue relationes. Dico, quod tales propositiones non sunt ueræ de uirtute sermonis, sed tamen admittuntur ex usu loquendi, unde in talibus est prædicatio ratione partis; vel partium: quoniam cum dicitur, qualis habitus est qualitas illa est prædicatio materialis, & intellectus auctoris est hic dicentis, quòd talis habitus habet qualitatem pro materia, & cum dicitur, quod talis habitus est relatio, admittitur

Dubium. secundum istum intellectum, quòd talis habitus habet relationem pro sua forma. Sed dubitatur, an ex commixtione qualitatum primarum resultet aliqua qualitas ex eis, quæ dicatur sanitas; uel immediatum fundamentum relationis, probabiliter potest dici, quod non: quoniam sanitas immediate resultat ex debita proportione primarum qualitatum in comparatione ad animal, nam positis istis qualitatibus sub debita proportione conueniente animali, sine omni alia re absoluta superaddita est animal sanū, & sic est de pulchritudine: quoniā B posito, quod corpus hēat quantitatem conuenientem, & colorē, & figuram conuenientes, & sic de alijs, sine omni alia re absoluta addita erit animal pulchrum, & sic pulchritudo non est qualitas absoluta, nec requirit aliquam qualitatem resultantem ex proportione prædictorum, scilicet, quantitatis, figuræ, coloris, &c. Et si dicatur, quod per illam rationem, nec sanitas, nec pulchritudo dicunt aliquam rem aliam ab istis absolutis prædictis sub certa proportione cum sine omni alia re super addita ponuntur sanitas, & pulchritudo, quod non esset ve-

Solutio. rum, si essent res aliæ a rebus absolutis. Dicēdum, quod impossibile est ponere huiusmodi absoluta commensurata, nisi ponatur huiusmodi commensuratio, quæ est relatio, sicut impossibile est ponere duo alba sine similitudine, quæ tamen est res alia a rebus albis, sicut ponit doctrina communis.

Text. c. 18. At vero neq; circa virtutes animi vitiaq; alterationes esse videntur. Virtus nāq; perfectio quædā est. Vnumquodq; enim maxime tum est perfectū, C cum propriam virtutem est consecutum, & maxime secundum naturam. Sicut circulus tunc maxi me secūdū naturā est, quādo maxime circulus est.

Neq; itaq; circa animę virtutes, & malitias. Virtus enim quadā perfectio est. Vnumquodq; enim tunc maxime perfectum est, cū attingit propriæ uirtuti, & tunc est maxime secundum naturam, vt circulus tunc maxime secundum naturam est cum maxime circulus sit.

Decima conclusio de annexis. HÆc est secunda pars tertiæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod ad habitus morales, qui sunt in parte animæ appetitiuæ non est per se alteratio, & hæc est decima conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, & s̄m hoc ista particula continet duas particulas. Se-

Prima ratio. cunda incipit ibi [Fit qaidem igitur] In prima igitur parte huius particulæ Phyl. primo probat conclusionem de virtute D morali. Secundo probat eandē conclusionē de uitio opposito virtuti. Primo igitur probatur, quod ad virtutem moralem non est per se alteratio, & probatur sic. Nihil alteratur per se in acquirendo suam propriam perfectionem, sed virtus moralis est ppria perfectio illius, cuius est virtus moralis. ergo nihil alteratur per se in acquirendo virtutem moralem, huius rōnis primo declaratur minor per hoc, quia unumquodque est maxime perfectum, & maxime s̄m naturam, cum attingit propriā perfectionem, ut circulus est maxime s̄m naturam, quādo maxime est circulus. igitur uirtus est perfectio. maiorem hic P. supponit, sed Comm. eam declarat sic. Omnis alteratio est ad rem diuisibilem secundum magis, & minus, sed perfectio non est diuisibilis secundum magis, & minus. ergo ad perfectionem non est per se alteratio, quod autem perfectio sit indiuisibilis probat phylosophus per hoc, quia perfectio est finis rei naturalis, sed finis est indiuisibilis, & per consequens non acquiritur, nisi in mensura indiuisibili. quod autem finis sit indiuisibilis, declarat exemplariter in circulo, quia circulus est perfectio indiuisibilis, quoniam circulus non est magis circu-

A lus, quia circulus non est ante finem, sed solum in fine, vnde quasi intendit arguere sic probando perfectiones esse indiuisibile. Perfectiones sunt similes perfectioni circuli, quemadmodum igitur circulus non est circulus ante finem, similiter est in alijs perfectionibus.

Vitium uero corruptio est horū, atq; remotio.

Malitia autem corruptio horum, & remotio est.

CVm igitur phyl. declarauit, quod uirtus est indiuisibilis, declarat hoc in vitio, scilicet, quod uitium est indiuisibile, & secundum Commen. probatur sic, vitium est separatio, & remotio a uirtute, quæ est indiuisibilis, & uitium maxime distat a uirtute, sed quod maxime distat a perfectione indiuisibili est indiuisibile. ergo uitium est indiuisibile, unde Com. addit dicens, quod non est medium inter virtutem, & uitium, & motus non est, nisi in eis, inter quæ est medium, ut patet in quinto huius. Et dicit Com. quòd hoc totum est intellectum

S. Thom. ex suis uerbis. Sed communis expositor dicit, quòd illa ratio Com. non valet, quia quāmuis perfectio sit simpliciter indiuisibilis, tamen recedere a perfectione non est simpliciter in- B diuisibile, quia multipliciter contingit recedere ab indiuisibili, ideo dicit, quod melius est dicere, quod phylosophus arguit hic de uitio, sicut prius arguit de forma, & figura, quia sicut nihil dicitur alterari, quando perficitur, eadem ratione, nec quando corrumpitur, cum igitur malitia sit corruptio virtutis, sequitur ad malitiam non esse alterationem, quia malitia est ipsa corruptio uirtutis, uel simul cum corruptione uirtutis, ut patet satis.

Fit igitur cum aliquid alteratur uirtutis acceptio: vitijque deiectio, neutrum tamen horum est alteratio. Alterari autem aliquid inde patet. Nam uirtus quidem aut affectuum est vacuitas; aut eorundem mediocritas quædam. Vitium autem est omnis affectuum concitatio, aut perturbatio uirtuti contraria.

C *Fit quidem igitur cum quoddam alteratur, & acceptio uirtutis, & remotio malitiæ, alteratio tamen horū neutrum est. Quòd autem alteretur aliquid, manifestum est. Virtus quidem enim, aut impassibilitas quæ-* **Text. c. 19.** *dam est, aut passibile est sic. Malitia autem passibilis, contraria passio uirtuti est.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, quod ad habitus animæ, qui sunt in parte appetitiua animæ non est per se alteratio, unde ratio est illa. Ad illa non est per se alteratio, quæ solum acquiruntur per alterationē factā circa alia, ut patet ex precedentibus, sed habitus morales existentes in parte appetitiua animæ solum acquirūtur per alterationem factam circa alia, & terminatam ad illa, ergo. Maior patet de se. quoniam illud, quod competit alicui solum ratione alterius non competit ei per se, vt patet, sed D ad similitudinem non est per se alteratio, quia similitudo acquiritur solum per transmutationem factam circa aliud, & terminatam ad aliud, & sic patet maior, minor uero declaratur dupliciter, primo, quia uirtus acquiritur per alterationem factam circa passiones: quoniam virtus est quædam impassibilitas, idest carentia, & remotio omnium passionum, ut dicunt Stoici, vel uirtus est quædam moderatio passionum, & uitium, siue malitia est quædam passibilitas, ita quòd omnis passio sit malitia, aut malitia est non quælibet passio, sed passio importans superabundantiam, aut defectum, quæ sunt contraria uirtuti, sed siue uirtus sit impassibilitas, siue passio moderata acceptio uirtutis non est sine alteratione facta circa passiones. Vnde intelligo hic per passiones qualitates corporales, quæ sunt principia motuum appetitus, non autē motus ipsos. Similiter siue malitia ponatur quęcunq; passio, siue ponatur sola passio superabūdās siue deficiens, in qua libet passio, siue sit abundans siue deficiens, siue moderata nō fit sine alteratione facta circa passiones: sequitur, quod malitia non est sine alteratione circa passiones, breuiter igitur ratio est illa, Habitus morales, qui sunt in parte appetitiua animæ non acquiruntur sine alteratione facta circa alia, idest circa passiones:

nes: igitur ad eas non est per se alteratio. Intelligendum est hic, quod uirtus moralis, nec est passibilis, nec est moderatio passionũ, sed est circa moderantiam passionũ. Vnde hęc est prędicatio moralis, uirtus est passio moderata, uel passiones moderatæ, sed de uirtute sermonis est falsa, sed intellectus auctoris hoc dicens est uerus, & est, quod materia uirtutis moralis, circa, quam est, sunt passiones. Et sic patet ueritas huius.

Atq; omnino sit, ut uirtus morum in uoluptatibus, doloribusve consistat. Voluptas enim, aut cũ agimus, aut cũ recordamur, aut cũ speramus effici solet. Atque si cum agimus prouenit, sensus est causa. Si cum recordamur, aut speramus, ab ipso rursus afficitur. Afficimur enim voluptate, aut recordantes ea, quæ nos delectarunt, aut sperantes euenire ea, quæ nos afficient uoluptate.

Et totam moralem uirtutem in uoluptatibus, & tristitijs accidit esse. B *Aut enim secundum actum quidem uoluptatis, aut per memoriam, aut spem. Siquidem igitur secundum actum, sensus est causa. Si uero per memoriam, aut per spem, ab ipso est, aut enim insunt qualia passi sumus reminiscentibus uoluptatis, aut qualia patiemur sperantibus.*

SEcundo probatur eadem maior, scilicet, quod habitus morales solum acquiruntur per alterationem factam circa alia, & ratio est illa, omnis delectatio, & tristitia, scilicet sensualia sequitur alterationem factam secundum sensum, sed omnis virtus moralis consistit in delectationibus, & tristitijs, vt in acquirendo delectabile, & fugiendo tristabile, secundum, quod oportet, & quando oportet, & sic de alijs circunstantijs: quoniam omnis operatio virtutis moralis ad delectationem, & tristitiam terminatur, vt patet secundo ethi. cum delectatio consequitur ex adeptione eius, in quo desiderium tendebat, & tristitia ex superuentione eius, quod appetitus refugit, cum igitur delectatio, & tristitia C consequantur alterationem factam secundum sensum, & omnis virtus moralis consistit in delectationibus, & tristitijs, sequitur, quòd omnis uirtus moralis sequatur alterationem factam, & terminatam ad aliud. Maior huius rationis, uidelicet, quod omnis delectatio, & tristitia corporalis secundum sensum sequitur alterationem factam secundum sensum, declaratur, quia delectatio corporalis potest tripliciter contingere, aut quia delectabile nobis actualiter coniungitur, aut quia rememoramur nos talem coniunctionem delectabilem habuisse, aut quia speramus talem coniunctionem nobis fieri, sed quocunque modorum istorum fiat delectatio per actualem coniunctionem semper fit per alterationem sensus, quoniam si fiat delectatio per actualem coniunctionem delectabilis, tunc fit delectatio per alterationem sensus in actu: quia per actualem sensationem, si autem fiat per rememorationem præteritæ coniunctionis delectabilis, tunc fit per alterationem potentiæ rememoratiuæ, si uero fiat per spem futuræ coniunctionis, tunc delectatio fit per alterationem potentiæ imaginatiuæ, & eodem modo est de tristitia, & sic patet, quòd delectatio corporalis, & etiam tristitia fit per alterationem factam, & terminatam ad aliud: D quia fiunt per alterationẽ factã existentem in aliquo sensu exteriori, uel interiori, in quorum neutro est uirtus moralis. Et eadem ratio est de malitia opposita virtuti morali. Sed circa dicta Phyl. & Comm. in prima ratione probante, quod ad habitus morales non est alteratio per se, occurrunt dubitationes quinque. Primũ dubium. Primo dubitatur circa illud, scilicet, quòd ad perfectionem non est, motus, nec alteratio, quia si hoc intelligitur de omni perfectione substantiali, uel accidentali generaliter, sic illud dictum est falsum, quoniam formæ accidentales, ad quas est per se motus, sunt perfectiones accidentales suorum subiectorum, vt aqua calefacta derelicta propriæ naturæ mouetur ad frigiditatem, sicut ad propriã perfectionẽ, & similiter graue existens sursum non prohibitũ mouetur ad locum, uel ad ubi deorsum, sicut ad propriam suam perfectionem. igitur, &c. Confirmatio prima. Et confirmatur, quia Comm. super tertio huius dicit, quod motus est generatio partis post partem illius perfectionis, ad quam tendit motus, quod non esset, A nisi motus esset ad perfectionem. ergo potest uniuersaliter intelligi de omni perfectione, scilicet, quod ad eam non sit motus, si uero intelligitur de perfectione substantiali tantum, tunc nihil est ad propositum, quia virtus moralis non est perfectio substantialis, sed accidentalis. Confirmatio secunda. Et iterum formæ substantiales inanimatorum sunt perfectiones, & tamen sunt diuisibiles, quia forma substantialis lapidis est diuisibilis, & extensa ad extensionem suæ materiæ. Secundũ dubium. Secundo dubitatur circa illud, quod dicitur, quòd uirtus moralis est indiuisibilis secundum magis, & minus, hoc non uidetur uerum, quia unus homo est uirtuosior alio: quoniam vnus homo est magis fortis, & magis temperatus, & magis iustus alio, quod non esset, nisi uirtus moralis susciperet magis, & minus. ergo. Item uirtus moralis est in appetitu sensitiuo, vt communiter ponitur, & sic est in subiecto diuisibili, & per consequens est diuisibilis secundum diuisionem subiecti. Tertium dubium. Tertio dubitatur circa illud, quod dicitur, quòd circulus non est circulus, nisi in fine, ideo ad circulum non est motus. Et eodem modo arguitur de uirtute, hoc autem non uidetur uerum, nec consequentia uidetur ualere: quia secundum hoc ad nullam formam esset motus, quia forma, ad quam est motus, non est finem motus, B ergo ad talem formam non esset motus, & sic ad terminum motus non esset motus, quia terminus motus non est ante finem motus. Secunda ratio. Item si sic esset, sequeretur, quòd ad perfectissimum, & intensissimum gradum formæ nunquã esset, motus, quia perfectissimus gradus formæ non acquiritur, nisi in fine, & ita ad intensissimum gradum caloris nunquam posset esse motus, quod est falsum. Quartum dubium. Quarto dubitatur circa vitium, quia non videtur, quod uitium consistat in indiuisibili, immo uidetur, quod suscipiat magis, & minus, quia quamuis uirtus esset perfectio indiuisibilis, tamen recedere a perfectione non est simpliciter indiuisibile, cum igitur uitium sit recessus a uirtute, videtur, quod uitium sit diuisibile. Confirmatio. Et confirmatur per Phylosophum secundo ethi. uersus finem, vbi dicit, quod benefacere est uno modo tantum, & malefacere, & peccare contingit multis modis, sicut attingere centrum circuli est uno modo tantum, recedere uero a centro multis modis contingit, & sic quamuis uirtus sit indiuisibilis, ex hoc tamen non sequitur, quod uitium sit indiuisibilis, immo uitium est diuisibile, suscipiens magis, & minus, quia multipliciter contingit, & non uno modo tantum. Capitulo 5. ibi ad huc peccare quidem. Quintum dubium. Quinto dubitatur circa illud, quod C Com. dicit hic, videlicet, quod inter virtutem, & vitium non est medium, hoc non uidetur verum, quia omnis transitus inter immediata est subitus, & mensuratur instanti: si igitur inter uirtutem, & uitium non sit medium, sequitur, quod statim cum aliquis incipit recedere a uirtute, quod ille fit sub vitio, & econtra, quod est falsum, & consequentia patet, per phylosophum secundo ethi. & etiam in libro prædicamentorum. Similiter tunc facillimum esset acquirere uirtutem, cum statim, & subito acquireretur, quod est contra phylosophum dicentem, quod uirtus non acquiritur nisi per longam consuetudinem. Item multi homines sunt, qui non sunt nec virtuosi, nec vitiosi, ut illi, qui nunquam laborauerunt circa acquisitionem uirtutis, uel vitij, & per consequens inter uirtutem, & vitium est medium. Prima distinctio. Circa istas dubitationes sunt ponendæ tres distinctiones, per quas dicta dubia soluentur. Prima distinctio est, quod perfectio est duplex, quia quædam est perfectio determinata, & quædam indeterminata. Perfectio determinata est illa, cuius natura consistit in aliquo certo, ita quod sibi non potest fieri additio, nec ab illo potest fieri subtractio, manente eadem natura secundum speciem, ut patet in numeris, sicut D binario, ternario, &c. quia si binario addatur unitas, illud, quod resultat ex binario, unitate superaddita, non erit binarius, & sic de alijs numeris. Item patet, de quibusdam quantitatibus continuis, ut de bicubito, tricubito, &c. vt patet in libro prædicamentorum. Alia uero est perfectio indeterminata, ut illa, quæ recipit additionem, & diminutiones, manente eadem natura secundum speciem, ut sunt qualitates per se sensibiles, vt calor, frigus, albedo, nigredo, & sic de alijs. Vnde ista distinctio accipitur a phylosopho in libro prædicamen. cap. de quantitate, ubi distinguit quantitatem in quantitatem determinatam, ut bicubitum, & tricubitum, & quantitatem indeterminatam, ut sunt magnum & paruum, multum, & paucum, & eadem distinctio, quam ponit de quantitate, uidetur esse ponenda de perfectione. Secunda distinctio. Secunda distinctio est de indiuisibili, quia indiuisibile, quantum ad propositum contingit, tripliciter, ut indiuisibile secundum quantitatem, quod non habet partem, & partem: & sic punctus est indiuisibilis. Alio modo dr indiuisibile sm formã, quod

quod propter hoc dicitur indiuisibile sm formam, quia non est diuisibile in partes, quæ sint eiusdem speciei cum toto. & sic homo dicitur indiuisibilis sm formam, quia nõ est diuisibilis in homines. Tertio modo dicitur indiuisibile secundum magis, & minus, & sic forma, quæ non potest intendi, nec remitti dicitur indiuisibilis.

Tertia distinctio. Tertia distinctio est de virtute, & vitio, quia tam virtus, quam uitium dicitur dupliciter, videlicet, absolutè, uel simpliciter, & in respectu. uirtus absolute, seu simpliciter est illa, quæ consistit in æqualitate, quæ est medietas inter superabundantiam, & defectum, sed uirtus in respectu dicitur per appropinquationem ad uirtutem simpliciter, & absolute acceptam. Vitium ergo simpliciter est illud, quod maxime distat a virtute simpliciter, sed vitium in respectu dicitur per appropinquationem ad vitium simpliciter, aut per longationem a virtute simpliciter, vt patebit, soluendo dubia prædicta.

Ad primũ. Ad dubitationes autem inductas, ad primam, quæ erat de perfectione, soluitur per primam distinctionem, quando dicitur, quòd ad perfectionem videtur esse motus, illud soluitur sic, videlicet, quòd ad perfectionem determinatam potest esse motus, & hoc concludit argumentum, sed ad perfectionem indeterminatam non potest esse motus, & hoc intelligunt Phyl. & Comm. quia talis perfectio est indiuisibilis sm formam, & etiam sm magis, & minus. Dico igitur, quod illud dictum Phyl. videlicet, perfectiones sunt indiuisibiles: est intelligendum tam de perfectione substantiali, quam de perfectione accidentali determinata.

Ad secundam confirmã. Et cum dr, q forma substantialis est diuisibilis, dico, q aliquæ formæ substantiales sunt diuisibiles quantitatiue, quia hñt partem extra partem, tñ nulla forma substantialis perfecta est diuisibilis secundum magis, & minus.

Ad secundum dubium. Ad secundum dubium dico, & si virtus moralis sit in appetitu sensitiuo, tunc est diuisibilis quantitatiuo, quia extenditur ad extensionem sui subiecti, sed virtus moralis simpliciter, & absolute dicta non est diuisibilis secundum magis, & minus, quia consistit in quadam æqualitate, uel commensuratione inter superfluum, & diminutum, sed æqualitas, & commensuratio respectu eorundem terminorum, uel extremorum non est diuisibilis secundum magis, & minus, quoniam quocunque addito æquali inter aliqua extrema, aut quocunque remoto ab eo, iam non remanet æquale, & sic uirtus simpliciter accepta non diuiditur secundum magis, & minus, sicut nec æquale.

Confirmatio rationis. Et hoc confirmatur sic. Cuius habitus operatio nõ suscipit magis, & minus, ille habitus nõ suscipit magis, & minus, sed operatio uirtutis simpliciter acceptæ non suscipit magis, & minus. ergo, maior est de se nota, q a perfectiori habitu egreditur perfectior operatio. ergo si operatio non potest esse magis, & minus perfecta, sequitur, quod habitus non possit esse magis, aut minus perfectus, & per consequens non suscipit magis, aut minus, minor autem declaratur, quia operatio, & operari secundum uirtutem est operari tantum, quantum oportet, & vt oportet, & sic de alijs, nec plus, nec minus, sed operari quantum oportet, aut vbi oportet, & sic de alijs, & nec plus, nec minus non suscipit magis, aut minus, quoniam quocunque addito tali operationi resultat plus operari, quam oportet, & quocunque remoto remanet minus operari, quam oportet, quorum neutrum est operatio secundum uirtutem: quoniam nec plus operari, quam oportet, nec minus operari, quam oportet est operari secundum uirtutem, & videtur esse de intentione phylosophi secundo ethi. uersus finem, vbi ipse assimilat uirtutem centro circuli dicens, quod sicut attingere centrum est difficile, ita attingere virtutem est difficile: quoniam tantum vno modo contingit attingere centrum, ita etiam attingere uirtutem, est difficile: quia tantum uno modo contingit attingere uirtutem. & loquitur de uirtute simpliciter accepta, sed hoc non esset uerum, si uirtus esset simpliciter diuisibilis secundum magis, & minus: quoniam tunc multis modis contingeret attingere uirtutem.

Cap. 8. ibi. quoniam quidem. Sic igitur dicitur, ut mihi uidetur, quod uirtus simpliciter non suscipit magis, & minus, nec secundum uirtutem simpliciter est vnus homo uirtuosior alio, nec est idem homo magis uirtuosus in vno tẽpore, quam in alio: quoniam uirtus simpliciter est optimum, & sic est extremitas, vt patet secundo ethi. sed optimum non suscipit magis, & minus, tamen uirtus dicta in respectu, quæ solum dicitur uirtus per approximationem ad uirtutem simpliciter suscipit magis, & minus: quoniam contingit approximari uirtuti simpliciter secundum magis, & minus, & ideo secundum uirtutem dictam in respectu, unus homo dicitur magis uirtuosus, quam alius.

Cap. 8. ibi. difficile autem. Vnde hanc distinctionem de uirtute in respectu, & simpliciter innuit phylosophus secundo ethi. uersus finem dicens: uirtutẽ simpliciter consistere in medio inter plus, & minus, siue inter superabundantiam, & defectum, sed determinare, seu inuenire huiusmodi medium non est facile, & ita patet, quod est quædam virtus, quæ consistit in medio simpliciter, & quod sit quædam virtus in respectu, patet, quia secundum Phylosophum ibidem, qui parum transgreditur a medio non vituperatur, neque ad magis, neque ad minus, sed qui ad plus, quandoque enim deficientes laudamus, & quandoque superabundantes. Et per hoc potest accipi, quod est aliquis habitus, qui dicitur virtus, in respectu, quoniam nullus est laudabilis pro aliquo habitu, nisi pro habitu virtuoso, sed pro habitu deficienti, & etiam pro habitu superabundanti est aliquis laudabilis, ergo talis habitus est virtus, & non est virtus simpliciter, est ergo solum virtus in respectu, sed ad quem terminum est aliquis laudabilis tanquam virtuosus, ita quod ultra illum terminum est uituperabilis, nõ est facile sermone determinare, ut dicit Phylosophus, nec hoc determino ego, tamen in rerum natura est aliquis talis terminus. Et eodẽ modo de vitio distinguendum, quia quoddam est vitium simpliciter, quod, scilicet, distat maxime a virtute simpliciter, ut dicit Comment. hic. Et quoddam est vitium in respectu, quod solum dicitur uitium per approximationem ad vitium simpliciter, quod maxime distat a uirtute. Vnde talem distinctionem ponit Aui. de qualitatibus sensibilibus. Secundo libro suæ sufficientiæ dicens sic: Qualitates sensibiles contrarias esse eiusdem speciei specialissimæ, & qualitatibus sensibilibus contrarijs, quæ maxime distant competunt nomina contrariorum simpliciter, & omnibus intermedijs competunt nomina extremorum in respectu, uerbi gratia: Calor in summo est calor simpliciter, & omnes formę mediæ inter frigiditatem summam, & caliditatem summam sunt caliditates, & frigiditates in respectu, & sic ipse distinxit calorem in calorem simpliciter, & in calorem in respectu. Ita, & ego distinguo virtutem in uirtutem simpliciter, & in virtutem in respectu, quæ virtus in respectu est habitus laudabilis per appropinquationem ad uirtutem simpliciter.

Ad tertiũ dubium. Ad tertium dubium dico, quòd in motu alterationis forma, ad quam est motus secundum speciem, debet præcedere terminum motus, quod non contingit in circulo, quia in factione circuli non fit aliquid de specie circuli ante finem circuli, quia nulla pars circuli est circulus. Vnde circulus est indiuisibilis secundum formam, quia non diuiditur in circulos, sed omnis forma, ad quam est alteratio, est diuisibilis secundum formam.

Ad secundam rationem. Vnde cum dicitur, quod forma, ad quam est motus, non est ante finem motus: uerum est, q eadem forma sm numerum non est ante finem motus: eadem tñ forma secundum speciem cum termino motus est ante finem motus.

Replica. Et quando dicitur vlterius, quod secundum hoc ad perfectissimum gradum formæ non esset alteratio: ideo, quod non sequitur; quia quamuis perfectissimus gradus formæ non sit ante finem alterationis, tamen aliquis gradus eiusdem speciei cum perfectissimo gradu formæ est ante finem alterationis. Et si dicatur, quod aliquid, quod acquiritur ante inductionem virtutis simpliciter, est eiusdem speciei simpliciter cum uirtute simpliciter, & per consequens ad uirtutem simpliciter potest esse motus, non obstante, q uirtus simpliciter constet in indiuisibili.

Solutio. Dicendũ, q siue illud, quod acquiritur ante inductionem uirtutis simpliciter, sit eiusdem speciei cum termino simpliciter, siue, non, non sequitur, quod ad virtutem simpliciter sit motus: qm si nihil acquiritur ante inductionem uirtutis simpliciter, siue eiusdẽ speciei cum virtute simpliciter, siue non eiusdem speciei, non sequitur, quod ad uirtutem simpliciter sit motus, si uero aliquid, quod acquiritur ante inductionem uirtutis simpliciter, sit eiusdem speciei cum uirtute simpliciter, adhuc non sequitur, quod ad virtutem simpliciter sit motus: quia transmutatio ad virtutem simpliciter non est transmutatio contrarij in contrarium.

Ad quartũ dubium. Ad quartum dubium, quod inducitur de vitio dicendũ est, q vitiũ diuiditur in vitiũ simpliciter. & in vitiũ in respectu, vitiũ simpliciter est illud, quod maxime distat a uirtute, & illud est indiuisibile secundum magis, & minus, non enim est possibile, quod aliquid magis distet maxime ab aliquo, & aliquid minus distet maxime ab eodem, quia, quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, sed vitium in respectu, quod solum dicitur vitium per respectum ad uitium simpliciter, suscipit magis, & minus. Vnde non omnis recessus a uirtute simpliciter est vitium simpliciter, vt patet de se.

Ad quintũ dubiũ. Ad quintum dubium, quod est de immediatione virtutis, & vitij dicendum, quod virtus moralis, & vitium sibi oppositum sunt immediata secundum speciem, quia non est species mediata inter virtutem, & vitium tamen non sunt immediata secundum subiectum, sic, quod semper alterum horum insit subiecto apto nato ad recipiendum.

recipiendum illa mediata, nam sicut argutum est, non oportet semper alterum horum inesse subiecto, quia aliquis homo est, qui nec est virtuosus, nec vitiosus, & quamuis inter virtutem, & vitium non sit habitus medius differens secundum speciem ab vtroque, tamen sunt multæ dispositiones mediæ, ideo non statim, sed de difficili peruenitur a vitio in virtutẽ, & econtra. Et cum dicitur, quòd aliquis homo, nec virtuosus, nec vitiosus, dicendum, quod verum est, & propter hoc inter virtutem, & vitium est medium secundum subiectum, sed inter ea non est medium secundum formam, vt dictum est.

Atqui neque ad partem intellectiuam animæ alteratio accommodatur. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur. Hoc autem ita esse perspicuum inde fieri potest. Per nullam namque potentiam motoris fit in nobis scientia, sed prius aliquo orto. Experientia namque particularium scientiam vniuersalem consequimur.

Tex.c. 20. *At vero neque in intellectiua parte animæ est alteratio. Sciens enim ad aliquid maxime dicitur, hoc autem manifestum. Secundum enim nullam potentiam in mouentibus factum est quod est scientiæ, sed cum extiterit quidem. Ex ea enim, quæ est secundum partem experientia accipimus vniuersalem scientiam.*

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua declaratur, quòd ad habitus, & ad operationes existentes in parte intellectiua animæ non est per se alteratio, & hæc est 11. conclusio de annexis, quæ probatur tripliciter, & primo sic. Ad ea, quæ sunt ad aliquid, non est per se alteratio, sed habitus, & operationes, quæ sunt in parte intellectiua animæ sunt ad aliquid, quia sciens per scientiam maxime dicitur ad aliquid, quia ad scibile. ergo, maior patet quinto huius. minor vero declaratur per hoc, quia hoc videtur esse proprium his, quæ sunt ad aliquid. s. quod possunt de nouo aduenire alicui ipso non mutato, nec alterato, nunc autem videmus, quod nulla mutatione facta in parte intellectiua, sed per solam mutationem facta in parte sensitiua, fit scientia in parte intellectiua, quia per experientiam particularium, quæ pertinent ad partem sensitiuam fit in intellectu scientia ipsius vniuersalis, vt patet secundo poster. & primo meta. cum igitur in ad aliquid non sit motus, sequitur, quod in acceptione scientiæ non sit alteratio. Notandum, quod P. hic per scientiam intelligit aggregatum ex qualitate absoluta, & relatione ad scibile, quoniam illud aggregatum non est per se in aliquo genere, sed ratione sui materialis est in prima specie qualitatis, & ratione relationis est in genere relationis, tamen secundum se totum non est in aliquo genere.

Margin: 31. concl. de annexis. — Prima probatio. — Tex.c. 50. Lect. 51. & primo met. lec. 1.

At neque ipsa operatio generatio est, nisi visionem, tactumve generationes quispiam dixerit. Tale est enim ipsa operatio. Acceptio autem a principio scientię non est generatio, nec alteratio. Ex eo namque, quia perturbationes sedantur, atq. tranquilla fit anima, sciens quispiam, atque prudens euadit. Quemadmodum igitur cũ experrectus est quispiam dormiens, aut cum ab ebrietate sese recipit, aut cum a morbo conualuit, non factus est tunc sciens, quanquam antea non vti scientia poterat, operariq́. per eam, sed extincta perturbatione, menteq́; iam inde ad tranquillitatem redacta, aptus ac idoneus ad scientiæ vsum euasit, sic etiã cum a principio oritur in nobis scientia, simile quid sane fieri solet. Fit enim perturbationis sedatio quies atque tranquillitates quædam.

Neque igitur actus generatio est, nisi aliquis respectionem, & tantum generationis dicat. Huiusmodi enim actus. Quæ autem ex principio accepto scientiæ, non est generatio, neque alteratio. In quietari enim & residere anima sciens fit, & prudens. Sic igitur neque cum dormiens excitetur aliquis, aut ebrius pauset, aut infirmãs ordinetur factus est sciens, quamuis prius non poterat vti, & secundum scientiam agere, sed mutata perturbatione, & in statum reueniente mente merat potentia ad scientiæ congruitatem. Huius igitur aliquid fit ex principio inscientiæ existentia. Turbationis enim quies quedam, & residentia.

SEcundo probatur idem sic. scientia fit in nobis per actum considerandi, sicut alij habitus generantur per suas operationes, vt ars ædificandi generatur per actum ædificandi, sed actus considerandi, vt intelligere non est alteratio, ergo scientia non fit in nobis per alterationẽ, & per consequens ad scientiam non est per se alteratio, q̃ autem actus considerandi, vt intelligere non sit alteratio, probatur sic per simile. Actus videndi, i. ipsa visio, & similiter actus tangendi, i. tangere, quod est operatio tactus non est alteratio. igitur cum actus considerandi sit quidam actus sensus, sicut est tangere, & videre, sequitur per locum a simili, q̃ actus considerandi, vt considerare, & intelligere non est alteratio. Vnde quidam dicunt, q̃ illa ratio specialiter probat, quod ad operationes, quæ sunt in parte intellectiua animæ, non est per se alteratio, & hoc probatur per simile, quia ad videre, & tangere non est per se alteratio, & per locum a simili ad considerare, & intelligere non est per se alteratio. Intelligendum hic, q̃ actus secundus potentiæ sensitiuæ, seu intellectiuæ non est proprie generatio, nec alteratio. Nam de ratione operationis non est, q̃ sit ad aliquam formã, vel habitum, vnde intelligere non est generatio, vel alteratio, tamen potest consequi ad generationem, vel alterationem alicuius alterius, sicut videre sequitur ad mutationem sensus a sensibili. Et mihi videtur, quod illa ratio possit concludere tã de actu, quam de habitu. Concludit enim de habitu per hoc, quia habitus generatur per actus, quorum nullus est alteratio concludit etiam de actu per hoc, quia ad actum cognoscendi non fit alteratio, vt patet de actu videndi, & tãgendi, qui non sunt per se per alterationem, & eadem ratione nec ad actum intelligendi est per se alteratio. Quæ autem, &c. tertio probatur eadem conclusio, videlicet, q̃ nec ad actum, nec ad habitũ intellectus est per se alteratio. hæc conclusio probatur sic. Ad illud, quod fit per quietem, & impeditur per motum non est per se alteratio, nec motus, sed tam operatio intellectus, quam etiam habitus fit per quietem, & impeditur a suo fieri per motum. ergo nec ad operationem, nec ad habitum intellectus est per se alteratio, aut motus, maior patet, quia illud, ad quod est motus, fit per se per motum, & non impeditur a suo fieri per motum, vt manifestum est de se, & minor declaratur, quantũ ad vtranque partem & primo declaratur, q̃ operatio intellectus fit per quietem, & ẽt impeditur a suo fieri per motum. & hoc declaratur exemplariter in dormiẽte, ebrio, & in infirmo, qui propter perturbationem motuum in eis non possunt vti scientia, quam habent, sed sedatis perturbationibus motuum in eis non possunt vti scientia, & habere actum considerandi, speculandi, & syllogizandi. Vnde per quietem a motibus corporalibus fiunt operationes intellectus, vt scientiæ, & per motus corporales impediuntur huiusmodi operationes, & sic patet prima pars minoris. Cessantibus enim motibus corporalibus, qui sunt in dormiente, ebrio, & infirmo, fiunt considerationes secundum intellectum, & scientiam, & per huiusmodi motus impediuntur a considerando, & speculando. Quæ autẽ est secunda ista est pars minoris s. quod habitus intellectus fit per quietem, & impeditur a suo fieri per motum, patet, quoniam scientia, quæ est habitus speculatiuus intellectus, & prudentia, quæ est habitus practicus intellectus adueniunt animæ per quietationem, & residentiam corporalium motionum, & sensibilium passionum. Sicut enim propter motum corporale, & propter perturbationem corporalium passionum non pôt homo vti scientia, quam hẽt, vt patet de ebrijs, & dormientib. & infirmis, ita p̃p motum corporalem, & p̃p perturbationem passionum non pôt homo de nouo acquirere scientiã, sed magis acquiritur scientia de nouo p̃p quietationem a motibus corporalib. & per residentiam passionum sensibilium ergo, &c.

Margin: Secunda. — Tertia probatio.

Accidit eodem, & id quod in pueris natura fieri solet. Non. n. discere pueri, neq; perinde sensib. atq; hi, qui sunt prouecti magis ætate discernere possunt. Est. n. vehemens in eis turbatio, atq; motus Sedantur autem nonnunquam a natura.

A *Neque igitur infantes possunt addiscere, neque iudicare sensibus, similiter posteriores senioribus. Multa enim perturbatio circa ipsos, & motus. Status autem, & pulsabitur turbatio, aliquando quidem a natura.*

HOc etiam potest probari per quoddam signum tale. Infantes non possunt neque de nouo addiscere, & neque perfecte iudicare, sicut senes. Cuius causa non potest assignari alia, nisi quia in infantibus abundant perturbationes, & motus multo magis, quam in senibus & ideo quanto in eis magis cessat talis motus, & perturbatio, tanto sunt habiliores ad discendendum, & iudicandum, talis igitur perturbatio, & motus cessat in eis aliquando actu a natura, secundum quod ad senectutem accedunt.

Nonnunquam ab alijs, desinuntque turbari, atque in vtrisque fit, vt aliquid alteretur, perinde atque cum aliquis experrectus, factusque sobrius, aptus ad operationem euadit.

B *Aliquando autem ab alijs. In vtrinsque autem his alterari aliquid accidit, sicut cum surgat, & fiat vigilans ad actum.*

HOc est a disciplina, & bonis consuetudinibus actuum moralium, secundum quod homines adinuicem ad repræhensionem passionum se informant. Istud tamen est commune tam dormientibus, quam infirmis, ebrijs, & pueris, quia quando vtantur scientia, qua prius vti non poterant, vel acquirunt de nouo scientiam, quam prius acquirere non poterant, aliquid alteratur in eis, quia corpus alteratur, vt patet in his omnibus inductiue. Vnde Com. super illud verbum. Aliquando autem abinuicem, &c. dicit sic. Exercitium largitur naturæ hominis præparationem, quæ in eo non erat ante, & non est remotum, vt virtus moralis operetur in hoc, & maxime castitatis. Intelligendum, quod illæ rationes probantes, ꝙ anima intellectiua non alteratur, non videntur concludere, quoniam prima ratio fundatur super falsum s. quod scientia sit ad aliquid, quoniam scientia est in prima specie qualitatis, vt patet ex lib. prædica. & diuersorum generum, non subalternatim positorum diuersæ sunt species, & differentiæ. Et si dicatur, quod scientia, quæ est relatio non est in prima specie qualitatis. Contra Phyl. intendit hic probare, quod ad illa, quæ sunt de prima specie qualitatis non est relatio per se, si igitur scientia, quæ est relatio, non sit in prima specie qualitatis, Phyl. per hoc, quod ad scientiam, quæ est relatio, non est alteratio, non probat, quod ad illud, quod est in prima specie qualitatis non est alteratio, tamen intendit hic probare Phylosophus. Et si dicatur, quod scientia, quæ est in genere qualitatis est ad aliquid, quia ad ipsam necessario sequitur relatio ad scibile, & propter hoc ad ipsum non est motus. Contra hanc responsionem, ad nullam qualitatem esset per se motus, aut alteratio, quoniam per se secundo modo consequitur quamlibet qualitatem tanquam propriæ propsium, quod secũdum eam aliquid dicatur simile, vel dissimile, quæ per se important relationem. ergo secundum illam rationem ad nullam qualitatem esset per se alteratio, quod est falsum, & contra Phylosophum. Item secundum illam rationem sequitur, quod ad calefactibilitatem non esset per se motus, quoniam ad naturam calefactibilitatis secundum se consequitur, quod sit calefactiuum calefactibilis sibi debito modo approximati. cum igitur calefactiuam importet relationem ad calefactibile sequitur, quod ad calefactibilitatem non esset per se motus quod est falsum. Illud etiam, quod adducitur, quod ad scientiam non est motus, quia nobis non motis secundum partem intellectiuam fit in nobis scientia vniuersalium, quia per experientiam singularium. quæ est cognitio sensitiua fit in nobis cognitio vniuersalium. Hoc nõ valet, quia non probat, quod nulla motio fit in parte intellectiua, qua acquiritur scientia. quamuis enim in acquisitione scientiæ fiat motio in parte sensitiua. cum hoc tamen stat, ꝙ aliqua mutatio fiat in parte intellectiua, per quam acquirimus scientiam vniuersalium. Vnde non sequitur in acquisitione scientiæ pars sensitiua nõ alteratur. igitur in acquisitione scientiæ pars intellectiua non alteratur. ergo. Similiter secunda ratio non procedit ex per se manifestis, quia non est per se notum, quod videre, & tangere non sint alterationes, ideo videtur, quod videre, & tangere sint alterationes. Et similiter tertia ratio non videtur valere, nam ex hoc, ꝙ scientia, & etiã speculari secundum scientiam fiunt in nobis cessantibus motibus corporeis, & passionibus sedatis, ex hoc non sequitur, ꝙ in acquisitione scientiæ, & actu speculandi pars intellectiua nõ moueatur, quoniam multotiens vnus motus fit impedimentum alterius motus. Vnde hæc ratio non probat, ꝙ pars intellectiua nõ mouetur in acquisitione scientiæ, sed solum probat, ꝙ homo non mouetur motibus corporeis vehementibus, sed magis quiescit ab occupationibus exterioribus, & a passionibus partis appetitiuæ in acquisitione scientiæ, & tñ stat, ꝙ anima intellectiua moueatur in acquisitione scientiæ. Vnde sciendum est secundum expositionem Com. ꝙ sententia, quam ponit hic P. circa acquisitionem scientiæ non est eius sententia propria, sed magis sententia Platonis, qui posuit, ꝙ sicut ideæ separatæ sunt causæ generationis, & existentiæ rerum naturalium, per hoc, ꝙ materia corporalis aliqualiter participat huiusmodi formas separatas, ita etiam sunt causæ scientiæ in nobis per hoc, ꝙ anima nostra eas aliqualiter participat, ita, ꝙ ipsa participatio formarum separatarum in anima nostra est scientia, & sic anima intellectiua statim a principio sui esse habet scientiam, quia a principio participat ideas separatas, & sic scientia non acquiritur animæ intellectiuæ, per aliquam veram alterationẽ, sed anima intellectiua non potest semper vti scientia, quã habet, quia impeditur per motum passionum, & per solam quietationem corporalium, & sensibilium passionum, quibus vsus scientiæ impediebatur, potest anima vti scientia, quam ab initio habuit, & sic est verum, quod scientia nõ acquiritur per alterationem animæ intellectiuæ, nec etiã vsus scientiæ acquiritur per alterationem partis animæ intellectiuæ, sed sola mutatione facta in intellectu ad solam præsentiam sensibilium, quorum experientiam accipimus, fit homo sciens in actu, sicut accidit de relatiuis. Vnde sensibilia secundum Platonem non sunt necessaria ad scientiam, nisi vt ab eis anima intellectiua quodammodo excitetur ad actum considerandi, & secundum hoc nihil contingit scire de nouo, quia nõ est aliud, quam reminisci. Vnde breuiter omnia dicta hic circa acceptionem scientię sunt dicta secundum opinionem Platonis, & non secundum opinionem propriam Phyl. Nec est inconueniens, ꝙ Phyl. vtatur hic opinione Platonis, quoniam consuetudo eius est vti opinionib. aliorum, antequam suam probet opinionẽ, sicut in tertio huius ponit, ꝙ omne corpus sensibile habet grauitatem, & leuitatem secundum opinionem Platonis, cuius tamen contrarium ipse in primo cæli ostendit. C Opinio vero Com. hic sicut apparet, est, ꝙ Phyl. loquitur hic secundum propriam opinionem, quia loquitur de parte intellectiua, quæ est quædam intelligentia separata, & abstracta a materia, quæ secundum ipsum, nõ potest alterari, nec aliquam rem nouam in se recipere, sed nos dicimus per eam intelligere, quia ipsamet est cognitio quędam, tamen illa scientia, quæ est intelligentia separata non est nobis scientia, neque cognitio, nisi quando a nobis passiones, & motus corporales sunt sedati, & phantasmata debito modo ordinata. & quando illa intelligentia est debito modo copulata cum phantasmatibus, tunc nobis est scientia, & cognitio, & ideo secundum, quod diuersis phantasmata variè sunt disposita, secundum hoc illa intelligentia est homini vni scientia, & alij non est scientia, & per illam intelligentiam perfectius scit, & intelligit vnus homo, quam alius. Et quod ista sit Com. intentio, apparet ex suis verbis Com. secundo huius libri, vbi dicit, quod circa compræhensionem in nobis non est aliquid factum in se, sed in respectu ad nos, vt quando anima fuerit præparata ad recipiendum illas compræhensiones, vt ferrum per transmutationem præparatur ad recipiendum lucem, & alios D colores, & formas, non quòd compræhensiones generentur sic, quòd non erant ante, & postea dicit Comment. quòd cognitio non fit in cognoscente, ita quod pars cognoscentis sit transmutata, sed fit, quando aliquid aliud transmutatur, sicut est dispositio in omnibus relatiuis, verbi gratia, de columna. Columna enim non transmutatur in se, quando de sinistro est posita in dextro, sed aliquid aliud, verbi gratia, Sor, & similiter est dispositio in fictione cognitionis, quoniam hoc non fit sic, quòd pars cognoscentis transmutetur, sed quia aliquid transmutatur, & est illud in respectu, cuius illa dicitur cognitio. Item dicit Comment. quod cognitio fit in nobis, quando transmutatur per receptionem particularium, & considerationem earum, quoniam cum considerauimus particularia, fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis secundum relationem ad illa, hoc est illa cognitio, quæ est intelligentia separata, fit in nobis cognitio vniuersalis, per hoc, quod recipimus cognitionem particularium, quæ cognitio particularium est in parte sensitiua. Dicit etiam, quod cognitio fit

in

Marginalia (left column, in order): Respõsio. — Replica. — Item alia respõsio. — Replica. (right column): Opi. Cõ. — Com. 2.

A in nobis sine generatione, scilicet scientiæ. Vnde secundū hoc non debet concedi, quod cognitio intellectiua fit, vel generatur simpliciter sine additione, sed debet concedi, quod cognitio intellectiua fit in nobis, vnde homo de nouo cognoscit, non cognitione noua, sed antiqua, qua prius non cognoscebat, nec fit homo cognoscens illa cognitione antiqua, nisi quā quieuit, & rectificata fuerint accidentia animæ apud separationem a pueritia, vt dicit Com. Vnde cognitio intellectiua non aliter generatur, nisi quia fit de nouo cognitio scientis, non propter nouitatem cognitionis, vel scientiæ, sed propter nouitatem hominis scientis, vel dispositionum requisitarum ad hoc, quod fit sciens. Vnde non esse sciens, quod est intelligentia separata in se non sequitur alterationem, quia præcedit eā, sed esse eint in nobis sequitur alterationem, scilicet corporis, & virium sensitiuarum, & ipsa intelligentia dicitur esse alterata per accidens, non quia aliquam rem nouam recipit per accidens, sed quia per alterationem corporis fit alteri scientiu, quia hæc est per accidens, intelligentia separata est scientia huius hominis, & hæc est vera, licet per accidens per alterationem corporis, quia per alterationem corporis fit scientia illi, cui nō erat prius, & sic illa intelligentia fit scientia alicui sine sui transmutatione, sed per transmutationem alterius, sicut columna B fit alicui dextra, cui prius non erat dextra sine transmutatione columnæ. Hæc ergo est sententia totius huius partis, quæ est de cognitione intellectiua secundum Com. & videtur satis posse trahi ad textum, tamen secundum veritatem illa non est sententia propria Arist. sed Phyl. recitat sententiam illam secundum opinionem aliorum. Et videtur Cōmen. innuere, quod Phyl. intendebat in hoc loco, quod anima non est transmutata nisi per accident, scilicet in nobis, non, quod hæc sit opinio eius, sed intendebat demonstrare vim, & veritatem illius opinionis. Quare secundam opinionem Phylo. est dicendum, quod scientia fit de nouo in anima intellectiua, tanquam res alia ab intellectu, & fit sciētia de nouo in anima, per hoc, quia species intelligibiles abstractæ per intellectum agentem recipiuntur in intellectu possibili de nouo, vt patet tertio de anima, & ibidem dicitur, quod intelligere est quoddam pati, & quod anima intellectiua est, sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, possunt tamen formæ in ea dipingi. Vnde sicut tabula rasa, & munda nullam picturam in se habet, sed potest omnes picturas recipere, ita intellectus noster in principio nullam formam intelligibilem habet in se, potest tamen omnes formas intelligibiles recipere, & sic intellectus noster recipit formas intelligibiles de nouo, quas prius non habuit. Dicunt tamen aliqui, quod intellectus non alteratur per se in acquisitione scientiæ, quia intellectus quantum est de se est summe dispositus ad recipiendum scientiam, cum scientia non habeat contrarium in intellectu, sed solum priuatiue oppositum, scilicet, ignorantiam, & causa propter quam intellectus statim recipit scientiam, & formas intelligibiles est, quia intellectus est actus corporis, & non potest recipere species intelligibiles, nisi mediantibus potentijs sensitiuis, sicut nec medium in domo recipit lumen fenestris clausis. vnde dicitur, quod susceptiuum respectu formæ, quam suscipit potest se habere tripliciter. vno modo sic, videlicet, quod sit in vltima dispositione respectu formæ nullo extrinseco impediente, sicut se habet aer respectu illuminationis. Alio modo, quod non sit in vltima dispositione, & tunc requiritur alteratio, per quam materia disponit, vt appropriетur tali formæ, vt cum ex aere fit ignis. tertio modo dicitur susceptiuum, quantum est in se in vltima dispositione respectu formæ, tamen non recipit statim propter aliquod impedimentum extrinsecum, sicut medium in domo, quod de die non recipit lumen propter aliquod extrinsecum impediens, vt propter clausionem fenestræ, & isto tertio modo se habet noster intellectus respectu cuiuslibet speciei intelligibilis, & etiam respectu scientiæ, quia quantum est ex se est summe dispositus ad recipiēdum dispositionem cuiuslibet speciei intelligibilis, sed quia est actus corporis non potest recipere species intelligibiles, nisi mediantibus potentijs sensitiuis, sicut nec mediū in domo recipit lumen fenestris clausis. Tunc dicunt ad propositum, quod eo ipso, quod intellectus est quantum est de se sit summe dispositus, vt recipiat scientiam, & hoc sufficit quantum ad intentionem Phylosophi, scilicet, quod acquisitio scientiæ non est per se alteratio. Sed contra hoc potest argui sic. Materia prima quantum est de se est summe disposita ad recipiendum omnem formam, quia non includit contrarium alicuius formæ materialis. ergo si summa dispositio suscepti quantum est de se ad formam recipiendam sufficeret ad hoc, quod ad formam non esset per se alteratio, sequitur, quod ad nullam formam materialem esset per se alteratio.

Quid dicant alij.

A Et si dicatur quod non est simile de scientia & de forma materiali, quia scientia non habet contrarium, quia forma materialis habet contrarium, ista responsio non valet, quia scientia habet contrarium, quamuis enim ignorantia negationis, quę est pura priuatio scientiæ non contrarietur scientiæ, tamen ignorantia dispositionis, quæ est opinio erronea contrariatur scientiæ, & ideo intellectus non est summe dispositus ad scientiam, quoniam intellectus informatus opinione contraria scientiæ non est summe dispositus ad scientiam. Dicendum est circa istam materiam, quod sustinendo, quod anima intellectiua sit forma corporis perficiens corpus, & multiplicata ad multiplicationem corporis, sicut videtur esse de intentione Phyl. quamuis Com. & multi alij dicant contrarium, quod ad habitus animæ intellectiuæ, vt ad scientiam non esse per se alteratio. Cuius ratio est, quia omnis per se alteratio est per se, & necessario a contrario in cōtrarium, vt patet ex quinto huius, sed acquisitio scientiæ non est per se, & necessario a contrario in contrarium. ergo acquisitio scientiæ non est per se alteratio. maior patet, & minor declaratur, quia non omnis acquisitio scientiæ est ab errore cōtrario scientiæ ad ipsam scientiam, potest enim aliquis, qui nunquam errauit circa aliquam B conclusionem acquirere de nouo scientiam illius cōclusionis, & sic non est necessarium, quod acquisitio scientiæ sit a contrario in contrarium, sed hoc accidit, & propter hoc ad scientiam non est per se alteratio. Vnde credo, quod rationes inductæ in textu non cōcludant, nec sunt rationes, per quas fundetur opinio Arist. sed rationes aliorum. & opinio quam recitat non est sua, sed aliorum, vt dictum est superius. Si verò rationes inductæ aliquid probent solum probāt, quod in parte intellectiua non est primo alteratio, sed mutatio, quæ est in parte intellectiua, necessario sequitur primam alterationem.

Tex. c. 18. & 19. & t. c. 20. c. 21.

Patet igitur alterationem in sensibilibus, & in parte animæ sensitiua, & nullis in alijs, nisi per accidens esse.

Manifestum igitur quantum ipsum alterationis in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ. In alio autem nullo, nisi secundum accidens.

C Hæc est quarta pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus concludit ex prædictis conclusionem principaliter intentam in hoc cap. videlicet, quod solum ad qualitates sensibiles de tertia specie qualitatis est per se alteratio. Vnde dicit Phylo. Manifestum igitur est ex præcedentibus, quod alteratio est in sensibilibus, scilicet qualitatibus per se sensibilibus, & in parte animæ sensibili, & in nulla alia parte animæ est alteratio, nisi secundum accidens, vnde ex præcedentibus apparet, quod alteratio est per se secundum qualitates sensibiles, & non secundum aliquas alias qualitates, & alteratio est in parte sensitiua per se, non autem in parte intellectiua, nisi per accidens. Notanda sunt hic duo secundum Com. Primo notandum est, quod Phyl. per sensibilia intelligit tangibilia, & colores, & sapores, & odores, & per partem corporalem sensibilem animæ passiones factas in virtute concupiscibili, quas sequuntur passiones corporales, vt rubor, verecundia, pallor, & timor, & vocauit hanc partem animæ corporalem, quia indiget corpore, & nullus existimat, quod illa pars animę possit separari. Secundo est notandum, quod Com. mouet hic, & soluit vnam quæstionem dicens sic. Sed quæritur hic, quare tacuit D speciem qualitatis, quæ dicitur naturalis potentia, vel impotentia. Et respondet Alex. sententiam dicens, quod iam declaratum est dupliciter, quod non est qualitas id est, quod potentia, & impotentia naturalis non est qualitas. Quam tamen sententiam, videlicet Alex. Com. exponit dupliciter. vno modo, quod Alex. intelligit, quod naturalis potentia, & impotentia sunt substantiæ, sed vt mihi videtur Alex. intelligit, quod res agant per suas formas, & patiantur per suas materias, & formæ & materiæ necessario sunt substantiæ. Aliter etiam exponit Com. dictum Alex. sic. videlicet, quod Alex. intelligit, quod naturalis potentia, & impotentia non sunt qualitates alterabiles. i. quod forte Alex. intelligit, quod declaratum est vniuersaliter verum, scilicet, quod naturalis potentia, & impotentia nō sunt qualitates alterabiles dicens, quoniam est forma, scilicet, determinata, & declaratum est, quod etiam talium formarum non est alteratio, sed sequitur alterationem. Hæc Com. Et sic hoc sufficit ad propositum.

Primum notan.

Secūdum notan.

Ratio Alexand.

Prima expositio.

Secūda expositio.

Dubitabit autem quiſpiam, ſi ſit omnis motus omni motui comparabilis, necne. A

Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis ſit, aut non.

ISte eſt tertius tractatus huius libri, in quo Phyl. determinat de comparatione motuum adinuicem, quia enim Phylo. in octauo huius comparat motus adinuicem ſecundum prioritatem, & poſterioritatem, velocitatem, & tarditatem, oſtendendo motum circularem eſſe primum, & velociſſimum inter omnes motus, & in fine huius ſeptimi oſtendit, quòd ſi potentia motiua ſit æqualis potentiæ motiuę, motus eſt æqualis motui, & ideo ad horum intelligentiam inquirit Phylo. hic, quis motus cui motui ſit comparabilis, vt Lync. d. hic. vnde tractatus iſte continet duo capitula, quoniam primum eſt de comparatione motuum adinuicem. Secundum vero eſt de comparatione potentiarum motiuarum ad reſiſtentiam mobilium, & motuum ad motores, & incipit ibi. [Quoniam autem mouēs, &c.] Primum capitulum continet duas partes principales, quoniā in prima Phylo. mouet dubitationem, & arguit ad vtramque partem. in ſecunda ibi. [Sed quæcunque &c.] ſoluit illam dubitationem. B Prima pars eſt inquiſitiua, vel diſputatiua, & continet duas particulas, quoniam in prima Phylo. mouet quæſtionem, & arguit ad partem negatiuam quæſtionis. in ſecunda ibi. [In circulo autem, & ſphæris.] arguit ad partem affirmatiuam quæſtionis. Prima particula continet tres partes, quia in prima mouet quæſtionem. in ſecunda ibi. [Si ergo.] arguit ad partem negatiuam in motibus eiuſdem generis. in tertia ibi. [Amplius alteratio.] Arguit in eādem partem in motibus diuerſorum generum. In prima igitur parte huius particulæ Phyl. mouet quæſtionem. d. quòd aliquis dubitabit an omnis motus ſit omni motui comparabilis. Vnde Comment. dicit, quòd iſta eſt quarta queſt. huius ſeptimi, quoniam prima queſtio huius ſeptimi erat, an omne, quod mouetur, moueatur ab illo. ſecunda quæſtio erat, an omnia mota ſecundum locum habeant reduci ad primum motum, quod mouetur a primo motore in ipſo. tertia quæſtio, an omnis motus ſit inſimul cum eo, quod mouetur ab eo, in loco. quarta quæſtio, an omnis motus habeat proportionem, ſeu comparationem cum omni motu. C Vnde eſt intelligendum, quòd Phyl loquitur hic de comparatione motuum ſecundum velocitatem, & tarditatem, Vnde intellectus quæſtionis eſt, vtrum quibuſcunque duobus motibus datis, ſit verum dicere, quòd vnus illorum motuum ſit velocior, vel æque velox, aut tardior reliquo illorum, vel quòd neuter horum motuum eſt velocior, vel æque velox, aut tardior alio.

Nam ſi ſit, atque id celeritas ſit: æque quod in tempore æquali ſpatium tranſit æquale, erit aliqua circumferentia æqualis lineæ rectæ, & maior etiam, atque minor.

Tex. 021. *Si igitur omnis comparabilis eſt, & æqualiter velox eſt, quod in æquali tempore æquale mouetur erit circularis aliquis æqualis recto, & maior etiam, & minor.*

HÆc eſt ſecunda pars primæ particulæ primę partis principalis huius cap. in qua Phyl. arguit ad partem negatiuā in motibus eiuſdem generis, oſtendendo, quod omnes motus eiuſdem generis ſunt adinuicem comparabiles ſecun- D dum velocitatem, & tarditatem, quod oſtenditur ſic. Motus circularis, & motus rectus ſunt motus eiuſdem generis, & tamen non ſunt comparabiles ſecundum velocitatem, & tarditatem, neque ſecundum magis, & minus, neque ſecundum æquale. ergo &c. minor probatur. nam motibus æque velocibus mobilia pertranſeunt æqualia ſpatia in eodem tempore, & motu velociori mobile pertranſit maius ſpatium in eodem tempore, & motu tardiori mobile pertranſit minus ſpatium in eodem tempore. ſi igitur motus circularis, & motus rectus eſſent cōparabiles ſecundum velocitatem, & tarditatem, ſequeretur, ꝙ ſpatia pertranſita eſſent comparabilia ſecundum æquale, vel ſecundum magis, & minus, cum igitur per motum circularem pertranſeatur ſpatium circulare, & per motum rectū pertranſeatur ſpatium rectum, ſequitur, quòd ſpatium circulare, & ſpatium rectum ſint comparabilia ſecundum magis, & minus, vel ſecundum æquale, & ſic ſpatium circulare erit æquale, vel magis, vel minus ſpatio recto, & illud ſequitur ad illud, ꝙ ſcilicet

A motus rectus, & motus circularis ſunt comparabiles ſecūdum velocitatem, & tarditatem, igitur illud eſt falſum. Vnde Com. d. hic, quòd Phylo. per comparationem intelligit ſuppoſitionem, ita quod illa, quæ ſunt æqualia ſi ſupponantur, nullum eorum excedit reliquum, quoniam ſi duæ lineæ æquales ſupponantur, neutra excedit reliquam, ſi vero inæqualia ſupponantur alterum reliquum. Et intellige, quod ſic loquendo de comparatione ſpatium rectum, & ſpatium circulare non ſunt comparabilia adinuicem, quia non poſſunt inuicem ſuppon., ita quod commenſurent ſeinuicem.

Præterea alicui lationi alteratio erit æqualis, cum in æquali tempore aliud fuerit alteratum, aliud latum. Affectus ergo longitudini erit æqualis. At eſſe non poteſt At enim cum in æquali tempore quippiam per æqualem mouetur. tum illud æque celere eſt. Affectus vero nullus longitudini eſt æqualis. Quare non erit alteratio lationi æqualis, nec minor. B Quo fit, vt non omnis motus ſit comparandus.

Amplius alteratio, & loci mutatio quædam æqualis cum in æquali tempore, aliud quidem alteretur, aliud vero ducatur, erit ergo paſſio æqualis longitudini. Sed impoſſibile eſt. Si ergo in æquali tempore ſecundum æquale moueatur, tunc æqualiter velox eſt, ęqualis autem non eſt paſſio omnis longitudinis, quare non erit alteratio loci mutationi æqualis, neque minor. Quare non omnis comparabilis.

HÆc eſt tertia pars primæ particulæ primæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. arguit ad eandem partem, ſcilicet ad partem negatiuam in motibus diuerſorum generum oſtendendo, quod non omnis motus eſt omni motui comparabilis ſecundum velocitatem, & tarditatem, quia motus localis, & motus alterationis ſunt motus diuerſorum generum, C & tamen nō comparantur adinuicem ſecundum velocitatem, & tarditatem, quod probatur per hoc, quia in motu locali pertranſitur ſpatium. & in motu alterationi pertranſitur paſſio i. qualitas paſſibilis. cum igitur motibus ęque velocibus pertranſeantur æqualia in eodem tempore, ſequitur, quod ſi motus localis, & motus alterationis ſint æque veloces, quod qualitas paſſibilis & ſpatium erunt æqualia, quod eſt inconueniens. Et idem inconueniens ſequitur, ſi motus localis, & motus alterationis eſſent comparabiles in velocitate ſecundum magis, & minus, quia ſecundum hoc ſequeretur, quod poſſent eſſe comparabiles in velocitate ſecundum æquale, & ita maximum inconueniens eſt, quod ſpatium ſit maius, vel minus, quam qualitas, ſicut, quod ſpatium ſit æquale qualitati. Sed hic dubitatur, quia Phyl. habet pro inconuenienti, quod qualitas ſit æqualis longitudini, ſeu ſpatio, hoc enim non videtur inconueniens, quoniam per Phylo. in prædicamentis tanta eſt albedo, quanta eſt ſuperficies. ergo qualitas, vt albedo eſt æqualis longitudini, quia eſt ita longa, ſicut ſuperficies, in qua extenditur. Dubium. Huic poteſt reſponderi, quod quia Phyl. procedit hic inquiſitiue, & diſputatiue, ideo non oportet, quod omne dictum ſuū in hac parte ſit authenticum, quia non loquitur hic, niſi inquirendo, & non determinando veritatem. Prima reſponſio. D Aliter etiam poteſt dici, & melius ſ. quod æqualitas duplex eſt, videlicet, quantitatiua, & qualitatiua. Secūda reſponſio. Æqualitas quantitatiua eſt æqualitas ſecundum quātitatem, ſed æqualitas qualitatiua eſt æqualitas in gradu formæ. Duæ. n. albedines in eodem gradu, ſeu æque intenſæ, quarum vna extenditur in magno corpore, & alia in paruo corpore ſunt æquales qualitatiuæ, ſed non ſunt æquales quantitatiuę, quia vna extenditur in maiori corpore, quam alia. Dico ergo, quod Phyl. loquitur hic de æqualitate qualitatiua. d. eſſe inconueniens, qualitatem eſſe æqualem magnitudini. Illud enim eſt inconueniens, quia magnitudo ſecundum ſe non intenditur, neque remittitur, & ideo non poteſt ſecundum ſe eſſe æque intenſa cum qualitate Vnde qualitas, & magnitudo non poſſunt eſſe æquales æqualitate qualitatiua, ſunt tamen æquales æqualitate quantitatiua, vt probat ratio. Et quod Phyloſophus loquatur hic de æqualitate quantitatiua, patet, quoniam Phylo. loquitur hic de illa æqualitate, ſecundum quam vna alteratio dicitur eſſe æqualis alteri, ſed vna alteratio

dici-

dicitur esse æqualis alteri alterationi, ratione æqualitatis graduum acquisitorum per vtranque alterationem, sicut vnus motus localis dicitur æqualis alteri motui locali ratione æqualitatis magnitudinum pertransitarum in eodem tempore per vtrumque motum. Vnde quia. Phylos. loquitur hic de æqualitate, & inæqualitate, secundum quas attenditur successio in motu alterationis, & illæ sunt æqualitates qualitatiuæ secundum gradum, ideo Phylolo. loquitur de æqualitate qualitatiua, secundum quam qualitates, & magnitudines, in se non sunt inuicem comparabiles. Potest etiam

Tertia responsio. tertio modo dici, videlicet, quòd Phylosophus habet pro inconuenienti, quòd qualitas corporis moti motu alterationis sit æqualis quantitatiuæ magnitudini, quæ pertransitur, quo ad motum localem, quia sic qualitas corporis parui esset æqualis corpori magno, quod est inconueniens, quod tamen sequeretur, si motus localis, & motus alterationis essent comparabiles in velocitate secundum æqualitatem, vt patet de se. Vnde accipiantur duo mobilia, quorum vtrumque sit pedalis quantitatis, & alteretur unum, & reliquum moueatur localiter per spacium centum pedum. Et sit a, mobile, quod alteratur, & b, sit mobile, quod mouetur localiter, si tunc motus alterationis ipsius a, & motus localis ipsius b. sint æquales quantitatiue, sequitur, quod qualitas ipsius a, secundum quam alteratur, & spatium, quod b, pertransit, quod est centum pedum essent æqualia in quantitate, & sic æqualitas vnius pedis esset æqualis spatio centum pedum, quod est impossibile.

Sed in circulo rectaque linea, quonam accidet modo Nam absurdum est, si non fit, vt hoc similiter super circulo, & hoc super recta linea moueatur. Sed continuo celerius alterum, aut tardius moueri necesse est, quasi hoc sit decliue, illud accliue.

Tex. com. 22. *In circulo autem & recto quomodo continget. Inconueniens quidem enim est, nisi sit in circulo, similiter hoc aliquid moueri, & in hoc recto. Sed mox necesse est, aut velocius, aut tardius, sicut fit hoc deorsum, hoc autem sursum.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus arguit ad partem affirmatiuam ostendendo specialiter, quòd motus rectus est comparabilis motui circulari, & linea recta lineæ circulari, & continet tres partes, quia in prima Phylo. ostendit, quod est probabile, quod motus rectus sit comparabiles motui circulari in velocitate secundum magis, & minus. in secunda ibi [Amplius nihil differt.] ostendit, quod si motus rectus, & motus circularis sint comparabiles in velocitate secundum magis, & minus, oportet, quod sint comparabiles secundum æquale, in tertia ibi. [At vero si sint.] arguit in contrarium, sicut prius arguebat, ostendendo, quod motus rectus, & motus circularis non sunt adinuicem comparabiles secundum velocitatem secundum magis, & minus. In prima igitur parte huius particulæ Phylo. intendit talem rationem.

Ratio. Motus rectus, & motus circularis possunt esse veloces. Est enim aliquis motus circularis velox, & etiam aliquis motus rectus est velox, sed quibuscunque conuenit velocitas, eisdem conuenit velocitas, secundum magis, & minus, aut conuenit eisdem secundum æqualitatem, ut patet, quia motui locali recto sursum, & motui locali recto deorsum conuenit uelocitas, ideo conuenit eis secundum magis, & minus, vel secundum æquale, quoniam potest motus rectus sursum esse ita velox, sicut motus deorsum potest esse velocior, & etiam tardior, ergo eodem modo cum motu recto, & motu circulari conueniat velocitas, videtur probabile, quod eis conueniat velocitas secundum magis, & minus, vel secundum æ-

Notan. quale, igitur, &c. Notandum, quod illa propositio est ualde probabilis, videlicet, omnis forma uirtuosa conueniens duobus conuenit eis secundum magis, & minus, vel secundum æquale. ista enim diuisio videtur esse sufficiens, & immediata, uidelicet, a, conuenit b, & c, & non æquiuoce, igitur conuenit eis æqualiter, vel uni magis, & alteri minus, si ergo uelocitas conueniat non equiuoce motui locali recto, & etiam motui circulari, videtur quod conueniat eis equaliter, uel secundum magis & minus, & sic motus rectus, & motus circularis sunt comparabiles in velocitate secundum magis, & minus, vel secundum æquale.

A Præterea nihil refert ad rationem si quispiam necessitate dixerit esse celerius continuo, aut tardius moueri. Erit enim circumferentia maior, & minor linea recta, quare, & æqualis. Nam si in eodem a, tempore, hoc quidem b, illud vero c, lineam pertransiuit. Maior erit b, linea profecto ipsa linea c. Hoc enim pacto celerius mobile diffiniebatur. Et si in minore igitur æqualem transierit celerius erit, quare pars quædam erit temporis a, in quo celerius mobile partem aliquam transit ipsius circumferentiæ b, toto in tempore mobili tardiore transeunte totam lineam c. Tex. c. 23.

Amplius nihil differret in ratione, si aliquis dicat necessarium esse velocius, mox aut tardius moueri. Erit autem maior, & minor circularis recto, quare, & æqualiter. B *Si enim in a, tempore ipsum b, transit, aliud autem ipsum c, maius erit b, ipso c, sic enim velocius esse dictum est. Ergo si & in minori æquale, velocius est, quare erit aliqua pars ipsius a, in quo ipsius b, circuli transibit, cum in toto a, ipsum c.*

Demonstratio.

A, tempus in quo mobile pertransit b, & c.



c, linea recta.

C

HÆc est secunda pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, quia enim posset aliquis dicere, quod motus rectus, & motus circularis sunt comparabiles in uelocitate secundum magis, & minus, & non secundum æquale, ideo Phylosophus in hac parte ostendit, quod si motus rectus, & motus circularis sunt comparabiles in velocitate secundum magis & minus, sunt etiam comparabiles secundum æquale, & hæc est duodecima conclusio de annexis. Vnde si non sit inconueniens, quod motus circularis sit velocior, aut tardior motu recto, etiam non erit inconueniens, motum circularem, & motum rectum esse æque veloces. Vnde Commenta. dicit hic, quod omne illud, in quo potest esse velocitas, & tarditas potest esse æquale. Circa quam conclusionem Phylosophus primo ponit veritatem conclusionis dicens, quod nihil differt quantum ad præmissam rationem motum circularem esse velociorem, aut tardiorem motu recto, & motum circularem esse æqualem, id est, æque uelocem cum motu recto. D Deinde Phylosophus declarat conclusionem in terminis sic. Sit a, tempus in quo velocius pertransit circulum b, & linea recta c, cum igitur velocius in eodem tempore pertransit maius, sequitur, quod b, circulus sit aliquid maius, quam c, linea recta, quoniam velocius in eodem tempore pertransit maius spatium, & in minori tempore pertransit æquale, ut patet sexto huius, cum igitur in eodem tempore, in quo mobile velocius pertransit b. mobile tardius pertransit c, & mobile uelocius in minori tempore pertransit æquale, sequitur, quod mobile velocius in minori tempore, quam est a. scilicet, in aliqua parte ipsius a, pertransit aliquam partem ipsius b, æqualem ipsi c. & per consequens aliqua pars ipsius b. est æqualis ipsi c, quia si mobile velocius pertransit maius spatium in æquali tempore, oportet, quod pertranseat æquale spatium in minori tempore. ergo in aliqua parte ipsius a, mobile velocius pertransit aliquam partem ipsius b, æqualem ipsi c, & per consequens aliqua pars. b, est æqualis ipsi c. Et 12. concl. de annex.

ex hoc potest argui ulterius, & hoc sic. Per spatia æqualia possunt aliqua mobilia moueri in eodem tempore, ergo, per partem b, æqualem ipsi c, & per c, possunt aliqua moueri in eodem tempore, ergo æque velociter mouebuntur, quia in eodem tempore mouebuntur per æqualia spatia, sed unum illorum mobilium mouetur motu circulari, & aliud motu recto, igitur motus circularis poterit esse æqualis motui recto. Ex quo loco accipitur, quod vbicunque est dare magis, & minus, ibi est dare æquale, ut si est dare velocius, & minus velox, possibile est dare æque velox. Et ratio huius potest esse, quia si duorum unus sit maius, & aliud minus, & a maiori auferatur præcise illud, in quo maius excedit minus, residua sunt æqualia. verbi gratia. Ternarius excedit binarium in una vnitate, si a ternario auferatur vnitas, quæ remanent erunt æqualia. Contra tamen illud uidetur esse una dubitatio, quia contingit dare quadratum maius circulo, & etiam quadratum minus circulo, ut si describatur unum quadratum infra circulum, & aliquod quadratum extra circulum, quadratum continens est maius circulo, & quadratum contentum infra circulum est minus circulo, & tamen non est dare quadratum æquale circulo. Dicendum, quod eodem modo, quo est dare maius & minus, eo modo est dare æquale. Est autem æqualitas quantitatiua, de qua hic loquimur, quantum spectat ad propositum, duplex, videlicet, æqualitas continentiæ, & æqualitas commensurationis, illa sunt æqualia æqualitate continentiæ, quæ tantum præcisè continent, quod unum non potest plus continere, quam aliud, & illa sunt æqualia æqualitate commensurationis, quarum unum alteri suppositum, neutrum excedit reliquum, ut duæ lineæ rectæ, quarum vtraque est vnius pedis tantum sunt æquales æqualitate commensurationis, quia si una supponatur alteri, neutra excedit reliquam. Dico igitur, quod, quia est dare quadratum maius, & minus circulo secundum continentiam, ideo est dare quadratum æquale circulo secundum continentiam, quoniam possibile est, quod unum uas, cuius superficies interior, scilicet concaua sit quadratæ figuræ, & præcisè contineat quantum continet uas, cuius superficies concaua interior sit figuræ circularis, quia possibile est, quod vtrunque vas contineat unam pintam, & tamen non est dare quadratum maius & minus circulo secundum commensurationem, quia circulus non potest commensurari quadrato, supposito, quod quadratum sit rectarum linearum, nec secundum se totum, nec secundum aliquam eius partem, quia circulus tangens tale quadratum non tangit, nisi secundum punctum, non secundum aliquam partem, quia si aliqua pars circuli tangeret secundum totum suum vltimum aliquam partem quadrati, illa ultima partium essent simul adæquate, ita quod totum ultimum unius tangeret totum alterius, & per consequens illa pars circuli, & illa pars quadrati essent eiusdem figuræ, sed hoc est inconueniens, quia quælibet pars conuexa circuli est figuræ sphæricæ, & sic pars quadrati, quæ tangitur a parte circuli esset figuræ sphæricæ, quod est falsum, quia supponitur, quod omnia latera quadrati sint figuræ rectæ, & sic non potest circulus commensurari quadrato, nec secundum totum, quia tunc essent eiusdem figuræ, nec secundum partem, quia sic pars conuexi circuli esset eiusdem figuræ cum parte quadrati, quod est inconueniens. Et hæc est ratio, quare circulus, siue sphæra tangens planum tangit solum in puncto. Vnde, quia circulus, & quadratum non possunt commensurari, nec inuicem supponi, nec secundum totum, nec secundum partem, ideo non est dare circulum maiorem, vel minorem quadrato secundum commensurationem, nec etiam est dare circulum quadrato æqualem æqualitate commensurationis. Intelligendum, quod illa sunt æqualia simpliciter secundum commensurationem, quorum unum suppositum alteri, neutrum ex aliqua parte excedit reliquum, & propter hoc æqualia simpliciter secundum commensurationem sunt simul in eodem loco, vel situ adæquato, & quia duo corpora non possunt esse simul in eodem loco primo, ideo non possunt duo corpora esse simpliciter æqualia secundum commensurationem, sed duæ lineæ, vel duæ superficies possunt esse simpliciter æquales secundum commensurationem, quia possunt se undique tangere. Vnde æqualia simpliciter secundum commensurationem totaliter tangunt se, sic quod totum tangit totum. & Philosophus in toto isto processu loquitur de æqualitate secundum commensurationem tantum.

Dubium

Solutio.

Notabile.

At vero si comparabilia sint, accidit id, quod nuper est dictum, lineam inquam rectam æqualem circumferentiæ esse. At comparabilia non sunt. Nec igitur motus ipsi comparabiles sunt.

A

At vero si sint comparabilia: accidit modo dictum, æquale esse rectum circulo, sed non comparabilia sunt, neque ergo motus. Tex. c. 24.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit rationem in contrarium probantem, quod motus circularis, & motus rectus non sunt adinuicem comparabiles secundum æqualitatem, quia si sic, sequeretur, quod spatium rectum, & spatium circulare essent comparabilia secundum æqualitatem, quod est falsum, quoniam spatium rectum, & spatium circulare non possunt esse æqualia. ergo nec motus sunt comparabiles, nec possunt esse æquales, & hæc ratio est superius posita. Vnde est intelligendum, quod loquendo de æqualitate commensurationis, quæ est suppositio unius super totum, sic impossibile est, quod spatium circulare, manente circularitate, sit æquale, uel maius, vel minus spatio recto, manente rectitudine, quia vnum non potest supponi alteri secundum totum, vel secundum partem, manentibus his figuris, mutatis tamen figuris, ut si rectum fiat circulare, aut econuerso, forte possibile est, quod commensuret se, & quòd unum fiat æquale alteri, vel maius, vel minus, sed de hoc uidebitur magis infra.

B

Sed, vt videtur, ea cuncta comparabilia sunt, quæ non æquiuoca sunt. Veluti, cur comparabilia non sunt stilus, & vinum, aut vltima fidium, vtrum acutius sit. Quia namque æquiuoca sunt. Sed vltima fidium, & penultima, comparabiles sunt, quia acutum idem significat in vtrisque. Non igitur idem est celere hic, & ibi. Multo etiam minus in alteratione, ac latione.

C

Et quæcunque non æquiuoca, omnia comparabilia sunt, puta quare non comparabile, vtrum acutius stilus, aut vinum, aut vltima. Quia enim æquiuoca non comparantur. Sed vltima ei, quæ iuxta vltimam, comparabilis est, quoniam idem accidit acutum in vtrisque, ergo non idem velox, & hic, & ibi. Multo autem adhuc minus in alteratione, & loci mutatione.

HÆc est secunda pars principalis huius capit. in qua Phylosophus soluit quæstionem de comparatione motuum adinuicem. Et continet duas particulas. In prima inquirit in communi, quid requiritur ad hoc, quod aliqua sint adinuicem comparabilia. In secunda ibi. [Sic & circa motum.] ostendit specialiter, quid requiratur ad comparationem motuum adinuicem aplicãdo specialiter ad motum illa, quæ requiruntur ad comparationem in communi. Prima particula continet tres partes, secundum quod Phylosophus ponit tres comparationes, vel conditiones requisitas, ad hoc, quod aliqua sint comparabilia adinuicem. Prima conditio est, quod illa, quæ debent adinuicem comparari non sint æquiuoca, scilicet, æquiuoca sub nomine, secundum quod debent adinuicem comparari. Hæc igitur est prima conditio, scilicet, quod illud, in quo aliqua comparantur non debet conuenire comparatis adinuicem æquiuoce, sed vniuoce. Secunda conditio est, quod illud, in quo aliqua comparantur, debet habere idem susceptiuum primum in vtroque comparatorum adinuicem. Tertia conditio est, quod illud, in quo aliqua comparantur, debet esse eiusdem naturæ specificæ in vtroque comparatorum, & secundum hoc, hæc particula continet tres partes, quia in prima Phylosophus ponit primam conditionem requisitam ad comparationem. In secunda ibi. [Aut quia sunt in alio.] Ponit secundam conditionem requisitam ad comparationem, videlicet, quod illud, in quo comparantur, habeant idem susceptiuum primum in vtroque comparatorum. In tertia ibi. [Si vero non solum.] Ponit tertiam conditionem requisitam ad comparationem, uidelicet, quod illud, in quo aliqua comparantur sit unius naturæ specificæ

Prima conditio.

D

Secunda conditio.

Tertia conditio.

nificat in vtroque comparatorum. In prima igitur parte huius particulæ. P. ponit primam conditionem requisitam ad cõparationem, & duo innuit. Primum est, ꝙ quibuscunque conuenit, aliquod nomen non æquiuocum: illa possunt comparari in illo nomine adinuicem. Secundum est. quòd illa, quæ sunt æquiuoca, scilicet, æquiuoca sub aliquo nomine non comparantur secundum illud nomen. Vnde primo exemplariter declarat vtrumque illorum. Secundo vero dubitat circa primum illorum, & secundum hoc hæc pars duas particulas continet, quia in prima ostendit, quod secundum nomen æquiuocum non fit comparatio. In secunda ibi. [Aut primum] mouet talem dubitationem, videlicet. An secundum omne non æquiuocum possint fieri comparationes, ita quod omnia, quibus conuenit aliquod nomen, non æquiuocum, possint comparari in illo nomine. In prima igitur particula huius partis. P. primo proponit, ꝙ quæcunque non sunt æquiuoca, sunt comparabilia, idest quibuscunque conuenit nomen non æquiuocum, illa sunt comparabilia in illo nomine, & quæcunque sunt æquiuoca illa non sunt comparabilia, & vtrunque horum. P. declarat exemplariter, quoniam, quia acutum dicitur de stylo, & vino, & vltima chorda, seu neumate, ideo stylus, & vinum, & neuma non sunt comparabilia in acutie. Et ꝙ æquiuoce acutum dicatur de istis: patet per hoc, quia acutum secundum, ꝙ dicitur de istis habet diuersas diffinitiones, quia quando dicitur, quòd stylus est acutus: tunc hoc nomen acutum ponitur loco huius diffinitionis, scilicet, potentes fortiter penetrare durum, quando vero acutum dicitur de vino ponitur loco huius diffinitionis, scilicet, potens fortiter pungere linguam. Sed quando acutum dicitur de vltima chorda ponitur loco huius diffinitionis, scilicet, potens fortiter percutere auditum. & sic diffinitiones acuti sunt diuersæ, secundum ꝙ acutum prædicatur de his tribus. & sic acutum secundum, quod prædicatur de his tribus est æquiuocum, & ista tria prædicata secundum acutum non sunt comparabilia, quia non est verum dicere, quod stylus est acutior vino, vel chorda, sed quia acutũ non dicitur de vltima chorda æquiuoce, & de alijs chordis sibi propinquis. ideo illæ chordæ possunt comparari adinuicem secundum acutum, vt dicatur, quòd vltima chorda est acutior alijs. Et ita exemplariter patet vtrumque propositorum, scilicet, quòd secundum nomen non æquiuocum fiunt comparationes, & quòd secundum æquiuocum non fiũt comparationes. Ergo non secundum idem. Ex hoc igitur concludit. P. quod aliquid motus non sunt comparabiles secundum velocitatem, quia velocitas non est idem in omnibus motibus, hoc est velocitas non est in omnibus motibus vniuocè. non enim est idem velox hic, & ibi, idest, in motu recto, & in motu circulari. hoc est: velox dicitur æquiuoce, & non vniuocè de motu recto, & motu circulari. & ideo motus rectus, & motus circularis non sunt comparabiles secundum velocitatem, & multo minus loci mutatio, & alteratio sunt comparabiles secundum velocitatem, eo quod velox dicitur de eis æquiuoce.

An id verum non est, si non æquiuoca sint, cõparabilia esse. Multum enim idem in aere, atque aqua significat Comparabilia tamen non sunt Qđ si hoc non sit: at duplũ est vnum. sit enim id, quod rationem duorum habet ad vnum, non tamen comparabilia sunt.

Tex. c. 25. *Ad primum quidem hoc non verum est, quòd si non sint æquiuoca comparabilia. Multum enim idem significat in aqua, & in aere, & non sunt comparabilia. Si autem non duplum quidem idem. Duo enim ad vnum, & non comparabilia sunt.*

HÆc est secunda particula primæ partis primæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli. in qua Phylos. mouet dubitationem circa primum dictum in prima parte, quæ dubitatio est illa, vtrum secundum omne non æquiuocum possint fieri comparationes, ita ꝙ omnia, quibus competit idem nomen non æquiuocum possint comparari in illo nomine. Et primo arguit ad partem negatiuam. Secundo vero respondet ad instantiam inductam. Primo igitur. P. arguit probando, quòd non secundum omne vniuo- Dubium.

A cum potest fieri comparatio, quia multum est vniuocum aeri, & aquæ, quia significat idem in vtroque, & tamen aer, & aqua non comparantur secundum hoc nomen multum. quia non dicimus, quod aer est magis multus, quam aqua. sed si dicatur, quòd multum dicitur æquiuoce de aere, & aqua, & ideo non comparantur secundum hoc nomen multum, & propter illam responsionem adducit aliam instantiam de duplo, quia hoc nomen duplum videtur dici vniuoce de aere, & aqua, quia dicitur de eis secundum idem nomen, & secundum eandem rationem, quoniam diffinitio dupli est, quod sit proportio duorum ad vnum, & illa diffinitio dicitur de aqua, & aere. & per consequens duplum dicitur vniuoce de aere, & aqua, quia secundum idem nomen, & eandem diffinitionem, & tamen aer, & aqua non sunt comparabilia secundum duplum, quia non potest dici, quod aer est magis duplus quam aqua, nec econuerso.

B An & in his eadem est ratio. Nã & ipsum multum æquiuocum est Sed sunt quorum, & rationes æquiuocæ sunt, ceu si quispiam dicat multum id esse, quod est tantum, ac vltra, & æquale æquiuocum, & si forte fuerit, & ipsum continuo unum. Quod si hoc est æquiuocum, & ipsa etiam duo æquiuoca sunt. Nam cur alia comparabilia, alia non comparabilia sunt, si natura est vna.

Aut & in his eadem ratio, & namque multum æquiuocum, sed quorundam, & rationes æquiuocæ sunt, vt si dicat aliquis, quod multum est tamen, & adhuc & si aliud aliquid tantundem, & æquale æquiuocum esset. Et vnum autem si contingit statim æquiuocum. Si autem & hæc, & duo. Quare vniuocorum comparabilia alia quidem sunt, alia vero non, si quidem erat vna natura. Tex. com. 26. Tex. com. 27.

C HIc Phylos. soluit illam dubitationem dicens, quòd illa, de quibus obiectum est, scilicet, magnum paruum, multum paucum, duplum & dimidium non sunt vera vniuoca, quia vniuoca vera sunt illa, quorum diffinitio est eadem voce, & ratione, sed diffinitiones illorum sunt eædem secundum vocem, sed non secundum rationem. Vnde multum & paucum, duplum, &c. non dicuntur vniuoce de aere, & aqua, & quando dicitur, quòd eadem est diffinitio multi, & etiam dupli secundum quòd dicitur de aere, & aqua. Dicendum, quòd diffinitiones istorum secundum quòd dicuntur de aere, & aqua sunt eædem secundum vocem, & non secundum significationem, quia in diffinitionibus istorum ponitur aliquid æquiuocum, vnde quamuis diffinitio sit eadem secundum vocem non propter hoc oportet, quòd illud sit vniuocum, quia cum vnitate vocis stat, quòd in diffinitione ponatur aliquod æquiuocum, & tunc illud nomen, cuius est diffinitio, non est vniuocum, sed æquiuocum, & sic est in proposito de multo, & duplo, quia in diffinitione multi, quæcunque sit illa, accipitur aliquod æquiuocum, & ideo multum est æquiuocum, quamuis habeat unam diffinitionem secundum vocem, & similiter in diffinitione dupli accipitur Solutio dub.

D æquiuocum, dicitur enim, quod duplum est proportio duorum ad unum, nam hoc nomen unum acceptum in diffinitione dupli est æquiuocum, & non solum hoc nomen vnum est æquiuocum, sed etiam hoc nomen duo est æquiuocum, si enim vnum sit æquiuocum, oportet, quod hoc nomen duo, etiam sit æquiuocum. Stat igitur breuiter solutio in hoc, quod prædicta, idest, multum paucum duplum, &c. dicantur æquiuoce de aere, & aqua, nec dicuntur de eis secundum eandem rationem vniuocam, sed secundum eandem rationem æquiuocam, propter quod aer, & aqua non comparantur adinuicem. Vnde est notandum, quòd Commenta. dicit hic, quod ista non sunt æquiuoca pura, sed sunt de numero æquiuocorum, quæ dicuntur ambigua, hęc Commen. & intellige secundum Cõmenta. quòd æquiuoca pura sunt illa, quæ sunt eadem secundum uocem, & non sunt eadem secundum aliquam diffinitionem, sed æquiuoca ambigua sunt eadem secundum uocem, & habent eandem diffinitionem secundum uocem, non autem secun- Nota.

dum

Primũ dubium. dum significationem. Sed hic occurrunt tria dubia. Primum A est circa instantiam de multo, & pauco, magno & paruo, quia videtur, quod aer, & aqua possit comparari secundum ista. ita, quod bene dicitur aer est magis multus quam aqua, vel magis magnus, & econuerso, quia multum, & magnum recipiunt comparationem. vnde multum sic recipit comparationem, multum, plus, plurimum. & magnum ita recipit comparationem magnus, maior, maximus. Nunc autem nomen comparatiui gradus valet idem, quod suum positiuum acceptum cum hoc aduerbio magis, sicut patet. nam idem est dicere, quòd iste est albior illo. & dicere, quod iste est magis albus, quam ille, sed bene, & verè dicitur. hoc est plus de aere quam de aqua. manifestum tamen est, quod plus est de aere in tota sphæra aeris, quam sit de aqua in secana. vnde in tota sphæra aeris est plus de aere, quam de aqua in secana. ergo in sphæra aeris est magis multum de aere, quam de aqua in secana. & sic aer est magis multus, quam aqua. quia plus, & magis, & multum æquipollent, & eodem modo est de magno, quia aer est maior, quã aqua. ergo aer est magis magnus, quam aqua. Secundo dubi-
Secũdum dubium. Com. 28. tatur, quia videtur, quod secundum duplum potest fieri comparatio, quia secundum Comment. hic commento 28. dicitur, B quod istud mel est duplum respectu istius aeris, & eodem modo iste aer est duplus respectu istius aquæ. Tertio dubitatur,
Tertium dubium. quia non videtur, quod illa nomina, videlicet, duplum & multum sint æquiuoca, quia hoc nomen multum significat vnum conceptum, & hoc nomen duplum similiter, quia audiens hoc nomen duplum, vel multum, & intelligens, quid illud nomen significet semper intelligit idem sed omne nomen significans
Ad primũ. vnum conceptum est vniuocum, ergo. Ad primum dubium dicendum est, quod aer, & aqua secundum veritatem possunt comparari secundum multum, & magnum, sicut argutum est, sed secundum vsum loquendi non comparantur secundum illa nomina, cum hoc aduerbio magis, quia non habemus talem modum loquendi, videlicet, dicendo hoc est magis multum, vel magis magnum. Vnde nec duæ aquæ secundum communem modum loquendi comparantur in multo cum hoc aduerbio magis, quia non dicitur, quod illa aqua est magis multa, quam alia, sed bene dicimus quod est plus, vel maior, quam illa. vnde instantia de multo fundatur in modo loquendi, & non in aliquo reali. Ad aliud dubium dicendum, quod
Ad secundum. Phylo. non intendit dicere, quod vnus aer non est duplus respectu aquæ, vel econuerso, sed intendit dicere, quod nomen C comparatiuum huius nominis duplum non dicitur de aere, respectu aquæ, nec econuerso, quia non habet comparatiuum. nec dicitur, quod vnum corpus est magis duplum respectu dimidij, quam aliud corpus respectu sui dimidij quia duplum significat excessum determinatum, qui non recipit magis, & minus. Ad tertium dubium dicendum est vno modo, quod du-
Ad tertiũ. plum, & multum possunt dupliciter considerari, videlicet, vel considerando conceptum vtriusque secundum se, & absolute, & sic ratio vtriusque est vna, sicut ratio canis secundum se est vna. Alio modo considerantur, vt concernunt diuersas materias diuersarum naturarum, & isto modo loquitur Phylo. hic de istis nam ex diuersitate naturæ subiectæ, vt puta aeris, vel aquæ contrahit multum diuersitatem, quoniam plus de materia est in vno pugillo aquæ, quam in vno pugillo aeris, cum ex vno pugillo aquæ possint fieri decem pugilli aeris. Quoniam propter illa. Illam responsionem de multo, & pauco considerans P. mouendo quandam quæstionem, supposito, quod responsio superius facta non sit vera de æquiuocatione multi, & dupli, quoniam si dicatur, quod sit vna natura multi, & dupli, & aliorum huiusmodi, quæ non sunt comparabilia, sicut eorum, quæ vniuocè prædicantur remanet quæstio, qua- D re quædam vniuocorum sunt comparabilia, & quædam non; cum de similibus simile sit iudicium, cum igitur non videtur aliqua ratio, quare quædam vniuoca sunt comparabilia, & quædam non, & multum, & duplum non sunt comparabilia, sicut sunt alia vniuoca, videtur, quod multum, & duplum non sunt vniuoca.

An quia in alio primo sunt susceptiuo. Equus igitur & canis comparabilia sunt, vtrum ipsorum albius sit. Est enim ipsa superficies idem, in qua primo est ipsa albedo. Et de magnitudine modo eodem. At vox & aqua comparanda non sunt, in alio namque est susceptiuo.

A *Aut quia sunt in alio primo susceptiuo. Equus quidem igitur, & canis comparabilia sunt, vtrum enim albius. In quo enim primo idem est superficies, & magnitudo similiter. Aqua autem, & vox non, in alio namque subiecto sunt.*

HÆc est secunda pars primæ particulæ secũdæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ponit secundam conditionem requisitam ad comparationem, quæ est habere idem susceptiuum primum in vtroque comparatorum, & primo remouet opinionem erroneam circa hoc, quæ est responsio ad quæstionem immediate præcedentem. Opinio igitur talis est. videlicet, quod quædam sunt vniuoca significantia vnam naturam receptam, in diuersis susceptiuis primis, & secundum tale nomen vniuocum illa non sunt comparabilia, quibus competit illud nomen, verbi gratia: Magnitudo competit vniuocè aquæ, & sono, & tamen aqua, & sonus non sunt comparabilia, vt, scilicet, aqua dicatur maior sono, vel econuerso, quia magnitudo habet in aqua, & in sono diuer- B sa susceptiua prima. quoniam primum susceptiuum magnitudinis conuenientis aquæ est substãtia, & primum susceptiuum magnitudinis, quæ competit sono est qualitas sensibilis, vt sonus, vel vox. & ideo secundum magnitudinem non comparantur aqua, & sonus, quamuis magnitudo sit eiusdem naturæ cũ vtroque, quia magnitudo habet in his diuersum, & diuersum susceptiuum primum. Alia vero sunt vniuoca significãtia eandem naturam receptam in eodem susceptiuo primo. & secundum illud nomen vniuocum fit comparatio, ita, quod illa, quibus competit illud nomen sunt comparabilia secundum illud nomen. vt albedo conueniens equo, & cani significat vnam naturam receptam in eodem susceptiuo primo, quamuis in diuersis susceptiuis remotis, & ideo illa, quibus conuenit albedo sunt comparabilia secundum albedinem. Et ponit exemplum tale. Canis, & equus secundum suas substantias distinguuntur, & tamen secundum hoc nomen album sunt comparabilia, quia verè dicitur, quod equus est albior cane, vel econuerso. & hoc ideo, quia albedo significat vnam naturam receptam in vno susceptiuo primo, & immediato quia primum susceptiuum albedinis, tam in equo quam in cane est superfi- C cies, quæ est eadem in vtroque, & propter hoc comparantur secundum albedinem, quamuis susceptiua remota sint distincta secundum speciem.
Secunda condicio.

An hoc pacto omnia quispiam faciet vnum. Vnumquodque autem in alio dicet esse, atque erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio susceptiuo.

Aut manifestum est, quod erit omnia sic vnum facere, in alio autem vnumquodque dicere esse, & erit idem æquale, & dulce, & album, & in alio. Tex. c. 28.

IStam opinionem remouet Phylosophus probando, quod omne illud, in quo aliqua vniuocantur habent idem susceptiuum primum in vtroque vniuocatorum, & hæc est decimatertia conclusio de annexis, quæ dupliciter probatur, & primo sic. Si ad vniuocationem non requireretur vnitas primi D susceptiui formæ, secundum quam vniuoca vniuocantur, tunc cum diuersitate primi susceptiui formæ, secundum quam fit vnio, staret vniuocatio formæ, consequentia de se patet, & falsitas consequentis ostenditur, quia si cum diuersitate primi susceptiui staret vnitas naturæ in qua vniuoca vniuocantur, sed hoc est falsum, quia si ita esset, tunc possemus dicere, quod omnes formæ sunt vniuocæ, & eiusdem naturæ quamuis sint in diuersis subiectis primis, & sic æquale esset vniuocum in numeris, & in magnitudinibus, & item asperum, & dulce etiam posset dici vniuocum ad melodias, & ad sapores. & album esset vniuocum ad vocem, & colorem, & sic posset dici, quod omnia essent vniuoca, & natura essent æquiuoca, quia posset dici, quod non diuersificantur, nisi propter diuersitatem recipientium.
13. concl. de annexis

Præterea susceptiuum non est quoduis, sed vnum vnius primum.

Amplius

A *Amplius susceptiuum cuiuslibet accidentis non contingens est, sed vnum est primum.*

Secundo.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Omnis vna natura recepta in vno susceptiuo habet vnum primum susceptiuum, quia non quodcunque recipit, indifferenter, & cotingenter vnumquodque, sed terminatum recipit determinatū, & omne illud, in quo aliqua vniuocantur est vnius naturæ in vtroque vniuocatorum. ergo omne illud, in quo aliqua vniuocantur, habet idem susceptiuum primum in vtroque vniuocatorum. Ex his ergo est manifestum, quod ad comparationē requiritur vnitas primi susceptiui, & formæ, secundum quam fit comparatio in vtroq; comparatorū, & hæc est secunda conditio requisita ad comparationem. Vnde ex illo loco aliqui accipiunt, quod omne accidens quantumcunq; sit commune habet aliquod subiectum proprium. Nam licet albedo sit accidēs commune homini, & cani: tamē habet subiectum proximum, quod est ei proprium. Quoniam, vt dicit P. hic. f. Omnis vna natura habet vnum susceptiuum proprium, cum non quodcunque subiectum recipiat indifferenter quamcunq; formam. si vero per subiectum intelligitur subiectum, cui omni soli, & semper conuenit talis forma, sic dico, quod non est verum, quod omne accidens habeat subiectum proprium, quoniam si sic esset, tunc ad destructionem cuiuslibet accidentis sequeretur destructio substantiæ. quod est falsum. quia sic, quando homo cessaret a currendo, aliqua pars substantiæ suæ destrueretur, quod non est verum. consequentia patet. quia accipiatur aliquod accidens, & quæro de subiecto proprio, aut illud est substantia, aut accidens si substantia. tunc ad destructionem illius accidentis sequeretur destructio substantiæ, quæ est proprium subiectum illius accidentis. si vero detur, quod suum subiectum est accidens, tunc quæro, sicut prius de subiecto illius accidentis. si vtrum sit substantia, vel accidens, si substantia, tunc ad destructionem illius accidentis, sequeretur destructio substantiæ, sed si sit accidens, tunc quærendum est de subiecto illius accidentis, an sit substantia, vel accidens, & sic in essentialiter ordinatis procederetur in infinitum. quod est inconueniens, vel saltem sequitur, quod ad destructionem cuiuslibet accidētis sequitur destructio substantiæ. quod est falsum, quod tamen sequitur, si quodlibet accidens habeat suum proprium subiectum conuertibile cum eo. Dicendum est ergo, quod omne accidens habet proprium subiectum primo modo ipsius proprij, posito in libro Porphyrii, quoniam omne accidēs habet proprium subiectum, B cui soli inest, non tñ, oportet, quod insit omni tali, & sic posito, quod superficies sit subiectum albedinis proprium, & proximum subiectum albedinis est superficies, non quia albedo insit omni superficiei, sed quia inest soli superficiei. Et hæc est intentio Phyl. hic dicentis, quod vnius naturæ est vnum susceptiuum proprium, cui soli inest, & si non omni tali. Est tamen sciendum, quod quidam dicunt hic, quod quamuis vnius accidentis sit vnum susceptiuum primum, tñ est possibile, quod maior diuersitas sit in subiecto recipiente primo, & proximo, quam in accidente recepto, quod sic probant. Duæ albedines, quarum vna est in homine, & alia in cane, non differunt specie, & tunc quæritur, aut subiecta proxima illarum albedinum in homine, & in cane differunt specie, aut non. si sic tunc habetur, quod accidens est vnum, & tñ subiecta proxima nō sunt vnum in specie, si vero detur, quod subiecta illarum albedinū proximam non differunt specie. ergo non sunt formæ substantiales hominis, & canis, quia illæ differunt specie, & per consequens sunt accidentia, quo dato, quæritur de subiectis illorum accidentium, an differunt, vel non. si sic, habet propositum vt prius, si vero non, tunc quæritur de subiectis illorū, sic ut prius, & tunc vel erit processus in infinitum, vel quandoque erit deuenire ad subiecta, quæ plus differunt, quam accidentia in eis recepta. Mihi tamen videtur, quod illud non sit verum secundum intentionem Phylo. imo omnia accidentia eiusdem speciei habent prima receptiua eiusdem speciei, & accidentia diuersarum specierum, & formæ contrariæ habent idē susceptiuum primum secundum speciem, quoniā maior est diuersitas inter formas receptas, quam inter prima subiecta susceptiua formarum, vt patet, quia maior est diuersitas inter formas substantiales diuersas secundum speciem, quam inter materias primas, in quibus illæ formæ primo recipiuntur, quia vna portio materiæ primæ non differt specie ab alia portione materiæ primæ, sicut formæ substantiales differunt specie. Vnde videtur, quod maior debet esse vnitas ex parte susceptiuorum, quam ex parte formarum susceptiuarum. Ad rationem autem in contrarium dico, quod duæ albedines, quæ sunt eiusdē speciei recipiuntur in subiectis, quæ sunt eiusdem speciei in duabus superficiebus, quę sunt eiusdem speciei. Et quando dicitur, quod illa subiecta sunt accidentia. concedo, & dico, quod illa subiecta suscipiunt in subiectis eiusdem speciei, vt in duabus portionibus materiæ primæ, quæ portiones non differunt specie. Omnis enim quantitas est in materia prima, tanquam in subiecto primo, quæ materia prima non distinguitur per differentias specificas, & non est vltima procedendum, quia materia non habet differentias specificas, sed est formaliter in se distincta.

Ratio aliquorum.

Ad rationem.

At videtur non solum ea, quæ comparantur nō æquiuoca esse, sed etiam nec id, quod inest, nec id, in quo inest differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo. Color habet diuisionem. Non igitur hoc ipso fit comparatio, veluti vtrum magis sit coloratum non aliquo colore, sed colore, vt color est Sed albedine sic.

B *Sic ergo non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed non habere differentiam, neque in quid, neque in quo. Dico autem sicut color habet diuisionem, non ergo comparabile secundum hoc, vt vtrum coloratum magis sit album, quam nigrum. Hæc enim comparatur non secundum aliquem colorem, sed in quantum color, sed secundum album.*

HÆc est tertia pars primæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua ponit Phyl. tertiam conditionem requisitam ad comparationem, quæ est vnitas specifica formæ, secundum quam fit comparatio, dicens, quod ad hoc, quod aliqua sint comparabilia secundum aliquod nomē non solum requiritur, quod illud nomen non sit æquiuocum, sed etiam, quod illud nomen habeat differentiam. Neque quod vnum in alio, hoc est, quod illud nomen non sit diuisibile per differentias, ita quod non sit commune ad diuersas species, & etiam requiritur, quod non diffiniatur per subiecta diuersa, de quibus prædicatur, hoc est, oportet quod res significata per nomen, nō sit communis ad diuersas species, & sic oportet, quod sit species specialissima. & etiam requiritur, quod habeat vnum susceptiuum primū, & hoc patet ex præcedentibus, quia vnius C naturæ specificæ est tantum vnum susceptiuum primum. & quia hoc est prius declaratum, ideo Phylo solum declarat hic primum. s. quod necesse est, vt illud in quo aliqua comparantur, sit vnius naturæ specificæ, & hæc est 14. conclusio de annexis, quę probatur probatione exemplari sic. Albedo est species specialissima, vt supponitur, & a qua igitur color est genus continens sub se diuersas species secundum albedinem fit comparatio, quia aliquod album est albius alio, & aliquod minus album, & secundum colorem non fit comparatio, quia non dicitur, quod album sit magis coloratū, quam nigrum, hæc enim comparatio non esset secundum aliquam determinatam speciem coloris, sed secundum ipsum colorem in communi. sed secundum album, quod non diuiditur in species potest fieri comparatio, omnia enim alba possunt comparari ad albedinē, vel secundum magis, & minus, vel secundum æquale, & sic patet exemplariter, quod secundum speciem fiunt comparationes, & non secundum genus. Intelligendum est hic, quod licet secundum solam speciem fiat comparatio proprijssime dicta, tamen secundum transcendentes potest fieri comparatio, D & etiam secundum genus, quia secundum transcendentes fit comparatio, quoniam verum est, quod substantia est magis ens, quā accidens, secundum genus etiam fit comparatio colorati, quoniam comparatio colorati est per se immutare visum & hæc comparatio suscipit magis, & minus, & per consequens secundū eam fit comparatio, & cum comparatio suscipiat magis, & minus, illud, cuius est comparatio suscipit magis, & minus, vt patet ex libro de partibus animalium, & ex quarto metheorum. assumptum probatur. Nam aliquod coloratum magis immutat visum, & aliquod minus, quoniam magis album magis immutat visum, quam minus album. igitur aliquod coloratum est magis coloratum, & aliquod minus simpliciter secundum visibile fiunt comparationes, quoniam aliquod visibile est magis visibile, & aliquod minus, & visibile est generalius, quam coloratum. ergo coloratum suscipit magis, & minus, & huic etiam concordat vsus loquendi, quia dicimus, quod vnum vinum est magis coloratum, quam aliud: proprijssime tamē fiunt comparationes secundum speciem specialissimam.

Tertia conditio.

14. concl. de annexis.

Sic

Sic igitur, & circa motum, id est æque celere, quod in æquali tempore per æquale est motum, tantum inquam: longitudinis huius.

Sic & circa motum æque velox, quod in æquali tempore mouetur, æquale tantæ longitudinis in tali.

HÆc est secunda particula secũdæ partis principalis huius cap. in qua specialiter ostenditur, quid requiratur in comparatione motuum adinuicem, applicando specialiter ad motum illa, quæ requiruntur ad comparationem motuũ in communi, & continet tres partes, quia in prima ostenditur, qui motus locales, sunt comparabiles adinuicem in velocitate. in secunda ibi. [De alteratione autem] ostendit, quæ alterationes sunt adinuicem comparabiles. in tertia ibi. [Et in generatione] ostendit, quæ generationes sunt adinuicem comparabiles, & etiam, quæ corruptiones sunt comparabiles adinuicẽ, de augmentatione vero non facit mentionem, quia eadem est ratio de augmentatione, & de loci mutatione, quia vtraque est secundum aliquam magnitudinem. Prima pars continet quatuor particulas, quia in prima Phyl. applicat prius dicta de cõparatione in communi ad motum. in secunda ibi. [Si autem aliud] ponit dubitationem circa diffinitionem æque velocis. in tertia ibi [Vtrumque ergo causa] mouet, & soluit vnam dubitationem, quæ est de causa, quare motus rectus, & motus circularis non sunt comparabiles, & remouet vnam responsionem, quæ datur ad illam dubitationem, in quarta ibi. [Quare quæ in æquali, &c.] concludit Phyl. ex prædictis, qui motus locales sunt adinuicem comparabiles narrando, qui motus locales secundum prius dicta sunt æque veloces. In prima igitur particula huius partis narrando d. Phyl. quod, sicut in alijs rebus ad hoc, quod aliqua sint comparabilia, requiritur, quod comparabilia non sint æquiuoca æquiuocata in illo, in quo comparantur, & quod illud, in quo comparantur habeat idem susceptiuum in vtroq; comparatorum, & quod sit eadem species, ita, quod illud, in quo comparantur, sit vnius naturæ specificæ, ita etiam circa motum æque velocem est, quod in æquali tempore pertransit tantum, & æquale alterius longitudinis, ita quod qualis est vna longitudo talis sit alia longitudo, & si vna sit recta, alia erit recta in hoc s. secundum mutationem eiusdem speciei. Vnde Com. d. hic, quod illa, quæ sunt coniungibilia. i. comparabilia debent esse illa, quæ conueniunt in ratione, hoc est in diffinitione, in quo comparantur, & in subiecto, hoc est in diffinitione illius susceptiui primi. Item Com. commen. 29. huius lib. d. quod impossibile est de quãtitatibus esse æquales, nisi rectas tantum, aut circulares tantum. i. quæ sunt eiusdem speciei, cum istæ sibi supponãtur, ideo dicimus, quod quantitates curuæ non æquabuntur, nisi eiusdem circuli sint, quod autem dicunt geometræ linea recta, & breuissima linea ducta in duo puncta dicitur large, & æqualitas dicitur in eis ferè æquiuoce, & similiter hoc, quod dnt, quod circumferentia alicuius circuli est æqualis finitæ poligoniæ, dixit etiam geometer decipere in hoc, quia impossibile est existimare lineam rectam, quæ incuruetur, & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente, attribuit hoc propriè geometræ. hæc Com. Vnde videtur mihi, quod Com. velit dicere, quod linea recta non potest fieri circulus, nec curua, nisi secundum imaginationem, cuius tamen contrarium videtur verum, quia idem corpus numero, quod est rectum potest fieri curuum, vt patet de virga recta, quæ potest incuruari. Eadem igitur est materia primo in corpore recto, & postea in corpore curuo, cum igitur quantitas sit inseparabilis a materia, oportet, quod eadem linea, quæ prius fuit recta virga existente recta, sit postea curua. Item eadem difficultas est de corpore, quæ etiam est de virga, vel de linea, quia si corpus rectum posset fieri curuum, vel circulare, videtur, quod corpus curuum, & corpus circulare possent esse æqualia, & post spatium rectum, & circulare possunt esse æqualia. Vnde sustinẽdo Commen. credo, quod Com. per lineam rectam intelligit totum aggregatum ex linea, & figura lineæ, & quod lineam circularem intelligat aggregatum ex linea, & figura circulari lineæ, & sic intelligendo est manifestum, quod linea recta non potest fieri circularis, quia vnum illorum aggregatorum non potest fieri aliud, tamen linea recta, quæ est simpliciter quantitas, potest fieri linea curua, & econuerso. Vel forte Com. sic intelligit, videlicet, quod linea recta separata a qualitatibus sensibilibus, secundum, quod imaginatur geometer, non potest fieri curua, quia talis linea non est in re, sed in sola imaginatione.

Sed si aliquid fuit alteratum, aliud latum, erit ne æqualis hæc alteratio lationi, atque eiusdem celeritatis. At absurdum est sane. Et causa est, species motum habere.

Si autem aliud quidem alteratum est, aliud vero ductum. Aequalis ergo hæc alteratio, & similiter velox loci mutatio, sed inconueniens. Causa autem, quia motus habet species.

Tex. c. 32.

HÆc est secunda particula primæ partis secundæ particulę secundæ partis principalis huius cap. in qua Phylo. ponit quãdam dubitationem circa diffinitionem ęque velocis, tam in motibus diuersorum generum, quam etiam in motibus eiusdem generis, & primo in motib. diuersorum generum dubium est tale. Nam dictum est, quod æque velox est, quod in æquali tempore per æquale mouetur. Contra hanc diffinitionem obijcitur sic. Moueatur aliquod corpus ęqualiter localiter, & aliud corpus æquale in æquali tempore per æquale alteretur, quo posito, si prædicta diffinitio sit vera, alteratio erit æqualis loci mutationi, similiter alteratio erit æque velox, quod est inconueniens, & causa quare hoc sit inconueniẽs est, quia motus habet diuersas species, s. motum localem, & motum alterationis. illa consequentia. s. quod si ęque velox est illud, quod per æqualem longitudinem pertransit æquale, ergo motus localis est æqualis alterationi. probatur, quia possibile est, quod aliqua translatio inueniatur in aliqua longitudine determinata, & aliqua alteratio inueniatur in eadem lõgitudine, vt si idem mobile moueatur localiter per aliquam longitudinem, & similiter alteretur, dum pertransit illam longitudinem, ex hoc sequitur, quod si diffinitio ęque velocis sit bona, quod alteratio sit ęqualis translationi, quod est inconueniens, & causa quare hoc est inconueniens est, quia motus habet diuersas species, vt loci mutationem, & alterationem, & sic est inconueniens, quod loci mutatio sit æqualis alterationi.

Primum dubium.

Quare si ea, quæ in æquali tempore per æqualem longitudinem lata, æqualis celeritatis sint, recta linea circumferentiæ erit æqualis.

Quare si quæ in æquali tempore ducta æquali longitudine æque velocia, erit æqualis rectus, & circularis.

HIc vero Phyl. mouet dubitationem circa diffinitionem æque velocis in motibus eiusdem generis sic. Si æque velox est, quod mouetur in æquali tempore per æquale spatium, cum possibile sit, quod duo mobilia, quorum vnum mouetur motu recto, & aliud motu circulari in eodem tempore moueantur per longitudines æquales, quoniam possibile est, quod motum circulare in eodem tempore compleat circulationem, in quo motum motu recto pertrãsit tantam magnitudinem, quanta est illa magnitudo circularis, sequitur, si diffinitio æque velocis sit bona, quod motus circularis est æqualis motui recto, quod est inconueniens.

Secũdum dubium.

Vtrum igitur huius est causa, vtrum lationem an lineam genus esse. Tempus enim semper est idem, ac indiuiduum specie.

Vtrum ergo causa, quia loci mutatio genus, aut quia linea genus. Tempus quidem enim semper idem athomo specie.

HÆc est secunda particula primæ partis secundæ particulę secundæ partis principalis huius cap in qua Phylo. mouet, & soluit vnam dubitationem, quæ est de causa, propter quam motus rectus, & motus circularis non sunt adinuicem cõparabiles, & simul cum hoc remouet vnam responsionẽ, quę posset dari ad illam dubitationem. Dubitatio igitur est illa. Supposito, quod motus rectus, & motus circularis nõ sint adinuicem cõparabiles, est dubitatio, quæ est causa, quare non sunt cõparabiles, vtrũ causa huius sit, quia loci mutatio est genus habens sub se diuersas species, aut quia longitudo, super quam

Dubitatio

A quam est motus, est genus continens sub se diversas species, vt longitudinem circularem, & rectam, oportet enim horum alterum causam esse, cum tempus, quod est idem specie, non possit esse causa.

An simul illa specie differunt. Etenim latio species habet; si id, sup quo fit motus, species habet.

Aut quia simul illa specie differunt, & loci mutatio species habet, siquidem species habet illud, super quod mouetur.

Remotio dub. HIc Phyl. remouet illam dubitationem dicens, quod illa duo sunt simul causa, quare motus rectus, & motus circularis non sunt adinuicem comparabiles, quoniam causa motus, quam lineæ habet sub se diuersas species, nam motus circularis, & motus rectus differunt specie, & similiter linea recta, & linea circularis differunt specie, motus etiam localis habet diuersas species. si illud, super quod est motus, habet diuersas species. Vnde quia linea recta, & circularis differunt specie, ideo motus rectus, & motus circularis differunt specie, tamen causa prior est ex parte magnitudinis, quoniam isti motus non differunt specie, nisi quia magnitudines, super quas sunt, differũt specie. B

Præterea si id, in quo fit motus, specie differat, latio quoque erit diuersa. Veluti si pedes sint, ambulatio est, si alæ volatio. At non hoc, sed figuris alia est latio.

Aliquando autem in quo, vt si pedis ambulatio, aut si alę volatio, aut non, sed figuris loci mutatio alia.

Dubium. HIc excluditur quoddam dubium tale, quoniam quandoque videtur, quod motus differunt specie propter diuersitatem instrumentorũ, quibus mouentur mobilia, & comparabilitas motus impeditur propter diuersitatem causantium motum. v.g. in motu volationis alæ sunt instrumentum, & in motu ambulationis pedes sunt instrumenta, & propter hoc videtur quibusdam, quod volatio, & ambulatio differant specie, & quod sint comparabiles in velocitate. Illud dubium excludit Phyl. C Remotio. dicens, quòd motus locales non differunt specie propter diuersitatem instrumentorum, quibus mouentur mobilia, sed differũt propter figuram magnitudinis, super quam fit motus, instrumenta vero se tenent ex parte mobilium, & figura se tenet Expositio Com. ex parte rei, super quam fit motus. Com. tamen aliter exponit dicens, quod translatio non differt in specie propter diuersitatem instrumenti, quo fit translatio, quoniam diuersitas instrumenti facit in translatione diuersitatẽ figuræ, & diuersitas, quę est in figura, non secundum differentias essentiales. Figura enim, est in qualitate translationis, sed differentia debet esse de natura generis, quod est translatio, scilicet, de natura vbi, hæc Commen. Vnde diuersitas instrumentorum facit diuersitatem figuræ, quia secundum aliam, & aliam figuram mouetur auis per alas, & animal gressibile per pedes, sed vtrum ambulatio, & volatio differãt specie, vel non. probabile est, quòd differant specie, quia magnitudines, super quas fiunt differunt specie. Aliqui tamen dicunt hic, & bene, quòd Phylosophus hic per exempla de instrumentis, quibus fiunt motus, ostendit, quod ad vnitatem specificam motuum localium non sufficit, quod mobilia sint eiusdem speciei, sed etiam requiritur, quòd instrumenta, per quæ fiunt motus, sint eiusdem speciei, D vt patet, quia si vna auis volat, & alia graditur, motus earum nõ sunt eiusdem speciei, nec sunt proprie comparabiles, & causa huius est, quia instrumenta, per quæ fiunt illi motus, non sunt eiusdem speciei, & ideo concludunt, quòd solum illi motus sunt comparabiles, qui sunt eiusdem speciei specialissimę, & ad hoc, quod motus locales sint eiusdem speciei specialissimæ requiritur, quod instrumenta, mediantibus quibus fiunt motus, sint eiusdem speciei specialissimæ.

Quare quæ in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt, ea celeritatis æqualis sunt. Eandem autem non differentem specie. Quæ si est, & motus non diuersus specie erit. Quare considerandum est, quænam sit differentia motus.

A *Quare quæ in æquali tempore mouentur secundum eandem magnitudinem sunt æque velocia, sed idem indifferens specie, & moueri indifferens specie. Quare hic considerandum, quæ sit differentia motus.* Tex.c.31.

HÆc est quarta particula primæ partis secundę particulę secundæ partis principalis huius cap. in qua ex prædictis concludit Phylosophus, quod motus locales sunt inuicem comparabiles, & narrat tria, & primo dicit, quod motus non sunt comparabiles, nisi sint vnius speciei, & si sunt motus locales eiusdem speciei: oportet, quod magnitudo, super quam fit motus, sit eiusdem speciei.

Atque hic sermo significat genus ipsum nõ esse quid vnum, sed ob hoc multa latere. Aequiuocationum autem aliæ nimium distant, aliæ similitudinem quandam habent, aliæ sunt propinquæ, aut genere, aut similitudine rationis. Quapropter etsi B æquiuocationes sunt, non esse tamen videntur.

Et significat ratio hæc, quod genus non vnum aliquid est, sed iuxta hoc latent multa, suntque æquiuocationum aliæ quidem multum distantes, aliæ vero habentes quandam similitudinem. Aliæ vero proxima, aut genere, aut similitudine. Vnde non videntur ęquiuocationes cũ sint.

SEcundo Phyl. ponit quoddam incidens dicens, quod ratio prius dicta, per quam notificatur, quod secundum genus non fit comparatio, significat, quod genus non est aliquod vnum, hoc est non est penitus vniuocum, sed multa latent sub genere, quæ videntur esse similia, & eiusdem speciei specialissimę, & tamen non sunt eiusdem speciei, sed ęquiuocãtur sub genere, & ponit tres modos æquiuocorum, & æquiuocatorum, quoniam quędam æquiuocata inter se multum distant, vt illa, in quibus est sola cõmunitas vocis, sicut est de significatis huius nominis canis, & quædam habent quandam similitudinẽ, vt patet de homine vero, & homine picto, & quędã sunt proxima, vt illa, quæ sunt in eodem genere, quorũ est diffinitio C generalis, licet diffinitiones speciales sint diuersæ, & in illis nõ videtur esse æquiuocatio, cum tamen æquiuocatio sit in illis.

Quando igitur diuersa est species, vtrum cum idem in alio, an cum aliud in alio est.

Quando igitur altera species, si eadem in alio, aut alia in alio, aut alia in eodem.

TErtio Phylosophus inquirit qualiter potest sciri, quod aliqua sint in diuersis speciebus, & quando non, & dicit, quod quæri potest, quando altera species, hoc est, quando aliquæ sunt diuersæ species, aut quãdo non, si idem non in alio, hoc est quando idem est in diuersis subiectis, ita quod aliquid dicatur diuersæ speciei, vel in diuersis speciebus, propter hoc, quod contingit esse in diuersis subiectis, sic quod albedo sit in diuersis speciebus, quia conuenit diuersis homini, cani, aut est ita, quod semper oportet, quod altera natura sit in alio, & alio subiecto, ita quod primo sit diuersitas naturæ in se, & non so- D lum propter substantiam.

Et quænam est diffinitio, aut quonam dijudicabimus idem album, vel dulce, aut aliud esse ex eo ne, quia in alio diuersum apparet, an ex eo, quia omnino non idem est.

Aut quis terminus, aut quo discernimus, quod idem est album & dulce, aut aliud, quia in alia videtur altera, aut quia omnino non idem.

SOluit dubitationem hanc intendens, quod per cognitionem terminorum, idest per diffinitionem potest sciri, an aliqua sint eadem specie, seu in eisdem speciebus, aut diuersis. Si enim termini albi, & dulcis, sint idem, tunc album, & dul-

ce sunt

ce sunt eadem, & si album habeat diversos terminos, idest diffinitiones speciales, & eandem diffinitionem generalem, tunc album erit in diversis speciebus, & in eodem genere, & si unũ album, & aliud album non sunt idem. sic, quod nullã diffinitionem unam habeant, nec generalem, nec specialem, tunc albũ est æquivocum simpliciter, unde breviter per identitatem, & diversitatem diffinitionum potest cognosci identitas, & diversitas specierum: ut si album diffinitionem eandem habeat in omnibus, de quibus dicitur, tunc est eiusdem naturæ in omnibus, de quibus dicitur, & si non habeat eandem diffinitionem, secundum quam dicitur de diversis, non est eiusdẽ naturæ specificæ in diversis. Et Com. dicit hic, quod ars inducens ad cognitionem convenientiæ, & diversitatis in speciebus, cum nõ fuerit manifeste per se, est secundum regulas datas septimo topic. ubi dati sunt loci de eodem diverso. Intelligendum, quod ex dictis Phyl. hic satis patet, quod velocitas dicitur æquivoce de motu circulari, & motu recto, quia habet aliam, & aliam diffinitionem, secundum quod dicitur de motu circulari, & de motu recto, quoniam diffinitio velocioris, secũdum quod dicitur de motu recto, est quod velocius est illud, quod in minori tẽpore pertrãsit plus de spatio. ista enim diffinitio competit motui recto, & non competit motui circulari, quia motum circularitatis non pertranfit de spatio, quia semper est in eodem loco realiter, quia non mutat locum realiter, sed diffinitio velocioris, secundum quod dicitur de motu circolari, est, quod in minori tempore complet æqualem circulationem, & illæ diffinitiones sunt diversæ, ideo velox dicitur æquivoce de motu circulari, & de motu recto, sicut distantia dicitur æquivoce de distantia secundum tempus, & de distantia secundum magnitudinem, quoniam magnitudo, & tempus non sunt comparabilia, non enim dicitur, quod plus est de festo Paschæ ad festũ Ascensionis, quam est de Parisiis ad Paduam. Sed circa prædicta occurrunt dubitationes quatuor. Prima est, utrum magnitudo recta, & magnitudo circularis sint eiusdem speciei. Secunda est, utrum motus rectus, & motus circularis sint comparabiles adinuicem in velocitate. Tertia est, utrum ad hoc, quod aliqua sint comparabilia adinuicem sequatur, quod sint eiusdem speciei. Quarta est, utrum genus sit æquivocum, vel univocum.

Ratio primi dubij. Ad primam dubitationem arguitur, probando, quod magnitudo recta, & magnitudo circularis sunt eiusdem speciei, quoniam impossibile est, idem individuum migrare de una specie in aliam speciem, ut patet, quia impossibile est, quod idem individuum sit primo in specie hominis, & postea in specie asini, & econverso, sed eadem magnitudo numero, quæ modo est recta, potest fieri circularis, quia linea, quæ modo est recta, potest fieri circularis, & curva ergo linea recta, & linea circularis sunt eiusdem speciei. ergo, &c. In contrarium est hic Phyl. dicens, quod propter hoc motus rectus, & motus circularis differunt specie, quia magnitudo recta, & magnitudo circularis differunt specie. Et ideo dicitur, quod per magnitudinem rectam, & magnitudinem circular[illegible] [illegible]ssumus intelligere duo, videlicet, vel illa quæ isti term[illegible]um, & circulare denominant, vel illa quæ isti termini, magnitudo recta, & magnitudo circularis formaliter significant, si per ea intelliguntur illa, quæ denominantur ab istis denominationibus rectum, & circulare, sic dicendum est, quod magnitudo recta, & magnitudo circularis sunt eiusdem speciei, ut linea, de qua denominative prædicatur hoc nomen rectum, & linea, de qua denominative prædicatur hoc nomen circulare, sunt eiusdem speciei, & hoc satis probat argumentum factum ad partem affirmativam dubitationis. si vero per lineam rectam, & lineã circularem intelligantur illa, quæ formaliter, & præcise significantur per hos terminos, linea recta, linea circularis, sic, quod non sunt eiusdem speciei, quia utrque illorum terminorum significat aggregatum ex quantitate, idest, ex magnitudine, quæ est quantitas, & ex qualitate, scilicet, ex figura, quæ est de quarta specie qualitatis, & ista aggregata non sunt in eadem specie, quia non sunt per se in aliquo genere, quia sunt aggregata per accidens, eo modo, quo sunt in genere, vel in specie; sed ratione formarum in eis differunt specie, quia figura circularis, & figura recta differunt specie. unde Phylosophus superius, ubi dicit, quod linea recta, & linea circularis differunt specie, per lineam rectam, & lineam circularem intelligit tota.

Prima replica. lia præcisa significata illorum terminorum, quæ significata sunt aggregata per accidens. Sed contra hoc potest argui, probando, quod magnitudo recta, & magnitudo circularis non sunt eiusdem speciei, accipiendo illa pro illis, quæ denominantur ab istis terminis rectum, & circulare. Unde Phylo. probat, quod huiusmodi magnitudines, quæ solum includunt res de genere quantitatis non sunt eiusdem speciei, quia si sic, tunc essent adinuicem comparabiles secundum magis, & minus, aut secundum æquale, ita quod linea recta esset maior, vel minor, quam linea circularis, vel æqualis ei, quod videtur contra Commen. hic dicẽtem, quod æqualia sunt, quæ supponuntur sibiinuicem, sed linea, quæ est recta, & linea, quæ est circularis, non possunt sibiinuicem supponi. ergo non sunt æquales, nec possunt linea recta, & linea circularis comparari adinuicem secundum magis, & minus, quia sic una esset longior, vel brevior, quam altera, quod videtur falsum, quia sic unum suppositum alteri excederet illud, quod est falsum quia non possunt supponi, nec secundum totum, nec secundum partem.

Secunda replica. Item non videtur, quòd isti termini, magnitudo recta, & magnitudo circularis significent aggregatum, quia isti termini significant aliquas res, sed nullæ res sunt talia aggregata. ergo, &c.

Ad primã replicam. Ad primum horum est dicendum, quod linea recta, & linea circularis possunt esse æquales æqualitate commensurationis, de qua superius dictum est. Et tunc cum dicitur, quòd possunt supponi, dicendum, quòd possunt supponi absque dissolutione continuitatis alicuius illorum, quia de linea curva, vel circulari potest fieri linea, & econverso, absque dissolutione continuitatis alicuius illarum. Unde concedendo, quod linea recta potest supponi lineæ circulari, tamen ista est impossibilis, linea recta supponitur lineæ circulari, sicut ista est vera, videlicet, album potest esse nigrum, tamen ista est impossibilis, album est nigrum. Et cum dicitur, quod linea recta nõ est longior, nec brevior quam linea curva, vel circularis, dicendum, quòd aliquam lineam esse longiorem, vel breviorem alia, potest dupliciter intelligi. Uno modo, quòd manente eadem figura, seu positione utriusque lineæ partes unius magis, vel minus distant, quam partes alterius, & secundum hoc non dicimus lineam rectam esse longiorem, vel breviorem, quam linea curva, vel circularis. Alio modo potest intelligi, quod una linea sit longior, vel brevior alia, quoniam si utraque protendatur secundum rectum absque dissolutione continuitatis, & rarefactione, & condensatione, partes unius magis, vel minus distant, quam partes alterius, & sic dicimus, quod una chorda involuta iacens in uno loco parvo, cuius omnes partes parum distant adinuicem est longior, quam alia, cuius partes protensæ secundum rectum distant. Unde si aliqua chorda sit primo protensa secundum rectum, & postea involuta, non dicimus, quod propter hoc sit brevior, quam prius, & accepta longitudine isto modo. sic verè dicitur, quod linea circularis est longior, vel brevior, quam linea recta, vel æqualis ei. unde potest fieri distinctio de longitudine, vel brevitate, quia quædam dicitur longitudo, vel brevitas accepta secundum propinquitatem, vel distantiam partium sic iacentium, ut non sunt situatæ. Alio modo accipitur longitudo secundum propinquitatem, vel distantiam partium protensarum secundum rectum.

Ad secundam repli. Ad aliud cum dicitur, quod nullæ res sunt talia significata, vel aggregata ex rebus diversorum generum. dicendum per huius interemptionem, quoniam Phylosophus sexto, & septimo metaph. ponit huiusmodi aggregata, quæ dicit esse accidentia per accidens, & talia excludit a consideratione metaph. Unde iste terminus, homo albus significat aggregatum ex rebus diversorum generum, & potest ille terminus supponere pro aggregato ex homine, & albedine, & sic illa est vera. homo albus est ens per accidens, potest etiam supponere pro homine, qui denominatur albus, & sic est hæc vera. homo albus est substantia. Et si dicatur, quod nullo modo fit unum ex homine, & albedine, nec ex rebus diversorum generum. Contra hoc est Phylosophus expresse secundo de anima dicẽs, quod ex cera, & figura fit unum, & huiusmodi non est alia causa, nisi quia cera est in potentia respectu figuræ. figura vero est actus ceræ. Unde dicit Phylosophus, quod in artificialibus sunt materia, & forma artificialis, ex quibus fit unum, & sic ex rebus diversorum generum fit unum. Unde sicut ex materia prima, quæ est substantia, & forma substantiali fit unum per se, ita ex materia composita, ut ex subiecto in actu, & forma accidentali fit unum per accidens, & qui hoc negant non intelligunt Phylosophum.

Dubitatio. Sed adhuc est dubium circa præcedentia, quia videtur, quod linea sit genus ad lineam rectam, & lineam circularem, & per consequens linea recta, & linea circularis differunt specie, nam Phylosophus quærit hic de causa, propter quam motus localis rectus, & motus circularis non sunt comparabiles, utrum causa huius sit, quia loci mutatio est genus habens sub se species, aut quia linea est genus, & respondet, quod propter utrumque horum motus rectus, & motus circularis non sunt comparabiles, quia loci mutatio, & etiam linea est genus habens sub se species, & per consequens

linea

A linea circularis, & linea recta non sunt species diuersæ. Dicendum est, quòd linea non est vere genus, nec hoc intendit Phylosophus, sed est quoddam generale ad lineam rectam, & lineam circularem, sicut homo est quoddam generale ad hominem album, & hominem nigrum, vnde dico, quòd omnes lineæ sunt eiusdem speciei specialissimæ, quia vna linea non habet aliquid in sui natura, propter quod specificè differat ab alia linea, nisi differat per figuram suam, sed non potest differre specifice ab alia per figuram, quia figura est de genere qualitatis, & accidit lineæ, ideo differentia, per figuram est differentia accidentalis lineæ, sed non est differentia specifica. Et si dicatur, quòd secundum hoc triangulus, quadrangulus, & circulus essent eiusdem speciei. Dicendum, quòd triangulus, quadrangulus, & circulus non componuntur ex solis lineis, sed etiam ex figuris, quæ differunt specie, vel quæ sunt figuræ specie differentes. Ad secundum dubium arguitur probando, quòd motus circularis, & motus rectus sunt comparabiles in velocitate, quoniam sol mouetus circulariter, sed motus solis est velocior motu testudinis motæ motu recto, ergo. In contrarium est Phylosophus, hic. B Dicendum, quòd aliquem motum esse circularem potest tripliciter intelligi, vno modo a figuratione sui subiecti tantum, vt quia est in corpore sphærico, seu circulari tanquam in subiecto, motus enim figuratur ad figurationem sui subiecti, & ideo motus, qui est subiectiue in corpore sphærico potest dici motus circularis, & loquendo de hoc motu circulari, motus circularis, & motus rectus sunt comparabiles adinuicem in velocitate, quia possibile est, quòd corpus sphæricum moueatur motu recto super spatium rectum, & tunc certum est, quòd ille motus extensus, & figuratus ad figurationem corporis sphærici est comparabilis motui recto, quia possibile est, quòd corpus sphæricum, & corpus quadratum in eodem tempore pertranseant spatia recta æqualia. Secundo modo, dicitur motus circularis tantum a figura spatij, circa quod est motus, & isto modo corpus non circulare, vt corpus rectum, aut tortuosum, seu quadratum potest moueri super circulum, transeundo totum circulum ab vno puncto circuli ad eundem punctum, vt patet de musca mota super circulum, tertio modo dicitur motus circularis tam a figura subiecti, quam a figura magnitudinis, circa quam est, vel infra quam est secundum veritatem, vel secundum imaginationem, quoniam C contingit aliquod corpus circulare, & concauum moueri circa magnitudinem circularem, vt patet de corporibus cœlestibus, & contingit aliquod corpus circulare moueri circulariter infra magnitudinem circularem veram, vt si corpus sphæricum solidum moueatur circulariter in aere, & non circa magnitudinem circularem, sed infra magnitudinem circularem, quæ est vera magnitudo circularis secundum eius concauum, & contingit corpus sphæricum moueri circulariter circa magnitudinem circularem imaginatam, vt si imaginetur aliquod corpus sphæricum solidum motum circulariter in vacuo, illud corpus moueretur circulariter, & tamen nec moueretur circa, nec infra magnitudinem circularem veram, sed moueretur circa magnitudinem circularem imaginatam, vnde si totus mundus esset corpus solidum, & moueretur circulariter non moueretur circa magnitudinem circularem, nec infra magnitudinem circularem veram, sed moueretur infra magnitudinem circularem imaginatam, & partes corporis sphærici sic moti, non aliter se haberent, quam primus, respectu alicuius magnitudinis, vel partium magnitudinis veræ, sed respectu partium magnitudinis imaginatæ. Vnde dicuntur aliter se habere, quam prius, quia se habent aliter, D quam prius respectu magnitudinis imaginatæ, vel quia se haberent aliter, quam prius, respectu magnitudinis veræ circundantis, si esset talis magnitudo circundans. His igitur præmissis dicendum est, quòd motus, qui est circularis a circulatione mobilis tantum, & motus rectus sunt comparabiles adinuicem in velocitate, vt dictum est. Dico etiam, quòd motus circularis, qui solum dicitur circularis propter magnitudinem circularem, circa quam est comparabilis motui recto in velocitate, nam vna musca super circulum mota potest ita velociter moueri super circulum, sicut alia musca super planum motus etiam partis circulariter motæ, quæ pars secundum se totum mutat locum, & pertransit spatium, est comparabilis motui recto, dicimus enim, quod sol velocius mouetur, quam aliquod animal hic inferius, quia maius spatium pertransit in die, quam animal, sed motus circularis, qui dicitur circularis propter figuram subiecti, & propter figuram magnitudinis, circa quam, vel infra quam mouetur, non est comparabilis motui recto in velocitate, & hoc intendit hic

Ad dubitationem. *Replica.* *Solutio.* *Ratio secundi dubij.*

A Phylosophus de velocitate, nam de ratione mobilis sic circulariter moti non est, quod pertranseat aliquid de spatio, quia potest semper esse in eodem loco. si tamen talis motus circularis esset aliquo modo comparabilis motui recto, non esset comparabilis comparatione propriè dicta, de qua Phylosophus hic loquitur. Ad rationem igitur in contrarium est dicendum, cum dicitur, quod sol mouetur velocius, quam animal, &c. Dicendum est, concedendo, quòd motus partis corporis sphærici circulariter moti est comparabilis motui recto, vt patet ex dictis. Ad tertium dubium arguitur probando, quòd ad hoc, quòd aliqua sint comparabilia non requiritur, quòd sint eiusdem speciei, quia nix est albior cigno, & nix, & cignus differunt specie, ergo diuersa in specie sunt comparabilia adinuicem. Et si dicatur, quòd nix, & cignus non sunt primo, & immediate comparabilia adinuicem, sed mediante superficie, in qua albedo est immediate in vtroque, contra, illud non solum, quia argentum, & ferrum sunt adinuicem comparabilia in grauitate, quia argentum est grauius ferro, & tamen primum susceptiuum in vtroque non est idem secundum speciem, B quia in vtroque substantia composita est primum susceptiuũ grauitatis, & non est eadem substantia composita secundum speciem in vtroque. Item terra est grauior aqua, & grauitas est immediate in substantia vtriusque, scilicet, terræ, & aquæ & tamen substantia terræ, & substantia aquæ differunt specie. Item. Corpus sphæricum potest esse grauius, quam corpus trium dimensionum, uel e conuerso, sed ista differunt specie. ergo. In oppositum est Phylosophus. Dicendum est ergo, quod ad comparationem communem non requiritur, quòd quæcunque comparabilia sint eiusdem speciei specialissimæ, vt patet per instantias adductas, sed ad comparationem propriè dictam requiritur, quod proxima susceptiua formæ, secundum quam fit comparatio, sint eiusdem speciei specialissimæ, quoniam vt vult Phylosophus in hoc capitulo, formæ eiusdem speciei requirunt proprium susceptiuum eiusdem speciei, sicut quia albedo, quæ est in homine, & albedo, quæ est in cane sunt eiusdem speciei, ideo habent idem susceptiuum eiusdem speciei in homine, & in cane, scilicet, superficiem. Dico igitur, quod propria substantia formæ, secundum quam fit comparatio, debent esse eiusdem speciei, & ideo illa, quæ primo sunt comparabilia, sunt eiusdem C speciei, sed non oportet, quod omnia comparabilia sint eiusdem speciei, quia non oportet, quod comparabilia remotè, sint eiusdem speciei. Et quando dicitur arguendo in contrarium, quod argentum est grauius ferro, concedo, sed proximum, susceptiuum grauitatis in argento, & in ferro non est substantia composita, sed est corpus de genere quantitatis, quod est idem secundum speciem in argento, & in ferro. Et eodem modo dico, quod in terra, & in aqua proximum susceptiuum grauitatis est corpus de genere quantitatis, oportet enim, vt mihi videtur, sic dicere, quod est aliqua alia dispositio eadem secundum speciem in omnibus generibus, quæ est proximum susceptiuum grauitatis in omnibus generibus, sed tunc esset eodem modo quærendum de proximo susceptiuo illius dispositionis, & sic procederetur in infinitum, vel tandem deueniendum est ad quantitatem, quæ est proximum susceptiuum, & eadem ratione videtur mihi, quod in principio potest poni, quod proximum susceptiuum grauitatis est quantitas, idest, corpus de genere quantitatis, quoniam grauitas extenditur secundum longum, latum, & profundum, & ideo oportet, quòd proximum susceptiuum grauitatis sit extensum secundum longum, D latum, & profundum, sed nulla quantitas præter corpus sic extenditur, ergo. Sed adhuc dubitatur; quia secundum illud nullum accidens commune diuersis subiectis secundum speciem esset in substantia composita tanquam in proximo subiecto, quod videtur inconueniens. Item, si corpus de genere quantitatis esset proximum, & proprium subiectum grauitatis, tunc in omni corpore de genere quantitatis esset grauitas, & sic omne corpus foret graue, &c. Ad horum primum est dicendum, quòd accidentia communia sunt in subiectis communibus primo, sicut accidentia propria sunt primo, & immediate in subiectis proprijs. Dico igitur concedendo, quòd nullum accidens commune diuersium secundum speciem est in substantia composita, tanquam in proximo susceptiuo, sed est in subiecto communi diuersis subiectis, secundum speciem, & hoc vult Phylosophus in libro de sensu, & sensato, & idem vult secundo de anima, quod, quia diaphaneitas non inest aquæ, secundum quod aqua, nec aeri, secundum, quod aer, ideo diaphaneitas in-

Ad rationem secundi dubij. *Prima ratio tertij du.* *Respõsio.* *Replica.* *Secunda ratio tertij du.* *Tertia ratio.*

est primo alicui communi aquę, & aeri. Et si dicatur, quod corpus de genere quantitatis non est commune diuersis subiectis compositis, ergo accidens commune diuersis subiectis non est primo in corpore de genere quantitatis. Dicendum, quod corpus de genere quantitatis non est commune diuersis subiectis secundum prædicationem, est tamen commune per inhærentiam omnibus subiectis compositis. Ad aliud, quando dicitur, quod secundum hoc omne corpus haberet grauitatem. Dicendum, quod non sequitur, quia corpus non est proprium subiectum grauitatis quarto modo proprij, secundum quod proprium est illud, quod conuenit omni, soli, & semper, sed est immediatum, & proprium primo modo proprij, quia grauitas soli corpori inest immediate, sed non inest omni corpori. Et si quæratur, quare igitur vna substantia habet grauitatem, & alia non, cum causa omnis grauitatis sit essentialiter in vtroq. Dicendum, quòd quamuis causa materialis proxima grauitatis sit in diuersis subiectis, ex hoc non sequitur, quòd grauitas erit in eisdem, quia sola causa materialis alicuius formæ non sufficit ad positionem formæ, sed requiritur causa agens proxima, quæ sit eadem omnium substantiarum compositarū.

Tex. c. 68. 69. 71.

Ad quartum dubium. Ad quartum dubium, quod est de æquiuocatione generis dicendum, quòd aliquid dicitur vniuocum vniuocans tripliciter, videlicet, largè, strictè, & magis strictè, vniuocum largè est omne illud, quod habet vnum conceptum communem multis, siue ille conceptus conueniat eis secundum prius, & posterius, siue conueniat eis æqualiter, & illo modo transcendentia, aut ens, vnum &c. sunt vniuocum, vel vniuoca. Sed strictè loquendo illud dicitur esse vniuocum, quod pluribus conueniunt æqualiter sine differentia prioris, & posterioris, & sic genus est vniuocum, quia conuenit omnibus suis speciebus æqualiter. Tertio autem modo illud dicitur vniuocum magis proprie, quod habet vnum conceptum indiuisibilem secundum differentias specificas, & illo modo sola species specialissima est vniuocū. Eodem igitur modo dico, quòd æquiuocum dicitur tripliciter vt largè, strictè, & magis strictè. Vnde largè loquendo, omne illud dicitur æquiuocum, quod non habet vnum conceptum indiuisibilem per differentias specificas, & illo modo genus, est æquiuocum, & sic loquitur Phylosophus de æquiuoco dicens, quòd in genere latent multæ æquiuocationes. Sed secūdo modo, scilicet, strictè, omne illud dicitur æquiuocum, quod non habet vnum conceptum æqualiter conuenientem omnibus, de quibus dicitur, & illo modo ens, vnum, actus, & cætera accidentia trascendentia dicuntur æquiuoca. Magis vero strictè omne illud dicitur æquiuocum, quod non habet vnū conceptum communem illis, de quibus dicitur, & sic hoc nomen canis, & alia æquiuoca actu dicuntur æquiuoca, patet igitur, qualiter genus est æquiuocum, & etiā qualiter est vniuocum.

At vero quonam modo alterationes æque celeres sint. Si igitur sanari est alterari, fit autem, vt alius celerius, alius tardius sanetur, & aliqui simul. Sunt alterationes profecto celeritatis æqualis, in tempore nanque æquali sunt alterati.

Tex. c. 32. *De alteratione autem, quomodo est æqualiter velox altera alteri, si iamque est ipsum sanari alterari. Est autem hunc quidem velociter, alium tarde sanatum esse, & simul quosdam, quare erit alteratio ęqualiter velox, in æquali enim tempore alteratum est.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua determinatur de cōparatione alterationum adinuicem, & continet duas particulas, quia in prima declaratur, qualiter alterationes sunt adinuicem comparabile. In secunda ibi. [Sed quod alteratur.] Mouet, & soluit duas dubitationes circa comparationem alterationum adinuicem. In prima igitur particula huius partis Phylosophus proponit intentionem suam dicens, quod de alteratione considerandum est, ostendendo, quando vna alteratio est æque velox alteri. Et itaque. &c. Hic Phylosophus determinat veritatem, ostendendo, quòd aliquæ alterationes possunt esse æque veloces, & hæc est decimaquinta conclusio de annexis, quæ probatur sic. Si sanari est alterari, & contingit vnum hominem sanari velociter, & alium tarde, & etiam contingit aliquos simul sanari secundum alterationes, quæ simul fiunt æquales, & æque veloces cæteris paribus, ergo possibile est, duas alterationes esse æque veloces,

Decima quinta cōclusio de annexis.

quia si hoc non esset possibile, hoc esset, quia non possunt esse in æquali tempore, sed hoc non est verum, quia duæ alterationes possunt esse in æquali tempore, quia quandoque sunt simul in eodem tempore omnino. Intelligendum, quod Phylosophus non asserit hic, quòd sanari sit alterari, cum prius probauit, quod ad sanitatem non est motus. Vnde Phylosophus non loquitur hic de sanitate, nisi gratia exempli, & potest poni exemplum in his, ad quæ est per se alteratio, quia contingit aliqua calefactibilia in æquali tempore calefieri, & per consequens alterari, ergo duæ alterationes possunt esse æque veloces.

Sed quid est id, quod ad alterationem accommodatur. Non enim dicitur hic æquale, sed ve æqualitas in quantitate, sic similitudo dicitur hic. Verum sit cum æqualitate temporis idem, in quo celeritas alterationis æqua consistit. Vtrum igitur eo, in quo est affectus, an ipso affectu comparare alterationes oporteat. Atque hic quidem eandem sanitatem esse, quæ neque magis, neque minus, sed similiter inest, sumere licet. Sed si affectus alius sit, vt si hoc dealbetur, illud sanetur, his nihil est idem, vel æquale, vel simile, vt hæc alterationis species faciunt, nec vna est alteratio, sicut nec loci latio. Quare sumendum est, quot alterationis, & quot idem lationis species sunt: Si igitur ea, quæ mouentur, specie differunt, quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus sane specie differeent. Si genere, genere, si numero, numero.

Sed quod alteratum est inæquale est, æquale est, æquale enim hic non dicitur, sed sicut in quantitate qualitas, ita hic similitudo, sed sit idem, quod mutatum est in æquali tempore æque velox. Vtrum ergo, in quo passio, aut passionem oportet comparare. Hic quidem igitur, quòd sanitas eadem sit est accipere, aut neque magis, neque minus, sed similiter existit. Si autem altera passio sit, qua alteratur, quod sit album, & quod sanatur his nihil idem, neque ęquale, neque simile, aut iam hæc species faciunt alterationis, & non est vna, sicut ne que loci mutatio. Quare considerandum, quot sunt species alterationis, & quot loci mutationis. Siquidem igitur, quæ mouentur, specie differunt, quorum sunt motus, secundum ipsa, & non secundum accidens, & motus specie differunt, si vero genere, genere, si autem numero numero.

HÆc est secunda particula secundæ partis secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus mouet duas dubitationes circa alterationem, quarum prima est. Cum æqualitas proprie sit in quantitate, & non in qualitate, & similitudo in qualitate non videtur, quod in alteratione, vbi est motus ad qualitatem, sit æqualitas, sed magis similitudo. Ad hoc Phylosophus respondet per hoc, quod æqualitas in alteratione attenditur penes quantitatem temporis, & non penes qualitatem. Vnde, quia in æquali tempore sanatur homo, & illud ideo dicitur alteratio æqualis alterationi, sed quia tempus est extrinsecum a qualitate a motu ad qualitatem, si æqualis fuerit in substantia motus, oportet plus quam temporis æqualitatem addere ad æqualitatem alterationum, vel alterationis, & sunt duo alia addenda, scilicet, quod qualitates, secundum quas fiunt alterationes, sunt eiusdem speciei specialissimæ, & quòd vna non sit intensior, quam alia. Tria igitur requiruntur ad æqualitatem alterationum, videlicet, æqualitas temporis, in quo fiunt alterationes, & vnitas specifica qualitatum, secundum quas fit alteratio, & simili-

Prima dubitatio. Solutio.

tudo

tudo qualitatum in intensione, & remissione. Ita, quòd vna qualitatum, secundum quas fiunt alterationes, non sit intensior, quam alia. Quare ad sciendum, quæ alterationes, vel qui motus sunt comparabiles, considerandum est ad alterationes, & motus, vtrum sint eiusdem speciei, vel non, quia si non sint eiusdem speciei non sunt adinuicem comparabiles. Intelligendum, quòd æqualitas primo, & principaliter reperitur in quantitate, similitudo in qualitate, & identitas in substantia, tamen secundario vnumquodque eorũ reperitur in vnoquoq; istorum prædicamentorum, quoniam æqualitas prima reperitur in quantitate, secundario vero in qualitate, & in substantia, similitudo autem primo, & principaliter reperitur in qualitate, & secundario in quantitate, & substantia, sed identitas principaliter inest substantiæ, secundario vero alijs prædicamentis.

At si alterationes sint æque celeres, vtrum ad affectum, si sit idem, vel similis, an ad id quod alteratur respicere oporteat, veluti si huius quidem tantum, huius autem tantum sit dealbatum.

Tex.c.33. *Si igitur, vtrum oporteet ad passionem respicere, si idem, aut sint similes, aut æqualiter veloces alterationes, aut in id, quod alteratur, vt si huius quidem huius albatum sit, huius autem tantum.*

Secunda dubitatio. SEcunda quæstio, quã mouet, & soluit Phylosophus est ista. Cum in ipsa alteratione sint duo, videlicet, qualitas, secundum quam alteratio attenditur, & subiectum deferẽs alterationem, est dubitatio, vtrum æqualitas alterationis sit accidens solum secundum æqualitatem qualitatis, secundum quam fit alteratio, vel secundum æqualitatem subiecti solum, vel secundum vtruoque.

An ad vtrunque, at eadem est, aut alia, si idem, aut alius sit affectus, æqualis vero, aut inæqualis, si æquale, aut inæquale sit illud.

Aut in vtraque, & eadem quidem, aut alia passione secundum quod eadem. Equalis autem, aut inæqualis secundum quod illa inæqualis.

Solutio dubitationis. HIc Phylosophus soluit dubitationem illam, intendens dicere, quòd oportet respicere in vtraque, scilicet, in passionem, hoc est in qualitatem, & in subiectum qualitatis, ita quòd ad æqualitatem duarum alterationum requiruntur duo, scilicet, æqualitas qualitatum, & æqualitas subiectorũ. Ex parte qualitatis attenditur duplex identitas, videlicet, vna, quod æqualitas sit vna secundum speciem. Alia, quòd nõ insit secũdum magis, & minus, sed æqualiter, ex parte autem subiecti requiritur æqualitas quantitatiua alterati ad alteratum, quoniã ad hoc, quod duæ dealbationes sint æquales, oportet, quòd tãtum, & non plus dealbetur per vnam dealbationem, quãtum dealbatur per aliam dealbationem. Vnde sciendum est hic, quod æqualitas alterationum accipitur dupliciter, scilicet, large, & strictè. Illæ alterationes sunt æquales large loquendo, quæ fiunt in æquali tempore, & ad qualitates eiusdem speciei, & sub eodem gradu, vel omnino consimili, sed ad æqualitatem, alterationum propriè loquendo requiruntur ista omnia dicta, & etiam plus, scilicet, æqualitas quantitatiua subiectorũ. Vnde Commen. dicit, & debes scire, quod consideratio coniunctionis, idest, comparationis in alteratione, si fuerit secundũ subiectum tantum erit per accidens, & si fuerit secundum solã passionem non erit æqualitas perfecta, sed solum similitudo, ergo in consideratione æqualitatis perfecte, hęc duo requiruntur, videlicet, similitudo passionis, & æqualitatis subiecti, hæc Commen. Intelligendum etiam, quod secundum quod apparet per Phylosophum hic ad perfectam æqualitatem alterationum, non requiritur identitas specifica alteratorum, sed magis æqualitas quantitatiua subiectorum, quæ alterantur.

In generatione etiam, & corruptione idem considerandum est. Quonam modo est æque cæleris, atque cælerior generatio. An æque cæleris est, si in æquali tempore generetur idem, ac indiuiduum, vt homo, sed non animal, cælerior autem si in æquali diuersum.

Tex.c.34. *Et in generatione autem, & corruptione idem considerandum est, quomodo æque velox generatio est, si in æquali tempore idem indiuisibile, vt homo, sed non animal. Velocior autem est, si in æquali tempore alterum est.*

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus determinat de comparatione generationis, & corruptionis, ostendẽdo, quid requiritur ad æqualitatem generationũ, & corruptionũ, & cõtinet duas particulas, quia in prima narrat, quõ fit cõparatio in generatione, & corruptione, in secunda ibi. [Non enim habemus] remouet quoddã dubiũ. In prima igitur particula huius partis Phylosophus intendit dicere, quòd vna generatio dicitur æque velox cum alia, sed si in æquali tempore aliquod indiuisibile secundum speciem simul generatur cũ alio, vnde si generentur indiuidua eiusdẽ speciei specialissimæ, & non tantum eiusdẽ generis, vt si duo homines in ęquali tẽpore generentur generatio vnius dicitur æqualis generationi alterius, & si illę generationes nõ sint ęquales in tempore ęquali, sed inęquali, tũc vna generatio est velocior alia. Dubium.

Non enim habemus, quænam sint ea duo, in quibus est ipsa diuersitas. Quemadmodum habemus ea, in quibus est dissimilitudo. Quod si substãtia numerus est, plus erit, & minus numeri speciei eiusdem. Sed ipsum commune nomine caret, atq; vtrunque quale est. In qualitate quidem plus affectus, aut excedẽs magis, in quantitate autẽ maius.

Non enim habemus aliqua duo, in quibus alteritas est, sed est inæqualitas. Et si numerus, substantia, maior, & minor numerus similis speciei. Sed æquiuocum est, quod commune, & vtrunque, sicut quæ plus, passio autem excellens magis, quantum autem maius.

HÆc est secũda particula huius partis, in qua Phylosophus remouet quoddam dubium, quoniam videtur, quod illæ descriptiones generationum æqualium, & inæqualium sint insufficientes. Non enim videtur, quòd ad hoc, quod generationes sint æquales, sufficiat, quod sint substantiarum eiusdem speciei & in æquali tempore, nec ad hoc, quòd sint inæquales, quòd sint in tempore inæquali, sed videtur, quòd oportet plus addere. Sicut enim in diffiniendo alterationes æquales nõ sufficit dicere, quòd sint in æquali tempore, & ad qualitates eiusdẽ speciei, sed oportet plus addere, scilicet, quòd sint ad qualitates eiusdem gradus, seu perfectionis, & proportionabiliter est de alterationibus inæqualibus, similiter ad describendum motus locales æque veloces, non sufficit dicere, quod sint secundũ magnitudines eiusdem speciei, & in æquali tempore, sed oportet addere, quòd sint secundum magnitudines æquales. Vnde illi motus locales sunt æque veloces, qui sunt in æquali tempore, secundum magnitudines eiusdem speciei æquales. ergo eodem modo videtur, quod ad diffiniendum generationes æque veloces non sufficit dicere, quod sint substantiarum eiusdẽ speciei, & in æquali tẽpore, sed oportet plus addere. Ad illud dubium respondet Phylosophus dicens, quod quia nõ habemus aliquod nomen commune ad duo, secundum quæ attenditur diuersitas generationis velocioris, & tardioris, ideo contentus est in sic diffiniendo, generationes æque veloces, & generationẽ velociorẽ. Non. n. in substantijs habemus nomẽ cõmune ad duo secundũ quæ diuersificantur illa, penes quę attenditur gñatio velocior, & tardior, sicut habemus nomẽ cõe ad illa, secundũ quę attendũtur alteratio velocior, & tardior. quod est hoc nomẽ dissimilitudo, quod est cõe illis secundũ quę alteratio dr velocior, & tardior, secundũ. n. qualitatẽ imperfectiorẽ, secũdũ quã attẽditur alteratio velocior est aliqd alteri dissimile, & ẽt secundum qualitatẽ imperfectiorẽ, secundum quã attẽditur alteratio tardior est aliqd alteri dissimile, & sic dissimilitudo, seu cã dissimilitudinis, cõis qualitati perfectiori, & imperfectiori, secundũ quas dicitur alteratio velocior, & tardior, sed in substãtijs non dicitur Respõsio.

A vna generatio tardior, siue velocior alia, propter maiorem, vel minorem perfectionem substantiæ generatæ, quia in substantijs non sunt in eadem specie specialissima vnum indiuiduum perfectius, & aliud imperfectius, quantum ad perfectionem essentialem in substantia, quia substantia non suscipit magis, & minus, & ideo non dicitur vna generatio velocior, & alia tardior, propter maiorem, vel minorem perfectionem substãtiæ generatæ, sed oportet quærere aliam, vel alias causas, quibus causis velocitatis, & tarditatis non est vnum nomen commune impositum, & Phylosophus contentus est prædictis descriptionibus generationum æqualium, & generationis velocioris, & tardioris. Si tamen esset nomen commune impositũ causis generationum æqualium, & generationis velocioris, & tardioris, illud nomen forte fuisset addendum in supradictis descriptionibus generationum æqualium, & generationis velocioris, & tardioris, sed quia illud, quod foret commune talibus diuersis, secundum quæ attenditur generatio velocior, & tardior est innominatum. Similiter vtrunque istorum in speciali, secundum quæ attenditur generatio velocior, & tardior est innominatum, ideo Phylosophus est contentus supradictis descriptionibus generationum æqualium, & generationis velocioris, & tardioris. B Sed in alteratione, & motu locali, est nomen commune impositum illis, secundum quæ attenditur motus velocior, & tardior, vt dictum est, & etiam est nomen impositum illis in speciali, secundum quæ attenduntur velocitas, & tarditas in motibus alterationis, & secundum locum illud nomen, penes quod alteratio dicitur velocior, & tardior, est qualitas magis excellens, quoniam illa alteratio, est velocior, per quam in æquali tempore acquiritur qualitas magis excellens. Et similiter illud, penes quod motus localis dicitur velocior, & tardior est nominatum, quia vocatur maius spatium, nam ille motus localis est velocior, secundum quem in æquali tempore pertransitur maius spatium. Vnde secundum veritatem illis, ratione quorum attenditur velocitas, & tarditas in generationibus, non est nomen impositum in communi, nec in speciali, si tamen numerus esset in substantia, sic quod substantia componeretur ex numeris, vt dicebant antiqui, generatio velocior sic describeretur, generatio velocior est, qua in æquali tempore generatur numerus maior, & illa tardior, in qua æquali tempore generatur numerus minor, & hoc in generationibus substantiarum eiusdem speciei, C sed secundum veritatem non est ita, quòd numerus sit substantia rerum, sed bene est verum, quod in substantijs, nomen commune causis velocitatis, & tarditatis generationis est innominatum, & vtraque causa in speciali est innominata, & in alteratione, & in motu locali, & augmentationis vtraque causa velocitatis, & tardioris est innominata in speciali, vt prius est dictum.

Primum notan. Sed hic sunt quinque notanda, primum est, quòd cum Phylosophus dicit hic vnam generationem esse velociorem, vel tardiorem alia, non intelligit per generationem mutationem subitam, quæ est subitus prouentus formæ substantialis, quia talis generatio mensuratur instanti, & per consequens nulla generatio talis est velocior, aut tardior, quia omnes tales generationes sunt in mensura æquali, & per consequens nulla talis generatio est velocior alia, quoniam velocitas, & tarditas tempore terminantur, & non sunt in instanti, sed per generationem intelligit alterationem præcedentem inductionem subitam formæ substantialis simul cum inductione formæ substantialis, ita quod per generationem intelligit alterationem includentem terminum suum, idest, inductionem formæ substantialis, & talium generationum vna potest esse velocior, vel tardior alia.

Secũdum notan. Secundo est notandum, quòd ad hoc, quòd aliqua sint comparabilia secundum D velocitatem, & tarditatem, requiritur, quòd illa, penes quæ attenditur velocitas, & tarditas habeant nomen commune, quo conueniunt, & nomina propria, quibus distinguuntur, nam in nomine communi comparantur secundum qualitatem, & secundum nomina propria comparantur secundum velocitatem, & tarditatem, verbi gratia, duæ alterationes æque veloces sunt ad qualitates similes, & sic æqualis velocitas attenditur penes qualitates, quæ conueniunt in hoc communi, quod est esse similes, aut similis, & alterationes, quarum vna est velocior alia distinguuntur per nomina propria qualitatum, ratione quarum attenditur velocitas, & tarditas, quia alteratio velocior est ad qualitatem fortiorem, seu intensiorem, & alteratio tardior est ad qualitatem debiliorem, seu remissiorem, & sic alteratio velocior, & tardior comparantur in velocitate, & tarditate per nomina propria qualitatum ad quas sunt, ratione quarum attenduntur velocitas, & tarditas, &c.

Tertium nota. Tertio est notandum, quod illa, ratione quorum A attenduntur velocitas, & tarditas in generationibus non habeat nomen commune præcise illis, nec habent nomina propria. Ratio primi est, quia velocitas, & tarditas in generationibus possunt ex multis causis contingere, quibus præcise est vnum nomen impositum, potest enim velocitas, & tarditas in generationibus contingere, vel ratione materiæ, vel ratione agentis, vel ratione distantiæ inter agens, & passum, & sic de multis alijs causis, verbi gratia: Ex parte materiæ quandoque accidit velocitas, & tarditas, quia si vna materia sit maior alia cæteris paribus, aut si vna materia magis resistat agenti, quã alia, vna generatio erit velocior, & alia tardior, vt si vnus ignis generetur ex aqua, & alius ex aere tantæ quantitatis, generatio ignis generati ex aqua erit tardior propter maiorem resistentiam materiæ, ex qua fit, & generatio ignis ex aere erit velocior propter minorem resistentiam passi, seu materiæ, ex qua fit, si igitur vnus ignis generetur ex magna aqua, & alter ex parua aqua, cæteris paribus, vt si generans vtrobique sit æqualis potentiæ, generatio ignis ex parua aqua, erit velocior, quam generatio ignis ex magna aqua. Similiter propter distantiam inter agens, & passum, potest vna generatio esse uelocior, & alia tardior, quia ubi est maior distantia inter agẽs, B & passum, cæteris paribus, ibi erit generatio tardior, & ubi est minor distantia, ibi erit generatio uelocior. Et quia omnibus istis causis uelocitatis, & tarditatis generationis non est nomen commune præcise impositum illis, ideo in generationibus illa, penes quæ attenduntur uelocitas, & tarditas in generationibus non habent nomen commune præcise illis, Et propter illud forsan illa, secundum quæ attenditur uelocitas, & tarditas in generationibus, non habent duo propria nomina præcise, unum penes quod attenditur uelocitas, aliud uero penes quod attenditur tarditas, propter multitudinem causarum, ex quibus uelocitas, & tarditas contingunt generationibus. Vel forte hoc est, quia maxime uidentur habere propria nomina ex terminis ipsarum generationum, sicut contingit in alteratione, & in alijs motibus, sed ex diuersitate terminorum non habent nomina propria, quia substantiæ terminantes generationem uelociorem, & tardiorem non differunt secundũ magis, & minus, & sic ratione terminorum non habent causæ uelocitatis, & tarditatis generationis nomina propria, quia termini generationum formarum eiusdem speciei non differunt secundum magis perfectum, & minus perfectum, & ideo in C substantijs non est nomen commune impositum istis differentijs, nec etiam habent nomina propria, sicut in qualitate, & quantitate, quoniam in qualitate differunt secundum magis, & minus, & hoc habet intelligi intensiue. Et Commen. dicit, quod illa, quæ diuersificantur in qualitate, dicuntur qualitates fortiores, & debiliores, sed in quantitate dicuntur magis, & minus, quod habet intelligi extensiue. Quartum notan. Quarto est notandũ, quòd quantum ad causas uelocitatis, & tarditatis est differentia inter alterationem, & generationem, quia ad hoc, quod alterationes sint æque ueloces, oportet considerare ex parte terminorum ad duo, scilicet, ad unitatem specificam qualitatum terminantium alterationes, & etiam ad unitatem graduum perfectionis ad eosdem terminos, sed in generatione substantiæ, ex parte terminorum est considerandum solum ad unitatem specificam generationum sic, quòd non oportet inspicere ad gradus, cum substantia non suscipiat magis, & minus. Quintum notan. Quinto est notandum, quòd uelocitas, & tarditas generationis accipiuntur dupliciter, uidelicet large, & stricte, unde large loquẽdo de uelocitate, & tarditate generationum, sic omnes generationes, quę sunt in æquali tempore, dicuntur æque ueloces, & quæ complentur in minori tempore, dicuntur velociores, D & quę in minori tempore, dicuntur tardiores, siue termini illarum generationum sint eiusdem speciei, siue differant specie. Vnde dicimus communiter, quod ita velox est generatio ignis ex aere, sicut est generatio aeris ex aqua, & hoc si fiant in eodem tempore, uel in ęquali, tamen stricte loquendo de generatione substantiæ sic solę generationes substantiæ eiusdẽ speciei sunt comparabiles in uelocitate, & tarditate generationum, & sic loquitur hic Phyl. de uelocitate, & tarditate generationis. Sed hæc hactenus.

Cum autem omne quod mouet, & aliquid semper moueat, & in aliquo, & vsque ad aliquod. Atque in aliquo dico, quia in tempore. Vsque ad aliquid, quia per quantitatem aliquam mouet. Semper enim simul mouet, ac mouit. Quare quantitas, quædam erit, per quam est motum, atq; in quãto.

Quoniam

Tex.c.35. *Quoniam autem mouens mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsque ad aliquid. Dico autem in aliquo, quia in tempore. Vsque autem ad aliquid, quia ad quantam aliquam longitudinem, semper enim simul mouet, & mouetur, quare quantum aliquid erit, quod motum est, & in quanto.*

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo Phylosophus determinat de motibus respectu suorum motorum, ostendendo proportionem inter motorem, & mobile requisitam ad hoc, quòd ab aliquo motore mobile moueatur, & continet duas partes principales, quoniam in prima comparat adinuicem motum, & mobile secundum locum, ostendens quid requiratur ad hoc, quod motor moueat mobile. In secunda ibi. [Sicut ergo in alteratione.] comparat motorem, & mobile secundum alterationem adinuicem, ostendens proportionem, quæ requiritur inter illa. Prima pars continet tres particulas, quoniam in prima ponit regulas veras firmiter observandas acceptas secundum diuisionem mobilis, & motoris. In secunda ibi. [Et si ipsum] remouet duas regulas falsas. In tertia ibi. [Si vero] ponit vnam regulam veram acceptam secundum additionem factam mobili, & motori. In prima igitur particula huius partis Phylosophus primo præmittit quoddam necessarium ad propositum, simul imponens nomina motori, & mobili, & spatio, secundo vero ponit Phylosophus regulas. Primo igitur Phylosophus præmittit quoddam necessarium ad propositum, & est, quòd mouens localiter semper mouet aliquod mobile, scilicet, quantum in aliquo. quia in aliquo tempore, & vsque ad aliquid. idest, vsque ad aliquem terminum idest, ad aliquam longitudinem, seu spatium, quantum ad ipsum mouens, quod simul dum mouet mouetur, & ideo oportet, quod ipsum mouens sit quantum in quanto, idest, spatio quanto, & quòd moueatur in tempore quanto, vnde de mouente corporeo, de quo Phylosophus hic loquitur, oportet, quod simul moueatur, dum mouet, & quod sit quantum existens in loco, seu spatio quanto, & Commen. dicit, quod Phylosophus loquitur hic de motore extrinseco, qui est corpus, quoniam motor, qui quando mouet, mouetur est corpus necessario, quod non est verum de omni motore. Et credo, quod omne corpus mouens, secundum locum tantum, simul mouet secundum locum, & mouetur secundum locum, & tamen non oportet, omne corpus mouens secundum locum, & similiter alterando moueri secundum locum. vt patet de magnete mouente ferrum secundum locum, alterando ferrum.

Hæc, inquam, cum ita sint, si a, quidem sit id, quod mouet, b, vero id, quod mouetur, & c, sit lõgitudo, per quam, & d tempus, in quo est motũ. In tempore nimirum æquali, potentia æqualis a, dimidium ipsius b, per duplum mouebit ipsius c, per ipsum autem c, in dimidio temporis d. Sic enim erit rationis similitudo.

Sit igitur a, quod est mouens, b, autem, quod mouetur, quantacunque autem longitudo mota c, in quantacunque est tempore, in quo est d. In æquali igitur tempore æqualis potentia ei, in quo est a, medietatem ipsius b, duplicem ipsius c, transibit, ipsum autem c, in medietate ipsius d, sic enim erit analogia.

Demonstratio.

A. Mouens.

B. Mobile.

C. Spatium.

D. Tempus.

Hic Phylosophus imponit nomina motori, & moto, & spatio, & tempori imponens a, ad significandum motorem, & b, ad significandam mobile motum, & longitudini super quam mouetur, imponit hanc literam c, & tempori, in quo fit motus, imponit hanc literam d, quibus nominibus sic positis, ponit regolas, & hoc ibi, scilicet. [In æquali.] ergo, &c. vbi Phylosophus ponit regulas acceptas secundum diuisionem motoris, & mobilis, & primo ponit duas regulas acceptas secundum diuisionem solius mobilis, quarum potentia est, quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore eadem potentia, vel æqualis sibi potest mouere medietatem illius mobilis, vel aliquid æquale medietati per duplum spatium in eodem, vel in æquali tempore, & hoc ponit Phylosophus in terminis a, b. c, &c.

Et si potentia eadem hoc in tempore per tantum spatium moueat, per ipsius etiam dimidium idem in dimidio sanè mouebit.

Et si eadem potentia idem in hoc tantundem mouet, & medietatem in medietate mouebit. Tex.c.36.

Secunda regula consistit in hoc, videlicet, quòd eadem potentia, vel æqualis mouebit medietatem mobilis, vel æquale medietati per idem, vel æquale spatium in medietate temporis, vel in tempore æquali medietati illius temporis. Vnde istæ duæ regolæ sunt duæ conclusiones anotæ proposito principali, videlicet, vigesimasexta, & vigesimaseptima, quas Phylosophus probat vnico medio dicens, quòd sient analogia, idest, proportio, vel comparatio conueniens, & potest vnum medium adduci ad vtranque istarum conclusionum, quod est tale. Quæ est proportio potentiarum mouentium ad potentias rerum motarum, eadem est proportio velocitatis vnius motus ad velocitatem alterius motus, nam proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem potentiæ motoris ad potentiam rei motæ. Intelligendo per potentiam motoris, virtutem actiuam, seu motiuam eius, & per potentiam rei motæ virtutem eius resistiuam, per illud igitur medium probatur prima conclusio sic. Potentia motoris excedit potentiam medietatis mobilis in duplo magis, quã excedat potentiam totius mobilis, ergo in duplo velocius, mouebit medietatem mobilis, quam totum mobile, sed per motum localem velociorem in duplo pertransitur duplum spatium in eodem tempore, vel in æquali, ergo si aliqua potentia moueat localiter aliquod mobile per aliquod spatium, in aliquo tempore, eadem potentia, vel æqualis mouebit medietatem mobilis per duplum spatium in eodem tempore, vel in æquali, cum proportio motoris ad potentiam medietatis mobilis excedat in duplo potentiam eiusdem motoris ad potentiam resistiuam totius mobilis. Secunda autem conclusio probatur per idem medium, quia proportio potentiæ motoris respectu medietatis est dupla ad proportionem eiusdem potentiæ motoris respectu eiusdem mobilis, ergo mouebit medietatem motu velociori in duplo sed per motum in duplo velociorem pertransitur idem, vel æquale spatium in medietate temporis, ergo tota potentia mouet medietatem mobilis per equale spatium in medietate temporis, ergo tota potẽtia mouet medietatem mobilis per æquale spatium in medietate temporis. Vnde hic sunt tria notanda. Primum est, quod Phylosophus loquitur hic de motoribus diuisibilibus, qualis non est motor corporum cælestium, quoniam motor, de quo hic loquitur Phylosophus est motor extrinsecus, & non virtus in corpore, & secundum Commen. talis motor non est, nisi corpus diuisibile, quod est quantum, & sic Phylosophus non loquitur hic de motoribus corporum cęlestium, nec de corporibus cælestibus motis. Vnde dicit Commen. quod Phylosophus non loquitur hic, nisi de motoribus materialibus, & illa perscrutatio est vtilis in dispositionibus motorum non materialium, vt postea declarabitur. Secundo est notandum, quòd omnes regulæ hic positæ sunt intelligendæ cum illa additione, scilicet, cæteris paribus, & ideo si medium plus resistat in motu vnius, quam alterius, non tenent dictę regulæ, quia non omnia reliqua a motore, & mobili sunt paria, & ideo si aliquis posset proiicere aliquem lapidem per aliquod spatiũ, non oportet propter hoc quòd posset proiicere medietatem lapidis per duplum spatium in eodem tempore, vel æquali, quia medium plus resistit medietati mobilis, quam toti mobili, vel forte Phylosophus per mobile intelligit totum resistens, vnde si in potentia resistiua mobilis intelligitur tota resistentia ex parte mobilis, & ex parte medij, sic sunt illæ regulæ omnino veræ, dummodo alia omnia sint paria. Tertio est

Vigesima sexta, & septima conclusiones aoneq.

Primum notan.

Secũdum notan.

Tertium notan.

A est notandum secundum Commen. hic, quod in omni motu est resistentia inter motorem, & rem motam, siue motio fuerit naturalis, siue non naturalis, & illa resistentia est communis secundum quòd alterum est agens, & reliquum patiens, vnde dicimus in virtutibus mouentibus cælestibus, quòd non quæcunque potentia mouet quodcunque corpus cæleste, sed qualibet potentia mouet corpus proprium in velocitate propria, & omnes motores conueniunt in hoc, quod mouent in infinitum & secundum hunc motum non est proportio inter eas, & motum, sed secundum quòd vnaquæque earum mouet corpus proprium velocitate propria secundum hunc motum habent proportionem propriam ad motum, vel cum motu, hæc Commen. vnde vno modo est proportio inter motores corporum cælestium, & alio modo non, secundum enim quod est resistentia inter motorem, & rem motam est proportio, quia inter aliquem motorem corporis cælestis, & rem motam ab eo est maior resistentia, quam inter illum motorem corporis cælestis, & corpus cæleste motum ab eo, & ideo vnum corpus cæleste mouetur velocius, & aliud tardius, sed non est proportio inter motores corporum cælestium, quantum ad mouere in tempore. Non enim mouet vnus motor cælestis in maiori tempore, & alius in minori, sed omnes mouent per tempus infinitum.

Primum dubi. Sed dubitauit Commen. quia ex quo ista proportio inter motores cælestes est indiuisibilis, est dubium, vnde accidit istis potentijs mouentibus, quòd vna mouet velocius, & alia tardius.

B **Responsio.** Huic respondet Commen. d. quod forte hoc accidit ex diuersitate istorum motorum cælestium in nobilitate secundum magis, & minus, & ex diuersitate corporum, quæ mouentur ab eis, hoc autem, scilicet, quòd motus corporum cælestium est in tempore, licet non sit proportio inter potentias motiuas, & mobiles, scilicet, quantum ad hoc, quòd vnus motor moueat suum mobile in maiori tempore, vel in minori, vt in tempore duplo, vel dimidio, accidit ex natura motus, quia de natura motus est esse in tempore, si tamen aliquis motor haberet in materia potentiam infinitam, scilicet ad mouendũ, per tempus infinitum contingeret, vt motus esset in non tempore, hæc Commen. Et, vt mihi videtur, causa huius est, quia si motor in materia posset mouere per tempus infinitum, cũ motor in materia continue debilitetur in mouendo, ille motor esset vigoris infiniti, aliter non posset mouere per tempus infinitum, & si motor esset infiniti vigoris, possibile esset, quòd ille moueret in non tempore.

Secundum dubi. Sed dubitauit, quia cũ motores cælestes sint indiuisibiles, non videtur, quòd vnus excedat alium in vigore, aut mobilitate, quia omne excellens diuiditur in illud, per quod excedit, & in æquali excessu, vt patet,

C quia tria excedunt duo in vno, ideo tria diuiduntur in duo, & vnum, si igitur vnus motor cælestis excedat alium, sequitur

Responsio. quod ille motor excedens sit diuisibilis. Dicendum est igitur, quod omne excedens diuiditur, & non in se, sed in comparatione ad aliud extrinsecum, puta in comparatione ad actionẽ, vel resistentiam, quia agens potest in duplo, vel in triplo plus agere, & mobile in duplo, vel in triplo plus agere, & mobile in duplo, vel in triplo minus potest ei resistere. Vnde est sciendũ, quòd in omni motu est triplex resistentia, aliter non esset successio in motu, & huiusmodi resistentia est triplex, scilicet, quædam ex parte mobilis tantum, vt in motibus corporum cælestium, & quædam ex parte medij tantum, vt in motibus naturalibus elementorum ad sua loca. In his enim motibus mediũ resistit motori, & non mobile, quia idem est mouens, & mobile, & idem non resistit sibiipsi, quædam vero est resistentia ex parte mobilis, & ex parte medij, vt in motu progressiuo animalis in aere, & aqua. Intelligendum etiam, quod cum dicitur, quod potentia motiua motoris excedit potentiam resistiuam mobilis, aut quod potentia resistiua est minor, quam potentia motiua motoris, hoc nõ intelligitur sic, scilicet, quòd potentia resistiua potest minus mouere, sed intelligitur sic, videlicet, quod

D potentia resistiua est minor in resistendo, quam potẽtia motiua in mouẽdo. Et si dubitatur, vtrũ resistentia sit potentia actiua, vel passiua, potest probabiliter dici, quod potentia actiua est duplex, quia quædam est productiua, quædam vero impeditiua actionis, dico tunc, quod potentia resistiua est actiua impediẽdo, vel tardando actionem, non in producendo actionem.

Et dimidium potentiæ dimidium per æquale spatium in tempore mouebit æquali. Ipsius.n potentiæ a. sit dimidiũ f, & ipsius b, sit dimidiũ g. Vires igitur ad põdera similiter sese habẽt vt patet. Quare per æquale, in tẽpore mouebit, ac æquali.

A *Et media virtus medium mouebit in æquali tempore per æquale, vt ipsius a, potentiæ sit, & medietas, quæ est ipsum e, & ipsius b, z, sit medium. Similiter igitur se habet, & secundum analogiam virtus ad graue. Quare æquale, & in æquali tempore mouebit.*

Demonstratio.

E ——— A

Sit medietas potentiæ.

Z ——— B

Sit medietas mobilis.

Positis regulis quæ sumuntur secundum diuisionem mobilis, ponit vnam regulam acceptam secundum diuisionẽ tam mobilis, quam motoris, quæ talis est. Si aliqua potentia

B moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medietas illius potentiæ potest mouere medietatem illius mobilis per idem spatium in æquali tempore, & hæc est decimaoctaua conclusio de annexis, quam conclusionem ponit Phylosophus in terminis, scilicet a, b, c, & probat conclusionem per hoc. **Decimaoctaua cõclusio de annexis.** Quia quæ est proportio potentiarum mouentium ad potentias rerum motarum, talis est proportio velocitatis vnius motus ad velocitatem alterius motus, sed proportio potentiæ totius motoris ad potentiam totius mobilis est, sicut proportio potentiæ medietatis motoris ad potentiã medietatis mobilis, ergo motus totius mobilis a toto motore est æque velox cum motu medietatis mobilis a medietate motoris, sed per motus æque veloces pertransitur æquale spatium in eodem tempore, vel in tempore æquali, ergo si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spatium, medietas potentiæ motoris potest mouere medietatem mobilis per idem, vel æquale spatium in eodem tempore, vel in æquali tempore, cum illi motus sint æque veloces. Vnde cum velocitas motus sit propter excessum potentiæ motiuæ super rem motam, oportet, quòd vbi sit consimilis excessus, quòd ibi sit æqualis velocitas. Intelligendum, quòd illa regula habet veritatem, si nec medietas mouentis, nec medietas mobilis corrumpantur per diuisionem, ita quod vtrãque me-

C dietas retineat medietatem totius virtutis, cum erat medietas ante diuisionem. **Dubium.** Sed dubitatur, quia non videtur, quòd hæc regula habeat veritatem, quoniam potentia totius mouentis, plus excedit potentiam resistiuam totius mobilis, quam medietas potentiæ motoris excedat potentiam resistiuam medietatis mobilis, quia totum mouens excedit per totam potentiam mouentis, & medietas mouentis non excedit, nisi per medietatem potentiæ, ergo totum mouens plus excedit, & per consequens velocius mouet in eodem tempore, & per cõsequens mouet per maius spatium in eodem tempore, non igitur tota potentia mouentis, & medietas potentiæ mouentis mouent per æquale spatium in eodem tempore. **Solutio.** Ad hoc est dicendum, quod aliquid excedere aliud plus, vel minus potest esse dupliciter, videlicet, geometrice, & arithmetice. Vñ arithmetice excedere, est excedere per quantitatem, vel per virtutẽ maiorem, sed excedere geometrice, est excedere per aliquã maiorem proportionem, verbi gratia, nouem plus arithmetice, excedunt sex, quam quatuor excedunt duo, quia per maiorem quantitatem, quoniam nouem excedunt sex per tria, & quatuor non excedunt duo, nisi per duo, attamen quatuor plus ex-

D cedunt duo geometrice, quam nouem excedunt sex, quia quatuor ad duo est proportio dupla, sed nouem ad sex est proportio sexquialtera, sed proportio dupla est maior, quam proportio sexquialtera, per hoc igitur ad rationem, quando dicitur, quòd tota potentia motoris plus excedit potentiam totius mobilis, quam potentia medietatis motoris potentiam medietatis mobilis, dico, quod verum est arithmetice, quia per maiorẽ quantitatem, seu virtutem, sed non excedit plus geometrice, quia eadem est proportio, totius ad totum, & medietatis ad medietatem, & penes excessum arithmeticæ potentiæ motoris ad potentiam mobilis, non attenditur proportio velocitatis ad velocitatem motus, sed penes excessum geometricum, quia talis est proportio medietatis motoris ad medietatẽ mobilis, qualis est totius motoris ad totum mobile.

At si f, mouet ipsum g, in tpe d, per longitudinem e, non necessario fit: ut f, in æquali tempore duplum ipsius g, moueat per dimidium spatij c.

Tex.c.37. *Et si e, ipsum z, mouet in ipso d, secundum c, non necessarium est in æquali tempore e, duplum ipso z, mouere secundum medietatem ipsius c.*

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylo. excludit duas regulas falsas facta additione ad mobile, aut diuisione a motore. Prima regula falsa. Prima regula accipitur facta additione ad mobile, & nulla additione facta ad potentiam mouentem, & consistit in hoc, q si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spatiũ in aliquo tempore eadem potentia mouebit duplum mobile per medietatem spatij in æquali tempore, hæc igitur regula est falsa, ideo P. probat contrarium illius regulæ. Unde P. probat, quod non oportet, quod si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore: quod propter hoc eadem potentia possit mouere duplum mobile per medietatem spatij in æquali tempore, & hæc est 25. cõc. de annexis. decimanona conclusio de annexis. Ista igitur conclusio, quæ est contradictoria illius conditionalis, scilicet, conditionalis, quæ est regula falsa iam proposita, probatur per hoc, quia oppositum consequentis illius conditionalis stat cum antecedente illius conditionalis, & per consequens contradictorium ipsius est uerum, & sic conclusio probanda est uera probatio consumpti, scilicet, quod oppositum illius conditionalis stet cum antecedente, patet, quia illa stant simul s. q aliquod mouens moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, & idem mouens non potest mouere duplum in eodem tempore per medietatem spatij, nec oportet, q in quocunque tpe possit mouere duplum per aliquam partem spatij, sicut manifeste patet, quoniam aliquis potest portare pondus decem librarum per aliquod spatium in aliquo tempore, & tñ non oportet pp hoc, q possit portare pondus 20. librarũ per medietatem illius spatij, nõ igitur oportet, q si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, quod propter hoc eadem potentia possit mouere duplum mobile per medietatem spatij in æquali tempore.

Si igitur a, per e, spatium totũ in d, tẽpore b, mouebit dimidiũ ipsius a, quod est f, non mouebit b, totum in d, tpe, aut in eius aliqua parte per aliquam c, spatij partem, quæ rationem eandẽ ad totum habebit c, quam f, pars, uel quæuis alia ad totã a, potentiã hẽt. Omnino. n. si forte fuerit nullam partẽ mouebit. Non enim si totæ uires, quippiam per tantum mouerunt spatium, dimidiũ ipsarum per quantumuis spatij quouis in tempore idem mouebit. Nam unus eam trahet profecto nauim, quam centum traxere, si uires eorum tam in ipsorum numerum, quam in spatij diuidantur partes, quod nauim omnes simul traxere.

Si uero a, b, mouebit in ipso d, quanta est ipsum c, medietas ipsius a, quæ est in quo est e, ipsum b, non mouebit in tempore, in quo est d, nauim in aliquo ipsius d, ipsius c, secundum quod est analogia ad totum c, sicut est a, ad e, omnino enim si contingit, non mouebit nihil. Si enim tota uirtus totum mouit, medietas nõ mouebit nauim, quanta nauim in quocunque. Unus enim moueret nauem, si quidem nauem trahentium deciditur potẽtia in numerum, & longitudinem, quam omnes mouerunt.

Secũda regula falsa. SEcunda regula falsa accipitur ex diuisione mouentis, & est illa. Si aliquod mouens moueat aliquod mobile per aliquod spatiũ in aliquo tpe medietas mouẽtis potest mouere totũ illud mobile p aliquã partẽ illius spatij, & quia illa regula est falsa, ideo P. probat contrarium illius regulæ, s. q non oportet, q si aliquod mouens moueat aliquod mobile p

A aliquod spatiũ in aliquo tpe, quod medietas mouentis possit mouere totum illud mobile per aliquam partẽ illius spatij, & hæc est vigesimacõclusio de annexis, quã Phyl. ponit in terminis, ut patet, & probat conclusionẽ per impossibile sic. Si des, q oportet, q pars mouentis possit mouere totũ mobile p aliquod spatium in aliquo tpe, sequitur, q si centum hoĩes põt trahere nauem, q & unus illorum potest trahere nauem: qđ est falsum. consequentia patet diuidendo totã magnitudinẽ i. totam potentiam centum hoĩum trahentium secundum numerum. Vñ põt conclusio probari probõne exemplari p hoc: quia nõ oportet, q si 20. hoĩes possunt trahere nauẽ p aliqđ spatium in aliquo tempore, q pp hoc quinque hoĩes possint trahere nauem per aliquod spatium in aliquo tempore. 20. cõc. de annexis.

Quapropter Zenonis rõ non est vera, quæ concludit quamuis partem milij facere sonũ. Nihil. n. prohibet, ut nullo in tpe eum moueat aerem, quẽ totus modius mouit cum cecidisset. Neque pars, si per se fuerit, id mouebit, qđ una cũ toto moue
B re põt, neq; est. n pars ulla, nisi potentia in toto.

Propter hoc Zenonis ratio non est uera, quod sonet milij quælibet pars, nihil enim quælibet pars prohibet non mouere aerem in nullo tempore tantum, quantum moueret cadens totus modius. Neque itaque tãta pars, quantacunque mouebit cum toto, si sit per se hoc non mouet, neque nihil est potentia in toto.

Ratio Zenonis. PEr hoc excluditur ratio Zenonis per quam probauit, q aliquod granum milij proiectum in terra facit aliquem sonum, & hoc probauit per hoc, quia totus modius milij, qñ proijcitur in terram, facit sonum, ergo quælibet pars milij proiecta in terram facit sonũ. & per consequens unũ granũ milij proiectũ in terrã facit sonũ. Illã rõnem soluit Phyl. negando Solutio. illã consequentiam, videlicet totus modius milij proiectus in terrã facit sonum, ergo quælibet pars modij milij proiecta in terram facit sonum, quia nihil prohibet dicere, q granũ milij in nullo tpe mouet aerẽ in tantũ, ut faciat sonũ, quãuis totus
C modius moueat aerem ad faciendũ sonũ. Intelligendũ est, q quãuis pars existẽs in toto moueat iuuãdo actionẽ totius, nõ tñ pp hoc est necessarium, q pars separata a toto possit mouere, quia pars existens in toto non est in actu mouens, sed in potentia ad totum, & hoc est uerũ maxime in continuis. Notandum secundũ Com. hic, q pars modij plena milio nõ mouet in actu motione faciente sonũ; & si unaqueque partiũ largitur aeri ad recipiẽdum sonum pp præparationẽ, quã prius non hẽbat, & post dicit, q unusquisque motor dẽt se prius simpliciter mouere, nam pars, quæ cum alijs partibus additur, mouet totum, v.g. trigesimus uir non mouet totã nauẽ. Notãdũ hic, q qñque plura agentia concurrunt ad aliquem effectum producendũ, & hoc contingit dupliciter, vno modo, qñ nullũ eorũ est per se sufficiens ad talem effectũ producendũ, & hoc ẽt contingit dupliciter, uno modo, qñ concurrunt successiue, ita q unum primo mouet, seu agit, deinde aliud, sicut accidit in cauatione lapidis a guttis successiue cadentibus super lapidem, & in hoc casu quodlibet agentium præcedentiũ aliquid facit ad cauationem, quia disponit lapidem ad cauationẽ mollendo ipsum, & ultima gutta cauat lapidẽ, sic dispositũ. Vnde
D d. Com. q illa para, ut ultima gutta nõ uidetur inter alias partes esse fortior, nisi propter præparationem præcedentem in moto, & vniuersaliter, qñ plura agentia agunt in aliquem effectum producendum, sic, q unum agens agit per prius, & aliud per posterius, tñ agens, qđ prius agit aliquo modo disponit ad producendum effectum, tot põt esse agentia, q vnũ illorum agentium producet effectum, ad quem producendum agentia præcedentia disponebant, secus est, si nullum agentiũ præcedentiũ relinquit aliquid in passo, ut si unus hõ conetur ad leuandũ vnũ lapidem, quẽ nullus hõ põt per se leuare, ac deinde vnus alius hõ conetur ad leuandũ eundem lapidẽ, & sic de infinitis alijs, nunquã aliquis eorũ leuabit illum lapidẽ, quia nullus eorum conantium leuare lapidẽ largitur lapidi aliquã præparationẽ disponentẽ ad hoc, q lapis leuetur. Alio modo contingit plura agentia, quorũ nullum est per se sufficiens ad producendum effectum, concurrunt simul ad effectũ producendũ, & hoc contingit dupliciter, uno modo, qñ plura agentia cõiunctim producunt totum effectum, ita qđ quodlibet illorum agentiũ producit aliquam partem effectus, ut in

produ-

productione melodiæ a pluribus cantantibus tota illa melodia producitur a pluribus, & una pars melodiæ, seu consonantiæ producitur ab uno, & alia pars ab alio. Alio modo côtingit, q̃ totus effectus producitur a pluribus coniunctim, & nulla pars effectus producitur ab aliquo illorum agentiū; sicut accidit in motu nauis tractæ a 20. hoibus, quorū nullus pôt per se trahere nauē, totus ille motus nauis est a 20. hoibus, & nulla pars illius motus ab aliquo illorū, sed totus motus nauis, & quælibet pars eius est ab oībus coniunctim. Et si dicitur côtra hoc, si quilibet illorum 20. aliquid facit consequenter aliquid causat, & tñ nullus eorum causat totum, ergo quilibet eorum

Obiectio, Confirmatio. causat partem motus. Et côfirmatur per hoc, quia quilibet eorum mouet, ergo quilibet illorum mouet aliquid, & nullus eorum mouet totam nauem, igitur quilibet eorum mouet partem nauis, & per consequens quilibet illorū causat motū, qui est in parte nauis, & motus partis est pars motus totius, ergo quilibet trahentiū causat partem motus igitur, &c. Dicēdū, q̃ quilibet trahentiū causat particulariter totum motum; quia quilibet trahentium trahit particulariter totam nauem.

Responsio. Vnde quilibet trahentium est causa partialis totius motus, & cuiuslibet partis motus, nec aliquis trahentium per se largitur naui aliquam præparationem ad motum, sed motus, & quælibet dispositio motus est ab illis hominibus côiunctim.

B

Si uero duo quædam seorsum per tantum spatium tanto in tempore duo seors..m pondera mouent, & côposita per longitudinē æqualem æqualive in tempore compositū ex ponderibus vtrisque mouebunt. Est enim in eis eadem ratio.

Tex. c. 38. *Si uero duo, & utrumque horum, aut utrumque mouet tantum in tanto, & compositę potentię componit ex grauibus æquali mouebunt longitudine, & in æquali tempore analogum eandem naturam.*

HÆc est tertia particula primæ partis prin. huius cap. in qua Phyl. ponit unā regulā uerā, quæ accipitur ex hoc, q̃ tā ad mobile, q̃ ad mouens fit additio. Vnde illa regula accipitur côparando duo mouentia, & duo mota, & addendo vnū mouens alteri mouenti, & unū motū reliquo moto, quæ regula est talis.

Regula. Si duo mouentia mouent duo mobilia per aliquod spatium in aliquo tpe, illa duo mouentia simul côgregata possunt mouere congregatum ex illis duobus motibus per æquale spatium in eodem tempore, & hæc est vigesimaprima conclusio de annexis huius lib. quę probatur p hoc,

C

21. côc. de annexis q̃ eadem est proportio, seu analogia duorum mouentium simul aggregatorum ad duo mota simul aggregata, quæ est illorum mouentium separatim acceptorum ad illa duo mota separatim accepta, & ubi est eadem proportio potentiarū mouentium ad potentias motorum, ibi sunt motus æque veloces, & per consequens per illos motus pertransiuntur æqualia spatia in eodem tempore, uel in æquali. Igitur si duo mouentia diuisim mouent duo mobilia diuisim per aliquod spatium in eodem tempore; illa duo mouentia simul congregata possunt mouere simul congregatum ex illis duobus motis per æquale spatium in eodem tempore, cum sit eadem propor

Notandū. tio, & per consequens illi motus sunt æque ueloces. Vnde est notandum secundum Com. hic, q̃ illa regula est intelligenda, qñ motores æque ueloces mouent pondera æquali spatio, & in æquali tempore, & ponit instantiam, ubi motus diuersificatus in spatio, d. quod si alterum mouentium mouet vnā anchoram in una hora per medietatem vnius leucæ, & aliud mouens mouet duas anchoras in vna hora per unam leucam nō sequitur, quod duo motores fuerint congregati, & anchoræ fuerint congregatæ, ut moueantur ab eis in illa hora, nec per unam leucam, nec per dimidiam, & rationes huius assignat Comment. d. quod proportio eius, quod congregatur ex duabus potentijs ad duo pondera non est, sicut proportio solius vnius potentiæ ad unum pondus, cum autem fuerit spatium, & tempus fuerit unum, tunc proportio eius, quod congregatur ex duabus potentijs motiuis ad duo pondera mota erit

D

Dubium. eadem proportio. Sed contra hoc arguitur sic, quia sit ita, q̃ unus, ut Plato, possit portare duas libras per vnam leucam in vna hora, tunc Plato potest portare duas libras per medietatem leucæ in una hora, & sit ita, quòd Sor. possit portare vnā libram per medietatem leucæ in vna hora, tunc arguitur sic. Sor. potest portare unam libram per medietatem leucæ in v-

A na hora, & Plato potest portare duas libras in una hora per medietatem leucæ, ergo Sor. & Pla. possunt portare tres libras per medietatem leucæ in una hora, quia est eadem proportio, cum spatium, & etiam tempus sit idem, sequitur igitur, si Sor. potest portare unam libram per medietatem vnius leucæ in una hora, & Plato duas libras per unam leucam in vna hora, quod Sor. & Plato possunt portare tres lib. per medietatem vnius leucæ in una hora, cuius oppositum d. Commen. Et hoc argumentum tenet per illam regulam ueram, uidelicet, quicquid sequitur ad consequens cum aliquo addito, sequitur ad antecedens cum eodem addito. Dicendum ergo, Solutio. quod Platonem portare duas libras in una hora per vnam leucam, potest intelligi dupliciter, coniunctim, videlicet, & diuisim, & coniunctim sic, quod non potest portare vtramque libram per totum spatium, idest, per medietatem leucæ in vna hora, ita quod per totam horam portet congregatum ex duabus lib. uel diuisim sic, quod in una medietate horæ portet unam lib. per medietatem leucæ, & in alia medietate portet aliam libram, idest, in alia medietate horę, si intelligitur, q̃ Pla. ponet duas lib. diuisim per leucam in una hora, & Sor. unam libram, sic non oportet, quod Sor. & Pla. congregati possunt portare tres lib. per medietatem leucæ in una hora, ut manifestum est de se. Nec sequitur. Pla. potest portare duas lib. diuisim in una hora per unam leucam, ergo potest portare duas lib. per medietatem leucę in una hora, ut satis patet, & forte in illo sensu loquitur Comment. Si uero intelligitur coniunctim sic, quod Pla. potest portare duas lib. coniunctim in vna hora per vnam leucam ex hoc sequitur, ut deductum est in argumento, quod Pla. potest portare duas lib. per medietatem leucæ in una hora, & quod ambo simul possunt portare tres lib. per medietatem leucæ in una hora, vbi autem per portare per tantum spatium in tanto tempore intelligatur secundum ultimum potentiæ uel potentiarum portantium, sic non sequitur, quod ambo coniunctim, scilicet, Sor. & Pla possint portare tres lib per medietatem leucæ, præcise portando secundum vltimum potentiæ vtriusque tres lib. solum per medietatem leucæ in una hora, immo bene sequitur, quod possunt in vna hora portare tres libras per maius spatium, quam per medietatem leucæ, ut potest patere cuilibet intelligenti. Item, sciendum quod Comment. d. hic in fine huius comment quod duo, & tres homines mouent congregatum, quod non possunt mouere secundum segregationem, quod intelligo sic, uidelicet, quod partes congregati possunt sic segregari absque proportione ad quinque homines diuisim, q̃ quinq; homines diuisim non possunt portare partes eorum segregatas, & tñ quinque homines coniunctim pñt portare congregatum ex illis partibus. Verumtamen partes possent sic segregari proportionabiliter in comparatione ad quinque homines, quod possent portari a quinque hominibus diuisim, & sic intelligit Commen. s. quod duo, & tres homines possunt mouere congregatum, quod tamen non possunt mouere per segregatum qualitercunque factum.

Sunt ne igitur eadē, & in alteratione, atq; accretione Est. n. aliquid id, quod auget, & id et, q̃d augetur, atque in tempore tanto & tantum: aliud auget, aliud augetur Et id, quod alterat, & quod alteratur similiter est aliquid, & tantū intensione, remissioneve est alteratum, & in tēpore tāto.

Tex. c. 39 *Sic igitur in alteratione, & in augmento aliquid quidem enim est augens, aliquid autem, & quod augetur. In quanto autem tempore, & quantum aliud quidē auget, aliud autem augetur. Et alterans quidem, & quod alteratur, similiter aliquid, & quantum, secundum maius, & minus alterata sunt, & in quanto tempore.*

HAec est secunda pars prin. huius ca. in qua P. comparat mouentia ad mota in motu augmentationis, & alterationis, & continet tres particulas, quoniam in prima P. præmittit suam intentionem, & quoddam necessarium ad propositum suum. In secunda ibi. [In duplo duplum.] ponit ueras regulas in motu augmentationis, & alterationis. In tertia ibi [Si autem alterans.] Excludit unam regula falsam in motu alterationis, & augmentationis côparādo adinuicem mouentia, & mota. In prima igitur particula huius partis P. primo

significat

præmittit intentum suum, d. q sicut est in motu locali, ita est in alteratione, & augmentatione. i. q eadem regulæ, quæ sunt in motu locali, sunt et in motu augmentationis, & alterationis. Deinde Phyl. præmittit quoddam necessarium ad propositum suum, sicut fecit in tractando de motu locali d. q in motu augmentationis aliquid est augẽs, & aliquid, quod augetur, & eodem modo est in motu alterationis, videlicet, q ibi est aliquid alterans, & aliquid, qđ alteratur, & illud, qđ auget, & illud, quod augetur est quantum, & etiam illud, qđ alterat, & illud, qđ alteratur est quantum, & etiam augmentatio, quã alteratio, fit in tempore quanto, & illa, quæ alterantur secundum magis, & minus, sunt alterata secundum maiorem, & minorẽ excessum potentiæ alterantis super potentiam alterati, & ideo alteratio semper fit in tempore quanto.

In duplo duplum.

In duplo duplum.

Prima regula. Haec est secunda particula huius partis, in qua Phyl. ponit regulas veras in motu alterationis, & augmentationis, quæ sunt quatuor. Prima regula est, q si aliquod alterans alterat aliquod alterabile, seu augmentans augmentet aliqđ augmentabile in aliquo tpe, eadem virtus in duplo tempore alterabit, uel augmentabit idem alterabile, uel augmentabile ad quantitatẽ duplã. s. in duplo intensiorẽ, uel ad duplã quantitatem, & hoc est, qđ d. Phyl in duplo. s. tempore duplũ causabit, & hæc est vigesimasecunda conclusio de annexis, quæ pt probari per hoc, q eadem est proportio agentis ad aliquẽ effectum in aliquo tempore, & eiusdem agentis ad duplum effectum in duplo tempore, & hæc regula intelligitur cęteris paribus. i. quod agens non debilitetur in agendo, & quod nõ sit aliquod impedimentum magis ex una parte, quam ex alia. 22.cõc.de annexis.

Et in duplum duplo.

Et in duplum duplo.

Secũda regula. 23.cõc.de annexis. Secunda regula est, q dupla virtus in æquali tempore causabit duplã qualitatẽ, uel quantitatem. Et hęc est vigesimatertia concl. de annexis, quæ põt probari, sicut & conclusio præcedens, videlicet, p hoc, q eadem est proportio agẽtis ad aliquem effectum, & duplicis agentis, hoc est agẽtis in duplo fortioris ad duplicẽ effectum, & hanc regulam intendit Phyl. cum dicit. Et duplum in duplo, hoc est uirtus in duplo fortius causabit duplum effectum in æquali tempore.

Dimidium autem in dimidio temporis.

Medium autem in medio tempore.

Tertia regula. 24.cõ.de annexis. Tertia regula est, q aliqua potentia causat aliquã qualitatem, uel quantitatem in aliquo tpe causabit medietatẽ qualitatis, uel quantitatis in medietate tpis, & hæc est vigesimaquarta conclusio de annexis, quæ potest probari per hoc, quia proportio totius uirtutis ad medietatem est dupla ad proportionem totius uirtutis ad totum, ergo in duplo in minori tempore causabit medietatem effectus.

Aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplũ.

Aut in medio medium, aut in æquali duplum.

Quarta regula. 25.cõc.de annexis. Quarta regula est. Si virtus aliqua causat aliquã qualitatem, vel quantitatem in aliquo tpe, medietas virtutis causabit medietatem qualitatis, uel quantitatis in eodem tempore, & hæc est vigesimaquinta concl. de annexis, quæ potest probari per hoc, q eadem est proportio totius ad totum, & medietatis ad medietatem, & hanc cõclusionẽ intendit Phyl. cum dicit, aut in medio medium, hoc est uirtus in medio, hoc est medietas virtutis causabit medium, idest, medietatem effectus in eodem tempore, & si sit dupla virtus in æquali tempore causabit duplam qualitatem, vel quantitatem, & hæc est regula secunda posita superius.

Si vero id, quod alterat, aut auget, tantum in tanto auget, aut alterat, non necesse est, & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium alterare, uel augere. Sed nihil si forte fuerit alterabit, uel augebit, quemadmodum & in pondere.

Si autem alterans, aut augens tantum in tanto tempore auget, aut alteret, non necesse est medium in medio, & in medio medium. Sed nihil si contingit augmentabit, aut alterabit, sicut & in graui.

Haec est tertia particula secundæ partis prin. huius cap. in qua P. excludit unã regulã falsam in motu alterationis, & augmentationis, & est, q si aliquã virtus alteret, uel augeat tantum in tanto tpe medietas uirtutis mouebit tm̃ in tanto tpe, uel in medio tpis, uel in duplo tempore, ista regula est falsa, quia eius oppositũ est uerũ. s. quod non oportet, q si aliqua uirtus alteret, uel augeat tm̃ in tanto tempore, q medietas virtutis alteret, uel augmentet tm̃ in aliquo tpe, siue in tpe æquali, siue in duplo, siue in medietate tpis, sicut dictum est de graui. Vnde oppositũ regulæ prædictæ falsę pt poni vigesimasexta concl. de annexis huius lib. s. q non oportet, q si aliqua uirtus alteret, uel augmentet aliquod totum in aliquo tpe, q medietas uirtutis possit alterare, uel augmentare tm̃ in aliquo tpe, & hęc conclusio probatur per simile sic. Sicut est in motu locali, ita est in motu alterationis, & augmentationis, sed si in motu locali non oportet, q si aliqua virtus possit mouere localiter aliquod graue, hoc est aliquod graue pondus, q p p hoc medietas virtutis possit mouere localiter tantũ pondus in aliquo tpe, ut uisum est superius. Istam probationẽ tangit P. d. sicut & in graui, hoc est, sicut in mouẽdo graue, et in portando pondus graue, nõ oportet, q medietas uirtutis possit mouere totum graue in aliquo tpe. Ita nec in motu augmentationis, & alterationis oportet, quod medietas virtutis possit alterare, uel augmentare totum in aliquo tpe. Hic sunt duo notanda, primum est, q cã, p p quã aliquod totum põt alterare aliquod corpus, & in eius medietas nõ potest alterare idẽ corpus, est duplex, una cã potest esse propter distantiam, ut. s. quia corpus alterabile tm̃ distat, quantũ medietas distat totius, non potest agere per tantam distantiam per quantam totum alterans potest agere. Alia causa põt esse contrarietas, quæ est ex parte una, & non ex parte altera, ut quia totũ alterans hẽt contrarietatẽ ad alterabile sufficientem ad actionem, & medietas alterantis non hẽt tantam contrarietatem ad alterabile, quanta requiritur ad actionem, & augmentationem. Vel dicitur, q causa huius est, quia uirtus totius maior, & fortior est, quã virtus medietatis. Secundo est notandum, q cum Phyl. dicit in tex. In medio medium, aut in æquali duplum, q Phyl. per medium, uel duplum in alteratione non semper intelligit duplũ, uel medium mobilis, sed per duplum, vel medium intelligit duplum, & mediũ formæ, secundum quam fit alteratio, uel augmentatio qualitatis, uel quantitatis, quæ se habet ad alterationem, uel augmentationem, sicut se habet longitudo spatij ad motũ localẽ. Et p hoc finitur hoc modicum de expositione septimi Phys. qđ mihi uisum est ex intentione Phylosophi, & Commen. &c. 26.cõc.de annexis. Primũ notandum. Secũdum notandũ.

Finit liber septimus de Physico auditu.

INCIPIT OCTAVVS liber Physicæ auscultationis.

At ortus ne aliquando est motus antea, quã non erat, rursus adeo corrumpitur, ut nihil penitus moueatur, an neque factus est, neque corrumpitur, sed semper erat, & semper erit. Atque hoc iusce, quæ sunt immortale, ac incessabile inest: quasi sit uita quædam his vniuersis, quæ natura constant. Motum igitur omnes inquiunt esse, qui de natura aliquid dicunt: tum quia mundum faciunt tum quia contemplatio ipsis omnis est de generatione, corruptioneve, quam impossibile est esse, si non sit motus.

SED utrum factus sit aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum, sic quod moueri nihil sit, aut neque factus est, neque corrumpitur, sed erat semper, & erit, & hoc immortale, & sine quiete existit in his, quæ sunt, ut vita quædam natura omnibus subsistentibus. Esse quidẽ igi- Tex. cõ.1.

tur

tur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes propter hoc, quod nondum faciunt, & de generatione, & corruptione esse considerationem omnibus ipsis, quod impossibile est esse, nisi sit motus.



ISTE est octauus, & vltimus liber Physicorum, in quo continentur quatuor tractatus, quia in primo determinatur de æternitate, & infinitate motus. In secundo ibi. [Principium autem considera.] determinatur de immobilitate primi motoris. In tertio ibi. [Aut uero aliud.] determinatur de primitate motuum, inquirendo, & declarando, quis motus est primus motuum. In quarto autem ibi. [Quod autem impartibile.] determinatur de impartibilitate primi motoris. Primus tractatus continet duo ca. quia in primo declaratur, quod primus motus est æternus ex parte ante, & ex parte post. In secundo ibi [Contraria autem &c.] ponuntur, & soluuntur rōnes, quæ videntur destruere æternitatem primi motus. Primum capitulum continet tres partes principales: quoniam in prima P. proponit intentionem, & rōnem intentionis. In secunda ibi. [Incipiemus autem.] declarat intentionem suam, ostendendo, quod semper fuit motus. In tertia ibi. [Sed non aliquando.] Reprobat opiniones ponentium non semper fuisse motum, ut opinionem Anax. & Empe. Prima pars continet tres parti. quoniam in prima P. ponit intentionem suam, & causam intentionis. In secunda vero ibi. [Sed quanti quidem.] ponit opiniones antiquorum ad vtranque partem quæstionis. In tertia ibi. [Considerandũ igitur.] ostẽdit vtilitatem huius inquisitionis. In prima igitur parti. huius partis P. proponit intentionem suam, & quæstionem suã d. quod post prædicta quærendum est, & considerandum: vtrũ motus sit factus aliquando, ita quod nunquam prius fuit motus, & etiam est quærendum, vtrum motus aliquando corrũpetur, ita quod nihil mouebitur postea, vel nunquam factus est motus de nouo, quin semper fuit motus, neque aliquãdo corrumpetur, sed semper erit motus, tanquam quoddam immortale, & indeficiens sine quiete. Ita quod nunquam omnia quiescent, sed quod motus est tanquam vita indeficiens, & immortalis omnibus existentibus per naturam. Vnde breuiter intentio Phylosophi est quærere, an semper fuit motus, & semper erit, uel non semper fuit motus, & erit. Et est sciendum, ꝙ Phyl. hic comparat adinuicem motum, & uitam, quia sicut uidemus esse in animalibus, videlicet, quod animalia viuunt, quamdiu apparet in eis aliquis motus, sed cessante omni motu ab animalibus dicuntur animalia mori, & ideo motus assimilatur uitæ. Est enim motus quasi uita corporum naturalium, quemadmodum anima est vita corporum animatorum. Esse quidem &c. Causam huius inquisitionis assignat. s. an semper fuit motus, & est ista, quia P. intendit perscrutari, an mundus sit æternus, uel de nouo factus, quã perscrutationem faciet in libro cæli. Sed ad sciendum, an mun-

Secundo cæli. t. c. 68 dus sit æternus, oportet præscire, an motus sit æternus, quod patet, quia omnes loquentes de natura. i. de factura mũdi affirmant motum esse: non enim possunt aliqui ponere mundum esse factum, aut generationem, & corruptionem mundi, nisi concedant motum esse: unde mundus, & motus cõsequũtur se, quantum ad esse æternum, & quantum ad esse de nouo factum, ita quod ad hoc, ꝙ sciatur mundum esse æternum, vel de nouo factum, oportet scire motum esse æternũ, uel de nouo factum. Esse quidem igitur. Quidam autem dicunt, quod Phyl. in hoc loco respondet cuidam tacitæ quæstioni, quæ talis est. Motum esse æternum præsupponit motum esse, ergo prius uidetur esse inquirendum, an motus sit in rebus, quam sit inquirendum, an motus sit æternus. Cui rationi respondet Phylo. d. quod non est inquirendum in scientia naturali, an motus sit in rebus, quia hoc est per se manifestum omnibus loquentibus de natura, & de per se manifestis non est inquirendum. Quod autem motum esse in rebus, sit per se manifestum, patet per hoc, quia omnes, qui locuti sunt de natura, affirmant, quod motus sit, ut patet de his, qui ponunt mũdum esse factum, & de his, qui considerant de generatione, & corruptione rerum, quæ non possunt esse sine motu.

Verum, qui mundos infinitos esse, & alios ipsorum fieri, alios corrumpi dicunt, hi motum inquiunt semper esse. Sint enim generationes, & corruptiones ipsorum, cum motu necesse est. Qui uero mundum, aut unum, & semper eundem esse

A dicunt, aut unum quidem, sed non semper, hi de motu quoque similiter opinantur.

Sed quanti quidem infinitos mundos dicunt esse, & Tex. c. 39.
quosdam quidem fieri: quosdam autem corrumpi, sed mundorum semper dicunt esse motum. Necessariũ enim generationes, & corruptiones cum motu esse ipsorum. Quicunque autem unum, & non esse semper, & de motu opponunt secundum rationem.

HÆc est secunda particula primæ partis princip. huius cap. in qua Phyl. ponit opiniones antiquorũ ad vtranque partẽ q̃onis narrando, ꝙ omnes antiqui proportionabiliter dicunt de æternitate mundi, & de æternitate motus. Et primo ponit opinionem dicentium semper esse motũ. Secundo ponit opinionẽ dicentiũ motum non semper esse, & hoc ibi [Quicunq; aũt.] Primo igitur ponit opinionẽ De- Opi. Democriti.
mocriti, qui posuit infinitos mundos esse in diuersis partibus
B infiniti uacui, & quosdã aliq̃n generari, & alios corrũpi, ita ꝙ generatio unius mundi est corruptio alterius mundi, & econuerso, & sic ipse, & sui sequaces dixerunt mundũ semper fuisse, quia statim post unum mundum generatur alius mũdus: ita & dixerunt motũ semꝑ fuisse, nec tñ dixerunt aliquẽ vnũ motum semper fuisse, sed dixerunt motũ semꝑ fuisse per successionem unius motus post alium motum, qm̃ ipsi posuerũt mundũ semper esse per successionem unius mundi post aliũ. Nam dixerunt, ꝙ generatio vnius mundi est corruptio alterius, & generationes, & corruptiones non sunt sine motu: ideo sicut dixerunt, mundum semper esse, & semper fuisse ꝑ successionem, ita dixerunt motum semper esse, & semꝑ fuisse ꝑ successionẽ. Quicunq; autem. Hic Phyl. ponit opinionem ponentium, ꝙ non semper fuit motus, dicens, ꝙ quicũq; non posuerunt plures mundos, sed tm̃ unum mundũ, & illum nõ semper fuisse, sed aliq̃ñ incepisse, sicut Anax. & Emp. posue- Op. Ana. & Emp.
runt, illi oẽs consimiliter dixerunt de motu. s. ꝙ non semper fuit motus, sed aliq̃n incepit, & sic patet, ꝙ quidam antiquorum dixerũt, ꝙ semper fuit mundus per successionem vnius mundi post aliũ, & illi proportionabiliter dixerunt de motu. s. ꝙ semper fuit motus per successionem unius motus post
C alium. Et quidã dixerunt, ꝙ non semper fuit mundus, ut illi qui ponebant tm̃ unum mundum esse, & isti consimiliter dixerunt de motu. s. ꝙ non semper fuit motus, sed q̃nque incepit motus esse, ita qđ nullus motus prius existebat, & isti secundũ rōnem dixerunt in hoc, ꝙ consimiliter dixerunt de mundo, & de motu. Rõnabile. n. est, ꝙ si non semper fuit motus, ꝙ non semper fuit mundus, & econuerso. Et ex hoc manifestum est, ꝙ qui hẽt considerare de æternitate mundi, habet considerare de æternitate motus. Notandum, ꝙ Com. mouet Quæstio an Phyl. intendat ostendere æternitatẽ motus in cõi, uel solum æternitatem motus.
hic q̃onem, utrum Phyl. intendit ostendere æternitatem motus in communi, uel solum æternitatem primi motus, & dicit, ꝙ secundum, ꝙ apparet primo aspectu Phyl. ostendit hic motus æternitatem in communi, hoc. n. intellexerunt Alpharabius, Aui. & Auempa. Hispanus, videlicet, ꝙ intentio Phyl. est in principio huius tractatus declarare, ꝙ ante oẽm motum est motus, & ante omnem transmutationẽ est transmutatio, & ꝙ motus non deficient secundum genus, vt hoc procedat ad declarandum motum esse primum, & æternum, qui continet omnia, siue sit unus, siue plures. Et Com. quãtũ Expositio Aui. & Auem.
ad illud dubium dicit sic. Ego aũt cum hoc, qđ credebã expo- Expositio Commẽ.
D sitionem huius loci esse illam, uidelicet, ꝙ Phyl. intendit probare, ꝙ ante motum est motus, ita quod motus non deficiet secundum genus: eram aliquantulum in errore. Et dicit, ꝙ Phyl. hic intendit probare primum motum esse æternum, aut primos motus esse æternos, si sint plures. Et dicit sic. Inueni sermones suos conuenientes sibi adinuicem secundum illam intentionem, non secundum expositionẽ, quæ uidetur primo aspectu, qđ declarat dicens, ꝙ aliter declaratio Phylo. esset diminuta. Et dicit, ꝙ Phylo. loquens de primo motu dicit: est quasi uita eorum, quæ constituuntur per naturam: Vnde probat. Com. quod intentio Phylosophi est hic, probare primum motum esse æternum, & hoc ostendit per hoc, quia Phylosophus dicit, ꝙ motus de quo intendit, est quasi vita eorum, quæ constituuntur per naturam, & etiam per hoc, quia Phylosophus inducit diffinitionem motus ad declaran- Expositio Alpha.
dum primum motum esse æternum, & non ad declarandũ, quod ante oẽm motum est motus, ut credidit Alphar. Et d. Com. ꝙ non est uerum secundum intentionem Phyl. ꝙ ante omnem motum erat motus, quia ante motum generatiõ totũ

non

non est motus. Similiter, ꝙ ante transmutationem, quæ est prima transmutatio, sit transmutatio, est falsum, sed istud, videlicet, ante oēm transmutationem est transmutatio, est uerum de motibus particularibus, quos continet motus uniuersalis: secundum ꝙ hoc. s. æternitas, uel esse æternum sequitur motum uniuersalem, non quia hoc s. esse æternum existat in eis primo, & essentialiter, hæc Commen. Vnde breuiter secū dum hanc expositionem Commen. Phyl. intendit hic probare æternitatem primi motus, & hoc per diffinitionem motus, ut videbitur in secunda parte huius cap. Vnde esse æternum primo, & essentialiter inest primo motui, & inest alijs motibus per accidens solum. s. ratione primi motus. Nec Phyl. probat æternitatem primi motus per æternitatem successionis motuum particularium adinuicem, tanquam per signum: qa nondum est declaratum de eis. s. de motibus particularibus eos esse tales per accidens. s. semper sibi adinuicem succedentes. Sic igitur patet, quod est duplex expositio intentionis Phyl. in hoc loco. Quarum una est, quod Phyl. intendit hic probare, quod motus est æternus secūdum genus. Alia est, qđ Phyl. intendit probare motum primum esse æternum, & utrā que harum expositionum aliquando tenuit Comment. vt ip-

Primum. se asserit. Et prima expositio prima aspectu apparet verior, sed secundum eum secunda expositio est simpliciter verior, & tenenda. Sic igitur patet, quod intentio Commen. est ista, videlicet, quod Phyl. intendit hic probare æternitatem primi motus. s. motus cœli, & videtur, quod Comment. declaret hoc ex quatuor: quorum primū est, quia aliter rationes Phylosophi essent insufficientes, nisi probarent primum motum esse æternum, quoniam alij motus non continuantur, nisi per primum motum, scilicet, per motum cælestem, & ideo rōnes suæ non sufficerent, ad probandum motum esse æternū,

Secundū. nisi arguerent de primo motu, scilicet, cælesti. Secundum est, quia Phyl. inquirit hic, an motus, qui est uita quædam his, q̃ subsistunt secundum naturam, sit factus, uel æternus, sed motus primus. s. cœlestis maximè videtur esse vita, ideo uidetur,

Tertium. quod Phyl. hic loquatur de motu cælesti. Tertio patet idem ex modo arguendi. Arguit enim sic, omnem motum nouum præcedit aliquis motus, sed nullus motus alius a motu cœli præcedit omnem motum nouum: cum igitur Phylo. hic loquatur de motu, qui præcedit omnem motum nouum, patet, quod Phyl. loquitur hic de motu cœli in probando motū

Quartū. esse æternum. Quarto patet idem per hoc, quòd Philos. per diffinitionem motus probat motum esse æternum per hoc, quia motus est actus mobilis, inquantum mobile, & per consequens motus præsupponit mobile, & per hoc, quod motus præsupponit mobile, non probat motum esse æternum secū dum genus, sed quod aliquis unus motus. s. motus cœlestis est æternus. Mihi videtur, ꝙ secunda expositio sit uera, & addo unam rōnem ad probandum. Nam Phyl. in secundo ca. huius primi tracta. s. ibi. [Nam cōtraria autem his.] ponit, & soluit rōnes, quę uidentur esse contra primā conclusionem huius lib. sed illę rōnes solò probant, quod unus motus non est continuus, & perpetuus, & non probat, successionem motuū nō esse perpetuam, ut satis patet, ideo uidetur, ꝙ Philos. hic probat, aliquem unum motum esse continuum, & perpetuū,

Opi. Alb. & ille est motus primus. s. motus cælestis. Et hanc opinionem tenet dñs Alber. ꝙ Phyl. intendit hic inquirere, si sit aliquis motus perpetuus, qui sit causa successionis aliorum motuum, quia si demonstraremus hic successionem inferiorum motuum esse perpetuum, & per hoc vellemus tanquam ꝑ signum, seu tanquam per effectum demōstrare, quod unus est primus motus, & perpetuus, tunc esset demonstratio insufficiens, & esset demonstratio circularis, quoniam hic concluderetur, quod esset aliquis motus perpetuus per hoc, quia successio motuū est perpetua. Et in secundo de ge. concludit motus inferiores esse perpetuos secundum successionem per hoc, ꝙ latio circuli est perpetua, & tunc esset demonstratio circularis. Et propter hoc d. Alber. ꝙ Phyl. hic inuestigat illud, ex quo in secundo de ge. procedit, videlicet, ꝙ est aliquis unus motus primus, & perpetuus, qui est cā continuæ successionis motuū inferiorum, & in materia gñabilium, & corruptibiliū.

Opinio aliquorū. Alijs tamen nō placet sic dicere, sed dicūt, ꝙ P. hic ꝓbat motum, secundum genus, seu motum in communi esse perpetuū, & hoc ꝓbant quadrupliciter, tum quia media sunt cōmunia, tum quia inferius faciet inquisitionē spālem de æternitate primi motus, qđ nō faceret, si hoc esset sufficiēter ostensū, tū qa

Confusio rōnū supra dicta rum. P. inferius in demōstrando primū motū esse sempiternū vijs demonstratis hic, ꝙ nō faceret si hic ꝓbaret primū motū esse æternū, tū qa inferius inqrit, an aliqua sꝑ moueātur, qđ frustra qreret, si hic ꝓbaret motū cælestē esse æternū. Mihi tñ vī, ꝙ rōnes illæ nō concludant, prima. n. nō cōcludit, qa ꝑ media cōia appropriata cōclusioni spāli pōt ꝓbari cōclusio spālis, & sic est hic, ut videbitur. Nec ēt rō secūda concludit, quia P. frequēter ꝓbat eandē conclusionem in diuersis locis, & ideo cū hoc, ꝙ inferius ꝓbat motū esse æternū, bñ stat, ꝙ ēt hic ꝓbat illud idē, ꝑ aliud tñ, & aliud mediū hic, & ibi, nec tertia rō cōcludit, qa P. inferius in probando primū motū esse æternum, vtit aliqbus declaratis hic, sed nō vtit cōclusione prin. hic declarata. Nec ualet rō quarta, qa Phyl. inferius, ubi inquirit, an aliqua sꝑ moueantur, intēdit declarare, q̃ semꝑ mouentur, & quæ nō. Vnde in multis locis q̃rit P. illud, ꝙ prius declarauit, qa multotiens, & in varijs locis quærit eādē cōclusionem, sicut multotiens declarat conclusionē eandem in diuersis locis.

A

Si igitur contingit aliqñ, nihil moueri, dupliciter, id accidere necesse est. Aut. n. ut Anaxagoras cēset. Dicit. n. cum oīa simul essent, atq; quiescerent tpe infinito: mentē mouisse, atque segregasse. Aut, ut Empedocles dicit, interdum res moueri: interdum quiescere. Moueri quidem: cum aut

B unū ex multis cōcordia, aut ex uno multa discordia facit. Quiescere uero in hisce tēporibus, q̃ inter hęc media cadunt: Dicit. n. hoc modo. Nā quo de multis nasci consueuerit unum. Atq; iterum ex vno generato plura renasci. Hoc fiunt: fixumque sibi non permanet æuum. At quo mutantur nunquā cessante recursu. Hoc sic perpetuo stabilē versantur in orbē. Cum. n. dicit. At quo mutantur nūquā cessante recursu: id Empedoclē arbitrandum est intelligere, hinc, inquā, illud, & illinc huc fieri motū. Considerandum est igitur de hoc, quonam modo se hēt. Est. n. opere precium hanc perspicere ueritatem, & non solum ad naturalem contemplationē, sed & ad eam doctrinā, quæ circa principium primum versatur, vehementer conducit.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Aut. n. sicut Anax. dicit inquit. n. ille simul omnibus existentibus, & quiescentibus in infinito tempore motum facere, & intellectū, & disgregare. Aut sicut Emp. in parte moueri, & iterdū quiescere. Moueri quidem cum amicitia ex multis faciat unum, aut discordia multa ex uno. Quiescere autem in medijs temporibus, dicens sit, inquantum quidem ex pluribus unum dicit aptum fieri, inquantum autem iterum ex uno generato plurima perficiuntur. Sic, quæ fiūt res, & nullo modo ipsius est secundum unum, sic autem permutantur; neque simul perficiuntur. Sic autem semper sunt immobiles secundum circulum. Hoc enim quod sic permutantur ab hinc inde dicere ipsum opinandum est. Considerandum igitur de hoc quomodo se habet: opere pretium enim non solum ad naturæ considerationem scire ueritatem, sed ad scientiam de principio primo. Tex. cō. 2. C Tex. cō. 3. D

HIc ostendit, ꝙ ponentium motum non esse æternum erant duæ opiniones: quarum una fuit Anax. secūda vero fuit Emp. Nam Anax. posuit, ꝙ oīa primo existebant in quodā chaos cōfuso tpe infinito sub quiete. Ita, ꝙ nūquā præfuit motus, & ꝙ postea incepit intellectus, qui est Deus apud ipsū, distinguere ex mixto, & extrahere ea de latitatione in actū. Vñ breuiter Anax. posuit, ꝙ oīa primo quiescebāt tpe infinito, & in quodā chaos, & postea intellectus, q solus est impermixtus, incepit mouere, & distinguere illud chaos cōfusū, separando res abinuicē, & causando motum. Alia uero fuit opinio Emp. ponentis, ꝙ in aliqua parte tpis est motus, & in aliqua nō, sed tūc oīa quiescebant, ponebat. n. ꝙ amicitia, vel discordia, siue lis erāt primæ cāæ oium, ita, ꝙ amicitia in congregādo, uel uniendo elementa, & partes uniuersi est cā corruptionis mūdi: qm̄ esse vniuersi cōsistit in ordine, & distinctione

Opi. Anaxa. vide in oppositū. 1. Physi. c. 23.
Op. Emp.

A

ctione partiũ, & posuit, q lis in segregãdo elementa, & partes uniuersi abinuicem est causa generationis mundi, respectu tamen mixtorum posuit econuerso, qm̃ amicitia, congregãdo elemẽta adinuicẽ est cã generationis mixtorũ, & lis in segregando est cã corruptionis mixtorum. In medio aũt tempore motus inter actionẽ litis, & actinuẽ amicitiæ posuit omnia esse in quiete, & sic d qđ in infinitũ motus totius succedit quieti, & quies motui, & hanc sententiam, scripsit metrice, ut patet in litera. Vñ sciendũ secundum Com. hic, q Phyl. in recitãdo opiniones illorum, qui posuerunt mundum non semp esse: non recitauit opinionẽ Pla. quia Pla. posuit mundũ incipere esse: non tñ posuit motum incipere esse, quia dicit, q antequã mundus esset factus, oĩa mouebãtur motu inordinato: quẽ Deus postea ad ordinẽ reduxit. [Cõsiderandũ autem.] Hæc est tertia particula primæ partis prin. huius cap. in qua P. narrat vtilitatẽ inquisitionis huius dicens, q est cõsiderãdum, quõ se habet circa æternitatem motus, & d. quod ista cõsideratio non solum est utilis ad inquirendum ueritatem in scientia naturali, sed ẽt est utilis ad scientiam de primo principio s. ad meta quoniam ad inuestigandum primum principium esse: utitur P. pro principio æternitate motus. Vnde secundum Com. est notandum hic, q diuinus. i. metaphysicus accipit prima principia mouẽtia esse a naturali, & nullam uiã hẽt ad demonstrandum primum motorem esse, nisi accipiat ipsam pro cõstanti a naturali, & ideo Com. reprobat hic Aui. & Algazelẽ eius sequacẽ, qui dixerunt metaphysicã posse demonstrare primum motorem esse, aut aliquã formã abstractã a materia esse. Vnde d. Com. q illud, quod Aui. existimauit. s. q diuinus debet demonstrare primum principium esse, est falsum, & via, qua finxit ipsum inuenisse, qua usus est in suo libro, & similiter Algazel ipsum sequens, est uia remota, & non demonstratiua aliquo modo, quare, &c.

Vide primo phy. c. vlt. & quæ ibi.

Cõtra Aui. & Alg.

B

Ex his autem ordiemur, quæ prius a nobis in libris naturalis scientiæ sunt definita. Dicimus itaque motum ipsius mobilis, hoc actum esse, quo mobile est. Necesse est ergo res esse: quæ vnoquoque motu moueri possunt.

Tex. cõ. 4.

Incipiemus aũt primũ ex diffinitis a nobis in Physicis prius. Dicimus aũt motũ esse entelechiam. i. actũ mobilis, secundũ quod est mobile. Necesse est ergo existere res possibiles moueri secundũ vnumquẽque motum.

C

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua P. probat intentionem suam, d. q semp fuit, & erit motus, & cõtinet duas partes. qa in prima P. præmittit q̃dam necessaria ad propositum. In secunda ibi. [Et hoc necessarium, &c.] declarat propositũ suum. In prima igitur parti. huius partis. P. præmittit duo necessaria ad suũ propositum ostendendum. Primum est, q motus præsupponit mobile. Secũdum est, q motus præsupponit mouens, primo declarauit, q. s. motus præsupponit mobile, & hæc est prima concl. annexa. seu prosyllogizata huius lib quæ probatur dupliciter, primo per diffinitionem motus datã tertio huius, quę est, q motus est actus mobilis inquantum mobile, ea qua sequitur, q motus præsupponit mobile, cũ actus præsupponat illud, cuius est actus, idest subiectum, & motus est accidens mobilis.

Prima cõclu. de annexis.

Prima probatio.

Tex. c. 6. & 36.

D

Et sine definitione ẽt motus, quiuis profecto fatebitur necessarium esse id moueri, qđ singulis motibus moueri põt: ceu alterari quidẽ id, qđ est alterabile, ferri autem id, quod loco mutabile est. Quare sit antea combustibile, quã comburatur, & combustiuũ antea, quam comburat oportet.

Et sine motus diffinitione oĩs utiq; confitebitur, necessarium esse motũ impossibile moueri scd̃m vnũquẽque motum, ut alterari alterabile, fieri autem secũdum locum mutabile. Quare prius oportet esse combustibile, quam comburatur, & combustiuum, quam comburere.

Secunda probatio.

SEcundo probatur eadem conclusio sine diffinitione motus, & per inductionem: quoniã inductiue patet in omni specie motus, scilicet, quod motus præsupponit mobile: quoniam alteratio præsupponit alterabile, & augmentatio augmentabile, & motus localis præsupponit mobile, secundum locum esse. Omne enim, quod mouetur, postquam non mouebatur, necesse est, ut prius esset possibile moueri: hoc igitur est primum necessarium, quod P. præmittit, videlicet, quod motus præsupponit mobile, & combustile combustiuũ, &c. Secundum uero necessarium, quod Phylosophus præmittit est, quòd sicut motus præsupponit mobile, ita motus præsupponit mouens, quoniam ad hoc, quod aliquid comburatur, debet esse combustiuum, & sic motus præsupponit duo, scilicet, mobile, & mouens. Hic sunt sex notanda. Primum est, quod est necesse, quòd mobile sit ante motum in vnoquoque genere motuum, & accipit hic ante secundum tempus, ita quòd mobile in potentia secundum tempus precedit motum in actu. Secundo notandum est, qualiter debeat illud intelligi, scilicet, quod motum in potentia est prius tempore eius, quod est in actu, quod Comment. exponit sic. d. quod hoc duobus modis potest contingere, scilicet, q motum in potentia præcedit tempore motum in actu, quorum vnus est, ut motum, in quo est potentia sit alterius speciei a specie moti, in quo est motus, secundus est, ut illud mobile, in quo est potentia ad motum sit motum in actu, idest, quod motum in potentia est idem numero cum motu in actu. Primus motus inuenitur in duobus, scilicet, in motu generationis, & corruptionis, & in motibus transmutationis, qui sunt corporum simplicium, quando mouentur a generante ad formam alterius speciei, ut cum terra mouetur sursum, ut ex ea generetur ignis, motum in potentia est terra, & motum in actu est ignis generatus ex terra, & similiter in motu generationis, & corruptionis potentia est in uno. i. in illo, ex quo fit generatio, & actus in alio. i. ipso generato, & sic motum in potentia, & motum in actu non sunt idem numero, ut si ignis generetur ex oleo, uel ex ligno, illud oleum, uel lignum est motum in potentia, & ignis genitus est motum in actu. Hoc tamen non uidetur uerũ, q omne, quod est motum in potentia, potest esse motum in actu, quia potẽtia non dicitur, nisi respectu actus, & ideo si aliquid esset motũ in potentia, quod tñ non posset esse motum in actu, s. quitur, q potentia esset ad impossibile. Vnde non ví bene dictum, q aliquid sit in potentia ad motum alterius. Dicendum est, q per ens in potentia, quantũ ad propositum spectat, possumus intelligere duo. s. uel ens in potentia, quod. s. potest exire in actum, uel ens in potentia. s. ex quo fiet, uel potest fieri ens in actu. Dico igitur, q P per motum in potentia non intelligit motum, quod secundum se potest exire in actum, sed intelligit motum, ex quo potest fieri ens in actu quoniã cum ignis generetur ex oleo, oleum non est motum in potentia, quod. s. mouebitur in actu, sed est motum in potentia, ex quo generatur motum in actu. s. ignis, qui actu mouebitur sursum, v. g. Nos dicimus, q Antichristus, seu hõ nasciturus est in potentia homo, qa Antichristus est illud, quod erit homo in actu, & nos dicimus, q sperma est in potentia homo, qa sperma est illud, ex quo fiet hõ in actu, & sic dicimus, q panis est in potentia sanguis, non quia panis est, aut erit in actu sanguis, sed quia panis est illud, ex quo fiet sanguis in actu. Aliter põt intelligi, q materia remanens in motu in actu est primo in potentia ad motum, & postea reducitur ad actum. s. ut actu moueatur, nõ in se solo, sed in aliquo toto, cuius est pars, qđ primo mouetur, & sic aliud est motum in potentia, scilicet, materia prima, & aliud motum in actu, videlicet, qđ secundũ se, & primo mouetur. Tertio est notandum scd̃m Com. quod subm motus transmutationis elementorũ, in quo est potentia præcedẽs hũc motũ in tpe, est corpus, ex quo elementum gñatur, v. g. Qñ ignis gñatur scd̃m totum, statim hẽt vbi, qđ est superius scd̃m totũ, & dũ generatur pars singula illius, statim hẽt singulã partem illius ubi, hæc Com. qđ ego sic intelligo, q ignis in actu, & pars ignis in actu statim hẽt vbi superius, nisi impediatur. Quarto est notandum secundũ Comm. q potentia, quæ est in igne in actu ad motum superius, non est potentia naturalis, quoniam impossibile est, q potentia in igne ad motum superius, qñ ignis mouetur superius sit potentia naturalis, quia si sic esset, tunc contraria essent in eodẽ subiecto, & in eodem tpe. s. potentia motus, & motus insimul, quod est impossibile. Potentia. n. ignis ad motum superius, quia est coniuncta cum forma ignis est potentia violenta, & non est potentia ignis naturalis, sed potentia naturalis ad esse superius est coniuncta cum forma alicuius alterius speciei, ea quo generatur ignis. Ex quo loco apparet, quod Comment. velit, quod motus ignis superius non sit naturalis

Primum notandũ.

Secundũ notandũ. Expositio Commẽ.

B

Obiectio.

Respõsio.

C

D

Tertium notandũ.

Quartum notandũ.

A his, sed violentus, & quod motus terræ, ex quo generatur ignis ad locum sursum sit motus naturalis, quia si potentia ad motū alicuius non sit naturalis, nec ille motus erit naturalis. Vnde consequenter est dicendum, quod motus dicitur violentus dupliciter, vel quia est a principio extrinseco contra inclinationem illius moti, vel quia mobile est impedimentum ab extrinseco a perfectione sua, ad quam tendit, ita quod motus impeditus a suo termino, ad quē mobile inclinatur naturaliter dicatur motus violētus. Primo modo dico, quod motus ignis ad superius nō est violentus, sed est naturalis, quia est a principio intrinseco, est tñ violentus secundo modo, quia est impeditus a perfectione sua, ad quam naturaliter ignis inclinatur quia si ignis non impediretur a suo loco naturali in medium, in quo mouetur statim esset in loco suo naturali. Vnde Com. dicit, quod potentia naturalis ad motum, & motus sunt contraria, quod est verum de potentia ante actum, sed non est verum de potentia cum actu, & sicut distinguitur de moto violento, ita potest distingui de motu naturali.

Motus violētus quot modis dicatur.

Quinto est notandum secundum Com. quod quando elementa generantur, & mouentur localiter semper motum in actu præcedit aliquid alterius speciei, quo corrupto elemētum generatur, vel localiter mouetur in actu. Ex quo infert, quod ex ipso non ente in actu per potentiam, & ex illo, quod est in potētia tm̄, & nullo modo in actu coniuncto cum forma nihil fit, quia nunquam vnum contrarium mutatur in suum contrarium, quī albedinem fieri nigredinem est impossibile, aut calorem frigus, quamuis vnum contrarium fiat post aliud, vt frigus post calorem. Et ideo Com. repræhendit saracenos, & loquentes suæ legis, qui posuerunt ex nihilo fieri aliquid, quia illud, quod non est visibile existimauerūt esse nihil, & nituntur ad confirmandum hoc, quia mos est dicere, quod subiectum, ex quo est generatio, est necessariū agenti propter diminutionem agentis, & ideo si agens nō sit diminutum potest producere aliquid ex nihilo. Sed Com. d. quod illæ existimationes sunt vulgares, & non veræ. Agens enim non posse agere aliquod impossibile, non dicitur esse diminutio, sed dicere agens facere, seu posse facere aliquid impossibile, est deceptio.

Quinto notan.

Sexto est notandum super hoc, quod Phyl. dicit, quod nihil mouetur, nisi illud, quod possibile erat prius moueri. Intelligendi sunt duo modi positi, s. potentia, quæ inuenitur in ipso moto, & potentia, quæ inuenitur in materia moti. Et intendit, quod vna istarum potentiarum est ad moueri, vt illa, quæ est in materia, & alia motum esse, vt illa, quæ est in moto. Et dicit, quod illa potentia, quæ est ad moueri non solum excedit potentiam existentem in passo secundum tempus, sed etiā præcedit secundum tempus virtutem actiuam existentem in agente, quia illud, quod comburitur prius, erat innatum comburi, & ideo omne agens, quod quandoque potest agere, & quādoque non, necessario inuenitur, quandoque in potentia, & quādoque non. Ista omnia sunt necessaria, & vera, vt dicit Com.

Sexto notandum.

Igitur, & hæc ipsa necesse est, aut si non erant aliquando facta esse, aut perpetua esse.

Tex. cō. 5.

Ergo, & hoc necessarium est, aut facta aliquando esse, cum non prius essent, aut perpetua esse.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. declarat intentionem suam d. quod semper fuit, & erit motus. Et continet duas partes, quia in prima Phylo. ostendit primum motum esse perpetuum ex parte ante, ita quod primus motus nunquam incepit. In secunda ibi. [Eadem ratio est.] ostendit, quod primus motus est æternus ex parte post ita, quod motus primus nunquam deficiet, & per hoc soluitur prima quæstio principalis huius octaui, quæ est, semper fuit, & erit motus, quia probato, quod primus motus est perpetuus ex parte ante, & ex parte post, soluitur questio de æternitate motus, quia ex hoc patet, quod semper fuit, & erit motus. Hæc igitur est prima conclusio principalis huius lib. s. quod motus primus est perpetuus. hæc cōclusio probatur sic. Illud, quod semper fuit, & semper erit, est perpetuum, sed motus est huiusmodi. ergo maior est de se nota, & minor probatur, quantum ad vtramq; sui partem, primo n. probatur, quod motus primus semper fuit, secundo, quod motus primus semper erit, & hoc probatur in secunda particula huius partis, s. ibi [Eadem ratio, &c.] Quod autem primus motus semper fuit probatur dupliciter, seu duplici via, via prima sumitur ex parte motus. Secunda vero via sumitur ex parte temporis. Et pro euidentia primæ rationis Phyl. primo præmittit vnam diuisionem, & etiam supponit vnum necessarium ad propositum. Diuisio igitur, quam ponit Phyl. est illa. Cum. n. motus præsupponat mobile, & mouens oportet, quod mobilia, & mouentia, aut sint aliquando facta, cum prius non essent, aut sint perpetua, hæc igitur est diuisio, quam ponit Phyl. videlicet, quod aut mobilia, & mouentia sunt aliquando facta cum prius non essent, aut sunt æterna. Ad applicandum igitur istam diuisionem ad primum motum, & ad primum mobile Phyl. supponit aliquid esse primum motum, & aliqua primo mota, & hoc supponit ex septimo huius, quia si non esset primum motum inueniretur infinita magnitudo in actu, & inueniretur motum infinitum pertransire in tempore finito spatium infinitum, vt declaratum est in principio septimi huius, vt dicit Commentat.

1. conclus. huius lib.

Si igitur vnumquodq; mobilium, ac motiuorū est factum, necesse est ante motum acceptum, aliā mutationem, motumque fuisse Quo quidem ortum, id est, quod aut moueri, aut mouere potest. Sin semper erant motus tamen erat absurdum, & ex sete quidem si animaduertatur, videtur.

B

Tex. cō. 6.

Siquidem igitur factum est mobilium vnumquodq;, necessarium est prius accepta mutatione aliam mutationem factam esse, & motum secundum quod factum est possibile motum esse, aut moueri. Si autem, quæ sunt, præerant semper motu non existente irrationabile quidem videtur, & ab inscientibus.

Tex. cō. 7.

HIc Phyl. prosequitur illam diuisionem formando primā rationem, circa quam sic procedit, quia primo ponit rationem, secundo ponit responsionem, quæ posset dari ad rationem, & hoc ibi. [Alia quidem, &c.] Supposito igitur, quod sit primus motus, & aliquod primum mobile, ratio formatur sic. Motus primus, aut est æternus aut non, si sic, habetur propositum, si non sit æternus sequitur impossibile. s. quod ante primum motum fuit motus, quod est impossibile, cōsequentia probatur sic. Motus præsupponit mobile, & mouens, quæritur igitur, aut mobile motum primo motu, & mouens illud mobile motu primo fuerunt aliquando facta cum prius non C erant, aut sunt perpetua, si detur primum, cum mobile, aut mouens non possit esse factum, nisi per motum, & motus, quo factum est mobile motum primo moto, aut mouens præcedit motum, quo primum mobile mouetur: sequitur, quod ante primum motum fuit motus, quod est impossibile, consequentia patet, quia motus, per quem fit mobile, vel mouens præcedit motum, quo illud mobile mouetur, & sic sequitur, quod si mobile aut mouens, vel alterum illorum sit factum, quod motus, quo illud est factum, præcedit primum motum, & sic ante primum motum erat motus, quod est impossibile. Et eodem modo arguitur si dicatur, quod motus per quem fiebat mobile, est primus motus, nam ille motus præsupponebat mobile factum per te, & per consequens præsupponit motum, per quē suum mobile fiebat, & sic ille motus non fuit primus.

Prima ratio.

Magis tamen, si proficiscamur vlterius, hoc necesse est euenire. Nam si quædam sunt mobilia, quædam motiua, & interdum est actu quid primum mouens, & aliquid, quod mouetur, interdū nihil, sed quiescit, hoc prius mutetur oportet. E- D rat enim aliquid causa profecto quietis. Qnies enim est priuatio motus. Quare ante primam mutationem, mutatio prior erit.

At uero magis ingredientibus hoc necessarium est accidere. Si enim alijs quidem mobilibus existentibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit aliquod primum mouens, hoc autem, quod mouetur aliquando quidem nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius. Erat enim aliquid causa quietis. Quies enim priuatio motus est. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

NVnc Phylosophus improbat aliud membrum diuisionis, scilicet, quod motus primus incepit, & quod mobile, & mouens sunt perpetua, hoc dicit omnino esse irrationabile, & a nescientibus dictum, quod forsitan dicit, quia æterna

A fient vniformiter se habentia semper. Et probat idem incoouenienua sequi, dato, quod mobile, & mouēs sint perpetua, scilicet, quod ante primum motum fuit motus, quoniam, si mobile semper prius quiescebat, de nouo incepit moueri, oportet, quod amoueatur causa quietis, quæ est impedimentum motus, quæ causa est vel ex parte mobilis, vel ex parte motoris, vel distantia inter motorem, & mobile, quod non potest fieri, nisi per motum. ergo si motus primus incepit, & mobile, & mouens semper erant, sequitur, quod ante primum motum fuit motus, scilicet, motus, per quem tollebatur causa quietis mobilis moti motu primo, & sic patet, quod si primus motus de nouo incepit, siue mobile sit nouum, siue æternum, semper oportet dicere, quod ante primum motum fuit motus, quod est impossibile, ergo impossibile est, quod primus motus incepit. Notandum secundum Commen. hic, quod impossibile est, qđ motus generationis sit primus motus, quia generatio est finis alterius motus, & ideo impossibile est, quod sit primus motus secundum tempus, aut secundum naturam. Nec etiam motus, cuius generatio est finis, est primus motus, quia ille motus est motus alterationis, & primus motus debet esse æternus, & impossibile est, quod motus alterationis sit æternus, vt declaratum est in fine sexti huius.

Notandū. Idem. 6. phy 32. & 5. physic. Com. 8.

B Nam quædam vnice, quædam, & motibus contrarijs mouent. Ignis namq; calefacit, sed non frigefacit. At scientia vna cōtrariorum esse videtur.

Tex. cō. 8.

Alia quidem enim mouent singulariter, alia autem, & secundum contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non. Scientia autem videtur contrariorum esse vna.

Hic Phylophus remouet responsionem, quæ posset dari ad hanc rationem, quæ responsio talis est, scilicet, quod agens, vel mouens est duplex, quia quoddam est mouens naturale, & illud potest moueri vno motu tātum, vt calidum potest calefacere, & frigefacere, & aliud est agens per rationem, & intellectum, & tale agens potest mouere pluribus motibus contrarijs, sed ratio præcedens concludit de agente naturali, quod determinatur ad vnum, & non de agente rationali. Vnde, cum aliquod mouetur ab agente naturali, quod prius quiescebat, oportet causam quietis remoueri per motū, sed cum aliquid de nouo mouetur ab agente rationali, cuius actio se habet ad opposita, non oportet causam quietis amoueri. Vnde in talibus non oportet, quod causa motus sit alia a causa quietis, nec quod mouēs aut mobile habeat aliam dispositionem, quando mobile mouetur, & aliam quando mobile quiescit, cum igitur primus motor sit agens rationale, videtur, quod potest aliquando mouere, & aliquando nō mouere absque hoc, quod deficiat dispositio aliqua, per quā mouet hoc, & hoc mouetur, & sic videtur, quod primus motor pōt de nouo causare aliquem primum motum absq. hoc, q̄ remoueatur aliqua causa quietis præcedentis, aut aliqua dispositio præcedens.

Illi etiam simile quid esse videtur. Nam frigidum versum quoddammodo, atque abiens calefacit, sicut & hisce, qui scit peccat sua sponte, cum econtra scientia vtitur.

Videtur igitur, & ibi esse aliquid simili modo, frigidum enim calefacit conuersum quodammodo, & ambiens, sicut, & peccat voluntarius sciens, quoniam e contrario vtitur scientia.

Istam responsionem remouet Phylo. præmittens primo, quod ea, quæ agunt naturaliter per sese habent ad vnum, ita quod per se agit vnum contrariorum, per accidens tamen quandoque mouet contrariorum, vt patet de frigido, quod licet per se frigefaciat, tamen quandoque per accidens calefacit, quia facit calorem reuerti de extrinseco in intrinsecum. Ita est in agentibus per intellectum sciencie, quoniam medicina est per se causa vnius contrariorum, vt puta sanitatis, & per accidens est causa ægritudinis, vt si aliquid propter aliquid abutatur medicina in contrarium illius, ad quod ordinatur. Hoc pro tanto inducitur, quia agens rationale quandoque est causa vnius contrariorum per accidens, & alterius per se, sicut, & agens naturale. Vnde in hoc conueniunt, quod vtrumque agens potest esse per se causa vnius contrariorum, & per accidens causa alterius, tamen agens rationale potest per se agere vtrumque contrariorum. Et Com. dicit hic, quod frigidum calefacere per accidens est simile peccato artificis, quando errat, vt quando vtitur scientia sua in cōtrarium finem, vt in quem est primo ordinata. In virtutibus autem rationabilibus sunt duæ actiones contrariæ essentialiter. Hoc igitur præmisso Phylosophus soluit illam rationem, quæ solutio consistit in hoc, quod nec agens naturale, nec agens rationale agit de nouo, cum prius non egit, nisi propter aliquam nouam causam. Et dicit Com. hic, quod motores rationales non quiescunt quandoque, & quandoque non, nisi propter renouationem transmutationum factam in eis ex extrinseco, vt in anima, seu in corpore, si enim anima moueatur, postquam nō mouebatur, est necesse, vt in ea fiat appetitus, qui nō erat, aut concupiscentia, & illa concupiscentia, aut appetitus non fiunt in ea, nisi per transmutationem precedentem ab aliquo ente extra animam. Et hoc probat Com. scilicet, quod ad nouitatem motus requisitur alia dispositio noua in ipso agente, vel in aliquo extrinseco dicens, quod si posuerimus agens in omnibus dispositionibus existentibus in ipso, & existens in dispositione quietis idē cum ipso in dispositione motus, tunc necesse est, vt non fuerit dignius mouere in illa hora, quam quiescere, & sic aut neque quiescet, aut neque mouebitur, aut quiescet, & mouebitur simul, quod est impossibile. Item dicit Com. quod cum proportio illius, quod habet potentiam agendi contraria fuerit eadē, non facit alterum illorum, & contra loquentes legis suæ dicit, quod cum voluntas fuerit ad innouandum aliquam rem vna hora necessarium est, vt in voluntate fiat in illa hora concupiscentia in agente, quæ non erat ante, & illa est causa propinqua ad agere, & causa illius concupiscentiæ est præsentia temporis, & præsentia temporis, quæ non erat ante, aut est transmutatio aut sequens transmutationem. Et sic remotio prædictæ responsionis consistit in hoc, scilicet, quod si agens rationale causet motum primo de nouo, oportet, quod sit alia noua dispositio præcedens ex parte alicuius, & sic ante primum motum foret alius primus motus, quod est impossibile.

Confimi. le sofra com. 51.

C Verum ea quæ agere, aut mouere, & ea, quæ pati, aut moueri, possunt, non omnino hoc possunt, sed si sic se habent, atque ad propinqua sibi euadunt, quare cum id fuerit, aliud mouet, aliud mouetur, & cum id euenerit, vt aliud sit mobile, aliud motiuum. Si igitur non semper mouebatur, non ita sese habebant, vt alterum mouere, alterū moueri possit, vt patet. Sed alterum ipsorum mutari oportebat. In his enim, quæ sunt ad aliquid id accidere necesse est Veluti si duplum non erat, & nunc duplum euasit. Si non vtrumque alterum saltem mutatum esse, necesse est. Erit ergo quædam mutatio prior prima.

D *Si igitur quæcunque possibilia sunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri. Hæc autem moueri non penitus possibilia sunt, sed sic se habentia, & proxima alterutris sunt. Quare cum proximantur, aliud mouet, aliud autē mouetur, cum sint, vt sit hoc quidem motiuum, illud vero mobile. Si igitur non semper mouebatur, manifestum est, quod non se habebant, sicut nunc possibilia, hoc quidem mouere, illud autem moueri, sed oportuit mutari alterum illorum. Necesse enim in his, quæ sunt ad aliquid hoc accidere, vt sicut non est duplum, nunc autem est duplum mutari, sed non vtrumque alterum. Erit ergo quędam prior mutatio prima.*

Tex. cō. 9.

Illud, quod Phyl. iam narrauit. s. quod cū motor, & motum prius erant, & motor non mouebat, nec motum mouebatur, oportet ad hoc, quod motor de nouo moueat, & mobile moueatur, aliquam dispositionem nouam esse ex parte motoris, vel ex parte moti, vel ex parte alicuius extrinseci. Hæc

intendit declarare id, quod narrauit, vnde intendit declarare, quod si motor incipiat de nouo mouere aliquod mobile, necesse est aliquam transmutationem praecedere in motore, aut in moto, aut in vtroque, aut in aliquo extrinseco, & haec est secunda conclusio de annexis, quae probatur sic. Si aliquis motor incipiat de nouo mouere aliquod mobile, oportet, quod inter motorem, & mobile sit facta de nouo aliqua relatio, quae non fuit ante, quia inter motorem in actu, & motum in actu generatur aliqua relatio quae non fuit, antequam mouens inciperet mouere, quod probatur probatione exemplari. Nam si hoc nunc sit duplum illi, & prius non: oportet ipsum vel eius corroborationem, uel vtrumque habere aliam quantitatem nunc, quam prius non habuit, quae non acquiritur sine transmutatione, ergo necesse est, vt ante transmutationem positã, scilicet, qua motor de nouo mouet mobile, sit transmutatio, in motore, aut in moto, aut in utroque aut in aliquo extrinseco, per quam aufertur impedimentum, propter quod mouens non mouebat prius, nec mobile mouebatur, & illa transmutatio est prior, quam motus, quo mouens mouet mobile, quia ablatio impedimenti praecedit effectum prouenientem ex ablatione impedimenti ergo si motor, & mobile fuerint ab aeterno, si motor incipiat de nouo mouere mobile, necesse est aliquam transmutationem praecedere illum motum in motore, aut in moto, aut in utroque, aut in aliquo extrinseco, & sic ante transmutationem quae posita est transmutatio prima fuit illa transmutatio, quod est impossibile. Vnde dicit Comment. quod haec demonstratio est vniuersalis in omni motore, siue in uirtute rationali, siue naturali.

Secunda conclusio de annexis.

Vnde formatur opinio aliquorum.

Intelligẽdum quod ex hoc loco accipiunt aliqui, quòd omnis relatio noua requirit nouam transmutationem in aliquo extremorum, uel in vtroque, quia Phylosophus videtur hoc dicere, expresse tamen instantiae sunt contra hoc. Nam inter precium, & appreciatum in actu potest fieri noua relatio absque mutatione facta in aliquo extremorũ, vel in vtroque, quoniam ego possum vendere tibi aliquã rem a me multum distantem pro pecunia existente in arca tua nulla mutatione facta circa rem vẽditam, nec circa pecuniam, hoc enim posito fit noua relatio inter rem uenditam, & pecuniam absque mutatione in aliquo extremorum, ergo. Item inter videns in actu, & uisum in actu est relatio, quae potest fieri absque mutatione in aliquo extremorum, vel in utroque, quoniam si Sor. nunc non videt lapidem propter aliquod impedimentum ex parte medij Sor quiescat omnino & lapis, similiter remoueatur impedimentum ex parte medij Sor. est de nouo uidens lapidem in actu, & lapis est de nouo visus in actu, & sic acquiritur noua relatio inter uidentem Sor & lapidem visum, & tamen neutrum extremorum est mutatum. Potest igitur noua relatio inter aliqua extrema acquiri de nouo absque noua transmutatione alicuius extremorum, & hoc est concedendum, & ideo propositio Phylo. non est vniuersaliter uera.

Prima instantia.

Secunda instantia.

Opin. Cõ.

Sed Comm. supplet eam sic, dicens, quod noua relatio non acquiritur sine noua mutatione in aliquo extremorum, uel in aliquo extrinseco, & sic debet intelligi dictum Phylos. & hoc sufficit ad propositum, quia si noua relatio praecedat primum motum sequitur, quod aliqua transmutatio praecedit primum motum, verba Comment. sunt illa. Cum omnis relatio sequitur transmutationem, & inter motum primo motum, & suum motorem fiat relatio, quae non fuit ante, igitur necesse est ante trãsmutationem positã sit alia transmutatio in motore, aut in moto, aut in utroque, aut in extrinseco, haec Comment. & per hoc suppletur demonstratio Arist.

Insuper quoniam modo prius, atque posterius erit. si non sit tempus, aut tempus si non sit motus. Quod si tempus numerus motus, aut quidam sit motus si tempus est semper, & motum perpetuũ esse necesse est.

Tex. c. 10.

Adhuc autem prius, & posterius quomodo erunt tempore non existente. Aut tempus nisi sit motus. Si igitur tempus numerus motus, aut motus quidam si quidem tempus semper est, & motum necesse est perpetuum esse.

CVm Phyl. declarauit primum motum esse aeternum per rationem acceptam ex parte motus, probat eandem conclusionem, scilicet, motum primum esse aeternum a parte ante per rationem sumptam ex parte temporis, quae est talis. Tempus est aeternum ex parte ante. ergo motus primus est aeternus a parte ante, consequentia patet per hoc, quia tempus, vel est motus primus, uel est numerus motus secundum prius, & posterius in primo motu, ut patet ex quarto huius, & antecedens, scilicet, quòd tempus est aeternum a parte ante, quae est tertia conclusio de annexis, probatur tripliciter. Prima ratio sumitur ex parte prioris, & posterioris. Secũda ratio patet per auctoritates antiquorum. Tertia vero probatur ratione accepta ex parte instantis. Prima igitur ratio est illa, omne, quod fit de nouo, suum non esse praecessit ipsum, ita quod suum nõ esse est prius, quam ipsum siue quam suum esse, sed prius non est sine tempore, ergo si non esse temporis fuit prius, quam tempus, sequitur, quod tempus fuit prius quam tempus, quia in illo priori, in quo fuit non esse temporis fuit prius, & per consequens tunc fuit tempus, ergo si tempus incepit esse de nouo, sequitur, quod ante omne tempus fuit tempus, sed hoc est impossibile. ergo necesse est, quòd tempus non inceperit esse de nouo, & per consequens est aeternum. Vel potest argumentum fieri de primo tempore probando, quòd primũ tempus est aeternũ ex parte ante, quia si suum non esse fuit priusquam suum esse, ergo aliquid fuit prius tempore primo, sed quandocunque fuit prius tunc tempus fuit, ergo si primum tempus incepit de nouo, sequitur quòd tempus fuit ante tempus primum, quod est impossibile.

Tertia cõclusio de annexis quae probatur tripliciter.

Prima rõ.

At de tempore uniuersi prẹter unum consentire uidentur. Omnes temp s inquiunt ingenitum esse. Atque per hoc Democritus impossibile esse demonstrat omnia esse facta, tempus enim dicit non esse ortum. Plato uero solus ipsum ortum esse ait, etenim una cum caelo dicit ipsum ortum fuisse, caelumq́ e factum asserit esse Quod si impossibile quidem est tempus esse, ac intelligere sine nunc ipso. Nunc autem ipsum medium e quodam princip j simul, finisve suoiens rationem principij quidem futuri, finis vero transacti, tempus sit semper profecto necesse est Vltimum namque temporis eius, quod sumptum extremum est in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim in tempore praeter nunc ipsum accipi potest. Quare cum ipsum nunc principium sit atque finis, citra ipsum ac ultra tempus sit semper necesse est At si temp s sempe esse necesse est, patet, & motum necessario semper esse Quippe cum tempus affectus sit q idam ipsi..s motus, vt patuit.

At vero de tempore extra vnum concorditer intelligi videatur omnes. Ingenitum enim esse dicunt, & pp hoc Democritus demonstrat tanquam impossibilia oĩa esse facta, impossibile enim est tempus factum esse: Plato autem tempus generat solus. Simul enim cum cęlo factum esse. Cęlum autem factum esse dicit. Si igitur impossibile est esse dicere, & intelligere tps sine ipso nunc: nunc autem est medietas quaedam, & principium, & finem habens simul, principium autem futuri temporis, finem vero praeteriti, necesse semper esse tempus, vltimũ enim finiti accepti tẽporis in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore praeter nunc. Quare quoniam est finis, & principium ipsum nunc, necesse est ipsius in vtraque parte semper esse tempus. At vero si tempus, manifestum est, quia necesse est, & motum esse. Siquidem tempus est passio quaedam motus.

Tex. c. 11.

SEcundo probatur eadem conclusio per auctoritates antiquorum, quoniam omnes antiqui praeter unum, idest, praeter Platonem dixerunt tempus esse ingenitum, & solum Plato generauit tempus. Ideo Democritus dicit, quòd impossibile est omnia esse generata, quia

Secunda ratio.

At a imposs.

impossibile est tempus esse generatum, & hoc est signũ, ꝙ non incepit esse, quia omnes Phil. præter Plato. dixerunt tps esse ingenitum, & solus Plato dicit tempus generatum esse cũ cælo. Vñ Aui. in sua sufficientia dicit, ꝙ multi antiquorum dixerunt tempus habere ita stabile esse, ꝙ nullo modo potest destrui, sed qui nititur destruere tempus, eo ipso ponit tempus, quia si aliquis ponat tempus non esse, oportet, ꝙ ponat tps aliquando non esse, & si non esse temporis sit aliqñ, ex hoc sequitur, ꝙ tempus nunc est: quia esse aliquando non potest esse sine esse temporis. Si ergo impossibile. Tertia ratio probans tps esse æternum sumitur ex parte ipsius instantis, & fundatur rõ super duas propositiones, quarum prima est, ꝙ instans non inuenit, nisi tpe. Secunda propositio est, ꝙ necesse est omne instans, s. ꝙ sit principium unius temporis, & finis alterius temporis: qm̃ instans necessario est principium temporis futuri, & finis tẽporis præteriti. Ex his ergo arguitur sic. Ante quodlibet nunc fuit tempus, s. tps cuius ipsum nunc est finis, & post quodlibet nunc erit tps, s. tps, cuius ipm nũc est principium. ergo tempus est æternum ex parte ante, & ex parte post, quia si tempus de nouo inciperet, ita ꝙ nullum tempus prius fuit esset dare primum instans temporis, ante quod non fuit tempus, & si tempus aliqñ desineret esse, ita ꝙ post illud nullum tempus foret futurum, sequitur, ꝙ esset dare vltimum instans totius temporis, post quod instans nunquam foret tempus, & sic patet illa cõsequẽtia, s. ꝙ quodlibet instans est principium unius temporis, & finis alterius temporis, ergo tẽpus est æternum, & per consequens motus æternus, hæc ratio probat, ꝙ tempus est æternum, tam ex parte ante, quã ex parte post. Notandum, ꝙ illa ratio fundatur super hoc, instans assimilatur puncto in linea circulari, & non assimilatur puncto in linea recta: & ideo sicut in linea circulari quilibet punctus est principium unius lineæ, & finis alterius: ita quodlibet instans est principium unius temporis, & finis alterius, & qualiter ista ratio habeat euidentiam videbitur in dubitationibus.

Expositio Auic.

Tertia ratio.

Prima propositio.

Secunda propositio.

A

B

Eadem erit ratio, & qua motum corrumpi non posse, probabitur. Nam, ut si motus ortus esse dicatur, fit, ut prima mutatione sit aliqua prior, sic hic fiet, vt vltima mutatione posterior aliqua sit. Non enim moueri desinet, & esse mobile simul, ceu comburi, & combustibile esse. Esse namque combustibile potest, & comburi.

C

Eadem autẽ ratio est, & de eo, quod incorruptibilis sit motus, sicut enim in eo, quod fiat motus accidit priorem quãdã esse mutationẽ prima, sic hic posterior est posteriori. Nõ enim simul quiescit, quod mouetur, & quod mobile est, & quod cõburitur, & quod cõbustibile. Contingit enim combustibile esse, quod non comburitur.

Tex. c. 12.

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. ostendit, ꝙ primus motus est æternus ex parte post, & hæc est quarta conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter. Primo ex parte mobilis. Secundo ex parte motoris, s. ibi [Neque motuum.] Prima igitur cõclusio probatur sic. Si primus motus corrũperetur, aut mobile motũ primo motu manebit post corruptionẽ primi motus, aut non, sed corrũpetur, si detur, ꝙ mobile manebit post corruptionem primi motus, & mobile prius mouebatur, & postea manet immotũ, oportet, ꝙ in mobili fiat aliqua noua dispositio p. p., quam quiescit, cum prius mouebatur, & illa dispositio non acquiritur, nisi per motũ: ergo si mobile manet post corruptionem primi motus, sequitur, ꝙ post primum motum erit motus, s. ꝑ quã illa noua dispositio acquiritur, sed hoc est impossibile, s. ꝙ aliquis motus sit post primum motũ. ergo non potest dici, ꝙ primus motus corrumpetur, & ꝙ mobile non corrũpetur, sed manebit. Si vero detur aliud membrũ, s. ꝙ mobile motum primo motu corrumpatur, cum motus prius corrumpatur, quam mobile, oportet, ꝙ mobile corrũpatur post corruptionem primi motus, & mobile dũ mouetur, non corrumpitur, & si corrumpitur, non nisi per motũ. ergo si mobile motum primo motu corrumpatur, oportet, ꝙ post primũ motum sit motus, quod est impossibile. Vnde motus, quo primum mobile corrumpitur, erit post primũ motum, & sic post primum motum erit motus, unde ista ratio supponit, quod post primum motum non potest esse aliquis motus, sicut ante primum motum non potest esse aliquis motus.

Quarta conclusio de annexis quæ ꝓbatur dupliciter.

Prima ꝓbatio.

D

A

Nec item desinet simul mutatiuum, & mouens esse. Et ipsum autẽ corruptibile corruptum fore oportebit, cũ corrũpitur, & post hoc rursus id, ꝙ huius est corruptiuum. Corruptio namque mutatio quædam est. Quod si hæc fieri non possunt, patet motum perpetuum esse.

Neq; motũ, & mouens. Et corruptibile igitur indigebit corrumpi, cũ corrũpatur, & huiusmodi corruptiuũ iterum posterius. Corruptio. n. mutatio quædã est. Si igitur hoc impossibile, manifestũ est, qđ est ꝑpetuus motus. Tex. c. 13.

SEcundo probatur eadem conclusio ratione sumpta ex parte motoris sic. Si primus motus sit corruptus, quæro an primus motor mouens primo motu sit corruptibilis, vel æternus, si sit corruptibilis: oportet, quod habeat corrumpens, quod corrumpat ipsum post corruptionem primi motus, & sic post primum motum erit motus, ut motus per quem corrumpetur primus motor, & etiam si motor mouens primo motu sit corruptibilis, quærendum est de suo corrumpente, aut est corruptibile, aut æternum, si sit corruptibile habebit corrumpere, & sic procedunt in infinitum, quod est inconueniens. Si uero detur, quod motor non est corruptibilis, sed æternus, & mobile, quod mouetur primo motu est æternum, ut probatum est per rationem præcedentem, quia aliter post primum motum erit motus, scilicet per quem mobile corrumpitur: sequitur, quod primus motus sit æternus, quod est propositum, consequentia patet, quia si motor sit æternus, & mobile æternum: oportet, quod motus sit æternus. aliter causaretur noua dispositio in motore, aut in moto, quod non potest fieri nisi per motum, & sic si motor sit æternus, & motum æternum: oportet, ut motus sit æternus, aliter foret motus post primum motum, quod impossibile, quia cum idem sit motus primus, & motus vltimus sequitur, quod si post primum motum esset motus, quod post vltimũ motum esset motus, quod est impossibile. unde ista ratio fundatur super hoc, quod nullus motus potest esse non existente primo motu, &c. Ex istis duabus rationibus potest fieri vna ratio ducens ad impossibile, quæ talis est. Si primus motus corrumpetur, igitur motus corrumpetur uniuersaliter, ita quod aliquando nullus motus erit, & si hoc est ergo est dare ultimum motum, sed hoc sequitur impossibile, quia si esset dare vltimum motum, sequeretur quod esset dare vlteriorem motum vltimo motu, quod est impossibile. ergo, & illud, ex quo sequitur, videlicet, quod primus motus corrumpetur, consequentia probatur sic. si sit dare vltimum motum, ille motus habet subiectum, & efficiens, scilicet mobile, & motorem, quæro tunc, aut mobile, & motor illius motus sint corruptibilia, vel æterna: si æterna ergo remanebunt post vltimum motum. ergo oportet, quod in eis, vel in aliquo eorum fiat noua dispositio post vltimum motum, qui prius non erat, quia aliter causaret motum, sicut prius causabant, sed noua dispositio non acquiritur, nisi per motũ. ergo si mobile motum vltimo motu, & motor sint æterna, sequitur, quod post vltimũ motum erit motus, ꝑ quem acquiritur illa noua dispositio post vltimum motũ. nec est dare, ꝙ motor, & mobile motum sint corruptibilia, quod probatur de vtroque, & primo probatur quod mobile motũ vltimo motu non est corruptibile, quia si sit corruptibile, cum subiectum motus non simul desinat esse cum motu, oportet, quod subiectum vltimi motus maneat post corruptionem illius vltimi motus. si ergo mobile debeat corrumpi post corruptionem vltimi motus, & mobile non potest corrumpi, nisi ꝑ motum, sequitur, quod si mobile sit corruptibile, quod post vltimum motum erit motus, s. motus, per quem mobile corrumpetur. Et sic patet quod impossibile est, quod mobile motum vltimo motu sit corruptibile, & quod motor mouens vltimo motu non sit corruptibilis, probatur sic. Si motor sit corruptibilis, tunc habebit corrumpens, & quærendum est de illo corrumpente, an sit corruptibile, vel æternum, si sit æternum eadem ratione standum erit in primo, si autem sit corruptibile, tunc habebit corrumpens, & sic procedetur in infinitũ, quod est impossibile, ergo motor qui mouet modo vltimo est æternus, cum non possit habere corrumpens, quia neque potest habere corrumpens corruptibile, neque æternum, unde idem argumentum potest fieri ad probandum, quod illud, quod mouetur motu vltimo, non est corruptibile, quia sic haberet corrumpens, & quærendum esset tunc de illo corrumpente

Secunda probatio.

B

C

D

A pente, aut est æternũ, uel corruptibile. si sit æternũ, tunc si nũc corrũpatur, & prius nõ: hoc nõ est nisi p̄p̄ nouam dispositionem, q̃ non acquirit, nisi p motũ, & sic post vltimũ motũ erit motus, qđ est impossibile, si uero dicat, q̃ sit corruptibile, oportet, q̃ habeat corrũpens, & quærendũ est de illo, sicut prius, & sic proceditur in infinitũ, qđ est impossibile. Sed hic dubitatur super hoc, qđ dr, q̃ si mobile corrumpatur, oportet, quod corrũpatur post corruptionem motus, illud nõ oportet, ut vr, quia multotiens contingit, q̃ motus, & mobile simul corrũpũtur, ut patet, quia qñ terra, uel aqua ascẽdit, ut ex ea generetur ignis, illud corpus, ex quo generabitur ignis, nõ manebit post motũ suum superius, sed simul corrũpitur cũ suo motu. Et eodem modo est in generatione aquæ ex igne descendendo inferius, quia simul corrũpitur ignis, & motus ignis deorsum, & similiter si animal descendit, & in descendendo moriatur, simul corrũpitur animal, & motus animalis. Itẽ corruptio, quæ est alteratio terminata ad non esse alterabilis, est motus. Vnde corruptio successiua rei est motus, & simul corrumpitur cum subiecto, in quo est, quia si illa corruptio corrũperetur prius, q̃ subiectũ, oportet subiectũ corrũpi post suã corruptionem, quod est impossibile, nec est uniuersaliter uerũ, q̃ mobile corruptibile corrumpatur post suum motũ, nec est vniuersaliter uerum, qđ subiectũ corrumpatur post corruptionẽ cuiuslibet sui accidentis, quia si substãtia cõposita antequã corrũperetur denudaretur ab omnibus suis accidẽtibus, & fieret insensibilis, & immaterialis, qđ est impossibile, quia sic non esset aliquod accidens inseparabile. Quare dico ergo, quod non est vniuersaliter verum de omni motu corruptibili, scilicet q̃ suum subiectũ corrũpitur post corruptionẽ motus, tñ hoc est bene verum de motu locali puro non admixto cũ alio motu, & rõ est, quia generatio, & corruptio sunt finis alterationis: ideo oportet alteratio præcedat immediate corruptionẽ mobilis, & alteratio non est cum motu locali puro, quia sic non esset purus motus localis, & p̄p̄ hoc oportet, si mobile motũ motu locali puro dẽt corrumpi, quod corrũpatur post corruptionẽ motus localis, quia si sit motus localis purus necessario præcedet alterationem, per quam mobile corrumpetur. Et quia primus motus, & et ultimus si esset, esset motus localis purus: ideo de primo motu est dictum Phyl. uniuersaliter uerum, scilicet si mobile motum motu primo esset corruptibile, q̃ corrumperetur post primum motum, nõ est uerum de alijs motibus localibus non puris admixtis cum motu alterationis, de quibus procedunt obiectiones.

Primũ dubium.

Secundum dubium.

Solutio dubiorũ.

C Et non aliquando esse, aliquando non esse. Etenim ita dicere potius simile est figmento. Et item dicere sic esse aptum, atq; hoc oportere principiũ esse putare. Quod quidem Empedocles dixisse uidetur, rebus, inquam, competere necessario, ut nunc concordia, nunc discordia uincat, ac eas moueat, in medio uero tempore quiescant.

Tex. c. 14.

Sed non aliquando quidem erat, aliquando autem nõ. Et namque assimilatur sic dicere figmento magis. Similiter autem, & dicere, quia aptum natum sic est, & hoc oportet opinari esse principium, sicut uidetur utiq; Empedocles dicere, quod tenere, & mouere amicitiam in parte, & discordiam inest rebus ex necessitate, quiescere autem medium tempus.

D HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus reprehendit opiniones ponentium non semper fuisse motum, scilicet opinionem Anaxa. & Empe. Vnde hæc pars continet tres particulas, quia in prima phylosophus reprehendit coniunctim opiniones Anaxa & Empe. In secunda ibi. (At uero nihil ordinatum, &c.) comparat opinionem Ana. & Em. ostendẽdo, q̃ Ana. inconuenientius posuit, q̃ Em. In tertia aũt (ibi. Sed oportet hoc dicentẽ.) reprobat specialiter opinionem Em. In prima ergo particula huius partis phylos. narrando opiniones Ana. & Empe. dicit, quod dicere, quod aliquando fuit motus, & aliquando non, siue quod aliquando fuit mundus, & aliquando non, vt dixerunt Ana. & Em. magis assimilatur figmento, quam dicto rationali. Nã Ana. dixit mũdum semel fuisse generatum, & dicit quietem fuisse ante generationem mundi in tempore infinito. Empe. uero dicit mundum infinities esse generatum, & infinities corruptum, nam dicit, quod amicitia mouet aliquando congregãdo res adinuicem, & q̃ propter hoc corrumpitur mũdus, & dicit litem quãque segregare res adinuicem, & per hoc generatur mundus, & sic iam Ana. q̃ Em. dixerunt mundum aliqñ esse, & aliqñ non esse. Et si quæratur ab Em. quare mouet amicitia in tanto tẽpore, in quanto mouet lis, & quare in medio tempore oĩa quiescunt. Respondet, quod non est huius assignare aliquam cãm, quia illud est principiũ. Vnde sic est, quia sic aptũ natum est esse, uel forte: ideo non est aliquã causam assignare, quia illud est actio primæ causæ, cuius non est aliqua alia cã, ita enim accidit ex necessitate, scilicet quod amicitia cõgregat, & lis disgregat, & quod sit quies in t̄p̄e medio. Notandum s̃m Comm. hic, quod illud dictũ est simile figmento, siue fictioni, figmentum enim est, quod aliquando agens facit unum contrariorũ in una hora, & in alia non absque cã: dicit enim, quod ex isto sermone sequitur, quod motus sit sine motore, sed qualiter hoc sequatur vr dubium. Dico tñ, quod si amicitia quandoque mouet, & quandoque non, oportet, q̃ sit aliquis motus, ratione cuius amicitia mouet de nouo, & ille motus non habeat motorem. Vnde si amicitia moueatur ad mouendũ res, nõ est dare aliquo modo motorẽ illius motus, quo amicitia mouetur, cum nulla sit causa secundum Empe. quod amicitia moueatur, & sic erit motus sine motore, quod est impossibile.

B Fortasse etiam, & hi qui principium unum faciunt, vt Anaxagoras, hoc dixerunt modo.

Fortassis autem, & unum principium facientes, sicut Anaxagoras, sic utique dicerent. Tex. c. 15.

EOdem modo dixit Anaxagoras, & alij ponentes principium actiuum, quod oportet accipere pro principio, quo motus incepit.

At uero nihil eorum, quæ natura, secundumq; naturam fiunt ordine uacat. Natura namque vniuersis est ordinis causa. At infinitum nullam rationem habet ad infinitum. Omnis uero ordo ratio est. Infinito autem quiescere tempore, deinde aliquando moueri, huiusque differentiam nullam cur nunc magis quam prius, nec ullum ordinem esse, non est profecto ipsius opus naturæ. Nam id, quod natura fit, aut simpliciter sese habet, ut ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum, interdum non sursum, aut rationem habet, si non simpliciter se habet, eodemque modo. Quocirca præstabilius est rem ita sese habere, ut Empedocles. & siquis alius ita dixit, interdum, inquam, quiescere, interdum moueri. Talem enim ordinem in quendam habere uidetur.

C *At uero nihil inordinatum eorum, quæ natura, & secundum naturam sunt: natura enim omnis causa ordinationis est. Finitum autem ad infinitum nullam rationem habet. Ordinatio autem omnis ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando. Huius autem neque unam differentiam esse, quare nunc magis, quam prius. Neque iterum aliquam ordinationẽ habere non iam natura est opus. Aut enim simpliciter se habet, quod est naturæ, & non aliquando quidem sic, aliquando uero aliter, ut ignis natura sursum fertur, & non aliquando quidem, aliquando uero non, aut rationem habet quod non est simpliciter. Quare dignius est, sicut Empedocles, & siquis alter dixit, sic habere in parte quiescere omne, & moueri iterum: Ordinationem enim iam habet quandam huiusmodi.*

D HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua phylosophus comparat opinionem Ana. & Em. adinuicem ostendẽdo, q̃ Ana. inconuenientius posuit, quam Emped. Anaxa. enim posuit res primo quiescere per tempus infinitum, & postea moueri p tẽpus finitũ, sed Emp. posuit res aliquando quiescere per tempus finitum, & postea moueri per tempus infinitum, & sic semper. Vnde hæc opinio Ana. est inconuenientior, & hoc declarat phylosophus, probando, quod magis inconueniens est ponere res quiescere per tempus infinitum, & postea moueri per tempus finitum, quam ponere res quiescere per tempus finitum, & po-

Improbatio opinionum Em. & Anaxa.

Comparatio opin. Em. & Anax.

ftea moueri per tempus finitum, & hæc est quinta conclusio de annexis, quæ probatur sic. Ponere, quod est contra naturam est magis inconueniens, quam ponere illud, quod nõ est contra naturam, sed res quiescere per tempus infinitum, & postea moueri per tempus finitum est contra naturam, & ponere res quiescere per tempus finitum, & postea moueri per tempus finitum non est contra naturam ergo, maior patet per se. minor uero declaratur per hoc, quia, quod est omnino sine ordine est contra naturã, quia natura nihil facit inordinatum: quia illa, quæ fiunt secundum naturam, aut fiũt semper, aut fiunt, ut frequentius: natura enim semper procedit ordinate, nisi impediatur. ergo illud, quod est cum ordine, non est contra naturam, sed ponere res quiescere per tempus infinitum, & postea moueri per tempus finitum, uel infinitum, est ponere illud, quod est omnino sine ordine, quia inter finitum, & infinitũ non est ordo, sed bene est ordo inter finitũ, & finitum. Ideo ponere res quiescere per tempus finitum, & postea moueri per tempus finitum non est contra naturam, nec etiam contra ordinem naturæ. ergo. Intelligendum hic, quod, siue Ana. posuit res quiescere per tempus infinitum, & postea moueri per tempus finitum, siue per tempus infinitum, vtroq; modo posuit contra naturã, quia nec inter infinitũ, & finitum est proportio, nec inter infinitum, & infinitum est proportio, quia si inter illa est proportio, illa esset proportio quantitatiua, sed proportio quantitatiua non est inter vnũ infinitum, & aliud infinitum, quia nec sunt æqualia, nec vnum infinitum est maius alio, vt patet in quæstione, vbi probatur, quod inter infinitum, & finitum non est proportio quantitatiua, quia infinitum non est maius finito in aliqua certa proportione, quia nec est in duplo, nec in triplo, nec in quadruplo, & sic de aliis, vt satis patet. Vnde sciendum, quod quidam textus habent sic infinitum ad infinitum nullam rationem, idest proportionẽ habet. Et quidam habent sic, infinitum ad finitum nullam rationem habet, & ideo dixi, quod cum Ana. ponat res primo quiescere tempore infinito, & postea moueri, siue ponatur moueri tempore finito, siue tempore infinito, non est ordo, neque proportio inter quietem, & motum, neque inter tempus quietis, & tempus motus, quia nec est proportio quantitatiua inter infinitum, & infinitum, neque inter infinitum, & finitum. Et eodem modo est de infinito qualitatiuo.

Quinta conclusio de annexis.

Verum, & cum qui ita dicit, non solum id dicere, sed ipsius causam etiam afferre, & non ponere, neq; cẽsere vllam sine ratione sententiã, sed aut inductionem, aut demõstrationem afferre oportet. Ipsa enim, quę sunt supposita, non sane causæ sunt, neq; hoc erat concordiæ, uel discordiæ esse, sed illius quidem congregare, huius disgregare officiũ est. Quod si insuper assignauerit, ipsum interdum dicendum est, & in quibus sic fit, ceu esse apud nos aliquid, quod congregat homines, amicitiam inquã esse etiam aliquid, quod inimicos seiungit, inimicitiam inquam Hoc enim, & in ipso toto esse supponit. In quibusdam enim sic esse uidetur. Per æqualia uero ita fieri tempora, alicuius indiget rationis. Omnino autem hoc principium sufficiens, esse putare, semper inquam esse sic, aut fieri, non recte sese habet, ad quod Democritus causas naturales reducit, sic inquiens, & prius fiebat. Ipsius autẽ semper non quærere principium censet. In quibusdam hoc recte dicens, in omnibus autem non recte. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semper æquales habet. Attamen æternitatis huius est alia causa. Principiorum tamen, quæ quidem sunt perpetua non est alia causa.

Sed oportet, hoc dicentem non affirmare solum, sed causam ipsius dicere; & non apponere nihil, neque uelle dignitatem irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem facere, hæc quidem enim non causa positæ sunt, neq; in hoc erat amicitiæ, uel inimicitiæ esse. Sed huius quidem congregare, illius uero disgregare. Si uero A *determinetur, quod est in tempore in parte: dicendũ est, in quibus sic sunt, sicut, quia est aliquid, quod congregat homines amicitia, & fugiunt inimici ab inuicem. Hoc. n. supponitur, & in toto esse, uidetur enim, & in quibusdã esse sic. Quod autem sic est, & secundum æqualia tempora indiget aliqua ratione. Omnino enim existimare principium hoc esse sufficiens, quod semper, aut est sic, aut sit, non recte se habet opinari. In quo Democritus reducit de natura causas, quod sic, quod prius factum est, ipsius aũt semper uoluit principium quærere in quibusdã dicens recte. Quod autem in oĩbus non recte. Et trigonũ semper habet duobus rectis æquales angulos, sed tamen est perpetuitatis huiusmodi altera causa, principiorum igitur non est altera causa, sed perpetua sunt.*

HÆc est tertia particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. specialiter reprehendit opinionem Empe. quia ipse posuit, quod amicitia est causa congre- B gationis, & lis est causa disgregationis, & quod tempus congregationis est æquale tempori segregationis, & non assignat aliquam causam huius, sed tamen est aliqua causa, uel ratio designanda, scilicet aut demonstratio, aut inductio. nec sufficit assignare aliquam litem, uel amicitiam pro causa, quia nos uidemus, quod homines aliquando sunt amici, & aliquando inimici, nec oportet propter hoc, quod tempus congregationis sit æquale tempori segregationis, & tamen ipse posuit, quod sicut est in hominibus, scilicet, quod lis segregat, & amicitia congregat, ita est in vniuerso, & ideo cũ in omnibus, nõ oportet, quod tẽpus amicitiæ sit æquale tempori inimicitiæ: ita non oportet, quod tps congregationis sit æquale tpi segregationis in uniuerso, quare, &c. Opinio quidem. Sed ad illud uidet Empe. dicẽs, quod est necessarium, amicitiã cõgregare, & litẽ segregare, & in equali tpe: sed necessarium, vt dicit, non habet cam, ideo huius non est aliqua causa assignanda. Causam. n. ut dicit, non oportet quærere nisi in eo, cuius esse, non est necessarium, ideo multi alij antiqui dixerunt, principium mundi esse æternum, sed dixerunt mundum esse nouum. Cum enim quærebatur ab eis, quare mundus sit ab æterno agente, agente in tali tempore, & non in C alio. Responderunt, quòd de æterno agente non oportet quærere, quare aliquando agit, & aliquando non. nec etiam de eo, quod fit ab æterno agente, est quærendum, quare nunc est, & prius non. sed non est sic, sicut ipsi existimauerunt. Si enim non oportet dare causam primæ actionis primi principij, quia actio eius fuerit æterna, æterni tamen agentis, si eius fuerit noua, oportet dare cam illius nouitatis, seu nouæ actionis, & quod Empe. & Democritus, & eorũ sequaces dixerũt, quod res necessariæ non hñt causas, verum est, in quodam, & in quodam nõ, quoniam principia necessaria non habent causas, sed conclusiones, & si sint necessariæ habent causas. Nam illa conclusio, videlicet, triangulus habet tres angulos, &c. etiam si sit necessaria habet causam. Ex quo loco accipiunt aliqui, quod aliquis effectus potest esse perpetuus, quia, vt dicunt, conclusio demonstrationis est effectus demonstrationis, & tamen cõclusio demonstrationis est perpetuo vera, sicut, & præmissæ, sed de hoc uidebitur magis in quæstione. Potest tamen hic poni sexta conclusio de annexis, uidelicet, quod quorundam perpetuorum est aliqua causa, & probatur sic Conclusiones, & demonstrationes sunt perpetuæ, quia perpetuo sunt veræ, & habent causas, ut illa conclusio, scilicet triangulus habet D tres angulos, &c. est perpetuo uera. & habet causam, & sic est de aliis conclusionibus, & sic perpetuorum est aliqua causa.

Reprehẽsio Empe.

Responsio Empe.

Confutatio.

Sexta conclusio de annexis.

Tot igitur a nobis sint dicta, quibus iam patet nullum unquam fuisse, uel fore tempus, quando non erat: aut non erit tempus.

Quod quidem igitur nullum tempus erit, neq; erat, quando motus non erit, siue non erat, tanta dicta sunt.

HIc Phyl. epilogat, & est manifestum per se. Sunt tamen hic aliqua notanda secundum Commen. Primo, quod cum Phyl. dicit, quod natura est causa ordinis, intelligit per ordinem, ut actus eius sit unius modi, aut modorum diuersorum, temporibus tñ ordinatis, idest, determinatis, & quod illud, quod est vnius modi, sit per vnã cãm, & illud, quod est modis diuersis in tpibus diuersis fit per diuersas cãs, quæ reuertuntur

Primũ notan.

Secundum notan.

tuntur in se circulariter. Secundo est notandum secundum Commen. quod in dictis Anaxagoræ sunt duo dicta contraria fundamẽtis naturalibus. Primum est, quod aliquid sit possibile in tempore infinito, & postea exit in esse. Vnde arguit sic. si res primo quiescat tempore infinito, aut illa quies erit naturalis, aut violenta, non uiolenta, quia nullum uiolentum durat per tempus infinitum, si autem sit naturalis, tũc motus, qui est ab illa quiete non est naturalis, ergo uiolentus. & per consequens non durat per tempus infinitum, cuius contrarium dixit Anax. Secundum dictum Anax. contrarium fundamentis naturalibus est ponere motum, & motorem existentia in tempore infinito, & motorem non mouere, & motum non moueri, & postea incipere in motu. hoc est unum mouere, & aliud moueri in illa hora absque hoc, quòd fuit alia causa, per quam mouet in illa hora, & non prius.

Tertium notan.

Tertio est notandum secundum Commenta. quòd illa ratio Anax. est similis rationi, quam ponit nostra lex, quia lex nostra ponit mundum de nouo esse creatum, & quod prius per tempus infinitum non fuit mundus, sed ipse nobis false imponit. quoniam lex nostra non ponit, quòd ante mundum fuit tempus. dixit tamen, quod lex nostra ponit mundum productum de nouo ab agente uoluntario, ideo uidetur magis posse sustentari, quam si poneretur produci naturaliter, quia naturalia uidentur habere ordinem terminatum, scilicet currere eodem modo, aut frequenter, aut semper. Illa enim, quorum principium est uoluntas, uidentur diuersificari, & non sequi eundem ordinem.

Obiectio.

Sed Commen. dicit contra hoc, quòd impossibile est, quòd actio noua fiat per uoluntatem antiquam, nisi sit actio antiqua media, uoluntas enim non postponit facere, quod intendit, nisi propter existentiam alicuius intentionis in re iuuenta, quæ non erat in tempore uoluntatis, & si non, esset necesse, vt illud, quod est uolitum, esset cum uoluntate. Et postea dicit Commen. quòd uolitum non postponitur in tempore uoluntatis, nisi propter hoc, quòd aliquid deficiat in uoluntate, ut est saltem præsentia temporis, & est impossibile, quòd hoc negetur ab homine per suam intrinsecam rationem, sed si negetur erit per rationem extrinsecam, hæc Cõment. Si detur, quod uoluntas antiqua agat aliquid de nouo propter præsentiam temporis, tunc Commen. habet propositum, scilicet, quod præsentia temporis est causa nouæ actionis. Et reuertitur quæstio de illo tempore, quoniam tempus nouum, quod fit, postquam non fuit, indiget tempore, in quo fiet, per quod appropinquetur sua factio, & determinetur si non esset semper & hoc est manifestum per se. Et si quæratur, quo modo potest inueniri noua actio ab antiqua uoluntate, secundum hanc opinionem, respondet Commenta. quod hoc contingit mediante motu antiquo a uoluntate antiqua. Istud enim motum appropinquabitur alicui, & distabit ab aliquo, & sic erit causa motus, & quietis.

Quæstio an primus motus sit æternus, & arguitur quatuor uiis.

Circa uero conclusionẽ principalem huius capituli, quæro, vtrum talis conclusio sit vera, & hoc est quærere, vtrum primus motus sit æternus. Et arguo quadruplici via, quòd non. Et primo ratione sumpta ex parte terminorum motus. Secundo per rationes sumptas ex parte infinitatis. Tertio per rationes sumptas ex parte temporis. Quarto per rationes sumptas ex parte perpetuitatis specierum generabilium, & corruptibilium.

Primũ argumẽtum pro prima via.

Primo arguo sic. Nihil, quod est finitum ex vtraque parte, est æternum, sed primus motus est finitus ex vtraque parte, ergo &c. maior patet de se, minor uero etiam patet quinto huius, ubi p.d quòd omnis motus est ab aliquo in aliud, & per consequens motus primus est ab aliquo in aliud, idest, a termino in terminum, & per consequens motus primus est finitus ex vtraque parte.

Tex. cõ. 4.

Vnde ista ratio probat, quòd motus primus est finitus ex vtraque parte, ideo &c.

Secũdum argumentum principale.

Secundo probatur, quòd motus primus sit finitus ex parte post, & hoc probatur dupliciter, primo per diffinitionem motus, quia motus est actus entis in potentia, inquantum in potentia. vt patet tertio huius, & hæc diffinitio motus est communis motui nouo & æterno, vt patet ibidem per Comment. commento sexto, ergo motus primus est actus entis in potentia, inquantum in potentia, & per consequens motus primus habet terminum ad quem est in potentia, & per consequens est finitus ex parte post.

Tex. com. 6. & 16.

Secũdum arg. mentum.

Secundo probatur idem per rationem sic. Motus primus aut est propter finẽ, aut nõ, si non, igitur est casualis & non per se intentus ab aliquo agente, quod est inconueniens, si uero sit propter finem, quæro, aut iste finis, propter quem est motus primus possit haberi, vel non, si non potest haberi, tunc est frustra, & ociosus, quoniam iste motus est ociosus, qui fit propter finem, qui finis non potest haberi, si vero iste finis potest haberi, & habito fine, propter quem est motus, cessat motus, sequitur, quòd motus primus aliquando cessabit, vel saltem

A sequitur, quòd potest cessare.

Primum argumentum pro secunda uia

Secundo principaliter arguitur, ex parte infinitatis probando, quòd motus primus non est infinitus ex parte ante, & hoc sic. Totus motus præteritus secundum se totum est actualiter pertransitus, sed nullum infinitum secundum se totum est actualiter pertransitum, ergo totus motus præteritus est finitus ex parte ante Vel potest argui sic. Totum tempus præteritum non est infinitum ex parte ante. ergo primus motus non est infinitus ex parte ante. consequentia patet per hoc, quia motus primus non fuit ante totum tempus, & antecedens probatur sic, totum tempus præteritum est actualiter pertransitum, ergo totum tempus præteritum non est actualiter infinitum.

Respõsio.

Sed huic rationi forte diceretur, quod totum tempus præteritũ, & si sit infinitum ex parte ante, est tamen finitum ex parte post, & sic totum tempus præteritum est pertransitum ex ea parte, qua est finitum, non ex ea parte, qua est infinitũ.

Replica.

Sed contra, si totum tempus præteritum sit actualiter pertransitum, sequitur, quòd totum tempus futurum possit esse actualiter pertransitum, cõsequens est falsum. igitur & antecedens. falsitas consequentis patet per hoc, quia totum tempus futurum est infinitum ex parte post, si igitur totum tempus futurum possit esse actualiter pertransitum, sequitur, quòd infinitum ex ea parte, qua est infinitum

B possit esse actualiter pertransitum, hoc est impossibile. ergo & illud, ex quo sequitur, & sic patet falsitas consequentis, consequentia autem probatur sic,

Probatio.

si aliqua magnitudo sit pertransita ab aliqua virtute, magnitudo tanta & consimilis potest esse pertransita a consimili virtute, sed non est maior distantia ab æterno vsque in hunc diem, quam ab isto die usque in æternum. si igitur ab aliqua uirtute sit pertransita, tota duratio ab æterno vsque nunc, sequitur, quòd tota duratio futura possit esse actualiter pertransita a consimili uirtute, & sic sequitur, ut uidetur, si totum tempus præteritum sit actualiter pertransitum, quod totum tempus futurum possit esse actualiter pertransitum.

Primum argumentum pro tertia uia.

Tertio principaliter arguitur ex parte temporis, probando, quòd primus motus incepit esse, & hoc probatur dupliciter, primo ex parte totius temporis præteriti, secundo ex parte dierum præteritorum, qui sunt partes temporis præteriti. Primo igitur arguitur sic. totum tempus incepit, ergo primus motus incepit, & per consequens nõ est æternus ex parte ante. Et quòd totum tempus præteritum inceperit, probatur sic. Quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, ergo totum tempus præteritum fuit aliquan-

C do futurum, & per consequens totum tempus præteritum aliquando incepit, antecedens probatur per hoc, quia quælibet singularis huius vniuersalis est vera. nam demonstrato quocunque instanti præterito, ista est uera, videlicet, hoc instans præteritum aliquando fuit futurum, cum nullum instans præteritum fuit primum instans totius temporis, & hæc consequentia ualet, quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, ergo totum tempus præteritum aliquando fuit futurum. probatur sic. si quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, nullum instans præteritum tunc fuit, & certum est, quod præsens instans tunc non fuit, nec etiam futurum tunc fuit. ergo nullũ instans tunc fuit, & sic aliqñ nullũ instans fuit, & per consequens aliquando nullũ tẽpus fuit, cũ tẽpus non stet, nisi per instans.

Formatur aliter argumentũ.

Hoc potest argui sub hac forma, si quodlibet instans præteritũ aliquando fuit futurũ, tunc illa fuit falsa, aliquod instans est. ergo sua contradictoria, tunc fuit vera, scilicet, nullũ instãs est, & sequitur, nullũ instans est. ergo nullũ tẽpus est, hæc igitur aliquando fuit vera, nullum tempus est, & per consequens tempus non est æternum, & per consequens primus motus non est æternus. probatio primæ

D consequentiæ, scilicet quòd si quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurũ, quod ista tunc fuit falsa, aliquod instans est, quia si quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, tunc quælibet singularis huius fuit falsa, scilicet quod instans est, quod probatur, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente, quia detur una singularis, quę tunc fuit vera, vt illa, hoc instans est, sed quòd ista sit falsa quocunque demonstrato probatur, quia aut demonstratur instans præteritũ, aut instans præsens, aut instans futurum. si demonstratur instans præteritum, tunc manifestum est, quod est falsa, quoniam si quodlibet instans præteritum fuit aliquando futurum, tunc quodcunque instans præteritum demonstraretur, hæc est uera, uidelicet, hoc instans tunc fuit futurum, & per consequens tunc hęc fuit falsa, instans est. Et similiter si demonstraretur instãs præsens, manifestum est, quòd hæc est falsa, quia, si quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, tunc non fuit hæc uera, hoc instans est, quia demonstrato instanti præsenti, hæc nunquã fuit uera, hoc instans est, necesse uera, si demonstretur instans futurũ, quia quocunq; instanti futuro demonstrato, hęc nun-

quam

quam fuit vera, hoc instans est. Si autẽ dicatur, ꝙ hæc est falsa, quodlibet instans præteritũ aliquãdo fuit futurũ, contra, quælibet singularis istius vniuersalis est vera, quoniã nullũ instãs præteritũ fuit primũ instans totius tẽporis, ex quo totũ tempus est æternum per positum. ergo ante quodlibet instans præteritum fuit tempus. ergo quocunque instanti præterito demonstrato, hæc est vera, hoc instans aliquando fuit futurum, quia in tẽpore præcedenti hæc fuit vera, videlicet, hoc instans est futurum.

Obuiatio. Replica.

Quarta uia.

Quarto arguitur ratione sumpta ex perpetuitate specierũ generabiliũ, & corruptibiliũ, & hoc sic, generatio hominis est perpetua, sic, ꝙ semper hæc fuit vera, homo est, per successionẽ generabiliũ indiuiduorũ hominis, sed modo sequitur, motus primus est perpetuus. ergo aliquando nullus homo fuit, consequens est falsum. ergo, & antecedens, consequentia probatur sic, si motus primus est perpetuus, tunc illa est uera, quẽlibet hominẽ præcessit motus primus, quia quælibet eius singularis est vera, scilicet istũ hominẽ, & illum, uel istũ hominẽ præcessit motus primus, & sic de alijs. ergo motus primus fuit ante omnẽ hominẽ, ex quo sequitur, ꝙ motus primus fuit, quãdo nullus homo fuit, & tunc sequitur, motus primus fuit, quando nullus homo fuit. ergo aliquando hæc fuit uera, nullus homo fuit. ergo a primo ad ultimũ sequitur. motus primus est perpetuus. ergo aliquando fuit ista uera, nullus homo est, igitur, &c. Et si dicatur, ꝙ illa est falsa, s. quẽlibet primũ hominẽ præcessit primus motus, nec est quælibet singularis vera.

Responsio. Replica.

Contra, sequitur, quilibet homo fuit generatus ab homine. ergo quẽlibet hominẽ præcessit homo, & per consequens quẽlibet hominẽ præcessit primus motus. Et si dicitur, quod hæc consequentia non ualet, quẽlibet hominẽ præcessit motus primus. ergo motus primus fuit contra omnẽ hominem.

Responsio. Alia replica.

Contra, sequitur, quẽlibet hominem præcessit motus primus, & per consequens motus primus fuit ante omnem multitudinem hominum. ergo ¶ In oppositum arguitur, & primo sic. Deus est æternus, ita ꝙ nunquam incepit, nec vnquam desinet. ergo cęlum fuit ab æterno, antecedens est uerum, ergo, & consequens, consequentia probatur sic.

Primũ argumentũ in contrarium.

Quandocunque aliqua sic se habent, quòd vnũ est prius alio solũ secundũ naturã, si unũ istorũ est æternũ secundũ durationẽ, etiam reliquũ est æternum secundum durationem, hæc consequentia patet, quia detur oppositũ consequentis, scilicet, quòd unũ sit æternum secundum durationem, & reliquum non, tunc ex isto sequitur, quod unum est prius alio, & non solum secundũ naturã, sed etiam secũdũ durationem, quod est oppositũ antecedentis, sed Deus & cęlũ, siue Deus & tempus sic se habent, ꝙ vnum istorum est prius alio, solum prioritate secundum naturam, cũ igitur Deus sit æternus secundum durationẽ, sequitur, quòd cęlũ, siue tempus sit æternum secundũ durationem.

Obuiatio.

Et si dicitur, quòd Deus non solũ est prior cęlo, vel tẽpore secundũ naturã, sed etiam secundũ durationẽ. Contra, nulla duratio est sine tẽpore, ergo si Deus sit prior cęlo, vel tẽpore duratione, sequitur, ꝙ est prior cęlo prioritate tẽporis, & sic tempus fuit, antequã cęlum fuit, & ante ipsum tẽpus, quod est impossibile. Forte dicitur huic, ꝙ quædã est duratio successiua, & quædam est duratio non successiua, sed tota simul, & sic Deus est prior tẽpore duratione non successiua. Contra, illa duratio non successiua, aut est natura Dei, aut est res alia, si sit res alia, & ista duratio fuit ab æterno, sequitur, ꝙ aliud a Deo fuit ab æterno, quod est inconueniens. si uerò illa duratio sit idem, quod natura Dei, tunc Deũ esse priorem secundum talẽ durationem est Deum esse prius secundũ naturam, & sic Deus nõ est prior cęlo, uel tẽpore, nisi secundum naturam.

Responsio.

Aliter dicitur, ꝙ Deus est prior cęlo duratione secundũ magnitudinẽ, & non secundum durationẽ successiuã realem. Contra, secundũ hoc sequitur, ꝙ Deus non est prior cęlo alia prioritate reali, quam prioritate secundum naturam, & sic Deus non est magis æternus, quam cęlum, nisi secundum imaginationem. Itẽ potest argui sic, Deus non fuit prius, quã cęlum, ergo si Deus sit æternus, sequitur, quòd cęlum sit æternum, antecedens probatur, quia detur oppositum, scilicet, ꝙ Deus fuit prius, quam cælum. ergo ante cælum fuit prius, sed nunquam prius fuit sine tempore, ergo si prius fuit ante cęlum, sequitur, ꝙ tempus fuit ante cęlum, quod est falsum.

Rationes Commentatoris.

Item arguitur per rationes Phyl. positas in exponendo textum, & etiam arguitur per rationes Comment. quarum prima est ista.

Prima rõ.

A voluntate antiqua non procedit nouus effectus sine motu. ergo si primus motus fieret a uoluntate antiqua, ante primum motum esset motus, quod est impossibile. Antecedens declaratur multipliciter. Primo sic, posito, ꝙ sit aliquis motus primus, arguitur tunc sic. Omne agens, siue sit agens per voluntatẽ, siue aliter, si nunc agit, & prius non agebat, tunc aliqua proportio est inter ipsum, & effectum, quæ prius nõ erat, sed huiusmodi proportio non potest fieri, nisi per motum. ergo si primus motus sit nouus, ante primum motum fuit motus, per quem fiebat illa noua proportio, sed hoc est impossibile, scilicet, ꝙ ante primũ motum fuit motus, ergo primus motus est æternus.

Secunda ratio.

Secunda ratio est illa, si primus motus sit nouus, oportet, ꝙ sit ab agente per uoluntatem, & intellectum, sed omne agens per voluntatem, & intellectum, si modo agit aliquid, quod prius non agebat, oportet eum apprehendere diuersa tempora, scilicet, vnũ tẽpus, in quo agit, & aliud tempus, in quo non egit, sed diuersitas temporum non est sine motu, ergo a uoluntate antiqua non procedit aliquid de nouo sine motu.

Tertia ratio.

Tertio probatur idem sic. Sicut se habet uoluntas noua ad actionem antiquam, ita se habet uoluntas antiqua ad actionem nouam, sed uoluntas noua non est immediata causa actionis antiquę. ergo uoluntas antiqua non est immediata causa actionis nouæ. ergo nihil nouũ potest procedere a uoluntate æterna sed si aliquid procedit ab ea de nouo, oportet, ꝙ hoc sit mediante motu, ergo &c.

Quarta ratio.

Quarto probatur idẽ sic. A uoluntate antiqua non producitur aliquid nouum, nisi mediante actione noua, hoc probatur, quia si volũtas antiqua nihil requireret ad hoc, quòd esset suum uolitum, statim posita sua uoluntate esset suũ uolitum, quia posita causa totali sufficienti, statim poneretur effectus, non igitur potest a uoluntate antiqua procedere nouus effectus, nisi mediante aliquo nouo, quod non fit, nisi per transmutationem nouã.

Quinta ratio.

Quinto probatur sic. Si voluntas antiqua producit aliquid de nouo, quod prius non producebat. ergo sibi prius deficiebat aliquid, quod nunc, quando producit non deficit, & illud non acquiritur, nisi per motũ. ergo uoluntas antiqua non potest aliquid nouum producere sine nouo motu, quia sibi deficiebat tps, in quo uoluit producere, & illud tps nouũ, quod deficiebat, nõ fiebat, nisi mediante motu. ergo uoluntas antiqua non producit aliquid de nouo, nisi mediante motu, & hoc est propositũ.

Quid dicãt aliqui ad qõnẽ.

Aliæ uero rationes modis contrarijs formantur, & ponuntur in expositione textus, quæ quasi oẽs eandẽ uim habent. Ad istã qõnem de æternitate motus dicunt quidã, ꝙ non fuit de intentione Phylo. quod motus sit æternus, sed solũ ponit motũ esse æternũ, tanquam conclusionẽ probabilẽ, non tanquã necessariã. hoc tñ est falsum, quia Phyl. in probãdo primũ motorẽ esse, & esse æternũ, vtitur æternitate motus, tanq̃ principio, qđ non esset, nisi esset de intentione sua.

Reprehensio.

Itẽ principalis pars metaphy. est de substantijs æternis a materia abstractis, quæ non põt probari esse, nisi per æternitatẽ motus, & ideo dicere, qđ primus motus non est æternus est destruere metaphy. Sustinendo igitur, qđ motus primus est æternus, rñdendũ ad rõnes in contrarium.

Ad primũ argumentum pro prima uia.

Vnde ad primã cũ dicitur, qđ motus primus est a termino in terminũ. Dicendũ, qđ motum esse a termino in terminũ põt esse dupliciter. vno modo, qđ ſm se totũ aliqñ incipiebat esse, & aliqñ desinet esse, & sic loquendo non est verũ, quod nis motus sit a termino in terminum, sed solum est uerũ de motu finito & terminato. Alio modo põt intelligi, quod motus sit a termino in terminũ secundũ se totum, uel ſcđm aliquam partẽ eius, & isto modo oĩs motus est a termino in terminũ, quia cuiuslibet motus aliqua pars est a termino in terminum.

Ad secundum argumentũ secundo loco.

Ad aliud, qñ quæritur, utrũ motus primus sit ꝑp finẽ, uel nõ. Dicendũ est, qđ sic, sed nõ est primaria intentione ꝑp aliquẽ finem acquirendũ. Vnde Com. 12 metaph. dicit, quod aliquis motus est ꝑp finem acquirendum, & aliquis motus est ꝑp aliquem finem iã habitum conseruandum, v. g. homo aliquando ambulat ꝑp sanitatem acquirendam, & aliqñ ambulat ꝑp sanitatem habitam conseruandã, & isto secundo modo, intelligentiæ mouentes cælum mouent ꝑp perfectiones, quas hñt cõseruandas, & non ut acquirant perfectiones nouas, qm per hoc, quod intelligentiæ mouent cęlum sunt causę istorum inferiorum, & in hoc consistit earum perfectio, quia in hoc assimilantur primo principio, quod est causa omnium aliorum. Ista autẽ propositio accepta in ratione. s. habito fine cessat motus, est intelligenda de motu, qui est ꝑp perfectionem acquirendam, & non de motu, qui est propter perfectionẽ conseruandam.

Ad primũ argumentum pro secũda uia. Ad repli.

Ad rationes autẽ de infinito, qñ primo dicitur, quod nullũ infinitũ ex vtraque parte potest esse actu pertransitum, dicitur, quod istud infinitum, quod ex una parte est infinitum, & ex alia finitum, cuiusmodi est totus motus præteritus, uel totum tempus præteritum potest esse actu pertransitum ex ea parte, qua est finitũ, & non ex ea parte, qua est infinitum, & sic est de toto tpe præterito, & de motu cęli preterito. Et cum arguitur in contrarium sic. Si totum tempus præteritum sit actu pertransitum, totum tempus futurum potest esse actu pertransitum. Dicendum, quod istud non sequitur, quia si infinitum potest esse pertransitum ex ea parte, qua est finitum, ex hoc non sequitur, quod infinitum possit esse pertransitum

ex ea

ex ea parte, quæ est infinitum, & quia tempus præteritum non est infinitum ex parte post, & tempus futurum est infinitũ ex parte post, ideo tempus præteritũ est pertransitũ, & tempus futurum non potest esse pertransitum, quia est infinitũ ex parte post, & pertransitio fit procedendo ex priori versus posterius, & tempus futurum versus posterius est actu infinitum.

Ad probationem.

Et ad probationem, cum dicitur, quod si aliqua magnitudo sit pertransita ab aliqua virtute magnitudinis tanta, vel consimilis potest esse pertransita ab eadem, vel consimili virtute. Dicendũ, ꝙ verũ est, incipiendo motũ super vtramque magnitudinẽ ab illa parte, a qua vtraque magnitudo est finita, tunc aũt motus, quo totum tempus præteritum est pertransitũ, nõn incepit in illa parte temporis, in qua est finitum, quoniã totum tempus præteritũ nũquam incepit. Vel dicatur, quod propositio accepta est vera si pertransitiones vbique procedant eodem ordine, & non quando una pertransitio procedit versus aliquam partem, ex qua una magnitudo est finita, & pertransitio alia procedat versus illam partem, ex qua alia magnitudo est infinita, tunc.n. non est propositio vniversaliter vera. tunc si totum tempus futurum debeat pertransiri, oportet, ꝙ procedatur in illa pertransitione versus illam partem, ex qua tempus futurum est infinitum, & ideo non oportet, quod si totum tempus præteritum sit pertransitum, ꝙ totum tempus futurum possit esse pertransitum actu: quia tempus futurũ non potest pertransiri, nisi procedendo versus infinitum. Si vero dicatur aliter, videlicet, ꝙ illa propositio, si aliqua magnitudo sit pertransita &c. est intelligenda de magnitudinibus permanentibus, & non de magnitudinibus successiuis. Contra. idem argumentum potest fieri de magnitudine permanente, quod & de magnitudine successiua, quia imaginentur duæ lineæ, quarum vtraque sit infinita ex una parte, & finita ex alia, quæ sint a, b, & imaginemur, quòd a, linea sit pertransita in toto tempore præterito, quod est possibile, ex quo tempus præteritum est infinitum, tunc si a, linea est pertransita in toto tempore præterito. ergo b, linea potest esse pertransita in toto tempore futuro, ergo &c. Dicendum, quod non sequitur, quia ex illa parte, ad quam fit transitio super b, lineam est b, linea infinita, sed ex illa parte, ad quam fiebat motus, seu transitio super a, lineam fuit a, linea finita. Vnde si fiant transmutationes, vel motus super æquales magnitudines versus partes magnitudinum eiusdem rationis, quantum ad finitatem, & infinitatem, tunc sequitur, si a, linea sit pertransita ab aliqua virtute, b, linea potest esse pertransita a consimili virtute, sed aliter non oportet.

Ad primũ argumentum pro tertia uia.

Ad tertiam uero, quòd arguitur ex parte temporis sic. tẽpus incepit, ergo motus. negatur antecedens, & quando arguitur sic, quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum concedo. Et cum infertur, ergo aliquando nullum instans præteritum fuit, dico, quod non sequitur, quia in consequente linea aliquando stat pro aliqua mensura determinata. Concedo tamen istam consequentiam, scilicet, quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, ergo nullum istorum instantium tunc fuit præsens, multum enim refert dicere, tunc nullum istorum instantium fuit præsens, & dicere nullum istorum instantium tunc præsens fuit, quia, quando ly tunc præcedit signum vniversale, supponit determinate, quia non confunditur ab aliquo præcedente, sed quando sequitur signum vniversale, tunc supponit confuse tantum, nec verificatur pro aliquo uno singulari.

Ad aliam formã argumentũ.

Ad aliam formam, quando arguitur sic. quodlibet instans præteritum aliquando fuit futurum, ergo tunc fuit falsa, aliquod instans est, dico, ꝙ non sequitur. Et quando probatur per hoc, quòd nulla singularis huiusmodi tunc fuit vera, concedo istam negatiuam, nulla singularis huiusmodi tunc fuit vera, quia nõ fuit aliquod unũ tẽpus, in quo quodlibet instans præteritum fuit futurum. Vnde hæc indefinita, aliquod instans est, semper fuit uera, sed non semper fuit uera pro aliquo uno singulari, sed continue pro alio, & alio singulari.

Ad argumentũ ꝓ quarta uia.

Ad aliud, quod quarto arguitur, quòd est de perpetuitate specierum generabilium, & corruptibiliũ, dico, ꝙ non sequitur, quemlibet hominem præcessit primus motus, ergo aliquando nullus homo fuit, nec sequitur, omnem hominem præcessit primus motus, ergo motus primus fuit ante omnem hominem, sed bene sequitur, quòd ante omnem hominem, seu ante omnem diem fuit primus motus, quia in illa. Motus fuit ante omnem hominem, tempus signatum per fuit stat pro aliquo tempore, uel instanti determinato, & in nulla determinata mensura fuit motus prius ante hominem, sed in illa Ante omnem hominem, seu ante omnem diem fuit primus motus, mẽsura assignata per ly fuit non stat pro aliqua mensura determinata, sed stat confuse tantum, quia respectu unius singularis stat pro uno, & respectu alterius stat

A

pro alio. Et quando arguitur sic. Si omnem hominem præcessit sol, ergo totã multitudinem hominum præcessit sol, dicendum, ꝙ si illa dictio tota teneatur cathegoreumaticæ, sic non sequitur. oẽm hominem præcessit sol. ergo totã multitudinem &c. quia mensura consignificata per hoc uerbum præcessit stat determinate in consequente, & denotatur, ꝙ in aliqua certa mẽsura fuit sol ante totam multitudinem hominum, si uero ly tota teneatur sincathegoreumaticæ, & fiat distributio solũ pro omnibus, qui sunt partes totius multitudinis hominum, sic concedo consequentiam, & in hoc sensu est consequẽs uerum, sicut & antecedens, quia denotatur, quod quemlibet hominem præcessit sol. Et in hoc sensu non sequitur ulterius, totam multitudinem hominum præcessit sol, ergo sol fuit aliquando ante totam multitudinem hominũ, sed hæc est fallacia figuræ dictionis, quia commutatur suppositio confusa tantum in suppositionem determinatam, quia in antecedente mensura consignata per verbum supponit confuse tantum, & in consequente supponit determinate.

Quod motus primus nõ fuerit ab æterno & primo.

Adhuc arguitur probando, ꝙ motus primus non fuit ab æterno, quia si sic, possibile fuisset, continuum fuisse actu diuisum secundũ quodlibet signum, & sic possibile fuisset, ꝙ continuum fuisset diuisum in

B

indiuisibilia, quod est impossibile, consequentia probatur per hoc, quia si primus motus fuisset ab æterno, infiniti dies præcesserunt hunc diem, & in quolibet die fuit possibile, ꝙ fuisset facta una diuisio in continuo, ergo possibile fuisset, ꝙ continuum fuisset diuisum secundũ infinita signa, & non solum hoc sequitur, sed etiam sequitur, ꝙ continuum fuisset diuisum per quodlibet signum, quia tot dies præcesserunt, quot sunt signa in continuo.

Secundo.

Ite sequitur, ꝙ possibile fuisset infinita corpora esse in actu separato, quia in quolibet die potuit Deus produxisse unũ corpus in actu, & illud conseruare in esse, & cũ infiniti dies præcesserunt secundum istã opinionẽ, sequitur, ꝙ fuisset possibile, infinita corpora esse in actu separato, quod est impossibile, non igitur præcesserũt infiniti dies, & per consequens, nec motus, nec tempus fuit ab æterno.

Ad primũ

Ad primũ botum dicendum, ꝙ ex quo tempus fuit ab æterno, non sequitur, ꝙ aliquod continuum potuit fuisse actu diuisum secundum quodlibet signum, uel infinita signa. Et cum dicitur, ꝙ in quolibet die facta esset una diuisio in continuo, dicendum, quod hoc non est uerum, quoniam si aliquod continuum debuit fuisse diuisum, oportuit illud aliquando fuisse continuum, ita

C

ꝙ non prius diuisum, quia diuisio continui est eius corruptio, & ista repugnant, uidelicet, quòd aliquid aliquando fuit cõtinuum, & tamen in quolibet die præterito in eo fuit facta una diuisio, quoniã si aliquãdo fuit factum unum continuũ prius non fuit diuisum, nec in eo fuit facta aliqua diuisio, & ideo dico, quòd impossibile est, quòd aliquod continuũ fuisset quolibet die diuisum secundum aliquod signum in eo, quia si quolibet die fuit facta diuisio in eo, illud nunquam habuit esse, sed quod nunquam habuit esse, nunquam potuit esse diuisum, ergo &c. Similiter nullum continuum diuisibile potuit fuisse ab æterno, quoniam omne tale est per se corruptibile, & nullum per se corruptibile potuit fuisse ab æterno, ergo &c. Si uero dicatur, ꝙ illa est uera, secundũ quodlibet signum potuit aliquod continuum fuisse actu diuisum, quia quælibet singularis est uera, & posito possibili non accidit impossibile, ergo istud est possibile .s. secũdum quodlibet signum aliquod continuum fuit diuisum. Dicendum, ꝙ illa vniuersalis est uera .s. secundum quodlibet signum cõtinuum, &c. & tamen sua de inesse est impossibilis, nec per istam uniuersalem de possibili denotatur tantum una possibilitas, sed infinitæ, quia alia possibilitas est ad diuisionem secundum unum signum, & alia

D

secundum aliud signum. Et cum dicitur, quòd posito possibili in esse non accidit impossibile, dico, ꝙ posito uno possibili inesse ꝑ ꝑ. solã positionẽ illius inesse non accidit impossibile, sed potius pluribus possibilibus incompossibilibus in esse bene accidit impossibile. Vnde quælibet istarum per se est possibilis, uidelicet, secundũ hoc signum cõtinuũ fuit actu diuisum: & sic de alijs, tamen omnes istæ singulares simul sumptæ sunt incompossibiles, & ideo propter positionem omnium istarũ singularium in esse accidit impossibile.

Ad secundum.

Ad aliud dico, quòd nõ sequitur, quòd possibile fuisset infinita corpora esse, aut fuisse in actu separato. Et cum dicitur, ꝙ qualibet die potuit Deus produxisse vnum corpus in actu. Cõcedo istam uniuersalẽ, sed hæc est impossibilis, uidelicet, quolibet die produxit Deus unum corpus in actu, & istud cõseruauit in esse, & quãuis quælibet singularis huius sit possibilis, tamẽ oẽs singulares huius simul sumptæ sunt incompossibiles. Vnde quælibet istarum est possibilis, scilicet illa die produxit Deus unum corpus, & istud conseruauit in esse, & illa die produxit Deus aliquod corpus,

pus. & istud conseruauit in esse, & sic de singulis, & tamē omnes illæ singulares simul sumptæ sunt incompossibiles. Adhuc arguitur probando, quod impossibile est motum, vel tempus esse æternum, quia si sic, tunc sequeretur, quod pars esset maior suo toto, quod est impossibile. igitur & illud, ex quo sequitur, consequentia probatur sic. Sit a, totum tps præteritum terminatum ad primum instans hesternæ diei, & b, totum tps futurū inchoatū a primo instanti hesternæ diei, & c, sit totum tēpus præteritū terminatū ad primū instans huius diei, & d, totum tps futurū inchoatum a primo instanti huius diei, tunc arguitur sic a, & b, sunt æqualia, quia vtrumque est infinitū ex una parte, & finitū ex alia parte, quia vtrūque terminatur, & finitur ad idē instans, & similiter c, & d, sunt æqualia propter eandem rationem, sed c, est maius, quā a, quia c, est totū respectu ipsius a, quia c, continet a, & plus. s. diē hesternā, & si est c, maius, quā a, sequitur, quod c, est maius quam b, quia quicquid est maius vno æqualiū est maius reliquo. cū igitur c, & d. sint æqualia, sequitur, quod d, est maius, quam b, quia quodcunque unum æqualium est maius eodē reliquū æqualium est maius, sed d, est pars ipsius b, quia b, est totū tps futurū a primo instanti hesternæ diei, vsque in æternū, & d, est solū tps futurū inchoatū a primo instanti huius diei, igitur b, continet d, sicut totū continet suā partem. & d, est maius quam b, vt probatum est, quia est maius quam a ergo si totum tps sit æternū, sequitur, quod pars non est maior suo toto, sed consequens est impossibile ergo.

Quod motus, uel tēpus nō potuit esse ab æterno.

Ad rationem prædictam.

Huic tōni dicitur, qd̄ ponendo tps esse infinitū, cum inter infinita non sit æqualitas, sequitur, quod ubi tā totū, quā pars est infinitū, quod totum, nec est maius, nec minus, nec æquale sua parte, vnde in infinitis, nec est maius, nec minus, nec æquale.

Prima replica.

Cōtra, propria passio quantitatis est esse æquale, uel inæquale, ut patet ex libro prædicamētorū, sed propria passio inest cuilibet contento sub subiecto illius passionis, & tps infinitū cōtinetur sub q̄titate, ergo tps infinitū est æquale, uel inæquale, & sic æqualitas, uel inæqualitas capiunt tps infinito. ergo &c.

Secunda replica.

Item tps infinitū est maius, q̄ tps finitum. ergo infinito competit maioritas, & per consequens inæqualitas.

Ad repli.

Dicendum, quod loquēdo de duobus, quorū vtrumq; est infinitū ex vna parte, & finitum ex alia parte, sic est dicendū, qd̄ neutrū eorū est maius, uel minus reliquo, tn̄ concedendū est, qd̄ infinitū est maius quolibet finito ex vtraque parte. Et si quæritur, vtrum vnū infinitū sit æquale alteri infinito, dicendū est, qd̄ æquale accipitur dupliciter. s. positiuè & priuatiuè, æquale positiuum est quoddam medium positiuū inter maius, & minus illo, cui est æquale, s. n. a, sit æquale ipsi b, accipiendo æquale positiuè, tunc a, est quantum mediū inter maius & minus ipso b, & sic loquendo de æquali non est concedendū, qd̄ unū infinitum sit æquale alteri infinito, quia infinito nihil est maius realiter, nec etiā s̄m imaginationem. Aequale autē priuatiuè sumptū est istud, quod suppositum est alteri, nec excedit istud, nec super exceditur ab illo, & isto modo unū infinitū est æquale alteri infinito, quia si duo infinita, quorum vtrumque est infinitū ex una parte, & finitū ex alia parte supponantur sibiinuicē, ita, qd̄ ex ea parte, quā vtrūque est finitum, supponatur, ita, quod eorum ultima sint omnino simul, manifestū est, quod neutrū illorum sic suppositorum adinuicē excedit reliquum, & sic concedo, quod unum infinitum est æquale alteri infinito loquendo de æqualitate priuatiuè sumpta. Vnde accipiendo æqualitatē indifferenter, vt est cōis ad æqualitatem positiuè & priuatiuè acceptam, sic concedo, qd̄ oīs quantitas alteri quantitati eiusdem rationis cōparata est ei æqualis, vel inæqualis. Vnde hęc proprietas est cōis omni quantitati. s. esse æquale, vel inæquale, accipiendo æquale indifferenter pro æquali positiuè, vel priuatiuè, unde concedendū est, qd̄ unū infinitum est æquale alteri infinito modo, quo dictū est, tn̄ unū infinitum non est maius altero infinito, propter hoc illa propositio non est vniuersaliter uera. Oē totum est maius qualibet sua parte finita.

Aequale accipitur dupliciter.

Opinio aliquorū.

Intelligendum s̄m quosdā, qd̄ infinitum non habet aliquam partem finitam, immo quælibet pars infiniti est infinita, & ratio illorum est ista, quia inter partes & totum debet esse aliqua proportio, sed inter finitū & infinitū nulla est proportio. ergo &c. vnde dicit quod quodlibet finitum se habet ad infinitū, sicut se habet punctus ad lineam, & ideo, sicut punctus non est pars lineæ, ita nullum finitum est pars infiniti. Mihi tn̄ vr̄, quod loquendo de parte quantitatiua, vt ponit arithmeticus, quia non ponit aliquam partē, nisi partē aliquotam, quæ aliquotiens sumpta reddit totum, cuius est pars, sic est concedendum, quod nullū finitum est pars infiniti, quia nullū finitum aliquotiens sumptum reddit totum infinitum, sed loquendo de parte cōiter, s̄m quod est cōis ad partem aliquotam, sic est cōcedendū, quod finitum est pars infiniti, ut, quod ista dies est pars

A totius temporis. Tn̄ sustinendo fidē catholicam est dicendū, quod nec motus primus est æternus, nec etiā tps est æternum, intelligendo per æternū illud, quo non p̄t imaginari prius, nec posterius s̄m durationem.

Ad primū argumentum in cōtrarium.

Ad primum igitur in contrarium dicendū, cū dicitur, quod Deus est prior motu solū prioritate naturæ, dico, quod illo cōcesso, nō sequitur, quod si Deus sit æternus, quod & motus sit æternus, quia prioritas naturæ, qua Deus est prior toto tempore, & toto motu, est prioritas, quā Deus sic est prior, quod non potest imaginari aliqua duratio prior ipso Deo, sed contingit imaginari durationem priorem toto tempore, quæ præfuit extra totum motum, ergo.

Repli. prima.

Sed contra hoc dicitur sic. Prioritas naturæ est alia a prioritate durationis. ergo, qd̄ solum est prius alio natura, non est prius alio duratione. igitur Deus non est prior duratione toto tpe, ergo si Deus sit æternus, totum tps est æternum.

Respōsio.

Dicendū est, quod intelligendo per durationem illud, in quo sunt prius, & posterius, ita, quod qn̄ prius est, posterius non est, & econuerso, sic dico, quod duratio non est sine tpe, immo tempus est ipsa duratio, in qua sunt prius, & posterius. Dico igitur concedendo, qd̄ Deus non fuit prius duratione ipso tēpore, & tn̄ Deus fuit ab æterno, & tempus non fuit ab æterno, quia non contingit imaginari aliam durationem, in qua Deus non fuisset, si illa duratio fuisset, sed contingit imaginari durationem præcedentem totum tempus, quod in rei veritate fuit, & ideo Deus fuit ab æterno, & tēpus non fuit ab æterno, quia non contingit imaginari durationem priorem Deo, & tn̄ contingit imaginari durationem priorē toto tpe, quod fuit. Et si dicatur, quod secūdū hoc Deus non est æternus, nisi s̄m imaginationem. Dico, quod illud non sequitur, sed bene sequitur, quod Deus nō fuit durans duratione infinita, nisi s̄m imaginationem, quia huiusmodi duratio non fuit, nisi s̄m imaginationem. Et si dicitur, quod quandocunque Deus fuit, tunc tēpus fuit, ergo si Deus est æternus, tēpus est æternū, dicitur, quod si ly quādocunq; distribuat pro tēporibus, & instantibus tēporis, sic est hęc vera, videlicet. Qncunque Deus fuit, tunc tempus fuit, vel instans temporis fuit, sed ex hoc nō sequitur, quod si Deus sit æternus, quod tēpus sit æternū, quia æternū est illud, quod semper fuit sine acquisitione noui esse, si tps ab æterno fuisset. Vnde si tempus nunquam habuisset principium, Deus sine acquisitione noui esse fuisset in toto tempore carente principio, sed non est sic de toto tpe, quod de facto fuit, nō fuisset ante primū instans istius C tēporis, supposito, quod ante istud instans fuisset tempus, sed Deus fuisset ante primum instans totius tēporis præteriti, supposito, quod infinitum tempus præcessisset primū instās totius temporis præteriti. Vnde æternū est, quod coexistit toti tempori, & coexistisset tpi infinito, si tempus infinitum fuisset absque aliqua nouitate ex parte ipsius Dei. Et si dicatur, quod s̄m hoc non esset concedendum, quod Deus fuit ante totum tēpus præteritum, nec ante primū instans totius temporis. Dico quod si ly ante dicat anterioritatem tēporis, vel instantis temporis, sic est concedendum, quod Deus non fuit ante totum tempus, & ante primum instans, sed tn̄ huiusmodi propositiones admittuntur sub conditione, s. si ante primū instans totius tpis, qd̄ de facto præcessit, fuisset aliquod tps, Deus fuisset ubiq; acceptione noui esse ante primum instans totius tēporis, quod de facto præcessit, tn̄ sic absolutè non est concedendum, quod Deus fuit ante primum instans totius temporis, uel instantis, s̄m quod ly ante dicit anterioritatem tēporis, uel instātis. Multi tn̄ concedunt, quod Deus fuit ante primum instans totius tpis, s̄m quod ly ante dicit anterioritatem naturæ uel instātis æternitatis. Vnde concedunt, quod Deus fuit in instanti æternitatis ante primū instans totius temporis. Aūt videtur mihi, quod instās æternitatis, D si ponatur tale instans, est idē, quod ipse Deus, ideo dicere, quod Deus fuit ante primū instans totius tpis in instanti æternitatis, non est aliud, q̄ dicere, quod Deus fuit in seipso sine instanti sumpsius ante primum instans totius tēporis. Item, qn̄ dicitur fuit ante primum instans totius temporis, hoc uerbū fuit copulat prædicatum cum subiecto pro aliqua mensura præterita, & nec Deus est præteritus, nec æternitas, nec instans æternitatis est pręteritū, ideo videtur, quod illa non sit simpliciter vera. Deus fuit ante primū instans totius temporis, quia Deus non fuit in æternitate ante primum instans totius temporis, tamen videtur, quod sit cōcedenda sub conditione: Deus fuit ante primum instans totius temporis, sic intelligendo, quod Deus fuisset ante primū instans totius tpis absque acceptione noui esse, si ante primum instans totius temporis de facto præteriti fuisset aliquod tps. Et similiter est concedendum, quod Deus fuit in infinitum ante primū instans totius tpis, quia si ante primū instans totius tpis fuisset tps infinitum, fuisset per totū istud tps ante primū instans totius tpis. Veruntamen nū

deter-

determino, nec volo pro determinatione defendere, q Deus non fuit ante primum instans totius temporis, sed hoc relinquo iudicio meliori, quoniam si hoc uerbum fuit solum significet mensuram, quæ est tempus, vel instans t.pis, sic probabiliter potest dici, q Deus non fuit ante primum instans totius t.pis: Deus tamen est talis naturæ, q absque acquisitione alicuius esse fuisset ante primũ instans totius t.pis, si ante istud fuisset tps. **Ad rõnes Com.** Ad rationes uero Com dicendum, q omnes suę rationes procedunt ex falsa imaginatione .s. q ante factionem mundi fuit tempus, qđ est falsum. Et ad formam primæ rationis concesso, q à voluntate antiqua non procedat nouus effectus sine motu, dico, q voluntas, a qua processit mũdus, & motus primus non est antiqua, quia non præfuit in t.pe, ideo nõ est antiqua: nec fuit ab antiquo, sed si per uoluntatem antiquam uelis intelligere voluntatem æternam, sic est hæc falsa, scilicet a uoluntate antiqua &c. a uoluntate tamen, quæ præfuit in tempore, non procedit nouus effectus sine motu, vel mutatione facta in aliquo, ut dictum est supra. **Ad primã** Ad primã probationem propositionis acceptæ, quando dicitur, quod si agens nunc agit, & prius non agebat, est æque propotrio nona inter agens, & effectum. Dico, quod verum est, si illud agens præfuit prioritate temporis, si vero agens non præfuit in tempore, non oportet: **Ad secundam.** Ad secundam probationem, cum dicitur, quòd omne agens per uoluntatem, & intellectũ, si nũc agit aliquid, quod prius non agebat, oportet ipsum apprehendere diuersa t.pa.s.tps, in quo agit, & tempus, in quo non agit, dico, quòd non est verum, quia non fuit tempus, in quo non agebat, nisi solum s̃m imaginationẽ. Ad omnes probationes sequentes, ut ad tertiam, quartam, & quintam patet per iam dicta, quòd omnes supponunt falsa, uidelicet, tps præcedere factionem mundi, & primi motus, qđ non est uerum. **Vtrum aliquis effectus potuit fuisse ab æterno & primo.** Sed iuxta hæc quæritur, vtrum aliquis effectus potuit fuisse ab æterno, & probatur, quòd sic, quia posita causa sufficiente ponitur, uel potest poni effectus, sed prima causa ab æterno fuit sufficiens ad producendum effectum, quia ab æterno fuit omnipotens, ergo ab æterno potuit, produxisse aliquem effectũ, & per consequens effectus potuit fuisse ab æterno. **Secundo.** Item, cui non repugnat fuisse ab æterno, illud, potuit fuisse ab æterno, hoc patet, quia Deus potest facere omne illud, quod non includit aliquam repugnantiam, sed alicui effectui non repugnat ab æterno fuisse, ergo aliquis effectus potuit fuisse ab æterno, maior patet, & minor probatur per multa exempla. Quorum unum est. Si pes ab æterno fuisset, uel stetisset in puluere, vestigium pedis fuisset ab æterno, quod tamen a calcante nemo dubitaret fuisse factum, nec tamen alterum fuisset prius altero. Similiter, si sol luxisset ab æterno, radius solis fuisset ab æterno, & tamen radius solis fuisset effectus solis. **Tertio.** Item si subiectum fuisset ab æterno, propria eius passio fuisset ab æterno, & tamen propria passio fuisset effectus sui subiecti. **Quarto.** Item productio diuina non determinatur ad aliquam differentiam temporis, ergo si pro aliqua differentia temporis potuit, ab æterno potuit, sed Deus pro aliqua differentia temporis potuit producere mundum, ergo ab æterno potuit. **Quinto.** Item si prima causa produxit mundum de nouo, aut igitur potuit ante produxisse, aut non, non est dare, quòd non, quia ut prius dictum est actio primi non limitatur ad aliquod certum instans, ergo Deus ante potuit, signetur igitur illud instans, in quo ante potuit, & quæro, aut ante illud potuit produxisse mundum, uel non, non est dare, quod nõ, quia ut dictum est actio primi motoris non, determinatur ad aliquod instans, ergo ante potuit, signetur iterum instans, in quo ante potuit, & sic erit dare eadem ratione, quòd ante quodcunque instans in infinitum potuit, & per consequens ab æterno potuit produxisse mundum. **Sexto.** Item, si primum non potuit ab æterno produxisse mundum, aut huius causa est ex parte principij, vel ex parte effectus producti, non est dare primum, cum primum principium fuerit ab æterno, & semper potentiæ æqualis, nec est dare secundum, quia per Phylosophum his non repugnat effectui, quod sit ab æterno. quia ut dicit, si triangulus fuisset ab æterno, haberet tres angulos fuisset ab æterno, & si ignis & combustibile approximatum igni fuisset ab æterno, caliditas causata ab igne, & combustibili fuisset ab æterno. Ex quo igitur primum principium fuit ab æterno, & æqualis potentiæ semper in agendo effectum suum non repugnat fuisse ab æterno. **Respõsio.** Huic rationi forte diceretur, quod illa ratio procedit de his, quæ agunt naturaliter, sed non procedit de his, quæ agunt uoluntate, agens enim naturale primo instanti sui esse incipit agere, & hoc necessitate suæ naturæ, sed agens libere impossibile est, quod agat in primo instanti sui esse, quia libere agens potest agere, & non agere, sed quod actum est in primo instanti, in quo agens est, non potest pro illo instanti non esse actum. **Replica.** Contra. Illud uidetur esse absurdum, quòd primum principium non sit ita potens æternaliter in producendo, sicut agens naturale per tempus suæ durationis, ergo si ignis agens possit calefacere pro tota sua duratione, in qua est ignis in actu, absurdum uidetur, quòd primum principium pro tota æternitate non possit agere, & esse actu agens. **Septimo.** Item ab æterno Deus aliquid liberè ordinauit, & uoluit, & per consequens potuit illud non præordinasse, & per consequens libertas in productione non impedit productionem ab æterno. **Octauo.** Item sit impossibile mundum fuisse productum ab æterno, cuius oppositum posset demonstrari, sed mundum non fuisse ab æterno non potest demonstrari, ut patet primo topico, vbi Phylosophus dicit, quòd problema quærens, an mundus sit æternus, est problema neutrum, quia non habemus demonstrationem ad aliquam eius partem. **Nono.** Idem patet per rationem sic, quicquid abstrahit ab esse, fuisse, & fore, non est medium in demonstratione, sed quod quid est abstrahit ab esse, fuisse, & fore, & per consequens non potest esse medium ad demonstrandum mundum non fuisse æternaliter. **Decimo.** Item aliquis effectus potest perpetuari in rei ueritate ex parte post, ut patet de anima intellectiua, ergo eadem ratione potest effectus perpetuari a parte ante, ut patet primo cœli, vbi Phylosophus dicit, quòd nihil est perpetuum ex parte post, quod non sit perpetuum ex parte ante, & econtra. Item potest probari per rationes Phylosophi, & Commen. quæ rationes uidentur concludere, quòd aliquis effectus de facto sit ab æterno, ergo &c. **In oppositum, & primo.** In oppositum uero arguitur, & primo sic, si sit possibile causatum fuisse ab æterno ponatur in esse, scilicet, quòd causatum aliquid fuit ab æterno, principaliter mundus, & sequitur, quòd primum principium non potuit non produxisse mundum, quod est impossibile, quia primum principium est liberum, consequentia probatur sic, quia detur oppositum consequentis, scilicet, quod potuit non produxisse mundum, illud repugnat antecedenti, scilicet, quòd mundus fuit ab æterno, quod patet, quia si potuit non produxisse mundum, aut igitur antequam fuit mundus productus, aut postquam fuit productus, non est dare primum, quia ante æternum nihil est, nec etiam est dare secũdum, quia omne quod est, quando est, necesse est esse, nec etiam est dare tertium, quia omne præteritum, cum est præteritum, impossibile est, quòd non sit factum, seu præteritum, ut dicit Phylosophus sexto ethi. auctoritate Agatonis, hoc solo priuatur Deus facere ingenita, quæ utique facta sunt. **Secundo.** Item omne aliud a primo principio est creatum a primo, & per consequens aliud a primo est creatum a primo, sed esse creatum includit nouitatem, quia nihil accipit, quod habet, ergo omne aliud a principio habet esse de nouo, & per consequens necessario incepit. **Cõfirmatio.** Et confirmatur per hoc, quia illa non stant simul scilicet, quòd aliquid annihiletur, & quòd illud sit æternum a parte post, ergo non stat simul, quod aliquid sit ex nihilo, & tamen, q sit æternum ea parte ante, sed intelligentiæ cum non habeant materiam, & sint creatæ ex nihilo, ergo non fuerunt ab æterno, & per consequens, nec mundus, nec motus corporum cęlestium fuit ab æterno. **Tertio.** Item aliud est rem in esse producere, & ipsam productam in esse conseruare, nam rem iam creatam a primo de ipsa non potest uere dici, quòd primum nunc efficit eam, sed solum est uerum dicere, quod ipsam rem effectam nunc conseruat, sed si creata, ut motus, uel mundus fuissent ab æterno quocunque instanti præterito se habuit primum ad illa, sicut nunc se habet, cum ergo pro isto nunc non sit uerum dicere, primum efficere mundum, sed solum ipsum conseruare, igitur nunquam fuit uerum dicere, quod primum principium causat, aut efficit mundum, ergo. **Confirmatio.** Hoc sic confirmatur. Actio primi principij mensuratur aliquo indiuisibili, igitur si mundus fuit creatus a Deo in aliquo instanti indiuisibili fuit creatus a Deo, sed hoc est falsum, tum, quia si in aliquo instanti fuit creatus a Deo ante illud instans non fuit, & per consequens non fuit ab æterno, tum quia in quolibet instanti præterito Deus sic se habuit ad mundum, sicut nunc se habet ad ipsum, cum igitur in hoc instanti Deus non efficit mundum, sequitur, quod Deus nunquam effecit, nec creauit mundum. **Circa quæstiones sunt tres opiniones.** Circa hanc quæstionem sunt tres opiniones, prima est Phylosophi, qui ponit, quod non solum est possibile aliquem effectum fuisse ab æterno, sed etiam ponit, quòd necesse est aliquem effectum fuisse ab æterno. Secunda opinio est, quòd nec fuit aliquis effectus ab æterno, nec potuit aliquis effectus fuisse ab æterno. Tertia opinio ponit, quod nullus effectus fuit ab æterno, tamen

possibile

Primum principiũ primę opinionis. possibile fuit aliquem effectũ fuisse ab æterno. Primæ opinio, quæ est opinio Phyl. fundatur super tria principia, quorũ primum est, quod omne, quod fit, fit ex materia. Vnde Phylosophus uersus finem primi huius probat, illam materiam esse ingenitam, & incorruptibilem. *Secundũ.* Secundum principium est, qđ omne possibile, quandoque esse, & quandoque non esse habet contrarium, ut patet primo de generatione. *Tertium.* Tertium principium est, quod nulla substantia de se possibilis esse potest ab alio perpetuari, ut patet primo cæli, & mundi, & etiam duodecimo meta. Ex his igitur principijs probantur duo, quorum primum est, quod aliquis effectus fuit ab æterno. Secundum est, quod necesse est aliquem effectum fuisse ab æterno. Iuxta primum horum principiorum arguitur primo sic, nullum ingenitum incepit esse, materia prima est ingenita. *Prima ratio primæ opinionis.* ergo materia prima nunquam incepit esse, & per consequens est æterna, cum igitur materia prima nunquam fuit sine forma, sequitur, quod ab æterno fuit compositum ex materia, & forma, & per consequens ab æterno fuit aliquis effectus, minor huius rationis, scilicet, quod materia est ingenita patet ex primo huius, & hoc sic. Si materia prima generaretur, sequitur, quod generaretur ex materia, & tunc esset quærendum de illa materia, aut est genita, aut ingenita, si ingenita habetur propositum, si uero genita, quærendum est de materia, ex qua generatur, & sic proceditur in infinitum, quod est inconueniens. Item ex eodem principio arguitur sic. Omne, *Secunda ratio.* quod incipit esse, antequam fuit, fuit in potentia ad esse, sed potentia ad esse est ratione materiæ, ut patet si primo meta. ergo si aliquid incepit esse ante ipsum fuit materia, & materia non potuit per se existere sine forma. ergo materia semper fuit sub forma, & per consequens semper fuit aliquod cõpositum ex materia, & forma, & per consequens semper fuit aliquis effectus. Ex alio principio arguitur sic. Omne possibile quandoque esse, & quandoque non esse habet contrarium, *Tertia rõ.* igitur, quod non habet contrarium non est possibile quãque esse, & qnq; non esse, sed aliquis est effectus non habens contrarium, ut cælum. ergo talis effectus non potest quandoque esse, & quandoque non esse. ergo necesse est talem effectum esse, & per consequens non solum est possibile aliquem effectum fuisse ab æterno, sed etiam est necessarium. Ex tertio vero principio, arguitur sic. Aliqua substantia semper fuit, ut *Quarta ratio.* probatum est de cælo, sed nulla substantia de se possibilis esse potest ab alio perpetuari. ergo aliqua substantia causata de se est perpetua, & per consequens, necesse est aliquam substantiam cãtam semper esse, & sic non solũ est possibile causatum fuisse ab æterno, imo necesse est aliquod causatum fuisse ab æterno. Sustinendo igitur illam opinionem est distinguendũ de effectu, scilicet, quod effectus sumitur large, & stricte. Effectus large acceptus refertur ad causam in cõi, & est idem quod cãtũ. Vnde omne hñs aliquã causam in quocunque genere *Effectus sumitur duobus modis.* causæ esse fuerit dicitur effectus, large accipiendo effectũ, sed effectus strictè sumptus refertur ad causam efficientem. Vnde nihil est effectus propriè, & strictè, nisi illud, quod hẽt causam efficientem, sicut enim propriè, & strictè loquendo causatum refertur ad causam, ita propriè, & strictè loquendo effectus refertur ad causam efficientem. Vnde sicut efficiens est inferius ad causam, ita effectus strictè sumptus est inferius ad causatum. *Effectus tripliciter dicitur.* Et effectus strictè acceptus dicitur tripliciter, uno modo aliquid dicitur effectus solum propter hoc, quia de nouo fit productus in esse, accipiendo esse ab agente post non esse. Secundo modo dicitur effectus non solum illud, quod accipit esse de nouo ab agente, sed quia ab agente continue conseruatur in esse ab aliquo conseruante, quo amoto cederet talis effectus in non esse, ut patet de lumine causato ex luminari, & in esse conseruato per præsentiam luminaris, ut patet etiam de imagine, quæ apparet in speculo, quæ continue conseruatur per illius præsentiam, cuius est imago, tertius est effectus, qui continue est in fieri ex hoc, quia continue una pars fit, & alia corrumpitur, ut patet de successiuis, & de motu, & de tempore, quoniam quilibet horum effectuum refertur ad causam efficientem, quia habet esse aliquo modo a causa efficiente totaliter de nouo productum, uel conseruatum, vel continue in fieri. His igitur sic præmissis, physice loquendo, uidetur mihi, quòd loquendo de effectu largè, scilicet, secundum quòd effectus est idem, quod causatum, sic non repugnat effectum fuisse ab æterno. Nam primum principium, quod est causa finalis omnium, fuit ab æterno, uel saltem hoc non repugnat primo principio, & per consequens non repugnat causato fuisse ab æterno, quia non repugnat causæ finali fuisse ab æterno, & per consequens etiam non repugnat effectui causæ finalis fuisse ab æterno, sed strictè loquendo

A de effectu secundum quod effectus refertur ad causam efficientem, sic dico, quod effectui, qui propter hoc solum dicitur effectus, quia est de nouo productus, sic dico, quod tali effectui repugnat fuisse ab æterno. Illa enim repugnant, scilicet, quod aliquid sit de nouo productum in esse, & tamen quòd illud fuerit ab æterno, quia omne productum in esse de nouo necessario habet esse post non esse, sed illa repugnant, scilicet, quòd aliquid sit æternum, & tamen illud habet, uel habuit esse post non esse, quia omne æternum semper habuit esse. Vnde si aliquid sit æternum, illud semper habuit esse, sicut nunc habet, sed illud, quod semper fuit, nunc non producitur, cum semper se habuit, sicut nunc se habet, sequitur, quod si sit æternum, quòd illud nunquam fuit productum, sicut nec nunc producitur, & per consequens non est effectus de nouo in esse productus. Ista ergo repugnant, scilicet, quod aliquis effectus sit productus propriè loquendo, & tamen quod sit æternus, quia productio rei permanentis mensuratur instanti, sed in nullo instanti producebatur mundus, quia ante quodcunque instans fuit mundus, posito quod mundus sit æternus, & ideo non stant simul, quod mundus sit productus, & quod sit æternus.
B Si vero effectus accipiatur strictè secundo, uel tertio modo, secundum quòd propter hoc dicitur effectus, quia conseruatur in esse, uel quia continue est in fieri, sic dico, quòd non repugnat effectui fuisse ab æterno de primo, id est de effectu, qui propter hoc dicitur effectus, quia continuè conseruatur in esse, patet in exemplis superius adductis, quia tali effectui non repugnat fuisse ab æterno, nam si pes ab æterno fuisset in puluere, uestigium pedis fuisset ab æterno, & huiusmodi vestigium fuisset effectus pedis, quia continuè conseruaretur in esse per pedem, nam amoto pede non maneret uestigium. sed non fuisset effectus pedis de nouo creatura a pede, & eodem modo de luce, quæ fuisset ab æterno, si luminare fuisset ab æterno, quia lumen in diaphano conseruatur in esse per præsentiam luminaris. Similiter effectui, qui continue est in fieri, non repugnat fuisse ab æterno, ut patet de motu, quoniam si mouens, & mobile in dispositione, in qua natum est mouere, & aliud moueri fuisset ab æterno, motus fuisset ab æterno, sed iste totus motus æternus nunquam fuisset secundum se totum productus de non esse in esse, nec etiam repugnat effectui cau-
C sæ materialis fuisse ab æterno, quia illi, quod est habere tres angulos non repugnat fuisse ab æterno, quia si triangulus fuisset ab æterno, habere tres angulos fuisset ab æterno, vt dicit Phylosophus, & tamen habere tres angulos, &c. est effectus trianguli tanquam causæ materialis. Vnde causalitati, quæ non ponit, nec requirit nouitatem in effectu, cuiusmodi sunt causalitates aliæ a causalitate efficientis non repugnat habere effectum sibi coæternum. Sciendum est, quod secundum theologos primum principium est causa effectiua omnium aliorum entium, tam in producendo, quam etiam in conseruando quodlibet enim causatum tantum, & plus dependet a Deo, quam imago, quæ apparet in speculo dependet ab eo, cuius est imago, & ideo, sicut imago, quæ apparet in speculo continue conseruatur in esse a præsentia obiecti, cuius est imago, ita quodlibet causatum continue conseruatur in esse a primo principio. Hoc tamen est contra sententiam Phylosophi, & Commenta. qui dicunt, quod aliquæ substantiæ causatæ sunt de se perpetuæ, sed illud, quod est de se perpetuum, non indiget aliquo conseruante, quoniam illud, quod indiget conseruante, est de se corruptibile, & nulla substantia de se corrupti-
D bilis potest ab aliquo perpetuari, vt vult Commenta. in multis locis, ergo secundum eos non quodlibet causatum dependet in esse a primo principio, tanquam a causa conseruante. Circa istam quæstionem ponendæ sunt opiniones theologorum. Vnde opinio. S. T. docto. communis est, *Opinio sancti doctoris.* quòd mundus non fuit ab æterno, potuit tamen fuisse ab æterno, quod autem mundus non fuerit ab æterno, sola fide tenemus, neque potest ratione demonstrari. Et hic probatur, quod mundus incepit multipliciter. Et primo sic. Me- *Eius prima ratio.* dium ad probandum mundum incepisse, aut accipitur ex parte Dei creantis, aut ex parte creaturæ, non ex parte creaturæ, quia creatura quantum est de se abstrahitur a quocunque tempore præsenti præterito, & futuro. ergo per ipsam creaturam non potest probari aliquid esse de nouo. Nec potest accipi ex parte Dei, quia Deus non produxit aliquid ad extra, nisi uoluntate, & contingenter, sed nullus potest habere rationem ad inuestigandum uoluntatem diuinam. Similiter articulus fidei non demonstratur, *Secunda ratio.*
sed

sed nihil a Deo esse ab æterno, est articulus fidei, ergo nec expedit adducere rationes ad hoc probandum, quia si ad hoc adducantur rationes sophysticæ, quas infideles sciunt soluere, illi nos irridebunt, existimantes nos illud tenere firmiter propter huiusmodi rationes sophysticas. *Tertia ro.* Item ex hoc euacuaretur meritum fidei, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, hæc beatus Greg. in quadam homilia. *Quarta ratio.* Item quando actio agentis est instantanea, non est necesse agens esse prius facto, sicut patet in illuminatione medij, sed creatio, qua mundus creatur, est instantanea, ergo non potest demonstrari, quod Deus fuit ante mundum. Similiter primo to. pi. Phyl. dicit, quod problema de æternitate mundi est problema neutrum, quia neutra pars contradictionis potest demonstrari. Sed addit iste doctor, quod non fuit de intentione Phyl. probare, & affirmare mundum esse æternum, vt primo topi. vbi dicitur, quod problema de æternitate mundi est problema neutrum, & dicit, quod vbi Phyl. improbat nouitatem mundi, improbat eam secundum modum ponendi Empe. & Anaxa. aut alicuius talis, & sic improbat modum ponendi, & non positionem in se, & ideo primo topi. dicit Phyl. de eo, cuius non habemus rationem, si igitur diximus, quod igitur sic perfectum est, sicut si diximus, quod mundus est antiquus, vel non, & hæc dixit Rabi Moyses de intentione Phylosophi, videns Phylosophum non velle hoc affirmare, sed solum ponere rationes ad contradictoria, vt teneatur illa *Prima so.* pars, quæ minores, & pauciores dubitationes habet. Secundum vero principale, videlicet, quod Deus potuit ab æterno produxisse mundum, probatur multipliciter per hoc, quia Deus fuit ab æterno ita potens, sicut fuit quando creauit mundum, sed quando produxit mundum potuit producere illum, ergo ab *Secunda ratio.* æterno potuit producere mundum. Item aliquem effectum fuisse ab æterno, non includit aliquam repugnantiam, vt patet de vestigio pedis, & de lumine solis, & de subiecto, & de passione, & de illa passione, quæ est habere tres angulos, sed Deus potest facere illud, quod non includit repugnantiam, ergo Deus potest facere, quod aliquis effectus fuisset ab æterno. Vnde multæ rationes pro parte illa fiunt superius positæ, *Opi. Henrici de Gandauo.* quare &c. Alia fuit opinio solennis doct. Henrici de Gandauo, scilicet, quod mundus non potuit fuisse productus ab æterno, & hoc ostendit multipliciter, & primo sic, si mundus *Prima ro.* fuit productus ab æterno, illa productio, aut fuit subita, aut successiua, non subita, quia tunc fuisset in instanti, & per consequens mundus tunc incepit, quia non fuit ante illud instans, si vero illa productio fuit successiua, aut præcessit mundum, & sic mundus non fuit ab æterno, quia sua productio præcessit ipsum, aut sua productio continue manet in mundo producto, quod est falsum, quia sic mundus esset quoddam successiuum, quia in continua productione, nunquam producebatur aliter, quam nunc producitur, & similiter ex hoc sequitur, quod fieri rem idem est, quod rem conseruari, quod est *Secunda ratio.* falsum quia fieri est respectu habendi, sed conseruari est respectu habiti conseruandi. Secundo patet illud esse falsum, quia causa particularis primo causat rem, & postea conseruat eandem, ergo producere, & conseruare sunt distincta. Secundo autem arguitur ad conclusionem principalem sic, si mundus fuisset productus ab æterno, Deus non potuit non produxisse, quia nec antequam produxit mundum, quia nihil erat ante, nec quando produxit mundum, quia quando produxit, non potuit non producere, quia omne, quod est, dum est, necesse est esse, nec postquam produxit mundum, quia postquam produxit mundum, mundus semper fuit, & sic semper fuit, hæc vera. Deus produxit mundum. Et propositio affirmatiua vera de præterito est necessaria, si igitur Deus produxit, mundum non potuit non produxisse mundum. quod est fal*Instantia.*sum, quia Deus est agens libere. Sed iste doctor instat contra istam rationem sic. Deus libere prædestinauit aliquid ab æterno, & tamen non potuit non prædestinasse, ergo eodem modo sequitur. Deum produxisse mundum. Similiter, quia quod Deus voluit ab æterno voluit, & tamen multa sunt, quæ libere voluit, quia omnia extra se libere voluit, ergo non sequitur, Deus libere voluit hoc ab æterno, ergo non potuit hoc non voluisse, & eodem modo ex parte alia. Ad *Ad instã.* istam instantiam respondet iste doctor dicens, quod non est simile de prædestinatione, seu de voluntate Dei, & de productione, quia prædestinatio respicit obiectum, vt futurum, & ponendum in esse, sed productio respicit obiectum, vt est præsens, nam positum in esse necesse est esse. Vnde quamuis omne, quod est, quando est, necesse est esse, tamen non omne futurum, quando est futurum, necesse est esse futurum, quia sic nihil foret contingenter futurum. Tertio arguit iste

A doctor ad conclusionem principalem sic. Si Deus produxit, mundum ab æterno, eadem ratione potuit produxisse vnum *Tertia ro.* asinum ab æterno, & eum conseruasse, qui successiue generasset alios asinos in esse a Deo conseruandos, vsque ad asinum nunc præsentem, ergo inter primum asinum productum ab æterno, & asinum nunc præsentem fuissent infiniti asini, & sic de instantibus extremis finitis media possunt esse infinita, quod est inconueniens. Vnde potest hæc ratio confirmari per hoc, quia omnes rationes probantes, quod Deus potuit ab æterno produxisse mundum, æqua sufficientia probant, quod Deus potuit, produxisse vnum asinum ab æterno, & dereliquisse ipsum propriæ naturæ, sed hoc est impossibile, quia asinus sic productus ab æterno derelictus propriæ naturæ durasset per tempus infinitum, quia infinitum tempus fuit ante instans corruptionis illius asini, quod est impossibile, & claudens contradictionem, scilicet, quod asinus, vel aliquid per se corruptibile durasset, per tempus infinitum, quia omne corruptibile continue debilitatur, ergo si aliquod corruptibile continue durasset per tempus infinitum, sequitur, quod idem corruptibile esset infinitæ perfectionis, & per consequens non esset corruptibi-
B le, probo, quod illud corruptibile esset infinitæ perfectionis, quia nihil finitæ virtutis, quod continue debilitatur, potest durare per tempus infinitum, quoniam in tempore finito, potest consumi quælibet virtus finita. *Quarta ratio.* Quarto arguit ille doctor sic. Quæcunque conueniunt alicui ordine naturæ, & non possunt simul duratione inesse illi, oportet, quod vnum illorum præcedat aliud duratione, sicut & ordine naturæ, sed quælibet creatura ordine naturæ, prius, habet non esse, quam esse, & esse & non esse non possunt in esse eidem simul tempore, igitur oportet, quod vnum præcedat aliud tempore, & per consequens de necessitate est, quod mundus non fuerit ab æterno. *Op. aliorũ* Alij vero dicunt, quod mundus non potuit, fuisse ab æterno, & innituntur infinito, & dicunt, quod sicut infiniti dies præcesserunt, & etiam infinitæ animæ rationales essent in actu in aliquo, & quolibet die potuit Deus fecisse vnum lapidem, & omnes illos conseruare in esse, & sic infinita corpora essent simul, quod est impossibile, & claudens contradictionem, ergo. Hæc ratio non valet, quia de diebus non est inconueniens, quod infiniti dies præcesserint, quia hic non ponit infinita tempora in actu, sed in
C potentia, & in fieri, & cum dicunt vlterius, quod infinitæ animæ rationales essent in actu, illud non videtur esse inconueniens, scilicet ponere infinita non quanta in actu, nec essentialiter ordinata, & ad illud, quod tangunt, quod sic infiniti lapides possent esse in actu, dicendum, quod in hoc argumento non est causa, vt causa, quoniam posito, quod mundus fuit ab æterno non plures lapides potuit Deus produxisse in toto illo tempore, quam posset in vno instanti producere, & ideo si negetur, quod simul posset producere infinita, eadem ratione negabitur, quod in infinito tempore potest producere infinita. *Ad quæstionem.* Ad quæstionem igitur videtur esse dicendum, quod illa propositio est impossibilis, & claudens contradictionem, Deus produxit mundum ab æterno, loquendo de productione proprie secundum, quod distinguitur a conseruatione, quia productio diuina mensuratur mensura indiuisibili, & ideo si Deus produxit mundum ab æterno, Deus in mensura indiuisibili produxit mundum, & sic mundus non fuit ante mensuram illam, & sic non fuit ab æterno. Item productio cuiuslibet causati est de non esse in esse, & sic omne causatum productum prius habuit non esse, quam esse, & sic si mundus fuit productus prius habuit non esse, quam esse, &
D ita si mundus fuit productus, aliquando habuit non esse, & per consequens non fuit ab æterno. Vnde rationes huius doctoris superius positæ bene concludunt, quod illa est impossibilis, scilicet, mũdus fuit productus ab æterno, quoniam productio & æternitas sunt impossibilia respectu eiusdem, tamen mundum fuisse ab æterno non claudit contradictionem, sed illa claudit contradictionem, quod mundus sit productus, proprie loquendo de productione, & tamen, quod fuit ab æterno. Pro omnibus rationibus contrariæ opinionis est sciendũ, quod ratio præcipua contra hanc opinionem est illa. Deus ab æterno fuit omnipotens, ergo potuit ab æterno produxisse mundum. Dicendum, quod illa est multiplex secundum, compositionem, & diuisionem, quoniam illa. Deus potuit ab æterno produxisse mundum in sensu compositionis denotat, quod illa propositio Deus ab æterno produxit mundum, fuit possibilis, siue, quod hæc est possibilis, Deus ab æterno produxit mundum, & ille sensus est falsus. In sensu vero diuisionis denotatur, quod ab æterno Deus potuit

produxisse mundum, quæ est vlterius distinguenda secundum æquiuocationem ex eo, quod ly ab æterno, siue hæc dictio æternũ potest teneri cathegoreumatice, vel syncathegoreumatice, si teneatur syncathegoreumatice, sic est vera, & est sensus, quòd ante quodcunque instans verum, siue imaginatũ potuit Deus produxisse mundum, & hoc est verum, quoniam ante instans præteritum nunc ad mille annos potuit Deus produxisse, &c. & ante instans imaginatum præteriisse, seu præcessisse ad centum millia annorum potuit Deus produxisse mundum, & sic de omnibus aliis instantibus veris, & imaginatis. Vnde Deus potuit produxisse mundum per centum millia annorum ante hoc instans, & per mille millia ab æterno producere. Vnde illa, ab æterno Deus potuit produxisse mundum, est vniuersalis, sicut & illa, scilicet. Ante quodcunque instans verum, vel imaginatum Deus potuit esse. Vnde illæ vniuersales sunt veræ, & tamen hæc est impossibilis de inesse. Deus ab æterno produxit mundum, qualitercunque accipiatur hæc dictio æternũ, quia impossibile est, quòd Deus produxit mundum ante quodcunque instans verum, vel imaginatum, cum productio Dei

Prima replica. mensuretur aliquo instanti. Si vero dicatur, quòd si hæc sit vera, ab æterno potuit Deus produxisse mundum, tunc illa est possibilis. Deus ab æterno produxit mundum, quia si proposi-

Secunda. tio de possibili est vera, sua de inesse est possibilis, ergo. Item quælibet singularis huius est possibilis, videlicet, ante quodcunque instans verum, vel imaginatum Deus produxit mundum, & per consequens hæc vniuersalis est possibilis, ante quodcunq; instans verum, vel imaginatum Deus produxit mundum, &

Ad primã replicam. ex hoc sequitur, quòd Deus ab æterno produxit mundum, ergo illa est possibilis. Deus ab æterno produxit mundum. Ad primum illum dicendum, quòd illa est vera in sensu diuisionis, ab æterno Deus potuit produxisse mundum & tamen illa est impossibilis, ab æterno Deus produxit mundum, nec valet propositio vniuersalis est vera de possibili in sensu diuisionis, ergo sua de inesse est possibilis, sed bene sequitur, si propositio vniuersalis sit vera de possibili, quòd quælibet eius singularis sit possibilis, & si singulares sunt compossibiles, vniuersalis est, possibilis, quia singulares possunt esse possibiles, & inter se incompossibiles, & tunc vniuersalis est vera de possibili, tamen sua de inesse est impossibilis, quia suæ singulares sunt incompossibiles. Vnde ratio, quæ videtur esse fortissima, ad probandum, quòd possibile fuit, quòd Deus produxit mundum ab æterno, est sophystica, quoniam per idem potest probari, quod possibile est, quod Deus ab æterno produxit aliquid inesse, quod prius per durationem habuit non esse, quia quocunque tempore finito dato, Deus potest producere aliquid inesse, quod prius secundum durationem habuit non esse, sed hæc est impossibilis, scilicet Deus ab æterno produxit aliquid inesse, quod prius secundum durationem habuit non esse, quia includit contradictionem, quia impossibile est, quòd aliquid sit ab æterno, & tamen, quod illud prius secundum durationem habuit non esse quam esse. Ad aliud cum dicitur, quòd quælibet

Ad secundum. singularis huius ab æterno, Deus produxit mundum, est possibilis, concedo, sed ex hoc non sequitur, quod hæc sit possibilis. Ab æterno Deus produxit mundum, quia singulares huius vniuersalis sunt incompossibiles, & ad hoc, quod propositio vniuersalis sit possibilis requiruntur duo, scilicet, quòd omnes eius singulares sint possibiles. Secundo, quòd sint inter se compossibiles, & illud secundum, scilicet compossibilitas singularium deficit in proposito, quare.

Ea vero, quæ sunt hisce contraria, non est difficile soluere, nam ex hisce videbitur, posse maxime motum esse ortum, & antea nunquam fuisse. Primo, quia nulla mutatio perpetua est, omnis nanque mutatio suapte natura e quopiam ad quippiam est. Quare mutationis omnis finis sint ea contraria, inter quæ fit, & nihil infinitum moueatur, necesse est.

Tex. c. 16. *Contraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex huiusmodi considerantibus contingere maxime motum esse aliquando, cum non prius esset omnino, primum quidem, quia neque vna perpetua mutatio est. Mutatio enim omnis apta est ex quodam in quiddam. Quare necesse est omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus fit, infinitum autem moueri nullum.*

Istud est secundum capitulum primi tractatus octaui libri Phys. in quo ponuntur, & soluuntur rationes, quæ videntur destruere æternitatem motus, & continet duas partes principales, quoniam in prima, quæ est inquisitiua, ponuntur rationes, quæ videntur probare motum non esse æternum. In secunda ibi. [Horum autem primum &c.] soluuntur illæ rationes. Prima pars continet tres particulas secundum numerum trium rationum, quas adducit &c. Secunda ibi. [Amplius videmus.] Tertia autem ibi. [Multo autem magis.] In prima igi- Prima ra-

tur particula huius partis ponitur prima ratio probans nullũ motum esse sempiternum. Primo tamen Phylosophus ponit intentionem suam, videlicet. Deinde ponit talem rationẽ omnis motus, qui est ab vno termino in alium terminum est finitus, & nõ æternus, sed omnis motus est ab vno termino in alium terminum, quia est a termino a quo, ad terminum ad quem, ergo omnis motus est finitus, & per consequens nullus motus est infinitus, nec per consequens est æternus, & Formatur Com. alio modo.

Commen. format illam rationem sic. Omnis motus est a contrario in contrarium, ergo omnis motus est inter contraria, sed contraria sunt finita, & omne, quod est inter finita, est finitum, ergo omnis motus est finitus, & per consequens nullus motus est æternus, quia non contingit moueri infinitum. No- Primũ notandum.

tanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quòd si aliquis motus non est a contrario in contrarium, sed ab eodẽ in idẽ, motus esset ociosus, & superfluus, hæc Commen. Vnde si aliquid moueatur ad illud, quod habet. videmus, quòd motus eius sit ociosus & superfluus, quia per illum motum mobile quærit illud, quod habet, ideo illud est superfluum. Secundo est no- Secundũ notan.

tandum secundum Commen. quòd illa ratio non est sufficiẽs ad probandum nullum motum localem esse infinitũ, & ideo in fine sexti huius ad declarandũ, quod omnis motus rectus est finitus vsus est loco a contrariis, præterquã in declaratione motus localis vsus est alio modo, s. quod illud, quod impossibile est, vt fiat, impossibile est, vt incipiat fieri, hæc Com. vnde breuiter, illa propositio non est vniuersaliter vera. Omnis motus est a contrario in contrarium, quia motus localis circularis, nõ est a contrario in contrariũ, & sæpe contingit, quòd Phylosophus in parte inquisitiua vtitur propositionibus falsis.

Deinde videmus id posse moueri, quod neque mouetur, neque motum in se vllum habet. Quod intueri licet in expertibus animæ, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur. Sed quiescentia aliquando mouentur. At oportebat, aut semper, aut nunquam moueri, si non oritur primo motus, sed semper erat.

Tex. c. 17. *Amplius videmus, quoniam possibile est moueri, neque quod mouetur, neque habens in seipso, neque vnum motum, vt inanimatis, quorum neque pars nulla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur quandoque. Cõuenit autem, aut semper moueri, aut nequaquam, siquidem sit, cum non sit motus.*

Secunda ratio. Hæc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua ponitur secunda ratio, quæ talis est. Sicut est de parte vniuersi, ita videtur esse de toto vniuerso, sed aliqua pars vniuersi secundum se totum, & secundũ omnes suas partes incipit moueri, postquam quiescebat, vt patet de inanimatis, nam aliquod inanimatum, postquam quiescebat secundũ se, & secundum omnes suas partes, incipit de nouo moueri, ergo ita est de toto vniuerso, scilicet, quod totum vniuersum incipit moueri postquam quiescebat, ergo motus vniuersi non est perpetuus, sed nouus. Intelligendũ, quod hæc ratio probat, primũ motũ cæli non esse æternũ, quia dum cælũ mouetur, quod est maior pars, & principalior pars vniuersi, totum vniuersum dicitur moueri, & si cælũ quiescit, totũ vniuersum dicitur quiescere, quia totũ denominatur a dispositione principalissimæ partis eius, & sic patet, quòd vniuersum quãdoque incepit moueri, postquã quiescebat. Aliqui tamẽ formãt illã secundã rõnẽ sic, si aliquis motus est æternus, ergo omnia mobilia, aut semper mouentur, Formatur ab aliquibus alio modo.

A mouentur, aut semper quiescunt, consequens est falsum, quia aliqua mobilia sunt, quæ non semper mouentur, nec semper quiescunt, ergo antecedens falsum est, scilicet, quòd aliquis motus sit æternus. Prima consequentia probatur per hoc, quia simile est de parte & de toto, & etiam videtur simile de vno mobili, & de quocunque alio. Vnde Commen. dicit hic, quòd necesse est, quòd si motor sit æternus, & motus sit æternus, & sic non esset nouus motus, quoniam nouus motus debet habere nouum motorem, immo etiam esset necessarium, vt omne, quod sentitur quiescere, semper quiesceret, & omne, quod sentitur moueri, semper moueretur, hæc Commen. Sed quia illud est dictum in parte inquisitiua, non oportet, quòd sit verum, nec est pro authentico allegandum. Ego tamen illud sic intelligo, scilicet, quòd sit motor, qui in mouendo mouetur, sit æternus, & motus causatus a tali motore sit æternus, non est ergo hic aliquis motus nouus. Item illa propositio: Aliquis motus nouus debet habere motorem nouum, debet intelligi de motu, qui non est pars alterius motus, & de motore propinquo, quoniam vna reuolutio cæli est nouus motus, & tamen non habet motorem nouum, nec illud esse oportet, quia noua reuolutio est pars alterius motus, sed primus motor est æternus, & mouet omnia ista inferiora, quę non semper mouentur, quæ præter motorem primum, qui est motor remotus habet aliquos motores propinquos, qui non sunt æterni, sed noui.

B Multo autem magis hoc in ipsis animantibus patet, nullus enim interdum in nobis est motus, sed quiescimus, & tamen aliquando mouemur, & fit in nobis a nobisipsis principium motus, etiam si nihil prorsus extrinsecus mouerit. Hoc enim expertibus animæ fieri similiter nō videmus, sed semper aliquid aliud eorum, quæ sunt extra ipsa nimirum mouet. Animal autem ipsum dicimus seipsū mouere. Quare si aliquādo omnino quiescat. Fiet in ipso sane immobili motus a seipso, & non ab vllo externo. Quod si id in animali fieri potest, quid prohibet, vt in vniuerso etiam idem fiat, nam si in paruo fit mundo, & in magno etiam fiet, & si in isto, & in infinito etiam fiet, si modo fieri possit, vt infinitum totum moueatur, atque quiescat.

C *Multo autem magis huiusmodi esse in animatis manifestum est. Neque vnus quidem in nobis, eum sit motus aliquando sed expergiscentes tamen mouemur aliquando, & si nihil extra moueat, hoc enim in inanimatis esse non videmus similiter, sed semper mouet ipsa aliquid exteriorum alterum. Aliquando autem animal dicimus ipsum se mouere, quare si quidem quiescit aliquàdo in immobili, motus vtique fiet ex ipso, & non ab extra. Si autem in animali hoc possibile fieri, quid prohibet idem accidere, & secundum omne. Si nanque in paruo mundo fit, & in magno & si in mundo, & in infinito, si quidem contingit moueri in infinitū, & quiescere totū.*

D HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius c. in qua ponitur tertia ratio, quæ talis est. Sicut est in mūdo minori, ita in mūdo maiori, sed sic est in minori mūdo, idest in animali, scilicet, quòd motus in eo incipit post quietem, ergo sic est in maiori mundo, scilicet in toto vniuerso, quòd totum vniuersum quiescebat primo, & postea incepit moueri, & sic motus totius vniuersi, siue motus cæli non est æternus, quia incipit de nouo post quietem moueri. Vnde Phyl. dicit hic, quòd illa est maior ratio, quam sit ratio præcedens immediate, quia in animalibus videtur manifestius, quòd moueantur de nouo ab intrinseco absque motore extrinseco, quam in rebus inanimatis. Vnde in animalibus apparet manifeste, quòd ea possunt mouere ex se, & quiescere ex se, quod tamen nō apparet in rebus inanimatis, & quantum ad hoc illa ratio de animalibus melior est, quam ratio præcedens, quæ fit de inanimatis. Sed sunt duo notanda hic secundum Commen. Primo est notandum, quod animal perfectum, quod mouetur ex se

Tertia ratio.

Primum notan.

A dicitur minor mundus propter duo. Primo quia ex se mouetur localiter, sicut cælum. Vnde sicut cælum est animatum, & mouetur ex se, ita animal perfectum mouetur ex se, & est animatum, sicut cælum, & ideo animal tale perfectum dicitur minor mundus. Secundo vero animal perfectum dicitur minor mundus, quia sicut in maiori mundo est deuenire ad motorē immobilem, ita in animali, siue in motu animalis est deuenire ad motorem immobilem, & quemadmodum in animali alij motus reducuntur ad motorem primum, qui non mouetur, ita est in mundo magno. Et si quæratur, quis est primus motor immobilis in motu animalis. Dicūt quidam, quòd est anima, quæ est per se immobilis, licet moueatur per accidens. Quidam autem dicunt, quòd est appetibile, quia corpus animalis mouetur ab anima per appetitum, & appetitus mouetur ab appetibili, quod cum moueat mouetur, vt amatum, & desideratū est mouens immobile. Secundo est notandum secundum Cō. quòd ille sermo, qui est de similitudine inter cælum & animal est rethoricus, quamuis iudicium in radice non sit verum, scilicet quòd motus non sit in animali sine motu præcedenti, & ideo nō dicit Phylosophus, quòd motus nouus est in animali, sine motu præcedenti, sed dicit, quòd si est possibile, motum nouum esse

Secundū notan.

B in animali, sine motu præcedenti, possibile est, quòd ita sit in toto vniuerso, & si ponatur infinitum, scilicet quòd incipiat ex se de nouo moueri post quietem, sine instanti omni motu præcedente.

Horum igitur id, quod primo est dictum, eum, inquam, non eundem semper, vnumque numero motum esse, quo ad opposita itur, recte admodū dicitur. Hoc enim fortasse necessarium est.

Horum autem primum quidem, quod dictum est, non eundem semper, & vnum numero esse motum, qui est in contraria recte dicitur. Hoc enim fortassis quidem necessarium est. Tex. c. 18.

HÆc est secunda pars principalis huius c. in qua soluuntur tres rationes inductæ probantes nullum motū esse æternum, & continet tres particulas secundū numerum trium rationum quas adducit. Secunda ibi. [Moueri autem.] Tertia ibi. [Maxime autem &c.] In prima igitur particula huius partis. Phyl. respondet primæ rationi, & etiam remouet falsam responsionem, & vna cum hoc mouet vnum dubiū. Prima ergo ratio fuit illa, nullus motus, qui est inter contraria, est perpetuus, sed omnis motus est inter contraria, ergo. Hāc rationem soluit Phyl. concedendo maiorem, dicens, quòd illud recte dicitur, quòd motus, qui est inter contraria, non potest semper durare vnus & idem numero. Hoc n. forte est necessarium, vt infra probatur, & non posuit hoc sine dubitatione, quia nondum est probatū hoc esse, sine dubitatione, sed minor est falsa, quia non omnis motus est inter cōtraria, vt patet de motu circulari, qui nō est inter contraria, vt postea declarabitur.

C

Solutio primæ rationis.

Si fieri nequeat, vt semper his vnus, idemque fit motus, qui vnius, eiusdemque mobilis est.

Siquidem non semper vnum, & eundem esse possibile est eiusdem, & vnius motum.

D HIc Phylosophus remouet vnam falsam responsionē ad rationē iam dictā, quæ responsio negat maiorem, cū dicitur, quòd nullus motus, qui est inter cōtraria est perpetuus, illud negetur, quia motus, qui est inter cōtraria, pōt esse semper vnus, & idem numero ex iteratione eiusdem mobilis inter contraria infinities. Vnde ista est responsio, quòd quamuis nullus motus, qui est solū semel de vno cōtrario in reliquum contrariū potest esse perpetuus, tamen motus infinities iteratus inter contraria pōt esse perpetuus, vt motus compositus ex infinitis motibus inter eadem contraria, vt motus eiusdē mobilis ab albo in nigrum, & iterum a nigro in album, & iterū ab albo in nigrum, & sic infinities talis motus compositus ex infinitis motibus contrarijs potest esse perpetuus. Istam respōsionem excludit Phyl. dicens, quòd talis motus, qui est ex iteratione inter contraria, idest motus compositus ex motibus contrarijs non est vnus, & continuus, vt patebit inferius, vbi declaratur, quòd motus reflexus non est vnus, & continuus.

Dico autem vtrum vnus, idemque sit sonus vnius chordæ, quæ similiter sese habet, atque mouetur, an alius, atque alius semper. Veruntamen vtrouis modo id sese habeat, nihil obstat, vt hoc motus aliquis idem sit, quo continuus, atque perpetuus est. Atque hoc per ea, quæ posterius dicentur, magis patebit.

Dicò autem sic, vtrum vnius chordæ vnus, & idem sonus, aut semper alter, & alter, similiter se habente, & mouente, sed tamen qualitercunque habet, nihil prohibet, & quendā eundem esse, qui perpetuus, & continuus est, manifestum vtique erit magis ex his, quæ posterius.

Dubium. EX hoc igitur mouet Phylosophus talē dubitationē, videlicet, vtrū sonus eiusdē chordę, sępes quā iteratur manus ꝑcutiens sine pausatione, sit vnus sonus, vel plures, aut motus iteratus sit vnus, & continuus, aut plures. Hanc dubitationē non soluit Phyl. hic, sed inferius soluetur, hic tamen dicit Phylosophus, ꝙ siue talis motus iteratus sit vnus, siue plures, nihil prohibet, quin inueniatur vnus motus simpliciter continuus, & æternus. Sed sunt hic tria notanda. Primū est notandū secundū Commen. ꝙ illa quæstio de vnitate soni, vel motus chordę intelligitur, quādo percussio est continua, quia nō est dubiū, ꝙ si percussio non sit continua, ꝙ soni erunt plures, & etiā non intelligitur hæc quæstio, nisi quādo chordę fuerint in tēpore percussionis in eadē dispositione fortitudinis, & similiter percussio, tunc. n. apparet, ꝙ chorda cōtinue mouet, & quiescit. In tali igitur dispositione dubitatur, an motus chordę ad partes oppositas sit vnus, vel plures. Secundū est notandū, ꝙ diuersi motus, quorū vnus est ab aliquo vno termino, & alius ad eundē terminū quādoque possunt continuari, & quandoque non, quando. n. motus ab vno termino, & motus ad eundē terminū possunt cōtinuari, tunc fit vnus motus continuus ex motu ab aliquo termino, & motu in eundē terminū, vt patet de motu circulari. Reiterando. n. in tali motu non discontinuat motū, nā cū cęlū, vel aliqua stella cōpleuit suā reuolutionē mouendo ab eodē termino in eundē terminū, & cū postea facit secundā reuolutionē non est ibi discontinuatio, quia secunda reuolutio continuatur cū prima, ideo talis motus semꝑ cōtinuatur, licet sibi ab eodē termino ad eundē terminū, sed motus ab aliquo termino, qui nō continuatur motui ad eundē terminū non pōt continuari cū motu cōtrario ad illū terminū, vt patet de motibus alterationis & de motu locali recto. Motus. n. ab albo ad nigrū non pōt continuari cū motu a nigro in albū, quia motus illi sunt cōtrarij. Similiter motus localis rectus ab a, in b, nō potest continuari cū motu locali recto a b, in a, vt declarabitur inferius, vbi terminabitur de motu reflexo. Tertio est notandū, quòd omnis motus est a termino in terminū, secundū se totū, vel secundū suas partes, nā motus finitus ex vtraque parte secundū se totū est a termino in terminū, sed motus infinitus nō est a termino in terminū, nisi ſm suas partes. Illa vero ꝓpositio. oīs mot⁹ ē a cōtrario i cōtrariū, est falsa, vt patet de motu circulari, qnō ē à cōtrario i cōtrariū.

Primum notandū.

Secūdum notandū.

Tertiū notandum.

Moueri autem quippiam, quod prius non mouebatur non est absurdum, si nunc adsit, nunc nō adsit id extremum, quod illud mouet. Hoc tamen quærendum est. Quonam sit pacto idem inquam ab eodem motiuo nunc moueri, nunc non moueri. Nihil enim aliud dubitat, qui id dicit, quā cur non semper aliæ rerum quiescunt, aliæ mouentur.

Tex. c. 19. *Moueri autem, quod non mouetur prius, nullum inconueniens est, si aliquando quidem sit extrinsecus mouens, aliquando autem non. Nihil enim aliud dubitat hoc dicens, quapropter non semper alia quidem quiescūt eorum, quæ sunt, alia vero mouentur.*

Solutio secundæ rationis. HÆc est secunda particula secūdę partis principalis huius ea in qua soluitur secunda ratio, quæ fuit, ꝙ quædā mouentur de nouo, postquā quiescebant, vt patet de rebus inanimatis, ideo videtur, ꝙ ita sit de cælo, & toto vniuerso. Ad

A quā quæstionē respondet Phylos. dicens, ꝙ illud nō est difficile ad soluendū in rebus, quæ mouentur ab extrinseco: qm̄ illa, quæ mouentur ab extrinseco quandoq; non mouentur, & secundū Com. causa huius pōt esse triplex, s. absentia motoris, aut distantia a mobili, aut præsentia impedimenti. Vnde breuiter ea, quæ mouentur ab extrinseco, quandoq; mouētur, & quādoq; quiescūt, sed cęlū semꝑ mouetur, qa mouetur a motore intrinseco, & ęterno semꝑ vniformiter se habente. Vnde notandū est secundū Com. quòd illa, q̄ semꝑ mouentur, sine cessatione sunt, vt corpora cælestia, quædā vero semꝑ quiescūt vt terra, & quædā sunt, q̄ qn̄que mouentur, & qn̄que quiescūt, vt illa, quæ sunt sub corporibus cælestibus, vt super terram.

Maxime vero tertium illud dubitationem habere videbitur, propterea quòd fit motus nullo alio præcedente, id, inquā, ipsum, quod in animātibus fieri solet. Nam animal prius quiescens, postea mouetur, ac ambulat, a nullo (vt videtur) extrinsecus motu impresso. Hoc autem est falsum. Cer-B nimus enim semper aliquid eorum, quę natura insunt in animali moueri. Huius autem motus causa non animal est, sed ipsum fortasse continēs. At animal ipsum seipsum mouere dicimus, non omni motu, sed eo, qui ad locum accommodatur, nihil igitur prohibet, quin potius fortasse necessarium est, compluresa continenti in corpore fieri motiones, & harum nonnullis mentem, vel appetitum moueri. Hæc vero totum iam animal ipsum mouere. Quare accidit circa somnos. Nam tamet si nullus tunc sensitiuus in animalibus inest motus, inest tamen aliquis motus, & animalia rursus expgiscūtur. At. n. hæc per ea, quę sequūtur patebūt.

Maxime autem vtique videbitur tertium habere dubitationem, quod fit cum non insit prius motus, quòd C *accidens est in animatis. Quiescens enim prius post hoc vadit mouente exteriorum nullo, sicut videtur. Hoc autem falsum est, conspicimus enim semper aliquid motum in animali naturalium. Huiusmodi autem motus non animal causa est, sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus ipsum mouere, non secundum omnem motum, sed secundum locum, nihil igitur prohibet. Magis autem fortassis necessarium est in corpore multos fieri motus a continente. Horum autem quosdam intellectum, aut appetitum mouere. Illum autem totum iam animal mouere, quale contingit circa somnos. Sensibilis quidem enim cum neque vnus insit motus in existente tamen aliquando surgunt animalia iterum. Sed nanque manifestum erit, & de his sequentibus.* Tex. c. 20.

D HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius ea in qua soluitur tertia ratio probans nullū motū esse æternū, seu primum motum. s. motum cæli non esse ęternū per hoc, qa animal mouetur post quietē nullo motu præcedente, & ideo dicitur, ꝙ sic pōt esse in toto vniuerso, qa, sicut est in minori mundo, ita videtur esse in maiori mundo. s. in toto vniuerso. Vnde dicit Phyl. ꝙ illa ratio videtur maxime habere dubitationē, & solutio illius rationis est per interēptionē huius. s. animal mouetur post quietē nullo motu præcedente, qm̄ oēm motū localē animalis ꝓcedit aliquis motus ī animali, qa sęꝑ videmus in animali aliquē motū naturalē. Vnde in aīali est duplex motus ꝓcedēs motū localē animalis. s. motus alterationis, q est ab aīa nutritiua ꝑ calorē naturalē, q est ī eo, & alius est motus alterationis, q est a cōtinente, vel ab aere, vel a cælo, qa multi motus sunt in aīali a cōtinēte. Istorū vero duorū motuū, quorū vnus est aīa nutritiua, & alius a cōtinēte ipsam aīal nō est cā, qa isti motus sunt alterationis, & aīal nō mouet seipsum ſm oēm motū, sed ſm motū localē solū. Vnde dicit Commen. quòd non inuenitur aliquid moueri ex se, nisi motu locali, in cæteris autem motibus motor est extrinsecus,

Solutio tertiæ rationis.

Expositio Commē.

& narrat

& narrat, quomodo ex istis duobus motibus, qui sunt ab anima nutritiua, & a continente accidit, vt animal moueatur motu locali, dicens, quòd ex istis duobus motibus mouentur intellectus, aut appetitus, ex quibus vlterius mouetur totum animal, & ponit exemplum de dormientibus, in quibus maxime videtur esse quies, quantum ad sensus animales. Videtur. n. quod animal post somnum moueatur post quietem nullo motu praecedente in eo. In somno enim maxime ligantur sensus, & nõ videtur a nobis aliquis esse motus sensibilis, & ideo cum animalia post somnum surgunt, ille motus maxime videtur fieri nullo motu praecedente, sed non est ita, quia nullum motum praecedit alius motus, vt motus alterationis factae in cibo a virtute nutritiua, aut a continente. Vnde sunt hic quinque notãda secundum Commen. primo, quòd cum Phylosophus dicit, quòd cum aspicimus super aliquem motum in animali, dicit Commen. quòd Phylosophus per hoc intelligit alterationẽ, quae est in corporibus animalium ex anima nutritiua per calorem naturalem, quia in ea nunquam cessat actio illius caloris naturalis, quia cum cessauerit, tunc est mors. Secundo est notandum secundum Commen. quòd non inuenitur aliquid moueri ex se, nisi in motu locali, quia in caeteris motibus motor est extrinsecus. Tertio est notandum, quòd Commen. super illum textum, videmus multos motus fieri in corpore a continente, qui mouent intellectum, aut appetitum, alia translatio habet opinionem, vel appetitum, dicit Commen. qualiter ex motu a continente mouetur animal localiter, & dicit, quod a continente fit in animali motus, ex quo accidit sibi opinio, volũtas, seu appetitus ad motum, vel ad expellendum nocumentũ contingens ex continente, aut ad inducendum iuuamentum in animali. Vnde dicit Commen. quòd Phylosophus hic per opinionem intelligit aliquid commune virtuti imaginatiuę & rationali, & dicit quomodo animal mouetur ex imaginatione dicens, quòd animali non accidit appetitus, nisi ex imaginatione, verbi gratia, cum animal patitur sitim imaginatur aquam, & appetit eam, & mouetur ad illam, & similiter cum patitur famem imaginatur cibum, & appetit, & mouetur ad illum, & quando timet, fugit, & cum aufertur appetitus quiescit animal. Quartum est notandum secundum Commen. quòd Phyl. ponit exemplum de motu post somnum, scilicet, quòd qualiter existimatur, quòd animal post somnum mouetur, nullo motu praecedente in corpore animalis, quia vt dicit Cõmen. quies animalis in somno est quies perfectissima, quę fit post motum, & expergiscendo ab ea, est perfectissimus motus post quietem perfectam, & ideo existimatur, cum animal dormit, quòd non mouetur omnino, & cum expergesit, tunc inuenitur in eo motus, quem non praecedit alius motus, sed nõ est ita, nam illum motum praecedit alius motus, vt motus alterationis virtutis nutritiuae. Quinto est notandum secundũ Cõ. quomodo actio virtutis nutritiuae causat somnum, dicit, quod quãdo virtus nutritiua fuerit operata in nutrimento per calorem naturalem, humefacit membra animalis, quae sunt causa somni, vt est cor, & cerebrum, & tunc necessario dormit, & cum actio virtutis nutritiuae completur in cibo, & cessauerint vapores, qui fiunt ex digestione cibi, expergesit animal. Ex quo patet, quòd omnẽ motum localem animalis praecedit aliquis motus, & sic debet esse in vniuerso, scilicet, quòd motum nouum praecedit alius motus, & cum primum motum non praecedit alius motus, sequitur, quòd primus motus non est nouus, & per consequens primus motus est aeternus.

Primũ notandum.

Secundũ notandũ.

Tertiũ notandum.

Quartum notandũ.

Quintum notandũ.

Principium autem cõsiderationis id erit, quod fuit, & dubitationis, cur nam aliqua eorum, quae sunt, interdum mouentur, interdum quiescunt. Necesse est itaque, aut vniuersa semper quiescere, aut vniuersa semper moueri: vt Heraclitus. Aut quaedam moueri: quaedam quiescere. Et horũ rursus, aut ea, quae mouentur, semper moueri, & ea, quae quiescunt, semper quiescere. Aut vniuersa esse apta simul, vt moueantur, atque quiescant, aut id esse, quod restat, atque tertium est, eorũ, inquã, quae sunt, alia semper immobilia esse, alia semper moueri, alia vtrumq. moueri, inquam, atque quiescere posse, quod quidẽ a nobis dicendũ est. Hoc enim eorum omnium, quae dubitantur, solutionẽ habet, & huiusce nostrae tractationis est finis.

A

Principium autem considerationis est, quod quidem, & dictae dubitationis, quare quaedam eorum quae sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescũt iterum. Necesse autem, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et iterum horum, aut quae mouentur moueri semper, quae vero quiescunt quiescere semper, aut reliquum. Amplius, & tertium est, contingit enim alia quidem semper immobilia esse eorum, quae sunt, alia vero semper moueri, alia autem cum vtrisque accipere, quod quidem nobis dicendum est. Hoc enim habet solutiones omnium dubitationum, & finis nobis est huius negocij.

Tex.c. ut.

B

ISte est secundus tractatus huius lib. in quo declaratur immobilitas primi motoris per quandam diuisionem entiũ, & per hoc, quòd nihil mouetur a seipso, & dissoluitur quęstio accidens circa motum grauium, & leuium, & declaratur, quod in mouentibus se est deuenire ad mouens immobile per se, & ex his declaratur, quod primus motor simpliciter est perpetuus, & aeternus, & quòd non mouetur per se, nec per accidens. Vnde iste tractatus, qui est principaliter de immobilitate primi motoris continet quinque capitula, quoniam in primo ponitur quaedam diuisio entium accepta secundum considerationem motus, & quietis, continens quinque membra, sub quorũ aliquo oportet quodlibet contineri. In secundo vero ca. ibi. [Motum ergo.] declaratur, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio, ad quod declarandum dissoluit quaestionem accidentem circa motum grauium, & leuium, ostendendo, quòd illa mouentur ab extrinseco, & quòd non mouentur ex se, nisi per accidens. In tertio ibi [In hoc autem] declarat, quòd est deuenire ad primum mouens, quod mouetur a seipso, & quòd nõ est necesse, oẽ mouens moueri. In quarto ibi. [Quare huius &c.] ostenditur, quòd in mouentibus per se est deuenire ad primum immobile per se, scilicet quòd non mouetur per se, sed tamen per accidens potest moueri, ad quod ostendendum inquirit Phylosophus de moto ex se, scilicet, quomodo est verũ, quòd aliquid mouet se. In quinto ibi [Quoniam autem oportet, &c.] declaratur, quòd primus motor est perpetuus, & quod est vnus, & quòd primum mouens simpliciter est simpliciter immobile, ita quod nec est mobile per se, nec per accidens. In primo igitur ca. huius tractatus, in quo ad ostendendum primũ motum esse immobilem, Phylosophus ponit quandam diuisionem entium quintimembrem destruens membra falsa, ex quorum destructione concludit membra vera, quorum cognitio multum iuuat ad propositum principale. Vnde hoc capitulum continet tres partes principales, quia in prima Phylosophus ponit diuisionem quintimembrem. In secunda ibi. [Omnia quidem quiescere] destruit mẽbra falsa. In tertia ibi. [Reliquum vero, &c.] Destructis tribus membris falsis diuisionis, membrorum inquirit, quod membrum de duobus residuis est verum. In prima igitur parte principali huius ca. Phyl. narrando dicit, quod principium considerationis, quam intendit inquirendo de primo motore, & etiam de motu est inquirere vnde, & quare est, quod quaedã entiũ aliquando mouentur, & aliquando quiescũt, & iterũ mouentur. Deinde ponit sub quaestione quãdã diuisionẽ quintimembrẽ. Primũ membrũ est, an oia semper quiescant. Secũdum membrum est, an omnia semper moueantur. Tertium est, an de numero entium quaedam mouentur, & quaedã quiescunt. Et hoc tertiũ membrũ diuiditur in tria, quorũ vnũ est. Cur quaedã entium semper mouentur, & quaedam alia semper quiescunt, ita, quod omnia se semper habeant aliquo horum modorũ, videlicet, quod semper mouentur, vel quod semper quiescunt. Secundũ membrũ, an omnia sint nata quãdoq; quiescere, & quãdoq; moueri. Tertiũ est, an quaedã semper mouentur, & quaedã alia semper quiescunt, & cum hoc quaedam alia sunt in tertio gradu, s. quae aliquando quiescunt, & illa eadem aliquando mouentur. Diuisio igitur est ista, aut omnia mouentur semper, aut omnia semper quiescũt, aut omnia quandoq; quiescunt, & quãdoq; mouentur, aut quaedã semper mouentur, aut quaedã semper quiescũt, aut quaedã alia quãdoque mouentur, & alia eadẽ quandoq; quiescunt. Prima & secũda ponunt omnia entia esse eiusdẽ dispositionis. s. vel omnia entia semper moueri, vel omnia entia semper quiescere, vel omnia entia quandoque quiescere, & quandoque moueri, sic enim

C

D

A positio omnia entia sunt eiusdem dispositionis, sed tertia diuisio ponit entia esse diuersarum dispositionum, quia ponit quædam entia semper moueri, & quædam alia semper quiescere, & quædam alia quandoque quiescere, & quandoque moueri. Vnde istud vltimum membrum est determinandum pro veritate, per quod patebit solutio omnium falsorum, & quando hoc ostenderimus, habebimus finem, quem in hoc opere intendimus, videlicet, quod est deuenire ad primum motorem immobilem sempiternum. Et Commen. dicit hic, quòd Phylosophus in septimo huius declarauit, quòd est deuenire ad primum motum in loco ex se, & ad illum reducuntur altera mota & alteri motus, scilicet ad ipsum motum, & ille motus est æternus. Corpus enim cæleste semper mouetur hoc motu, & oportet, quod sit aliquid semper quiescens, circa quod corpus cæleste mouetur.

Vniuersa itaque censere quiescere, & huius quærere rationem, ipsum post habendo sensum, imbecillitas est profecto mentis, ac hebetudo.

Tex. c. 22. *Omnia igitur quiescere, & huiusmodi rationem quærere dimittentes sensum, infirmitas quædam est intellectus.* B

HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua destruuntur membra falsa diuisionis quinti membri prædictæ, & continet quatuor particulas, quoniam in prima destruitur opinio ponens omnia quiescere membra. In secunda ibi. [Fere autem.] destruitur opinio ponens omnia membra moueri. In tertia ibi. [At vero illa.] destruitur opinio ponens omnia, quæ mouentur, semper moueri, & omnia, quæ quiescunt, semper quiescere. In quarta ibi. [Primum autem &c.] resumit dicta in hoc capitulo. In prima igitur particula huius partis destruitur opinio ponens omnia semper quiescere, quæ fuit opinio Zenonis. Vnde probatur, quòd nō omnia semper quiescunt, & hæc est septima conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter. Primo, quia manifestū est sensui. Secundo per hoc, quia qui destruit motum destruit omnē scientiam. Per hoc igitur primo, quia manifestum est, quod non omnia quiescunt, quia manifestum est sensui, quòd quædam mouentur. Vnde dicit Phyl. quod quædam infirmitas intellectus est dicere omnia semper quiescere, & quærere rationē sophysticam ad destruendum, & dimittendum illud, quod est manifestum sensui, & hoc propter debilem directionē intellectus. Et dicit Commen quod veræ cōclusiones nō declarantur, nisi per principia, & principia declarantur per experimentū, & experimenta acquirūtur per sensum, & ideo non debet aliquis contradicere sensui per aliquā rationē sophysticam. Vnde Comm. dicit, quod experimentū sermonum verum non est, nisi vt conueniat sensatis, & nō ecōuerso, sicut ipsi faciūt, hæc Com. Vide ergo magnū experimentū, & sermo aliqs est verus, qn̄ cōcordat sensui, & magis quādo sensus est verus, & cōcordat sermoni. C

Opinio Zenonis. Septima concl. de Annexis.

Idem primo cę. cō. 22. & 3. de anima cōmen. 7.

Et de toto quodam, sed non de parte quadam est controuersia. Neque solum est aduersus Phylosophum naturalem, sed aduersus etiam omnes scientias, vt simpliciter dicam, opinionesque omnes. Propterea, quòd omnes motu vtuntur.

Et de toto aliquo, sed non de parte ambiguitas est. Neque solum ad physicum, sed ad omnes scientias, vt est dicere, & omnes opiniones propter id, quod motu vtuntur omnes. D

SEcundo probatur hæc conclusio per hoc, quia omnis scientia vtitur motu, scilicet vero, vel imaginato, immo quando quis destruit motum, destruit omnem scientiam, sed destruere omnem scientiam est inconueniēs, ergo destruere motum est inconuenientius, non ergo omnia semper quiescūt. Vnde dicit Phylosophus, quod opinio ponens omnia semp quiescere, non solū est de particulari ente, vt, videlicet, de ente sensibili, sed etiam de toto ente, quia ponit, quod nihil mouetur, & sic destruit non solum scientiam naturalē, sed etiam destruit, omnē sciētiā, & oēm opinionē, eo quod oīs opinio, & oīs scientia vtitur aliquo motu, vel reali, vel secundum rationem ratiocinando ex præmissis ad conclusionem.

A Præterea vt inficiationes principiorum in rationibus mathematicis non ad ipsum mathematicum pertinent, in cæterisque simili modo, sic neque idipsum refellere, quod nunc est dictum, ad naturalem Phylosophum attinet. Est enim apud ipsum hoc supposito, naturam principium motus esse.

Amplius autem de principijs importunitates, sicut in rationibus, circa doctrinas nihil sunt ad mathematicum. Similiter autem in alijs, sic neque de eo, quod nunc dicitur ad physicum. Suppositio enim est, quòd natura principium motus sit.

HIc Phylosophus narrat, ad quem artificem non pertinet improbare hanc opinionem, quæ vniuersaliter negat motum esse, & dicit, quòd hoc non pertinet ad naturalē, quia motum esse est principium apud naturalem, & nullus artifex specialis habet arguere contra negantem sua principia, B sicut mathematicus non habet arguere contra negantem principium mathematicum, ergo si ad aliquem artificem pertinet arguere contra hanc opinionem, illud maxime pertinet ad metaph. qui est artifex communissimus. Et Commen. dicit hic, quòd nullus artifex alicuius scientiæ, secundum, quòd artifex illius, debet contradicere ei, qui negat aliquod principium illius scientiæ, vt declaratur in posterioribus analyticis, verbi gratia, Mathematicus non debet contradicere ei, qui negat aliquod principium mathematicum, vt magnitudinem diuidi in infinitum, & punctum esse, quia illa sunt principia mathematica. Manifestum est igitur, quòd naturalis non debet contradicere ei, qui negat motum esse, quia motum esse est principium in hac arte, & qui negat motum, negat naturam, quoniam in diffinitione naturæ ponitur motus, nam dicitur, quòd natura est principium motus, & quietis, & qui negat naturā, negat etiam naturalia, & qui negat subiectum alicuius artis, artifex illius artis nullum sermonem habet, per quem loquatur cum eo, scilicet, qui negat principia, quia non habet principia ad probandum principia. Contra Phyl. qui est artifex naturalis arguit hic contra opinionem ponentem omnia semper quiescere, ergo dicendum, quod Phylosophus non arguit C hic contra opinionem ponentem omnia semper quiescere, inquantum est naturalis purus, sed inquantum est artifex mixtus, scilicet naturalis, & metaphysicus.

Idem primo Phys. co. 8. & 3. cęli. cō. 4. Idem hoc in cō. 25.

Asserere autem cuncta moueri, est quidem fere falsum, aut minus scientiæ naturalis fines egreditur. Quanquam enim in naturalibus posita est natura motus principium, & quietis. Tamen motus naturale magis esse videtur.

Fere autem adhuc, & omnia dicere moueri falsum quidem. Minus autem hoc præter artem, positum quidem enim est, quod natura in physicis principium sit motus, & quietis. Similiter autem physicum est motus. Tex. c. 23.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua destruitur opinio ponens omnia semper moueri. Et continet quatuor partes, quia in prima probat Phylosophus generaliter, quòd nō omnia semper mo- D uentur non descendendo ad aliquam speciem motus. In secunda ibi. [Neque enim augeri] probat hoc de motu augmentationis, & diminutionis, scilicet, quòd non omnia, quæ augentur, semper augentur, nec omnia, quæ diminuuntur, semper diminuuntur. In tertia ibi. [Similiter autem in alteratione.] probat idem de motu alterationis, scilicet, quòd nō omne, quod alteratur, semper, & continue alteratur. In quarta ibi. [Sed quod fertur.] destruit dictam opinionem ponentem omnia semper moueri, quantū ad motū localē, probādo, quod nō omnia, q̄ mouētur localiter, semper mouētur. In prima ergo parte huius particulæ Phylosophus ponit opinionē ponentē omnia semp moueri, q̄ fuit opinio Heracl. & probatur quod nō omnia semp mouētur, & hæc est octaua cōclusio de annexis, q̄ probatur sic. Si oīa semp mouētur, nulla erit quies, & si nō erit quies, nō erit natura, nec erūt aliqua entia materialia, cōsequēs est

Octaua cō cl. de Annexis.

est falsum, ergo, & primum antecedens, videlicet, omnia semper moueri, ergo ista conclusio est vera, scilicet, non omnia semper mouentur. Circa illam rationem sic procedit Phyl. quia primo dicit, quod omnia moueri semper est falsum, sicut est falsum dicere, quod omnia semper quiescunt. Minus tamen est contra naturam, & contra naturalem scientiam, scilicet, dicere omnia semper moueri, quam dicere omnia semper quiescere, quoniam quies est priuatio motus, tamen vtraque harum opinionum destruit naturam, quia natura est principium motus, & quietis, & propter hoc tam opinio, quæ destruit motum, quam opinio destruens quietem negat naturam, & ideo neutri istarum opinionum potest naturalis contradicere, cum vtraque illarum destruat principium scientiæ naturalis, quia natura est principium tam quietis, quam motus. Nam ista sunt tria fundamenta naturalia, scilicet, naturam esse, motum esse, & quietem esse, ut dicit Comm. Intelligendum est, quod opinio ponens omnia semper quiescere est magis erronea, quam opinio ponens omnia semper moueri, quia prima opinio nullam rationem habet per se, sed alia opinio, scilicet opinio ponens omnia semper moueri habet aliquam rationem pro se, quia secundum veritatem quædam mouentur, quæ non apparent quiescere, sicut est de orbe, & alijs rebus, quæ tarde mouentur, cum ergo talia, quæ apparent sensui quiescere, moueantur, aliqualiter uidetur, quod omnia mouentur, quamuis quædam appareant quiescere. Similiter motus apud nos est manifestior quiete, quia quies est priuatio, & motus est habitus, ergo magis peccat, qui destruit motum, quam qui destruit quietem.

Tria fundamenta naturalia. Quæ illarum opinionum sit magis veritati propinqua, & quæ magis erronea.

Atque, inquiunt quidam, non eorum, quæ sūt, alia non moueri, sed uniuersa, semperque moueri, non tamen uideri, sed latere id nostrum sensum. Quibus & si non distinguunt, quonam motu, an omnibus dicant, non est difficile occurrere, falsamque hanc sententiam esse ostendere.

Et dicunt quidā moueri eorū, quæ sunt, non alia quidē, alia uero non, sed oīa, & semper, sed latere hoc nostrū sensum, ad quos ēt quidem non terminantes quale motū, dicunt aūt omnes, non difficile est contradicere.

HIc Phylosophus narrat, quod aliqui voluerunt probare illam opinionem, quæ, videlicet, ponit, quod omnia semper mouentur, sicut Heracl. & sui sequaces, qui dixerunt, omnia semper moueri, sed eorum motus latet sensum nostrum. Sunt enim duæ res mobiles, quæ non apparent moueri, nisi in longo tempore, & existimantur quiescere, nec apparet motus eorum, nisi in temporibus, in quibus transeunt multæ vitæ humanæ, ut dicit hic Commen. & si loquerentur de aliquibus motibus eorundem, potest sustineri, quoniam aliqui motus latent sensum nostrum, sed quia non loquūtur de aliquo determinato motu, sed de omnibus motibus, ideo non est difficile contra eos arguere, quia multi sunt motus, de quibus est manifestum, quod non possunt semper esse.

Opinio Eracliti.

Fieri enim non pōt, ut incrementa continue, uel decrementa suscipiātur, sed est mediū ipsum.

Neque enim augeri, neque minui possibile est continue, sed est & medium.

ISta est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. arguit contra Heracl. & suos sequaces dicentes, quod omnia semper mouentur. Et arguit contra eos sic. In motu augmenti, ubi maxime habet euidentiam, quia motus augmenti maxime latet nos, vnde Heraclitus credidit, quod si puer in anno augmentetur per digitalē quantitatem, quòd in medietate anni augmentetur per medietatem digitalis, quantitatis, & sic in infinitum, contra quem arguit Phylosophus probando, quod motus ad quantitatē non est sempiternus, & continuus, & hæc est nona conclusio de annexis, videlicet, quod non omnia, quæ augentur, nec omnia, quæ diminuuntur, semper augentur, uel diminuuntur, ista igitur conclusio Commen. probatur dupliciter. Prima ratio est ista. Illa, quæ mouentur ad quantitatē quinque augentur, & quinque diminuūtur, sed motus augmentationis, & motus diminutionis non possunt esse continui, quia illi motus sunt contrarij, & motus contrarij non possunt continuari adinuicem, sed inter eos necessario cadit quies media, ergo illud, quod mouetur ad quantitatem, non semper mouetur ad quantitatem, quia in illo medio inter augmentationem, & diminutionem non mouetur ad aliquam quantitatem, quia nec ad quantitatem maiorem, nec ad quantitatem minorem, ergo motus ad quantitatem non est sempiternus, & continuus, & secundum hanc expositionem per hoc, quod dicit. Sed est medium, intelligit, quod inter augmentationem, & diminutionem est medium. Aliter tamen potest exponi, quod intendit per medium, medium inter partes augmentationis, seu medium inter augmentationem vnius partis, & augmentationem alterius partis, ita, quod illud, quod augetur, non augetur continue per partem post partem, & eodem modo est de diminutione, & secundum expositionem istam prima ratio ad conclusionem est talis. Omnis motus ad quantitatem est augmentatio, uel diminutio, sed nec motus augmentationis, nec motus diminutionis est unus, & continuus semper, quia tam inter partes diminutionis, quam etiam inter partes augmentationis cadit quies media, ergo motus ad quantitatem non est semper unus & continuus.

Contra Eracli. & suos sequaces.

Nona conclusio de annexis.

Alia expositio.

Est autem hæc sententia persimilis ei, quæ est de consumptione lapidis a gutta, & de diuisione saxorum, cum a plantis, quæ inde pullulant, discinduntur. Non enim si tantum pepulit planta, aut abstulit gutta, & dimidium in dimidio temporis pepulit, aut abstulit prius, sed ut in nauis fit tractu, sic & tantū tot guttæ mouent. Pars aūt ipsarum nullo in tempore tantum mouet. Atque diuiditur quidem id, quòd est ablatum plures in partes, attamē illarū nulla seorsum est mota, sed totum simul est motum. Patet igitur non necessarium esse semper aliquid abire, quia diuiditur in infinita decretio, sed totum interdum abire.

Est autem similis ratio huic de eo, quod est guttam conterere, & nascentia apta nata lapides scindere. Nō enim, si tantum effodit, aut remouit guttam, & mediū in medio tempore prius, sed sicut nauis tractus est, & guttæ tot tantum mouent. Pars autem illorum in nullo tempore tantum. Diuiditur quidem enim, quòd remotum est in plura, sed nihil eorum motum est seorsū, sed simul. Manifestum igitur, quòd non est necessarium semper aliquid abire, quia diuiditur diminutio in infinita, sed totum aliquando abire.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Simile est de augmentatione, & diminutione, & de cauatione lapidis ex guttis successiue cadentibus super lapidem, sed cauatio lapidis ex casu guttarum successiue descendentium non est continua, ergo nec motus augmentationis, nec diminutionis est semper unus, & continuus, & per consequens motus ad quantum non est sempiternus, & continuus, maior patet, quia sicut in casu guttarum descendentium super lapidem mollificantur partes lapidis, & disponuntur ad cauationem, & in fine inducitur cauatio in parte disposita ad illam cauationem, ita in augmentatione partes alimenti mollificantur, & disponuntur ad hoc, quod eorum materia recipiat formam aucti, & in fine inducitur forma aucti minor. Etiam apparet, quia in cauatione lapidis ex casu guttarum cadentium super lapidem non quælibet gutta aufert aliquam partem lapidis, quoniam non oportet, quod si decem guttæ cadentes cauent lapidem, auferendo tantum de lapide, quod propter hoc quinque guttæ auferant medietatem tanti sed solum vltima gutta in virtute guttarum præcedentium, quæ mollificabant lapidem, cauat, auferendo aliquam partem lapidis totā simul. Aliud exemplum de plantis nascentibus in lapidibus. Minor uero declaratur declaratione exemplari, seu per locum a consimili sic. Simile est de guttis cauantibus lapidem, & de hominibus trahentibus nauem, sed non oportet, quod si decē homines trahant nauem, quod propter hoc quilibet eorū trahat partem nauis, aut etiam ipsam nauem, ergo non oportet,

quod si

ꝙ si guttæ cadant lapidem, ꝙ qualibet gutta cauet, sed auferat partem lapidis. Et sic est de alteratione, quia primo alteratur alimentum, & in fine alterationis corrumpitur aliqua pars alimenti tota insimul, & in materia illius partis inducitur pars formæ illius tota simul. Notanda sunt hic tria secundum Comment. primo, ꝙ causa, propter quam partes lapidis, nec auferuntur partibiliter una pars ante aliam in infinitum, nec partes alimenti corrumpuntur partibiliter in infinitum, est quia partes lapidis, & alimenti, & etiam corporis augmentati non sunt in toto in actu, sed in potentia, ergo aliquod totum in eis simul mouet, & mouetur, & non una pars ante aliam in infinitum.

Primum notandũ.

Secundo notandum secũdum Commen. ꝙ augmentatio non est continua: quoniam si aliquid augetur secundum quantitatem digiti in uno anno, nõ oportet, quod in qualibet parte istius temporis in actu sit aliqua pars augmentationis in actu, nec in qualibet parte illius temporis acquiritur aliqua pars in actu illius digitalis quantitatis: Sic enim essent tot partes in actu illius digitalis quantitatis, quot sunt partes in actu unius anni, quod non est uerum, quia non oportet, ꝙ digitus diuidatur in partes in actu, quarum numerus sit æqualis numero partium, in quas annus diuiditur. Vnde credo, ꝙ per partes in actu intelligat minimam partem sensibilem in actu, quæ, scilicet, existens in actu separato potest sentiri a sensu optime disposito, quia manifestum est, ꝙ plures sunt tales partes sensibiles in actu in uno anno, quam in uno digito.

Secũdum notandũ.

Tertiũ notandum. Tertio est notandum, ꝙ Phylosophus per augmentationem intelligit motum in maiorẽ quãtitatem, & interruptum, & discontinuatum per quietem mediam, cuiusmodi est tota augmentatio hominis ad perfectissimam quantitatem, quã acquirit in tota uita sua. Non enim augmentatur puer continue, quousque deueniat ad perfectũ ætatem, sed quandoque augmentatur, & quandoque quiescit a motu augmentationis, ut in tempore æstatis. In his autem uegetabilibus uidemus, ꝙ non semper augmentantur, quia in æstate augmentantur, & in hyeme non, nisi raro. Sic ergo per augmentationem intelligit motum ad maiorẽ quantitatem discontinuatam per quietem mediam, uerumtamen multum sunt partes illius totius augmentationis discontinuatæ, nisi enim aliqua augmentatio esset continua, sequeretur, quod aliqua augmentatio esset composita ex indiuisibilibus, quod uidetur impossibile.

Similiter & in quauis alteratione dicendũ est. Non enim si id, quod alteratur in infinitum est diuisibile, ideo & alteratio fit simul per partes, sed per sæpe fit: ut congelatio.

Similiter autem & in alteratione qualibet. Non. n. si partibile in infinitum est, quod alteratur, propter hoc & alteratio, sed uelox fit multotiens, sicut congelatio.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua probatur, ꝙ nõ omne, quod alteratur, alteratur semper, & continue, & hæc est decima conclusio de annexis. Vnde Phylosophus proponit hic suam intentionem dicens, quod non est necesse, ꝙ illud, quod alteratur, diuidatur in infinitum, & etiam si sic esset, quod non oportet propter hoc, ꝙ alteratio diuidatur in infinitum, ita, ꝙ scilicet semper pars alterabilis alteretur ante partem, & alia pars alteret aliam, & sic in infinitum. Conclusio igitur, quam Phylosophus hic intendit, probatur quatuor, scilicet, exemplariter per tria exempla & etiam per rationem. Vnde primum exemplum est de aqua, quæ tota simul congelatur, & non pars ante partem in infinitum, & hoc est uerum de aqua accepta in magna quantitate, quod forte est uerum de aqua recepta in parua quantitate tantum, & non de aqua recepta in magna quantitate.

10. concl. de annexis.

Prima probatio eius de conclusione.

Præterea cum quispiam ægrotauerit, necesse est tempus, in quo sanabitur, fieri, & non in temporis fine mutari, atque ad sanitatem, & ad nihil aliud mutetur, necesse est.

Amplius cũ infirmetur aliquis, necesse est tps fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari. Necesse autem in sanitatem mutari, & in aliud nullũ.

SEcundo probatur eadem conclusio exemplariter de ægrotante, quoniam cum ægrotans acquirat sanitatem, non in qualibet parte temporis acquirit partem sanitatis, sed in toto termino sanitatis disponitur ægrotans ad sanitatem, & non in termino temporis, sed tunc est sanitas primo inducta & ipsa sanatio tendit ad determinatum terminum, scilicet, in sanitatem, & in nihil aliud, & sic illud, quod transmutatur ad sanitatem, non transmutatur semper, & continue ad sanitatem, cum transmutatio ad sanitatem habeat determinatum terminum.

Secunda probatio.

Quare alterari continue dicere, rebus est perspicuis admodum aduersari. Alteratio enim ad contrarium est transitio.

Quare dicere continua alterari, & multi in manifestis est ambigere. In contrarium enim alteratio est.

NVnc uero conclusio probatur per rationem sic, omnis alteratio est a contrario in contrarium, & in termino alteratione non alteratur alterabile alterationis ad illum terminum, nec etiam alteratione contraria, quia alteratio, nec habet esse in suo termino ad quem, nec in suo initio. Vnde in instanti, in quo terminatur una alteratio, & incipit alia, nec alteratio præcedens habet esse nec alteratio sequens.

Tertia probatio.

Lapis etiam, neque durior fit, neque mollior.

Lapisque, neque durior fit, neque mollior.

QVarto probatur eadem conclusio per tertium exemplum de lapide, & est, quod contingit inuenire aliquos lapides, qui per longum tempus non fiunt duriores, nec molliores, & tamen illi lapides sunt nati alterari, & indurari, & molliri, & sic patet, quod non oportet, quod illud, quod alteratur semper, & continue alteretur. Notanda sunt hic tria secundum Com. primo, quod licet aliqua passio, siue aliqua qualitas sit diuisibilis, non tamen oportet, ꝙ fiat diuisibiliter sic, ꝙ in medietate temporis fit medietas passionis, & sic in infinitum, & hoc probat Comment. sic, quia si ita esset, & tunc non inueniretur aliqua passio, nisi post desinentiam infinitarum passionum, sed hoc est impossibile, quia si sic, sequitur, ut factio motus sequeretur alium motum essentialem, ideo necesse est, ut pars, quæ fuit in actu, ut omnes partes eius fiãt simul, ut postea dicatur, hoc ergo est primum notabile, uidelicet, ꝙ transmutatio non sequitur essentialis ad aliam transmutationem, sed est dare primam partem transmutationis in actu, &c. Secundo est notandum secundum Commẽ. ꝙ prima pars in actu motuum, qui fiunt, siue fuerit transmutatio in loco, aut in quantitate, uel in qualitate fit subito, idest in instãti, non in tempore, quia si sic non esset, tunc ante omnẽ trãsmutationem esset transmutatio, & sic non inueniretur trãsmutatio noua omnino. Tertio est notandum, quod Commẽ. mouet, & soluit unam dubitationem hic contra illud, quod dicitur, scilicet, ꝙ aliqua pars motus fit subito in instanti, & non in tempore, hoc enim uidetur contradicere ei, quod dictum est in sexto huius, ubi dicebatur, ꝙ transmutatio non habet primam partem, sed omnem transmutationem præcedit transmutatio. Ad illud dubium respondet Comm. dicens, dicamus nos, ꝙ prima, quę fit a motu quodammodo est in actu, & quodammodo in potentia, quoniam, secundum, quod exit in actum est terminatum, & secundum hunc modum est indiuisibile, & secundum hoc est principium motus in actu, & secundum ꝙ motus est continuus est diuisibilis, & non est in eo primum in actu, nisi quiesceret motum. In sexto huius considerauit de motu, secundum ꝙ est continuus, & non secundum ꝙ exit in actu, & ideo dixit, ꝙ non est accipere primam partem motus, & hic consideratur de motu, secundum quod est generatus, postquam non fuit, & generatur determinatæ quantitatis, ideo dixit hic, ꝙ motus habet principium, illa fere sunt uerba Commen. quæ sunt ualde obscura, & quæ aliqualiter declaraui super sexto huius. Et ideo breuiter dico, ꝙ motus consideratur dupliciter, uno modo, secundum ꝙ est continuus: & sic determinatur de motu in sexto huius, & illo modo non est accipere primam partem motus, sed omnem motum præcedit motus. Nam continuum est diuisibile in infinitum, & non est accipere primam partem continui,

Qoarta probatio.

Primum notandũ.

Secundũ notandũ.

Tertiũ notandum.

Dubium.

Solutio.

Commẽ.

secundum

secundum ꝙ est continuum. Alio modo consideratur motus, secundum quod est determinatus ad quietem, & illo modo contingit accipere primam partem motus, scilicet, terminatam ad quietem, vt si in principio aliquod mobile moueatur continue per sex miliaria, & tunc quiescat ille motus continuus factus per sex miliaria est prima pars motus terminata ad quietem, si postmodum moueatur continue per alia sex miliaria, ille motus est secunda pars motus, qui terminatur ad quietem, sed neuter istorum motuum habet primam partem in actu, quia neuter istorum motuū habet partem priorem determinatam ad quietem. Vnde per motum in actu, vel per partem motus in actu intelligit motum terminatum ad quietem, & talē partem est dare in quolibet genere motus, quia est dare vnum magnum motum discontinuum, qui habet primam partem terminatam ad quietem, ut motus alicuius hominis de Parisijs Romam, est motus discontinuus, quia inter multas partes cadit, quies media, & ille motus habet primam partem terminatam ad quietem, similiter motus augmentationis animalis, quo animal acquirit perfectā quantitatem, habet primam partem terminatā ad quietem: quoniam primo augetur animal: deinde stat sub eadem quantitate per aliquod tempus, & postea iterum augetur, & sic est dare primam partem augmentationis terminatam ad quietem, & eodem modo est in alteratione, quælibet tamen pars terminata ad quietem est diuisibilis in infinitum, & non habet primam partem. Sic ergo est intelligendum Commen. scilicet, ꝙ motus secundum, ꝙ exit in actum, scilicet, per quietem, est indiuisibilis, quantum ad suum terminum, quoniam terminus motus est indiuisibilis secundum successionem, quia acquiritur totus simul, & non acquiritur partiabiliter, quia illo modo motus in actu, secundum ꝙ est terminatus fit subito, idest, in instanti quantum ad terminum motus, quoniam terminus motus inducitur in instanti, & sic habet intelligi illud, quod dicitur quantum ad terminum motus, quoniam terminus motus inducitur in instanti, & sic habet intelligi etiam illud, quod dicitur de motu locali, scilicet, quod non sequitur motum essentialiter, hoc est motus terminatus ad quietem non sequitur essentialiter ad motum terminatum ad quietem. Vnde non est necesse, ꝙ ante omnem transmutationem sit transmutatio in actu, scilicet, terminata ad quietem: sic ergo patet, qualiter est dare primam partem transmutationis, & qualiter est dare primam partem motus discontinui terminatam ad quietem, sed non est dare primam partem motus continui. Potest etiam illud dictum Commen. scilicet, necesse est, ut pars, quę fit ex motu in actu, ut omnes partes eius simul fiant, intelligi de partibus motus, secundum ꝙ motus diuiditur ad diuisionem mobilis, quoniam cū aliquod mobile incipit moueri, omnes eius partes simul incipiūt moueri, & sic omnes partes motus, quæ sunt in partibus mobilis, sunt simul in eodem tempore, tamen partes motus acceptæ secundum diuisionem temporis nunquam sunt simul, quia semper est una illarū partium præterita, & alia futura & non terminantur simul, sed partes acceptæ secundum diuisionem mobilis simul incipiunt, & simul terminantur. Vnde congelatio, quam Phylosophus dicit esse velocem, & Cō. dicit illam esse subitam, habet partem ante partem in infinitum, quamuis sit tota simul, quantum ad partem illius, quod primo congelatur, sic est de primo moto localiter, quod, scilicet, mouetur secundum quamlibet eius partem, quamuis totum simul sit quantum ad partes mobilis, quia non prius una pars, quam alia, & sic totus ille motus extensus in mobili, secundū partem ante partem in infinitum, ut diffusius est declaratum in sexto huius. Sed hic occurrit grandis dubitatio, quia non videtur, quod congelatio, uel aliqua alia alteratio fiat tota simul quantum ad partes acceptas secundum diuisionem mobilis, quia accipiatur alterabile, quod totum alteratur simul, manifestū est, ꝙ illud est diuisibile, & sit a, b, c, & sit a, pars eius propinquior alteranti, & b, sit pars remotior, & c, remotissima tunc uidetur, ꝙ a, cum sit propinquior alteranti, quā b, quod a, prius alteratur quam b, & b, quam c, & per consequens a, b, c, non simul alterantur, sed pars ante partē in infinitū. Si uero dicatur, quod nō oportet, quod pars propinquior alteranti, prius alteretur, quam pars remotior, quia est dare minimū alterabile. Contra, illud non soluit sufficienter, quia quamuis aliquod alterabile alteretur totum simul, tamen pars alterabilis propinquior alteranti alteratur intensius, quā pars remotior, alioquin sequeretur, quod oē alterans quantumcunque paruum, & debile potest alterare omne alterabile quantumcunque magnum, quia si a, b, c, totum simul alteretur & c, alteretur, ita intense, sicut b, alteratur, tunc sicut b, alteratur, ita & æque intense posset c, alterare alterabile, sibi approximatum tantæ quantitatis, quantæ est c, & sit illud d, & priuatione d, posset alterare alterabile, sibi approximatum, & sit illud e, & sit in infinitum, & sic alterabile quantumcunque debile posset alterare ad quamlibet distantiam quantumcunque magnam, quod est incōueniēs: ergo necesse est, quod pars propinquior alteranti vehementius, & intensius alteretur, quā pars remotior, sed in illud, qđ magis alteratur, & intensius citius inducitur forma substantialis, ad quam disponit alteratio, ergo forma substantialis inducitur partibiliter una pars ante aliam in infinitum, cum una pars materiæ sit propinquior alteranti, quam alia, & hoc in infinitum, verbi gratia: Si ignis alteret aerem, & inducat formam suam in materiam aeris, prius inducit formā ignis in partem propinquiorem igni, quam in partem remotiorē, & hoc in infinitum, quod videtur esse inconueniens, qa non esset minimum alterabile. Dicendū, quod quamuis pars propinquior alteranti intensius alteretur, non tamen oportet, quod forma, ad quā disponit alteratio, citius inducatur in materiam partis propinquioris alteranti, quia non omnis materia, sub quacunque quantitate est nata recipere formam substantialem, sed sub quantitate determinata.

Dubium. — Respōsio. — Replica. — Ad dub.

A — B

Atque de latione mirabile est profecto, si lapis latuit deorsum ferri, aut in terra manere.

Et secundum, quòd fertur mirabile est, si latuit lapis deorsum latus, aut manente in terra. Tex. c. 24.

HÆc est quarta pars secundæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua destruitur opinio ponēs omnia semper moueri, quantum ad motum localem, ostendendo, ꝙ non omne, quod mouetur localiter, semꝑ mouetur localiter, & hæc est vndecima conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter. Primo quia manifestum est sensui, quod quædam quandoque mouentur localiter, & quandoque quiescunt quiete opposita motui locali, & ita, ꝙ non omne, quod mouetur localiter, semper mouetur localiter, quia ad sensum patet, ꝙ aliquid quandoque mouetur localiter, & quandoque quiescit a motu locali. Vnde dicit Phylosophus, quod aliqui motus locales, & quieti sunt manifesti, quia latere non possunt. Mirabile enim videtur, si lateat quando lapis fertur sursum, aut quando quiescit in terra, & ita non potest poni, ꝙ omnia, quæ mouentur localiter, semper mouentur localiter, & hoc non lateat sensum, & Comment. dicit, ꝙ sicut nullam habemus certitudinem in motu eius, quod mouetur, aut in eius quiete, quod quiescit, sed omne, quod sentimus moueri, potest esse eorum, quę quiescunt, & omne, quod sentimus quiescere, potest esse eorum, quæ mouentur, ita quādo uidemus lapidem moueri de superiori ad inferius non habemus certitudinem in hoc, quod mouetur, qm̄ qñque quiescit.

11. concl. de annexis.

C

Præterea terra, cæteraque singula corpora necessario suis in locis manent. Ex his autem uiolēter mouentur. Quod si quædam ipsorum sunt suis in locis, neque loco omnia moueri necesse est. Ex his igitur, atque similibus alijs crediderit quispiam, fieri non posse, ut aut omnia semper moueantur, aut omnia semper quiescant.

D

Amplius autem terra, & aliorum vnumquodque ex necessitate permanent quidem in proprijs locis, mouētur autem uiolenter ex his. Siquidem igitur quędam ipsorum sunt in proprijs locis, necesse neque secundum locum omnia moueri, quod quidem igitur impossibile est, aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his, & alijs huiusmodi sciet utique aliquis.

SEcundo probatur eadem conclusio sic. Terra, & vnumquodque aliud corpus naturale necessario quiescunt, qñ sunt in suis locis proprijs, & non mouentur a locis suis proprijs, nisi per violentiam, sed manifestum est, ꝙ quædā corpora naturalia quandoque sunt in locis suis proprijs, ergo quædam corpora naturalia quandoque quiescunt, & sic non omne, quod mouetur localiter, semper mouetur localiter. Ex prædictis ergo & similibus potest esse manifestum, ꝙ non omnia semper mouentur, ut dixit Heraclitus, nec etiam om-

Secunda probatio.

nia

nia semper quiescunt, ut dixit Zeno. Parmen. & Melissus, & eorum sequaces.

At uero neque fieri potest, ut alia semper moueantur, alia semper quiescant, & nihil interdum moueatur, interdū quiescat. Atq; dicendū est, ut antea dicta esse nō pñt, sic & hæc esse non posse. Videmus enim dictas mutationes fieri in eisdem.

At uero neque alia quidem semper contingit quiescere, alia uero semper moueri, aliquando autem quiescere, & aliquando moueri nullum. Dicendum autem, quòd impossibile sit, sicut est in dictis prius, & in his. Videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes.

Destructio tertij membri.

Haec est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua destruit tertium membrum ponēs entia diuidi in duas dispositiones tantum, scilicet, quod quædam semper mouentur, & quædam semper quiescunt, & q non est tertium genus entium, idest, quod si est dare genus entium, quæ quandoque mouentur, & quandoque quiescūt. Vnde intendit probare, q quædam quandoque mouentur, & quod eadem quandoque quiescunt, & hæc est duodecima cōclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, primo specialiter de omni motu. Secundo generaliter, idest per rationem generalem motus, & secundum hoc, hæc particula habet tres partes, quia prima conclusio probatur per hoc, quia uidetur esse manifesta sensui. In secunda ibi. [Et adhuc, quia] probatur conclusio specialiter in speciebus determinatis motus. In secunda ibi. [Fere autem] probatur conclusio iterum per rationem motus. In prima igitur parte huius particulæ conclusio probatur per hoc, quia manifestum est sensui, nam sicut manifestum est sensui, q non omnia semper mouentur, nec omnia semper quiescunt, ita manifestum est sensui, quòd quædam quandoque mouentur, & eadem quandoque quiescunt, & econuerso, ita quod prædictæ mutationes de motu in quietē, & de quiete in motum manifeste apparet in eisdem rebus, & sic manifestum est sensui, quod quædam quandoque mouentur, & quandoque quiescunt.

12. concl. de annex. quæ probatur dupliciter.

Et insuper his, qui contendit, reb. profecto manifestissimis aduersatur. Neque enim accretio, neque uiolentus motus erit profecto, si non præter naturā mouebitur prius quiescens. Præterea generationē hæc sententia, corruptionemve tollit.

Et adhuc, quia oppugnat manifestis dubitans, neque enim augmentum, neque uiolentus erit motus, nisi mouebitur extra naturam quiescens prius, generationem igitur remouet, & corruptionem hæc ratio.

Secunda probatio.

Haec est secunda pars tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua probatur eadem conclusio specialiter in determinatis speciebus motus, quæ ratio potest formari sic. Si non essent aliqua, quæ quandoque mouerentur, & quandoque quiescerent, non esset augmentatio, nec motus uiolentus, nec generatio, nec corruptio, consequens est falsum, ergo & antecedens, ergo suum contradictorium est uerum, scilicet, q quædam sunt, quæ quandoque mouentur, & eadem quandoque quiescunt, & econuerso. Prima consequentia probatur, quia quælibet pars consequētis sequitur ex antecedente, probatur, quoniam si non essent aliqua, quæ quandoque mouerentur, & quandoque quiescerent non esset motus augmentationis, sed non est ponēdū, quædam moueri semper motu augmentationis, quia tunc non esset deuenire ad determinatam quantitatem, quia si aliquid semper augeretur, semper acquireret maiorē, & maiorem quantitatem, sed hoc non est ponendū, quia natura non patitur aliquod infinitum, sequitur igitur, q si non sint aliqua, quæ quandoque mouentur, & quandoque quiescūt nō erit motus augmentationis. Similiter ad illud idē antecedēs sequitur, q non est aliquis motus violentus, quod est impossibile. s. q aliquid semper moueatur motu violento, quia omnis motus violentus est a quiete naturali, & per consequens illud, quod mouetur violenter, prius quiescebat, antequam moueretur, & ita sequitur, q si non sint aliqua, quæ quandoque mouētur, & quandoque quiescunt, non erit motus violentus, quia ex opposito consequentis sequitur oppositū antecedentis, scilicet, si est motus violentus, id, quod mouetur, illo motu, quandoque mouetur, & quandoque quiescit. Similiter sequitur, si non sint aliqua, quæ quandoque mouētur, & quandoque quiescunt, non erit generatio, nec corruptio, quia generatio est mutatio a non esse in esse, & per hoc, q illud, quod generatur, aliquō prius non fuit, ergo totum non mouebatur, si ergo est generatio, sequitur, q aliqua quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, quia aliqua quandoque generantur, & quandoque non generantur, ergo ex opposito sequitur oppositum. Si non sunt aliqua, quæ quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, non erit generatio. Et eodē modo sequitur de corruptione, quia si non sint aliqua, quæ quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, nō erit corruptio, quia ex opposito sequitur oppositum, si est corruptio, cum corruptio sit mutatio ab esse in non esse, sequitur, quod si aliquid corrumpitur, q illud erit sub non esse, & per cōsequens tunc non mouebitur, & prius mouebatur, quia qñque corrumpebatur, ergo si corruptio est, sequitur, q aliqua qñque mouentur, & qñque quiescunt, & sic patet consequentia, scilicet, q si non erunt aliqua, quæ qñque mouentur, & qñque quiescunt, non erit motus augmentationis, nec motus localis, nec generatio, nec corruptio, quia ad consequens sequitur quælibet pars antecedentis, ut patet ex præcedentibus.

Pene autem, & ipsum moueri, fieri quoddam uniuersis, & corrūpi videtur. At quod enim quippiam mutatur, id fit, aut in hoc. Ex quo uero mutatur in id corrumpitur, aut hinc. Quare perspicuum est rerum esse nonnullas, quæ mouentur interdum, atque quiescunt.

Fere autem, & moueri fieri quoddam, & corrumpi uidetur omnibus. In quod quidem enim mutatur fit hoc, aut in hoc. Ex quo autem mutatur corrumpitur hoc ab hinc. Quare manifestum, quòd alia quidem mouentur, alia uero quiescunt aliquando.

Haec est tertia pars tertiæ particulæ secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. iterum probat cōclusionem suam per rationem generalem motus, & hoc sic, si non sunt hic aliqua, quæ qñque mouentur, & qñque quiescunt, nullus erit motus omnino, consequens est falsum ergo & antecedens, ergo suum contradictorium est uerū, quod est conclusio hic intenta, probatur igitur conclusio sic. Si nō sint aliqua, quæ qñque mouentur, & qñque quiescunt, non erit generatio, nec corruptio, ut probatū est prius, & si generatio, & corruptio non est, nullus erit motus omnino, ergo a primo ad vltimum. Si non sint aliqua, quæ qñque quiescunt, non est generatio, nec corruptio, & sic non erit motus omnino, vltima consequentia. s. si generatio, & corruptio nō sint, non erit motus, probatur, & hoc, quia in omni motu aliqualiter saluatur generatio, & corruptio simpliciter, uel secundū quid, quia in omni motu est generatio & corruptio simpliciter, uel secundum quid, quia in omni motu est generatio termini ad quem, & corruptio termini a quo, ut patet in omni specie motus, & ideo si sit motus, oportet, quod generatio & corruptio sint, ergo ex opposito sequitur oppositum. s. si generatio, & corruptio non sint, non erit motus omnino. Vnde Commē. dicit hic, q qui destruit generationem, fere destruit omnes motus, quoniam cum generatio fuerit, erunt alij motus, quia motus est quasi finis eorum, sed si quis destruxerit finem, fere destruit omnia, quæ sunt ad finem, ergo &c.

Iterum alia probatio conclusionis.

Omnia autem interdum moueri, interdum quiescere censere, iam ad olim dictas rationes est adiungendum.

Omnia autem uelle aliquando quiescere, aliquando autē moueri, hoc iam copulandū ad antiquas rationes.

Istud membrum. s. q omnia qñque mouentur, & qñq; quiescunt, quia præcipue posuit Empe. s. q omnia quandoq; mouentur sub dominio amicitiæ, & litis, & quandoque quiescunt inter medijs temporibus, non improbat Phylos. hic,

hic, sed dicit hoc esse copulandum ad aliquas rationes, quas A tetigimus disputantes de æternitate motus. Vnde probato, quod aliquid semper mouetur, satis est probatum, quod non omnia quandoque mouentur, & quandoque quiescunt.

Principium autem id rursus, quod prius fecimus, post hæc est sumendum, quæ modo determinauimus. Aut enim vniuersa quiescunt, aut vniuersa mouentur, aut quædam quiescunt, quædã mouentur. Et si quædam eorum, quæ sunt quiescunt, quædam mouentur, aut cuncta nunc quiescant, nunc moueantur, aut alia semper quiescãt, alia semper moueantur, alia interdum moueantur, interdum quiescant, necesse est.

Tex. c. 16. *Principium autem iterum faciendum a nunc determinatis, idem est, quod quidem incepimus prius. Aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut hæc quidem quiescunt. Hæc autem mouentur eorum, quæ* B *sunt. Et si alia quidem quiescunt, alia uero mouentur eorum, quæ sunt necesse est, aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando uero moueri, aut quædam semper quiescere, alia uero semper moueri ipsorum, alia autem aliquando quiescere, aliquando moueri.*

HAec est quarta particula secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. resumit ea, quæ dicta sunt in hoc cap. & primo resumit diuisionem superius positam. Secunda uero resumit reprobationem illius membri, quod ponit omnia quiescere. Tertio autem resumit reprobationem illorum duorum membrorum. Primo ergo dicit Phyl. quod ad magis manifestam intentionem sequentium debemus incipere ab his, quæ prius determinauimus sumentes idem principium, scilicet, quod omnia quiescunt, vel omnia mouentur, uel, quod quædam mouentur, & quædam quiescunt. Istud tertium membrum diuiditur in tria membra, quia si eorũ, quæ sunt, quædam mouentur, & quædam quiescunt, vel oportet, quod omnia, quę quiescunt semper quiescãt, & omnia, quæ mo- C uentur, semper moueantur. Alio modo, ut aliquando omnia mouentur, & aliquando quiescunt. Tertio modo, ut quædã semper quiescant, & quædam semper mouentur, & quædam alia sunt, quæ quãque mouentur, & illa eadẽ quãque quiescũt.

Impossibile igitur esse cuncta quiescere dictũ quidẽ, & prius est, dicamus autem, & nunc idipsum, atq; probemus. Nam & si uere res ita se habet (ut quidam inquiunt,) id, quod est, infinitum esse, atque immobile, non tantũ sensu sic esse uidetur, sed eorũ, quæ sunt cõplura mouẽtur. Si igitur sit opinio falsa, uel oĩno opinio, & motus etiã est. Et si imaginatio ẽt sit, & si interdũ sit, de quibusdam, & interdum aliter uideatur. Imaginatio enim & opinio, motus quidam esse uidentur.

Quod quidem igitur non possibile, sit omnia quiescere, dictum est prius. Dicemus autem & nunc. Si enim secundum ueritatem sic se habet, sicut quidam dicunt D *esse, esse infinitum, & immobile, sed non quod uidetur secundum sensum, sed mouentur multa eorum, quę sunt. Siquidem igitur opinio est falsa, aut omnino opinio, & motus est, & utique si phantasia, & si aliquando quidem sic uideantur, aliquando autem aliter. Phantasia quidem & opinio motus quidam esse uidetur.*

Destructio primi membri. HIc Phylosophus destruit primum membrum. s. membrum, quod ponit omnia semper quiescere, & quãuis illud prius improbauit, nunc improbat idem alio modo, dicens, quod certum est, quod aliqua quandoque apparent moueri, & etiã apparent quandoque quiescere, opinio ergo de talibus, quod quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, nunc autem si sit illa opinio nunc uera, & iam falsa, uel econuerso, uel omnino simplex opinio sequitur, quod si motus, & si sit phantasia nunc uno modo, & iam alio, sequitur, quod sit mo- A tus, sed certum est, quod opinio variatur, & etiam phantasia, quia eadem res uno tempore apparet moueri, & alio tempore nõ moueri. Vnde breuiter aliqui opinantur de nouo, quod prius non opinabantur, & aliquibus quãque apparet, quod prius non apparuit, & habent phantasiam nouam, & noua opinio, seu phantasia noua non est sine motu, sequitur, quod motus est, & sic non omnia semper quiescunt. Vnde dicentes motum vniuersi esse infinitum, & immobile habent opinionem de nouo, quod ita est, & si est opinio noua uera, uel falsa, uel etiam phantasia, sequitur, quod est motus, tum quia nihil fit noui, sine motu, tum quia opinio, & etiam phantasia videntur esse motus, uel sequi motum, quoniam phantasia est motus factus a sensu, sed opinio est motus rationis procedens a præmissis, & dicit Comment. hic, quod omnes illæ rationes sunt probabiles, nulla fides est in eis, nisi secundum quod propositiones sunt magis probabiles, quam conclusio, non quod sint manifestiores conclusione apud intellectum, non est ulterius perscrutandũ de illa conclusione, quia eius scientia est manifesta per se.

Sed de his quidem considerare, & eorum quę B rere rationem, quæ melius habemus, quam si rationis indigeremus, hominis est profecto male id, quod est melius, & id quod est deterius, id, quod est credibile, & id, quod non est credibile, principium denique, & non principium discernentis.

Sed de hoc quidem intendere, & quærere rationem quorum dignius habemus, quam ratione indigere, male iudicare est melius, & prius, & credibile, & non credibile, & principium, & non principium.

SEd circa distinctionem harum opinionum ponentium omnia semper quiescere, vel omnia semper moueri, nõ oportet insistere, non enim debemus quærere rationem ad probandum aliqua, quæ sunt certiora, & digniora, quam illa, quæ indigẽt ratione ad manifestandum ea. Fatuum est. n. quærere rationem eorũ, quæ sunt per se manifesta, ut sunt principia per se nota, quia illa sunt digniora, & certiora, quã C ad probandum, quoniam inquirere rationem talium est signum nescientis iudicare inter melius, & prius in moribus, & inter principium, & non principium in demonstratis, & inter credibile, & non credibile in locis, quoniam ad probandum principium, oportet uti non principio, ut principio, & credibili, ut non credibili, motum autem esse est per se notũ, tanquam principium, uel suppositum in scientia naturali. Intelligendum, quod cum Phyl. dicit, quod quærere rationem eorum, quorum ratione dignius habemus, quã ratione indigere, est nescire iudicare, quod melius, & quid peius. Aliqui Expositio aliquorũ. uero per dignius ratione intelligunt cognitionem sensitiuã, quæ dignior est ratione ut dicunt, & si sic intelligatur, tunc per rationem debet intelligi ratio sophystica, quoniam cognitio sensitiua est dignior ratione sophystica, unde Phyl. superius in hoc cap. ubi dicit, quærere rationem, & dimittere sensum est infirmitas, per rationem intelligit rationẽ sophysticam, uerumtamen sustinendo, quod Phyl. per dignius ratione intelligat cognitionem sensitiuam põt aliter dici, scilicet, quòd per rationem sensitiuam, quam dicit esse digniorẽ ratione, intelligit congregationem cognitionũ quinque sen- D suum in testimonio contrario ei, quod apparet ratione vni sensuum, & uidetur Comm. hic innuere, verbi gratia. Quinque sensus, vt visus, auditus &c. conueniunt in eodem iudicio, scilicet, iudicando, ibi nõ accidit deceptio, quãuis. n. in iudicio vnius sensus possit accidere peccatum, aut error, tamen in iudicio quinque sensuum. i. iudicantium non accidit error, aut deceptio, nunc autem omnes sensus iudicant motum esse, ergo. Videtur mihi tamen, quòd Phyl. per dignius ratione non intelligat cognitionem sensitiuam, sed cognitionem principiorum, quæ est certior, & dignior ratione, hoc est cognitione conclusionis, quę cognitio acquiritur per discursum, & per rationem. Notandum est secundum Commẽt. hic, quòd opinandum est, quod quædam sensibilia sunt, quæ præcise iudicantur esse vera, & quędam pręcise iudicantur esse falsa, licet sentiantur, ut apparet in decipientibus uisum, & quædam sunt ignota, donec fugat demonstratio, sicut apparet de paruitate corporis solis, quoniam, qui nescit demonstrationẽ de eius magnitudine dubitabit, & dicit, quòd hoc forte est propter remotionem, & forte ita est in rei ueritate.

Siml.

A Similiter autem est impossibile, & omnia moueri, aut alia moueri semper, alia quiescere semper. Ad hęc enim omnia una est sufficiens fides. Videmus enim quædam interdum moueri, interdum quiescere. Quare patet impossibile esse similiter cuncta quiescere, & omnia continue moueri, ac alia moueri semper, alia quiescere semper.

Similiter aũt, & impossibile est, & oĩa moueri, aut alia quidẽ semper moueri, alia uero semper quiescere. Ad omnia.n. hæc sufficiens est una fides. Videmus.n. quædam aliquando quidem quiescere, aliquando quidẽ moueri, quare manifestum est, quod impossibile sit similiter oĩa quiescere, & omnia moueri continue ex eo, quod alia quidem semper mouentur, alia uero quiescunt semp.

Exclusio duorũ mẽbrorum.

HIc Phyl. excludit alia duo membra, dicens, ꝙ etiã est impossibile, ꝙ omnia semper moueãtur, sicut impossibile est, ꝙ omnia semper quiescant. & etiam est impossibile, ꝙ omnia semper moueantur, quæ mouentur, & ꝙ, quę quiescunt semper quiescant, ita ꝙ nihil sit, quod habeat se ad vtrunque, & ad omnia illa probandã sufficit vnum medium. scilicet, quia ad sensum videmus aliqua moueri, & eadem postea quiescere.

B Restat igitur contemplandum esse, vtrum vniuersa talia sint, ut moueantur, atque quiescant, an alia quidem talia sint, alia uero semper quiescant, & alia continue moueantur. Hoc enim iam a nobis est demonstrandum.

Reliquum ergo considerandum est, vtrum omnia huiusmodi possibilia moueri, & quiescere. Aut quædam quidem sic, aliqua uero semper quiescunt, aliqua vero semper mouentur. Hoc enim demonstrãdum est a nobis.

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua cum tria membra dictæ diuisionis sint falsa, Phyl. proponit inquirendum esse, quod membrũ aliorum duorũ, sit verius, vtrum.s. ꝙ omnia quæque mouentur, & quæque quiescunt, aut sunt quædam, quæ quæque mouentur, & quæque quiescunt, ita tamen, ꝙ aliqua sint, quæ semper quiescunt, & aliqua, quæ semper mouentur, illud enim quærere est necessarium ad illud, quod intendimus demonstrare, quia per hoc Phyl. ostendit primum motorem esse immobilem, & etiam ostendit per aliud membrum motum esse sempiternum, quare &c.

C Eorũ igitur, quæ mouent, & q̃ mouentur, alia per accidens, alia per se mouent, atque mouẽtur. Per accidens quidẽ ea, quæ sunt in hisce, quæ mouent, aut mouentur, & quæ per partẽ. Per se autẽ ea, quæ mouent, aut mouẽtur, nõ ex eo, quia sunt in hisce, quæ mouẽt, aut mouẽtur, neq; rursus ex eo, quia pars aliqua sua mouet, aut mouetur.

Tex. c. 27. *Mouentium igitur, & eorũ quæ mouentur, alia quidẽ mouent, & mouentur secundum accidens, alia etiam per seipsa, secundum accidens quidem, ut quęcunque in eo, ꝙ sunt in mouentibus, aut in his, quæ mouentur, & quæ sunt sc̃dm partem: alia autem per seipsa quęcũque non in eo, ꝙ sint in mouente, aut in his, quæ mouentur, in eo, quod pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur.*

D ISTud est secundum cap. huius tractatus, in quo declaratur, ꝙ omne, quod mouetur, mouetur ab alio, & continet tres partes principales, quoniã in prima Phyl. ponit quandam diuisionem mouentium, & mobilium cum manifestatione propositi in singulis. In secunda ibi. [Maxime dubitatur] mouet dubitationem de grauibus, & leuibus, idest, a quo grauia, & leuia mouentur, quando mouentur ad sua propria loca. In tertia vero ibi [Accidit hoc ab aliquo] soluit dubitationem. scilicet a quo grauia, & leuia mouentur ad sua loca naturalia. Prima pars continet duas particulas, quia in prima Phyl. ponit diuisionem mouentium, & mobilium,

A & manifestat membra diuisionis. In secunda ibi. [Et maxime mouetur] ostendit Phyl. in quibus conclusio, quam intendit probare, est manifesta. In prima igitur particula huius partis supponendo, ꝙ ad motum pertinet mouens, & mobile: ponit quinque diuisiones. Prima est diuisio tam mouentis, quã etiã mobilis, & est talis, ꝙ eorum, quæ mouent, aut mouentur, quędã mouentur per se, & quędã per accidens, & quędã mouent per se, & quędã per accidens, & sic tam mouẽs, quã etiã mobile diuiditur in per se, & in per accidens, & illa est prima diuisio. Illa ergo mouent per accidens, & mouentur, quia sunt in mouentibus, & motis per se, & illa mouent, & mouentur per se, quæ non mouent, aut mouentur ex hoc, quia sunt in mouẽtibus, & motis per se, nec ex hoc, quod aliqua pars eorum mouet, aut mouetur, vnde Com. dicit hic, ꝙ Phyl. primo describit illud, qđ est per accidens, quia in quibusdã illud, qđ est per accidens est notius eo, quod est per se, & ideo accidit in quibusdam locis describere habitum per negationem priuationis. Notandum secundum Commentatorem ꝙ illud, quod est per accidens est duplex.s. id, qđ est per accidẽs principaliter, & illud, qđ est per accidens secundario, mouẽs, aut motum principaliter per accidens est accidens existens in motore, aut in moto, sed mouens, aut motum secundario

Prima diuisio.

B per accidens est, illud, ꝙ est pars mouentis, aut moti, vnde illud, qđ mouet, aut mouetur ratione accidentis existentis in eo, dicitur mouere, vel moueri principaliter per accidens, & illud, quod mouet, aut mouetur per suam partem, dicitur mouere, vel moueri principaliter per accidens secundario. Vnde motũ per accidens est dupliciter.s. pars mouentis, aut moti, & accidens inexistens mouenti, aut moto. vnde dicit Com. quod generaliter dicitur, omne illud mouens, aut motum per accidens, quod est in mouente, aut in moto, & hoc est dupliciter, quia aut est tale, qđ põt per se mouere, aut moueri, aut nõ est tale, quod potest per se mouere, aut moueri. Primo di homo, vel clauus mouere, aut moueri in naui per accidens, nam homo, uel clauus põt per se mouere, uel moueri. Secundo modo accidẽs mouet, vel mouetur per accidens, quia suum subiectũ mouet, uel mouetur, nam accidens nunquã potest per se mouere, uel moueri, quia non potest per se existere. Vnde d. Cõment. hic, quod mouentia, & mota per se sunt illa, quæ mouent, aut mouentur, neque per accidens, neque per partem, & accipit in descriptione eius, quod est per se negationem duorum modorum, quod est accidens generaliter.

C Eorum aũt, quæ per se mouentur, quædam a seipsis, quędã ab alio motu cientur, atque alia natura, alia violentia, præterque naturã mouentur. Id enim, quod a seipso mouetur, natura sanè mouetur, ut animalium unumquodque. Animal n. a seipso motu cietur. Eã uero natura moueri dicimus, quorum principium motus in ipsis inest. Quamobrem totum quidem animal natura seipsum mouet. corpus tamen, & natura, & præter naturam moueri potest. Interest enim tali, an tali moueatur motu, & ex quo magis elemẽto cõstet.

Eorum aũt, quæ mouentur per se, aliam quidem a seipso, alia uero ab alio, & alia quidẽ natura: alia uero uiolentia, & extra naturam, quod enim ipsum a seipso natura mouetur, ut quodlibet animaliũ, mouetur.n. animal ipsum a seipsõ.

D *Quorumcunq; aũt principiũ motus in seipsis est. Hoc natura dicimus moueri. Vnde animal quidẽ totum natura, ipsum seipsum mouet. Corpus autẽ secundũ quod est corpus contingit, & natura, & extra naturam moueri. Differt enim secundum qualem motũ, quod mouetur eueniat, & ex quali elemento constat.*

HAec igitur est tertia diuisio s. quod eorum, quæ mouentur per se quædam mouentur a seipsis, ut illa, q̃ mouẽtur ab intrinseco, & quædam mouentur ab alio, ut mota. Vnde Com. dicit hic, quod omnia, quæ mouentur a principio intrinseco mouentur a se, & econuerso, vnde illa conuertuntur, scilicet, moueri a se, & moueri a principio intrinseco, ut d. Cõ. Et illa quidem. Hæc est quarta diuisio, ꝙ de numero eorum, quæ mouentur, quædam mouentur a natura, & quædam mouentur per violentiam, & ostendit, quæ mouentur p natura, & quæ per uiolentiam dicens, ꝙ illa, quæ mouentur a

principio

principio intrinseco in eis mouentur naturaliter, vt animal, quando mouetur ab anima, tunc mouetur naturaliter, & hoc probat Phyl. & hæc est 13. conclusio de annexis. s. quod, quando animal mouetur ab anima, tunc mouetur naturaliter. hæc igitur conclusio probatur. Omne, quod mouetur a principio intrinseco, siue a seipso, mouetur naturaliter, sed quando animal mouetur ab anima, mouetur a principio intrinseco, siue a seipso. ergo animal, quandocunque mouetur, tunc mouetur naturaliter. & hic loquendo de toto animali, quia totum animal motum ab anima mouetur naturaliter. Sed dubium est de corpore, quod est altera pars animalis. s. verum, quando moueatur, moueatur naturaliter. Ad illud respondet Phyl. dicens, quod contingit corpus, quod est altera pars animalis, moueri naturaliter, & etiam extra naturam: differt enim multum secundum qualem motum corpus mouetur, & quale elementum sit in eo per prædominium. si enim corpus animalis moueatur ab anima ad locum naturalem corporis. s. ad locum inferius, seu ad locum dominantis elementi in corpore. tunc motus corporis ab anima est naturalis corpori. si vero corpus moueatur ab anima motu contrario suo motui naturali. tunc motus corporis ab anima est extra naturam, & si moueatur ab anima ad locum suum naturalem, tunc ille motus est naturalis toti animali, quia anima animalis est sua forma substantialis. ideo necesse est, vt motus eius a sua anima sit naturalis. Notandum secundum Com. quòd si fuerit inuentum aliquod motum per principium in eo, ita quòd in corpore non sit principium motus contrarij motui animæ, tunc illud motum est motum naturaliter, & simpliciter. s. per animam, & per corpus, vt declaratū est de corpore cæli. Com. Notandum iterum secundum Com. quòd causa in hoc, quòd corpus animalis quandoq; mouetur ab anima ipsius naturaliter, & quandoque extra naturam est diuersitas partium localiū, ad quas mouet anima. si enim contingat, quòd anima moueat corpus ad partem, ad quam mouetur corpus secundum totum elementi dominantis in ipso, tunc motus corporis ab anima est naturalis, & tunc coniungitur in eo naturalitas ex motore, & moto. v.g. Quando animal mouetur ex se descendendo, tunc eius motus est naturalis tam ex parte animæ, quam etiā corporis. si vero motus fuerit econuerso motui elementi dominantis in eo, tunc motus corporis ab anima non erit naturalis. v.g. quando homo saltat sursum. hæc Com. Sic ergo patet, quòd motus totius animalis ab anima, ad quamcunque partem fuerit, est naturalis toti animali, quia est a principio intrinseco, sed motus corporis, quia est altera pars animalis ab anima quandoque est naturalis, & quandoque non, quia motus corporis ab anima descendendo est naturalis, ascendendo vero est violentus. Sed dubitatur, quia animal, & corpus animalis mouentur eodem motu, quia aliter essent infiniti, vel multi motus contrarij in corpore animalis. ergo quando animal mouetur ab anima ascendendo: cum ille motus sit naturalis animali, sequitur, quod motus animalis motu ab anima ascendendo sit motus naturalis. Item non videtur, quod motus animalis ab anima ascendendo sit motus naturalis animalis, quia est contrarius motui naturali animalis, quoniam animal derelictum propriæ naturæ non prohibitum descendit naturaliter deorsum, cum igitur idem mobile non habeat naturaliter motus contrarios, sequitur, quod motus animalis ab anima sursum descendendo non sit naturalis. Ad primum est dicendum concedendo, quod animal & corpus animalis mouētur eodem motu, quando animal mouetur ab anima ascendendo, quod ille idem motus est naturalis animæ, & violentus corpori, nec est inconueniens, quod vnus motus idem numero sit naturalis vni, & violentus alteri, nec mouetur animal, secundum quod est animal, deorsum quoniam derelinquitur propriæ naturæ, sed mouetur deorsum, inquantum est graue. Ad aliud dico, quòd quia animal habet in se principia cōtraria motuum. s. animā, & elemētum, quod est in eo per prędominium, ideo non est inconueniens, quod animal habeat contrarios motus naturales a principijs in eo existentibus contrariorum motuum. Notandum est secundum Com. in de substantia orbis, quod motus naturalis corporis est rectus. s. motus deorsum, & motus naturalis animæ est circularis. Vnde si anima separaretur a corpore, & moueret se motu circulari. ideo motus naturalis totius compositi ex anima, & corpore. s. motus animalis, est motus compositus ex motu recto, & motu circulari, cuiusmodi est motus progressiuus animalis, quoniam motus maximè naturalis animali, secundum quod est animal perfectum, est motus progressiuus animalis. vnde potest poni distinctio de motu naturali, quoniam motus dicitur naturalis dupliciter. s. largè, & strictè, largè loquendo omnis motus, qui est a principio intrinseco mobilis, dicitur motus naturalis, & sic motus animalis ab anima ad quamcunque differentiam positionis dicitur motus naturalis, quia. s. est a principio intrinseco, sed motus naturalis strictè loquendo solum est ille, qui est propinquissimus ei, quod mouetur illo motu, & sic solus motus progressiuus est naturalis animali, secūdum quòd animal. Intelligendo per motum progressiuum indifferenter motum ambulationis, & volationis, & natationis, & sic de alijs motibus proprijs diuersis specieb. animalium. Notandum, quòd potest distingui de motu naturali animalis, quoniam motus naturalis animalis est triplex: quoniam quidam est motus naturalis animalis ratione animæ tantum, & quidam est motus naturalis animalis ratione corporis tantum, & quidam est motus naturalis ratione animæ, & corporis, siue ratione elementi prædominantis, sicut est in proposito. Exemplum primi. vt si aliquis saltet sursum ascendendo, ille motus est naturalis animali ratione animę tantum. Exemplum secundi. vt si aliquis descendat deorsum, ille motus est naturalis animali ratione corporis tantum. Exemplū tertij. vt quando animal mouetur ad locum elementi prædominantis in eo, ille motus est naturalis animali ratione animæ, & etiam ratione corporis.

13. concl. de annexis.

Dubium.

Responsio.

Primū notandum.

Secūdum notan.

Primū dubium.

Secūdum dubium.

Eorum autem, quæ mouētur ab alio, quædam natura, quædam præter naturam mouentur. Præter naturam terra sursum, iguis deorsum. Partes insuper animalium sepenumero præter naturam mouentur ob positiones, motusq; modos.

Et eorum, quæ mouentur ab alio, alia quidem mouentur natura, alia vero extra naturam. Extra naturam quidem, vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autem partes animalium multotiens mouentur, extra naturam iuxta positionem, & modos motus.

Hic ponitur quinta diuisio, quæ est illa, videlicet, quòd de numero eorum, quæ mouētur ab alio quædam mouentur naturaliter, & quædam extra natura. v.g. elemēta mouentur ab alijs, & eorum motus quidam est naturalis, vt motus ignis sursum, & motus terræ deorsum, & quidam motus est violētus, vt motus ignis deorsum, & motus, terræ sursum, & d. hic Com. quod Phyl. dixit illa elementa moueri ex alijs, quia illa non mouentur a se, donec mouentur ab alijs, vt post declarabitur, & sic patet, quod elementa quandoque mouentur naturaliter, & quandoque violenter, & idem patet de partibus animalium, quæ quidem quandoque mouentur naturaliter, & quandoque violenter iuxta positiones, & modos motuum partium animalium. Intelligendum est, quod aliquæ partes animalis naturaliter mouentur ad partem anteriorē, vt brachia, & aliqua ad posteriorem partem, vt crura, quando igitur partes animalis mouentur, vt sunt aptæ natæ moueri, tunc est motus naturalis, quando vero econuerso, tunc est motus contra naturam.

Quinta diuisio.

Atq; maximè quidem perspicitur id, quod mouetur ab aliquo motu cieri in hisce, quæ præter naturam mouentur, propterea, quod ab alio moueri patet. Postea vero, quæ præter naturam mouētur, perspicitur in hisce, quæ natura quidem mouentur, a se autem ipsis motu cientur. In animalibus inquam. Non est enim obscurum, si animal ab aliquo moueatur, sed quonam pacto distinguere oportet, id, quod mouet ipsius, & id, quod mouetur. Nam, vt in nauigijs, & in hisce, quæ non natura constant, sic & in animalibus, quod mouet, & quod mouetur diuisum esse, videtur, atque hoc pacto totum ipsum animal seipsum motu ciere.

Et maxime moueri a quodam, quod mouetur in his, quæ extra naturam mouentur, est manifestum: propter id, quod manifestum est ab alio moueri. Postea autem, quæ sunt extra naturam. Eorum, quæ sunt secundum naturam, ipsa a seipsis vt animalia. Hoc enim non immanifestum est, si ab aliquo mouentur, sed quomodo oportet accipere ipsum mouens, & quod mouetur. Tex. c. 28.

Videtur enim, quod ibi sit accipiendum, sicut in nauibus, & non natura subsistētibus, sic & in animalibus esse diuisum mouens, & quod mouetur, & sic omne ipsum seipsum mouet.

HÆc est secunda particula primæ partis princ. huius cap. in qua Phyl. ostendit, in quibus conclusio, quam intendit est manifesta. d. q. de his, quæ mouentur motu violento, est manifestum, quod mouentur ab alio, quia mouētur ab extrinseco, violentum enim est, cuius principium est extra, non conferente vim passo. vt patet. 3. ethi. Similiter de animalibus est manifestum, quòd mouentur ab alijs. vnde omne animal motum motu progressiuo mouetur ab alio, quia est in animali accipere per se mouens, & per se motum, quæ ab inuicem distinguuntur. Vnde, sicut in motu nauis a nauta motum distinguitur a motore, ita motum progressiuo animalis motum distinguitur a motore. vnde simile est de natura mouente nauem, & de animali mouente se, & similitudo est in duobus. primum est quòd in vtroque motu motum distinguitur a motore. Secundum est, quia sicut nauta in mouendo nauem mouet se per accidens. ita anima mouendo corpus mouet se per accidens. Dissimile est tamen in hoc, quia ex anima, & corpore fit per se vnum, sed ex nauta, & naui non fit per se vnum. Manifestum est igitur ex his, quæ mouentur ab extrinseco, & etiam in animalibus, quòd omne tale motum mouetur ab alio. Et si dicatur, quod ostensum est sufficienter in septimo huius. quòd omne, quod mouetur, ab alio mouetur. ergo ostendere idem hic est superfluum. Dicendum, quod non est superfluum, quia in septimo illud est ostensum, loquendo de motu in communi. sed hic ostenditur idem descendendo ad speciales modos motus. vnde cum duplex sit motus. s. naturalis, & violentus, & naturalis iterum dupliciter, vt animatorum, & inanimatorum, vt motus grauium, & leuium: Phyl. ostendit hic, quod in omnibus istis motibus est hoc verum, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Et Commen. dicit, quod Phyl. vult hic ostendere, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio. vult enim declarare dispositionem in hoc de corporibus simplicibus sermone proprio, seu primo. Corpora enim simplicia maxime faciunt dubitationem in hoc, quod omne motum habeat motorem alium a se, quia in eis non apparet alietas motoris a moto, sicut apparet in habentibus animas. Vnde Com. dicit, quod non est alietas omnino, & est sicut graue, & leue. Ista enim inueniuntur moueri ex se in sua loca naturalia, & ad loca opposita suis locis naturalibus.

Maxime vero dubitatur reliquum dictæ diuisionis, vltimo membrum. Eorum enim, quæ motu cientur ab alio, quædam præter naturam moueri diximus, quædam natura moueri. Hæc autem sint, quæ dubitationem afferunt, a quonam mouentur: ceu leuia, grauiaque. Hæc enim ad opposita quidem loca vi pulsa mouentur. Ad propria vero leuia quidem ad supera, grauia vero ad infera suapte natura feruntur. A quonam autem mouentur.

Maxime autem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuisionis. Eorum enim, quæ ab alio mouentur, hæc quidem extra naturam posuimus moueri. Alia autem relinquuntur contraponi, quia natura. Hæc autem sunt, quæ dubitationem afferunt, a quo mouentur, vt leuia, & grauia. Hæc enim in oppositos locos violentia mouentur. In Tex. c. 19. *proprios autem leue quidem sursum, graue autem deorsum natura. A quo autem non adhuc manifestum, sicut cum moueantur extra naturam.*

ISta est secunda pars principalis huius cap. quæ omnino est inquisitiua, in qua Phyl. mouet dubitationem, quæ scilicet Dubium. sunt illa, a quibus grauia, & leuia mouentur, quando mouentur naturaliter ad sua loca propria, & continet duas particulas, quia in prima Phyl. proponit dubitationem, quam hic facere intendit in secunda ibi. [Et namque ipsa, &c.] arguit ad vnam

A partem dubitationis. In prima igitur particula huius partis Phylosophus proponit dubitationem circa illam conclusionē. Omne, quod mouetur, mouetur ab alio d. quod maxime dubitatur de reliquo membro vltimæ diuisionis, quæ erat. Quod omnium, quæ mouentur, quædam mouentur naturaliter, & quædam extra naturam. Vnde maxime est dubitatio de inanimatis, vt de grauibus, & leuibus, a quo scilicet mouentur, quando mouentur violenter, quoniam quādo mouentur, manifestum est, quod ab alio mouentur, & etiam est manifestum a quo mouentur.

Nam impossibile est a seipsis ipsa moueri. Est enim hoc officium vitæ, ac animantium proprium.

Et namque ipsa a seipsis dicere impossibile est. Vitale enim hoc & animatorum est proprium.

B HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. arguit ad vnam partem quæstionis, scilicet, a quo, vel a quibus grauia, & leuia mouentur, quando mouentur naturaliter, scilicet, vtrum moueantur a seipsis, vel ab alijs, & arguit probando, quod quando grauia, & leuia mouentur naturaliter ad sua loca non mouentur a seipsis, & hoc probat per quatuor rationes, & secundum hoc ista Prima ratio. particula continet quatuor partes, quæ patebunt in formando rationes. primo tamen dicit Phylo. quod grauia, & leuia non mouentur a seipsis, quia hoc est vitale, idest, hoc est proprium habentium vitam, idest, animalium, quod moueātur a seipsis, & hic potest poni prima ratio, quæ potest formari sic. Omne illud, quod mouetur a seipso, necesse est, vt sit vitale, hoc est, vt habeat vitam. sed grauia, & leuia non habent vitam. ergo non mouentur a seipsis.

Consistere etiam a seipsis possent. Nam si quippiam sibi causa sit ambulandi, est etiam causa sibi non ambulandi.

C *Et facere stare posse ipsa secundum seipsa, dico autem velut si ambulandi causa inest ipsi, & non ambulandi.*

HÆc est secunda pars secundæ particulæ secundæ partis princ. huius cap. in qua ponitur secunda ratio, quæ talis Secunda ratio. est. omne, quod potest mouere se, potest etiam quiescere ex se. ergo illud, quod non potest quiescere ex se, non potest moueri ex se. Vnde Com. format illam rationem sic. Si grauia, & leuia haberent in se principium, per quod possent mouere se sine indigentia causæ ex extrinseco, tunc per illud principium possent quiescere sine indigentia causæ extrinsecæ: sicut patet de animalibus, scilicet, quod quia possunt mouere se, possunt etiam quiescere ex se, sed grauia, & leuia non possunt quiescere ex se, ideo non possunt mouere se.

Quare si collocatum esset in igne moueri sursum, esset in ipso situm deorsum etiam ferri. Metas quoque rationis egreditur, & vno motu dun-
D taxat a seipsis moueri, si ipsa seipsa moueant.

Quare si in ipso est sursum ferri. igitur manifestum est, quod in ipso, & deorsum. Irrationabile autem est secundum vnum motum moueri solum hæc a seipsis, siquidem seipsa mouent ipsa.

HÆc est tertia pars secundæ particulæ secūdæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio, quæ Tertia ratio. talis est. omne illud, quod potest mouere se, potest mouere se ad diuersas differentias positionis, siue ad diuersa loca contraria, mirabile enim videtur, aliquid moueri ex se, & solū moueri ad vnam differentiam positionis, sed grauia, & leuia non possunt mouere se ad diuersas differentias positionis. ergo grauia, & leuia non mouentur ex se naturaliter.

Præterea

A Præterea qui fieri potest, vt continuum quid copulatiue seipsum moueat. Namquo quippiam vnum, atq; continuum est,nontactu, hoc passionis est expers. Quo vero separatum est, eo nimirum aliud agere,aliud pati est aptum. Neq; ergo quicquam ipsorum seipsum mouet,quippe cum copulatū sit.neq; aliud continuū vllum sed in vnoquoque diuisum sit,quod mouet,&quod mouetur,necesse est.Quod intueri licet in expertibus animæ, cum quippiam animantium ipsa mouet.

Amplius quomodo contingit continuum aliquod, & ipsum seipsum mouere,secundum enim,quod vnum, & continuum non tactu,secundum hoc impossibile est. Sed secundum,quod diuiditur hoc quidem aptum natum facere,aliud vero pati. Neque ergo nullum horum ipsum seipsum mouet.Composita enim sunt. Neque aliud continuum nullum,sed necesse est diuidi mouens in vnoquoq; ad id,quod mouetur, sicut in inanimatis videmus, cum moueant aliquod animatorum ipsa.

Quarta ratio. HÆc est quarta pars secundæ partis prioc huius cap.in qua ponitur quarta ratio probans,ꝙ grauia,& leuia nō mouentur ex se ad sua loca, & ratio est illa. Nullum continuum mouet se,quia,quod se mouet est diuisibile in duas partes non continuas,quarum vna est per se mouens, & alia per se mota,sed quod est continuum est simile, & vniforme in omnibus suis partibus. ergo propter hoc non diuiditur in duas partes,quarum vna est mouens,alia mota,quia non est maior ratio,quod vna pars sit mouens, & alia mota, quam econuerso,sed grauia,& leuia sunt continua, & similia in omnibus partibus. ergo non mouent se. Ex his ergo concludit Phyl.quod nullum horum i.grauium & leuium mouet se,cum sint continua,& mouens debet diuidi in motorem in actu, & motu in actu,ꝙ sic intelligo.i.quód nullum continuum secundum formam mouet se,quia continuum secundum formam est vniformе in omnibus suis partibus,& ideo tale continuum non diuiditur in motorem in acto,& in motum in actu,sed bene continuum secundum quantitatem, & non secundum formam pōt se mouere,sic ꝙ vna pars potest mouere aliā ,vt si aliqua aqua sit continua secundum quantitatem, & vna pars sit calida, & alia frigida, vna pars illius aquę potest agere in aliam, quia ibi est discontinuatio secundum qualitatem. intellige, quod quamuis Phyl.probet hic,quod grauia, & leuia non mouent se,tamen non ponit,quod sit vna conclusio demonstrata hic, quia Phyl hic procedit solum inquisitiue. Notanda sunt hic

Primū notandum. quatuor secundum Com primo,quod ipse format illam rationem vltimam sic. Corpora naturalia sunt consimilium partiū simplicium,sed est impossibile,quod illa moueantur ex se,er-

Secūdum notan. go, corpora naturalia non mouentur ex se. Secundo est notandum, quod Com d.hic, quod omne, quod mouetur ex se, aut est diuisibile secundum diffinitionem, ita quod alia est diffinitio motoris,& moti in eo, aut est diuisibile in partes contiguas adinuicem,& tale totum,quod habet partes contiguas adinuicem Com vocat continuum,secundum contiguitatem,dicens, quod omne, quod mouetur ex se, est diuisibile,aut secundum diffinitionem,aut secundum quantitatem,sed corpora simpli-

Tertium notan. cia nō diuidūtur altero horum modorum. ergo. Tertio est notandum secundum Com. hic, quod in omni motu motor debet esse distinctus a moto,aut secundum diffinitionem, & esse simul,sicut accidit in his,quæ mouentur ab extrinseco, aut secundum diffinitionem tantum, sicut est distinctio in habentibus animas. Anima enim est motor in eis,& distinguitur a corpore,& est motum secundum diffinitionem,& non secundum esse,quia impossibile est esse,animam sine corpore nisi ꝙquiuoce,& quia corpora simplicia sunt vnum, secundum diffinitionem,& nullum eorum potest diuidi in motorem, & motum, necesse est, vt sit mota ex se,nisi esset possibile, vt motor esset

Quartum notan. ipsum motum. Quarto est notandum, quod Com. mouet, & soluit hic vnam dubitationem,quæ talis est. Aliquis potest dicere,quod corpora simplicia sint composita ex materia, & forma, quorū vtrumq; est distinctū per diffinitionem a reliquo, & per consequens possunt se mouere. Com. soluit illud dubiū

Solutio. d. ꝙ materia prima non est existens in actu,& illud,qđ mouetur ex se debet diuidi in motorem in actu,& in motū in actu, quia,qđ est in potētia,nec mouet,nec mouetur. si ergo corpora simplicia mouerētur ex se, sequeretur, quòd illud esset mouens,& motum eodem modo,i.secundum formam, quia non est existens in actu, nisi secūdum formam, sed impossibile est, idem esse mouens,& motum eodem modo.

Verum fit, vt hęc etiam semper ab aliquo moueantur. Quod quidem patebit,si causas diuidamus. Atque licet,& in mouentibus ea, quæ dicta sunt sumere. Alia namque præter naturam motiua sunt,vt est vectis motiuus pōderis, non natura. Alia sunt motiua natura,vt calidum actu:motiuū est eius quòd est potentia calidum. Similiter & in huiuscemodi cæteris.

Tex.c.35 *Sed si accidit, & hic ab aliquo semper moueri,fiet autem vtique manifestum diuidentibus causas. Est autem,*

B *& in mouentibus accipere,quæ dicta sunt. Alia quidem enim, extra naturam ipsorum motiua sunt,vt vectis natura grauis motiuus est. Alia vero natura,vt actu calidum motiuum est potentia calidi,similiter autem, & in alijs huiusmodi est.*

HÆc est tertia pars princ huius cap. in qua P.soluit dubitationem de grauibus, & leuibus ostēdendo, a quo grauia, & leuia mouentur naturaliter ad sua loca propria,& continet duas particulas, quia in prima P præmittit quædam necessaria ad suum propositum. In secunda ibi.[Similiter autem se habet.]soluit prædictam dubitationem de grauibus, & leuibus. In prima igitur particula huius partis Phyl. ponit tres diuisiones d. quod hoc fiet manifestum a quo grauia, & leuia mouentur diuidentibus nobis causas, hoc est ex diuisione causarum, per quas dicuntur mobilia moueri, ponit ergo Phylo. tres diuisiones,quarum prima est de mouente. Secunda de mobili. Tertia autem de potentia. Diuisio igitur de mouente est

Prima diuisio. talis. s.quod quoddam est mouens violentum,& quoddam est

C mouens per naturam, & exemplificat diuisionem d. ꝙ mouēs violentum est, sicut baculus & est causa motus grauis, vt lapidis non naturalis,sed per violentiam, vnde motus violentus est, vt baculus,quando mouet lapidem. mouens autem sm naturam est, cum calidum in actu sm naturam mouet illud, qđ est calidum in potentia donec fiat calidum in actu, vnde illud, quod mouet naturaliter est illud,in quo est natura ad mouendum aliquid ad aliquod, donec faciat illud in actu.

Mobile etiam id est natura, quod est potentia quale,vel quantum, vel vbi,cum in seipso tale principium,& per accidens habet. Erit enim idem, & quantum, & quale,sed accidit alterum alteri, & nō per se cōpetit. Ignis igitur, atq. terra mouētur ab aliquo,vi quidem cum præter naturam, natura vero,cum sub potentia suos ad actus mouentur.

Et mobile autem similiter natura,quod potentia quale,aut quantum,aut ubi est,cum habeat principium hu-

D *iusmodi in seipso,& non secundum accidens. Erit enim idem,& quantum, & quale,sed alteri alterum accidit, & non secundum se existit.Ignis itaque,& terra mouentur ab alio violentia quidem,cum extra naturam. Natura autem cum in ipsorum actus potentia entia.*

Secunda diuisio. SEcunda diuisio est de mobili, seu de moto, & est,ꝙ motorum quoddam est motum naturaliter, & quoddam est motum per violentiam motum naturaliter est illud, quod est in potētia ad formam alicuius prædictorum,vt illud,qđ est in potentia quale,aut quantum aut vbi,& hoc cum principium ad talem formam sit inesse essentialiter,& nō accidentaliter. Vnde breuiter illud mouetur essentialiter ad aliquam formā, qđ est essentialiter in potentia ad illam formam.vt est illud,qđ secundum hoc est in potētia ad illam formam & illud mouetur ad illam formam accidentaliter,qđ nō secundum,ꝙ huiusmodi est in potentia ad illam formam.v g. illud, quod est. essen-

A tialiter ad qualitatem mouetur per se ad qualitatem, & per accidens ad quantitatem. v.g. cum enim aqua mouet aliquid ad frigiditatem, sequitur minor quantitas quam prius, & illud sic motum per se ad frigiditatem, & mouetur ad aliquam qualitatem, & per accidens mouetur ad quantitatem, & econuerso. Illud enim, quod per se mouet, vel mouetur ad quantitatem per accidens, mouetur ad qualitatem per accidens, quia vtrumque illorum accidit reliquo, vt quantitas qualitati, & econuerso. Et d. Com. vnum agens non habet naturam largiendi, nisi vnũ tantum, vnde elementa possunt moueri naturaliter, & etiam motu violento, mouentur violenter, quando mouentur per virtutem violentam, quæ est in eis, & mouentur naturaliter, quando mouẽtur ab eo, quod generat ipsa, & dicit Com. hic, quod Phyl. ex isto sermone intẽdit declarare, quod motus corporum naturalium in loco est in rei veritate ab eo, quod generat ipsa, sicut alia accidentia, quæ inueniuntur generare in re per generationem ipsius, & quod illa habent digniora esse de numero eorum, quæ mouentur ab extrinseco, quædam de numero eorum, quæ mouentur per principium in eis. Item d. Com. quod nulla est contradictio in eis, in ponendo illa moueri naturaliter, & ab extrinseco, cum multa alia generabilia naturalium generentur naturaliter ab extrinseco.

Idẽ primo de ge. et c. 56. & 1. cæ li. c. 8. Vide inf. li. 8 com. 51.

B Quoniam autẽ esse potentia multipliciter dicitur, hæc est sanè causa, ut non sit perspicuũ, a quo nã talia moueantur: ut ignis sursum: & terra deorsum. Diuerso autem modo potẽtia sciens est, qui discit. & qui iam scientiam habet: & non contẽplatur. Cum autem actiuum: atque passiuũ sint simul: euadit interdum id, quod est potẽtia actu tale, ut id, qđ discit, & ex eo, qđ est potẽtia, fit aliud potentia rursus. Qui nãque scientiam habet, & non contẽplatur, est potentia quodãmodo sciens, sed non, vt erat antea, quã didicisset. At tum ita sese habet, nisi quid prohibeat. operatur, ac contẽplatur, uel in contradictione, ignorationeque erit. Simili modo sese habent hæc, & in ipsis naturalibus rebus. Frigidum enim est potentia calidum. Cum autem est mutatum, iam est ignis, atque comburit, nisi quid prohibeat, atque impediat.

Tex. c. 32.

C *Quoniam autem, quod potẽtia multipliciter dicitur, hæc causa est, non esse manifestum, a quo hmõi mouentur, vt ignis sursum, terra vero deorsum. Est autẽ potentia aliter addiscens sciens, & habens iam scientiam, & non considerans. Semper autem cum simul actiuum, & passiuum sunt, fit aliquando actu, quod in potẽtia, vt addiscens ex potentia esse, alterum fit potentia, habens .n. scientiam, non considerans autem potentia est sciens quodammodo, sed non sicut, & ante addiscere. Cum autem sic habeat, si aliquid non prohibeat, operatur, & considerat, aut erit in contradictione ignorantia. Similiter autẽ hæc se habent, & in Physicis. Frigidum enim potentia est calidum. cum autem fuerit mutatum, iam ignis est. Ardet autem, nisi aliquid prohibeat, & impediat.*

Tertia diuisio.

TErtia diuisio est diuisio potentiæ, vnde Phyl. d. quod quia potentia dicitur multipliciter. ergo ignorantibus multitudinem potentiæ est in manifestum, a quo huiusmodi grauia, & D leuia moueantur ad sua loca, diuisio igitur intenta, quã Phyl. hic intendit. est, quod duplex est potentia ad motum. s. potentia essentialis, & potentia accidentalis, potentia essentialis est potentia ad formam, quæ est principium operationis, potẽtia accidentalis est potentia habentis formam ad operationem, secundum illam formam, potentia essentialis est potentia remota, sed potentia accidentalis est propinqua. v.g. addiscens non habens scientiam est in potentia ad actum considerandi secundum scientiam, & ẽt habens actu scientiam non considerans est in potentia ad actum considerandi ſm scientiam, sed aliter, & aliter, qm̃ addiscens non habens scientiam est in potentia essentiali ad considerandum, sed habens scientiam non considerans, est in potentia accidentali ad considerãdum. Illud, quod existit in potentia essentiali, nõ potest ex se exire in actum, sed

A quod est in potentia accidentali tantum, potest se exire in actum. Illud. n. est manifestum tam in motu spirituali, quam in motu corporali. qm̃ addiscens non habẽs scientiam est in potentia ad sciam, & reducitur in actum per aliud agens, vt per doctorem, sed hñs scientiam non considerans põt reducere seipsum in actum considerandi, nisi sit aliquid prohibens, vt occupatio, aut infirmitas, siue aliquid huiusmodi, & si non sit impedimẽs, & nõ posset considerare: tunc non esset in habitu sciẽtię, sed in eius contradictorio. s. ignorantia negationis, quare, &c. Idem manifestatur ex motu corporali. Nam actu frigidum est in potentia calidum, sed non fit actu calidum, nisi per calefaciens extrinsecum, sed cum sit factum calidum in actu, vt cum est factus ignis in actu, tunc põt ex se calefacere, & comburere, nisi aliquid prohibeat, aut agendo in contrarium, aut qualitercunque impediatur agendo in contrarium, vel subtrahendo combustibile, vel qualitercunque aliter impediatur.

Similiter res sese habet, & circa graue, & leue. Ex graui namq; fit ipsum leue, vt aer ex aqua. Hoc enim erat primo potentia, & iam est leue. Atque continuo operabitur, si non aliquid obstet. Actus aũt leuis est alicubi esse, atq. in supero loco. Prohi- B betur vero, cum est in loco contrario. Et hoc similiter sese habet, & in quanto, & quali.

Similiter autem se habet, & circa graue, & leue. Leue enim fit ex graui, vt ex aqua aer, hic enim potẽtia primum, & iam leue, & operabitur mox, nisi aliquid prohibeat. Actus autem leuis est alicubi esse sursum, prohibetur autem, cum in contrario loco sit, similiter, & hoc se habet in quanto, & quali.

HÆc est secũda partis tertie partis princ. huius cap. in qua soluitur dubitatio grauium, & leuium, & continet tres partes, quarũ in prima soluit dubitationẽ, ostendendo a quo grauia, & leuia mouentur ad sua loca. In secunda aũt ibi. [Et cum quæritur] soluit quandam quæst. quam aliqui quærebãt. In tertia ibi. [Potentia aũt leue.] facit rememorationem de prædictis. In prima igitur parte huius partic. soluendo dubitationẽ de grauibus, & leuibus d. Phyl. quod grauia, & leuia mouentur per se a generante, & per accidens mouentur a seipsis a remouẽte prohibens. Nam quod aliquid non agat actionem, aut nõ moueatur ſm aliquod motum, duplex ex causa. Prima, si deficit ei C forma, vel materia, quæ est principium talis motus, vt potẽtia, graue non mouetur deorsum, quia non hẽt formã grauis, quæ est principium talis motus. Secundo contingit mobile nõ moueri propter prohibens, vt actu graue habens in se formam grauis existens sursum non mouetur deorsum propter aliquid impediens. est ergo aliquid in potentia ad motum dupliciter. s. vel quia non habet formam, quæ est principium motus, vel quia habet formam, quæ est principium motus, sed non mouetur propter impediens, quod primo modo est in potentia essentiali, quia deficit ei essentia, siue forma, quæ est principium talis motus, & illud, quod dicitur esse in potentia indiget motore per se ad hoc, vt exeat in actu, & illud, quod est in potentia secundo modo dicitur in potentia accidentali, quia ei non deficit essentia seu forma, quæ est principium talis motus, & quod sic est in potentia indiget solum motore per accidens, & remouente, prohibens, ad hoc vt moueatur, cum ergo generans det formam grauibus, & leuibus, qua mediante mouentur sic, vel sic, & ipsa habentia formam, quæ est principiũ motus, exerceant talem motum diuidendo medium, ipsa mouentur a generante essentialiter, & per se, & mouentur a seipsis a remouente prohibens per accidens, remouens enim impedimentũ D est causa per accidens. Hæc ergo est responsio Phylosophi, scilicet, quod grauia, & leuia mouentur a generante de potentia essentiali ad actum a seipsis, & a remouente prohibens mouentur de potentia accidentali ad actum, quoniam graue habens actu formam grauis est solum in potentia accidentali ad locum deorsum, & ideo potest se mouere deorsum, sicut habens scientiam syllogizandi potest ex se syllogizare amoto impedimento, & sic est de quali, & quanto. quia quando habent qualitatem, vel quantitatem in actu possunt ex se exire in propriam operationem, nisi aliquid impediat. Notanda sunt hic tria secundum Comment. primo, quod potentia ad motum dicitur duobus modis, quorum vnus est de potentia essentiali, & est in materia, ex qua sunt generata, & est naturalis. Alius motus est de potentia violenta, quæ est accidentalis. hæc Commentator. Ex quo potest notari, quod

Solutio quæstionis.

Primũ notandum.

quod potentia essentialis est per se materia prima, ex qua generatur corpus simplex: quoniam materia prima, quæ sub forma materiæ, est in potentia essentiali ad formam ignis, & terra non est in potentia ad formam ignis, nisi ratione suæ materiæ: vel per materiam primam, ex qua generatur corpus simplex, intelligit materiam alterationis. s. corpus in actu, ex quo generatur corpus simplex, v.g. Aer, ex quo generatur ignis, est in potentia essentiali ad locum ignis, & ita videtur, quod intelligat Com. d. quod ignis habet duas potentias. s. potentiam essentialem, vt est potentia, quæ est in corpore, ex quo generatur, & habet potentiam accidentalem, vt est potentia, quæ est

Dubium. in generatione, quando impeditur, hæc Com. Sed contra, secundum hoc videtur, quod idem non est in potentia essentiali, & accidentali, sed potentia essentialis est in vno, & potentia accidentalis est in alio, & sic ignis non habet illas duas potentias.

Solutio. Dicitur, quod Com. per corpus, ex quo generatur ignis, intelligit materiam primam, ex qua generatur ignis, & secundum hoc ignis habet illas duas potentias, sed non primo, sed materia prima primo habet potentiam essentialem, & formam ad corpus, cuius illa materia est pars, habet potentiam accidentalem, & ratione materiæ suæ habet potentiam accidentalem. No-

Secundum notan. tandum secundo secundum Com. quod sicut duplex est potentia. s. essentialis, & accidentalis, ita est etiam duplex motor, s. essentialis, & accidentalis, vnde illud, quod mouet aliquod de potentia essentiali est motor essentialis, & sic motor extrinsecus, s. generans, sed illud, quod mouet de potentia accidentali, est motor accidentalis, s. illud corpus motum, vel remouens impe-

Tertiũ notandum. dimentum. Notandum tertio secundum Com. hic, quod generans est illud, quod in parti simplici generato dat formam suam, & omnia accidentia consequentia formam, quorum vnum est motus in loco, ideo cum fuerit forma completa in eo, complebitur necessario suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid

Idẽ supra cõ. 31. & p hoc vide 3. cæli. cõ. 28. impediat. Potentia vero ad motum, quæ est in corpore simplici, quando impeditur a motu, & quando generatur in loco extraneo, hoc est in loco non naturali, aut quando extra suum locum naturali ab aliquo abstrahente, non indiget ad hoc, vt recipiatur in actum motore extrinseco essentialiter, cum sit in potentia accidentali, & d. quod illud, quod mouetur in rei veritate, & essentialiter hoc motu est materia, ex qua generatur corpus simplex. v.g. aer, qui est in potentia ignis, est illud, quod mouetur in veritate, & essentialiter ad superius, quando fit ignis. Et his dictis apparet, qualiter generans dat formam, & omnia accidentia consequentia formam, cuiusmodi est motus, quod est intelligendum, quando aliquid transmutatur motu generationis, & transmutatione successiua, quia tunc generans dat motum, & omnia accidentia, quæ insunt ei, ex quo illud generatur tempore generationis, vt quando transmutatur aer ab igne, vel a corpore cælesti, & mouetur sursum, in quod ab eo debet fieri ignis, tunc generans ignem ex aere. s. ignis, vel corpus cæleste generans dat aeri sic moto ad superius motum, & alia accidentia, quæ acquiruntur aeri in tempore generationis, tamen motus, & alia accidentia, quæ insunt rei post completam eius generationem non dantur, nec acquiruntur a generante illam rem, vt patet de accidentibus, quæ insunt mihi tunc de nouo, non enim mihi dantur ab eo, qui generauit me, quia ipse mortuus est, sed insunt mihi ab eo, qui generat illa de nouo in me, & ita motus ad superius ignis iam generati extra locum suum non est a generante ignem, nec habet ille motus motorem essentialem, sed tantum accidentalem, & iste est ipsemet ignis, vel remouens prohibens. Vnde breuiter, quando corpus simplex mouetur de potentia essentiali ad actum, tunc generans dat motum, & omnia accidentia, quæ acquiruntur ei, quod transmutatur tempore transmutationis, sed quando corpus simplex mouetur de potentia accidentali, tunc generans illud corpus simplex nõ dat illi corpori motum, quia possibile est, quod generans sit corruptum, & illud, quod non est, non dat motum, quia de ratione mouentis est, quod sit in actu. Notandum est autem, quod Com. d. hic, quod illud, quod mouetur essentialiter sursum non est ignis, sed aer, ex quo generatur ignis, & ignis mouetur sursum accidentaliter, & per

Dubium. violentiam. Circa quod potest dubitari, quia Phyl. d. expresse, quod ignis mouetur naturaliter sursum, & violenter deorsum, & terra mouetur naturaliter deorsum, & violenter sursum. Sed, quod mouetur naturaliter, mouetur essentialiter, & quod mouetur violenter, mouetur accidentaliter. ergo ignis mouetur essentialiter sursum, & non violenter, cuius oppositum d.

Solutio. Com. Dicendum est ergo, quod aliquid moueri essentialiter, potest intelligi dupliciter, videlicet, vel quia ex principijs intrinsecis, & secundum, quod huiusmodi habet inclinationem ad talem motum, & sic mouetur ignis essentialiter sursum, & ter-

A ra deorsum. Alio modo dicitur aliquid moueri essentialiter, quia mouetur de potentia essentiali ad actum. & ad formam, quæ est principium operationis, & illo modo mouetur terra, vel aer essentialiter sursum, quando transmutatur ad formam ignis. Et eodem modo aliquid moueri violenter, contingit dupliciter, videlicet, aut quia mouetur contra propriam inclinationem, & sic terra mouetur violenter sursum. Alio modo modo dicitur aliquid violenter moueri, quia impeditur per aliquod extrinsecum a termino motus, & sic terra existens sursum, dicitur moueri violenter deorsum, quia impeditur a loco deorsum per medium sibi resistens.

Quæritur igitur propter quid leuia, grauiaque ad sua loca mouentur. Est autem causa ipsa apta esse ab aliquo moueri, atq; hoc est ipsius grauis, leuisque esse infero loco, superoque distinctum.

Et tamen quæritur hic, quare in ipsorum locũ mouentur grauia, & leuia. Causa autẽ est, quia apta nata sunt
B *vbi esse, & hoc ex graui, & leui esse hoc quidem eo, quod sursum, illud autem eo, quod deorsum determinatum.*

HÆc est secunda pars secundæ partic. tertiæ partis princ. huius cap. in qua Phyl. soluit illam quæstionem. s. quare grauia, & leuia mouentur naturaliter ad sua loca, hæc quæstio soluitur per hoc, quia ista est causa. s. quia sunt nata naturaliter esse in locis suis, hoc enim est esse grauis, & leuis. s. esse in locis proprijs, hoc est habere aptitudinem, & inclinationem ad loca propria, & ideo hæc quæstio nõ est rationalis, quia quærere, quare grauia, & leuia mouentur ad sua loca naturalia nõ est aliud, quam quærere, quare graue est graue, aut quare leue est leue, quod nihil est quærere, quia horum non est altera causa, & Com. d. hic quod grauia, & leuia nata sunt, vt sint in proprijs locis. s. quia esse eorum non completur non essendo in alijs locis, sicut completur per alia accidentia propria consequentia substantiam vniuscuiusque eorum. Item d. Com. quod essentia grauis, & leuis facit, vt graue videatur inferius, & leue superius, & hæc dubitatio collocatur in diffinitione grauis, & leuis, aut est actio intentionis, quæ collocatur in
C diffinitionibus eorum. Leue enim, & graue diffiniuntur per hanc actionem, & hoc declarabitur in lib. de cælo, & mundo, hæc Com. Notandum, quod esse accidentale grauis, & leuis completur per esse superius, & inferius, sed nõ esse essentiale, quia graue, & leue diffiniuntur per esse sursum & esse deorsum, hoc est per aptitudinem ad esse sursum, vel deorsum, vel actionem eorum, quæ est moueri, vt naturaliter sunt nata moueri sursum, vel deorsum, sed hæc diffinitio non est, nisi quo ad nos: quia datur per posteriora.

Solutio quæstionis. — Com. 26. 4. cæli.

Leue vero, graueque potentia, pluribus est modis, vt diximus. Nam cum est aqua, leue potentia quodammodo est; & cum est aer, adhuc potentia est: Fieri enim potest, vt ob impedimentum non sit supero in loco. Sed si id, quod impedit fuerit sublatum, operatur, semperque superius fit. Similiter, & quale ipsum ab actu tale mutatur. Cõtinuo namque contemplatur & hisce, qui scientiam ha-
D bet, nisi, quid obstet. Et ipsum etiam, quantum extenditur, si nihil sit quod impediat. Qui vero id, quod sustinet, prohiberq; dimouit, partim mouet, partim non mouet. Vt qui columnam diuellit, aut ab vtre, qui est in aqua, lapidem prementem dimouit, per accidens enim mouet. Quemadmodum, & pila reflexa, non a pariete, sed ab eo, qui proiecit, est mota.

Potentia autem est leue, & graue multipliciter, sicut dictum est. Cum enim sit aqua potentia quodammodo est leue, & cum aer adhuc est in potentia. Contingit enim impedimentum non sursum esse, sed si auferatur impedimentum agit, & semper sursum fit. similiter

autem, & quale ad actum esse immutat. Mox enim considerat sciens, nisi aliquid prohibeat, sustinens autem, & probibens, & mouens est, sicut mouet, est autem sicut non, vt est columnas diuellens, aut lapidem remouens, aut a vase aquam, secundum accidens. n. mouet, sicut repercussa sphæra non a pariete mota est, sed a proijciente.

HÆc est tertia pars secundæ partic. tertiæ partis princip. huius cap. in qua P. facit rememorationem de prædictis d. quòd potentia dicitur multipliciter, sicut prius dictum est, & illud, quod mouet graue, aut leue ad locum suũ, quando mouetur de potentia essentiali est ipsum generans graue, aut leue, & illud, quod mouet illa ad loca sua, quando mouetur de potentia accidentali ad actum, est remouens prohibens, quod est mouens per accidens, & non est mouens essentialiter, & dat exemplum, ut si aliquis auferat columnam sustentantem pontem, & pons moueatur deorsum, diuellens columnam est mouens per accidens, similiter, qui aufert lapidem super vtrem inflatum dicitur mouere vtrem per accidẽs, & qui proijcit pilam ad parietem, & pila reflectatur a pariete, non dicitur, quòd paries mouet per se illam per se motu reflexo, sed per accidens, & manus mouet per se.

Nihil igitur horum, vt patuit, seipsum mouet, sed motus quidem habet principium, non mouendi tamen, atque agendi, sed patiendi.

Quod quidem igitur nihil horum mouet seipsum, manifestum est, sed motus habet principium non mouendi, neque faciendi, sed patiendi.

HIc P. epilogat d. quòd manifestum est ex prædictis, ꝙ nullum corpus simplex mouet se, sed corpora simplicia, quando mouentur ad loca propria, habent in seipsis principium patiendi, hoc est principium passiuum, seu recipiendi ab alijs motum, sed non habent in seipsis principium mouendi, neque faciendi, hoc est non habent in se principiũ actiuum per se suorum motuum, quod intelligo, quando mouetur principaliter, de potentia essentiali ad actum.

Quod si omnia, quæ mouentur, aut natura aut præter naturam, & violenti a motu cientur, & ea, quæ vi præterque naturam mouentur ab aliquo cuncta, atque ab alio mouentur, ut patet, & ea rursus, quæ natura mouẽtur ab aliquo motu cientur, siue a seipsis moueantur, vt animalia, siue non a seipsis vt leuia, grauiaque, nam aut ab eo mouentur, quod generauit, ac leue fecit, vel graue, aut ab eo, quod ea, quæ prohibent, obstantque, dimouit. Vniuersaq; motu cientur ab aliquo profecto mouentur.

Tex. c. 33. *Si igitur omnia, quæ mouentur, a natura mouentur, aut extra naturam, & violentia & quæ vi. & extra naturam omnia a quodam, & ab alio. Eorum autem, quæ natura, iterum quæcunque a seipsis mouentur ab aliquo mouentur, & quæ non a seipsis, vt leuia & grauia, aut enim a generante, & faciente leue, & graue, aut ab impedientia, & prohibentia soluente, omnia ergo, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.*

HÆc est quarta pars secundæ partic. tertiæ partis prioc. huius ca. in qua P. concludit conclusionẽ principaliter intentã in hoc ca. quæ est illa, ꝙ oẽ, quod mouetur, mouetur ab alio, & hæc est decimaquarta concl. de annexis, quæ probatur ex præcedẽtibus sic Omne, qđ mouetur, aut naturaliter, aut extra naturam, & per violentiã mouetur ab alio, sed omne, quod mouetur, aut mouetur naturaliter, aut violenter, & extra naturam, & per violentiam, ergo omne, quod mouetur, mouetur ab alio, minor patet de se, & maior declaratur, nam de his, quæ mouentur extra naturam, & per violẽtiã, ma-

14. cõc. de annexis.

A nifestum est, ꝙ mouentur ab alio, quia manifestum est, quod mouentur a motore extrinseco, & per consequens mouentur ab alio. Similiter omne, quod mouetur naturaliter, aut est animatum, aut inanimatum, cuiusmodi sunt grauia, & leuia, & de animatis, quæ mouentur naturaliter, ut sunt animalia, manifestum est, quod mouentur ab alio, & non a principio extrinseco, sed intrinseco. Similiter de inanimatis, vt de grauibus, & leuibus est nunc declaratum, quod mouentur ab alio, quia aut remouentur a generante, aut a remouente prohibens. ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur, quoniam omne, quod mouetur, uel mouetur a principio intrinseco, uel extrinseco, & omne, quod mouetur, a principio extrinseco, uel intrinseco mouetur ab alio. ergo, unde Com. format illam rationem sic. Omne, quod mouetur, aut mouetur naturaliter, aut uiolenter & illa, quæ mouentur naturaliter, aut mouentur a principio intrinseco, ut habentia aĩas. ut animalia, aut mouentur a principio extrinseco, ut grauia, & leuia, & de his est declaratum, quod mouentur ab alio. ergo omne, quod mouetur, mouetur ab alio, & Com. d. hic, ꝙ corpora simplicia non mouentur ex se, nisi per accidens, qđ intelligo sic, quod corpora simplicia non mouentur ex se, nisi

Quõ formetur a Com. ista ratio.

B de potentia accidentali ad actum, & iterum d. Comment. hic, quod Themistius dimisit hanc declarationem, per quam declarauit in septimo huius, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio, & contentus est declaratione posita hic, & opinatus est, illã declarationẽ esse magis certã, ꝗ primã, quę. s. posita est in septimo, quia illa declaratio existimatur esse inductio. Sed Com. d. contra Themistium, quod inductio non sufficit in hoc, maxime apud ponentes, quod aliquis mouet se, sicut Plato posuit, & d. Commen. quod per hanc declarationem vult P. dissoluere quæstionem de simplicibus, nam illa apparent mouere ex se, cum fuerint extra loca sua naturalia, & ipse hic declarat, quod mouentur ab extrinseco, & quod non mouentur ex se, nisi per accidens. Vnde phylos. hic dissoluit quæstionem inducentem de corporibus simplicibus, quam non dissoluit in septimo huius, & sic ista propositio, scilicet omne, quod mouetur, mouetur ab alio, est declarata hic perfecte, cum quæstio, quæ accidit in ea ex corporibus grauibus, & leuibus sit dissoluta, & demonstratio facta fuit de ipsa in principio septimi. hæc Commen. Vnde nec demonstratio facta ibi fuit sufficiens, cum ibi non sit declaratum, a quo grauia, & leuia moueantur naturaliter, nec quæstio de grauibus, & leuibus erat dissoluta, sed eius declaratio, cum dissolutione

Expositio Themist.

Contra Themistium.

C quæstionis de grauibus, & leuibus in hoc octauo, scilicet in toto isto ca. sufficit ad declarandum, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Sed circa hoc capitulum dubitatur. Vtrũ grauia, & leuia moueant se ad sua loca, & probatur, quod non per auctoritatem Phylosophi in toto isto capitulo dicentis, quod graue, & leue non habent in se principium sui motus faciendi, sed patiendi, graue ergo, & leue solum habent principium passiuum suorum motuum. ergo non mouent se ad sua loca. Item potest argui per rationes Phylosophi superius positas, quæ sunt quatuor. Primo, ꝙ hoc est proprium animalium. s. mouere se, ergo nihil mouet se, nisi animal. Secunda ratio est. Illud, quod non potest quiescere ex se, non mouet se, sed grauia, & leuia non possunt quiescere ex se, ergo non mouent se. Tertia ratio est. Illud, quod mouet se, potest mouere se secundum omnem differentiam positionis, sed grauia & leuia non possunt mouere se ad omnes differentias positionis, ergo nõ mouent se. Quarta ratio, nullum continuum, hoc est nullum vniforme in omnibus suis partibus mouet se, sed grauia, & leuia sunt continua, & non-

Qõ vtrũ grauia & leuia moueant se, &c.

Prima rõ.

Secunda ratio.

Tertia rõ.

Quarta ratio.

D formia in omnibus suis partibus ergo. Confirmatur per hoc, quia omne, quod mouet se, diuiditur in duas partes, quarum una est mouens, & alia mota, sed graue, & leue non sic diuiduntur, nisi in materiam, & formam, quarum una non mouet aliam, materia enim nec mouetur, nec mouet, cum sit ens in potentia, sed tam mouens, quàm motum debet esse in actu. ergo. Item omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo, ita quod motum distinguitur a mouente, sed nec graue, nec leue distinguitur a se, ergo. Item si mouerent se, semper mouerent se, consequens est falsum, igitur & antecedens, & consequentia patet, quia posita causa sufficienti motus, necesse est poni motum. Item in omni motu mobile resistit motori, ut voluit Phylos. & Commen. 4. huius capitulo de vacuo, sed nec graue, nec leue resistit sibiipsi, ergo. Item, mouens est in actu & motum in potentia, sed idem respectu eiusdem non est simul in actu, & in potentia, ergo. Ad oppositum arguitur, graue, & leue, quando mouentur ad sua loca, aut mouentur a generante, aut a remouente prohibens, aut a seipsis, non a generante,

Confirmatio.

Quinta ratio.

Sexta rõ.

Septima ratio.

Octaua ratio.

In oppositum, Primo.

nec

nec a remouente prohibens. ergo mouentur a seipsis. maior patet per sufficientem diuisionem. minor autem declaratur quantum ad utranque, non enim mouentur a generante, quia mouens, & motum sunt simul, sed generans non est simul cum graui, quando graue descendit, nam corrupto generante adhuc graue descendit, si igitur graue moueretur a generante, sequitur, quod illud, quod non est, moueret, quod est falsum, quoniam omne mouens est in actu.

Secundo.

Item posito, quod graue fuisset ab aeterno, nec habuisset generans, adhuc descenderet naturaliter, & certum est, quod nunc non moueretur a generante, cum nunquam habuerit generans, nec moueretur a remouente prohibens propter eandem rationem, quia quiescente, uel corrupto eo, quod mouebat prohibens adhuc descenderet naturaliter. ergo oportet dare alium motorem, quam remouens prohibens, & illud erit graue, & leue.

Tertio.

Item si graue, & leue non moueantur a seipsis, tunc principium motus eorum esset extra, & per consequens motus eorum non esset naturalis, cum natura non sit principium motus eius, in quo est.

Ad quaestionem.

Ad quaestionem igitur est dicendum, quod quia motus est exitus de potentia ad actum, ideo oportet distingere de potentia, ut uideatur, de qua potentia aliquid posset educere se, & de qua non, secundum quod distinguit hic Phylosophus. Distinctio ergo potentiae talis est, quod quaedam est potentia essentialis, & quaedam est potentia accidentalis, uerbi gratia, puer antequam habeat habitum scientiae est in potentia ad considerandum secundum scientiam, & habens habitum scientiae non considerans est in potentia ad considerandum, sed diuersimode, quia puer ante habitum scientiae acquisitum est in potentia essentiali ad considerandum, & habens habitum scientiae non considerans est in potentia accidentali ad considerandum, potentia autem essentialis est potentia ad formam, quae est principium operationis, sed potentia accidentalis est potentia habentis formam ad operationem secundum formam, & secundum intentionem Phylosophi hic, aliquid potest educere seipsum de potentia accidentali ad actum, sed nihil potest educere seipsum de potentia essentiali ad actum, puer enim non habens habitum scientiae ad hoc, quod acquirat habitum scientiae indiget doctore extrinseco, sed habens habitum scientiae non considerans, potest considerare, cum uoluerit, remoto prohibente. Secundum ergo istud dicendum est ad quaestionem, quod grauia, & leuia, quando mouentur de potentia essentiali ad actum, mouentur a generante, quia dum res est in generari, generans dat rei, quae est in generari, dum est in generari, omnia accidentia, quae insunt ei, dum est in generari, uerbi gratia, cum terra eleuatur sursum, ut ex ea generetur ignis, generans ignem ex terra dat terrae leuitatem, & motum localem sursum, & sic de alijs accidentibus, quae sequuntur terrae, dum terra transmutatur in ignem.

In qua consistat difficultas quaestionis.

Veruntamen de huiusmodi motu grauium, & leuium, quando transmutantur de potentia essentiali ad actum non uidetur esse difficultas, sed tota difficultas de motu grauium, & leuium uidetur esse de motore grauium, & leuium, quando sunt extra loca sua naturalia, ut quando generantur in locis extraneis, aut extrahuntur a locis proprijs, tunc enim est dubium, a quo mouentur, & etiam si inueniantur ab aliquo auctore, quod tunc mouentur a generante, oportet, quod sic intelligatur, quod quia ex se non habent formas suas, per quas mouentur, sed habent illas a generante, ideo dicuntur moueri a generante, & eius intellectus est, quod mouentur a suis formis, quas habuerunt a generante, & ita tunc mouentur a generante tanquam a motore remoto. De uirtute tamen sermonis non est concedendum, ꝙ tunc mouentur a generante, intellectus tamen auctoris hoc dicentis est uerus. Ad illud ergo dubium, s. a quo mouentur grauia, & leuia, quando generantur in locis extraneis, aut quando abstrahuntur a locis proprijs, cum secundum ueritatem non moueantur a generante, cum possibile sit, ꝙ tunc generans sit corruptum.

Ad id in quo consistit difficultas.

Dicendum, ut mihi uidetur, ꝙ mouentur a suis grauitatibus, & leuitatibus, ita quod graue nunc existens sursum si non impediatur mouebitur per se a sua grauitate deorsum, & leue a sua leuitate sursum. Nec debet illud esse dubium alicui, quod probo per rationes, & auctoritates, primo per rationes.

Prima ratio.

Prima ratio est talis. Illud est causa per se alicuius motus, quo posito quocunque alio circumscripto in ratione mouentis ponitur motus, & quo amoto remouentur motus, ut patet ex primo posteriorum. & ex libris praedicamentorum, unde Phylosophus in praedicamentis in capitulo de relatione, dicit, quod illud est per se primum relatiuum alicuius, quando refertur ad ipsum, ipso solo posito, sed quolibet alio circunscripto, & quarto Physicorum dicit Phylosophus, quod corpus de genere quantitatis per se facit distare,

In capitulo de relatione.

A quia circunscripto a corpore cubo quocunque alio, scilicet, calido, frigido, humido, sicco, & sic de alijs hoc solo remanente, quod sit corpus cubum adhuc facit distare, ideo corpus de genere quantitatis per se facit distare, sed posita grauitate in corpore quocunque alio circunscripto in ratione mouentis amotis impedimentis, ponitur motus deorsum, & illa amota amouetur motus deorsum. ergo grauitas est per se causa motus deorsum. maior patet, & minor probatur, quoniam amota quacunque forma substantiali posita sola grauitate habens grauitatem mouetur deorsum, si non adsit impedimentum, ut patet de se, & hoc tenet fides nostra, quae ponit, quod in hostia consecrata non manet forma substantialis panis, quae est principium motus, & tamen manifestum est, quod hostia consecrata existens sursum derelicta propriae naturae descendet, quod non est, nisi propter grauitatem.

Obiectio.

Et si dicatur, quod grauitas est forma substantialis terrae, sicut Com. uidetur dicere secundo de anima. ergo.

Responsio.

Dicatur, quod si grauitas dicatur, forma substantialis, hoc est aequiuoce, quia manifestum est, quod aliqua grauitas est forma accidentalis, & de grauitate, quae est forma accidentalis, loquor, ponendo, quod grauitas, quae est per se forma accidentalis, B est per se principium motus deorsum, si uero grauitas sit aequiuoce ad formam substantialem, & ad formam accidentalem non curo, quod autem sit aliqua forma accidentalis, quae est grauitas, probatur, quia manifestum est, quod in mixtis grauitas est forma accidentalis, sed impossibile est, quod illud, quod est accidens in uno sit substantia in alio, quia quod uere est, nulli accidit, ergo in corpore simplici, ut in terra, non est aliqua grauitas, nisi forma accidentalis. Item nulla forma substantialis est per se sensibilis, sed grauitas est per se sensibilis a sensu tactus, cum sit per se tangibilis, ut patet secundo de anima, & ex isto octauo.

Secunda ratio.

Secundo probatur conclusio principalis, scilicet, quod grauitas est per se mouens in motu grauis deorsum, & hoc sic. Illud idem, quod est per se principium quiescendi naturaliter in aliquo loco, est principium per se mouendi naturaliter ad eundem locum, quoniam eadem natura est principium mouendi, & quiescendi, ut patet ex diffinitione naturae. Natura enim est principium motus, & quietis, &c. sed graue per grauitatem suam per se quiescit in loco suo naturali. ergo, probatur minor sic, per illud graue quiescit in loco suo naturali, per quod resistit nitenti amouere ipsum a loco suo naturali, &c. quod patet, C quia augmentata grauitate augmentatur resistentia, quod enim est magis graue magis resistit, hoc etiam patet, quia si quaeratur ab aliquo, qui nititur leuare aliquod pondus, & non potest illud leuare, quare non potest leuare illud pondus? respondet, quia est multum graue.

Tertia ratio.

Tertio probatur conclusio sic. Ab eodem est motus effectiue, a quo est uelocitas motus, sed uelocitas motus naturalis grauium, & leuium est a grauitate, & leuitate. ergo, minor probatur per hoc, quia augmentata grauitate, uel leuitate augmentatur uelocitas, uel grauitas motus, caeteris paribus, quod enim est magis graue uelocius mouetur deorsum, & quod est magis leue uelocius mouetur sursum, caeteris paribus.

Prima ratio phil.

Item potest probari per auctoritates primo per Phylosophum primo huius, qui dicit, quod ex raro, & denso oriuntur duae contrarietates, quae sunt graue, & leue, durum, & molle, quarum qualitatum duae sunt principia patiendi, ut durum, & molle, & duae aliae sunt principia mouendi, scilicet, graue, & leue.

Secunda ratio phy.

Item in hoc octauo dicit Phylosophus, quod ex graui fit leue, & quod est iam leue operabitur mox, nisi aliquid prohibeat, & ex hoc patet, quod leue secundum quod leue, hoc est per leuitatem suam operatur, D & efficit motum sursum.

Tertia ratio phyl.

Item Phylosophus secundo de caelo, ubi probat, quod terra est sphaericae figurae dicit, quod grauitas maior propellit grauitatem minorem, sed illud, quod propellit aliquid deorsum, mouet illud deorsum, & per consequens grauitas est principium mouendi deorsum, & per consequens grauitas est principium, seu qualitas actiua motiua secundum locum, unde si modicum leue esset alligatum corpori ualde graui, manifestum est, quod illud corpus graue per suam grauitatem moueret leue deorsum, & per illud, per quod leue moueretur deorsum, per illud idem moueretur graue deorsum. Et si dicit, quod Phylosophus dicit, quod graue, & leue non habet principium mouendi, neque faciendi, sed patiendi, & Commen. uolt, quod nulla qualitas est principium mouendi corpus simplex sursum, uel deorsum. Dicendum, quod grauia, & leuia non habent principium mouendi, aut faciendi aliquid de potentia essentiali ad actum, & hoc intelligit Phylosophus, potest tamen aliquid moueri de potentia accidentali ad actum. Et ad illud, quod dicit Commen.

quod

quòd nulla qualitas mouet graue, uel leue &c. Dicendum, quod intelligit, quod nulla qualitas alteratiua mouet graue, uel leue localiter, & hoc est verum, unde grauitas, & leuitas non sunt qualitates alteratiuæ, sunt tamen qualitates motiuæ secundum locum, sicut caliditas, & frigiditas sunt qualitates alteratiuæ, videtur tamen quibusdam, quòd grauitas, & leuitas non sunt qualitates sensibiles, quia si essent sensibiles, hoc non posset esse, nisi a sensu tactus, sed non sunt sensibiles a tactu, quod probatur per hoc, quia tactus bene dispositus potest percipere omnem qualitatem tangibilem sibi sufficienter approximatam, sed tactus nō potest percipere grauitatem sibi approximatam, quod patet, quia si aliquis habens tactum optime dispositum ponat manum suam super aliquod corpus graue, non potest percipere eius grauitatem, ut si aliquis ponat manum suam super plumbum, & non nitatur ad leuandum plumbum, non percipiet, quam graue est illud plumbū, & per consequens non percipiet grauitatem plumbi, & tamē plumbum, seu grauitas plumbi est sufficienter approximata sensui tactus. Ad istud dicit, quod grauitas, & leuitas non immutant sensum tactus, nisi per motum localem, scilicet, deprimendo carnem, quæ est medium in tangendo. Et quiescente graue, vel leue tactus non percipit grauitatem, uel leuitatem. Per hoc igitur ad formam est dicendum, quod si graue quiescat in terra, & aliquis apponat manum super graue sic quiescens, non percipiet grauitatem eius, quia quamuis sensus tactus, & graue sint approximata adinuicem, tamen non sunt approximata in illa dispositione, in qua unum est natum moueri ab alio, quia non sunt approximata in tali dispositione, in qua graue est natum deprimere carnem, quæ est medium in tangendo. Et si dicatur, quod aliquis potest deprimere versus deorsum leue positum super carnem, & per consequēs apparebit tactui, quod illud sit deprimens leue, uel graue, & per consequens non percipiet per se grauitatem, & leuitatē. Dicendum, quòd hæc ratio bene concludit, quod tactus potest decipi circa grauitatem, & leuitatem, sed hoc est in minori parte, sed ex hoc non sequitur, quod grauitas, & leuitas non sint per se sensibilia a sensu tactus, quia sensus potest decipi circa proprium obiectum in minori parte, sed non in maiori, ut dicit Comment. secundo de anima, vnde videtur mihi, quod grauitas, & leuitas sint qualitates, & si dicatur formæ substantiales, hoc est equiuocè, quod autem grauitas, & leuitas sint qualitates, patet per Phylosophum secūdo de anima, qui ponit, quod sunt qualitates per se tangibiles. Idem etiam patet septimo huius, vbi Phylosophus enumerat qualitates per se sensibiles, scilicet, qualitates de tertia specie qualitatis dicens sic, quod sensibilia, quibus differunt corpora abinuicem, scilicet, quo ad nos, & accidentaliter sunt, ut grauitas, & leuitas, durities, & mollities, sonus non sonus, idest, sonus debilis, albedo, & nigredo, dulcedo, & amaritudo, &c. & ita patet per Phylosophum, quod grauitas, & leuitas sunt per se sensibilia, sicut albedo, & nigredo, dulcedo, & amaritudo, sic igitur dictum est, quod graue, & leue, quando mouentur de potentia essentiali ad actum, quod tunc mouentur a generante, vel corrumpente ea, sed quando mouentur de potentia accidentali ad actum, ut quando sunt extra loca sua naturalia, & non remanet aliquod prohibens, tunc mouentur a suis formis accidentalibus, quæ sunt grauitas, & leuitas. Et si quæratur, vtrum mouentur a seipsis, uel ab alijs, dicendum, quòd mouentur a seipsis sic, quod mouentur a principio intrinseco, mouentur tamen ab alijs, scilicet, a suis qualitatibus, quia omne, quod mouetur, mouetur ab alio. Per iam dicta potest patere responsio ad omnes rationes in contrarium, &

Ad primā rationem in principio quæstionis positam.

primo ad primam, cum dicitur, quod graue, & leue non habent in se principium faciendi, dicendum, quod non habent principium faciendi, seu mouendi aliquid de potentia essentiali ad actum, quia potentia essentialis non reducitur in actū, nisi per alterationem, & grauitas, & leuitas non sunt principia actiua alterationis, sunt tamen principia motiua actiua motus localis, vnde graue, & leue respectu motus. Vel dicatur, quod grauia, & leuia non mouent se motu vniuoco, quia

Alia solutio.

principium actiuum motus non est eiusdem speciei cum termino motus, quoniam grauitas, & leuitas sunt principia actiua motus, & terminus motus est ubi, nunc autem grauitas, & leuitas non sunt eiusdem speciei cum ubi, nec etiam eiusdem generis. Ad rationes autem Phylosophus dicit, quod

Ad quatuor rationes phylosophi superius positas.

bene probant graue, & leue non mouent se sursum, & deorsum, sicut anima mouet se motu progressiuo, ita, quod una pars non mouet aliam, sed mouent se ita, quod totum mouet totum. Ad aliud, cum dicitur, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio, dicendum, quod mouetur primo ratione totalitatis, mouetur ab alio, quia a sua parte; vnde concedo;

Ad quintam rationem.

quod grauia, & leuia mouentur ab alio, tanquam a motore partiali, quia mouentur partialiter a suis partibus. Ad aliud

Ad sextā rationē.

cum dicitur, quod si mouerent se, semper mouerent se, quia posita causa sufficienti, &c. dicendum, quod posita causa sufficienti in uno genere causæ tantum, non propter hoc oportet effectum poni, nunc vero grauia, & leuia sunt causæ sufficientes suorum motuum in vno genere causæ, vt in genere causæ efficientis, sed non sunt causæ sufficientes in omni genere causæ, quia ad hoc, vt mouerant se, requiritur, quod sint extra locum suum, & in medio conuenienti, & disposito ad hoc, quod possint se mouere. Ad aliud, quando dicitur, quòd

Ad septimam rationem.

in omni motu mobile resistit motori, dicendum, quod non est uerum, quoniam successio non est solum ex resistentia mobilis ad motorem, sed etiam aliquando ex resistentia medij, vt in motu grauium, & leuium, ut patet in isto octauo. Ad

Ad octauam rationem.

aliud, cum dicitur, quod mouens est in actu, &c. dicit, quod mouens est in actu per formam suam, sed est in potentia ante actum ad terminum motus, & illa non repugnant. Opiniones autem diuersæ sunt circa causam effectiuam motus ele-

Prima opinio.

mentorum, dicunt enim quidam, quòd elementa nunquam mouentur ex se, sed semper ab extrinseco, scilicet, a generāte, vel a remouente prohibens, & hæc videtur sententia Ari. in

Tex. c. 13. vsque ad t. c. 33.

octauo huius in tex. com. 13. vsque ad tertium com. 33. & infra, & quarto de cęlo in tex. com. 25. & ibi apponit tertiū membrum dicens, mouet autem, quod a principio fecit, & impedimentum remouēs, aut vnde resiliuit, quemadmodum dictum est in primis sermonibus, in quibus determinauimus, quod nihil horum seipsum mouet, & idem sententiauit per omnia Comment. Sed contra. Si elementa semper mouentur ab extrinseco, cum quodlibet extrinsecum habeat minus dominiū

Prima ratio in contrarium.

super maiorem partem elementi, quam super minore, sequitur, quod maior pars elementi semper tardius moueretur. Item, in omni motu mouens, & motum sunt simul, ut patet

Secunda ratio.

in septimo huius, & etiam octauo in multis locis, & secundo de anima in tex. com. 74. contra Democritum ponentem

Tex. c. 34.

formicam posse uideri in cęlo, si totum medium esset uacuū, sed elementa mouentur post separationem generantis, & remouentis prohibens. Item tunc formæ naturales non haberent proprias operationes, nec terra magis descenderet, quā

Tertia ratio.

ascenderet, nisi forma sua sic appeteret, & moueret, nam remouens prohibens est indifferens ad faciendum in elemento motus sursum, vel deorsum, quoniam per remotionem eiusdem obstaculi prohibentis simul ignem, & terram, & ignis ascendit, & terra descendit, & aliter non posset probari primo de cęlo, quod numerus motuum simplicium esset secundum numerum formarum, seu corporum simplicium, nec quòd omne mixtum mouetur ad motum elementi dominantis in eo, nec natura esset principium motus, & quietis, &c. Itē

Quarta ratio.

primo de cęlo in tex. c. 54. ubi probatur infinitum non esse finitum, supponitur corpora grauia, & leuia moueri a suis

Tex. c. 54.

grauitatibus, & leuitatibus, & tertio de cęlo, & quarto, & multis locis satis idem supponitur in textu & com. Et Com. tertio de cęlo. com. 28 expresse ponit, & ex intentione Phylosophi, quod elementa mouentur a sua forma, & quarto de cęlo. com.

Com. 28. Com. 22. & 35.

22. & 35. & satis sæpe habetur expresse, quod elementa mouētur a se, & a principio intrinseco, sunt igitur præter hæc tot rationes, & tot auctoritates ad idem, quod copia ipsa nocet. Alia est opinio, quod elementa mouent se primo, & hoc eo-

Secunda opinio.

dem modo, & hæc est opinio Platonis, ut patet per Auer. super tertio de cęl. commen. 22. vbi imponit istam opinionem

Com. 22.

Platoni, sed hæc opinio per principia huius septimi destruitur euidenter. Adhuc etiam est tertia opinio, quod scilicet, elementa mouent se, & quod in eis est idem mouens, & mo-

Tertia opinio.

tum, sed non eodem modo, & hæc est opinio Auer. ut patet super tertio de cę. commen. 28. & super quarto de cę. commen.

Com. 28.

21. dicit, quod motor, & motum in simplicibus sunt idem subiecto, & differunt secundum modum, & similiter in animalibus inuenitur, quæ componuntur ex corpore, & anima, quia motor, & motum sunt essentialiter relatiua, necesse est, ut

Com. 21.

sint duo secundum potentiam, quia motor, & motum in lapide sunt idem secundum potentiam, & duo secundum modū, necesse est, ut non sint relatiua, nisi accidentaliter, & vtroque loco iam allegato, dicit, quod demonstratio Ari. 7 phy. quòd omne motum habet motorem, intelligit, quod motor, & motum non sunt idem eodem modo, ut Plato dicit, sed diuersimode, & super 4. de cę comm. 21. prædicto, dicit, hoc expresse,

Com. 21.

& subdit, & ideo posuit, quòd quicquid quiescit per quietem alterius, necesse est, ut motus eius non sit, nisi ab altero, & necesse est, ut motor in eo differat essentialiter, & diffinitiue a

moto,

moto, licet non differat in subiecto, & consequenter super eodem 4. commen. 25. sic dicit. Graue autem, & leue totum transmutatur a toto, sed secundum motum, qui dictus est in octauo, & qui dicendus est hic. Sed secundum positionem Arist. non probatur, quòd omne, quod mouetur, mouetur ab alio realiter distincto a moto, quod tamen nititur ibi probare, probat enim, quod omne motum quiescit ad quietem suæ partis, & ex hoc similiter probat, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio distincto realiter, vt videtur. Item tunc nihil valeret processus octaui ad probandum aliquid esse, primum mouens immobile. Item non est verisimile Platonem Phylosophum posuisse idem, & eodem modo mouere se, sed diuersimode esse motorem, & motum. ergo Auer. concordat cum eo in errore. Item totum graue, & leue non primo mouet, quoniam omnis actio attribuitur primo formæ, & quia per aliquid sui, scilicet, per materiam cum sit tantum in potentia non mouet. ergo totum non primo mouet se, quia si primo mouet se, primo appetit locum naturalem, & si primo mouetur, primo resistit sibiipsi. omnis talis motus est ratione resistentiæ. ergo eadem forma, numero, & irrationalis simplex haberet per se, & primo contrarios appetitus.

Quarta opinio. 3. cæl. c. 28. & 4. cæ. c. 22.

Quarta opinio videtur esse opinio. Auer. super 3. de cæl. commen. 28. & 4. de cęl. com. 22. vbi ponit, quòd elementa essentialiter mouent medium, & mouent se, quia mouere se sequitur ad motum medij, & ponit exemplum de homine in naui, qui essentialiter mouet nauem, & mouetur ad motum nauis. Contrariũ huius videtur, si enim elementum mouetur tantum a medio elementi motus, vel maior pars elementi tardius moueret, vt superius est argutum. Ad idem. medium non mouet lapidẽ descendentem motu pulsus vectionis, nec vertiginis. ergo nullo modo mouet, cum sit motor extrinsecus, consequentia patet. ex septimo huius in tex. c. 1. Forte dicitur, quòd medium superius, & circunstans pellit lapidem deorsum. Contra ponatur lapis in medio magis leui, quam graui adhuc descenderet, & tamen non videtur, quod medium pellat ad deorsum. Ad idem ponatur secundum imaginationem, quod terra magna in vacuo haberet in medio, sicut ignem paruum tunc descenderet, & non pelleretur ab alio igne, nec in aliquo modo moueretur ab illo. Item natura est principium mouendi eius, in quo est primum, &c. vt patet secundo huius in tex. c. 3. ergo

Tex. cõ. 3.

forma grauis, & leuis primo mouet suum totum, vel suam materiam, non medium.

Quinta opinio.

Quinta est opinio ponens, quod forma elementi primo mouet suum subiectum, scilicet, materiam primam, & ideo dicunt consequenter, quod elementa possent ex se moueri in vacuo, & hæc videtur opinio. Auempa. vt recitat

Com. 71.

Auer. super 4. phy. commen. 71. & idem opinantur aliqui modernorum. hæc opinio est maximè manifeste contra processum Phylosophi 4. phys. cap. de vacuo, & tertio, & quarto de

Tex. c. 22.

cęl. Item materia prima est in potentia tantum. ergo non resistit, ergo motus ille est velocitatis infinitæ. Item si materia prima resisteret hoc esset, quia inclinaret ad locum contrariũ, vel ad quietem in illo loco a quo recedit, quod est falsum, quia ipsa de se est indifferens ad omnem locum, & quia omnis appetitus est a forma, ipsa vero non habet formam. Respondetur a quibusdam, quod materia prima resistit, & neutro modo prædicto, sed tertio modo, scilicet, quòd non appetit se mouere, seu moueri cum forma, vel adhuc quarto modo, quia licet appeteret moueri cum forma elementi posset esse, quia non appeteret moueri ita velociter, sed tardius. Contra, tunc punctus, & superficies resisterent, & hoc arguit resistentia finita. ergo infinita puncta, & superficies infinitæ resistente infinite, & per consequens plus, quam maior virtus motiua finita posset mouere, & cælum similiter resisteret suo motori, quod est contra Commen. 7. huius in fine com. 35.

Com. 35.

Item si materia prima non resisteret ex appetitu contrario, sed tantum ex carentia, similis appetitua non resisteret aliqua certa resistentia in vigore. Non enim tantum resisteret quantum forma, quantumcunque forma debilis, siue parua habens contrarium appetitum. ergo forma motiua elementi infinite resistentiam suam excederet, & moueretur velocitate, similiter infinita. Ab alijs adhuc aliter respondetur, dicunt enim, quòd elementum mouetur in vacuo, successiue ex appetitu formæ motiuæ, cum enim ipsa sit virtutis finitæ tantum appetit finite mouere, & habet vnum certum gradum velocitatis sibi naturaliter limitatum, quem transgredi non affectat, & hæc videtur fuisse opinio. Auempa. vt superius est allegatum, quæ etiam tenetur solenniter a pluribus modernorum, hanc autem opinionem laborauit Comment. destruere per aliquas rationes, & est expresse contra processum Phylosophi in multis locis, vt superius est allegatum, hæc enim

A opinio destrueret omnem proportionem, inter motum motorem, & mota. Item si ratio positionis concludit propositum eadem ratione, concluderet de omni forma finita, quòd in quacunque actione, habet aliquo modo maximum terminũ velocitatis, sibi naturaliter adaptatum. ergo nec lux nec voluntas, aut intellectus ageret subito, nec aliqua generatio esset subita, & calefaciens aliquod passum maximè velocitate sibi possibili non posset velocius calefacere aliquid, licet sibi minus resisteret quantumcunque. Item elementum extra locum suum naturalem appetit statim esse ibi, & hoc per formam suam. ergo nisi impediatur, si moueatur immediate erit ibi, sed in vacuo a nullo impeditur, quoniam non a vacuo, nec a materia prima, vt superius est ostensum, & vt ponitur a potestate, nec a seipsa, quoniam eadem forma simplex non habet contrarios appetitus, nec est in aliquo modo contraria sibiipsi. Hæc ratio confirmatur hoc modo. Si elementum in vacuo iuuaretur a motore extrinseco, quantacunque velocitate possibili illud elementum, semper naturaliter moueretur, & appeteret tanta velocitate moueri, aliter enim resisteret sic mouenti, ergo vel appeteret locum contrarium, vel quietem, seu maneret extra locum proprium naturalem.

B Præterea est per se possibile, ponere talem, formam motiuam finitæ virtutis, quæ appeteret locum, quæ quacunque velocitate cum resistentia congrua moueretur ad illum, & talis forma si poneretur in esse, esset forma simplex, cuiusmodi sunt formæ elementares taliter motiuæ. Præter has quinque opiniones prædictas posset poni sexta, quæ quasi errare putatur, scilicet, quòd forma elementi mouet primo materiam, non tamen per se, sed per accidens, scilicet, inquantum est quarta, & in medio naturali, nam vt sic, & non aliter resistit mouenti, vel forte sub verbis alijs idem dici, scilicet, quòd forma essentialis elementi mouet per se compositum, seu aggregatum ex sua materia prima, & medio extrinseco, in quo mouetur hæc potentia de se, videtur intellectus possibilis: potest etiam confirmari hoc modo: Elementum mouetur naturaliter a sua forma, vt patet ex præscriptis, & forma non primo mouet se, nec totum, quoniam totum non primo resistit, non enim resistit ratione formæ, vt prius est ostensum, nec primo mouet medium, vt probatum est, contra quartam opi. prædictam. ergo primo mouet materiam suam, & nõ per se, vt ostensum est contra quintam opi. prædictam. ergo per

C accidens inquantum obuiat medio naturali actualiter resistenti, hæc enim vt videtur prætendunt iterata verba Commen. super quarto huius com. 71. & super de cę. 3. & 4. & com. 22. & 28. sæpius allegatum, vbi aliquando dicit, quòd in corporibus simplicibus motor est in actu, & motum in potentia, & aliquando dicit, quod corpora simplicia essentialiter mouent medium. Ex quibus dictis Commen. potest ista positio colligi satis plane, ex hac positione patet differentia inter corpora simplicia, & mixta, & quòd non mouentur ex se, nisi accidentaliter, non enim habent intrinsecam resistentiam actualem, ista autem mouentur ex se essentialiter propter resistentiam intrinsecam, quam habent in actu, & per hoc omnes auctoritates adductæ ad aliam opinio. priorem, quæ huic positioni repugnant faciliter possunt solui. Potest tamen aliter obijci contra ista. Natura est principium motus, & quietis eius in quo est primo per se, & non secundum accidens, vt patet secundo huius, in tex. c. 3. cum igitur forma elementi sit natura elementi, sequitur, quod moueat ipsum per se, & primo, & non secundum accidens, cuius oppositum ponit positio ista. Potest dici, quòd illa non est diffinitio naturæ, nec sic dicit Phylosophus vbi prius, sed sic. Natura est principium,

Com. 71, & 3. & 4. cę. com. 22 & 28.

Tex. cõ. 3.

D & causa mouendi, & quiescendi eius in quo est primum per se, & non secundum accidens, ita, quod illæ determinationes determinant hoc verbum est, non autem hoc verbum mouendi, & quiescendi, & forma quæ est natura elementi est primo, & per se, & non secundum accidens in materia prima, & ideo est principium, & causa mouendi illam, & similiter quiescendi, & intellectus satis patet per verba, quæ sequuntur in tex. cum dicit. Dico autem non secundum accidens, cum fiat vtique sibiipsi aliquis causa sanitatis cum sit medicus, sed tamen non secundum, quod sanatur medicinam habet, sed accidit eundem medicum esse, & sanari. Vel aliter potest dici intelligendo istam diffinitionem naturæ, ita, quod illæ determinationes determinent hæc verba mouendi, & quiescendi, scilicet, quia natura, quæ est forma est principium, & causa efficiens mouendi actiue, & quiescendi per se, & etiam excludit quodlibet requisitum in genere causæ agentis, sed non patientis, & quod Phylosophus sic loquatur apparet in tex. cõ. 1. vbi dicit, quod lectulus, & indumentum, & talia artificialia inquantum sunt

ab

ab arte neque nullum habent impedimentum mutationis in A actu, habent tamen secundum, quod sunt lapidea, vel terrea tanquam natura sit tale principium, & ex hoc statim concludit diffinitionem naturæ, habere autem impetum mutationis est actiuum, & in tex.com.1. sic scribitur. Similiter autem aliorum vnumquodque, quæ ab arte fiunt, nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium, quòd autem Phylosophus vocet formam tantum naturam, patet expresse satis in tex.com.4. vbi dicit. Naturam autem habent quæcunque huiusmodi hab ẽ principium, & sunt omnia ista substantię subiectum enim, quod & in subiecto est natura semper. Sed contra istud est Com. hic expresse, vbi videtur, quod diuidat naturam in materiam, & formam, & dicit, quod principium accipitur ibi dupliciter, scilicet, pro principio actiuo, & passiuo, dico, quod sic potest dici, & vere, sed hoc non est de intellectu Arist. vt patet ex processu.

Id autem, quod mouet est duplex. Aut enim non per seipsum mouet, sed per aliud, quod quidem id motu ciet, quod mouet, aut per se mouet. Et hoc aut primum post vltimum, aut per plura media mouet, vt baculus mouet lapidem, & mo- B uetur a motu, quæ quidem ab homine motu cietur. At his non vlterius ex eo mouet, quia ab alio ipse motu cietur.

Hoc autem dupliciter, aut enim non propter seipsum est mouens, sed propter alterum, quod mouens, aut propter ipsum. Et hoc autem mouens ex se primum post vltimum, aut per plura media, vt baculus mouet lapidem, & mouetur ab homine. Hic autem non amplius eo, quod ab alio moueatur.

ISTud est tertium capitulum huius tractatus, in quo Phylosophus ponit quasdam diuisiones mouentium, & ostendit, quod est deuenire ad primum mouens, quod mouetur a seipso, & sic nō est necesse, omne mouens moueri. Vnde hoc cap. continet 4 partes principales, quia in prima ponuntur diuisiones entium, & comparantur adinuicem membra diuisionum. In secunda ibi. [Si igitur necesse.] arguit, quod est deuenire ad primum motum per se, quod est primum mouentium, quæ mouentur. In tertia autem ibi. [Iuxta hoc.] ostendit Phylosophus quod non est necesse, omne mouens moueri In quarta ibi. [Non ergo necesse.] concludit coclusionem Phylosophus principaliter in hoc cap. Prima pars continet duas partes. quia in prima Phyl. ponit diuisiones mouentium. In secunda ibi. [Vtraque igitur.] comparat mouentia adinuicem In prima ergo parte huius partis Phyl. ponit duas diuisiones mouentium, quia quædam mouent propter semetipsa, quædam vero propter alterum, illud, quod mouet propter seipsum, mouet, quia non aliquod extrinsecum mouet ipsum, sed mouet excludēdo quodlibet aliud mouentium ipsum Mouens autem propter alterum est illud, quod mouet propter hoc, quia ipsum mouetur ab alio, vt baculus mouet lapidem, quia baculus mouetur a manu, & si manus non moueatur ab alio, tunc manus est mouēs per se, & baculus est mouēs propter aliud. Secunda diuisio est, quod mouentium propter se, non propter alterum, quoddam mouet propter vnum, & quoddam mouet propter plura, hoc est quoddam mouet per vnum, & quoddam per plura, v. g. si homo moueat manum, & manus baculum, & baculus lapidē, manus mouet propter vnum, quia mouet per hoc, quod mouetur ab homine, sed baculus mouet propter plura, quia baculus mouet lapidem quia mouetur a manu, & manus ab homine.

Prima diuisio.

Secunda diuisio.

Vtrumque igitur mouere dicimus, & vltimum mouentium, & etiam primum, sed magis primum. Hoc enim vltimum mouet. Sed vltimum primum non mouet. Et sine primo quidem vltimū non mouebit, sine vero hoc, primum mouere potest. Baculus enim si homo non moueat, non mouebit.

Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium, sed magis primum, illud enim mouet A *vltimum, sed non hoc primum. Et sine quidem primo vltimum non mouebit, illud autem si non hoc, vt baculus non mouebit, nisi moueatur ab homine.*

HÆc est secunda particula primę partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus comparat illos motores adinuicē dicēs, quod mouens propter seipsum magis mouet, quam mouens propter alterum, hoc est primum mouens magis mouet, quam mouens medium. s. inter primum motorem, & vltimum motum, & hæc est 15. conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, primo sic. Primum mouens mouet secundum, & non econuerso, quia homo mouet baculū, & non ecōuerso, sed illud, qđ mouet aliud mouens, & non econuerso, est magis mouens. ergo. Secundo probatur sic primum mouens potest mouere, sine motore medio, quia homo potest mouere sine baculo, sed medium mouens non mouet sine primo motore, quia baculus non mouet sine homine, ergo primum mouens magis mouet, quam medium mouens, quia illud, quod potest esse sine alio, & non econuerso, est prius, & dignius, & tamen vtrumque est mouens, sed primum est magis mouens. Vnde Com. dicit hic, quod primum mouens est prius medio mouente secundum naturam, & secun- B dum causam, secundum naturam, quia si auferatur primum mouens aufertur medium, & cum fuerit primum non sequitur, vt sit mediū, & cum fuerit medium, sequitur, quod fuerit primum necessario, hæc Com. Vnde illud, quod potest esse sine alio, & non econuerso, est prius secundum naturam, sed primum mouens potest esse sine medio, & non econuerso. ergo similiter primum mouens est prius secundum causalitatem, quam sit mouens medium, quia mouēs medium non mouet, nisi in uirtute primi mouentis.

15. concl. de annexis.
Primo probatur.
Secundo.

Si igitur omne, quod mouetur ab aliquo moueri, necesse est, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut ab eo, quod non mouetur ab alio, & si ab eo mouetur, quod ab alio motu cietur, mouens aliquod esse primum, quod nō ab alio moueatur, necesse est. Sin vero tale est primum, non necesse est alterum esse, fieri enim non potest, vt in infinitum proficiscatur id, quod mouet atque mouetur ab C alio quippe cum infinitorum nihil sit primum. Si igitur, vti diximus omne quidem, quod mouetur ab aliquo motu cietur, id vero, quod primum mouet, mouetur quidem, at non ab alio, ipsum profecto primum a se ipso moueatur, necesse est.

Si ergo necesse est omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo, quod mouetur, aut ab alio, aut non. Et siquidem ab alio, quod mouetur, necesse aliquid esse mouens, quod non ab alio primum. Si autem huiusmodi primum, non necesse est esse alterum. Impossibile enim est in infinitum abire mouens, & quod mouetur ab alio ipsum. Infinitorum enim non est aliquid primum. Si ergo omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non ab alio autem, necesse est ipsum a seipso moueri.

Tex.c. 34.

D HÆc est secunda pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit, quod est deuenire ad aliquod primum motum ex se, quod est primum mouentium, quæ mouentur, vnde Phylosophus intendit hic probare, q in mouentibus, & motis est deuenire ad primum mouens, quod mouetur a seipso, & hæc est decimasexta conclusio de annexis, quæ sic intelligitur, quod inter mouentia, quæ mouentur est deuenire ad primum mouens, quod non mouetur ab alio, sed a seipso, & illud dicitur primum mouens in genere, sed non est primum mouens simpliciter. hæc conclusio probatur dupliciter, & primo sic. Omnis motor, qui mouetur, aut mouetur a motore extrinseco, aut a seipso, si secundo modo, habetur propositum, scilicet, quod talis motor est primum mouens de numero motorum, qui mouentur, si vero moue-

16. concl. de annexis.
Prima probatio.

tur

tur ab extrinseco, & cum illud mouens extrinsecum moueatur, oportet, quod aut moueatur a se, vel ab alio, si a se, habetur propositum, si ab alio, oportet, quod illud aliud moueatur, & quærendum est de illo, sicut prius, & cum non sit procedere in infinitum, oportet tandem deuenire ad aliquem motorem, qui mouetur ex se, & ille est primus motor, scilicet, de numero eorum, quæ mouentur ex se, vnde Com. format illam rationem congregando propositiones, ex quibus hic arguit in duobus syllogismis hypotheticis, quorum vnus est diuisiuus, & alius constitutiuus & concludit ex hoc illud, quod intendit concludere. Et est, quòd omnia, quæ mouentur in loco, reducuntur necessario ad motum ex se, & est primum mouentium, quæ mouentur. primus igitur syllogismus est talis. Omnis motor, qui mouetur, aut mouetur a se, aut a motore extrinseco, si a motore extrinseco, & ille motor extrinsecus aut mouet, ita quod non mouetur, aut mouet, & mouetur, sed impossibile est, vt moueatur a motore extrinseco, qui non mouetur. ergo est necesse, vt moueatur a motore moto, & dicit Com. quod illud, quod mouetur ab extrinseco, est impossibile, vt moueatur a motore, qui non mouetur, nisi per accidens. ergo necesse est, vt moueatur a motore moto, & ille est primus syllogismus. Ex quo syllogismo habemus, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio, idest ab extrinseco, & sic necesse est, vt moueatur a motore moto. Secundus vero syllogismus constitutiuus est talis. Omne, quod mouetur a motore extrinseco, mouetur a motore moto, & cum primum sit, sequitur, quòd postremum sit, & cum primum non sit, sequitur, quod nullum postremum sit, nec medium & sic sequitur, quod impossibile est, quòd media sint infinita, scilicet, quòd motum semper moueatur ab alio extrinseco, & illud mouẽs etiam moueatur ab alio extrinseco, & sic in infinitum. ergo, cum omne mouens extrinsecum moueatur, & non est procedere in infinitum in mouentibus, & motis ab extrinseco ergo in mouentibus, & motis necesse est deuenire ad mouens, quod mouetur ex se. Vnde ille est syllogismus, quem Commen. vocat constitutiuum, scilicet, quod non omne mouens motum mouetur a motore extrinseco, quia sic procederetur in infinitum in mouentibus, & motis, & in talibus non est processus in infinitum. ergo oportet tandem deuenire ad motorem motum ex se, & ille motor est primus motor in illo ordine, maior huius rationis patet per hoc, quia mouẽs extrinsecum non mouet, nisi moueatur, quia mouens extrinsecum necessario est corpus, sed nullum corpus mouet secundum locum, nisi moueatur. ergo, &c. minor autem declaratur per hoc, quia si in mouentibus, & motis esset processus in infinitum non esset primum mouens, & si non esset primum mouens, non esset postremum mouẽs, nec etiam medium mouens, & sic nullum esset mouens. quod est impossibile. ergo in mouentibus, & motis non esset procedere in infinitum. Notandum est, quod Com. hunc syllogismum hypotheticum diuisiuum vocat argumentum fundatum super locum a diuisione, vt cum arguitur a disiunctiua habente duas partes tantum cum negatione vnius partis ad aliam partem, aut a disiunctiua habente plures partes cum negatione omnium partium præter vnam ad illam partem, seu ad positionẽ illius partis, & per syllogismum constitutiuum intelligit argumentum, in quo non fit reductio ad destruendam aliquam partem prius acceptam in argumento. Intelligendum, quod Phyl. hic ostendit, quòd est deuenire ad primum mouens in genere, idest, quòd in mouentibus, & motis est deuenire ad primum mouens motum, & illud est motum ex se mouens, & propositio, super quam fundatur, est vera, scilicet, quod omne, quod mouetur in loco a motore extrinseco, mouetur a motore moto, quoniam omnis motor extrinsecus est motor corporeus, sed motor corporeus non mouet in loco, nisi moueatur. Intelligendum est, quod motor incorporeus est motor intrinsecus, omne enim, quod mouetur a motore, quia non diuiditur ab eo secundum locum, vel situm, mouetur ab intrinseco, & dicitur moueri a se, vt quia anima animalis non habet sitũ distinctum ab ipso animali, ideo animal motum a sua anima dicitur moueri a se, & ab intrinseco.

Primus syllogismus.

Secundus syllogismus.

Notandũ.

Notabile.

Præterea, hoc etiam pacto rationem hanc eandem tangere licet. Omne namque, quod mouet, & aliquid, & aliquo sane mouet, aut enim seipso, aut alio mouet, vt homo, aut seipso, aut baculo mouet. & aut ipse ventus deiecit, aut lapis, quem pepulit ventus. Fieri vero non potest, vt id, quo

A motus affertur, moueat absq eo, quod mouet seipso. Sed id quidẽ fit, quod motum affert seipso, non necesse est aliud esse, quo motus affertur. Sin vero sit aliud, quo motus affertur, est aliquid profecto, quod quidem non aliquo, sed seipso mouebit, vel in infinitum abitur. Si igitur mouet quippiam, atque mouetur, stetur, & non in infinitum pergatur, necesse est. Nam si baculus moueat, quia mouetur a manu, manus ipsa profecto baculo motum affert. Quod si manum etiam quippiam aliud moueat, & aliud identidem manu mouet. Cum igitur id, quod motum affert, aliud aliquo mouet, tũ id fit prius, quod seipsũ mouet, necesse est. Quod si hoc motu quidem cietur, ab alio autem non mouetur, necesse est ipsum profecto seipsum motu ciere. Quare hac etiam ratione, aut ab eo statim, B quod seipsum mouet id, quod mouetur motu cietur, aut ad hoc ipsum tandem acceditur.

Amplius autem, & sic ipsam hanc eandem rationem est aggredi, omne enim mouens aliquid quidem mouet, & aliquo. Aut enim seipso mouens mouet, aut ab alio, vt homo ipse, aut baculo, aut ventus proiecit, aut ipse, aut lapis, quem mouit. Impossibile autem est mouere sine ipso mouente, & agente id, quo mouet. Sed & si quidem ipsum seipso mouet, non necesse est, aliud esse, quo mouet. Si vero sit alterum id, quo mouet, est aliquid, quod secundum seipsum mouebit, non quoddam alio, sed seipso, aut in infinitum abibit. Si ergo, quod mouetur, aliquid mouet, necesse est. stare, & non in infinitum ire. Si enim baculus mouet eo, quod mouetur a manu, & manus mouet baculum. Si autem, & hanc aliud mouet, & C hanc alterum aliquod mouens. Cum itaque aliquo mouetur semper alterum, necesse est prius ipsum seipsum mouens. Si igitur mouetur quidem hoc, non aliud autem mouens ipsum, necesse ipsum seipsum mouere. Quare, & secundum hanc rationem, quod mouetur, aut mox ab ipso mouente mouebitur, aut veniet aliquando in huiusmodi. Tex.c. 35.

SEcundo probatur eadem conclusio per rationem habentem quasi eandem vim cum ratione præcedenti. primo tamen Phylosophus præmittit ea, in quibus stat vis rationis, quæ sunt duo, primum est, quod omne, quod mouet aliquid, aut mouet ipsum per se, & sine instrumento, aut cum instrumento, secundum, quod Phyl. præmittit est, quod instrumentum non mouet sine illo, quod mouet instrumentum. Ex hoc ergo concluditur, quòd in mouentibus, & motis est deuenire ad primum mouens, quod mouetur a seipso, ratio ergo formatur sic. Si nullum mouens moueret ex se, sed quodlibet moue- D ret, vt instrumentum, non esset dare instrumentum ab aliquo mouente seipsum, sed quodlibet instrumentum moueretur ab alio instrumento, & sic in mouentibus instrumentalibus esset processus in infinitum, quod est impossibile, quia sic non esset mouens primum, nec per consequens extremum, nec medium, quod est impossibile. ergo, & illud, ex quo sequitur, scilicet, quod nullum mouens mouet ex se, consequentia probatur probatione exemplari, quia si lapis mouetur a baculo, & baculus a manu, & manus ab homine, & homo ab alio instrumento, & illud ab alio, & non potest deueniri ad aliquod primum per se mouens, tunc procederetur in infinitum, & sic patet, quod si nullum esset mouens ex se, sed quodlibet mouẽs moueretur, vt instrumentum, quod in mouentibus, & motis esset processus in infinitum. Vnde Com. dicit hic, quod si omne mouens moueat, vt instrumentum, tunc essent infinita instrumenta, & cum fuerint infinita instrumenta, non erit motor, qui eis vtatur, quod est contra positum. hæc Com. Notandum est hic, quod illa ratio secunda non differt a prima, nisi in modo

Secunda probatio.

Prima probatio in quo differt a secunda. modo vtendi propositionibus, & duplex differentia inter hāc rationem,& primam. Prima differentia secundum Commen. est,quòd in prima ratione ponitur, quòd motor sit in duobus modis,scilicet,primus,& medius, in secunda vero declaratione ponit,quòd omne,quod mouet aliquid,aut mouet cum instrumento,aut mouet sine instrumento, in prima declaratione ponit, quòd motor medius non mouet sine mouente primo,in secunda vero declaratione loco huius positionis ponit, quòd instrumentum non mouet, sine mouente instrumentum,secunda autem differentia inter istam secundam rationē, & primā est, quia in prima ratione proceditur ascendendo a motu ad motorem, præmittit enim in prima ratione, quòd omne,quod mouetur,mouetur ab alio, & illud,a quo mouetur,mouet propter se,vel propter aliud primam mouēs, quod est procedere ascendendo, sed in hac secunda ratione proceditur descendendo,præmittit enim,quòd omne mouens mouet aliud & hoc a seipso,vel ab alio inferiori mouente,vt cum homo mouet lapidem per seipsum, vel per baculum, & ventus proijcit aliquid ad terram,aut suo impulsu, aut propter lapidem, quem mouet, & sic proceditur descendendo, vt dicunt moderni expositores,quod Phylosophus ponit exemplum de B vento. Et Commen.quærit hic de vento,vtrum sit de numero eorum,quæ mouentur ex alio,aut de numero eorum,quæ mouentur naturaliter, & similiter de motu ferri ad magnetem, scilicet, vtrum ferrum moueatur ex se hoc motu, vel ex alio,& soluit dicens,quòd manifestum est, quòd ventus est de numero eorum,quæ mouentur naturaliter, quia non mouetur, nisi a generante ipsum. Et similiter ferrum est de numero eorum, quæ mouentur naturaliter, quia non mouetur a magnete, nisi per alterationem, quam acquirit a magnete, aut a remouente prohibens, & ideo, quando complexio magnetis transmutatur non attrahit hoc, sicut accidit, quando confricatur cum aleis, vt dicitur, & hoc manifestum est in lapide, quia non attrahit paleas, antequam hoc fiat, hæc Comment.

Insuper si sic,etiam considerabimus eadem accident vniuersa. Nam si omne, quod mouetur ab eo mouetur, quod motu cietur,aut hoc ipsis rebus per accidens competit, vt quippiam moueat quidem, motum, & ipsum suscipiens, non tamen,quia mouetur, aut non per accidens, sed per se inest. Si igitur per accidens competit,non necesse est, moueri, quod motu cietur. Quod si id fit, patet posse aliquando nihil eorum, quæ sunt moueri. Non enim est necessarium id,quod accidit,sed potest non esse. Si igitur id esse posuerimus,quod esse potest,nullum accidet impossibile, sed forsitan falsum. At non esse motum est impossibile. Id enim iam demonstratum est, motum,inquam,necessario semper esse.

Tex.c.36. *Ad dicta autem, & sic intendentibus contigent eadem hæc. Si enim ab eo,quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur, aut hoc rebus existit secundum accidens,vt moueat quidem,quod mouetur,non tamen propter id,quod mouetur ipsum,aut non,sed per se. Primum quidem igitur si secundum accidens,non necesse est moueri,quod mouetur. Si autem hoc est manifestum,quod contingit aliquando moueri nihil eorum,quæ sunt. Non enim necesse est accidens,sed contingit non esse. Si ergo ponamus possibile esse,nullum impossibile accidit, falsum aut forte tsis Motum autem impossibile est non esse. Ostensum enim prius est hoc,quoniam necesse est,motum semper esse.*

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit,quòd non est necesse,omne mouens moueri,& continet duas particulas,quia in prima ponit quandam diuisionem, & destruit alterum membrum diuisionis. In secunda autem ibi. [At vero si non secundum accidens.] improbat aliud membrum. In prima igitur particula huius partis Phylosophus ponit talem diuisionem, scilicet, si esset necesse,quod omne mouens moueretur,aut ergo,hoc esset in rebus per accidens, scilicet, quod mouens inquantum mouens moueatur, secundum quod hoc accidit sibi, aut hoc est in rebus per se, ita, quòd mouens inquantum est mouens moueatur, deinde Phylosophus destruit primum membrum per tres rationes,probando, quod non est necesse, quod omne mouens moueatur per accidens, & hæc est decimaseptima conclusio de annexis, quæ probatur tripliciter, & secundum hoc hæc particula habet tres partes, quæ in suis locis patebūt. 17. concl. de annexis.

Prima rō. Prima igitur conclusio probatur sic,si esset necesse, quod omne mouens moueatur per accidens, & quod est per accidens potest non esse. ergo possibile est, quòd nullum mouens moueatur,si ergo sit necesse,omne mouens moueri per accidens: sequitur, quod possibile est,quod nullum mouens moueatur, & si nullum mouens mouetur,nullum mouens mouet, & tūc sequitur, nullum mouens mouet. ergo nullus motus est. ergo si necesse est, quod omne mouens moueatur per accidens, sequitur,quod possibile sit aliquando, quòd nullus motus sit, B consequens est impossibile, quia probatum est in principio huius octaui,quod necesse est, semper motum esse. ergo antecedens est impossibile,scilicet,necesse est omne mouens moueri per accidens. Vnde illa ratio potest fieri de primo motore, probando, quòd non est necesse primum motorem moueri per accidens ad hoc,quod moueat,quia,quod est per accidens, potest non esse. si igitur primus motor moueatur per accidens, sequitur, quod potest non moueri, & si non moueatur non mouet, per positum, quia necesse est, quemuis per accidens primum motorem moueri. ergo est possibile, quòd primus motor non moueat, quia si non mouetur non mouet, per positum, cum ergo omnis motus sit a motore, sequitur, quod possibile est in aliqua hora nihil moueri, sed hoc est impossibile. ergo,& illud,ex quo sequitur,scilicet,quod necesse est primum motorem moueri per accidens. Et intellige, quod hic per accidens accipitur, secundum, quòd distinguitur contra necessarium, & non accipitur, prout distinguitur contra per se, & contra primo, & quia multa sunt per accidens distinguendo per accidens contra per se, & contra primo, quæ sunt necessaria, hæc enim propositio animal est homo, C est per accidens distinguendo per accidens contra per se, tamen est necessaria.

Atque idipsum cum ratione etiam accidit Tria namque necesse est, esse. Id, quo mouetur, id, quod mouet, & id insuper, quod mouens mouetur. Id igitur,quod mouetur,moueri quidem necesse est, at non necesse est motu cieri. Id autem, quo motus affertur,& mouere necesse est, & moueri. Cum enim sit simul cum eo quod motu cietur,vna cum ipso mutatur. Quod intueri licet in hisce,quæ loco mouentur. Nam aliquo in tempore tangant ea,quæ mouentur, necesse est. At id, quòd ita mouet,vt eius non subeat rationem,quo motus affertur,immobile nimirum est.

D *Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse,quod mouetur,mouens,& quo mouet. Quidem quidem igitur mouetur, necesse quidem moueri. Mouere autem non necesse est,sed quo mouet,& mouere,& moueri. Communicat enim simul hoc,& secundum idem existens ei, quod mouetur. Manifestum autem est in mouentibus secundum locum. Tangere enim necesse adinuicem,sicut vsque ad aliquid. Mouens autem sic, vt sit, non quo mouet immobile.* Tex.c. 37.

HÆc est secunda pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur secunda ratio probans, quod non est necesse, omne mouens moueri per accidens,primo tamen Phylosophus præmittit, quod- Secunda ratio.

dam

dam necessarium dicit, quòd tria attribuuntur motui, & narrat, quod est proprium vnicuique illorum, & dicit, quòd illa tria attribuuntur motui, scilicet, mouens, & motum, & illud, per quod mouens mouet v.g. In animali, motor est anima, illud per quod motor mouet est musculus, siue calor naturalis, motum enim est corpus animalis, & narrat Phylosophus, quæ sunt propria vnicuique illorum dicens, quod proprium est moto, vt moueatur, sed non est necesse, quod moueat, est enim deuenire ad aliquod motum, quod non mouet, aliter esset processus in infinitum. Illi vero, quod per se mouet, est propriū, quod moueat, & moueatur, quoniam illud, per quod primus motor mouet, mouet postremum motum, & etiam mouetur, quia tangit postremum motum, & non potest tangere ipsum, nisi moueatur in sequendo ipsum. Vnde illud, per quod mouens mouet, mouetur a primo mouente, & mouet postremum motum. Ex his igitur apparet, quod proprium est mouenti, quod moueat, sicut est proprium moto, quod moueatur, & dicit Phylosophus, quod illud est manifestum in motibus secundum locum, scilicet, quod illud, per quod motor mouet, moueatur, & dicit hic Commentator, quod Phylosophus dicit hoc, nam illud, per quod alterat primum alterans, existimatur in pluribus non alterari, sicut Sol calefacit aerem mediantibus B corporibus cælestibus, & non calefacit ista, hæc Commentator. Scire tamen debes, quod alterans aliquod distans per medium alterat illud medium, tamen semper secundum eandem alterationem in specie.

Cum igitur sit, & vltimum ipsum, vt cernimus, quod motu quidem cieri potest, principium autem motus non habet, & id item, quod mouetur, quidem, sed ab alio, non a seipso cietur, rationi consentaneum est, necessarium ne dicam, & ipsum tertium esse, quod mouet quidem, immobile autem est.

Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motus autem principium non habet, & quod mouetur quidem ab alio, & non a seipso, rationabile est, vt non necessarium dicamus, & tertium esse, quod mouet quidem cum sit immobile. C

Istis suppositis, videlicet, quod non est necesse, omne mouens moueri, & quod illud, per quod motor mouet, moueatur, Phylosophus facit rationem hoc modo. Quandocunque aliqua accidentaliter coniunguntur, si vnum illorum potest inueniri per se, etiam reliquum potest reperiri per se sine altero, sed mouens, & motum accidentaliter coniunguntur, & vnum eorum, scilicet, motum potest reperiri per se, est enim aliquod motum non mouens, ergo reliquum, scilicet, mouens potest reperiri per se, ergo est reperire aliquod mouens non motū, & per consequens non est necesse, quod omne mouens moueatur per accidens.

Quapropter, & Anaxagoras recte dicit, mentem inquiens passione vacare, & non mixtam esse, quippe cum motus ipsam principium faciat. Hoc enim pacto solum mouebit, nullum suscipiens motum, & vincet, mixtione penitus vacans. D

Vnde Anaxagoras dicit recte intellectum impassibilem, inquiens, & immixtum esse, quoniam quidem motus principium facit esse, sic enim vtique solum mouebit, cum sit immobilis, & imperabit cum sit immixtus.

Tertia ratio.

Hæc est tertia pars primæ particulæ tertiæ partis principalis huius capituli, in qua tertio probatur eadem conclusio per testimonium Anax. qui posuit intellectum, esse impassibilem immobilem, & immixtum. Anax. enim posuit intellectum esse primum mouens, & ideo posuit intellectum esse immobilem, quia primum mouens debet esse immobile, & posuit intellectum, qui est primum mouens immixtum esse, quia sic solum poterit mouere, & imperare absq; hoc, quod moueatur. Si enim esset mixtus oporteret, quòd mo-

A ueretur ad motum illius, cui commisceretur, sic igitur patet per testimonium Anaxag. quod non est necesse, omne mouens moueri, quia intellectus secundum eum, qui est primum mouens, non mouetur, cum sit impassibilis, & immixtus. Intelligendum est, quod Commen. circa secundam rationē, quæ est illa, quod contingit inuenire mouens, & motum simul &c. dicit sic, quoniam cum aliquid fuerit compositum ex duobus oppositis, quorum vtrunque existit per se, & alterum istorum fuerit separatum a reliquo, necesse est, vt reliquum sit separatum, verbi gratia, terra, & aqua sunt simul in mixto, tamen vtrunque eorum existit per se, sed quod neutrum sit necessarium in esse alterius, patet, quia si aqua fuerit abstracta a terra, quodlibet eorum existet per se, hæc Com. Vnde videtur, quod Commen. intelligat, quòd si aliquæ substantiæ per se existentes possunt inueniri simul, & vna potest inueniri per se separata ab alia, reliqua potest per se existere non coniuncta cum alia, ita est de primo motore, & vltimo moto, quoniam vtrunque est substantia per se existens, & per hoc soluuntur duæ instantiæ quæ, videntur contra illum modum arguendi, prima est, quod substantia, & accidens simul inueniuntur, & substantia inuenitur sine accidente, igi- B tur accidens potest inueniri sine substantia. Secunda instantia est, materia prima, & forma substantialis inueniuntur simul, sed forma potest esse sine materia, igitur materia potest esse sine forma. Solutio igitur patet per hoc, quia Phylosoph. arguit de substantijs in actu, & prima instantia est de substantia, & accidente, & ideo non tenet. Secunda instantia soluitur per hoc, quia arguitur de substantijs, quarum vna est in actu, & reliqua in potentia, & de talibus non fuerat argumentum. Phylosophi, sed de substantijs, quarum vtraque est in actu. Aliter potest etiam dici, scilicet, quòd Phylosophus sic intelligit, videlicet, quòd si aliqua inueniantur simul quorum neutrum dependet ab alio, aut quorum vnum plus dependet a reliquo, quam econuerso, si illud, quod magis dependet, possit esse sine reliquo, sequitur, quod illud, quod minus dependet a reliquo, potest esse sine reliquo, sed non oportet, quòd si illud, quod minus dependet, possit esse per se, quod illud, quod magis dependet, possit esse sine reliquo, & quia motum magis dependet a motore, quam mouens a moto, ideo ad hoc, quòd motum possit inueniri sine mouente, ita quod aliquid sit motum, & non mouens, concludit Phylosophus, quod est inueni- C ri mouens non motum. Et per hoc patet solutio ad instantias inductas contra modum arguendi, quoniam accidens magis dependet a substantia, quam substantia ab accidente, & ideo si accidens possit esse per se, sequitur, quod substantia possit esse per se, & non econuerso. & etiam, quia materia prima magis dependet a forma, quam ecōuerso, ideo si materia prima possit per se existere, sequitur, quod forma possit per se existere, sed non sequitur econuerso. Patet etiam ad rationem, qua aliqui probant, quòd prima causa non potest intelligi, siue quod in entibus est aliquid intelligens, quod non potest intelligi, quia contingit inuenire aliquid, quod est simul intelligens, & intellectum, cuiusmodi est homo, vel Angelus, & aliquid, quod est ita intelligens, quòd nullo modo est intellectum, ergo est inuenire aliquid, quod est intellectum, & nullo modo intelligēs consequentia patet, quia sic arguit Phylosophus. Dicendum, quod non sequitur, nec sic arguit Phylosophus, quia intelligere magis dependet ab intellecto, quam intellectum ab intelligente, quia intellectum est mensura intellectus, sicut scibile est mensura scientiæ, vt patet quinto meta.

Prima instantia.

Secunda solutio.

D At vero si nō accidens, sed necessario mouetur id, quod motum alijs affert, atq; adeo, vt non moueat, si nō moueatur, necesse est ipsum, vt motum subijt, aut eadē specie motus, aut alia moueatur. Ceu aut si calefaciat calefiat, & si sanet sanetur, & si ferat feratur, aut si sanet feratur, & si ferat, accrescat. At primum, vt patet fieri nequit. Nam dicere hæc oportet vsq; ad indiuidua descendendo, ceu siquid geometriam doceat, id eandē geometriā doceri, & si proijciat, eodē proiectionis proijci modo. Nec etiam sic, vt motus alio genere moueatur, ceu vt id quidē, quod fert incremēta suscipiat. Id autē, quod hoc auget, ab alio alteretur, & id, quod illud alterat, alio motu quodam itidem

moueatur. Nam ſtetur, neceſſe eſt. Motus enim finiti ſunt. Qui vero tedire dicit, idque, quod alterat ferri. perinde facit, atque ſi ſtatim id ferri dicat, quod fert, & id doceri, quod docet.

Tex.c. 38. *At vero ſi non ſecundum accidens, ſed ex neceſſitate mouetur mouens, niſi autem moueatur non vtique mouet, neceſſe eſt, mouens ſi mouetur, aut moueri ſic, vt ſecundum eandem ſpeciem motus, aut ſecundum alteram. Dico autem quia aut calefaciens, & ipſum calefieri, & ſanans ſanari, & ferens ferri, aut ſanans, ferri, ferens autem augeri, ſed manifeſtum, quoniam impoſſibile, oportet enim vſque ad induidua diuidentem dicere, vt ſi aliquis docet geometrizare, hoc doceri geometrizare idem, aut ſi proijciat proijci ſecundum eundem modum proiectionis, aut ſic quidem non, ſed aliud ex alio genere, vt quod fert augeri. Hoc autem* B *augens alterari ab alio, hoc autem alterans ſecundum quendam moueri motum. Sed neceſſe eſt ſtare. Finiti enim ſunt motus. Iterum autem reflectere, & alterans dicere ferri, idem facere eſt, & ſi mox dicat ferens ferri, & docens doceri.*

HÆc eſt ſecunda particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phyloſophus deſtruit aliud membrum diuiſionis, vnde cum Phyloſophus probauit, quòd non omne mouens mouetur per accidens, probat, quod non omne mouens mouetur per ſe, & hæc eſt decimaoctaua concluſio de annexis, quæ ſic intelligitur. Quod non omne mouens mouetur per ſe, ideſt, quòd non omne mouens, inquantum eſt mouens, mouetur per ſe, ſic, quòd non eſt neceſſe, quòd ſi aliquid moueat, quòd propter hoc moueatur, hæc decimaoctaua concluſio probatur ſic. Si omne mouens mouetur per ſe, aut ergo mouetur ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouet, aut mouetur ſecundum aliam ſpeciem motus, quam ſecundum C illam, ſecundum quam mouet, verbi gratia, aut mouetur ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouetur, ſic quod calefaciens calefiat. & ſanans ſanetur, &c aut mouetur ſecundum aliam ſpeciem, quam eſt illa, ſecundum, quam mouet, vt cum mouens localiter moueatur motu alterationis, & mouens ſecundum motum alterationis moueatur ſecundum motum augmentationis, & ſic deinceps. Hæc eſt ergo ratio, ſi omne mouens mouetur per ſe, aut igitur omne mouens non mouetur per ſe ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouet, vel ſecundum aliam ſpeciem motus, ſed nec ſic, nec ſic, ergo conſequens eſt falſum pro vtraque parte, ergo accidens eſt falſum, & per conſequens ſuum contradictorium eſt verum, videlicet, quod non omne, quod mouet, mouetur per ſe, ſed quod vtraque pars, conſequentis ſit falſa probatur, & primo, quod illa ſit falſa, omne mouens mouetur per ſe ſecundum eandem ſpeciem motus, quia ſi ita eſſet, omne calefaciens calefieret, & omne ſanans ſanaretur, & ferens ferretur, & deſcendendo ad indiuidua, hoc eſt ad ſpecies motus, oportet, quod ducens duceretur, & ædificans ædificaretur, hoc conſequens eſt impoſſibile, & ſic patet, quod pars conſequentis eſt falſa, ſcilicet, quod mouens mouetur per ſe ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouet. Et quod ſecunda pars conſequentis ſit falſa, videlicet, quod omne mouens mouetur ſecundum aliam ſpeciem motus, quam eſt illa, ſecundum quam mouet, probat Phyloſophus per hoc, quia cum ſpecies motus ſint finitæ, tandem eſſet reflexio ad primam ſpeciem. ita quod ſequitur, quod omne mouens, quod mouetur ſecundum aliam ſpeciem ab illa ſecundum quam mouet, moueretur ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouet, quod eſt falſum, & iam reprobatum, ergo non eſſe neceſſe, omne mouens moueri per ſe ſecundum aliam, & aliam ſpeciem motus ab illa ſpecie, ſecundum quam mouet. Vnde dicere, quod omne mouens mouetur per ſe ſecundum eandem ſpeciem motus, eſt dicere impoſſibile, & dicere, quod omne mouens mouetur ſecundum aliam ſpeciem motus ab illa, ſecundum quam mouet, eſt dicere fictitium.

A Patet enim omne, quod motu cietur, & a ſuperiore moueri mouente, atque magis ab eo, quod cætera antecedit. At id fieri nequit Accidit enim, vt id diſcat, quod docet, quorum alterum habere ſcientiam, alterum non habere, neceſſe eſt. Hoc prætetea magis quam dicta, rationis fines egreditur, omne, inquam, motiuum mobile eſſe. Quod accidit ſi omne, quod mouetur, ab eo mouetur, quod motu cietur. Erit enim mobile perinde, atque ſi quiſpiam dicat, omne ſanatiuum, ac ſanans ſanabile, & ædificatiuum ædificabile eſſe, aut ſtatim, aut per plura Ceu ſi moueri quidem ab alio motiuum omne, ſed non eo motu, quo mouet propinquum ſibi, ſed diuerſo moueri dicat, vt ſanatiuum dicere non ſanari At id aſcendens perueniet tandem ad eandem ſpeciem B motus, vt antea diximus. Horum igitur alterum eſt impoſſibile, alterum figmentum. Abſurdum eſt enim alteratiuum, accreſcens neceſſario eſſe.

Manifeſtum enim, quod mouetur, & a ſuperius mouente, quod mouetur omne, & magis a priori mouentium. At vero hoc impoſſibile eſt. Docens enim accidit addiſcere, quorum hoc quidem habere, illud autem non habere ſcientiam neceſſarium eſt. Amplius autem his magis irrationabile, quoniam accidit eſſe omne motiuum mobile, ſi quidem ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur. Erit enim mobile, ſicut aliquis dicat, quoniam ſanatiuum, & ſanans ſanabile erit, & ædificatiuum ædificabile, aut mox, aut per plura. Dico autem ſic, ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuum C *ſed non ſecundum eundem motum mobile, quo mouet, proximum, ſed ſecundum alterum, vt ſanatiuum, & diſciplinatiuum, ſed hoc aſcendens perueniet aliquando ad eandem ſpeciem, ſicut diximus prius. Hoc quidem igitur horum impoſſibile, aliud autem figmentum eſt. Inconueniens enim eſt, alteratiuum ex neceſſitate eſſe augmentabile.*

ILlam conſequentiam, ſcilicet, mouens mouetur per ſe ſecundum aliam ſpeciem motus ab illa, ſecundum quam mouet, ergo mouetur ſecundum eandem ſpeciem motus, ſecundum quam mouet, probat Phyloſophus ſic. Omnia mouentia mota reducuntur ad primum mouens, quod eſt cauſa omnium motuum mouentium poſteriorum. Vnde omne mouens motum mouetur a mouente, quod eſt ante ipſum, cum ergo primum mouens magis moueat, quam ſecundum, oportet, quod primum mouens cauſet omne motum motuum poſteriorum, ergo ſi primum mouens moue- D tur aliquo motu poſterioris mouentis, oportet, quòd ille motus ſit a primo mouente, & ſic primum mouens mouet illo motu, & mouetur illo eodem motu, & ita ſequitur, quod idem mouens ſecundum eandem ſpeciem motus mouet, & mouetur, & non ſolum ſequitur hoc, ſed, quod idem ſecundum eundem motum numero mouet, & mouetur, vnde ſint a, b, c, mouentia ſic ordinata, & a, ſit primum illorum mouentium, & moueat motu locali, & b, moueat motu augmentationis, & c, moueat a, motu alterationis, cum a, quod eſt primum mouens moueat illo motu, quo c, mouet, quod eſt poſterius mouens, ſequitur, quod a, mouet illo motu, quo c, & etiam a, mouetur illo eodem motu, vnde ſi fiat talis reciprocatio, ſequitur, quod omne mouens mouetur eodem motu, quo mouet, quod eſt impoſſibile. conſequentia patet, quia quocunque motu mouet poſterius mouens, eodem motu mouet primum mouens, & ita ſi omne mouens mouetur per ſe, ſequitur, quòd omne mouens mouetur eodem motu, quo mouet, ſiue detur ſecunda pars conſequentis, ſi-

ue

ne primo, si enim detur prima pars, tunc sequitur sine medio, quod alterans alteratur, quando alteratur, & si detur secunda, sequitur idem impossibile cum medio, vnde si detur, quod oẽ mouens mouetur secundum eandem speciem motus, secundũ quã mouet, sequitur statim sine omni alio medio, quod omne calefaciens calefieret, & omne docens doceretur, & quod sanãs sanaretur, & ædificans ædificaretur, si detur, quod omne mouẽs mouetur secundũ aliam speciem motus a specie secundũ quũ mouet, sequitur idẽ impossibile cum medio, s. quod calefaciens calefieret, & sanans sanaretur, & ædificans ædificaretur. Ex hoc sequitur, quod cum motu, quo mouens posterius mouet, cum eodem motu mouet mouens primum.

Non ergo necesse est id, quod mouetur ab eo semper moueri, quod ab alio motu cietur. Erit igitur exitus huiusce tandem processionis. Quare primo mouetur, aut a quiescente mouebitur, aut ipsum seipsum motu ciebit. At vero si considerare etiam oporteat, vtrum sit causa motus, atque principium, vtrum id, quod motu seipsum cieat, an id, quod ab alio agitatur, illud omnes vtique ponet. Quod enim per se causa est, id semper prior est eo causa, quod per aliud rationem causæ subit.

Tex.c. 39. *Non ergo necesse est semper moueri, quod mouetur ab alio, & ab hoc, quod mouetur, stabit ergo. Quare aut a quiescente mouebitur, quod mouetur primum, aut ipsum seipsum mouebit. At vero si oportet considerare, vtrum causa motus sit, & principium ipsum seipsum mouens, aut quod ab alio, illud omnis vtique ponet. Ipsum enim quidem, quod per se est causa, semper prius est eo, quod secundum alterum, & cum ipsum sit.*

HÆc est quarta pars principalis hu° capituli, in qua Phylosophus concludit conclusionem principaliter intentam io hoc capitulo, quæ est, quod non est necesse, qđ omne mouens moueatur, & hæc est decimanona conclusio de annexis, hæc conclusio probatur sic. Cum in mouẽtibus, & motis non sit procedere in infinitum, vt pbatum est septimo huius, & etiã oportet tandẽ deuenire ad primum motũ, tunc quęritur de primo moto, aut mouetur a motore moto, aut a motore, qui non mouetur, si mouetur a motore moto, aut mouetur a se, seu ab intrinseco, vel ab alio, s. a motore extrinseco, sed dignius est, vt oẽs concedunt, quod illud, quod mouetur a se, sit primũ principium, primum ergo motũ si mouetur a motore moto, oportet, quod moueatur a se, siue ab intrinseco principio, sed siue primũ motum moueatur a motore nõ moto, siue moueatur a se, semper sequitur, quod mouetur a moto nõ moto, & per consequẽs non est necesse, quod omne mouẽs moueatur omnino a motore non moto, si.n. mouetur a motore, non moto, omnino manifestum est, quod non est necesse, oẽ mouens moueri. & si mouetur a se, adhuc sequitur idem, q̃a si mouetur a se, diuiditur in duas partes, quarũ vna est mouẽs, & alia mota. Et tunc est quærendũ de parte mouente, aut mouetur, vel non, si nõ, habetur propositum, s. q̃ est deuenire ad mouens non motũ, & per consequens non est necesse, oẽ mouens moueri, si vero pars mouentis mouetur, aut mouetur a se, vel ab alio, si nõ ab alio, tunc certũ est, quod mouetur a se, ergo tunc diuiditur io duas partes, quarũ vna est mouens, & alia mota, & arguẽdũ est, vt prius, & sic vel est procedere in infinitum in mouentibus, & motis ex se, vt probatũ est, & hoc est impossibile, vel est deuenire ad aliquod mouens non motum, sed non est procedere in infinitũ in mouentibus, & motis, vt patet, ergo est deuenire ad aliquod mouens non motũ & p cõsequens nõ est necesse, qđ oẽ mouens moueatur. Vnde ista rõ solũ concludit, qđ non est necesse, quod oẽ mouẽs moueatur per se. Nec plus concludit ipsa ratio, vt patet, quare, quia, &c.

19. conclusio de annexis.

Tex. c. 3. & 5.

Tex.c. 35.

Quæ cum ita sint, considerandum est alio principio sumpto, si quid seipsum moueat, quonam modo se motu cieat. Omne itaque, quod mouetur, in semper diuisibilia diuisibile esse, necesse est. Demonstratum est enim, prius in hisce, quæ de natura vniuersaliter dicebamus, omne, quod per se mouetur, continuum esse.

Tex.c. 40. *Quare hoc considerandum est accipientibus aliud principium, si aliquid mouet ipsum seipsum, quomodo mouet, & secundum quem motum. Nec igitur omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim, ostensum est prius in vniuersalibus de natura, quod omne, quod per se mouetur, continuum est.*

IStud est quartum capitulum huius tractatus, in quo ostenditur, quòd in mouentibus se est deuenirẽ ad primum mouens immobile per se, scilicet, quod non mouetur per se, ad quod ostendendum inquirit Phyl. de moto ex se, secundum, quòd est motum ex se, quomodo, & a quo mouetur, quoniam ex hac perscrutatione deuenitur ad motorem immobilem. Vnde hoc capitulum continet duas partes principales, quoniam in prima destruuntur falsi modi, quibus ponitur aliquid mouere se. In secunda ibi. [Quoniam autem mouet,] exequitur de mẽbro, vel modo vero, quo aliquid mouet se. Prima pars continet tres particulas, quoniam in prima ostenditur, quòd nihil mouet se propter hoc, quod totum mouet totum. In secunda ibi. [Quoniam autem non contingit,] probatur, quod nihil mouet se propter hoc, quod vtraque pars mouentis se reciproce mouet reliquam partem. In tertia ibi [At vero neque ipsum,] probatur, quod nihil mouet seipsum. Primo per hoc, quod vna pars mouet seipsam, aut ex hoc, quòd plures partes mouẽt seipsas. In prima igitur partic. huius partis Phyl. proponit primo intentionem suam, deinde ponit quoddã necessarium ad propositũ. Deinde proponit, quòd nihil mouet se per hoc, quod totum mouet totum. Primo igitur Phyl proponit intentionem suam d. quare est considerandum, si aliqd mouet seipsum, quomodo mouet seipsum. Istud.n. est aliud principale ad immobilitatem inuestigandam primi motoris. Cognito n. quõ aliquid mouet se, manifestum est, quod primum mouens est immobile. Intelligendum est, q̃ Phyl per aliud principium intelligit aliam viam deueniendi ad cognitionẽ istius, cuius notitia inquiritur, vna n. via deueniendi in cognitionẽ huius, s. primum mouens est immobile, est scire, quod omne, quod mouetur, mouetur ab alio & q̃ in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum. Alia vero via deueniendi in cognitionem eiusdem, est scire, quomodo aliquid mouet se. Deinde Phyl. proponit quoddam necessarium ad eius propositum d. quòd necesse est, quòd omne, qđ mouetur, sit diuisibile in semper diuisibilia, nam ostensum est prius, quod omne, quod per se mouetur, est continuum, & intelligit quod continuum est illud, quod est diuisibile in semper diuisibilia, siue vere sit continuum, siue contiguum.

Fieri igitur nequit, vt id, quod motu seipsum cieat se totum penitus moueat. Vnum enim, ac indiuiduum specie feretur totum, fereturque latione eadem, & alterabitur, & alterabit. Quare docebit, atque docebitur simul, & sanabit, atque sanabitur eadem vtique sanitate.

D *Impossibile est igitur ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. Totum enim, fertur vtique, & feret secundum eandem loci mutationem, vnum cum sit, & indiuiduum specie, & alterabitur & alterabit, quare docebit vtique, & docebitur simul, & sanabit, & sanabitur secundum eandem sanitatem.*

TErtio Phyl. probat, quod nihil mouet se per hoc, quòd totum mouet totum. Pro cuius intellectione est sciendum, quod aliquid mouere se intelligitur quattuor modis, scilicet, vel ratione ipsius totius, vt scilicet, quia totum mouet totum, vel ratione partis, scilicet, quia vna pars mouet se. Tertio potest dici aliquid mouere se, quia vna pars mouet aliã, & hoc potest dupliciter intelligi, vno modo, quia vna pars reciproce moueatur ab alia, & econuerso, ita quod vtraque pars moueatur a reliqua, alio modo sic, scilicet, quòd vna pars moueat aliam, sic quòd vna pars sit tantum mouens,

20. conclusio de annexis.

Vu a &

Primã probatio. & alia tantum mota. Tria prima membra motorum sunt falsa, & solum vltimum est verum. Primo ergo Phyl. destruit primũ membrum, ostendendo, quòd nihil mouet se per hoc, quòd totum mouet totum, & hæc est vigesima conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Si aliquid moueret se per hoc, quod totum mouet totum, sequitur, quod totum moueret, & moueretur secundum eandem speciem motus, quia eodem motu totum moueret, & moueretur, sed hoc est inconueniens, quia sic transferens transferretur, & alterans alteraretur, &c. quod est falsum, vt patet ex præcedentibus, ergo non est verum, quòd aliquid mouet se per hoc, quod totum mouet totum. Intelligendũ, quod impossibile est aliquid mouere se, ita quod totum sit mouens, & totum sit motum, loquendo de motu vniuoco, vbi, scilicet, principium effectiuum motus est eiusdem speciei cum termino motus, possibile tamen est, quod totum moueat totum motu equiuoco, quia, scilicet, principium effectus motus differt specifice a termino motus, vt patet in motu grauium, & leuium.

Præterea, definitum est antea id moueri, quod mobile est, hoc autem est potentia, cum mouetur non actu. Sed quod est potentia, proficiscitur nimirum ad actum. Motus autem actus est mobilis imperfectus. At id, quod mouet, actu iam est, vt patet. Calefacit enim id, quod formam iam habet. Quare simul idem, eodemque, calidum erit, atque non calidum, & vnum quodque cæterorum similiter, quæ terminos habeat eiusdem nominis, rationisque, necesse est. Eius ergo, quod motu cietur interno, & suo, aliud mouet, aliud mouetur.

Amplius, determinatum est, quia mouetur mobile, hoc autem est, quod potentia mouetur, nõ actu. Quod autem est potentia vadit in actum. Est autẽ motus actus mobilis imperfectus, mouens autem iam actu est, vt calefacit calidum, & omnino generat habens speciem. Quare simul idem, & secundum idem calidum erit, & non calidum. Similiter autem & aliorum vnumquodq. quorumcunque mouens, necesse est habere vniuocum. Hoc quidem igitur mouet, illud autẽ mouetur ipsum seipsũ.

Secunda probatio. SEcundo probatur eadẽ conclusio sic. Mobile est tale in potentia ante actum, quale est mouens in actu mobile. n est in potentia, vt patet per diffinitionem motus, quæ est, qđ motus est actus entis in potentia, in quantum in potentia, si igitur aliquid mouet se ex hoc, quod totum mouet totum, sequitur, quod aliquid est talem in potentia ante actum, quale est ipsum in actu, nam ex eo, quod est motum in potentia ante actum, & ex eo, quod est mouens, est in actu, ergo idem esset in actu calidum, & in potentia calidum ante actum sed, quod est in potentia ante actum calidum non est calidum, ergo idẽ est calidum, & non calidum, quod est impossibile, quod aliqd mouet se propter hoc, quod totum mouet totum. Et addit Phylosophus, quod sicut sequitur, si calidum moueret se ad calorẽ, qđ idem esset calidum, & non calidũ, ita quod de vnoquoque aliorum, quorumcunque necesse est habere mouens vniuocũ. Si enim aliquid moueat se, ita quod totum moueat totum motu vniuoco, non sequitur, quod idem sit in actu, & in potentia ante actum respectu eiusdem. Et ex hoc concludit, quod mouẽtis seipsum necesse est, quod vna pars sit mouens, & alia mota, & hoc patet ex dictis Phylosophi, & Commen. Sed apparet, qđ Phylosophus per hanc rationem solum intelligit probare, qđ totum moueat totum motu vniuoco. Motus autem vniuocus est, vbi forma, quæ est principiũ actiuum motus, est eiusdẽ speciei cum forma, ad quã est motus, & illo modo calefactio causata a calido est motus vniuocus, quia talis caliditas est a calore, ad calorem, & sic illud dictum non est contra opinionem, quæ ponit, quod grauia, & leuia mouentur sursum, & deorsũ a seipsis, quia motus grauium, & leuium ad sua loca non est motus vniuocus, quia talis motus est a grauitate, & est ad vbi, sed vbi, & grauitas non sunt eiusdẽ speciei. Vnde cum dicto Phylosophi bene stat, quod grauia, & leuia moueant se ad sua loca, & ex hoc, quod moueant se motu locali totum, non sequitur, qđ agant in se propriè loquendo de actione. In actione vero

A vniuoca, & propriè dicta passum est tale in potentia, quale est agens in actu. Ad argumentum vero, quando dicitur, quod mouens est in actu, & mobile in potentia ante actum. Dicendum, mouens est in actu per suam formam, per quam mouet, & motum est in potentia ad terminum motus, nec est inconueniens, quod aliquid sit in actu per vnam formam, & in potentia ante actum per aliam formam. Notandum secundum Commen. hic, quod manifestum est, quod motor, a quo mouetur motum per se, non est corpus, quoniam si esset corpus, nõ moueret, nisi moueretur. Item Commen. dicit, quod Plato opinatus est, quod omnis motor, siue fuerit corpus, siue non, non mouet, nisi moueatur.

Esse autem impossibile, seipsum quicquã hoc pacto mouere, vt ab vtroque moueatur vtrunque, ex hisce sanè patebit. Nam si vtrunque mouebit vtrunque, nihil erit profectò, quod moueat primum. Id enim, quod prius mouet, causa magis est, vt moueatur id, quod motu cietur, quam id, quod illi cohæret. Duplex est enim id, quod motu ciet, B vt diximus. Quoddam enim mouet ab alio suscipiens motum. Quoddam seipso mouet. Atque id, quod longius ab eo distat, quod motu cietur propinquum est magis principio motus, quam id, quod in medio collocatur.

Quod autem non contingat ipsum seipsum mouere sic, vt vtrunque ab vtroque moueatur, ex his manifestũ est. Neque erit primum mouens nullum, si vtrunque mouebit. Quod enim prius magis est mouendi, quam cõsequẽs, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere erat, aliud quidem, quod ab alio mouetur ipsum, aliud autem ex seipso, proximus autem est, quod longius est ab eo, quod mouetur principio, quam medium. Tex. c. 41.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit, quod non est possibile mouens mouere se primo per hoc, quod vtraque pars mouentis se reciproce mouet reliquum, & hæc est C vigesimaprima conclusio de annexis, quæ probatur quadrupliciter sic. Si vtraque pars mouens, quam reliqua, & per consequens non est ibi primum mouens, cum de ratione primi mouentis est, quod plus moueat, & nulla pars plus mouet, quã reliqua, ergo neutra pars est primum mouens, & si non sit primum mouens, non est motus, quod falsum est, consequentia patet per hoc, quia in omni motu requiritur aliquod primum mouens. Hoc igitur est, sic arguere. In omni motu requiritur primum mouens, quoniam si non sit primum mouens, non est aliquod mouens posterius, & per consequens nullum erit mouens, sed si vtraque pars mouet reliquam, non est ibi primum mouens, quia neutra pars plus mouet, quam reliqua, & si non est primum mouens, non est motus, ergo si neutra pars moueat reliquam partem, destrueretur motus mouentis seipsum, & per consequens nihil mouet seipsum, & per hoc, quod vtraque pars mouentis mouet aliam reciproce. Nam dictum est supra, quod duplex est motus, scilicet, motus mouentis seipsum, & motus ab alio, primum mouens est mouens seipsũ, & mouens proximius primo mouenti magis mouet, & mouens remotius minus mouet, & si non est primum mouens, D non est aliquod posterius mouens, vt visum est supra, & per consequens non est motus. 21. cõcl. de annexis.

Præterea, quod mouet nõ necessario mouetur, nisi a se moueatur. Per accidens ergo mouet alterum contra. At accipiam posse ipsum nõ mouere. Aliud ergo mouebitur, aliud mouebit immobile.

Amplius non necesse est, mouens moueri, nisi a seipso secundum accidens, ergo contra mouet alterum, accipiebam igitur contingere, non mouere, ergo erit aliud quidem, quod mouetur, aliud autem mouens immobile.

Hic

Secunda probatio.

HIc secundo probatur eadem conclusio sic. In mouente seipsum pars mouens non mouetur. nisi a seipsa, quia non mouetur, nisi a se, & per consequens non mouetur, nisi per accidens, sed quod est per accidens potest non esse, ergo possibile est, quod pars mouens non moueatur, ergo non est necesse in mouente seipsum, quod vtraque pars moueat reliquam partem reciproce, vnde ista ratio solum probat, quod non est necesse in mouente se, quod vtraque pars moueatur a reliqua. Intelligendum, quod non oportet in omni motu, mouente seipsum, quod pars mouens moueatur a seipsa per accidens, quia cælum mouet seipsum, & motor cæli non mouetur per se, nec per accidens, tamen in omni mouente se, vbi pars mouens mouetur, oportet, quod pars mouens moueatur a seipsa, & ita mouetur per accidens.

Præterea non est necessarium id, quod mouet, contra moueri, sed necesse est, aut immobile quippiam moueat, aut, quòd a seipso motu cietur, si motum esse semper necesse est.

Amplius non necesse est mouens, cum mouet, contra moueri, sed aut immobile mouere, necesse, aut ipsum ab ipso moueri, si quidem necesse est, semper motum esse.

Tertia probatio.

HIc tertio probatur eadem conclusio sic. Si necesse est, motum semper esse, tunc non est necesse, partem mouentem econuerso moueri per accidens ab alio, sed necesse est, vel quod mouens est mobile, vel quod non mouetur ab alio, sed a seipso, & antecedens est verum, vt probatum est prius in primo capitulo huius octaui, quoniam probatum est ibi, quod necesse est motum esse æternum, ergo & consequens est verum, scilicet, quod est necesse, partem mouentem ab alio moueri, prima consequentia probatur per hoc, quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, nam si pars mouens non mouet, nisi moueatur, quia ei non inest moueri, nisi per accidens, & quod est per accidens, potest non esse, sequitur, quod possibile est, partem mouentem non moueri, & si non mouetur, non mouet per rationem illam, & si primum mouens non mouetur, sequitur, quòd nullus motus est, & per consequens non est necesse, motum semper esse, quod est oppositum antecedentis.

Præterea moueretur etiam eo motu profecto, quo mouet. Quare calefit id, quod calefacit.

Amplius, quod mouet motum, & mouebitur vtique, quare calefaciens calefit.

Quarta probatio.

QVarto eadem conclusio probatur sic. Si vtraque pars mouentis seipsum moueatur a reliqua, tunc vtraque, pars mouet, & mouetur, cum igitur mouentis seipsum, sit vnus motus tantum, sequitur, quod vtraque pars mouet, & mouetur eodem motu, & sic idem mouet, & mouetur secundum eundem motum, & sic calefaciens calefieret, & docens doceretur, & sic de alijs, quod est impossibile, ergo non est verum, quod mouentis seipsum vtraque pars moueatur a reliqua.

At vero neque, aut vna pars eius, quod primo se ipsum mouet, aut plures seipsas mouebunt. Totum enim ipsum, si a seipso mouetur, aut ab aliqua sui parte, aut a toto totum mouebitur. Si igitur, quia pars aliqua mouetur a seipsa, totum ipsum seipsum mouet, illa pars erit id plane, quod primum seipsum mouet. Separata namque seipsam illa mouebit. Totum autem non seipsum mouebit. Sin vero totum a toto mouetur, per accidens ipsę partes seipsas sanè mouebunt. Quare si seipsas non necessario mouent. Sumantur non a seipsis moueri, ipsius ergo totius non quædam, pars mouebit immobilis, quædam mouebitur,

A hoc enim pacto duntaxat aliquid seipsum mouere potest.

At vero neque primum ipsum seipsum mouens, neque vna pars, neque plures mouebunt ipsum seipsum vnumquodque. Totum enim si mouetur ipsum a seipso, aut ab aliquo, quæ sunt ipsius mouebitur, aut totum a toto. Siquidem igitur in mouendo aliquam partem ipsum a seipso, hoc vtique erit primum ipsum seipsum mouens, separatum quidem enim hoc quidem mouebit ipsum seipsum, totum autem non iam, si autem totum a toto mouetur secundum accidens, vtique mouebunt hæc ipsa seipsa. Quare si non sunt necessaria, accipiantur non mota seipsis. Totius igitur aliud mouebit, cum immobile sit, aliud autem mouebitur, solum enim sic possibile est adhuc ipsum mobile esse. Tex. c. 42.

B

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius, capituli, in qua ostenditur, quod nihil mouet seipsum, ex hoc, quod vna pars mouet seipsam, aut ex hoc, quod plures partes mouent seipsas, & hæc est vigesimasecunda conclusio de annexis, quæ probatur sic. Si aliquid mouet seipsum primo ex hoc, quod vna pars mouet seipsam, quæro de illa parte mouente seipsam, quæ cum sit diuisibilis, aut mouet seipsam, sic, quod illa tota mouet seipsam, aut quia vna eius pars mouet aliam, si detur, quod vna pars mouens dicatur mouere seipsam, quia vna pars mouet aliam partem, tunc illud, cuius est illa pars, non mouet seipsum primo, quia non mouet seipsum, nisi ex hoc, quod pars eius, qui diuiditur in partem mouentem, & in partem motam, mouet seipsam, & illa pars est primo mouens seipsam, quia si illa pars separaretur a toto, adhuc moueret seipsam, quia vna pars eius moueret aliã, & sic illa pars prima moueret seipsam, & non illud totum, cuius est pars, nec est dare, quòd illa pars mouens seipsam mouet seipsam, quia tota pars illa mouet se totam, & hoc dupliciter probatur, & primo sic. Si tota illa pars mouens mouet seipsam, illud est per accidens, sed quod est per accidens, potest non esse, igitur possibile est, quòd pars mouens non mouet seipsam, vnde cum pars mouens non potest mouere seipsam totam, nisi per accidens, & quod est per accidens non reperitur in omnibus vniuersaliter, sequitur, quod est deuenire ad aliquod mouens seipsum, cuius pars mouens erit immobilis, quia non mouebitur a seipsa, nec ab aliquo alio, sic enim solum est possibile, quod aliquid moueat seipsum primo. Vigesima secunda conclusio de annexis.

C

Præterea si totum seipsum mouet, aliud ipsius mouebit, aliud sanè mouebitur. Ipsum igitur a, b, a seipso, & ab ipso mouebitur a.

Amplius siquidem tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, illud autem mouebitur, ergo a, b, a seipsa quidem mouebitur, & ab a.

D

SEcundo probatur idem, scilicet, quod pars mouens, non mouet seipsam totam, ita quòd illa pars secundum se totã sit mouens, & mota, quia illa pars, quæ mouet se, oportet, quòd sit diuisibilis, & quòd vna pars eius sit mouens, & alia mota, & sic illa pars simul mouebitur a duobus mouentibus, & æque immediate, vnde breuiter illa est ratio, si aliquod totum mobile dicatur mouere seipsum, quia aliqua pars eius, mouet seipsam totam, vocetur illa pars, a, b, tunc sic, si a, b, moueat se, ita quòd tota moueat totam, vel hoc erit per accidens, vel per se, si per accidens, sed quod est per accidens contingit non esse, erit deuenire ad aliquod mouens seipsum, cuius vna pars mouens erit immobilis, si vero detur, quod illa pars a, b, mouet se per se, cum omne mouens se per seipsum, diuidatur in duo, quorum vnum est per se mouens, & aliud per se motum a, b, quod mouet per se totum erit diuisibile in a, quod est per se mouens, & in b, quod est per se motum. igitur a, b, per se mouebitur a duobus mouentibus secundum eundem motum, & æque immediatum, scilicet, a seipso toto, & parte ipsius, scilicet, a, b, quæ dicitur pars mouens, & b, quæ dicitur pars mota. Et intelligo, quod

inconueniens est idem moueri secundum eundem motum, & æque immediate a duobus mouentibus totalibus. Et ad illud inconueniens deducit illa ratio, quòd a, b, mouebitur a seipso primo tanquam a motore totali. Notandum secundum Commen. hic, quòd Phylosophus habet probare hoc inconueniens, scilicet, quòd motum ex se componitur ea motore, qui non mouetur, & ex moto, & non ex motore, qui innatus est mouere se, vt Plato dicebat, sicut dicit Commen & alij expositores, vt Alexander, & Themistius qui induxerunt demonstrationem super hoc, alio modo existimando ipsam esse bonorem, & certiorem demonstrationem Arist. dicunt enim, quòd motum ex se non potest euadi, scilicet a contradicentibus, scilicet, quòd diuidatur in duas partes, scilicet in motorem non motum, & in motum, aut, vt totum moueat totum, aut vt vtraque pars moueat vtramque partem, siue, vt pars moueat totum, aut, vt totum moueat partem, & dorum inconueniens in quatuor membris eadem via, & est, quòd motor est ipsum motum. Dicunt enim, si totum mouet totum, erit mouens idem cum moto, quòd est impossibile, & si pars moueat, totum, tunc eadem pars erit in ea motor, & motum, similiter si vtraque pars moueat vtramque partem, tunc vtraque pars mouebit se, & non erit differentia in hoc, quòd aliquid moueat se cum medio, vel sine medio. Similiter dicunt, quòd si totum moueret partem, sequeretur, quòd totum moueret se. Vnde Commen. dicit, quòd hoc totum est error, & deceptio. Et dicit, quòd Arist. intendit destruere illa membra ad confirmandum suam declarationem, quia aliquis potest existimare, quod motum ex se mouetur aliquo duorum modorum, & nō arguit per locum a diuisione destruendo illa quatuor, & ponendo quintum, & ideo induxit in vnoquoque illorum conclusionem, quam induxit in prima demonstratione, & si demonstratio esset fundata super modum contradictionis non induceret conclusionem, nisi semel. Intelligendum est etiam secundum Commen. hic, quòd Arist. non destruit alia duo membra, scilicet quòd in primo mouente se pars mouet totū, vel totum mouet partem, quia nullus existimatur in primo moto ex se, quod pars illius moti moueat totum, aut quòd totum moueat partem. Et postea dicit, quod non imaginabitur, quod pars moueat totum, aut quod totum moueat partem, nisi per accidens, & illi duo modi, qui sunt per accidens, sunt manifesti, ideo de eis non habuit curam Phylosophus, sed curauit destruere illos, in quibus non apparet eos esse per accidens.

Exposítio Alexá. & Themist.

Error eorum.

Cum autem eorum quidem, quæ mouēt, quoddam ab alio moueatur, quoddam immobile sit, eorum vero, quæ mouentur, aliud moueat, aliud non moueat quicquam. Id, quod seipsum mouet ex eo sanè, quod mouet, & non mouetur, & ex eo, quod mouetur, & non necessario mouet, sed interdum mouet, interdum non mouet, constare necesse est.

Tex. c. 43. *Quoniam autem mouet aliud quidem, quod mouetur ab alio, aliud autem, cum sit immobile, & mouetur, aliud quidem mouens, aliud autem nihil mouens ipsum seipsum mouens, necesse est ex immobili esse, mouenti autem, & adhuc ex eo, quod mouetur, non mouente autem ex necessitate, sed qualiter euenit.*

DEstructis membris falsis, secundum quæ aliquid existimatur mouere se, in hac parte, quæ est secūda pars principalis huius capituli, exequitur Arist. de membro quinto. quod est, quod aliquid mouet se ex hoc, quia diuiditur in duas partes, quarum vna mouet aliam, ostendendo, quòd partes habent primum motum ex se, & qualiter illæ partes se habeant adinuicem. Vnde pars ista continet quatuor particulas, quia in prima Phylosophus proponit intentionem suā, & ostendit, quòd primi mouentis se sunt duæ partes tantum, quarum vna est mouens, & alia mota. In secunda ibi [Contacta autem vtraque] ostendit, quomodo illæ duæ partes primi mouentis se habent adinuicem. In tertia ibi [Dubitationem autē habet] mouet, & soluit quandam dubitationem. In quarta ibi [Manifestum igitur ex his.] concludit ex prædictis conclusionem principaliter intentā in hoc capitulo. In prima ergo particula huius partis Phylosophus proponit intentionem suam dicens, quod mouens se diuiditur in duo, quorum vnum mouetur ab alio, & illud est mouens immobile, & iterum mobile diuiditur in duo, quia quoddam est mobile, quod etiam mouet, & quoddam est mobile, quod nihil mouet, oportet dicere quòd mouens seipsum componitur ex duabus partibus, quarum vna sit mouens immobilis, & alia moueatur, sic quòd non est necesse ipsam mouere aliam partem. Intelligendum secundum Commen. hic, quòd in moto primo ex se, pars mota non mouet aliam partem, tamen in motis ex se, quæ non sunt prima mota per se, bene contingit, quòd pars mota mouet aliā partē.

Quintum membrū.

Nam sit a, quidem mouens immobile, b vero id, quod ab a, mouetur, & mouet etiam c.

Sit enim a, mouens quidem, immobile autem, b quod mouetur ab a, & mouens, quod est, in quo c.

POsita intentione, declarat, quot sunt partes primi moti ex se, & intendit declarare, quòd primum motum ex se componitur ex duabus partibus tantum, quarum vna est mouens tantum, & alia mota tantum, sic, quòd non mouet aliquā aliam partem. Et hæc est vigesimatertia conclusio de annexis, quæ probatur sic. Si aliquod motum componitur ex pluribus partibus, quam ex duabus, quarum vna est mouens, & alia mota, & illud motum non est primum motum ex se, ergo ex oppositio sequitur oppositum, scilicet, si aliquid sit primum motum ex se, illud motum non componitur ex pluribus partibus, quā ex duabus, quarum vna est mouens, & alia mota, & non mouens aliquam aliam partem illius primi moti, probatio antecedentis, scilicet, huius conditionalis, si aliquid componitur, &c. sideretur aliquod motum compositum ex pluribus partibus, quam ex duabus, sit illud motum a, b, c, ita quod a, moueat b, & b. c, tunc ex quo a, mouet b, ablato c, adhuc a, mouet b, ergo totum compositum ex a, b, c, non fuit primum motum ex se, ex quo aliqua eius parte ablata, residuum mouet. Et sic contingit arguere de quocunque alio moto composito ex pluribus partibus, quam ex duabus, vt tribus, quatuor, vel quinque probando, quod illud motum non est primum motum ex se. Nam vel toti composito ex pluribus partibus competeret primo moueri a se, mota secunda parte, vel a motis alijs partibus residuum non moueret se, quia si aliquid remouetur ab eo, cui primo competit, remouetur a quolibet alio, si ergo moueri a se primo competeret a, b, c, si c. remoueatur ipsi a, b, c, non inest moueri a se, quia iam non esset, & per consequens, nec ipsi a, b, competeret moueri a se, verbi gratia: Si anima moueat corpus, & corpus baculum, & baculus lapidem non potest poni, quod compositum ex anima & corpore, baculo & lapide primo mouet se, quia si auferantur baculus, & lapis, tunc residuum, scilicet, compositum ex anima & corpore mouet se, quia anima mouet corpus, & ita totum mouet se, quia vna pars, mouet aliam, & sic patet, quod primum mouens seipsum diuiditur in duo, quorum vnum mouetur ab alio, & aliud mouet, & est immobile, sic quod pars mouens est immobilis, & pars mota non mouet aliam partem totius mouentis seipsum, contingit tamen quandoque, quod pars mota mouentis seipsum moueat aliquid, quod non est pars totius mouentis seipsum, sed non mouet aliquid, quod sit pars primi mouentis seipsum. Potest igitur illa ratio formari iuxta textum sic, ponatur prima pars a, quæ sit mouens immobile. Secunda vero pars sit b, & moueatur ab a, & moueat tertiam partem, quæ sit c, quæ sic moueatur, quod nihil moueat, quod sit pars mouentis seipsum, non enim potest dici, quod sit descensus in infinitum in partibus mouentis seipsum, quia sic mouens seipsum non esset finitum, quod est impossibile, ergo aliqua pars mouentis seipsum, quæ est mota, & non est mouens aliam partem mouentis seipsum, & illam dicimus c, licet enim contingat per multa media, quæ sunt mouentia, & mota peruenire ad vltimum motum, quod est c, accipiamus in loco omnium illorum vnum medium, quod sit b. Sequitur hoc totum a, b, c, mouebit seipsum, a quo toto si auferatur c, adhuc illud totum a, b, mouebit seipsum, quia vna eius pars est mouens, scilicet, a, & alia mota, scilicet, b, quod sufficit, & requiritur ad hoc, quod aliquid sit mouens seipsum, sed c, non mouet seipsum, nec aliam partem, vt supponitur. Similiter nec b, c, mouet seipsum sine a, quia b, non mouet, nisi inquantum mouetur ab a, quod non est pars eius, ergo relinquitur, quod a, b, c, est

Vigesima tertia conclusio de annexis.

a, b, est primum, & per se mouens seipsum, & quod necesse est, quod primum mouens seipsum habeat duas partes, quarum una sit mouens immobilis, & alia mota non mouens aliam partem mouentis seipsum, nec aliquid extrinsecum, nisi contingenter. Sed hic sunt duo notanda, & unum dubium, primo notandum est, quod Phylosophus per primum motum ex se intelligit minimum motum ex se, quo, scilicet, minus non mouetur ex se, tale enim motum ex se habet duas partes tantum in actu, quarum una est mouens, & alia mota tantum, sic quod non mouet aliam partem, & hoc probatur per demonstrationem Phylosophi, scilicet ibi.

Primũ notandum.

Hoc autem moueatur quidem, sed nõ moueat quicquam Nam & si fit, ut per plura quoque perueniatur ad ipsum c, per unum tamen solum nũc accedatur. Totũ igitur a b, c, seipsum mouet. Sed si auferam c, ipsum quidẽ a, b, seipsum motu ciebit, quippe cũ a, moueat b, moueatur, ut patet. At c. non seipsum motu ciebit, neq; omnino mouebitur. At uero nec ipsum b, c, sine a, seipsũ mouebit. Nã ex eo b, mouet, quia ab alio motu cietur, & non ex eo q̃ a mouetur a se, parte sua mouẽte. Ipsum igitur a b, solum seipsum mouet. Quæ cũ ita sint, id omne, quod seipsum mouet, habeat necesse est & id, quod mouet, & est immobile & id quod motu cietur, non autẽ necessario mouet.

Hoc autẽ motum quidem a, b, non mouens autẽ nullum. Si quidem .n. & plura media venit aliqd and. in c, sit per unũ solum. Omne ergo a, b, c, ipsum seipsum mouet, sed si auferet c, a, b, ipsum seipsum mouebit, quæ est mouens, b, uero quod mouetur c, autem non mouebit ipsum seipsum, neque penitus mouebitur. At vero neq; b, mouebit ipsa seipsam sine a, b, enim mouet in eo, q̃ od mouetur ab alio, non quia a suspsius parte aliqua, a, b, igitur solum ipsum seipsum mouet. Necesse itaque ipsum seipsum mouens habere mouens: immobile autem, & quod mouetur, nihil autem mouens ex necessitate.

Demonstratio.

A B C

Secũdum notandũ. SEcundo est notandum secundum Commentatorem in quibusdam motis ex se pars mota mouet aliam partem, ut in his, quæ non sunt prima mota ex se, ut potest patere in motu progressiuo animalis, quoniam totum animal mouet se, & una pars mouet aliam, & illa pars mota mouet iterum aliam partem, quoniam totum animal mouet se, & una pars mouet aliam, & illa pars mota mouet iterum aliam partem: quoniam cor mouet musculos, & neruos & musculi, & nerui moti mouent crura, & tibias, & ideo totum animal nõ est primum motum ex se, sed aggregatum ex corde, & partibus cordis, & virtute motiua est primum motum ex se. Sed dubitatur, quia septimo huius, & etiam in isto octauo Aristotel. probauit, quod nullum totum mouet se primo, & sic videtur, quod dicta Aristotel. hic & ibi repugnent. Ad illud respõdetur, quod in mouente seipsum est tria considerare, scilicet, mouens actiue, & motum passiue, & ipsam reciprocationem, quoniam cum dicimus animal mouere seipsum dicimus ista, scilicet animal mouere, & animal moueri, & reciproce, scilicet, animal moueri a seipso, quod ergo aliquid moueatur a seipso primo, hoc potest intelligi tripliciter, scilicet, uel secundum quod ly primo refertur ad motum passiue, uel secundum quod refertur ad mouens actiue. vel secundum quod refertur ad ipsam reciprocationem, primis duobus modis est falsum dicere, quod aliquid mouet se primo, quia nec animal, nec cor, nec aggregatum ex animali, & corde est primum mouens, nec etiam primum motum, quoniam motio actiua non attribuitur primo animali, nec alicui aggregato ex anima, & corpore, nihil enim tale aggregatum

Dubium.

Respõsio.

A mouet se, nisi in ratione animæ, nec motio passiua attribuitur primo aggregato ex corpore, & anima, quia huiusmodi aggregatum non mouetur, nisi ratione corporis. Si vero ly primo referatur ad ipsam reciprocationem, sic est uerum, quod aggregatum ex corpore, & anima mouet se primo, quia est deuenire ad tale aggregatum ex aliquo corpore, & ex anima & corde, vel aliqua parte cordis, quod mouet se, non ex hoc, quod aliquid mouet aliud, & tali aggregato inest mouere primo se, quamuis nec mouere, nec moueri insit primo huiusmodi aggregato. Vnde in primo moto ex se est inuenire primum mouens, & illud est forma, & primum motum, & illud est corpus, & primum motum ex se, & illud est aggregatum ex corpore, quod est primum motum, & forma, quæ est primus motor. Per hoc igitur ad argumentum dico, quod in septimo huius Phylosophus negat aliquid mouere se primo secundum quod primitas refertur ad mouens, vel ad motum, uel ad vtrumque, sed bene conceditur aliquid mouere se primo secundum quod primo refertur ad reciprocationem in tali motu, & illa non repugnant. Vel dicitur, quod in septimo huius negatur, aliquid mouere eu se primo secundum quod ly primo dicit prioritatem causalitatis, & sic conceditur aliquid moueri a se primo secundum

B quod ly primo dicit minimum tale, scilicet, quod potest mouere se.

Quæ quidem, aut sese mutuo tangunt, aut alterum: alterum tangit.

Contacta autem vtraque abinuicem, aut ab altero alterum.

HAec est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua ostenditur, quomodo illæ duæ partes primi mouentis sese habent adinuicem, & intendit dicere, quod duæ partes primi mouentis seipsum, quarum una est mouens, & alia mota debent esse contacta, hoc est debeant aliquo modo coniungi adinuicem, non autem adinuicem debent continuari vera continuatione, quia in mouente seipsum non possunt uere mouens, & motum continuari adinuicem, sed necesse est, ea diuidi, unde

C requiritur, & oportet partes mouentis se coniungi adinuicem per contactum, sic quod vtraque pars tangat reliquam: uel una illarum partium tangat aliam. Circa quod est sciendum, quod vel ambæ partes primi mouentis se habent ad magnitudinem, & tunc vtraque pars tangit aliam, ut patet de partibus corporis, quarum una mouet aliam, verbi gratia, cor mouet aliam partem corpoream, uel una pars cordis mouet aliam partem, & tunc vtraque pars tangit aliam partem, vel tantum altera pars, quæ habet magnitudinem, ut patet de composito, & corde, & anima, seu potentia motiua, vbi tantum altera pars, quæ habet magnitudinem coniungitur ab alia parte, & non econuerso, quia incorporeum sua uirtute potest tangere corporeum mouendo, & non econuerso.

Quod si id, quod mouet, continuum sit; nã id, quod motu cietur: necessario continuũ est, patet totum seipsum motu ciere: non ex eo, q̃ aliquid

D ipsius est tale, ut ipsum seipsum moueat: sed q̃ a toto seipsum mouet. Mouetur aũt, & ẽt mouet ex eo sané, quia ipsius est aliquid & id quod mouet, & id, quod mouetur. Non enim totum mouet, neque totum mouetur, sed mouet quidem a, mouetur autem tantummodo b. ipsum uero c, non necessario mouetur a, b. Est enim hoc impossibile.

Siquidem igitur continuum est mouens. Quod enim mouetur continuum necessarium est esse: manifestum est, quod totum ipsum seipsum mouet: non eo, quod ipsius aliquid huiusmodi sit, ut ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum, motum autem, et mouens, eo quod ipsius aliquid est mouens, & aliquid motum: non enim totum mouet, neque totum mouetur:

sed

sed mouet quidem a, b, autem mouetur tantum, sed c, ab ipso b, non iam. Impossibile enim.

Quare autem totum, cuius vna pars mouet aliam, dicitur mouere seipsum: Ostendit Phylosophus: suppositio ad præsens, quod vtraque pars habeat magnitudinem, quia nondum est ostensum, quod aliquis motor nō habeat magnitudinem, dicit Phylosophus, quod ipsi toti composito tria attribuuntur, scilicet, mouere, moueri, & mouere seipsum, sed hoc, quod est mouere seipsum non attribuitur ei propter hoc, quod aliqua pars mouet seipsam, sed quia ipsum totum mouet seipsum totum, & hoc est ideo, quia mouere, vel moueri attribuitur ei ratione partis, non enim secundum se totum mouet, neque secundum se totum mouetur, sed vna eius pars mouet, vt a, & alia pars mouetur ut b, & non est dare tertiam partem ipsius primi mouentis se motam a, b, ut declaratum est.

Existit autem dubitatio hoc loco quædam. Si quispiam, aut ipsius a, si continuum sit id, quod B mouet quidem: sed non mouetur, aut ipsius b, quod mouetur, aliquam auferat partem: mouebitne reliquum ipsius a, aut reliquum ipsius b, motu ciebitur. Nam si mouebit, aut mouebitur, non erit a, b, profecto id, quod a seipso primo mouetur. Ablata enim ab eo parte, reliquum a, b, seipsum adhuc mouebit.

Tex. c. 44. *Dubitationem aūt habet, si auferat aliquid quis ab ipso a, si continuum mouens quidem: immobile autem aut ab ipso b, quod mouetur. Reliqua ergo ipsius a, mouebit, reliqua aūt ipsius b, mouebitur. Si enim hoc: nō vtique erit, quę primo mouetur a seipsa, quæ est a, b. Remota enim ab a, b, adhuc mouebit seipsam reliqua a, b.*

Dubium. Hæc est tertia particula secundæ partis principalis huius cap. in qua mouetur, & soluitur vna dubitatio, quæ talis est, nam dictum est nunc immediate, quod illud, quod mouetur a se primo, componitur ex duabus partibus tm̄ & sic remota alia parte ab aliquo toto primo moto ex se, residuū nō pōt mouere se. Illud non vr̄ verū, quia illæ duæ partes a, b, sunt continuæ, & diuisibile, vel saltem una pars, q̄ est mota. i. b, est diuisibilis, quia omne mobile est diuisibile in infinitum, si ergo auferatur aliqua pars ab ipso b, dubitatur, an residua pars moueatur ex se, vel non, & videtur, quod sic quia omnis motor potens mouere totum, potest mouere partem, ergo si a, potest mouere b, potest etiam mouere partem ipsius b, quæ remanet ablata vna parte ab ipso b. Et si detur, quod remota parte ab ipso b, residuum potest mouere se, ergo illud residuum, quod remanet ablata parte, ab ipso b, mouebit seipsum primo, & per consequens a, b, non mouet seipsum primo, & per eandem rationem non erit aliquid mouens seipsum primo.

An nihil prohibet vtrunque, aut alterum, id, in quam, quod mouetur diuisibile quidem esse po- D tentia: indiuisibile autē actu. Si uero diuisum fuerit non vlterius potentiam eandem habere. Quare nihil obstat, ut in ipsis diuisibilibus aliquid insit potentia primo tale.

Aut potentia quidem, nihil prohibet vtrunque. Aut alterum, quod mouetur diuisibile esse, actu autem indiuisibile. Si autem diuidatur, non adhuc erit habens eandem potentiam. Quare nihil prohibet, & in diuisibilibus potentiam primum esse unum.

Solutio. Hic Phyl. soluit illam dubitationem d. q̄ quando vtrumq; est continuum, scilicet, mouens, & motum, vel prohibet vtrunque esse diuisibile in infinitum in potentia, & non A in actu, quia non pōt actu diuidi, & si diuidatur non retinebit eandem potentiam ad mouere, uel moueri, quam prius habebat, quia huiusmodi potentiæ consequuntur formam, & forma naturalis ad actionem suam requirit determinatam quantitatem. Vnde primi mouentis se, aut mouens, aut motum, aut est corruptibile, vel incorruptibile, si incorruptibile non potest diuidi, si uero sit corruptibile, & diuidatur in actu, non retinebit eandem potentiam ad mouere, & moueri, quam prius habebat, ut patet de corde, a quo si auferatur aliqua pars, residuum non habebit potentiam, quam prius habuit ad mouere, & ad moueri. Vnde nihil prohibet in his, q̄ sunt diuisibilia in potentia, esse primum mouens, aut primū motum. Et per hoc ad formam dubitationis est dicendum, q̄ si a, b, sit primum mouens ex se, & auferatur aliqua pars ab ipso a, uel ab ipso b, residuum non manebit in illa dispositione, sed corrumpetur, vel si mouebit, non manebit in tali dispositione, vel potētia, q̄ possit se mouere. Hic sunt tria notanda. Primo est notandum secundum Comment. q̄ impossibile est, ut diuidatur motum in actu in infinitum, & similiter motor: quoniam diuisio perueniret tunc ad hoc, quod eorum natura corrumperetur, verbi gratia, si primum motum ex se B fuerit iste ignis demonstratus, a quo si auferamus vnam partem, & postea aliam: sic deinceps perueniremus ad talem quātitatem, quæ si diuidatur, corrumpetur ignis, cum minima quantitas ignis sit determinata. Et similiter de animali anuloso, ex quo si diuisa fuerit aliqua pars non remanebit residuum motum ex se, & cum ibi diuisio non procedat in infinitum manifestum est, hoc esse motum ex se primum, & motorem primum, & tale motū esse in principio septimi posuit Phylosophus ad declarandum omnem motum habere motorem, hæc Comment. Vnde Phylosophus quando dicit primū motum diuidi in duas partes tantum. Per primum motum intelligit minimum motum, in quo potest saluari actio debita speciei, & huic consonat expositio Commen. Nam Comment. super septimo huius com. secundo dicit, q̄ primum motum in igne est minima pars ignis, quæ potest esse ignis in actu, & dicit hic, q̄ si auferamus vnam partem ab igne, & postea aliam: perueniemus ad talem quantitatem, quæ si diuidatur, corrumperetur forma ignis, cum minima pars ignis sit determinata. Et ex hoc potest patere, q̄ si remoueatur aliquid a primo moto ex se, non remanebit residuum in actu in eadē C dispositione, in qua prius fuit, nec est inuenire in residuo partem, quæ potest mouere, & moueri, & huic consonat id, quod dicit Phylosophus. s. quod mobile est diuisibile in infinitum in potentia, & non in actu. Nam quantum est ex parte materię, & quantitatis mobile est diuisibile in infinitum, idest, mobile est diuisibile in infinitum in potentia, sed non est diuisibile in infinitum ex parte formæ, quia ratione formæ est dare minimum, in quo saluatur natura speciei, & quia forma, & actus sunt idem, ideo dicitur, quod mobile non est diuisibile in infinitum in actu. Vnde breuiter, licet ex parte materiæ, & ex parte principij potentialis mobile sit diuisibile in infinitum, tamen ex parte actus, & formæ non est diuisibile in infinitum, sed est deuenire ad minimum, & sic patet, qualiter debet intelligi, quod continuum est diuisibile in infinitum, quia in potentia, & non in actu, uel pōt intelligi per minimū in actu, minimum, quod potest per se existere actu separato, & per minimum in potentia minimum, quod potest inexistere toti, & huiusmodi minimum in potentia non est dare in aliquo continuo, quia omne continuum est diuisibile in infinitum in partes inexistentes toti. Secundo est notandum D quod Aristot. septimo huius probat, quod non est aliquod primum neque ex parte mobilis, neque ex parte mouentis, neque ex parte temporis, neque ex parte rei, in qua est motus: præcipue in augmento, & in motu locali, & hoc ideo est: quia tunc considerat de motu mobili, & mouente in communi non applicando ad naturas determinatas, & ideo secundum quod tunc loquebatur non est primum mobile, nec primum mouens corporeum, nec aliquod primo mouens seipsum, sed quia hic Phylosophus loquitur de mobili mouente, & motu applicando ad determinatas naturas, ideo aliquid ponit mouens seipsum primo. Et si dicatur, quod mouens potens mouere totum, potest etiam mouere partē diuisinam a toto: ut patet per regulas datas in septimo huius, quia si a, potest mouere b, ablata aliqua parte a, b, a, potest mouere residuum. Dicendum, quod rationes Phylosophi in septimo huius intelliguntur, quando per diuisionem partis a toto non corrumpitur pars remanens, sed manet mobile, sicut prius, nunc autem si aliqua pars auferatur ab ipso b, residuum, uel corrumpitur, vel remanet immobile.

Primum notandū.

Idem inf. 61. idem 6 ph. 32. 49. 59. 91. idē prin. phy. 36. 37. 38. idem 3. de anima 41. 97. & primo cę. 116. Comm. 2.

Secundū notandum.

Tertio

Tertium notandum. Tertio est notandum secundum Commen. quod in aliquibus motis ex se motor est diuisibilis, & in aliquibus non est diuisibilis, nec essentialiter, nec accidentaliter, quoniam motores sunt duobus modis, quia quidam est motor materialis, & constituitur in esse per rem motam ab eo, cuiusmodi est motor in rebus generabilibus, & corruptibilibus. & talis motor est diuisibilis per accidens. Alius uero est motor immaterialis, qui non constituitur per rem motam ab eo, & huiusmodi motor non est diuisibilis, neque essentialiter, neque accidentaliter.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus esse, id, quod primo mouet immobile. Nam siue statim ad ipsum primum immobile, siue ad id, quod mouetur quidem ipsum uero seipsum mouet, sistitque gradum cum libet. fiat ex eo quod mouetur, ab aliquo uero mouetur accessio, vtroque modo nimirum accidit id, quod primo mouet in omnibus his esse, quæ mouentur, immobile.

Manifestum igitur ex his est, quoniam est primũ mouens immobile. Siue enim mox stet, quod mouetur ab aliquo, aut motum ad immobile primũ, siue in quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens, et stãs vtrobique, accidit primum mouens in omnibus esse motis immobile.

Secunda concl. huius libri. HAec est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. concludit conclusionem secundam principalem huius libri, quæ est, quod primum mouens est immobile, quæ conclusio probatur hic, & etiam in sequentibus, probatio, qua probatur conclusio est, quod contingit deuenire ad aliquod motum ex se, ut probatum est superius, quoniam aliter procederetur in infinitum in mouentibus, & motis. & sic non esset primum mouens, & per consequens nec aliquod mouens posterius, & per consequens nullus erit motus omnino, nisi deueniatur ad primum motum ex se. Quæro ergo de motore mouente primum motum ex se, aut mouetur, aut non mouetur, si mouetur, habetur propositum, quia mouens primum motum ex se est primum mouens, & ideo si illud mouens sit immobile, sequitur, quod primum mouens est immobile. si vero detur, quod mouens primum motum ex se, sit immobile, siue quod moueatur, aut igitur mouetur ab extrinseco, aut ab intrinseco, non est dare, quòd moueatur ab extrinseco, quia ex quo totum primum motum ex se mouetur ab intrinseco, nõ est dare, quod pars, quæ est mouens moueatur ab extrinseco, nec est dare, quod moueatur ab intrinseco, quia sic, aut moueretur a se, aut ab alia parte, non ab alia parte, quia sic vtraque pars primi moti ex se moueret reliquam partem reciproce, quod improbatum prius. Necest dare, quod mouens primũ motum ex se moueatur a se, quia sic diuideretur in duas partes: quarum una esset mouens, & alia mota. Et quærendum est de parte mouente, sicut prius, aut mouetur, aut non, si non, habetur propositum, scilicet, quod primus motor est immobilis si uero detur, quod mouetur, aut ergo ab extrinseco, aut ab extrinseco. Et quærendum est, sicut prius, & sic erit processus in infinitum, quod est inconueniens, ergo est necesse, quod primum mouens sit immobile. Vnde Comment. format rationem itam sic. Omne motum, aut est motum ex se, aut est motum ex alio, & motum ex alio pertinet ad motum ex se, & motum ex se habet motorem, qui non mouetur. ergo omne motum habet motorem, qui non mouetur. Et addit Comment. dicens, quod omnes motus reducuntur ad tale mouens, quod non mouetur, aut ad vnum tale, aut ad plura vno. Intelligendum, quòd illa ratio non probat, quod primus motor omnino est simpliciter immobilis, sed solum probat, quod in vnoquoque ordine mouentium, & motorum primum mouens in illo ordine est immobile ex se, hoc est, quod non est per se mobile, quia solum probat, quod in quolibet ordine mouentium, & mobilium est deuenire ad primum mouens in illo ordine, quod non mouetur per se, cum hoc tamen bene stat, quod mouetur per accidens a

A seipso, sed superius posuit, & inferius ponet rationes probãtes conclusionem hic positam, scilicet, quod primum mouens in toto vniuerso est simpliciter immobile, ita quod, nec est mobile per se, nec per accidens.

Cum autem semper esse motum oporteat, & nullas eius intercapedines fieri, esse quippiã primo mouens perpetuum, immobileque, aut unũ, aut plura, necesse est. Vnumquodque igitur eorum, quæ mobilia sunt, atque mouent, perpetuũ esse, non ad præsentem sermonem pertinet. Esse autem aliquid necessario, quod semper omnis, quidem sit mutationis tam absolute, quam per accidens expers aliud autẽ moueat, perspicuũ, si hoc pacto considerabimus, fiet. Atque sit ita, si cui placeat in aliquibus fieri posse, ut aliquando sint, aliquando non sint: sine generatione, corruptione ve Fortasse namque necessarium est, si q̃d partibus vacans aliquando sit, aliquando nõ sit, omne tale sine mutatione esse, atque non esse. Et hoc insuper concedatur fieri posse, ut principiorum immobilium motiuorum quædam aliquando sint, aliquando non sint. Sed impossibile est hanc omnia conditionem subire.

Quoniam autem oportet semper motum esse, & non deficere, necessarium est aliquid esse, quod primum mouet. Siue ergo unum sit, siue plura, & primum mouens immobile est. Vnumquodque quidem igitur perpetuum esse immobilium, mouentium quidem nihil pertinet ad eam, quæ nunc, rationem. Quoniam autem necessarium est esse aliquid immobile quidem ipsum ab omni exterius mutatione, & simpliciter & secundum accidens, motiuum autem alterius, manifestum est considerantibus sic. Sic autem si aliquis velit in quibusdam contingens esse, ut & sit aliquando, & non sit, sine generatione, & corruptione. Fortassis enim necessarium est, si aliquod impartibile aliquando quidem est, aliquando autẽ non sine mutatione, aliquando quidem esse, aliquando quidem non esse omne tale. Et principiorum immobiliũ quidem motiuorum autem quædam aliquandoque quidem esse, aliquando autem non esse contingat, & hoc. Sed nequaquam omnia possibile est. Tex. c. 45. Tex. c. 46.

IStud est quintum capitulum huius tractatus, in quo Phylosophus intendit declarare, quòd primum mouens est simpliciter immobile, ita quod nec est mobile per se, nec per accidens, & continet duas partes principales, quarum in prima Phylosophus ostendit primum motorem omnino esse immobilem per æternitatem primi motus. In secunda ibi. [Et iterum considerans.] Ostendit idem per considerationem eorum, quæ mouentur ex se. Prima pars continet quatuor particulas, quia in prima Arist. proponit quatuor necessaria ad suum propositum. In secunda ibi. [Manifestum enim est.] ostendit, quod primum mouens est immobile, & perpetuũ. In tertia ibi. [Manifestum ergo est quamuis, &c.] declaratur, quod oportet ponere aliquod motum per se perpetuum. In quarta ibi. [Vnum autem, &c.] declaratur, quod est tantum vnus primus motor. In prima ergo particula huius partis Phylosophus proponit quatuor necessaria ad propositum suum, quorum primum est unum, quod est etiam prius ostensum, scilicet, quod motus est semper; & quod nunquam deficiet, & etiam, quod in mouentibus, & motis non est procedere in infinitum, ideo necesse est stare, uel ad primum mouens mobile; uel ad primum mouens seipsum, & tunc altera eius pars est immobilis. Secundum, quod Phylosophus præmittit, quòd sine ponatur, quod omnia principia mouentia in his, quæ mouent seipsa sunt incorruptibilia, Primum necessariũ. Secũdum.

ut quidam posuerunt, scilicet, quod omnes animæ mouentes sint incorruptibiles, siue aliquod primum mouens in mouentibus seipsa sit incorruptibile, ut anima intellectiua, sicut ipse ponit, vel refert ad propositum, quia siue ponatur vno modo, siue alio semper habetur propositum, scilicet, quod primum mouens est incorruptibile, & immobile. [Quoniam autem necessarium] Tertium vero, quod Phylosophus proponit, est expositio intentionis, quam intendit probare, & est, quod aliquod mouens mobile est perpetuum. Vnde dicit, quod ex sequentibus patebit, quod licet non omne mouens immobile sit perpetuum, tamen aliquod immobile est perpetuum, scilicet mouens, quod non mouetur ab aliquo exteriori, nec per se, nec per accidens, quod tamen mouens sit alterius motus. Et hoc intendit Phylosophus probare, dicens. Ab omni exterius mutatione, quia motus interiores, vt intelligere, & appetere, & huiusmodi non intendit excludere a primo mouente, de quo hic intendit. [Sic autem si.] Quartum vero, quod Phylosophus intendit hic, est exclusio cuiusdam rationis, per quam aliquis posset inniti ad probandum propositum, scilicet, quod aliquod mouens, siue primum mouens, est perpetuum, & ratio est talis. Omne, quod non potest quandoque esse, & quandoque non esse est perpetuum, sed primum mouens non potest quandoque esse, & quandoque non esse, ergo, minor probatur per hoc, quia primum mouens non potest quandoque esse, & quandoque non esse, & sic primum mouens est immobile, & per consequens non potest quandoque esse, & quandoque non esse, quia quod quandoque est, & quandoque non est, generatur, & corrumpitur, & per consequens mouetur, quod non competit motori immobili, ergo primum mouens est perpetuum, cum sit incorruptibile, hanc rationem excludit Phylosophus non curans de ea, dicens, quod si aliquis vellet dicere, quod non oportet omne, quod quandoque est, & quandoque non est, quod quandoque generatur, & quandoque corrumpitur per se loquendo, nec etiam, quod per se moueatur, ut patet de impartibilibus, ut de lineis, superficiebus, & punctis, quæ quandoque sunt, & quandoque non sunt sine per se generatione, & corruptione eorum, quæ fiut, sed per se generationem, & corruptionem aliquorum corporum, scilicet, eorum quorum sunt termini, & sic potest dici, quod principiorum immobilium quædam quandoque sunt sine generatione, & corruptione ipsorum, sed non potest dici de omnibus principiis immobilibus, sed tandem est deuenire ad aliquod principium immobile perpetuum, ingenerabile, & incorruptibile.

Tertium.

Quartũ.

Nam aliquam hisce causam esse patet, quæ ipsa seipsa mouent, ut aliquando fint, aliquando nõ sint. Etenim id quidem, quod seipsum mouet, magnitudinem habeat omnem necesse est, si nihil partibus uacans mouetur. Id autem, quod mouet, nulla necessitate est tale. Vt igitur alia generentur, alia corrumpantur, idque continue fit, nihil eorum est causa, quę immobilia quidem sunt, tamen non semper sunt, neque rursus eorum, quæ semper quidem hæc mouent, alia uero alia mouent. Perpetui enim, atque continui, nec vnum ipsorum est causa, nec uniuersa. Nam sic sese quidem habere perpetuum, ac necessario est. Vniuersa autem sunt infinita, & non simul omnia sũt.

Manifestũ autem est, quod causa quædam ipsa seipsa mouentibus inest, ipsius quod est aliquando quidem esse, aliquando autem non esse. Ipsum quidem enim seipsum mouens, necesse est omnem magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile. Mouens autem neque una necessitas est ex dictis. Ipsius igitur, quod est alia quidem fieri, alia vero corrumpi, & hoc continue nulla causa est immobilium quidem, non semper autem entium, neque ipsorum quidem semper hoc mouentium. Horum autem altera. Ipsius enim semper, & continui,

A *neque vnumquodque ipsorum causa, neque omnia. Hoc enim quidem sic se habere, semper, & ex necessitate est, omnia autem infinita, & non sunt simul omnientia.*

HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli: in qua Phylosophus ostendit, quod primum mouens est perpetuum. Et hæc est vigesimaquarta conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Effectus perpetuus non potest esse sine causa perpetua, sed continuatio, siue successio generationis, & corruptionis mouentium se generabilium, & corruptibilium est quidem effectus perpetuus. ergo habet causam perpetuam, sed causa perpetuitatis generationis, & corruptionis corruptibilium, aut est quoddam mouentium se corruptibilium, vel omnia illa, vel aliquod mouens se incorruptibile, uel primum mouens vel aliquod mouens omnino immobile. Non est dare primum, scilicet, quod sit aliquod mouentium se corruptibilium, nec etiam, quod aliquod corruptibile sit causa perpetuitatis generationis, quia quod B quandoque est, & quandoque non est, non potest esse causa perpetuitatis alicuius, nec est dare, quod omnia talia sint simul causa perpetuitatis generationis & corruptionis. Tum quia omnia illa sunt infinita. Tum quia omnia illa non sunt simul, causæ autem, quæ sunt causæ essentialiter necessario sunt simul, & finitæ, nec primum mouens omnino immobile potest esse causa immediata perpetuitatis generationis, & corruptionis, quia primum mouens omnino immobile semper se habet vniformiter, & sic non potest esse immediata causa generationis alicuius quandoque, & corruptionis eiusdem quandoque, quia sic se non haberet vniformiter: ergo relinquitur, quod perpetuitas generationis sit ab aliquo mouente se incorruptibili, quod aliter, & aliter se habet respectu generabilium, & corruptibilium, per cuius motum perpetuum causatur perpetuitas generationis, & corruptionis. Et sic apparet, quod est dare aliquod mouens se perpetuum, nunc autem si aliquod mouens se sit perpetuum, oportet, quod eius motus sit perpetuus, & si aliquis motor sit perpetuus, oportet, quod maxime primum mouens sit perpetuũ, sic ergo patet, quod primum motum ex se, scilicet, cœlum est C causa perpetuitatis generationis, & corruptionis, & ea ratione, qua mouetur difformiter est causa generationis, & corruptionis, & ea ratione, quæ est perpetuum, est causa perpetuitatis in his inferioribus. Notanda sunt hic tria secundum Commentat. primum est declaratio, qua Comment. declarat, quod res generabiles, & corruptibiles sunt perpetuæ causæ generationis, & corruptionis. Illud enim declarat dupliciter. Primo per hoc, quod primus motus, qui continet totum, est æternus, & primus motus est causa generationis, & corruptionis in istis inferioribus, ideo res inferiores sunt perpetuæ causæ generationis, & corruptionis. Secunda declaratio est talis, homo non generatur, nisi ab homine, & sic homo generans fuit generatus ab alio homine & sic semper, ergo generatio hominis est perpetua. Et eadem ratio videtur de aliis generabilibus, & corruptibilibus. Quod autem homo non possit generari, nisi ab homine, siue a semine hominis: probatur per Comment. dupliciter, & primo sic. Si esset possibile, quod homo generaretur a non homine, siue a non semine hominis: tunc de necessitate homo ille diceretur homo æquiuoce, cum illo homine, qui est generatus ex semine hominis, quod probatur per hoc, quia homo generatus ex semi- D ne hominis, & homo generatus ex alio quam ex semine hominis, haberent diuersas materias secundum speciem, & per consequens haberent formas diuersas secundum speciem. Vnde Comment. dicit, quod quando materia fuerit diuersa, diuersificabitur forma, & si non, tunc non essent hic materiæ propriæ, neque formæ propriæ, & tunc quodlibet generaretur ex quolibet, & sic essent materiæ primæ ociosæ, & superfluæ. Secundo probatur idem sic. Si esset possibile, quod homo generaretur ex alio, quam ex semine hominis, tunc aut hoc esset necessarium aut in maiori parte, aut in minori, si esset necessarium, tunc homo non generaretur ab homine, & si esset in minori parte, tunc homo non generaretur ab homine, nisi in minori parte, & sic homo generaretur ab homine a casu, quod improbat quinque modis. Primo per hoc, quia homo generatur ab homine naturaliter, si ergo generaretur ab homine a casu, tunc eadem species inueniretur a natura, & a casu, quod est falsum, quia quod fit a casu semper est oppositum eius, quod fit a natura. Secundo improbat

Vigesima quarta cõclusio de annexis.

Primum notandũ.

probat hominem generari a casu, quia sic comparatio, & respectus causatorum ad causata non esset naturalis, sed a casu, & accidentalis, & cum talis posset non esse, tunc auferretur natura, quia natura est determinatus ordo, & determinata comparatio causatorum ad causata, ut vult Philosophus secundo Tex.c.15. metaph & etiam secundo huius. Tertio probatur, quod homo non generatur ab homine a casu sic. Illud, quod fit a casu, fit a causis inuentis propter aliquam speciem in maiori parte, quando impeditur ab inueniendo illud, quod est naturaliter innatum inueniri ab eis, si ergo homo generaretur a casu, necesse esset, ut generaretur a causis, quæ fuerunt propter aliquam speciem, & impediebantur a generatione illius speciei, & ideo causæ eius, quod fit a casu, non sunt determinatæ. Quarto probatur, quod homo non generaretur ab homine a casu, quia si sic, tunc esset possibile, quod homo generaretur ex semine asini, uel ex semine equi, aut generaliter ex seminibus infinitis, quod est falsum, & ideo nulla species inuenitur a casu, sed illa, quæ inueniuntur a casu, sunt monstruosa, & non naturalia. Et hæc potest esse quinta ratio probans, quod homo non generatur a casu, quia nulla species generatur a casu, & illa, quæ generantur a casu, sunt monstruosa, & homo est in determinata specie, & non est monstrum, ideo non fit a casu. Et intellige per monstrum aggregatum per accidens ex diuersis, quæ non sunt nata adinuicem congregari naturaliter. Vnde dicit Commentator, quod illud totum, quod prædictum est, manifestum est per se, sicut dicimus, quod contra negantes principia non est disputandum, hoc est manifestum per se, sicut Auic. qui in secundo cannnia dixit, quod possibile est hominem generari a terra, sed conuenientius a matrice, ille sermo ab homine, qui dicit se scire, est valde fatuus: hæc Commentat. Notandum secundo, quod Commentat. mouet, & soluit hic vnam dubitationem talem. Illa ratio probans generationem esse perpetuam per hoc, quia homo non generatur, nisi ab homine, solum probat, quod generatio est perpetua in præterito, sed non probat, quod generatio est perpetua in futuro, quia quamuis homo non generetur, nisi ab homine, tamen potest corrumpi in diuersa, ut in ignem, & in terram, & sic de multis alijs, & demonstratio Philosophi non complebitur, nisi ponatur, quod generatio hominis est perpetua in præterito, & in futuro. Ad illud respondet Commentato. dicens, quod cum declaratum sit, quod impossibile est, ut deficiat in præterito infinito, declarabitur, quod impossibile est, ut deficiat in futuro, quoniam si deficeret in futuro, deficeret, & in præterito infinito, quod probat dicens, quod illud, in quo est potentia infinita, non est determinatum magis ad unum tempus, quam ad aliud, & si deficeret non esset, nunc ergo impossibile est, ut deficiat omnino. Vnde si est potentia infinita ad generationem, & ad corruptionem non magis determinabitur ad tempus præteritum quam ad futurum, & si potentia est infinita ad infinitas generationes, & corruptiones, qua ratione est huiusmodi potentia ad infinitas generationes in tempore præterito, eadem ratione erit huiusmodi potentia in tempore futuro. Notandum tertio, quod Commentato. mouet, & soluit hic duas dubitationes, prima est, cum solum determinatum sit, quod illa generabilia, & corruptibilia nunquam deficient secundum genus, qualiter indigent motore, & motu, quæ non deficiunt secundum indiuiduum. Secunda dubitatio est. Si illa generabilia, & corruptibilia necessario indigent motore, & motu extrinseco, quomodo indigent eis, idest, quid recipiunt ab eis, sine quibus non possunt esse, aut generari. Ad primam quæstionem respondet Commentato. sic, quod istorum generatorum duplices sunt causæ, scilicet, quædam per se, & quædam solum per accidens, sed quod per accidens est, potest non esse, & sic cum vnum indiuiduum sit causa alterius immediata, & deducens esse in actum, sic indigens eis, & si illa generabilia, & corruptibilia perpetuantur secundum genus, oportet, quod habeat causam per se, & perpetuam, quæ perpetuet illa secundum genus. Ad secundam quæstionem respondet Commentato. distinguens de generantibus, quoniam quædam non generantur ex se, hoc est ex simili in specie, sine in semine generantis eiusdem speciei, & talia necessario indigent motu ex se apud generationem ipsorum, quia generatio in ipsis non est ex seipsis, scilicet, quod quia quædam non generant quædam, & ideo esse illorum non fuit perpetuum. Vnde non qualibet generabilia sunt perpetua secundum speciem, sed generabilia ex se, hoc est ex generante eiusdem speciei in generantibus ex seipsis, oportet,

Tex.c.15.

Aui.io secundo cannnis.

Secundũ notandũ.

Tertiũ notandũ.

Ad secundam quæstionem.

A quod sit generans propinquum eiusdem speciei, quod non dat, nisi principium generationis. Deinde dimittit generabile, donec perficiatur sua generatione: necesse est, ut sit hic complens illud generatum ex se, quia quemadmodum motum in loco hic ex se indiget motore extrinseco, ita est in generantibus ex se, & cum ita sit, necesse est, ut compleatur generatio alicuius eorum, quæ generant se, nisi sit illic generans extrinsecum, præter generans propinquum, quod est in isto generato, per quod generatum fuit ex se generatum. Item dicit Commentato. quod quia generans extrinsecum est alterans, necessarium est, ut alteratio eius sit alteratio temperata, scilicet, similis caliditati naturali, per quam compleatur illud eos. Et necesse est, ut alterans aliquando approximetur alterato, & quandoque remoueatur ab illo: ita quod alteratum acquirat ex hoc unum calorem in forma etiam toto tempore sui incrementi. Et cum alterans quandoque approximetur alterato, & quandoque remoueatur ab alterato, oportet, quod sit motum in loco, & quia omne motum in loco, uel mouet per se, uel reducitur necessario ad motum ex se, necesse est, ut extra illa generabilia sit aliquid motum ex se, aut unum, aut plura uno, quod semper mouet. B Sed hic occurrunt dubia. Primo enim dubitatur circa hoc, quia dicitur, quod, quando materia fuerit diuersa, diuersificabitur & forma, ita quod formæ diuersæ secundum speciem habent materias diuersas secundum speciem, illud non uidetur verum, quia eadem est materia omnium generabilium, & corruptibilium, omnes enim formæ substantiales immediate recipiuntur in materia prima, quæ est unum secundum speciem, quoniam omnis forma substantialis recipitur immediate in subiecto ente in potentia, quia per hoc distinguitur a forma accidentali, quæ recipitur in subiecto ente in actu. Secundo dubitatur, quia videtur, quod modus arguendi Commentato. non valeat, arguit enim sic. Si homo generaretur ex terra, tunc illud esset necessarium, aut in maiori parte uel in minori: si esset necessarium in maiori parte: tunc non generaretur ab homine, nisi in minore parte, & per consequens homo generaretur ab homine a casu: & illo modo arguit Commentato. sed ille modus arguendi non uidetur ualere, quia per illum eundem modum arguendi potest probari, quod ignis non generatur naturaliter ex terra, arguendo sic, si ignis naturaliter generaretur ex terra, C aut ergo esset necessarium ignem generari ex terra in maiori parte, aut in minori, si esset necessarium ignem generari ex terra: tunc ignis non generaretur ex aere omnino, quod falsum est, si uero ignis generaretur ex terra in maiori parte, tunc non generaretur ex aere, nisi a casu. quod falsum est. Vnde ille modus arguendi Commenta. non uidetur ualere, ergo, &c. In huiusmodi ergo dubijs distinguendum est de materia, & etiam de forma, seu de ipsis generatis, de materia igitur distinguo, sicut distinguit Commentat. super secundum huius, quoniam quædam est materia alterationis, & quædam est materia compositionis tantum, verbi gratia, materia alterationis est materia transiens, quæ non manet in re generata sicut semen hominis est materia alterationis, & in conuersione hominis panis est materia sanguinis, & sanguis est materia seminis, materia compositionis tantum est, ut caro, & os sunt materia hominis, uel aliqua alia materia, quæ manet in homine generato, & non præcedit hominem generatum. Sed materia alterationis, & materia compositionis est, quæ præcedit generatum, & etiam manet in ipso generato, & hoc modo acetum, & mel sunt materia oxymelis. Secundo distinguo de ipsis generatis, quoniam quædam gene- D rata generantur ex homine, ut patet de animalibus, & plantis, quæ non generantur, nisi a determinato semine, & quædam non generantur ex semine, ut patet de elementis, & de aliis inanimatis. His visis dico, quod in illis, quæ generantur ex semine diuersæ formæ secundum speciem diuersas requirunt materias, siue substantias secundum speciem, quæ sunt materiæ, ex quibus generantur tanquam ex materia alterationis, quia animalia diuersa secundum speciem requirunt semina diuersa secundum speciem, ex quibus generantur, sed in generatis sine semine ad diuersitatem formarum secundum speciem requiruntur diuersæ substantiæ secundum speciem, ex quibus generantur indifferenter, tanquam ex materia alterationis, nam ignis generatur indifferenter ex terra, aqua, & aere, quæ differunt specie, tanquam ex materia alterationis. Si uero loquamur de materia compositionis, sic dico, quod materia compositionis, est duplex, quia quædam est materia, quæ immediate recipit formam, cuiusmodi est mate-

Primum dubium.

Secũdum dubium.

Pro solutione dubiorum.

ria prima, & hæc materia dicitur remota, & quædam est materia propinqua, & hæc est iterum est duplex, quia quædam est per se: quædam per accidens, materia propinqua per se est substantia composita ex materia prima, & aliqua forma substantiali, quæ non est forma vltima, vt patet in causatis perfectis ut in homine: quoniam in homine præter materiam primam est materia composita, vt caro, & os: siue compositum ex carne, & ossibus. Sed materia propinqua per accidens est aggregatum ex materia prima & alijs omnibus, quę sunt in composito præter formam substantialem vltimã, vt aggregatum ex materia prima, & alijs formis, quæ sunt accidentia per se, siue per accidens, ita quod totum, quod est in composito præter formam substantialem vltimam, dicitur materia compositionis per accidens. Si uero loquamur de materia compositionis remota, sic dico, quod omnium formarum substantialium diuersarum secundum speciem est eadem materia secundum speciem, ut patet manifeste: materia enim prima non est diuersificata secundum speciem in omnibus generabilibus, & corruptibilibus: tamen materia compositionis propinqua diuersarum formarum secundum speciem est alia, & alia secundum speciem, ut patet manifeste. Dico igitur, quod dicta Commentat. scilicet, formæ diuersæ secundum speciem habent materias diuersas secundum speciem, habent intelligi de materia propinqua alterationis. Et intelligo per materiam propinquam alterationis materiam dispositam per accidentia propria conuenientia formæ inducendæ, siue aggregatum ex substantia, & accidentibus proprijs conuenientibus formæ inducendæ. & sic loquendo, quando ignis generatur ex terra, materia propinqua alterationis non est solum terra, sed aggregatum ex terra, & accidentibus conuenientibus formæ ignis, & sic diuersarum formarum secundum speciem est talis materia alterationis propinqua diuersa secundum speciem. Per hoc ergo ad primum dubium est dicendum, quod quando materia alterationis propinqua fuerit diuersa secundum speciem, tunc diuersificabitur forma secundum speciem, formæ tamen diuersæ secundum speciem habent materiam remotam, quæ est materia compositionis eadem secundum speciem, ergo &c.

Patet igitur, & si infinities nonnulla principia immobilia mouentia, & multa eorum, quæ seipsa mouent, partim corrumpuntur, partim insuper C generantur, atque hoc quidem hoc, aliud autem hoc mouet, at nihilominus aliquid esse, quod hæc omnia continet, idque præter vnumquodque istorum aliud quid esse, quod quidem esse causa, vt alia sint: alia non sint, & mutationis continuę. Atque hoc quidem hisce, hæc autem cæteris motus causam esse.

Tex. c. 47. *Manifestum igitur est, quod quamuis millies principia quædam immobilium quidem, mouentium autẽ, & multa ipsa seipsa mouentium corrumpantur, alia uero fiant, & hoc quidem immobile sit: aliud uero mouet, alterum autem hoc, sed nihilominus est aliquid, D quod continet, & hoc extra unumquodque, quod est causa eius, quod est alia esse, alia uero non esse, & continuę mutationis, & hoc quidem his. Hęc eadem alijs causa motus sunt.*

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capituli: in qua ostenso, quod causę perpetuæ generationis non possunt esse aliquod generabile, & corruptibile, concludit Phylosophus ex prædictis conclusionem, quam in hac particula intendebat, scilicet, quod oportet ponere aliquod motum ex se perpetuum compræhendens, & continens omnia alia ab intrinseco, quod est causa perpetuitatis generationis, & per consequens motor istius primi moti ex se est perpetuus. Dicit ergo Arist. quod quamuis fuerint infinita principia mouentium se, quæ non mouentur

A ab alijs, & infinita composita ex huiusmodi principijs, quæ non sunt corpora, & ex primis corporibus motus ab eis, quorum quælibet corrumpitur, & deinde reuertuntur, & mouent se adinuicem, ita ut quædam generent, quædam non, quia motor in eis non mouetur ab alio a se ita quod illud moueat aliud, & illud moueatur ab alio, & sic in infinitum, ut Sor. generet Platonem ex se, & Plato generet Ciceronem, & vnumquodque in hoc motu moueatur a se, manifestũ est, quod motor æternus est causa motus istorum, quæ mouentur ea se generabilium, & corruptibilium secundum perpetuitatem. Illa enim generabilia, & corruptibilia a corporibus cœlestibus non solum accipiunt perpetuitatem in fieri: sed etiam in esse. Vnde intendit dicere, quod si sunt millies, aut infinities infinita principia mouentia generabilium, & corruptibilium nihilominus oportet, ponere aliquid extra vnumquodque illorum continens illa, quod erit causa nõ solum perpetuæ mutationis istorum, sed etiam erit causa esse aliquibus istorum, & alijs est causa non esse. Notanda sunt hic tria secundum Comment. Primo, quod corpora cœlestia continent ista generabilia, & corruptibilia, quia nisi essent continuata, & determinata a motibus corporum cœlestium, nec essent, nec continuaretur esse in eis. Secundo est notandum, quod motus generationis istorum, quæ mouent se adinuicem, est per accidens, idest, quod illa generabilia, & corruptibilia sunt sibiinuicem causę per accidens, & huius assignat Comment. duplicem causam. Prima, quia illa generabilia, & corruptibilia sunt quasi instrumenta, per quæ corpora cœlestia mouent, secundum quod homo in generatione hominis non dat, nisi illud quod est instrumentum & corpora cœlestia sunt, quasi sicut artifices, & uirtutes informatiue, quas Phylosophus vocat virtutes animæ in libro de animalibus, quę sunt a corporibus cœlestibus, & tamen bene scis, quod non est de necessitate, quod sit infinitum instrumentum, sed necesse est, quod si fuerit artifex, qui operatur instrumenta generabilia, & corruptibilia, & semper operaretur, ut sint instrumenta infinita, hæc igitur est prima ratio, quare illa generabilia, & corruptibilia mouentia se sunt inuicem causę per accidens in generatione eorum, quia sunt quasi instrumentorum. Secunda causa, quare vnum istorum non generat aliud, est propter eius generationem ab alio, ut quando Sor. generat Ciceronem, & Cicero Platonem, tunc Cicero non generat Platonem propter generationem eius, & Sor. sed propter uoluntatem eius, scilicet, quia uoluit præbere semen in illam feminam, & tunc Sor. generare Platonem, est per accidens. Notandum tertio secundum Comment. quod infinitæ sunt causæ per accidens, dicit enim sic, causas infinitas esse est impossibile essentialiter, est tamen possibile accidentaliter, hæc Comment. Hic vero notanda sunt aliqua, quæ mihi uidentur notabilia. Primo, quod vbicunque est multitudo infinita mouentium ibi nullum illorum mouentium est causa totius multitudinis, sed oportet ponere aliquam causam mouentem extra multitudinem, quæ sit causa totius multitudinis, cuius ratio est, ubi est infinita multitudo mouentiũ, ibi quodlibet mouens est medium, uel postremum, sed mouens medium non est causa, nisi eorum, quæ sunt post ipsum, ideo nullum mouens medium est causa omnium mouentium infinitorum nec etiam mouens vltimum potest esse causa totius multitudinis mouentium, quia non est causa eorum, quæ sunt ante ipsum. ideo ubi est infinita multitudo mouentium, oportet ibi ponere causam mouentem principalem extra illam multitudinem, quæ est causa totius multitudinis, & ideo si sint infinita se mouentia, quorum vnum mouetur ab alio, & illud ab alio, & sic in infinitum, sicut est de eis, quæ generantur adinuicem, ut Sor. generatur a Platone, & Plato a Cicerone, & sic in infinitum, istius totius multitudinis mouentium se est aliqua causa extra ipsam multitudinem, quæ est causa totius multitudinis, & hoc est, quod Ari. dicit hic in textu. Secundo est notandum secundum Comm. quod mouens, quod est extra omnem multitudinem infinitum, est primum mouens, & causa principalissima totius multitudinis, & cuiuslibet partis eius, & nullum mouens infinitum secundum multitudinem est causa principalis moti ab eo: quoniam cessante quocunque mouente infinitam multitudinem a mouere adhuc motum mouetur a cœlo, nam in generatione Platonis a Sor. cessante Sorte a mouere, uel etiã corrupto Sorte adhuc mouetur semen decisum a Sorte a cœlo, quousque inducatur forma substantialis Platonis. Vnde Sortes solum largitur semen, ex quo producitur Plato, quod quidem semen est uelut instrumentum, & cœlum trans- mutat:

Primum notan. Commẽ.

Secũdum notan. Commẽ.

Tertium notan. Commẽ.

Primum notand. huius Auct.

Secũdum notan.

minutū illud semen, inducendo qualitates informatiuas membrorum, donec reducatur anima, & Sortes est velut instrumentum in generatione Platonis. Sed dubitatur, vtrum Sortes sit causa essentialis Platonis, vel accidentalis tantum & dico, q prout causa accidentalis distinguitur contra causam principalem, sic Sortes est causa accidentalis Platonis, tamen si Plato non possit generari, nisi a Sorte, tunc Sor. est causa per se, & essentialis Platonis, intelligendo per causam per se, & essentialem causam determinatam, & sic accipiendo per se pro causa determinata, sic Sor. est causa per se Platonis, sed accipiendo per se pro principali, sic Sor. non est per se causa Platonis, sed est eius causa accidentalis, distinguendo accidentale contra principale. Et si dicitur, quod si Sor. est per se causa Platonis, & Cicero per se causa Sor. tunc oportet dicere, quod sunt infinitæ causæ per se, quia quodlibet generans est per se causa illius, quod immediate generatur ab ipso, & ita in causis essentialibus, & per se esset processus in infinitum. Dicendum, quod non est inconueniens, quod sit processus in infinitum in causis per se solum, sed in causis per se ordinatis non est processus in infinitum.

Dubium. **Respōsio.** **Notabile.**

Notandum tertio, quod aliud est dicere causas per se, & causas per se ordinatas, quia cum dicitur, causæ per se, exprimitur comparatio vnius ad vnum, vt causæ ad effectum. Sed cum dicitur, per se essentialiter ordinatæ exprimitur comparatio duarum causarum vel plurium ad vnum effectū, vnde illæ causæ dicuntur essentialiter ordinatæ, quarum vna ordinatur ad aliam, vt causa ad effectum, ita quod vna pars est per se causa alterius, & causalitatis eius: ita quod primum sit causa secundi, inquantum secundum est causa, sed illæ causæ dicuntur accidentaliter ordinatæ, quarum vna non ordinatur ad aliam respectu actus causandi, verbi gratia, Sor & Plato dicuntur esse causæ accidentaliter ordinatæ, respectu Ciceronis, vnde concedo, quod in causis per se est processus in infinitum, sed in causis per se essentialiter ordinatis non est processus in infinitum.

B

Prima differentia. Quarto potest notari, quod triplex potest poni differentia inter causas per se ordinatas, & causas accidentaliter ordinatas, prima est, quod in causis per se ordinatis vna causa dependet ab alia, scilicet, quantum causat effectum, sed non est sic in causis accidentaliter ordinatis, quia in talibus vna causa sufficit ad producendum effectum, & in producendo effectum non dependet ab alia causa accidentaliter ordinata.

Secunda differētia. Secunda differentia est, quod in causis essentialiter ordinatis non est causalitas eiusdem rationis, vt sub eadem ratione respiciat effectum, sed vna est, vt causa primaria, & principalis, alia vero est, vt causa secundaria, sed causalitas in accidentaliter ordinatis est vnius rationis, quia possunt immediate recipere eundem, siue consimilem effectum.

C

Tertia differentia. Tertia differentia est, quod omnes causæ essentialiter ordinatæ sunt causæ necessariæ respectu effectus, sed non est sic in causis accidentaliter ordinatis, quia quodlibet habet suam perfectam causalitatem sine alio respectu sui effectus, & sunt eiusdem rationis. Sic ergo patet, quod non est inconueniens, procedere in infinitum in causis per se, sed non est procedere in infinitum in causis essentialiter ordinatis. Causæ etiam per se, essentiales possunt esse accidentaliter ordinatæ.

Si igitur motus perpetuus est, perpetuum erit, & mouens primum, si vnum sit. Quod si sint plura, plura quoque perpetua erunt.

Tex. c. 47. *Si quidem igitur perpetuus motus est, perpetuum erit, & mouens primum, si vnum, si vero plura, plura, & perpetua.*

D

Secunda ratio. Hic ponitur secunda ratio probans primum motorem esse perpetuum. & ratio est illa, primus motus est perpetuus, ergo primus motor est perpetuus, consequentia patet, quia omnis motus requirit motorem, antecedens autem patet ex præcedentibus, idest ex principio huius octaui, & etiam ex hoc capitulo, quoniam in hoc capitulo est probatum primum motum esse æternum, quod quidem motum est causa perpetuæ generationis, & corruptionis istorum inferiorum, & si primum motum sit æternum, oportet, quod primus motor sit æternus, siue ponatur vnum primum motum, siue ponatur vnum primum mouens, siue ponantur plura prima mouentia.

Vnum autem potius, quam plura putandum est esse, & finita, quam infinita. Semper enim finita

A

potius, quam infinita sunt, si modo eadem fiant In his enim quæ sunt natura finitum fit potius. & id quod melius est oportet si modo esse possit. Sufficiens autem est, & vnum, quod cum primum immobilium sit, perpetuumve cæteris erit principium motus.

Vnum autem magis, quam multa, & finita, quam infinita, oportet existimare. Eisdem autem accidentibus semper finita magis accipiendum. In his enim, quæ sunt natura, oportet finitum, & melius, si contingat esse magis. Sufficiens autem si vnum, quod primum immobiliū perpetuum cum sit, erit principium alijs motus.

Hæc est quarta particula primæ partis principalis huius c. in qua Phyl. declarat, quod est tantum vnus primus motor, & hæc est vigesimaquinta conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, & primo sic. Illud, quod est melius, est ponendum, sed melius est ponere principia finita, quam infinita, & vnum, quam plura, si æque bene potest saluari causalitas rerum, & perpetuitas, generationis, & corruptionis, sicut si essent plura alia, talia igitur esse vnū mouens, & nō plura, hoc tamē nō pertinet ad physicū, sed ad metaphysicum, s. determinare de vnitate primi motoris, vt dicit Commen. hic.

B

25 conclusio de annexis. Prima probatio.

Ex hoc etiā patet aliquid esse necessario vnū, perpetuumve, quod primo mouet. Demonstratū est enim semper, necessario motum esse, quod si necesse est semper esse, necesse est, continuum esse semper enim esse, continuum est Deinceps autem esse non cōtinuum est, at si continuus est, vnus nimirum est. Vnus autem motus a mouente proficiscitur vno, & vnius mobilis est. Nam si aliud, atque aliud mouebit, totus ipse motus non continuus, sed deinceps erit. Ex his ergo quispiam esse primum quid immobile credet.

C

Manifestū igitur ex his est, quod necesse est, esse aliquod vnum, & perpetuum primum mouens. Ostensum est enim, quoniam necesse est, semper motum esse, & continuum esse. Et namq; quod semper cōtinuum, quod autē cōsequenter nō est continuum. At vero si continuus, vnus est. Vnus autē, si ab vno mouente, & vnius, quod mouetur. Si. n. quoddā aliud, & aliud mouebit, nō continuus totus motus, sed consequenter: Igitur ex his sciet vtique aliquis, esse aliquod primum mouens mobile. Tex. c. 49.

Hic secundo probatur eadē conclusio sic. Primus motus est vnus, & cōtinuus, ergo primus motor est vnus, antecedēs patet, cōsequēs vero ꝓbatur ꝑ hoc, q̄a cōtinuitas motus dependet ab vnitate motoris, si. n. sūt plures motores, s. successiue mouētes illud mobile mot⁹ illi⁹ mobilis nō erit vnus, & cōtinuus. Secunda probatio.

D

Et rursus si ad eorum principia, quæ mouent respexerit. Esse igitur quædam eorum, quæ sunt, quæ aliquando mouentur, aliquando quiescunt, luce clarius extat. Atque per hoc ipsum iam patuit, nec vniuersa moueri, nec vniuersa quiescere, nec alia semper quiescere, alia semper moueri. Ea namque, quæ potentiam habent, vt interdum moueantur, interdum quiescant, veras hasce sententias esse demonstrant.

Et iterum considerās principia mouentium. Esse quidem igitur quædā eorum, quæ sunt, quæ aliquādo quidē mouentur, aliquādo autem quiescunt, manifestum est. Et propter hoc, manifestū factum est, quoniā neq; oīa mo- Tex. c. 50.

uentur, neque omnia quiescunt, neque alia semper mouentur, alia semper quiescunt. Quæ namque sunt vtrobique, & potentiam sunt habentia huiusmodi, quod est aliquando quidem moueri, aliquando vero quiescere, demonstrat de his.

HÆc est secunda pars principalis huius c. in qua ostenso. ꝙ primus motor est perpetuus, & vnus, hic ostēdit, qualiter primus motor omnino est immobilis, sicꝙ nec est mobilis per se, nec per accidens, & illud ostendit per hoc, quòd motus est æternus, & hoc ostendit ex eorū consideratione, quæ mouentur ex se, quæ sunt hic, & de illa via facit rememoratione hic. Vnde hæc pars cōtinet quatuor particulas, qa in primo facit rememorationē, de quibusdā superius determinatis. In secunda ibi. [Necesse est, ꝙ &c.] mouet, & soluit quādam dubitationem. In tertia ibi [At vero si aliquid est.] declarat, ꝙ primū motū, s. cælū est perpetuū. In quarta ibi. [Manifestū igitur.] recapitulat ponendo solutionē dubitationis motæ in principio huius tractatus. In prima ergo parti huius partis Phylosophus facit rememorationē de tribus. Primū, quod resumit, est destructio quarundā opinionū improbabilium. Secundo resumit rationē superius positā ponentē, primū motorē esse mobilē. Tertio aūt resumit quādā obiectionē superius positā, & solutā, q̄ erat cōtra æternitatē motus. Primo igitur dicit Ari. ꝙ istorū consideratio in principia mouentiū se, hoc est, p considerationē eorū. quæ mouentur ex se, scit pōt. ꝙ aliquod est primū mouens immobile, qm̄ manifestū est ad sensum in rebus naturalibus, ꝙ inueniūtur quædā, q̄ qn̄q; mouentur, & qn̄q; quiescunt, & ex hoc est manifestum, ꝙ nulla trium opinionum est vera s. neque illa, quæ dicit, ꝙ omnia mouentur semper, neque illa, quæ dicit, ꝙ omnia, quæ mouentur, semper mouentur, & omnia, quæ quiescunt, semper quiescunt, neque illa, quæ dicit, ꝙ omnia quiescunt semper.

Cum autem talia cunctis sint manifesta, ostendere volumus & vtranque duorum naturam, esse, inquā, & quæ semper sunt immobilia, & quæ semper mouentur. Atque ad ipsum proficiscentes, posito hoc, omne, quod mouetur ab aliquo moueri, idque aut immobile esse, aut moueri, vel a seipso, C vel ab alio semper, ad hoc sumendum tandem processimus. Eorum, inquam, quæ mouentur principium esse subeuntium quidem motum id, quod ipsum seipsum mouet, omnium autem id, quod immobile est. Cernimus autem atque admodum clare, res esse tales, quæ quidem seipsas mouent, quale est animantium, ac animalium genus.

Quoniam autem huiusmodi manifesta sunt, volumus autem demonstrare & duorum vtranque naturam, quoniam sunt alia quidem semper immobilia, alia autem, quę semper mouentur, procedentes autem in hoc, & proponentes omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse, aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut a seipso, aut ab alio, semper deuenimus in hoc accipere, quoniam eorum, quæ mouentur est principiū, quod D *mouetur quidem, quod ipsum seipsum mouet, omnium autem immobile. Videmus enim & manifeste esse huiusmodi, quæ mouent ipsa seipsa, vt animatorum, & animalium genus.*

HIc secundo Phylosophus reassumit rationē superius positam probantē, primum motorē esse immobilē dicens, ꝙ quia illa, quæ qn̄que mouentur, & quādoque quiescunt, sunt omnibus manifesta, ne aliquis sequatur, quasi opinionē ponentem, ꝙ entia sunt huiusmodi, s. ꝙ quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, videtur ostendere sē per duorum naturā, s. ꝙ quædā sunt, quæ sūt sp̄ immobilia, & quædā, q̄ semper mouentur. Circa quas proprietates proponimus primo, ꝙ oē, qđ mouetur, mouetur ab alio, & qđ necesse est hoc a quo quædā mouētur, aut esse immobile, aut moueri, & si mouetur, aut mouetur a seipso, aut ab alio, & cū non sit procedere in infinitū, oportet tandē deuenire ad aliqđ pri- A mū principiū, qđ vel est simpliciter immobile, vel si mouet, seipsum mouebit, nō dēt reputari inconueniēs, ꝙ aliqd mouens seipsum, quia maxime videmus esse multa talia in genere animatorum, & animalium.

Hæc igitur & opinionem nobis præbebant, ne fortasse contingat motum omnino non esse, deinde oriri, quia in ipsis id accidere cernimus. Nam prius immobilia sunt, vt videtur, deīde mouētur.

Hoc autem & opinionem obtulerunt, ne forte contingat motum fieri, cum non sit omnino, propter id, quòd in his videmus hoc contingere. Immobilia enim cum sint aliquando mouentur iterum, sicut videtur.

HIc Phylosophus tertio reassumit quandā obiectionē superius positā, & solutā cōtra æternitatē motus, & eā soluit, uā dictū est nūc immediate, ꝙ aīalia & aīata mouēt seipsa. Cū. n. aīalia, post quā quiescūt, incipiūt moueri, qn̄que B posset alicui videri, ꝙ ita est de oībus, ita ꝙ totū vniuersū. & ēt cælū incepit de nouo moueri, postquā quieuit, qa sicut est in minori mūdo, ita est in maiori, & sic motus cæli nō est æternº.

Hoc autem nos sumamus oportet, vno, inquā, hæc seipsa motu ciere, atque illo non proprie, quippe cum non in ipsis eius sit causa. Sed insunt animalibus naturales alij motus, quibus ipsa non per seipsa mouentur, vt accretio, decretio, & respiratio, quibus (vt patet) animaliū vnumquodque mouetur, cum quiescit. Et nō mouetur eo motu, quo ipsum seipsum ciet. Atque horum causa est continens ipsum, & eorum multa, quæ corpus ingrediū tur, vt nonnullorum ipsum alimentum. Cum. n. digeritur. dormiunt, cū disgregatur, expergiscūt, & seipsa mouent, ac ipsum primum principium est externum. Iccirco non semper continue a seipsis C mouentur. Aliud. n id, quod mouet, ipsum subiēs motum, atque mutationē ad vnumquodq; eorū, q̄ seipsa motu cient. In vniuersis aūt his id, quod primo mouet, & qđ est causa, vt ipsa seipsa moueant a seipso mouetur, per accidens tamen. Corpus. n. mutat locum, vt patet, quare & id, quod in corpore est, & motione vectis seipsum mouet.

Hoc autem oportet accipere, quoniam secundū vnū motum ipsa mouentur, & secundum hunc nō proprie. Hoc. n. ex seipso est causa, sed insunt alij motus natura et animalibus, secundum quos non mouentur per seipsa, vt augmentum, & decrementum, & respiratio, quibus mouetur animaliū vnumquodq; quiesciens. Cū nō mouetur a seipso motū. Horum autem causa continens, & multa eorum, quæ insunt, vt quorundā alimentum. Dum coquitur quidem. n. dormiunt. Disgregato autem surgunt, et Tex. c. 51. D *mouent seipsos, cū primū principiū extra sit. Vnde non semper mouentur cōtinue a seipsis. Aliud. n. est mouens ipsum, quod mouetur, & mutans ad vnumquodque mouentium seipsum. In omnibus autē his mouetur primū mouens, & causa ipsum seipsum mouendi a seipso secundum accidens tantū, mutat. n. locum corpus. Quare, & quod in corpore existens & necessario mouens seipsum.*

HIc Phyl. soluit illā dubitationē dupliciter, primo, ꝙ aīal quoque mouetur, & qn̄que quiescit, quia mouetur ab extrinseco, sed cælū nō mouetur ab extrinseco, ideo cælū quiescit qn̄q;, & qn̄q; mouetur. Vnde nō est simile de cælo, & de animali, qa in motu locali animalis animal indiget aliquo motore extrinseco, vt. s. ꝙ anima moueatur ab appetibili, extra qđ dirigit eius motū in hoc tēpore, & in hoc loco, sed in motu augmētationis aīal īdiget alimēto veniēte ab extrinseco sed ī motu alterationis, vt ī motu īspirationis, & exspirationis indiget

indiget animal extrinseco, vt aere, quandoque tamen incipit animal moueri post quietem absq; motu præcedente, qui est ab extrinseco. Notanda sunt hic duo secundum Commen. primo, quod complementum demonstrationis, quam phylosophus intendit hic, est, quod omne motum ex se quiescit aliqñ, & aliquãdo mouetur, si mouetur ab extrinseco, sed cœlum, qđ est primum motum ex se, ex quo non habet aliquid extra ipsum, non mouetur ab extrinseco, ergo cœlum non quiescit quandoque, & quãdoque mouetur, immo non quiescit omnino, sed semper mouetur. Secundo est notandum secundũ Cõ. quod vnus motor non mouet essentialiter, nisi vno motu, & illud, quod inuenitur in habentibus animas, quod vnus motor in istis mouet pluribus motibus est per accidens, nec motor in animalibus est prima causa illorum motuũ. quia tũc nõ moueret, nisi duobus motibus, ab vno.n. non prouenit essentialiter, nisi vnus motus, sed multa intrant ipsum per accidẽs, quæ sciunt motum eius, & alia, quæ sunt causa in hoc, quod faciunt motum, & quietẽ. Vnde prima causa in hoc, φ habentia animas, quæ sunt hic quandoque quiescunt, & quandoque mouentur, non videtur causa, per quã mouentur ex se, sed alia causa ex rebus contingentibus ab extrinseco facit in animalibus motus naturales, & illi motus sunt causæ vt motor, ꝑ quẽ mouens ex se quandoque moueat, & quandoque nõ. In omnibus autem his, i. in omnibus, quæ sunt hic, motor intrinsecus mouetur per accidens, & mouetur motu locali propter motũ sui subiecti, & mouetur a causis extrinsecis propter motum sui subiecti moti ab eis. s. motu augmentationis, & alterationis, sicut motus eius in loco est a motu sui subiecti, videtur n. vt manifestum est, φ omnis motor in subiecto per accidens mouetur per motum sui subiecti deferentis eum in loco. Verumtñ, vtrũ omne, qđ mouetur in loco, transmutetur ꝑ ꝑ trãsmutationem sui subiecti transmutatione alteratiõa, nondum est determinatum, hæc Commen.

Ex quibus credi potest impossibile esse, si quid immobile quidẽ est, mouet autẽ, & ipsum subiẽs per accidens motum, id continuo motu mouere.

Tex. c. 52. *Ex quibus est scire, quia si aliquid est immobiliũ, quidem, mouentiũ autem, & ipsorum, quæ secundum accidens mouentur, impossibile est continuum motũ mouere.*

C Hic Phylosophus secundo soluit obiectionem illã de animali, dicens, quod non est simile de cœlo, & animali, q a primum mouens, per quod animal mouetur a seipso, mouetur per accidens, sic anima mouendo corpus per se, mouet seipsam per accidens, & omnis motor, qui in mouẽdo mouet se per accidens, quandoque mouet, & quandoque nõ mouet, sed primus mouens mouendo cœlũ non mouet se per accidens, & ideo semper mouet. Vnde, quia necesse est aliquem motum esse continuũ, & perpetuũ, oportet, quod sit aliqđ primũ mouens immobile manens semper in eodẽ statu, necesse est, φ motũ immediate ab eo semꝑ moueat in eodẽ statu sic, quod motus semper, & vniformiter continuetur. Vnde Phylosophus videtur hic includere illã conclusionẽ principalem, s. quod primus motor est omnino immobilis per se, & per accidens.

Tex. c. 42. Quod aũt primus motor sit immobilis per se, probatum est prius multis modis, tũ quia primus motor in mouẽdo quomodocunque est immobilis per se, tum quia si moueretur per se, haberet motorem priorẽ eo, quia nihil mouetur per se a seipso, quia sic secundũ eundem motum moueret, & moueretur, quod est inconueniens, non ergo mouetur per se, nec per accidens, quia si moueretur ꝑ accidens a seipso, vel ab alio. Si a seipso, sequitur, quod nõ põt perpetuo mouere, & sic motus primus nõ erit ꝑpetuus, vnde, q a anima animalis a seipsa mouetur per accidens, ideo non semper mouet se, sed aliquãdo mouet, & aliquando non mouet, & sic patet, quod primus motor non mouetur a seipso per accidens, nec mouetur ab alio ꝑ accidens, quia hoc esset a motore priori, quod est impossibile, quia non est motor prior motore primo.

D Quare, si necesse est continue motũ esse, sit aliquid oportet primum mouens immobile, neque per accidens subiens motum, si oportet in hisce, quæ sunt incessabilem quendam esse motũ, & immortalem, vt diximus, atq; ipsum, quod est in seipso, ac in eodem persistere. Manente namq; principio. & vniuersum ipsum maneat necesse est, quippe cum ad principium ipsum continuum sit. Non est autem idem per accidens a seipso moueri, atq; ab alio. Hoc.n. nõnullis etiã, quæ sunt in cælo principijs inest, quæ lationibus pluribus feruntur, alterum autem corruptibilibus solum competit.

A *Quare si necesse est quidem, continuum esse motum, oportet aliquod primum mouens esse immobile, & non secundum accidens, si debet, sicut diximus, in his, quæ sunt esse incessabilis quidem, & immortalis motus, & manere ens in seipso ipsum, & in eodem, principio enim manente, necesse & omne manere, quod continuum est ad principium. Non est autem idem moueri secundum accidens a seipso, & ab altero. Ab altero quidem enim inest, & eorum, quæ sunt in cælo, quibusdam principijs*

B *quæcunque secundum plures feruntur motus, alterum autem corruptibilibus solum.*

Dubium. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius c. in qua Phyl. mouet, & soluit quandã dubitationẽ, quæ talis est. Nam dictũ est. φ nullus motus est perpetuus, cuius motor per accidens mouetur, ideo tunc circa hoc potest dubitari, & ratio dubitationis potest esse illa, videtur. n. quod a motore moto per accidẽs possit esse motus perpetuus, qm̃ orbes inferiores mouentur a proprijs motoribus ab Occidente in Oriens, & ille est perpetuus motus orbium planetarum, & est motus. & mouetur a motore maximi orbis ab Oriẽte in Occidens diurno motu, ergo videtur, φ motores orbiũ planetarũ sint perpetui, & sic videtur, quod a motore moto ꝑ accidens possit esse motus perpetuus.

Solutio. Hoc dubiũ soluit Arist. dicens, quod non est idẽ motor secundũ accidẽs a seipso, & ab altero, motor, qui mouetur per accidens a seipso, non põt esse causa motus perpetui, sed motor, qui mouetur per accidẽs ab altero, põt perpetuo mouere, & sic mouentur motores orbiũ inferiorũ per accidens a motore supremi orbis, & adhuc

C moueri ab aliquo per accidens contingit dupliciter. s. secundũ se per accidens, & secundũ aliud per accidens, anima animalis, quã mouet animal, mouetur secundũ se per accidens, quia ipsa secundũ se transfertur de situ in sitũ, ita quod aliquando est in vno situ, & aliquando est in alio situ. sed motores orbium inferiorum mouentur secundũ alterũ per accidens, quia solum mouentur per accidens a motore primi orbis ratione propriorũ orbium, quorum sunt motores, non. n. motor orbis inferioris dicitur moueri per accidens, quia ipsemet transferetur de situ in sitũ, quia orbis, quẽ mouet, transfert per accidens de situ in sitũ per superiorem motorẽ. Et ratio huius diuersitatis, s. quare anima animalis mouetur secundũ se per accidẽs ad motũ corporis moti ab ipsa est, quia cõstituitur in esse per corpus motũ ab ea, sed motor orbis inferioris nõ constituitur in esse per orbem motũ ab eo, & ideo nõ mouetur secundũ se per accidens ad motũ sui orbis. Intellige, φ iste nõ est proprius modus loquendi, dicere aliquid moueri per accidens secundum aliud Si. n. aliquid mouetur per accidẽs localiter, oportet, φ transmutetur secundũ locũ per accidens, ideo illud, qđ nullo modo trãsmutatur secundũ locũ, nõ videtur aliquo mõ mo-

D ueri localiter ꝑ accidẽs, & ideo ille motus eius, qđ est moueri ꝑ accidens secundũ alterũ est improprius, & trãsumptiuus.

At vero si sit quippiam semper tale mouẽs quidem aliquid, immobile autem semper manens. atque perpetuum, & id sane, quod ab ipso primum mouetur perpetuum esse, necesse est.

At vero si aliquid semper est huiusmodi, mouens quidem immobile autem ipsum, & perpetuum necesse est, & primum, quod mouetur ab hoc, perpetuum esse. Tex. c. 53.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius c. in qua Arist. declarat, quod primum motum. s. cælum, est perpetuum, & hæc est 26. conclusio de annexis, quæ probatur dupliciter, primo sic, primum mouens est immobile, & perpetuũ, quia primũ mouẽs, nec est mobile ꝑ se, nec ꝑ 26. conclusio de annexis. Prima ꝓbatio.

Quoniam videtur vtique generatio esse prima motuum: propter id, quod fieri oportet rem primum. Hoc in vno quidem quolibet eorum, quæ sunt: sic se habet, sed alterum necesse est prius aliquid moueri his, quæ fiunt: cum & ipsum non factum, & isto alterum prius: Quoniam igitur generationem impossibile est, esse primam: omnia enim essent, quæ mouentur corruptibilia, manifestum est, quod neque consequentium motuũ, neque vnus prior est. Dico autẽ consequenter motus augmentum, postea alterationem, & decrementum, & corruptionem. Omnes enim posteriores generatione sunt. Quare si non est posterior generatio prior loci mutatione, neque aliarum, neque vna permutationum.

Haec est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit, quod motus localis est prior secundum perfectionem cæteris motibus, & hæc est 27. conclusio de annexis, quæ probatur quadrupliciter, & secundum hoc hæc particula continet quatuor partes, quæ patebunt in locis suis. In prima igitur parte huius particulæ prædicta conclusio probatur sic, generatio est prior augmentatione, alteratione, & diminutione, sed generatio non est primus motus, ergo nec alteratio, augmentatio, & diminutio est primus motus, ergo relinquitur, quod motus localis sit primus motus: quod autem generatio non sit primus motus: probatur, quia si sic, tunc omnia, quæ mouentur, essent generabilia, & corruptibilia, & secundum hoc ratio solum probat, quod motus localis est primus motus secundum naturam, & quod generatio non est primus motus, hoc modo, quia prius secundum naturam est illud, quod potest esse sine alio, & non econuerso, sed huiusmodi est motus localis: ideo est prior secundum naturam, nam omne transmutabile est transmutabile secundum locum: & si generatio esset primus motuum: omne transmutabile esset generabile: sicut Phylosophus ostendit hic, & sic probatur, quod motus localis est primus secundum perfectionem, accipiendo secundum perfectionem pro priori secundum naturam. Sed Commen. mouet hic dubitationem: quoniam omnem generationem præcedit alteratio, quia generatio est finis alterationis. Similiter omne, quod alteratur prius fuit generatum, & ex hoc potest existimari, quod neutrum istorum præcedit alterum, sed quod in eis est dispositio circularis. Ad illud respondet Commen. dicens, quod consideratio prioris, & posterioris in hoc loco est sicut consideratio prioris, & posterioris in præcedentibus, in quibus est motus, & quia substantia est prior secundum perfectionem, quam quantitas, vel qualitas, ideo generatio; quæ est via ad substantiam est prior alteratione, quæ est via ad qualitatem, vel augmentatione, quæ est via ad quantitatem. Ideo dicitur, si loquamur de prioritate secundum tempus, sic nec generatio est prior alteratione, nec econuerso, sed quod Phylosophus dicit hic, generationem esse priorem alteratione, illud est intelligendum de prioritate secundum perfectionem, quia generatio cum sit via ad substantiã est prior alteratione, quæ est via ad qualitatem. Et si dicatur, quod illo modo prioritatis generatio est prior motu locali, quia subst, quæ est eius terminus generationis est perfectior, quam vbi, qui est terminus motus localis. Potest dici concedendo conclusionẽ: tamẽ motus localis est prior cæteris motibus omnibus alijs modis prioritatis. Melius tamen est dicere, quod est prior, quia Phylosophus hic probans motum localem esse priorem cæteris motibus, non loquitur de prioritate, quam motus habet a termino ad quem, sed forsitan motus localis, cum sit ad terminum motus imperfectissimum, est imperfectissimus, ideo de hac prioritate, seu perfectione, non loquitur hic Phylosophus, ut mihi videtur.

27. cõclusio de annexis.

Prima rõ.

Dub. Cõ.

Respõsio Commẽ.

Replica.

Respõsio.

Omnino aũt id, quod generatur imperfectum esse videtur, & ad principiũ proficisci. Quo fit, vt id natura sit prius, qđ generatione posterius est. At vniuersis hisce, quæ generãtur, vltimo latio cõpetit. Quo circa quædã uiuentium omnino, quia instrumentis vacãt, immobilia sunt, ut plãtę & animaliũ genera multa Quædã cum perficiuntur, hoc, ut patet motu ciẽtur. Quare si magis inest his

A latio, quæ magis naturã sunt cõsecuta, motus hic quoque cæteris motibus subã prior erit. Atq; hoc ita se habet non solum ob ea, quæ dicta sunt.

Omnino aũt videtur, quod sit imperfectũ ad principiũ in ens. Quare quod generatione posterius, natura prius est. Vltimũ aũt loci mutatio oĩbus inest, quæ sunt in generatione. Vnde alia oĩno immobilia sunt uiuentiũ propter indigentiã organi, ut plantæ, & multa genera animalium, perfectis aũt inest. Quare si magis inest loci mutatio magis comprehendentibus naturam, & motus hic primus aliorum vtique erit secundum substantiã. Tex.c.58.

Haec est secunda pars huius particulæ, in qua ponitur secunda ratio probans, quod motus localis est prior secundum perfectionem cæteris motibus. Et ratio est illa, illud, quod est posterius uia generationis, est prius uia perfectionis, sed motus localis in animali est posterius via generationis, quam alij motus, ergo motus localis est prior secundum perfectionem cæteris motibus. Vnde Commen. format illam rationem sic. Omne posterius secundum tempus in generali ex rebus, ex quibus perficitur, est prius natura, sed motus localis est huiusmodi, ergo motus localis est prior naturali alijs motibus. Intellige, quod Phylosophus accipit hic prius natura pro priori secundum perfectionẽ, unde alia quidem. Motus autem localis non est in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, nec inest omnibus viuentibus, quia non inest plantis, cum plantæ nõ habeant organa progressiui motus. Multis enim generabilibus animalium, ut animalibus imperfectis, non inest localis motus, sed motus localis inest solum animalibus perfectis, & propter hoc concluditur, quod motus localis est prior cæteris motibus. Et potest poni noua ratio ad quæstionem, quam Commen. format sic. Illud, quod est in re perfectiori, est perfectius, sed translatio est in re perfectiori, ergo est perfectior alijs motibus. Intelligendum secundum Commen. quod Phyl. facit has tres demonstrationes, quarum vna dat causam & esse, scilicet, ista demonstratio, quod est rei perfectioris est perfectius, sed trãslatio est huiusmodi, ergo. Alia est demonstratio dans causam tantum, quæ est illa, motus, qui est perfectior, inest animalibus perfectis, sed translatio est huiusmodi ergo. Tertia demonstratio, quæ est demonstratio per signum, dat esse tantum, quæ est illa, translatio est prior, quia est in priori ergo.

Secunda ratio.

B

C

Sed ob hanc ẽt rationem. Quia id, quod hoc motu cietur, minime dum fertur, substantiã suã amittit. Sola namque latione nihil in hisce, quę in sunt sibi, mutatur, ut cum quippiam alteratur, & cum incrementa, decrementave suscipit in qualitate fit, ut patet, atque in quantitate mutatio.

Propter hoc, & quia nequaquam substantiam mutat, mouetur motu in eo, quod fertur. Secundum enim hunc solum nihil mutatur inesse, sicut eius, quod alteratur, quale, eius autem, quod augetur, & decrementum patientis secundum quantum. Tex.c.59.

D

Haec est tertia pars quartæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probans, quod motus localis est prior secundum perfectionem cæteris motibus, & ratio est illa. Ille motus est perfectior, qui non mutat substantiam mobilem aliquid auferendo a substantia mobili, sed alij motus mutant substantiam mobilem, & motus localis non mutat substantiam mobilẽ, nec aliquid abijcit a substantia mobili, igitur motus localis est perfectior cæteris motibus. Intelligendum: quod motus localis per se non abijcit aliquid a substantia mobili, nec etiã mutat aliquod principium materiæ, sed in alijs motibus est actio ratione contrarietatis, quæ non potest compleri, nisi p remotionem alicuius partis; ideo alij, ut frequẽtius transmutant substantiam mobilem, ita etiam in motu locali naturali nihil perditur de substantia mobili, ut patet in motu locali grauium, & leuium. Verumtamen in motu progressiuo animalis, quia mobile habet resistentiam ad motorem, Tertia rõ.

quoniam

quoniam corpus animalis habet motum contrarium animæ: ideo debilitatur virtus motoris in animali, ex qua debilitatione fit aliqua diminutio partium corporis. Vnde animal aliquando in tali motu patitur violentiam: tamen motus localis non est causa lassitudinis, nisi per accidens: quoniam propter violentiam, quam patitur in suo motu per resistentiam moti ad motorem, inducitur lassitudo in motu &c.

Maxime uero patet ex eo, q̃a id quod interno motu seipsũ ciet, eo se maxime motu proprie mouet, qui ad locũ accõmodatur. Atq; hoc dicimus eorum, quę mouentur, ac mouent principiũ esse, & primum eorum, quæ mouentur id, inquam, qđ seipsũ interno motu, suoque ciet. Patet igitur ex hisce, quę diximus, lationẽ motuum esse primum.

Tex. c. 60. *Maxime autem manifestum est, quia mouens ipsum seipsum maxime mouet hunc proprie, quia secundum locum, & etiam dicimus hoc esse eorum, quæ mouentur, & mouentium principium, & primum in his, quæ mo-*

B

Tex. c. 61. *uentur, ipsum seipsum mouens. Quod quidem igitur loci mutatio prima sit, manifestum est ex his.*

Quarta ratio. HÆc est quarta pars quartæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta ratio probans, quod motus localis est prior secundum perfectionem. & illa est ratio: ille motus est prius secundum perfectionem cæteris motibus, qui inest, uel inesse potest perfectissimo moto: perfectissimum autem motum est motum ex se. Ille igitur est motus perfectissimus, qui inest, uel inesse potest moto ex se, sed motus localis inest, uel inesse pōt moto ex se, & nullus alius motus inest, vel inesse potest moto ex se, secundum quòd est motum ex se, nisi motus localis, ergo

Prima ꝓpositio. motus localis est perfectissimus motuum. Ista secundum Cõment. fundatur super tribus propositionibus, quarũ una est, quod nihil mouet se, nisi motu locali. Vnde dicit Comment. quod nihil alterat, nec alteratur ex se, nisi per accidens, vnde dicit Comment. accidit animalibus, quando mouentur ex se in loco, scilicet, quòd corpus calefit, & sic mouetur motu alterationis ex se, sed non primitus, sed mediante motu locali, & augmentum existimator augmentari ex se, sed per accidēs.

C

Secunda ꝓpositio. Secunda propositio est, quòd motum ex se est principium rerum motarum. Tertia propositio est, quòd motus, qui inue-

Tertia ꝓpositio. nitur in primo moto, est primus motuum. Ex quibus propositionibus potest ratio formari sic. Ille motus est perfectior, & prior, qui inuenitur in primo moto: sed motũ ex se est primum motum, quia est principium rerum motarum, vt patet per secundam propositionem, ergo ille motus est primus motuum, quo aliquid mouet se, sed nihil mouet se, nisi motu lo-

Dubium. cali, ergo motus localis est primus motuum. Sed hic dubitatur, scilicet, vtrum motus localis sit primus motuũ, & videtur quod non, quia motus capit speciem, & perfectionem a termino ad quē ille est, ergo ille motus est perfectior, & prior, cuius terminus est prior, & perfectior, sed terminus generationis est prior, quam terminus motus localis, quia substantia est prior quolibet accidente, ergo generatio est prior, quam motus localis. Et per hoc argumentum potest probari, quod generatio est prior, quam motus localis, & per consequens omniũ motuũ, quia terminus generationis est prior, quam terminus motus localis, aut alterationis, vel aug-

Cõfirmatio. mentationis. Ista ratio confirmatur secundum Commen. hic, qui dicit, quod generatio est prior alteratione, sicut substantia est prior cæteris prędicamẽtis, & dicit hoc: q̃a sicut substantia est prior aliis prædicamentis, ita uia ad substantiam est prior, quã uia ad alia prædicamenta. Itē motus localis est postremus motuum, ergo

Secundo. non est primus, consequentia patet de se, & antecedens probatur, quia sic videmus esse in animali, scilicet, quia primo animal generatur: deinde alteratur, deinde augmentatur, & in vltimo mouetur motu locali, ergo motus localis est po-

Tertio. stremus motuum. Item, generatio est perpetua secundum Phylosophum, sed nihil est prius perpetuo, ergo. In oppositum est hic Phylosophus. Dicendum, quod motus localis est primus motuum, & quod est prior cæteris motibus tempore, natura, & perfectione, quod Phylosophus probat, & primo, quod motus localis est prior cæteris motibus tempore, quia motus localis est perpetuus, & nullus alius motus est

A perpetuus, sed perpetuum est prius tempore non perpetuo, ergo. Sed quod motus localis sit prior natura cæteris motibus, apparet, quia illud est prius natura, quo non existente non existit aliud, & quo existente non oportet aliud existere, sed non existente motu locali non existunt alij motus, & ipso existente non oportet alios motus existere, ergo motus localis est prior natura alijs motibus: maior patet de se, minor uero probatur, quoniam alteratio non potest esse sine motu locali, sed quòd motus localis præcedat alterationem, probat Phylosophus per hoc, quia si aliquid debeat alterari, oportet, quod alterans approximetur alterato, quod fieri non potest sine motu locali, & etiam, quod motus localis præcedat alios motus secundum perfectionem, patet multipliciter, vna ratio est, quia motus localis est ultimum uia generationis ex processu naturæ, quia primo generatur animal, & postea alteratur, deinde augmentatur, & vltimo mouetur motu locali: sed quod est ultimum uia generationis est primum uia perfectionis, ergo. Alia ratio est. Motus localis solum reperitur in animalibus perfectis, quia solum animalia perfecta mouent se localiter, sed ille motus est perfectior, qui est in substantia perfectiori, ergo motus localis est perfectior alijs motibus: quoniam alij motus reperiuntur, tam in animalibus perfectis, quam in animalibus imperfectis. Alia ratio est. Ille motus est perfectior, qui minus abijcitur a mobili, sed inter omnes motus localis est huiusmodi, ergo. Istæ rationes magis patent in exponendo literam, necest dubitatio de prioritate secundum perfectionem, quia ex quo terminus motus localis est imperfectissimus, & motus capit perfectionem a suo termino, videtur, quod motus localis sit imperfectissimus. Dicendũ igitur, quod motus alij a motu locali capiunt perfectionem suam a suis terminis, sed motus localis non capit perfectionem a suo termino, sed magis a suo subiecto, uel a sua causalitate, modo motus localis est in perfectissimo subiecto, & est causa istorum motuum, ideo est perfectissimus, & maxime est uerum de motu locali circulari, quia ille motus non capit speciem a suo termino: quia ille motus non est ad locum, sed est circa locum. Ad primum in contrarium dicendum, quod alij motus a motu locali capiunt perfectionem a termino ad quem, quia tales motus de necessitate sunt finiti, & ordinantur in terminum, in quo mobile debet quiescere, quia aliquis motus localis est infinitus, & sempiternus. Ad aliud est dicendum, quod in eodem animali alij motus, ut generatio, alteratio, & augmentatio præcedunt motũ localem simpliciter, tamen loquendo in respectu vniuersi motus localis præcedit omnes alios motus. Ad aliud, cum dicitur, quod generatio est perpetua dicendum, quod nulla generatio est perpetua, sed successio generationum sibijinuicem succedentium est perpetua. Ad primũ. Ad secũm. Ad tertiũ.

Nunc aũt demonstrandum est, quęnã sit latio prima. Atque simul eadem uia patebit, & id, quod nunc, & antea supposuimus, continuum, inquam, motum, atque perpetuum aliquem esse posse.

Quia autem loci mutatio prima sit, nunc monstrandum est. Simul autem, & quod nunc, & prius positum est, quod contingit quendam motum continuum esse, & perpetuum, manifestum erit eadem methodo.

D ISTud est secundum capitulum huius tractatus, in quo declaratur, quis motus non potest esse continuus, & æternus, & continet quatuor partes principales, quia in prima ostenditur, quod nullus motus alius a loci mutatione potest esse continuus, & æternus. In secunda ibi. [Quod autem contingit esse.] Declaratur, quod nullus motus localis alius a loci mutatione circulari pōt esse continuus, & æternus. In tertia ibi. [Vnde aliud &c.] Soluit quatuor dubitationes. In quarta ibi [Rationabiliter autem.] Reuertitur ad ostendendũ, motũ reflexum non esse continuum per rationes logicales, & cõmunes. Prima pars continet quatuor particulas, quia in prima ostendit, quod nullus motus, qui est ab opposito in oppositum, potest esse continuus, & æternus. In secunda ibi. [Contrarij autem sunt.] Ostendit, quod nullus motus compositus ex duobus motibus oppositis potest esse continuus, & æternus. In tertia ibi. [Nihil enim differt.] Excludit aliquas dubitationes. In quarta ibi. [Quod autem in generatione.] Ostendit, quod mutationes oppositæ, ut generatio, & corruptio,

prio, non possunt continuari adinuicem. In tota igitur prima particula huius partis Phyl. intendit probare, quod nullus alius motus a loci mutatione est continuus, & perpetuus, hæc conclusio probatur sic. Nullus motus, qui est ab opposito in oppositum est continuus, & æternus, sed nec motus, nec mutatio composita ex mutationibus oppositis est continua, & æterna, sed omnis motus alius a loci mutatione, vel est motus ab opposito in oppositum, vel est compositus ex mutationibus oppositis, ergo nullus motus alius a loci mutatione est continuus, & æternus, minor huius rationis est de se manifesta, & maior declaratur, quantum ad quamlibet sui partem, prima igitur pars maioris declaratur in prima particula huius partis. Secunda autẽ in secunda, & tertia in tertia, & quarta in quarta, & hoc patebit procedendo per particulas. In prima igitur particula Phyl. proponit intentionem suam dicens, quod cũ ostensum sit, quod omnium mutationũ loci mutatio est prima, nunc considerandum, & monstrandum, quod loci mutatio est prima omnium mutationum, & secũdum eandem methodum, hoc est secundum eandem artificialem considerationem, cõsiderandum erit, quod nunc, & prius diximus, scilicet, ꝙ aliquis motus est continuus, & perpetuus, oportet, ꝙ idem sit motus primus, & motus perpetuus, & ideo sub vtraque consideratione vtrumque istorum accidit, scilicet, ꝙ motus est prius, & quod etiam motus est perpetuus.

Nullum itaque cæterorũ motuum continuum esse posse ex hisce sane patebit. Omnes.n.motus, atque mutationes ex oppositis sunt ad opposita migrationes, ut patet. Nã generationis quidẽ, atque corruptionis, id, quod est, & id, quod non est terminos esse constat. Alterationis uero cõtrarias qualitates, atque affectus. Accretionis itẽ, decretionisve, aut magnitudinem, paruitatemque, aut perfectionem magnitudinis, imperfectionemve.

Text. c. 62. *Quod quidem igitur aliorum motuum continuum neque vnum contingit esse, ex his manifestum est. Omnes.n. ex oppositis in contraria sunt motus, & mutationes, ut generationi quidem, & corruptioni ens, & nõ ens termini sunt alterationi contrariæ passiones, augmẽto, & decremento, aut magnitudo, aut paruitas, aut perfectio magnitudinis, aut imperfectio.*

PRæpositã intentionẽ suam exequitur ostendens. primo, ꝙ ex his, quæ dicentur, manifestum erit, quod nullus erit motus alius a motu locali, qui sit continuus, & æternus. Vnde in hac particula solum probat, primam partem maioris principalis, scilicet, quod nullus motus, qui est ab opposito in oppositum, est continuus, & æternus, vel perpetuus, & narrat, quod omnis mutatio alia a loci mutatione est ab opposito in oppositum, & quæ sunt opposita in vnaquaque illarum mutationum, & dicit, quod duo opposita in generatione & corruptione sunt esse, & non esse, & duo termini oppositi in alteratione sunt duæ qualitates contrariæ, ut album, & nigrum in coloribus, & calidum, & frigidum in qualitatibus tangibilibus, & duo termini oppositi in augmentatione, & diminutione sunt magnum, & paruum, quod autem nulla mutatio, quæ est ab opposito in oppositum sit continua, & æterna, & quod nulla augmentatio est perpetua, nec aliqua alteratio, & diminutio est continua, & perpetua, probatur, & hæc

28. conclusio de annexis. est vigesimaoctaua conclusio de annexis, quæ quasi de se patet, potest tamen probari per hoc, quia nulla mutatio, quæ est finita ex vtraque parte, est continua, & perpetua, sed omnis mutatio, quæ est ab opposito in oppositum, est finita ex vtraque parte, cum sit media inter duo opposita terminantia ipsam, ergo. Vnde Commen. dicit hic, quod Phyl. dicit, quod termini oppositi in augmẽtatione, & diminutione sunt magnũ, & paruum, quod est uerum, quando res naturales habent magnitudines terminatas. Minimus enim homo est naturaliter terminatus, & similiter maximus: quoniam si magnitudines rerum non essent terminatæ, tunc magnitudines non haberent perfectionem acquisitam in natura per motum augmenti, manifestum enim est per se, quoniam quemadmodum nõ quælibet actio fit per quãcunque qualitatem, idest, per quamcunque formam, ita est manifestum per se, esse impossibile, ut quælibet actio entium fiat per quamcunque magnitudi-

A nem, sed vnaquæque actionũ propriarum cuilibet enti habet propriã qualitatẽ, & quãtitatẽ, sicut igitur actio hominis non potest prouenire, nisi a forma hominis, ita impossibile est, ut actio eius proueniat, nisi a sua magnitudine. Magnitudo igitur hominis est terminata naturaliter, & similiter sua forma, & similiter est in vtraquaque rerum naturalium, hæc Comm. Ex illo dicto apparet expresse, quod de intentione Com. est, quod in omni specie rerum naturalium est dare maximum, & minimum, & ratio ipsius videtur probabilis, quia quælibet species rerum naturalium habet operationem terminatam, & per consequens quantitatem terminatam. Nam maior quãtitas cæteris existentibus paribus arguit maiorem virtutem, & maior virtus maiorem perfectionem, & ideo oportet, quod si operatio sit determinata, quod virtus sit determinata, & si uirtus sit determinata, quod quantitas sit determinata.

Contrarij uero sunt motus, quibus ad contrarios fines itur. Id autem, quod nõ semper hoc motu cietur, modo sit prius, quiescat prius, necesse

B est. Id igitur, quod mutatur, ut patet in contrario, profecto quiescet. Similiter & in ipsis mutationibus fit. Corruptioni namque generatio simplici simplex, & cuidam quædam opponitur. Quare si fieri non potest, ut simul oppositis mutationibus quicquã mutetur, non erit mutatio profecto continua, sed inter ipsas medium tempus erit.

Contrarij autem sunt, qui sunt in contraria. Quod autem non semper mouetur secundum hunc motum, existens prius necesse est prius quiescere. Manifestum igitur, quoniam quiescet in contrario mutans. Similiter autem, & in mutationibus. Opponuntur enim generatio, & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare si impossibile est simul mutari oppositis, nõ erit continua mutatio, sed medium erit ipsorum tempus.

C HAec est secunda particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus ostendit, quod nullus motus cõpositus ex duobus motibus oppositis est continuus, & æternus, & hæc est uigesimanona conclusio de annexis. Vnde posset aliquis dicere, quod licet motus ab albo in nigrum non possit esse continuus, & æternus, tamen motus ab albo in nigrum, & a nigro in album, & iterum ab albo in nigrum, & sic infinities iterando põt esse continuus, & perpetuus, sed quia hic motus iteratus inter opposita est compositus ex motibus oppositis, ideo Phyl. probat, quod nullus motus compositus ex motibus oppositis est cõtinuus, & æternus, hæc conclusio probatur sic. Nullus motus, inter cuius partes necessario cadit quies media, est continuus, & perpetuus, sed omnis motus compositus ex motibus oppositis est motus, inter cuius partes cadit quies media, ergo, nullus motus compositus ex oppositis motibus est continuus, & perpetuus, maior patet per hoc, quia inter partes motus continui non cadit quies media, talis enim motus non est continuus, quia interrumpitur per quietem mediam, & minor declaratur per hoc, quia inter omnes motus oppositos cadit quies media, & per consequens inter partes motus compositi ex 29. conclusio de annexis.

D motibus oppositis cadit quies media. Sed hic dubitatur, quia non videtur, quod necesse sit, quod inter motus oppositos cadat quies media, quia ponamus, quod a, calidum agat in b, frigidum, quousque inducatur caliditas in b, & quod in primo instanti, in quo est caliditas inducta in b, sit c, summe frigidũ approximatum ipsi b, & sit primum instans g, in quo est inducta caliditas in b, tunc in g, instanti c, quod est summe frigidum est approximatum b. calido, quæro tunc, an statim post g, instans c, aget in b, inducendo frigiditatem in ipsum, vel non. Si detur quod c, statim agat in b, tunc b, non quiescet, sed statim sine quiete media transfertur a calido in frigidum, & a frigido in calidum, & sic non oportet, quod inter motus oppositos cadat quies media. Si uero detur, quod statim post g, instans c, non aget in b, transmutando ipsum. Contra, c, est summe frigidum, & approximatum b, calido in g, instanti ergo si c, non statim agit in b, expectabit per tempus, antequã aget, & sic agens naturale erit approximatum passo sibi contrario per tempus, & non aget ipsum, nullo existente impedimento, Dubium.

pedimento, supponit enim, quod non sit impedimentum, quod est valde inconueniens, & contra principia naturalia, & est contra rationem, quia qua ratione c. non incipiet in g. transmutare b. eadem ratione, nec in instanti posteriori incipiet transmutare ipsum. Dicendum est, distinguendo de quiete, quia quædam est quies mensurata tempore, scilicet, quæ priuat motum per aliquod tempus, & quamlibet partem illius temporis. & quædam est quies mensurata instanti, quæ solum priuat motu per aliquod tempus. Ad cuius intellectũ est sciendum, quod in quolibet instãti temporis mensurantis motum continuum, præterquam in primo, & vltimo instanti illius temporis, est in qualibet parte illius temporis motus in mobili, quamuis enim motus non mensuretur instanti, tamen in instanti motus inest mobili, quoniam in instanti hæc est uera, Mobile mouetur, & si in aliquo instanti intermedio inter primum instans, & vltimum motus non insit mobili in illo instanti quies mensurata instanti, quæ dicitur quies subita inest mobili, & non est motus continuus per totum illud tempus, & si in aliqua parte illius temporis motus non insit mobili, tunc quies mensurata tempore, scilicet, illa parte temporis, in qua motus nõ inest mobili, inest quies mobili, & interrumpitur continuatio motus, & sic continue motus interrumpitur tam per quietem successiuam, quam per quietem subitam. Dico ergo, quod inter motus oppositos cadit quies media, scilicet, quies subita, uel quies successiua, & in maiori parte inter motus oppositos cadit quies media mensurata tempore, uel instanti, & nullus motus est continuus inter cuius partes cadit aliqua quies media mensurata tempore, uel instanti, quoniã vtraque quies interrumpit continuitatẽ motus, quia ad hoc, quod motus sit continuus, oportet, quod motus insit mobili in qualibet parte temporis mensurantis motum, & in quolibet instanti temporis, præterquam in primo, & vltimo instanti illius temporis. Dico ergo, quod si a, calidum agit in b, inducendo caliditatem in b, si in primo instanti, in quo caliditas est inducta in b, scilicet, in g. instanti approximetur ipsi b, summe frigidum in primo instanti inciperet agere in b, & sic b, non quiesceret quiete mensurata tempore, sed quiete mensurata instanti, quia in g, instanti motus non inest ipsi b, quia nec motus causatus ab a, nec motus causatus a c, inest ipsi b, in instãti, & ideo illi motus oppositi causati in b, ab a, & c, non sunt continui adinuicem, quia in instanti g, non transmutat b, quia non transmutatur ab a, neque a c, & in b, instanti g, quiescit quiete subita, quæ priuat motum a mobili pro uno instanti.

Nihil enim interest cõtrariæ sint, an non cõtrariæ mutationes hæ, quarũ termini contradictoriã oppositionẽ suscipiunt, si modo simul eidẽ adesse non possint. Hoc.n. non est rationi conducẽs. Nec si nõ necesse est in contradictione quiescere, nec est mutatio quieti contrarium. Forsitan.n. id, qđ haud est nõ quiescit. Corruptio uero ad id, quod haud est (ut patet) mutatio est. Sed si solũ inter ipsas sit tp̃s, sic.n. continua non erit, sane mutatio. Neque enim in prioribus contrarietas conducebat, sed idipsum simul, inquam, inesse non posse.

Nihil enim differt contrarias, aut non contrarias esse secundum contradictionem mutationes, si solum impossibile sit, eidẽ simul inesse. Hoc enim rationi nihil utile est. Neque si non necesse est, quiescere in contradictione, neque est mutatio quieti contrarium. Non enim fortassis quiescit, quod non est. Corruptio autem in nõ ens. Sed si solum medium sit tempus, sic enim non erit mutatio continue. Neque enim in prioribus motibus contrarietas utile fuit, sed non contingere simul esse.

Obiectio prima. HAec est tertia particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phyl. excludit duas obiones, quarum prima est, quia non videtur, quod illa ratio concludat de omnibus mutationibus oppositis, quia non est uerum, q̃ inter omnes mutationes oppositas cadat quies media, quia inter generationem, & corruptionem, quæ sunt mutationes oppositæ, non est necesse, quod cadat quies media, non enim oportet, quod mobile quiescat in termino illarum mutationum, ut patet de corruptione, quoniam illud, quod corrumpitur, non quiescit, cum sit non ens. Hanc ergo obiectionem remouet Phyl. dicens, quod non oportet hic accipere in ratione, scilicet, quod inter omnes mutationes oppositas cadat quies media, quia non est uerum de mutationibus, quæ sunt inter contradictoria, ut obiectũ est, sed loco quietis mediæ accipiatur tempus medium, & tunc fiat ratio communis omnibus trãsmutationibus oppositis sic. Inter transmutationes, inter quas necessario est tempus medium, in quo, scilicet, mobile non transmutatur, non fit trãnsmutatio continua, sed inter omnes transmutationes oppositas est tempus medium, ergo ex nullis transmutationibus oppositis fit transmutatio continua, & æterna, maior, & minor patent per hoc, transmutationes oppositæ non possunt inesse eidem simul, sed inter omnes transmutationes, quæ nõ possunt inesse eidem simul, est tempus medium, ergo, inter omnes transmutationes oppositas est tempus medium, in quo transmutabile non transmutatur aliqua transmutationum oppositarum. Sciendum, quod Comm. probat hic, quod transmutationes oppositæ non possunt continuari adinuicem sine tempore medio, quia si sic, tunc contingeret necessario, quod idem simul transmutaretur duabus transmutationibus, quod ipse probat sic, quia si motus de albedine in nigredinem sit continuus, cum motu de nigredine in albedinem, tunc illud, quod mouetur de albedine in nigredinem, mouetur ad nigredinem dimittendo albedinem, & cum acquirit albedinem mouetur ad albedinem, dimittendo nigredinem, ergo in eadem dispositione acquirit eandem dispositionem albedinis, & dimittit illam, & mouetur duobus motibus contrarijs insimul: quod est impossibile. Item dicit Commen. quod ista determinatio est communis omnibus transmutationibus, & cum duo motus non fuerint insimul, sequitur necessario, quod inter eos sit tempus, & dicit vltra, quod ista demonstratio non debet intelligi in eodem moto, quod mouetur motibus contrarijs habentibus principium, & finem. Et etiam non habet intelligi de motibus, qui sunt in diuersis motibus, ut sunt motus chordarum apud percussionem omnium earum. Etiam non debet intelligi de duobus motibus, quorum alter est perfectio alterius in eodem moto, quoniam inter omnes illos motus est tempus, hæc Commen. Intelligendum, quod impossibile est motus cõtrarios continuari adinuicem, quoniam est impossibile, quod motus de albedine in nigredinem continuetur cum motu de nigredine in albedinem, ut ratio Commen. bene probat. Pro quo est sciendum, quod in omni motu continuo mobile a principio motu usque in finem, hoc est, in toto tempore mẽsurante motum, mobile mouetur ad terminum ad quem, & recedit a termino a quo, sic quod mobile continue fit propinquius termino ad quem, & remotius a termino a quo, si igitur aliquid continue mouetur ab albedine in nigredinem, & iterũ a nigredine in albedinẽ, illud mobile continue mouetur ad albedinem & ab albedine, & si mouetur ad albedinem continue fit propinquius albedini quam prius, & si mouetur ab albedine continue fit remotius ab albedine, ergo si sit motus continuus ab albedine in albedinem, sequitur, quod illud mobile continue fieret propinquius alicui, quã prius, & remotius ab eodẽ, qđ est impossibile, q̃a sic moueretur motibus cõtrarijs. Intelligendum etiam, quod cum Phyl. dicit, quod inter omnes motus contrarios, est tempus medium. Arist. per tempus continue intelligit tempus diuisibile, & tempus indiuisibile, quod est instans, nec est verum, quod inter omnes motus est tempus diuisibile medium, quia sicut probatum est supra, possibile est, quod aliquod mobile, cum fuerit transmutatum ad unum contrariorum, quod statim in fine illius transmutationis approximetur agens potens trãsmutare ipsum uersus reliquum contrariorum, vt cum aliquid est transmutandum ad calidum possibile est, quod approximetur eidem mobile summe frigidum, & tunc certum est, quod statim, cum est transmutatum ad calidum transmutabitur ad frigidum sine quiete media, & sine tempore diuisibili medio in vltimo instanti temporis mensurantis primam transmutationem, & primum instans temporis mensurantis secundam transmutationem, quod est unum, & idem instans, neutra istarum mutationum contrariarum inest mobili, & ita est tempus indiuisibile medium inter illas transmutationes contrarias, in quo instanti neutra translatio inest mobili. Sic igitur habet intelligi illud, quod dicunt Phyl. & Commen. scilicet, quod inter omnes transmutationes contrarias est tempus medium, intelligendo per tempus indifferenter tempus vẽ-

Remotio.

rum

rum, quod est diuisibile, & instans, quod dicitur tempus indiuisibile, nam inter omnes transmutationes contrarias est aliqua mensura media, scilicet, tempus, vel instans, in quo neutra transmutationem contrariarum inest mobili.

Atque non conturbemur oportet, si contrariũ sit pluribus idem. Vt motus quieti, & ei motui, quo ad contrarium itur. Sed hoc tantum sumamus, tum motui, tum quieti motum opponi, vt æquale ac mediocre ei, quod excedit aduersatur. Et insuper fieri non posse, vt motus oppositi, mutationesque simul eidem insunt.

Tex. c. 63. *Non oportet autem turbari, quod idem pluribus erit contrarium, vt motus & statui, & motui, qui est in contrarium, sed hoc solum est accipere, quod opponitur, quodammodo & motui, & quieti motus contrarius, sicut æquale & mensurabile, excellenti, & ei, quod excellitur, & quod non contingit simul oppositos, neque motus, neque mutationes esse.*

Obiectio secunda. HÆc est secunda obiectio, quam Phylosophus excludit, & est, quia dictum est in prima demonstratione, quòd inter motus contrarios cadit quies media, quæ est contraria motui, posset aliquis dicere, quod illud non est verum, scilicet, quod motui contrarietur quies, quia vni opponitur tantum vnum, sed motui contrariatur motus, ergo motui Remotio. non contrariatur quies. Hanc obiectionem remouet Phylosophus dicens, quòd non est inconueniens plura contrariari eidem quodammodo, vt quando contrarietas, inter illa non est manifesta, nam medium contrariatur vtrique extremorum, & æquale contrariatur super excellenti, & etiam super excesso, seu magno, & paruo. Vnde illa propositio, scilicet, vni contrariatur tantum vnum, est intelligenda de contrarijs, quæ maxime distant, sed sic non contrariantur motus, & quies.

Præterea, in generatione, corruptioneve penitus absurdum esse videbitur, si corrumpi continuo generatum, nulloque in tempore permanere, necesse est. Quare de cæteris, quia ex his idem profecto credetur. Est enim naturale in vniuersis mutationibus similiter se habere.

Amplius in generatione, & corruptione & penitus inconueniens esse videbitur, si factum mox necesse est corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtique fides alijs fiet, physicum enim est, quod similiter se habet in omnibus.

HÆc est quarta particula primæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus declarat, quod mutationes oppositæ, vt generatio, & corruptio possunt adin-
30. conclusio de connexis. uicem continuari, & hæc est trigesima conclusio de aonexis, quæ probatur ducendo ad inconueniens sic. Si generatio continuaretur cum corruptione, tunc res statim, cum esset generata, corrumperetur, & non maneret in aliquo tempore. quod est inconueniens, quia sic, frustra res generaretur, si non maneret per tempus, consequentia patet. quia si generatio, & corruptio continuaretur adinuicem, corruptio statim esset post generationem, & sic statim cum res esset generata, corrumperetur. Vnde dicit Phylosophus, quòd hæc est ratio de generatione, & corruptione, quæ potest facere fidem in omnibus alijs transmutationibus. Sicut enim est inconueniens, quod res statim, cum est generata, corrumpatur, ita videtur inconueniens, quòd aliud, quod dealbatur, statim, cum factum sit album, denigretur, & quòd illud, quod augetur, statim, cum est auctum, diminuatur. Vnde notandum est, quòd Commen. probat, illud esse inconueniens, Primum inconueniens. scilicet, quòd statim, cum res sit generata, corrumpatur. Et ducit ad tria inconuenientia. Primum est, quòd illud, quod generat, non haberet esse in actu, quod est inconueniens,

A quia generatio terminatur ad ens in actu, & probatur consequentis, quia omne ens in actu est in tempore, sed illud, quod solum durat per instans non est in actu, ergo. Se- Secũdum inconueniens. cundum inconueniens, ad quod deducit Aristo. est, quod natura ageret otiose, quod est inconueniens, consequentia probatur, quia ex quo generatio est via ad formam, & quod- Tertium inconueniens. liber, quod transmutatur, desiderat quiescere in termino transmutationis, frustra natura ageret etiam, si res, postquam esset generata, non duraret per tempus. Tertium inconueniens est, quia sic tolleretur omnis generatio, quoniam cum generatio terminetur ad esse in actu, si statim cum res esset generata, corrumperetur, sequeretur, quod non esset aliqua generatio, quia non esset aliqua generatio terminata ad esse in actu, & quod dictum est de generatione, quæ est mutatio ad formam substantialem, est intelligendum de alijs mutationibus ad formas accidentales, quoniam non erit in entibus eodem modo. Si enim transmutabile non quiesceret sub forma acquisita per motum, natura ageret ociose, apponendo tempus multum in motu, in acquirendo formam, quæ solum duraret per instans. Et est simile de generatione, & alijs motibus, vt dicit Commen. Omnis
B motus est via ad generationem, aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate, & si motus contrarij continuarentur, destrueretur generatio, & per consequens omnis alius Dubium. motus. Sed dubitatur hic, scilicet, vtrum sit aliqua res du- Prima ratio. rans solum per vnum instans tantum, & videtur, quod non, quia si sic, tunc statim cum res illa generaretur, corrumperetur, & sic illi rei simul inessent generatio, & corruptio, & etiam contraria simul inessent eidem, quod est impossibile. Item, illa res non esset ens in actu, quia, Secunda ratio. quod solum durat per vnum instans, non est ens in actu secundum Comment. sed hoc est falsum, quia res generatur, & generatio terminatur ad ens in actu. Item Commen. dicit hic expresse, quod non est possibile, quod statim cum Tertia ratio. res sit generata, corrumpatur. ergo. Dicendum, quod in maiori parte quælibet res producta in esse per motum terminans motum tanquam vltimus terminus intentus a natura durat per tempus. Nam motus naturalis istorum generabilium, & corruptibilium, vt in pluribus terminatur ad quietem. Mobile igitur naturaliter motum ad vltimum terminum intentum a natura naturaliter appetit quiescere
C sub illo termino, & illa, quæ intenduntur a natura in parte maiori eueniunt. Veruntamen cum multæ sint res, quæ solum durant per vnum instans, vt patet de radio solis intrante per fenestram domus, qui quiescente toto aere in domo continue fit radius in alia, & in alia parte aeris, quod non esset, nisi radius continue esset alius, & alius, quoniam idem accidens numero non migrat de subiecto in subiectum, & idem radius solis non durat per vnum instans. Et ita est de vbi, quod mobile acquirit, durante motu, quoniam in quolibet instanti temporis mensurantis motum, præterquam in vltimo instanti, mobile habet aliud, & aliud vbi secundum numerum, tamen huiusmodi res, quæ solum durant per vnum instans, non terminant per se motum, tanquam vltimus terminus intentus a mouente. Et adhuc de alijs, quæ terminant per se motum, est possibile, quod durent solum per vnum instans, quia possibile est, quod in vltimo instanti temporis mensurantis motum approximetur contrarium agens potens statim destruere formam acquisitam per priorem motum, ita quod non durabit, nisi per vnum instans tantum. Et dico, quod hoc contingit tam in substantijs, quam in accidentibus, scilicet, quòd possibile est formam acquisi-
D tam per motum durare per vnum instans tantum, quia acceptа quacunque forma, siue sit substantia, siue accidens, Deus potest ipsum destruere in quocunque instanti primo, in quo habet esse, ita quod non durabit vlterius, quoniam non erit aliquod causatum, quod potest per tempus quantumcunque modicum resistere potentiæ diuinæ. Et propter hoc Deus potest quamcunque talem formam destruere statim, cum est producta, ita quod non durabit per aliquod tempus. Illud autem quod Arist. & Comm volunt dicere in contrarium est intelli- Quomodo debeat intelligi dictũ phylos. & Commen. gendum de formis per se acquisitis per motum secundũ omnem cursum naturæ, & vt contingit in pluribus. Ad rationes vero in contrarium cum dicitur, quòd secundum hoc eadẽ res simul generaretur, & corrũperetur. Dicendũ, quod generari, & Ad primã rationem & tertiam. corrũpi possunt accipi dupliciter. vt stricte, & cõmuniter. Vnde stricte accipiendo generatio, & corruptio sunt fines alterationum præcedentium eas, & isto modo loquendo impossibile est, quòd aliqua res simul generetur, & corrumpatur, quia inter generationem, & corruptionem eius est alteratio media

terminata ad corruptionem illius rei, & ſic loquendo dicit Phyl. quod indiuiſibilia non generantur, & corrumpuntur, & hoc eſt verum. Secundo autem modo accipitur generatio, & corruptio communiter, ita, quod omne illud, quod quandoq; eſt, & quandoque non eſt, dicitur generabile, & corruptibile, & ſic loquendo de generatione communiter ſumpta, ſic eſt dicendum, quòd generari, & corrumpi exponuntur dupliciter, ſicut, & illa verba incipit, & deſinit, & quoniam vno modo generari, vel incipere idem eſt, quod nũc eſt, & nunquam prius fuit, & ſic exponitur per poſitionem præſentis, & negationem præteriti, alio modo exponitur per negationem præteriti, & poſitionem futuri, & ſic exponendo illud dicitur generari, vel incipere, quod nunc non eſt, & ſtatim ſine medio erit. Et ſimiliter corrumpi, & deſinere vno modo exponuntur per poſitionem præſentis, & negationem futuri, & ſic illud dicitur corrumpi, vel deſinere, quod nunc eſt, & poſtea non erit. Alio modo exponuntur corrumpi, & deſinere eſſe per negationem præſentis, & poſitionem præteriti ſic. Illud nunc non eſt, & ſtatim ſine medio fuit. Dico ergo, quòd res, quæ durat per vnum inſtans tantum ſimul generatur, & corrumpitur, exponendo generari per poſitionem præſentis, & generationem præteriti, & exponendo corrumpi per poſitionem præſentis, & negationem futuri, res, & quæ ſolum durat per hoc inſtans in hoc inſtanti generatur, & corrumpitur, quia in hoc inſtanti eſt, & nunquam prius fuit, & ſic in hoc inſtanti generatur eadem res, & corrumpitur, quia in hoc inſtanti eſt, & nunquam poſtea erit. Sed generari, & corrumpi ſecundum, quod ſic exponuntur non ſunt oppoſita, nec huiuſmodi rebus, quæ ſolum durant per vnum inſtans, inſunt generatio, & corruptio, niſi ſecundum, quod ſic exponuntur, videlicet, vtrumque per poſitionem præſentis, vt generari per negationem præteriti, & corrumpi per negationem futuri. Et cum dicitur, quod illud, quod durat per vnum inſtans tantum non eſt ens in actu, dico, quod eſt bene ens in actu actualitate præſentiæ, ſed non eſt ens in actu actualitate durationis, & ſic patet.

Ad ſecundam rationem.

Nunc autem dicamus, motum infinitum aliquem eſſe poſſe, qui quidem vnus ſit, & continuus, atque hunc eſſe conuerſionem. Omne namque, quod fertur, aut verſatur aut recta pergit, aut mixto motu cietur. Quare ſi motus rectus nõ ſit continuus, nec hiſce profecto, qui ex vtriſque componitur continuus eſſe poteſt.

Tex. c. 64.

Quoniam autem contingit eſſe quendam motum infinitum vnum eſſe continuum, & hic circularis, nunc dicemus. Omne quidem enim mouetur, quod fertur, aut circulariter, aut ſecundum rectitudinem, aut mixtum. Quare ſi neque illorum, alter continuus eſt, neque ex vtriſque poſſibile eſt compoſitum eſſe.

HÆc eſt ſecunda pars principalis huius capituli, in qua Phyloſophus intendit declarare, quòd nullus motus localis alius a motu circulari poteſt eſſe cõtinuus, & hæc eſt tertia concluſio principalis huius libri, pars igitur hæc cõtinet duas particulas, quia in prima Ariſt. probat concluſionẽ illam. In ſecunda ibi. [Quod autem fertur] probat vnam probationem acceptam in probatione concluſionis principalis, ſcilicet, quòd nullus motus localis rectus poteſt eſſe cõtinuus. In prima igitur particula huius partis Phyloſophus intendit probare, talem rationem. Nullus motus localis rectus poteſt eſſe ſemper continuus, & ſimiliter nullus motus localis compoſitus ex motu locali recto, & ex motu locali circulari poteſt eſſe ſemper continuus, ſed omnis motus localis alius a motu locali circulari, vel eſt motus localis rectus, vel eſt motus localis compoſitus, ex motu locali recto & ex motu locali circulari, ergo nullus motus localis alius a motu circulari poteſt eſſe ſemper continuus, minor huius rationis dicitur eſſe manifeſta, & maior declaratur ſic, nullus motus localis rectus poteſt eſſe ſemper continuus, quia motus localis rectus eſt ſuper magnitudinem rectam, & omnis magnitudo recta eſt finita, vt probatum eſt tertio, & ſexto huius, & per conſequens, nullus motus localis rectus poteſt eſſe ſemper continuus, & ſi nullus motus localis rectus poteſt eſſe ſemper continuus, ſequitur, ꝗ nullus motus localis compoſitus ex motu locali recto, & ex motu locali circulari poteſt eſſe ſemper continuus. Et Comm. mouet hic dubitationem de illa conſequentia, ſcilicet, qualiter teneat, motus localis rectus non poteſt eſſe ſemper cõtinuus, & æternus, ergo, nec motus compoſitus ex motu locali recto, & motu locali circulari poteſt eſſe ſemper continuus, & æternus &c. Dicendum eſt, vt Commen. dicit, declarando hanc cõſequentiam, dicens, quod motum eſſe cauſatum ex duobus motibus poteſt eſſe dupliciter, vno modo, quod ambo ſint in actu eſſentialiter. Alio modo, quod alter motuum ſit vincens, & alter victus, ſi intelligitur primo modo, videlicet, quod vterque motus ſit in actu, & eſſentialiter exiſtens, planum eſt, quod cõſequentia eſt bona, ſcilicet, motus rectus non poteſt eſſe infinitus, & æternus, ergo motus mixtus ex iſto motu, & alio non poteſt eſſe infinitus, & æternus, ſed ſi motus rectus ſit vincẽs, & motus circularis ſit victus, vel econuerſo, adhuc manifeſtũ eſt, quod illa conſequentia eſt bona. Motus rectus non poteſt eſſe infinitus, ergo motus mixtus ex motu recto, & circulari, non poteſt eſſe infinitus. ſed ſi motus circularis ſit vincens, & motus rectus victus, tunc eſt difficile videre, qualiter prædicta conſequentia teneat. Vnde Commen. addit vnam propoſitionem, per quam probat conſequentiam, & hæc eſt propoſitio. Omne, quod eſt in potentia, exit ad actum, aliter natura ageret ocioſe, & per hoc patet, quod ſi motus circularis ſit vincens adhuc motus mixtus eſt finitus neceſſario, quia motus mixtus eſt finitus in potentia, inquantum habet in ſe de potentia motus recti Vnde illa propoſitio Commen. ſcilicet, omne, quod eſt in potentia, exit in actum, ita, quod omne, quod eſt in potentia poteſt exire ad actum, ſufficit ad oſtendendum, quod motus mixtus non eſt neceſſario æternus. Intelligendum, ꝙ per motum mixtum ex motu circulari, & motu recto intelligit Phyloſophus motum, cuius vna pars eſt ſuper magnitudinẽ rectam, & alia pars eſt ſuper magnitudinem curuam, cuiuſmodi eſt motus factus ſuper chordam extenſam ſuper arcum. Et eſt ſciendum, quod quia, omnis motus localis rectus tandem fieret finitus, non poteſt motus compoſitus ex motu recto, & motu circulari eſſe æternus, quia finito, & terminato motu recto, non remanebit motus compoſitus ex motu recto, & motu circulari, quia ſimul finiuntur motus localis rectus, & motus compoſitus ex motu recto, & motu circulari, & ideo bene ſequitur, omnis motus rectus eſt finitus, ergo omnis motus cõpoſitus ex motu recto, & motu circulari, eſt finitus, quare &c.

Tertia cõcluſio principalis huius libri.

Tex. c. 60. & primo cæ. cõ. 19.

Dubium Commentatoris.

Reſpõſio.

Propoſitio Com.

Patet id, quod recto motu finitoque fertur, cõtinue non moueri, reflectitur enim. Sed, quod recto motu reflectitur id contrarijs motibus profecto cietur. Loco namque contrarius eſt motus, quo deorſum itur motui, quo pergitur ſurſum; & hiſce, quo retrorſum itur ei, quo contraria loca petuntur, & is item, quo dextrorſum itur, ei, quo pergitur ſiniſtrorſum. Nec enim ſunt loci contrarietates, vt patet. Quis eſt autem vnus, atque continuus motus, prius eſt definitum. Eſt enim hiſce, qui vnius eſt mobilis, in vno quoque ſit tempore, atq; nullam ſpecie differentiam habet. Tria namque ſunt. Id quod mouetur, vt homo, vel Deus, & quãdo, vt tempus, & tertium id, in quo. Hoc autem eſt, aut affectus, aut forma, aut locus, aut etiam magnitudo. Contraria vero ſpecie differunt, non vnũ ſunt. Atq; ea, ꝙ diximus, ſunt differentiæ loci.

Quod autem fertur ſecundum rectum, & finitum, non feratur continue, manifeſtum eſt. Reflectitur. n. Reflexum autem ſecundum rectum per contrarios motus. Contrarius enim, ſecundum locum eſt, qui eſt ſurſum, ei, qui eſt deorſum, & qui eſt ante, ei, qui eſt retro, & qui eſt ad ſiniſtrum ei, qui eſt ad dextrum. Loci enim contrarietates hæ ſunt. Quis autem eſt vnus, & continuus motus prius diffinitum eſt, quia qui eſt vnus, & in vno tempore, & indifferenti ſecundum ſpeciem. Tria enim erant, quod eſt, quod mouetur, vt homo, aut Deus, & quando, vt tempus, & tertium, in quo. Hoc autem eſt locus, aut paſſio, aut ſpecies, aut magnitudo. Cõtraria. n. differũt ſpecie, & nõ vnũ ſunt, loci aũt dicta differentiæ.

Hæc


HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus probat, quòd nullus motus localis rectus potest esse semper continuus, & 31. conclusio de annexis. hæc est 31. conclusio de annexis, quæ probatur sic. Nullus motus localis rectus factus super magnitudinem finitam rectam potest esse semper continuus, sed omnis motus localis rectus fit super magnitudinem finitam, ergo nullus motus localis rectus potest esse semper continuus, minor patet ex præcedentibus, quoniam probatum est in tertio, & etiam sexto huius, Tex. c. 60. & primo cæl. c. 19. quòd nulla magnitudo recta est infinita, maior vero declaratur per hoc, quia nullus motus localis rectus factus super magnitudinem finitam non reflectendo potest esse semper continuus, quia si non fiat reflexio, tandem deuenietur ad terminum magnitudinis finitæ, & tunc cessauit motus. Similiter nullus motus localis rectus factus super magnitudinem rectã finitam reflectendo potest esse semper continuus, sed omnis motus localis rectus, vel fit super magnitudinem rectam reflectendo vel non reflectendo, ergo nullus motus localis rectus super magnitudinem rectam potest esse semper continuus. Quod autem nullus motus localis rectus factus super magnitudinem rectam reflectendo possit esse semper continuus, satis probatum est. Sed posset aliquis dicere, quòd possibile est, B aliquid semper moueri continue super magnitudinem finitam rectam reflectendo, vt cum sit motum ab a, & b, qui sunt termini magnitudinis rectæ, statim & continue moueatur econtra a b, in a, & iterum ab a, in b, & sic semper, & sic motus rectus potest esse semper, & continuus per reflexionem. Istud excludit phylosophus, probando, quòd nullus motus reflexus, & continuus est vnus, intelligendo per motum reflexum motum compositum ex motibus, quorum vnus est ab vno termino in alium terminum, & alius econtra, vt motus ab a, in b, & 32. conclusio de annexis. motus a b, in a, non sunt continuati adinuicem, & hæc est 32. conclusio de annexis, scilicet, quòd nullus motus reflexus est continuus. Quæ conclusio probatur dupliciter, & secundum hoc hæc particula habet duas partes. Secunda ibi. [Maxime autem manifestum.] conclusio ergo primo probatur sic. Motus contrarij non continuantur adinuicem, sed motus reflexus, vt motus ab a, in b, & a b, in a, sunt motus contrarij, ergo motus reflexi non continuantur adinuicem, & per consequẽs motus reflexus non est vnus, & continuus motus, maior patet ex præcedentibus, & etiam aliqualiter declaratur hic, vt patet, & minor declaratur per signum, & etiam per rationem, C per rationem declaratur sic. Motus qui sunt ad terminos contrarios sunt contrarij, sed motus reflexi sunt huiusmodi, quia si vnus eorum fuerit ad inferius, reliquum erit superius, & si vnus illorum motuum fuerit ad anterius, reliquus erit ad posterius, & si vnus fuerit ad dextrum, alius erit ad sinistrum, modo superius, & inferius, ante, & retro, dextrum, & sinistrum contrariantur, ergo patet ergo, quòd motus reflexi sunt ad terminos contrarios, & maior declaratur, scilicet, quod motus contrarij non continuantur adinuicem, & hoc sic. Ad continuitatem motus requiruntur tria, scilicet, vnitas subiecti, vnitas temporis, & vnitas specifica formæ, secundum, quam est motus, sed motus contrarij differunt secundum formam, secundum quam est motus, quia termini motuum contrariorum differunt specie, ergo. Notanda sunt hic duo secundum Primum notan. Commen. Primò, quòd dimensiones sunt tres, scilicet, longitudo, latitudo, & profunditas. Extrema longitudinis dicuntur superius, & inferius. Extrema latitudinis dicuntur dextrum, & sinistrum. Sed extrema profunditatis dicuntur ante, & retro. Secũdum notan. Secundo est notandum, secundum Commen. qui dicit sic, & debes scire, quòd illæ partes sunt distinctæ in natura in homine, & similiter in mundo, sed in homine manifestæ sunt, D in mundo autem per demonstrationem, hæc Commen.

Indicat autem motum, quo ex a, pergitur ad ipsum b, contrarium esse ei, quo itur ex b, in a, id quod ipsis accidit. Sese enim mutuo sistunt, si simul fiant. Et in circulo simili modo. Is enim, quo itur ex a, per b, contrarius est ei, quo itur ex a, per c. Sese enim mutuo sistunt, si continui sint, & non reflexio fiat, quia contraria mutuo se corrumpunt, sibique fiunt impedimento. At is, quo itur in latus nõ est contrarius ei, quo pergitur sursum.

Signum autem, quòd motus contrarius est, qui est

A *ab a, ad b, ei qui est ab ipso b, ad a. Et quiescant, & repausant ad inuicem si simul fiant. Et in circulo similiter, vt qui est ab a, in b, ei qui est ab a, in c. Sistunt enim, & si continui sint, & si non fiat reflexio propter id, quod contraria sese corrumpunt, & prohibent adinuicem, sed non, qui est in latus ei, qui est sursum.*

Demonstratio.



B SEcundo vero declaratur eadem minor per, quoddam signum, scilicet, quòd motus reflexi sunt contrarij, & est signum tale. Motus contrarij impediunt se, quia motus a, in b, impedit motum a b, in a, & hoc est signum, quòd motus reflexi sunt contrarij, quia illa, quæ impediunt se sunt contraria, & quia manifestius est, quòd motus reflexi, qui sunt super dimensiones rectas, sunt contrarij, quam motus reflexi, qui sunt super dimensiones circulares sint contrarij. Ideo phylosophus declarat per illud, quòd motus reflexi, scilicet, super circulum sunt contrarij, quoniam tales motus resistunt sibi, quia motus ab a, in b, super semicirculũ vel super arcum circuli impedit motum econtra super eandem lineam, & illi motus sunt contrarij, qui impediunt se, ergo. Vnde Commen. monet hic dubitationem, quia Phylosophus primo cæ. declarat, quòd motui circulari nihil est contrarium, & si contrarietas, esset in motibus circularibus contingeret, vt corpora mota, motibus oppositis essent contraria, sicut aqua, & ignis sunt C contraria. Ad illud respondens Commen. dicẽs, quòd contrarietas, sit, contrarietas ergo, in qua communicant motus circularis, & rectus, debet intelligi sic, scilicet, duo motus, quibus impossibile est, aliquod corpus moueri insimul, nam duo motus in quibus est necesse, vt motum secundum alterum sit contrarium alteri, scilicet, moto secundum reliquum, secundum hoc ergo debet intelligi contrarietas in hoc loco, hæc Comment. Vnde eius solutio consistit in hoc, scilicet, quod duplex est contrarietas, quoniam, quædam dicuntur contraria solum ex hoc, quia non possunt reperiri insimul in eodem subiecto, & hæc contrarietas est contrarietas largè accepta. Alio modo di- Dubium. cuntur aliqua contraria contrarietate propriè dicta, & talis contrarietas arguit contrarietatem subiectorum, & tali contrarietate non est aliquid contrarium motui circulari. Sed adhuc est dubium, quia non videtur, quòd motus circulares, qui Respõsio. sunt ad partes contrarias sint contrarij sic, quod non possunt esse simul in eodem subiecto, nam sol mouetur superius versus. Occidens motu diurno, & versus. Oriens motu proprio. Ad illud est dicendum, quod motus circulares, qui sunt simpliciter ad partes contrarias sunt contrarij, si tamen vnus moueret ad vnam partem, & alius ad aliam solum in respectu, illi motus non sunt contrarij, & illud est verum tam in D motu recto, quam in motu circulari, ver. gratia, in motibus rectis si lancea mouetur sursum, & sic vna musca in summitate, lanceæ, quæ proprio motu descendat super lanceam, si motus lanceæ sursum sit velocior, quam motus proprius muscæ deorsum, tunc illa musca mouetur simpliciter sursum, & mouetur deorsum solum in respectu lanceæ, & in respectu ad totum vniuersum mouetur sursum, quia magis distat a toto vniuerso, quam prius. Si vero motus proprius muscæ deorsum sit velocior, quam motus lanceæ sursum, tunc musca simpliciter mouetur deorsum, sed si motus lanceæ, & motus muscæ sint æque veloces, tunc musca, nec ascenderet, nec descenderet simpliciter, sed maneret in eadem distantia in comparatione ad vniuersum, attamen ascenderet in respectu lanceæ. Vnde motus simpliciter sursum, & motus in respectu deorsum non sunt contrarij, sed motus sursum in comparatione ad vniuersum, & motus deorsum in comparatione ad vniuersum sunt motus contrarij. Nec est possibile, quod idẽ ascẽdat, &

descendat in comparatione ad vniuersum, & sicut est de motu recto, ita est & de motu circulari, quia sol simpliciter mouetur versus occidẽs, quia motus primi orbis superat motum proximũ solis, secundũ quid tamen, & in respectu sol mouetur versus oriens, vt respectu Zodiaci. Quia non est semper sub eadẽ parte Zodiaci. Vnde sol pertrãsit aliquid de Zodiaco versus orientem, sicut musca pertransit de lancea versus deorsum, & sic patet, q motus reflexi, qui sunt ad terminos cõtrarios, vt motus sursum, & motus deorsum sunt cõtrarij, sed motus sursum nõ cõtrariatur motui, q est ad latus, vt dicit Com. Et Arist. dicit, vnde nõ est impossibile, qđ idẽ moueatur istis motibus insimul, s. ad superius & ad dextrũ insimul, s. q ex illis sit vnus motus cõpositus, sed ex motib. cõtrarijs nõ cõponitur vnus motus.

Maxime autem patet ex eo motum, qui super linea recta fit, continuum esse non posse, quia id, quod reflectitur consistat, non solum si super linea recta, sed etiam si super circulo feratur, necesse est. Non enim idem est super circulo ferri atque versari. Fieri namque potest, vt interdum prosequatur motum, interdum ad id profectum, vnde moueri cæpit redeat, ac reflectatur. Esse vero necessarium stare non modo sensu, sed ratione etiam credere profecto compellimur.

Tex. c. 65. *Maxime autem manifestum, quòd impossibile est continuum esse, qui est in rectitudine motuum, quia reflexum, necesse est stare non solum in recta, sed & si secundum circulum feratur. Nõ enim idem est circulo ferri, & secundum circulum. Est enim aliquando quidem cõnexum, quod mouetur. Aliquando autem in idem ueniens, vnde motum est reflecti iterum, quod autem necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed in ratione.*

Secunda ratio. HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius c. in qua ponitur secunda ratio probãs, quod motus reflexi nõ sunt continuati adinuicẽ, & per consequens, q motus reflexus nõ est vnus & cõtinuus. Vnde ratio, quã intendit est illa. Illi motus nõ sunt continuati adinuicem, inter quos cadit quies media. sed inter motus reflexos cadit quies media. Illud. n. quod reflectitur, necesse est, vt quiescat in puncto reflexionis, & hoc siue moueatur in circulo, siue secundũ lineã circularẽ. Et quia aliquis posset credere, quod idẽ est moueri in circulo, & secundũ circulum, addit Phylosophus dicẽs, q nõ est idem circulo ferri, & secundũ circulũ. Nã illud, quod mouetur super circulũ eundo, & redeundo, mouetur in circulo, & illud, qđ mouetur circulariter, mouetur secundũ circulũ, & illud, quod mouetur sup circulũ redeundo, nõ mouetur circulariter, & ideo nõ est idẽ ferri circulo, & super circulũ, & siue fiat reflexio super lineã rectã, siue super lineã circularẽ, necesse est, quod intersit quies media, & hoc est manifestũ p sensum & per rõnẽ, per sensum patet in his, q mouẽtur motu uoluntario, vt in animalibus, & in his, quæ mouẽtur naturaliter
Dubium.
Responsio. duobus modis, vt patet in motu pulsus. Vnde Comm. dicit, qđ medici fingunt cõpræhendere sensu duas quietes in fine. s. systoles, & dyastoles. Et Com. mouet hic dubitationẽ dicẽs, quod quæreret aliquis, si istud sit manifestum sensui, quod oẽ, qđ reflectitur, quiescit, tũc vti sermone in declaratione esset superfluũ. Rñdet Cõ. dicẽs, qđ illud, qđ apparet sensui, est testimoniũ ei, qđ apparet ratione, sed illud, qđ apparet sensui nõ sufficit in hoc, quod omne motũ tale quiescit, cũ nõ sit remotum, q plura talia mota sunt, quorũ quies nõ cõprehenditur sensu, & sic esset possibile existimare ipsa non quiescere, cũ igitur causa fuerit data in hoc, s. cã faciens quietẽ, tunc declarabitur, quod omne tale motũ necessario quiescet. Dicit & Cõ. q possumus dicere, qđ sensus sufficit in hoc, s. in esse, & præcipue in hoc, qđ apparet duo media æqualis velocitatis, qñ alterũ mouetur reflectendo, & alterũ rectũ, recte apparet sensui, q vnum incedit velocius, vt dicet Arist. post, & sm hoc erit scientia magis certa p rationẽ & p sensũ, p rationẽ tñ, vel p sẽsum tãtũ.

Est autem principium hoc. Cũ enim sint tria. Principium inquam medium, atque finis. Mediũ

A vtrunque est ad vtrunque, & numero quidem est vnum, ratione autem duo. Præterea aliud est esse potentia, aliud actu. Quare quodvis rectæ lineæ punctum, quod inter extrema est collocatum, potentia quidem est medium, actu vero non est, si non id quod fertur eam dimiserit, constiteritque, atque inceperit rursus moueri. Hoc autem pacto medium ipsum principium fit & finis. Principium quidem posterioribus, finis autẽ primæ. Dico autem si id quod fertur, atque si d, in ipso constiterit b, & rursus feratur ad c. Sed cum continue fertur, nec affuisse, nec abfuisse in puncto b, potest, sed esse solum in ipso nunc, in tempore vero nullo, nisi in eo toto, cuius nunc ipsum diuisio est. Quod si affuisse quispiam, & abfuisse posuerit semper ipsum d, stabit cum fertur. Impossibile est enim ip-
B sum d, in b, affuisse simul, ac abfuisse. Ergo in alio temporis, atque alio puncto. Tẽpus igitur id erit, quod est inter puncta temporis illa. Quare d, quiescet in b, & in cæteris identidem punctis. Quippe cum sit eadem in omnibus ratio. Cum autem d, quod fertur vtetur b, medio, principio, atque fine consistat ipsum necesse est. Propterea quod illud duo perinde facit, atque si illud ita mente perceperis. Sed ab a, quidem puncto, vt a principio abfuit, in c. vero fuit, cũ moueri desierit, steteritque.

Principium autem hoc est. Tribus enim existentibus, principio, medio, & fine, medium ad vtrunque est, & vnum numero, ratione autem duo. Amplius aliud est, quod est potentia, & quod est actu. Quare recte, quæ in-
C *fra sunt terminorum qualibet, si igitur potentia quidẽ est medium, actu autem non est, nisi diuidat hanc, sic et stans iterum inceperit moueri. Sic autem medium principium fit, & finis, principium quidem posterioris, finis autem prioris. Dico autem, vt si fertur a, stet in b, & iterum feratur in c. Cum autem continue feratur, neque factum esse, neque abesse, possibile est a, & b, signum, sed solum esse nunc. In tempore autem nullo, præter quod ipsum nunc est diuisio in toto a, b, c. Si autem adesse concedat aliquis, & abesse semper stabit a, quando fertur. Impossibile enim est a, simul adesse in b, & abesse, in alio, ergo, & alio signo temporis est. Tempus itaq; erit, quod in medio, quare quiescet a, in b. Similiter autem & in alijs signis. Eadem enim ratio in omnibus. Cum autem vtatur a, quod fertur ipso b, medio, & principio, & fine, necesse est stare, propter id, quod duo facit, sicut vtique*
D *si & intelligeret. Si ab a, quidem signo abfuit principio, in c, cum affuit, cum perficiat, & stet.*

Demonstratio.

A	B	C

Magnitudo.

HIc Phylosophus declarat quod inter motus reflexos est necessario quies. Primo ad distinguit de medio dicẽs, qđ quoddã mediũ est in actu, & quoddã in potentia. Et dicit, q in motu continuo est mediũ in potentia tñ, sed in motu reflexo est mediũ in actu. Et tũc ratio formatur sic. In nullo motu cõtinuo est mediũ in actu, sed in omni motu reflexo est medio in actu, ergo nullus motus reflexus est motus cõtinuus, qđ autẽ in motu reflexo sit medium in actu, probatur, quia in termino reflexionis est medium in actu, s. instãs actu terminans primum motum, & aliud instans inchoans secundum motum, & inter illa duo instantia cadit necessario tempus mediũ, in quo tpe necesse est mobile, qđ mouetur motu reflexo

reflexo quiescere. Et quòd ita sit, patet, quia sit magnitudo, super quam fit motus a,b,c, & sit a, principium, & c, terminus vltimus, & b, sit medium, in quo fiet reflexio, tunc si mobile moueatur ab a, in b, & iterum reuertatur a b, in a, oportet, quòd mobile in termino reflexionis adsit ipsi b, & iterum, ex quo reflectitur, oportet, quòd mobile absit, seu recedat ab ipso b, sed impossibile est, quòd mobile simul sit in instanti medio, & separetur ab ipso, ergo in aliquo instanti mobile est cum b, & in aliquo instanti separatur a b, & inter quælibet instantia accidit tempus medium, ergo oportet, quòd mobile in tempore medio quiescat. Vnde illa ratio fundatur super hoc, scilicet, quòd instans in actu terminat motum, & in instanti in actu incipit motus, nunc autem non potest esse idem instans, in quo terminatur motus præcedens, & in quo incipit motus sequens, quia si esset idem instans, esset instans in potentia tantum, & non in actu, ergo oportet, quòd sit aliquod instans terminans motum ab a, ad b, & aliud instans incipiens motum econtra, sed inter quælibet duo instantia cadit tempus mediũ, ergo in illo tempore medio mobile quiescit, & sic inter motus reflexos cadit quies media. Et si dicatur, quòd per idem argumentum contingit probare, quòd in motu continuo est quies in medio, quia moueatur aliquod mobile continue ab a, in c, per b, medium, idem mobile adest ipsi b, & postea abest ab ipso b, sed non simul adest, & abest, ergo quiescit in medio. Dicendum secundum Phylosophum, quod in motu continuo mobile non adest medio, nec abest a medio, quia solum abest, & adest termino, sub quo mobile quiescit, & in motu continuo mobile non quiescit, nec adest, nec abest a medio. Vnde est intelligendum, vt mihi videtur, quòd Phylosophus, & Commen. per instans in actu intelligant instans, per quod mobile priuatur motu & per punctum in actu intelligant punctum, in quo mobile existens priuatur motu, & per quietem intelligant indifferenter priuationem motus pro instanti, & pro tempore. Dico igitur, quòd in instanti reflexionis, in quo terminatur primus motus, necesse est, quòd mobile quiescat quiete mensurata tempore, vel instanti, & non est necesse mobile, quando flectitur quiescere quiete mensurata tempore. Primum istorum patet, quoniam in instanti, in quo mobile reflectitur, mobile priuatur motu, sic, quòd in illo instanti non inest motus ipsi mobili, vt si a, sit mobile, & moueatur a b, in c, & econuerso in instanti terminante motum a b, in c, non inest mobili, quia in illo instanti terminatur motus, qui erat a b, in c, & motus non habet esse in suo termino, nec in illo instanti inest mobili motus, qui est a c, in b, quia illud instans est principium, vel ante primum motum, qui est a c, in b, & motus non habet esse in sui principio, nec ante principium sui, & ideo in instanti reflexionis nullus illorum motuum inest mobili, quia nec motus a b, in c, tunc inest mobili, nec motus a c, in b, inest mobili, & ideo in instanti reflexionis mobile necessario quiescit quiete instantanea, idest quiete opposita motui pro instanti, & sic motus reflexionis, non est continuus, quia in motu continuo motus est in mobili, in quolibet instanti temporis mensurantis motum, præterquam in primo instanti, & in vltimo, & in instanti reflexionis non inest motus mobili. Et sic patet, quod necesse est, mobile quiescere inter motus reflexos quiete mensurata tempore, vel instanti, quia necesse est in illo instanti reflexionis mobile, quiescere quiete mensurata, idest quiete mensurata in instanti, in quo fit reflexio. Secundum autem declaratur, videlicet, quòd non est necesse, quòd mobile, quod reflectitur, quiescat inter illos duos motus quiete mensurata tempore, quoniam si pila projciatur in terram, si terra in illo instanti, in quo pila attingit terram, ascenderet, nulli dubium est, quin terra eleuaret pilam absque quiete media mensurata tempore, & si turris cadens, siue descendens magnam commotionem faceret in aere, lapillus projectus in altum, priusquam ad turrim attingeret, inciperet descendere absque quiete media tempore mensurata, & si faba projceretur sursum versus molare descendens deorsum, non est dubium, quin faba descenderet absque quiete media tempore mensurata, quia si faba descenderet per tempus, oporteret molare quiescere per tempus, & sic per continuam projectionem fabarum contra molare per totam diem molare quiesceret per totam diem, quod est incõueniens, & ideo faba projecta contra molare descendens, mouetur motu reflexo, & non quiescit inter illos motus reflexos quiete mensurata tempore. Vnde dicunt quidam, quòd inter motus reflexos proprios, & per se semper est quies media mensurata tempore, sed inter motus reflexos, quorum vnus est proprius, & per se, & alius per accidens, & per motum alterius non oportet, quòd cadat quies media tempore mensurata, vt

Quomodo debeat intelligi dictũ Phy. & Cõme.

A patet in exemplis prædictis, quia si pila projciatur in terram, & terra eleuetur, pila primo mouebitur deorsum ad terram motu proprio, & per se, & per accidens mouebitur sursum ad motum terræ ascendentis, & idem est de lapillo projecto contra turrim, & de faba projecta contra molare. Ista tamen distinctio de per se, & per accidens non videtur mihi valere, quia possibile est, quod illud, quod mouetur ab alio, moueatur per se, vt vult Phylosophus in hoc octauo, & iden lapis projectus contra molare, quando descendit per descensum molaris, videtur per se moueri, quamuis moueatur ab extrinseco. Similiter omnes rationes, quæ probant, quod inter omnes motus reflexos per se est quies media mensurata tempore &c. efficaciter probant, quod inter motus reflexos, quorum vnus est motus proprius, & per se, & alius motus per accidens, est quies media mensurata tempore, quia si faba projciatur contra molare, & reflectatur, non est dubium, quin faba adest puncto reflexionis, & abest, & non simul adest, & abest, ergo est tempus medium inter adesse, & abesse, & in illo tempore medio oportet, quod faba quiescat. Ideo est dicendum, vt mihi videtur, quod motus reflexi non continuantur adinuicem, quia inter illos motus necessario cadit aliqua quies media, vel quies, B quæ est priuatio motus a mobili pro instanti, vel quies, quæ est priuatio motus a mobili pro tempore, & quæcunque quies fuerit media, siue quies mensurata instanti, siue quies tempore mensurata, semper sequitur, quod illi motus reflexi, inter quos cadit quies media, non sunt continuati adinuicem, quia si motus sit continuus, oportet, quod motus insit mobili pro qualibet parte temporis mensurantis motum, & pro quolibet instanti illius temporis, præterquam in primo, & in vltimo instanti, & sic ad propositum Phylosophi sufficit, quod inter omnes motus reflexos cadat aliqua quies media. Nam ex hoc sequitur, quod nullus motus reflexus potest esse semper continuus. Verumtamen est sciendum, quod inter omnes motus reflexos cadit quies media tempore mensurata, nisi adsit impedimentum impediens quietem mensuratam tempore. Et quia huiusmodi impedimentorum accidit in minori parte, ideo in maiori parte, & vt in pluribus inter omnes motus reflexos est quies media mensurata tempore. Sed circa hoc dubitatur, quia si ratio Phylosophi aliquid valeat, probat, quod inter omnes motus reflexos cadit quies media mensurata tempore, quia in omni motu reflexo mobile adest, in quo est reflexio, & deinde abest, & non in eodem instanti adest, & abest, C ergo inter illa instantia, in quorum vno adest, & alio abest, est tempus medium, in quo mobile quiescit quiete mensurata tempore illo medio. Item distinctio sua de quiete instantanea, & temporali non videtur valere, per Phylosophum sexto huius. Sicut omne, quod mouetur, mouetur in tempore, ita omne, quod quiescit, quiescit in tempore, & sic non erit aliqua quies instantanea. Item non videtur, quòd vt in pluribus inter motus reflexos cadat quies media mensurata tempore, quia si lapis projciatur sursum, & postea descendat, non oportet, quod lapis quiescat per tempus inter motum sursum, & motum deorsum, cum non sit aliquod prohibens descensum lapidis, quando lapis est sursum, immo videtur, quod statim debeat descendere sine quiete media, quia graue existens sursum non prohibitum statim mouetur deorsum, ergo non erit ibi aliqua quies media. Ad primum illorum dicendum, quòd ratio Phylosophi bene potest impediri, quia aut per esse, & abesse intelligit P. motus successiuos, aut mutationes subitas, siue esse, & non esse, siue motus successiuus ita, quòd per adesse intelligit accedere, & abesse recedere, tunc debet dici, quod mobile motum motu recto, & etiam mobile motũ moD tu reflexo adest, & abest medio signo magnitudinis in temporibus diuersis, quia in toto tempore, antequam mobile deueniat ad medium, adest medio, quia accedit ad medium, & in toto tempore sequenti abest a medio, quia in toto tempore sequenti abest a medio, & recedit, & sic non simul adest, & abest, nec inter adesse, & abesse cadit tempus medium, sed instans tantum. Si vero per adesse, & abesse intendat esse, & non esse, ita quod per adesse medio intelligatur esse in medio, & per abesse a medio intelligatur non esse in medio, sic dico, quod mobile, quãdo est in medio magnitudinis adest medio & in quolibet instanti sequenti abest a medio, sed non est dare primum abesse, quia non est dare primum instans post medium instãs, cum instans non sit immediatum instanti, sic ergo accipiendo adesse, & abesse, dico, quòd in alio, & alio instanti adest, & abest, & nõ est dare primũ instans, in quo abest. Et cũ dicitur, quod inter illa duo instantia est tẽpus mediũ, concedo, quod inter quælibet duo instãtia est tẽpus medium, nec est concedendum, quod in illo tẽpore mobile quiescit, quia mobile cõtinue mouetur

Dubium Primum.

Secundũ.

Tertium.

Ad primũ

in qualibet parte temporis mensurantis motum inter instãs, in quo mobile adest medio, & quodcunque instans sequens, in quo mobile abest a medio, & sic potest illa ratio Phylosophi impediri. Et hanc responsionem pono ad exciandum ingenia studentium ad ostendendum rationem Phylosophi demonstrare, & quod dicunt Phylosophus, & Commen. de instanti in actu, & in potentia non videtur esse ad propositum, quia quodlibet instans est essentialiter in actu, quando est cũ quolibet alio instanti, quando fuerit. Et si per instans in actu intelligant instans, in quo mobile priuatur motu, sicut est illud instans in actu, in quo terminatus motus ab a, in c, & quo incohatur motus a c, in a, & non oportet, quòd sit aliqua quies media tempore mensurata, quia non sunt duo instantia in actu. Ad aliud dico, quòd sicut Phylosophus distinguit de motu in tertio huius, vbi motus accipitur communiter pro omni transmutatione, tam subita, quam successiua, & in quinto huius accipitur motus strictè pro mutatione a subiecto in subiectum. Ita & ego distinguo etiam de quiete, quia vno modo accipitur pro quiete mensurata tempore, alio modo pro quiete mensurata instanti. Ad aliud dico, quòd lapis proiectus sursum quiescit sursum, si non sit aliquod prohibens quietem. Et dico, quòd impeditur a motu deorsum per eandem virtutem, vel per consimilem, per quam mouebatur sursum. Cum enim virtus mouens lapidem sursum non possit ipsum mouere vlterius sursum, detinet ipsum sursum faciendo ipsum quiescere sursum. Facilius enim est impedire lapidem a motu deorsum, quam sit mouere ipsum sursum. Et ideo cum non possit amplius mouere, facit ipsum quiescere, detinendo ipsum sursum.

Ad secundum. Tex. c. 7.


Ad tertiũ.

Quapropter & ad dubitationem hoc est dicendum, habet enim hic locus hanc dubitationem. Nam si sint duæ lineæ rectæ a, b, c, & d, e, quarum d, e, sit æqualis b, c. & f, mobile ex a, continue moueatur ad c, atq; cum est in b, puncto g, mobile ex d, ad e, vniformiter, eademque celeritate feratur g, prius accedet ad e, quam f, ad terminum perueniet c. Quod enim prius recessit, ac abijt, id prius accedat, necesse est. Non ergo f, mobile simul in b, puncto fuit, atque absuit ab eodem. Iccirco & posterius accedit ad c. Nam si fuit, ac absuit simul non posterius ad terminum perueniet c, sed stet in illo, necesse est.


Tex. c. 66.

Vnde & ad dubitationem hoc dicendum, habet enim dubitationem hanc, si enim sit, quod est e, ei, quod est z, æquale, & a, feratur continue ab e, extremo ad c. Similiter autem sit a, in b, signo, & d, feratur continue a z, extremo ad i, regulariter, & velocitate simili ipsi a, ipsum d, ante veniet in i, quam a, in c. Prius enim mouens & discedens primum venire, necesse est. Non ergo simul affuit a, in b, & absuit ab eodem, vnde posterius fit, si enim simul non posterius est, sed necessitas erit stare.

Demonstratio.



Secundũ secũdã expositionẽ, & est expositio S. Th.



Secundum primam expositiooem Burlæi.

HÆc est tertia pars principalis huius capituli, in qua phylosophus ponit, & soluit quædam dubia circa prædicta. Et continet quatuor particulas secundum numerũ quatuor dubitationum, quas soluit. Secunda ibi. [At vero solutio.] Tertia ibi. [Manifestũ quoniam oĩs aliqs faciat.] Quarta ibi. [Si autem quodcunoque.] In prima igitur particula huius partis ponitur, & soluitur dubitatio prima, quæ secundum expositionem Commen. est illa. Ponamus, quod duo mobilia æqualia in velocitate incipiant insimul moueri per duo spatia æqualia, & quòd alterum, cum venerit ad medium spatij reflectatur ad terminum, ex quo incepit directe moueri, & reliquum mobile directe procedat ad finem spatij, super quod mouetur, tunc est dubitatio, quare motum, quod non reflectitur, perueniat ad finem spatij, antequam mobile, quod reflectitur perueniat ad locum, a quo incepit moueri. Hoc enim videtur dubium, quia ex quo mobilia sunt æque velocia, & spatia sunt æqualia. Nam medietas spatij, quam mobile reflexum post reflexionem pertransit, est æqualis medietati, quam mobile directè motum absque reflexione pertransit, postquã mobile, quod reflectitur, incipit reflecti, quare videtur, quòd illa duo mobilia debent in eodem tẽpore pertransire illas duas medietates. Ista igitur dubitatio ponitur in terminis sic. Sint a, d, duo mobilia æque velocia, & sint e, b, c, & t, i, spatia æqualia, & a, moueatur super spatium e, b, c, & cum veniat ad b, qđ est medium spatij, reflectatur ad e, hoc est ad principium spatij c, b, c, & d, mobile moueatur continue super spatium t, i, quousque veniat ad i, hoc est ad finem spatij t, i, manifestum est, quòd d, citius veniet ad i, quam a, veniat ad e, & super hoc dubitatur, cum e, b, spatium sit æquale primæ medietati spatij t, i, quare citius &c. Istam dubitationem soluit Phylosoph. ex prædictis, & est, quòd causa huiusmodi est, quia mobile, quod reflectitur, quiescit in termino reflexionis. Expositores tamen moderni aliter dicunt, videlicet, quod Phylosophus, hic soluit illam dubitationem, sint duo mobilia in æquali velocitate mota, vnum super spatium maius, & aliud super spatium minus, & cum mobile motum super spatium maius pertransierit illud, in quo spatium maius excedit spatium minus, tunc incipiet aliud mobile moueri super spatium minus æquali velocitate, verbi gratia Sit spatium maius b, c, & spatium minus t, i, & sit t, i, æquale b, quod est pars maioris spatij, & a, moueatur super spatium maius, & d, super spatium minus, & quando a, pertransierit a, tunc incipiat d, moueri super spatiũ minus, tunc probatur, quod d, citius pertransibit t, i, quam a, pertransibit b. quoniam d, prius recedit a principio magnitudinis t, i, quam a, recedat a principio magnitudinis b, ergo d, veniet citius ad terminum magnitudinis t, i, quam a, ad terminũ magnitudinis b, quod autem d, prius recedat a principio magnitudinis t, i, quam a, a principio magnitudinis b, probatur, quia, quando d, recedit a principio magnitudinis t, i, tunc a, fuit in principio magnitudinis b, sed non statim cum a, fuit in principio magnitudinis b, recedit a principio magnitudinis b, quia non simul adest, & abest, ergo, quando d. recessit a principio, magnitudinis t, i, non adhuc a, recessit a principio magnitudinis b, sed posterius.

Dubitatio prima.

Solutio.

Non est igitur ponendũ cum, f. fuit in b, simul

g, ipsum

g, ipsum ex d, moueri. Nam si f, in puncto fuerit b, abfuerit etiam ab eodem atque non simul. At in diuisione temporis in illo, & nõ tempore erat. Igitur hic quidem in continua magnitudine impossibile est, hoc dicere modo. In eo vero quod redit, atque reflectitur, hoc soluere pacto, necesse est. Nam si a, feratur e, b, in c, rursusque rediens e, c, in b, moueatur, ipso e, tum extremo, & principio vtitur nimirũ, & fine, vno inquam puncto uti duobus. Quo circa cõsistat ipsũ, necesse est, & nõ simul accessit ad c, & recessit a c. Alioquin ibi simul erit, atque non erit in eodẽ temporis puncto.

Non ergo ponendũ est, cũ a, affuit scdm b, ipsum d, moueri a, z, ultimo. Si.n. affuit a, in b, erit, & abesse, & non simul, sed erat in decisione tẽporis, & non in tempore. Hoc quidẽ igitur est impossibile, sic dicere, & in continuo. Sed in reflectenti necesse est dicere. Si.n. quod est i, feratur ad ipsũ d, et iterũ reflectẽs deorsũ feratur: ultimo d, et fine vtetur, & principio vno signo, ut duobus. Vnde stare, necesse est, Neq; simul affuit in ipso d, & abijt ab ipso d, ibi.n. simul esset, & nõ esset in eodẽ nunc.

Solutio dub. ISTam dubitationem soluit Phyl. & consistit solutio in hoc, quod a, motum super spatium b, c, stet, prior pars spatij: nec adest principio ipsius b, nec abest ab eodem, nisi in potentia, nam si abesset, & adesset in actu alicui signo, cum non simul adest, & abest, oportet, quod esset quies media, & sic illud; quod continue mouetur, quiesceret, quod est impossibile. Vnde in motu continuo mobile, nec adest, nec abest in actu alicui signo infra terminos spatij, sed in motu reflexo mobile adest, & abest puncto, in quo fit reflexio, ideo necessario cadit quies media.

At vero non est dicenda ea solutio, quã antea diximus. Dici namque nõ põt a, mobile in diuisione temporis in ipso c, esse, & nec affuisse, nec abfuisse. Ad finem.n. accedat necesse est, qui quidem est actu nõ potentia finis. Etenim id, quidẽ, quod est in medio, potentia est, atque hoc est actu. Atque finis est, cum pergitur sursum, principiũ uero cũ itur deorsum, & ipsorum ergo motuum simili modo. Stet igitur id, qđ redit super linea recta, necesse est. Quæ cum ita sint, continuus super linea recta perpetuus motus esse non potest. Eodẽ autem modo, & his est obuiandum, qui Zenonis rationem interrogant, censentque, si semper dimidiũ transire oporteat, dimidia uero sint infinita, & infinitorum transitio esse non possit, motũ non esse, neque posse quicquam moueri. Aut, ut quidã hanc eandem interrogant rationẽ, censentes mobile, cum mouetur, dimidia singula, super quæ fertur, enumerare. Quo fit, ut ab eo, cum totum transierit spatium, enumeratus sit numerus infinitus, hoc autem omnium sententia fieri nequit.

Tex. c. 67. *At vero olim solutio non danda est, non enim contingit dicere, quod secundum ipsum d, sit ipsum i, in decisione. Non affuit autem, neque defuit. Necesse enim est d, iu finem uenire, quia actu est, non potentia. Quod quidẽ igitur est in medio, potentia est. Hoc autem actu, & finis quidem deorsum, principium autem sursum, & motuum, ergo similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto. Non ergo contingit continuum motum in recto perpetuum esse. Eodem aũt modo obuiandum est ad interrogantes Zenonis rationem, & uolentes, si semper mediũ transiri oportet. Hæc aũt infinita sunt, infinita aũt transire impossibile est. Aut sicut ipsam hanc eandem quidã rõnẽ aliter interrogant, volentes simul cum mouere medietatẽ prius numerare secũdũ vnũquodque factũ mediũ. Quare abeunte toto, infinitum accidit numerare numerũ. Hoc autem confitentur impossibile esse.*

HÆc est secunda particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua soluitur secunda dubitatio, quam induxit Zeno ad probandum, ꝙ non contingit aliquod spatium pertransiri. Vnde ratio Zenonis formatur dupliciter, vno modo sic. Si aliquis pertranseat aliquod spatium, necesse est, ꝙ antequam pertranseat totum spatiũ, ꝙ prius pertranseat medietatem spatij, & antequam pertranseat totã medietatem, oportet, quod prius pertranseat medietatem medietatis, & sic in infinitum, quia spatium est diuisibile in infinitum, sed non contingit pertransire infinita, ergo non contingit pertransire aliquod spatium. Rõ Zeno. Secundo modo eius ratio formatur sic. Ille, qui mouetur super aliquod spatium, potest numerare medietatem spatij; antequam numeret totum spatium, & potest numerare medietatem medietatis, antequam numeret totã medietatem, & medietatem illius medietatis, antequam illam medietatem, & sic in infinitum. Ex quo cõcludit, quod si aliquis transeat aliquod spatium, quod ille numerabit numeros infinitos, sed hoc est impossibile, ergo, impossibile est aliquod spatium pertransiri. Ad illam rationem nõ sufficit responsio facta in sexto huius posita, quia illa solutio est responsio, quo ad hominem, non quo ad rem. Eadẽ rõ. Tex. c. 19.

In primis igitur de motu sermonibus ex eo rõnẽ hanc soluebamus, quia tps infinita in seipso haber. Nõ est.n absurdum, si infinito tpe trãseat quispiam infinita. Infinitio autem inest tam in lõgitudine, quam in tpe, simili mõ. Sed hæc solutio ad interrogantẽ qdẽ sufficienter se hẽt. Interrogabatur.n. si fieri possit, ut finito in tẽpore quippiã transeat, aut enumeret infinita. Ad rem autem ipsam, ueritatemque profecto non satisfacit.

In primis igitur rõnibus de motu soluimus per id, ꝙ tps infinita habet in seipso. Non.n. conueniens est, si infinito tpe infinitum transit aliquis. Similiter aũt infinitum vtiq; in longitudine est, & tempore. Sed hæc solutio ad interrogãtẽ quidẽ se hẽt sufficiẽter. Interrogabat.n. si infinito tpe infinitum transire, atque numerare contingit, ad rem, aũt, & ad ueritatem non sufficienter. Tex. c. 68.

HIc Phyl. declarat, qualiter illa responsio in 6. huius posita non est sufficiens. Et primo reiterat illam responsionem, quæ fuit, ꝙ non est inconueniens mobile per transire infinita in temporibus infinitis, nam tẽpus, in quo est motum, diuiditur in infinitum, sic magnitudo, super quam est motus, diuiditur in infinitum. Et dicit Phyl. ꝙ illa responsio non est, nisi ad interrogationem, quoniam si aliquis interroget, utrum in tempore finito contingit pertransire spatia infinita. Ista responsio sufficit interroganti, scilicet, quod si aliquis transeat spatia infinita, quod hoc erit in tempore infinito, quoniam, sicut spatium est diuisibile in infinitum, ita tempus, in quo pertransitur spatium, est diuisibile in infinitũ, sed illa responsio non docet, qualiter contingit pertransire infinita. Nam si aliquis interroget alio modo, vtrum, scilicet, cõtingit pertransire infinitas partes temporis, solutio iam dicta nõ sufficit ad hanc interrogationem, & ideo solutio iam dicta non est ad rem, sed solum ad interrogationem, ut dictum est. Tex. c. 19.

Nam si quispiam omissa longitudine, dictaque interrogatione, si sit, inquam, ut finito in tpe pertranseat quippiã infinita, hæc de ipso interroget tẽpore (habet enim tempus infinitas diuisiones) non erit sufficiens hæc sane solutio. Sed ea dicenda est

da est veritas, quã paulo ante diximus. Nã si quispiã lineam diuidat in duo dimidia, his vno puncto vtitur, ut duobus, faciet.n. ipsum principium, atque finem. Sic autẽ facit, & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Quo sic diuidente, neque linea est continua, neque motus. Continuus.n. motus continui est. In continuo aũt insunt quidem dimidia infinita, sed non actu, sed potentia sunt, ut patet. Si vero quispiam dimidiam faciat actu, nõ cõtinua faciet, sed modum ipsorum ponet. Quod quidem in eo accidere patet, qui dimidia numerat. Vnum namque punctum, uti duo, numerare ipsum necesse est. Alterius enim dimidij principium alterius finis erit, si non, ut vnum, ipsum cõtinuam lineã, sed, ut dimidia, numeret duo. Quare ad interrogantem, si fieri potest, ut in tempore, aut in longitudine pertranseat quispiam infinita, partim posse, partim fieri non posse, dicamus, oportet. Si.n. infinita sint actu, fieri nequit. Sin vero potentia, fieri potest. Qui namque monetur continue, per accidens sane, non simpliciter infinita transiuit. Accidit enim lineæ, ut dimidia sint infinita. Substantia uero ipsius diuersa est, atque esse.

B

Si enim aliquis dimittens magnitudinẽ, et interrogauerit, si in infinito tpe contingit infinita transire, interroget in ipso tpe eadẽ, habet.n. tps infinitas diuisiones, nec adhuc sufficiens hac solutio. Sed verum dicendum est, quod quidem diximus, ut rationibus. Si.n. aliquis cõtinuum quidem diuiserit in duo media, hic uno signo tã quam duobus vtitur. Facit.n. ipsum principium, & finem. Sic autem facit numerans, & in media diuidens, sic aũt, & diuidentem non erit continua, neque linea, neque motus. Continuus.n. motus continui est. In continuo autem sunt infinita media, sed non actu, sed potentia, si uero faciat actu, non faciet cõtinuũ, sed stabit. Quod quidem in numerãte media, manifestũ est, qa accidit. Vnũ enim signũ necesse est in ipsum numerare duo. Alterius quidem.n. medij finis, alterius autem principium erit, si non unũ numeret cõtinuum, sed duas medietates. Quare dicendum est ad interrogantẽ, si cõtingit infinita trãsire aut in tpe, aut in lõgitudine, qa est quidem sic. Est aũt non sic. Actu.n. cum sint, non contingit, potentia aũt contingit. Quod.n. cõtinue monetur secundum accidens infinita transiuit. Simpliciter autem nõ. Accidit autem lineæ infinita media esse. Suba autem altera est, & esse.

C

Solutio rationis Zeno.

Primum notan.

HIc Phyl. ponit vnam solutionem ad rationẽ Zenonis, quæ est, quod contingit pertransire infinita in potentia, sed non contingit pertransire infinita in actu, nũc autem mobile continue motum non diuidit spatium in actu, nisi quando describit aliquod punctum in actu. Vnde hic sũt tria notanda secundum Commen. primo, quod Com. hic distinguit de partibus magnitudinis d. quod quædam sunt partes, quæ consumunt magnitudinem, & quædam sunt partes, quæ non cõsumunt magnitudinem, diuisio per partes æquales consumit magnitudinem, & numerat ipsam. Non enim sunt in aliqua magnitudine finita, partes infinitæ certæ quãtitatis æquales, quarum quælibet est totaliter extra aliam, sed diuisio per partes inæquales non consumit magnitudinem, quoniam si ab aliqua magnitudine auferatur tantum, & postea dimidium tanti, & postea dimidium dimidij, illa diuisio erit in partes inæquales, & illa diuisio non consumit magnitudinem, quia magnitudo illo modo est diuisibilis in infinitum.

Secũdum notan.

Secundo est notandum secundum Comment. quod si mobile diuideret magnitudinem in duas medietates in actu quiescendo inter illas, & diuiserit vnam medietatem in

D

A duas medietates quiescendo inter illas, & sic in infinitũ, tunc sequitur, si omnes illę medietates sunt infinitæ, quod mobile motum nunquam perueniet ad extremum magnitudinis.

Tertium notan.

Tertio est notandum secundum Commen. quod diuisio magnitudinis secundum partes, quæ non consummũt magnitudinẽ, ut diuisio magnitudinis in partes eiusdẽ proportionis, quæ sunt partes inæquales, est diuisio per accidens, sed diuisio, quæ est secundum partes ęquales, est diuisio per se, quæ, scilicet, facit finitatem, & consumit magnitudinem, & ideo, cũ diuisio, quæ consumit magnitudinem, fuerit coniuncta cum diuisione, quæ non consumit magnitudinem, accidit diuisioni, quæ non consumit magnitudinem, ut consumat eam, & ideo, ut dicit Comment. accidit deceptio ex cõmixtione eius, quod est per se, cum eo, quod est per accidens. Et multa alia dicit Comment. hic, quæ etiam declaraui in una quęstione super quinto huius, ideo nunc transeo.

At qui perspicuum etiam est, si quispiam temporis punctum, quod prius, posteriusque diuidit, non posteriori tempori respectu rei, tribuat semper, idem esse simul, atque non esse, & cũ est ortũ, non esse. Punctum igitur temporis vtriusque cõmune est, priori, inquam, posteriorique, & vnum, ac idẽ est numero, rõne uero non idẽ. Alterius.n. finis alterius principiũ est. At respectu rei posterioris est semper affectus. Sit tps quidẽ a, b, c. Res aũt, d, quæ quidem a, c, tempore sit alba, in c, b, vero non alba. In ipso ergo c, alba est simul, atque non alba. In quouis namque temporis a, c, pũcto licet ipsum d, uere dicere album esse, si toto tempore illo est album, & in quolibet etiam ipsius b, c, non album esse, c, uero est in vtrisque.

Tex. c. 69.

Manifestum autem, & quia, nisi aliquis faciat temporis diuidens signum prius, & posterius semper posterioris rei erit simul esse. & non esse, & idem esse, & non esse, & quando fuerit non est. Signum quidem igitur vtrisque commune est, & priori, & posteriori, & vnum, & idem numero: ratione autem non idem est, huius quidem enim finis est, illius autem principium. Res autem semper posterioris passionis est. Sit enim tempus, in quo est a, b, c, res, in quo d. Hoc in a, quidem tempore album. In b, autem non album. In c, ergo album, & non album. In quolibet enim tempore ipsius a, uerum est dicere album, si omni tempore a, hoc erat album, & b, non album c, autem in vtrisque.

Demonstratio.

D. res quæ transmutatur a non esse in esse.

A. Tempus. C. Instans. Tempus B.

D

Dubitatio tertia.

HAec est tertia particula tertiæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. soluit tertiam dubitationem, & destruit motũ alterationis, & generationis, & primo ponit dubitationem. Secundo vero manifestat utrunque per exempla. Dicit ergo primo, quod manifestum est, nisi aliquis illud signum terminus, quod diuidit tempus prius a tempore posteriori facit semper esse rei posterioris, ita, quod in isto instanti res se habeat, sicut in tempore sequenti, sequitur, quod idem sit ens, & non ens insimul, & per hoc tangit solutionem dubitationis. Est igitur dubitatio, propter quid videtur, quod nihil potest transmutari ab una forma, in aliam formam, quia si aliquid trãsmutaretur ab una forma in aliam formam in uno tempore est sub una forma, & in alio tempore est sub alia forma, sed inter quęlibet duo tempora est medium copulans illa tempora adinuicem. Est igitur dubitatio, cum quo illud ens se tenet, aut cum forma priori, aut cum forma posteriori, hoc est. In illo instanti medio, aut transmutabile est

est sub forma priori, aut sub forma posteriori. Vnde potest probari, quod non potest fieri translatio ab vna forma in aliam formam: quia si aliquid transmutetur a non esse in esse vno tempore est sub non esse, & alio tempore est sub esse, tūc in instanti medio erit simul sub esse, & sub non esse, quod est impossibile, ergo est impossibile, quod aliquid transmutetur ab esse in non esse, vel econtra probatur consequentia, nam sit d, res quæ transmutatur a non esse in esse, & sit a, tempus, in quo est sub non esse, & b, sit tempus, in quo est sub esse, & sit c, instans copulans a, & b, adinuicem, tunc arguitur sic, si d, sit sub non esse in toto tempore a, oportet, quod sit sub non esse in quolibet instanti ipsius a, sed c, est vnum instans ipsius a, ergo d, est in c, sub non esse. Similiter si d, sit sub esse in toto tempore b, oportet, quod sit sub esse in quolibet instanti ipsius b, sed c, est unum instans ipsius b, ergo oportet, quod d, in c, instanti sit sub esse, & ita si d, transmutetur a non esse in esse, oportet, quod d, simul in eodem instanti, scilicet, in instanti c, sit simul sub esse, & sub non esse, sed hoc est impossibile, ergo impossibile est, quod aliquid transmutetur a non esse in esse, vel econuerso. Et eodem modo probatur, quod impossibile est aliquid transmutari a forma in formam, quia si aliquid transmutetur ab albedine in nigredinem in uno tempore est sub albedine, & alio tempore est sub nigredine. Sit igitur d, res quę transmutatur de albedine in nigredinem, & sit a, tempus, in quo est sub albedine, & sit b, tempus, in quo est sub nigredine, & sit c, instans copulans a, & b, adinuicem, tunc arguitur sic. Si aliquid sit album in aliquo toto tempore, oportet, quod sit album in quolibet instanti illius temporis, sed c, est vnum instans ipsius a, ergo d, erit album in c, similiter d, est nigrum in toto b, tempore, ergo est nigrum in quolibet instanti ipsius b, sed c, est unum instans ipsius b, ergo d, est nigrum in c, instanti, & sic si d, transmutatur ab albo in nigrum d, in eodem instanti, scilicet in c, erit simul album, & nigrum, quod est impossibile, ergo impossibile est, quod aliquid transmutetur ab albo in nigrum, vel econuerso. Et eodem modo potest probari de forma, videlicet, quod nihil potest transmutari a forma ignis ad formam aquæ, quia sic illud transmutatum simul foret sub forma ignis, & sub forma aquæ, quod est impossibile.

Non est igitur dandum in omni tempore, a, c, puncto d, album esse, sed in quouis præter vltimū c, hoc autem iam ipsum posterius est.

Non ergo dandum est in omni, sed præter vltimum nunc, in quo est c. Hoc autem iam postremum.

Solutio. Istam dubitationem soluit Phyl. dicens, quod illud instans copulans duo tempora, in quorum vno res est sub vna forma, & in alio sub alia forma, illud instans se tenet cum forma posteriori. Vnde si aliquod transmutetur ab albedine in nigredinem in instanti medio inter illa duo tempora, in quorū uno est sub albedine, & in alio sub nigredine, illud transmutatum est sub nigredine. Et per hoc est respondendū ad formam rationis, scilicet, quod non oportet, quod si aliqd sit album in aliquo tempore, quod sit album in quolibet instanti illius temporis, sed oportet, quod sit album, in quolibet instanti illius temporis, præterquam in vltimo, & in vltimo instanti erit sub forma posteriori, scilicet, sub nigredine, & si aliquid transmutatus a non esse in esse, in fine illius trāsmutationis erit sub esse, & si materia transmutatur a forma ignis ad formam aquæ in fine illius transmutationis erit sub forma aquæ, & non sub forma ignis, & Commen. assignat vnam rationem, quare instans attribuitur rei posteriori, & ratio est illa, quia res posterior habet esse per transmutationē, & res prior corrumpitur, & habet non esse per transmutationē, & dignius est, quod instans, in quo finitur transmutatio attribuatur enti, quam non enti. ideo instans, in quo terminatur transmutatio, debet attribui formæ posteriori, cui acquiritur esse per transmutationem. Ex quo loco accipiuntur quatuor regulæ de re permanente, scilicet duæ de esse rei permanētis, & aliæ duæ de non esse eiusdem, quarum prima est, quod est dare primum instans, in quo res permanens habet esse. **Prima regula.** Secūda regula est, quod non est dare vltimum instans, in quo res permanens habet esse. Aliæ uero duæ regulæ sunt de non esse rei permanentis, quarum prima, & tertia in ordine est, quod non est dare vltimum instans, in quo res permanens habet non esse. Alia vero, & est quarta in ordine est, quod est dare primum instans, in quo res permanens habet non esse post esse. Et istæ quatuor regulæ sic sunt intelligendæ, & sunt uerę vniuersaliter de rebus permanentibus, quæ non generantur neque corrumpuntur, nisi per alterationem præcedentem. Vnde regula prima declaratur sic. Accipiatur aliqua res, cui acquiritur esse post alterationem præcedentem, & tunc accipio totam alterationem præcedentem, & quæro, an illa res in fine alterationis, scilicet, in instanti, in quo tota alteratio terminatur, habet esse, uel non esse: si habet esse, certū est, quod prius non habuit esse, quia tota alteratio præcessit illam rem, ergo illa res primo habet esse, & sic habetur propositum, scilicet, quod est dare primum instans, in quo permanens habet esse, & illud est vltimum instans temporis mensurantis totam alterationem præcedentem. Si uero detur, quod in illo instanti res non habet esse, cum huiusmodi res non acquirat esse, nisi per alterationem, sequitur, quod requiritur vlterior alteratio ad hoc, quod illa res habeat esse, sed hoc est falsum, quia certum est, quod non requiritur aliqua alteratio vlterior post talem alterationem, per quam acquiritur esse. ergo est necesse, quod res, cui acquiritur esse per alterationem, primo habeat esse in vltimo instanti temporis mensurantis totam alterationem præcedentem suum esse, & sic patet, quod est dare primū instans, in quo res permanens habet esse, cui esse acquiritur per alterationem præcedentem. Secundo vero regula, scilicet, quod non est dare vltimum instans, in quo res permanens, q̄ solum corrumpitur per alterationem præcedentem habet esse, probatur dupliciter, & primo sic. **Secunda regula.** Si detur vltimum instans, in quo talis res habet esse, cum non transmutetur ab esse in non esse, nisi per alterationem, & omnis alteratio mensuratur tempore, & res, quæ corrumpitur habet esse durante alteratione, ergo si esset dare vltimum instans, in quo talis res habet esse, & alteratio, per quam corrumpatur, est post ultimum instans, sequitur, quod illa res haberet esse post ultimum instans sui esse, quod est impossibile. Secundo probatur eadem conclusio sic, si est dare primum instans, in quo contraria forma est inducta, quia contraria forma est res permanēs, cui acquiritur esse per alterationem, & talis rei est dare primum instans, in quo habet esse, ergo non est dare vltimum instās, in quo forma præcedens habet esse, consequentia patet, quia vltimum instans formæ præcedentis, & primum instans formæ sequentis, aut sunt idem instans, aut diuersa, non est dare, quod sit idem instans, quia sic formę contrariæ inessent eidem subiecto pro eodem instanti. Si autem sint diuersa instātia, quæro aut in tempore medio est sub forma priori, aut posteriori, non sub forma priori, quia sic forma prior haberet esse tunc post ultimum instans sui esse, nec sub forma posteriori, quia sic forma posterior haberet esse ante primum instās sui esse, quod est impossibile, necesse est dare, quod sit sub tertia forma, quia loquor de forma prima, ad quam transmutatur, certum est etiam, quod in tempore medio est sub alia forma, & illius formæ est dare primum instans, in quo habet esse, & quæro tunc de tempore medio inter primum instans, in quo illa forma habet esse, & vltimum instans, in quo forma præcedens, habet non esse, vtrum in illo tempore medio sit sub forma priori, vel sub forma posteriori, & patet argumentum. Tertia uero regula, scilicet, quod non sit dare vltimum instans non esse rei permanentis, quod corrumpitur per alterationem, probatur sic, quia si esset dare vltimum instans, in quo talis res habet non esse post esse, & est dare primum instans, in quo habet esse, ut probatum est, aut igitur est idē instans vltimum ipsius non esse, & primū ipsius esse, uel aliud, & aliud instans, si sit idem instans, tunc in eodem instanti eadem res haberet esse, & non esse, quod est impossibile, si uero detur, quod aliud instans est ultimum ipsius non esse, & primum ipsius esse, tunc sequitur, quod in tempore medio inter duo instantia illa res nec haberet esse, nec non esse, quia illud tempus medium est ante primum instans esse illius rei, & post ultimum non esse ipsius, sed res non habet esse ante primum instans sui esse, nec habet non esse post ultimum instans sui non esse, ergo sequitur, quod illa res aliquando, nec esset nec non esset, quod est impossibile, ergo non est dare ultimū instans non esse rei, cui acquiritur esse per alterationem præcedentem. **Tertia regula.** Quarta regula est, quod est dare primum instans, in quo res permanens, quæ corrumpitur per alterationem præcedentem habet non esse post esse, declaratur dupliciter, & primo sic. **Quarta regula. Primo.** Accipiamus totam alterationem præcedentem nō esse rei, quæ corrumpitur per alterationem, & quæro, an illa res in fine alterationis, scilicet, in vltimo instanti temporis men-

surantis

surantis totam alterationem habet esse, vel non esse, si habet esse, tunc requiritur vlterior alteratio ad hoc, quod transmutetur de esse in non esse, quod non est verum, quia post totam alterationem, per quam res fit sub non esse non requiritur vlterior alteratio, vt manifestum est, si autem detur, quod in illo instanti res habet non esse, & nunquam habuit non esse, quia tunc alteratio præcedit non esse illius rei, sequitur, quod in illo instanti, scilicet, in vltimo instanti temporis mensurantis totam alterationem illa res primo habet non esse post esse, & sic datur primum, in quo res quæ

Secundo. corrumpitur per alterationem habet non esse post esse. Secundo, probatur idem sic. In primo instanti, in quo forma immediate succedens in subiecto habet esse, forma præcedens primo habet non esse, sed est dare primum instans, in quo forma sequens habet esse, ergo est dare primum instans, in quo forma præcedens habet non esse. Vnde sciendum, quod illi, qui dicunt, quod forma non remittitur nisi per realem commixtionem cum contrario, non possunt saluare istas regulas, quia si aliquid sit summe calidum, & transmutetur ad frigiditatem non est dare primum instans, in quo frigiditas inducitur. quia statim post primum instans temporis mensurantis alterationem a summo calido versus frigidum est inducta frigiditas secundum eos, & non est dare primum instans immediate sequens primum instans temporis mensurantis alterationem, cum instans non sit immediatum instanti, & ideo sic ponentes habent negare primam regulam, quam tamen Phylosophus hic ponit expresse. Vlterius est sciendum, quod quædam sunt formæ permanentes, quæ habent vltimum instans sui esse, & ut patet de vbi, quod vltimo habet esse in primo instanti temporis mensurantis motum ab illo ubi, & idem patet de gradu formæ suscipiētis magis, & minus, qui vltimo habet esse in primo instanti tēporis mensurantis alterationem ab illo gradu, & idem patet de formis, quæ non durant nisi per instans, vt patet ex præcedentibus. Sed de formis successiuis sunt aliæ quatuor regulæ, videlicet, duæ de earum esse, & duæ de earum non esse, prima harum est, quod non est dare primum instans, in quo res successiua habet esse, & illæ duæ regulæ per se patent de motu, & alijs successiuis. De motu patet, quia omne, quod mouetur mouebatur, & mouebitur, vt probatum est in sexto huius, ideo nec est primum nec vltimum, in quo est motus. De non esse autem rei successiuæ sunt aliæ duæ regulæ, videlicet, quod est dare primum instans, in quo habet non esse post esse, quia in vltimo instanti temporis mensurantis motum motus, tunc habet primo non esse post esse. Secunda regula de non esse rei successiuę est, quod est dare vltimum instans, in quo res successiua habet non esse ante esse, quoniam in primo instanti temporis mensurantis mo-

Prima regula deseruiens omnibus formis. tum motus non est, & statim post illud instans erit, & ideo primum instans temporis mensurantis motum est vltimum instans, in quo ille motus habet non esse post esse. Notandæ sunt hic quatuor regulæ generales omnibus formis. Prima est, quod in quocunque est dare primum instans esse rei in eodem non est dare vltimum instans non esse rei præcedens esse, quia sic instans esset immediatum instanti, scilicet, vltimum instans non esse, & primum instans esse.

Secunda regula. Secunda regula est. In quocunque non est dare vltimum instans ipsius esse rei in eodem est dare primum instans non esse post esse, quia vltimum instans temporis mēsurantis esse talis rei est primum instans, non esse eiusdem rei, ut patet tam in permanentibus quam in successiuis.

Tertia regula. Tertia regola est. In quocunque est dare vltimum instans non esse rei ante suum esse. ibi non est dare primum instans, in quo illa res habet esse, quia sic instans esset immediatum instanti, quia inter vltimum instans non esse, & primum instans non posset dari medium.

Quarta regula. Quarta regula est. In quocunque non est dare primum non esse post esse, in eodem est dare vltimum instans ipsius esse, ut patet de ubi, & alijs formis, quæ corrumpuntur absque alteratione præcedente. vt patet, nam quia in corruptione ipsius vbi non est dare primum non esse ipsius vbi, a quo fit transmutatio, ideo non est dare vltimum, in quo vbi habet esse, primum enim instans temporis mensurantis motum ab aliquo ubi est ultimum instans, in quo illud ubi habet esse. sed de formis, quæ non durant, nisi per vnū instans. quia in illis est primum instans esse, & ultimum instans esse, quæ idem sunt omnino, ideo in illis nec est dare primum non esse, nec vltimum non esse.

A

QVÆSTIO DE PRIMO instanti, & vltimo.

VTrum sit dare primum instans, & ultimum in quo res permanens habeat esse. Et quia Phylosophus dicit, quod est primum, & non ultimum, ideo probatur primo, quod non est dare primum. Secundo quod est dare vltimum.

Probatur sic primum, si esset dare primum instans, in quo *Prima cōclusio.* res permanens haberet esse, tunc esset instans, in quo infuit esse Sor. ergo esset hoc uerum, Sorti infuit esse prius quam *Prima rō.* fuisse, quia in primo instanti esse Sor. fuit in esse, & tunc sibi non infuit fuisse, sed quod hoc sit impossibile, Sor. prius infuit esse quam fuisse, & probatur, quia sequitur, Sor. prius infuit esse quam fuisse, ergo Sor. prius infuit fuisse quam fuisse, consequens est falsum, quia ex consequente hoc sequitur, quod Sor. fuit prius quam fuit, quod est impossibile, probatio huius cōsequentię, Sorti infuit esse prius quam fuisse, ergo Sor. prius infuit fuisse quam fuisse, nam istæ propositiones conuertuntur, Sor. infuit esse, & Sor. infuit fuisse, & econuerso, ergo hæc consequentia est bona, Sorti infuit esse prius quā

B fuisse, ergo, ut hic, quia arguitur a conuertibili ad conuertibile. Et si dicatur, quod istæ non conuertuntur: Sor. infuit esse, *Respōsio.* & Sor. infuit fuisse, quia quamuis sequatur, Sor. infuit fuisse, ergo Sor. infuit esse, non tamen sequitur econuerso. Sor. infuit esse ergo Sor. infuit fuisse. *Contra.* Contra. probo hanc consequentiam Sor. infuit esse, ergo Sor. infuit fuisse, quia sequitur Sor. infuit esse, ergo Sorti infuit aliquid, & sequitur, Sorti infuit aliquid, ergo hæc est uera, Sor. fuit, quia quælibet propositio asserit se esse ueram, sequitur hæc est uera Sor. fuit, ergo prius fuit uera, & sequitur, hæc prius fuit uera, Sor. fuit, ergo Sor. infuit fuisse, ergo a primo ad ultimum sequitur, Sor. infuit esse, ergo Sor. infuit fuisse. Et si dicatur, quod hæc conse- *Respōsio ad obiectionem.* quentia non ualet, hæc est uera, Sor. fuit, ergo prius fuit uera. Contra, non est dare primum instans, in quo ista fuit, *Contra.* uel fuit uera, Sor. fuit, ergo si ista fuit uera, cum non possit nunc primo esse uera oportet, quod prius fuerit uera. Quod autem non sit dare primum instans, in quo illa est uera, Sor. fuit, probo, quia est dare primum instans in quo hęc est uera, Sor. est, sit ergo primum instans a, in quo hęc est uera, Sor.

C est, & b, sit primum instans, in quo hæc est uera, Sor. fuit, tunc a, est prius quam b, quia prius fuit uerum, quod Sor. est quā fuit uerum, quod Sor. fuit, quæro tunc aut a, & b, sunt mediata, aut immediata, si immediata tunc instans esset immediatum instanti, quod est impossibile. Sed si dicatur, quod sint mediata, tunc in tempore medio fuit hæc uera, Sor. fuit, ergo in tempore medio fuit hæc uera, inter a, & b, Sor. fuit, sed illud tempus medium fuit ante b, ergo ante b, fuit hæc uera, Sor. fuit, & sic patet, quod non est dare primum instans, in quo hæc fuit uera, Sor. fuit, quia sic iam esset instans immediatum instanti, & aliquid esse prius primo. Secundo proba- *Secunda ratio.* tur, quod in rebus permanentibus non est dare primum instans, in quo res habeat esse, quia si sic, tunc in successiuis esset dare primum instans, in quo res successiua haberet esse, quod est contra Phylosophum, & Commen. 6. & 8. Phy. & in multis alijs locis. Modo probo consequentiam, possibile est, quod eidem subiecto semper insit res successiua, & res permanens simul, ita quod quandocunque unum inest, & reliquum insit, ut, uerbi gratia possibile est, quod Sor. dum currit semper sit albus, & quod semper dum est albus currat. Et simi-

D liter in alio exemplo generetur ignis ex aere in superiori parte sphæræ aeris, tunc illa pars regionis aeris & tota regio ignis sit in motu continuo, tunc semper ignis, dum habet esse, mouetur, & dum mouetur habet esse, uel generetur ignis ex aere superius ascendente, ita quod ille ignis, statim cum est, moueatur sursum. Tunc arguo sic, si res permanens habeat esse in aliquo primo instanti, sequeretur primo, quod esset quærere primum instans, in quo albedo inesset Sorti, & quandoque albedo inest Sorti, & econuerso, est cursus per casum, tunc esse dare primum instans, in quo cursus inest Sorti. Similiter sit primum instans, in quo ignis sit generatus, tunc cum semper habeat esse in motu, si est dare primum instans, in quo res permanens habeat esse, oportet etiam, quod in successiuis sit dare primum. Tertio proba- *Prima rō secūdæ cōclusionis.* tur, quod est dare ultimum instans, in quo res permanens habeat esse probo sic, si non est dare ultimum instans rei permanentis semper duraret, consequens est impossibile, ergo illud, ex quo sequitur, consequentiam probo sic, quia si non

esset

esset dare vltimum instans, in quo Sortes habet esse, tunc sequitur, Sortes sit hoc instanti, ergo Sortes in aliquo instanti erit, quia cum hoc instans nō sit ultimū esse Sortis nec esse possit, oportet si sit in hoc instanti, quod sit adhuc in alio, & adueniente illo alio instanti, cum illud non sit ultimum, oportet, quod sit post illud instans in aliquo alio, & cum illud aliud non sit ultimum, oportet dare, quod adhuc sit in alio, & sic semper, ergo si non est dare vltimum instans, in quo Sortes, habet esse, sequitur, quod Sortes, semper erit, & sicut est de Sorte, ita est de quolibet alio permanente. Secundo probatur eadem conclusio sic, ponatur, quod aliquid quiescat in gradu caloris, vel caliditatis perfectissimo per totum tempus a, in instanti c, sit primo approximatum summo frigido in illa proportione, in qua hoc sit natum agere, & illud pati. Isto casu posito, certum est, quod in tempore est calidum, & nunquam post tempus est calidissimum. Quod in tēpore est calidissimum apparet, quia continuo prius fuit calidum, & in tempore est actio, quia actio non est in instanti, igitur adhuc remanet calidum in tempore, quod nunquam post tempus est calidissimum, probo, quia si sic, sequeretur, quod agens esset approximatum passo per tempus, in quo hoc natum est agere, & illud pati, & tamen nec hoc ageret, nec illud pateretur, si post tempus remanet calidum, probo, quia si frigidum ageret in isto tempore, cum sua actio fiat cōtinue remouendo caliditatem in passo, oporteret dicere, quod caliditas in passo remitteretur, quia si non remitteretur, sed maneret eodem gradu nunc, vt prius sequeretur, quod quiesceret, & tunc simul quiesceret, & moueretur. Huic rationi forte diceretur, quod est dare vltimum instans, in quo aliquid est calidum. Contra, probo, quod non sit dare vltimum instans, in quo forma sit sub gradu intensissimo, nam per Phylosophum quinto Physi. omne, quod prius est non ens, & postea est ens, oportet, quod aliquando fiat ens. Aliā etiam probationem ponit Phylosophus, quae est, quod cum aliquid fit non est. Ex his arguo sic, si post illud instans, in quo tu dicis ultimum esse, in quo hoc est, calidum fuit non calidum, esset fieri per aliquod medium, certum est enim, quod non fit, non calidum in instanti, in quo enim est hoc calidum, cum sic mutari non possit in instanti, necessario sic fit non calidum, quando est iam calidum, igitur in aliquo tempore fit non calidum, sed quod fit, non est, ergo isto tempore medio non est non calidum, ex quo sequitur, quod datum esse vltimum non est vltimum, cum post illud instans adhuc maneat calidum. Similiter, sicut arguitur de isto vltimo dato, ita argui potest, de quolibet ultimo in infinitum, & per consequens impossibile est, dare ultimum instans, in quo est calidum. Item probo, quod si esset dare vltimum gradum, etiam esset dare ultimum formae absolutae, sit ultimum, in quo aliquid est calidum, nam, sicut est dare aliquem maximum gradum caloris, secundum quem aliquid est calidum, ita est dare aliquem remissum, secundum quem aliquid est imperfectissimum caliditatis, nam sicut in formis naturalibus est dare maximum, ita & minimum. Pono ergo, quod aliquid quiescat per totum a tempus sub gradu caloris maxime remisso, & quod in instanti t, sit primo approximatum corpus frigidum, tunc quaero, aut istud corpus remisse calidum post tempus est sub isto gradu caloris, aut non. Si detur, quod sic, sequeretur, ut prius dictum est, quod agente approximato passo in debita proportione, & in debita mensura, nec hoc agit, nec illud patitur, quod est inconueniens. Si detur aliud membrum, quod nunquam post tempus, nec sub isto gradu est, nec sub gradu perfectionis caloris, & per consequens in tempore est sub vltimo calore, quia calor non potest esse sine aliquo gradu caloris, igitur tēpus est ultimum instans, in quo calor est in isto subiecto, & sic si sit dare vltimum in gradibus, est dare ultimum absolute. Item arguitur tertio ad conclusionem secundam sic, in naturalibus est dare maximum, ut patet ex secundo de anima, est ergo dare maximam caliditatem, quae potest inesse aquae, ita quod substantia aquae non potest sub maiori caliditate permanere, sit igitur aqua ita calida, quod ipsa manens aqua non possit esse calidior, & volo, quod sibi approximetur ignis calidissimus, tunc in primo instanti, in quo ignis est sibi approximatus illa aqua manet, & nunquam postea manebit, ergo est dare ultimum instans, in quo aqua habet esse. Probo, quod aqua post illud instans nunquam manebit, quia si maneret post illud instans maneret in aliquo instanti post, cum ergo inter ista duo instantia sit tem-

Secunda ratio.

Respōsio.

Contra.

Tex. c. 20.

Prima cōfirmatio.

Tertia rō.

A pus medium, sequitur, quod in aliquo tempore (cum aqua manet, & approximetur sibi magis calidum) calefit, & fit calidior, quam prius, & prius fuit calida, ergo est dare calidius calidissimo, quod est impossibile, ergo, & illud, ex quo sequitur. Item ad conclusionem secundam arguo sic, ipsum ubi est res permanens, & tamen est dare vltimū instans, in quo ipsum ubi habet esse, ergo est vltimum instans rei permanentis in esse, probatio minoris, quia incipiat aliquod corpus moueri localiter, & sit a, primum instans temporis mensurantis motum illum, tunc corpus illud in a, instanti habet primum ubi, & nunquam post a, habebit illud, ergo a, est ultimum instans, in quo habet illud ubi esse, probo, quod nunquam post a, habebit illud ubi, quod habuit in a, quia tunc quiesceret secundum locum, nam illud corpus, quod est in eodem ubi, in quo prius, eodem modo se habet, quantum ad ubi secundum, & primum, & per consequens quiescit secundum ubi, ergo si illud corpus haberet ubi post a, quod habuit in a, tunc quiesceret post a, quod est contra casum superius positum, cum continue post a, debeat moueri, sequitur ergo, quod est dare vltimum instans, in

B quo ubi habet esse, & per consequens ultimum rei permanentis. Sed si diceretur, quod non est ultimum instans, in quo ubi secundum aliquam partem est in subiecto, nam ubi partialiter perditur, sicut locus, est tamen dare ultimum instans, in quo secundum se totum est in subiecto, & hoc probat. Sed contra illud arguo dupliciter, primo sic, si sit dare ultimum, in quo secundum se totum est in subiecto, tunc ex hoc sequitur propositum, scilicet, quod est dare ultimum instās, in quo res permanens habet esse, quia similiter in a, instanti sit aliquod ubi secundum se totum in subiecto, & nunquam post a, secundum se totum sit in subiecto, ergo aliqua pars illius ubi inest subiecto in a, quae non inest subiecto in b, sed cum quaelibet pars ipsius ubi sit res permanens, sequitur, quod alicuius rei permanentis sit dare ultimum instans in esse. Item probo, quod ubi non corrumpitur particulariter, sed totum simul. Unde probo, quod post a, nulla pars ipsius ubi, quae praefuit, remaneat in subiecto, & hoc probo sic, sit a, primum instans temporis mensurantis motum localem alicuius corporis, tunc in a, instanti aliquod ubi inest subiecto, & nulla pars ubi inest post a, subiecto, probo, quia si aliqua pars inest, aut ergo illa pars ubi est in eadem

C parte mobilis, in qua prius, uel in alia parte. Si sit in alia parte, tunc migraret de subiecto in subiectum. Si remanet in eadem parte, tunc illa pars quiesceret, cum habeat idem ubi, quod prius, & tunc totum moueretur localiter, & tamen pars quiesceret, quod est impossibile, ergo impossibile est, quod aliqua pars ipsius ubi maneat in subiecto post a. Arguo quintō ad secundam conclusionem sic, cuiuslibet finiti ex ea parte, qua finitum est, est dare terminum intrinsecum ipsum terminantem, quia aliter non esset finitum ex illa parte secundū esse durationum, & est quoddam finitum etiam ex parte post terminum ipsum terminantem, ergo est dare ultimum esse Socratis, quia terminus ipsius esse est finitus tā ex parte post, quam ex parte ante, ergo qua ratione est dare terminum intrinsecum ex parte ante, eadem ratione est dare terminū extrinsecum ex parte post. Si ergo est dare primum esse Socratis, ita est dare ultimum esse Socratis, &c. Sexto ad eandem cōclusionem, sext. Physic. arguitur sic, si mouetur esse in instanti, ergo in quolibet spatio, & per consequens in ultimo. Eodem modo arguo formaliter, forma permanens est nata esse in instanti, ergo in quolibet instanti, & per consequens in ultimo: uel ratio Phylosophi nihil ualet ibi. Ista tamen potest con-

D firmari sic, illud, quod habet esse in aliquo toto tempore, si illud natum est esse in instanti habebit esse in quolibet instanti illius temporis, quia si non in quolibet, nec in toto tempore, sed solum habet esse in aliquo toto tempore, accipio ergo totum tempus uitae Socratis, huiusmodi temporis est dare ultimum, cum sit tempus finitum, tunc arguo sic, Sortes habet esse in isto toto tempore, & est natus in instanti, ergo habebit esse in quolibet instanti illius temporis, & per consequens habebit in ultimo instanti illius temporis, sed Sortes, non habet esse post ultimum instans totius uitae suae, ergo Sortes, in instanti illius temporis ultimo habebit esse, & sic est dare ultimum instans, in quo Sortes, habet esse. Et adhuc confirmatur sic, omne, quod est in tempore est in instanti, ita quod non est in tempore, nisi quia in instanti, ergo si habet esse finitum habet aliquod instans ultimum, in quo habet esse, quia ex quo habet esse finitum, habet aliquam mensuram,

Quarta ratio.

Respōsio

Contra.

Quinta ratio.

Sexta rō.

Confirmatio primo

Confirmatio scd'o.

suram, in qua finitur suum esse, & istu mensura non est tempus, nisi quia instans, vel ratio instantis est, ergo habet instans, in quo finitur suum esse, & istud necessario est ultimum instans sui esse, sed res permanens non habet esse in tempore, nisi quia in instanti, ergo est dare vltimum instans, in quo res permanens habet esse. Septimo arguitur ad eandem conclusionem sic, non currere est res permanẽs, & mensuratur instanti. & tamen contingit dare ultimum instans non cursus, quare est dare ultimum instans rei permanentis.

Septima ratio.

In opposi tum.

Ad oppositum est Phylosophus sexto Physi. ubi vult, quod in permanentibus est dare primum, & non ultimum, &c. Circa hanc conclusionem tria sunt facienda, primo, pro intellectu conclusionis uidendum est, quid intelligitur per rem permanentem, & successiuam. Et sic ponetur quædam distinctio rerum. Secundo ponendæ sunt quædam regulæ, & declarandæ, per quas soluentur difficultates circa hanc conclusionem. Tertio respondebo ad formam conclusionis.

Primum sciendum.

Circa primum sciendum est, quod differentia est inter rem permanentem, & successiuam, quoniam res permanens commoniter loquendo de re permanente est ista, cui nõ repugnat de sui natura habere omnes partes simul. Et res successiua est illa, cui repugnat habere omnes partes simul ex natura rei, immo necessario ex natura rei, oportet, quod habeat unam partem priorem, & aliam posteriorem, & quando prior pars est, posterior non est. Lapis enim est res permanens, quia lapidi non repugnat habere omnes suas partes simul, & in eadem mensura. Sed dies, septimana, & huiusmodi sunt res successiuæ, quia repugnat eis habere omnes partes simul, ex natura enim rei repugnat diei, quod habeat omnes suas partes simul. Et etiam simul repugnat diei, quod quando hora prima est, quod sit tertia in eadem regione. Intelligo igitur per rem permanentem omne illud, cuius omnes partes sunt simul, uel cui non repugnat omnes suas partes habere simul. Distinguo ulterius de re permanente, quia quædam est, quæ non durat, nisi per solum instans, sicut mutatum esse in motu, & instans in tempore, & ubi in medio motus, & huiusmodi. Vnde lapis si non haberet esse, nisi per instans, adhuc esset res permanens, quia haberet omnes suas partes simul. Alia est res permanens, quæ durat per tempus, sicut homo, animal, & consimilia, & omnis substantia, sicut patet per Aristo. 6. Physi. Si loquamur de re habente esse per unum instans solum, certum est, quod talis rei est dare primum instans esse, & ultimum, quia idem est primum, & ultimum, sicut mutatum esse, quod habet solum esse in hoc instanti habet primum, & ultimum esse in hoc instanti, sed de talibus non habet quæstio difficultatem. Res autem, quæ durat per tempus est duplex, quædam est dependens a re successiua, & per rem successiuam in esse, & conseruari, & quędam, quæ nec est in esse dependens a re successiua, nec in conseruari. Exemplum primi, ueritas huius propositionis, Sortes currit est res permanens, quia ex quo ueritas est ueritas propositionis, & habet esse tota simul, nec est una ueritas propositionis præteritu, & alia futura, sequitur, quod ueritas propositionis est res permanens, & ueritas talis dependet essentialiter in esse, & conseruari a re successiua tanquam a causa, nam ex eo, quod Sorti inest cursus, hæc est uera, Sortes currit, quia ab eo, quod res est, uel non est, &c. Ideo ueritas huiusmodi propositionis dependet in esse, & in conseruari, cum enim cursus Sortis desinit esse, ueritas huius propositionis, Sortes currit, desinit esse. Vnde ueritas propositionis, in qua accidens successiuum attribuitur subiecto, est res permanens, & in esse, & in conseruari a re successiua dependens. Alia autem est res permanens durans per tempus, quæ nec in esse, nec in conseruari dependet a re successiua, sicut homo, lapis, & huiusmodi. Loquendo ergo de re permanente, quæ in esse, & in conseruari dependet a re successiua, dico quod non est dare primum, nec ultimum instans, in quo talis res habet esse, sicut est de ueritate propositionis, quæ dependet a re successiua. & quandocunque talis ueritas habet esse, tunc res successiua habet esse, a qua dependet, & econuerso. Sed in successiuis nec est dare primum, nec ultimum, ergo, nec in quo res permanens in esse, & conseruari dependens a re successiua habeat esse, & in hoc non habet quæstio difficultatem. Si autem loquamur de re permanente durante per tempus, dico, quod per talem rem possum duo intelligere, scilicet, uel formam positiuam tantum, cuius esse existit totum simul in tempore, uel formam indifferentem ad formam positiuam uel priuatiuam, dummodo talis sit, quod duret per tempus, & habeat omnes partes suas simul, uel non repugnet, omnes suas partes habere simul. Exemplum primi, albedo est forma positiua permanens durans per tempus. Exemplum secundi, non albedo, vel non album est forma priuatiua habens esse totum simul durans per tempus. Si autem loquamur de forma permanente positiua durante per tempus in esse, & conseruari non dependente a re successiua. Adhuc hoc est duplex, quia uel ista forma habet latitudinem in gradibus, ita quod corrupto uno gradu potest forma remanere eadem simul sub alio gradu, uel ista forma importat talem perfectionem secundum gradum punctualem. Exemplum primi, sicut albedo, & nigredo, caliditas, frigiditas, ignis, aer, aqua, & omnia ista habent latitudinem in gradibus, accidentia enim prædicta, & similia habent latitudinem per se graduum, sed substantiæ, ut ignis, aer, & huiusmodi habent latitudinem graduum per accidens, vnde communiter accidentia, & omnia ista sub tota latitudine possunt saluari. Exemplum secundi, in motu locali in hoc instanti signato, in quo mobile est in primo instanti motus, vel in medio, consimiliter bicubitum, tricubitum in motu augmenti. Similiter calidum, & frigidum, & omnes huiusmodi gradus in motu alterationis, omnia ista dicunt perfectionem in indiuisibili cõsistentem, ita quod, sicut in numeris, quocunque amoto, uel subtracto variatur numerus, ita quocunque addito, vel amoto in illius tollitur substantia talis perfectionis, quocunque enim amoto a tricubito, uel ei addito non manet tricubitum, sic est de calidissimo, & sic de alijs. Si autem loquamur de re permanente priuatiua, distinguendum est vlterius, quia, uel dicit priuationem rei permanentis, ut non album, uel successiuę, ut non currere. Et si importet priuationem rei permanentis, vel ergo, dicit priuationem rei permanentis habentis latitudinem in gradibus, uel rei permanentis habentis latitudinem indiuisibilem, & non latitudinem graduum. Exemplum primi, non album dicit priuationem albedinis, quæ habet latitudinem graduum. Exemplum secundi, non albissimum dicit priuationem summi gradus, & perfectissime albedinis, & iste gradus consistit in indiuisibili. Istis uisis ponendæ sunt aliquæ regulæ, quibus facilius soluentur difficultates istius quæstionis. Pono ergo quatuor regulas, quarum duæ sunt de primo instanti esse rei. Aliæ due de vltimo.

Secũdum sciendum.

Prima regula.

Prima regula est ista, in quibuscunque rebus est dare primum instans esse rei, in eisdem non est dare vltimum instans non esse rei.

Secunda regula.

Secunda regula est ista, in quibuscunque rebus non est dare primum instans esse rei in eisdem est dare vltimum instans, in quo res habet non esse, loquendo de rebus, quæ de nouo accipiunt esse.

Tertia regula.

Tertia regula est ista, quod in quibuscunque est dare ultimum instans, in quo res habet esse, in eisdem non est dare primum instans, in quo res habet non esse.

Quarta regula.

Quarta regula est ista, in quibuscunque est dare primum instans, in quo habet esse, in eisdem nõ est dare vltimum instans, in quo res habet esse.

Declaratio primæ.

Primam regulã declaro sic, vbicunq; est dare primũ instans ibi non est dare ultimum. si enim est dare primum instans, in quo res habet esse, sit illud instans b, probo tunc, quod non sit dare vltimũ instans, in quo Sortes habet non esse, quia si sic, sit illud a, ergo a, est vltimum instans, in quo Sortes habet non esse, & b, est primum, in quo Sortes habet esse, & tunc certum est quod a, est ante b, quia non esse Sor. præcedit esse Sortem, & loquimur de non esse præcedente primum instans esse, quæro tũc an a, & b, sint eadem instantia, uel diuersa, non eadem, quia si sic, in eodem instanti esset res, & non esset, ergo sunt diuersa instantia. Si a, & b, sunt diuersa, quæro tunc, an sint mediata, an immediata, non immediata, quia instans esset immediatum instanti, cuius oppositum probat Phylosophus sext. Phy. Si mediata, ergo, inter a, & b, cadit tempus mediũ. & in illo tempore non potest dici, Sortes est, nec Sortes non est, si a, sit ultimum instans non esse, & b, primum esse, sed hoc est impossibile, scilicet, quod Sortes aliquando nec sit, nec non sit, quia hoc destruit primum principium, ergo illud, ex quo sequitur est impossibile, scilicet, quod ubi est dare primum instans esse, etiam est dare ultimum non esse. Quod autem in tempore medio inter a, & b, nec Sortes sit, nec non sit probatur, quia si in illo tempore medio Sortes esset, tunc Sortes esset ante b, quoniam illud tempus medium est ante b, sed Sortes nõ est ante b, quia b, est primũ instans esse Sortẽ, & impossibile est Sortẽ esse ante primũ instans sui esse, quia

sic

sic aliquid esset prius primo. Nec in illo tempore medio, esset verum, quod Sor. non est, quia illud tempus inter c, & b, est posterius, quam a, ergo si Sor. in illo tempore medio haberet vltimum non esse, tunc post vltimum instans sui non esse haberet non esse, quod est impossibile, quia sic aliquid esset posterius posteriori, quod est impossibile, & esset aliquid post sui vltimum. Sic ergo patet per rationem ad impossibile, quod in quibuscunque est dare primum esse, quod in illis non est dare vltimum non esse, quia si sic in illo tempore medio inter primum instans esse, & vltimum non esse res nec esset, nec non esset, quod est impossibile, & hæc est declaratio primæ regulæ.

Declaratio secundæ regulæ. Secundam conclusionem siue regulam declaro sic, scilicet, quod vbicunque non est dare primum instans esse rei, in eodem est dare vltimum instans non esse, quod declaro sic, omnis res habens esse de nouo, aut habet suum esse in vnico instanti, aut in tempore. Si habet suum esse in vnico instanti, tunc certum est, quod est dare primum, in quo illa res habet esse, vt visum est superius. Si ergo illa res, cuius non est dare primum sui esse, habet esse in tempore. Accipio ergo totum illud tempus, in quo ista res habet esse, tunc probo, quod si non est dare primum instans, in quo ista res habet esse, quod sit dare vltimum, in quo illa res habet non esse, quia sit a, totum illud tempus, in quo illa res habet esse, cuius rei non est dare primum instans sui esse, & sit b, primum instans istius temporis, tunc quæro, aut illa res habet esse in b, aut non esse, non est dicendum, quod habeat esse in b, quia si haberet esse in b, cum non habuerit esse prius, tunc haberet primum esse in b, & sic b, esset primum instans sui esse, quod non est verum, quia nos loquimur de re, cuius rei non est dare primum instans sui esse, tunc oportet, quod res non habeat esse in b, habet ergo non esse in b, & continue post b, habebit esse, quia continue in toto a, habebit esse, ergo b, est vltimum instans, in quo illa res habebit non esse, ergo si non est dare primum instans, in quo illa res habet esse, sequitur, quod est dare vltimum, in quo illa habet non esse, & hoc loquendo de re, quæ denuo incipit esse. Vnde tota ratio huius consistit in hoc, quia si sit res, cuius non est dare primum instans sui esse, tunc primum instans temporis totius adæquantis, & mensurantis suum esse non est primum instans sui esse, cum non habeat primum instans sui esse, ergo in illo primo instanti temporis mensurantis suum esse habet non esse, & continue post illud instans habet esse, ergo illud est vltimum sui non esse, quia in illo habet non esse, & prius illud non habebis non esse. Exemplum huius est, non est dare primum instans, in quo cursus Sor. habet esse, & ideo primum instans temporis mensurantis cursum Sor. est vltimum instans non esse cursus Sor. quia in illo instanti cursus Sor. non est, & post illud instans cursus Sor. est.

Declaratio tertiæ regulæ. Tertiam regulam declaro sic, scilicet, quod vbicunque est dare vltimum instans esse, ibi non est dare primum non esse, hoc declaro sic, si esset dare vltimum instans esse, & cum hoc erat dare primum non esse, tunc inter duo instantia, oporteret dari tempus medium, & tunc in illo tempore medio res illa nec est, nec non est, vt patet intelligenti, quod est impossibile.

Declaratio quartæ regulæ. Quartam regulam declaro sic, scilicet, quòd vbicunque non est dare vltimum instans esse rei, quod ibi sit dare primum non esse, & econuerso, & hoc loquendo de re, quæ aliquando desistit esse, hoc declaratur dupliciter sic, illa res, quæ aliquando desit esse, habet tempus finitum suæ durationis adæquatum, in quo habet esse, ita quòd in essendo non excedit illud tempus, nec exceditur ab eo, sit ergo a, vltimum instans istius temporis, & b, sit totum tempus, tunc ista res aut habet esse in a, aut non esse, non potest dici, quod habeat esse in a, quia tunc haberet vltimum instans esse, ergo habet non esse, sed prius in toto illo tempore habuit esse, & nunquam postea habebit esse, probatur, quia tunc haberet esse post vltimum instans, istius temporis, & tunc etiam per consequens vltra b, quod est suppositum, ergo a, est primum instans, in quo talis res habet non esse, ergo verum est, quòd si non sit dare vltimum esse, est dare primum non esse. Exemplum huius est, quia non est dare vltimum, in quo Sor. non habet esse, ideo vltimum instans temporis mensurantis totum esse durationem Sor. est primum instans non esse Sor. ergo patent quatuor regulæ supradictæ, & hæc sufficiant.

Tertium fiendum. Tertio respondendum est ad quæstionem, supposita distinctione superius posita de re permanente.

Prima quæstio. Videndum est de primo instanti rei permanentis. Secundo de vltimo instanti rei permanentis, quod de his duobus quæritur, & hoc sic, videtur ista quæstio quærere duas, A quæstiones, scilicet, an sit dare primum instans rei permanentis, & an sit dare vltimum. Quantum ad primum dico, quòd in omnibus rebus permanentibus, quæ de nouo capiunt esse est dare primum instans, in quo habent esse præterquam in reb. permanentibus, quæ in esse, & in conseruari dependent a re successiua, in talibus enim non est dare primum instans, in alijs vero permanentibus est dare primum instans esse rei, primo ergo declaro secundū istorum, videlicet, quòd in rebus permanentibus dependentibus in esse, & conseruari a re successiua non est dare primum instans, in quo res habet esse, quia si sic, tunc esset dare primum, in quo res successiua habet esse, quia veritas huius propositionis Sor. currit, nō est, nisi quādo cursus Sor. est. Si ergo dicatur, quod sit dare primum instās, in quo hæc sit vera, tunc est dare primum instans, in quo cursus Sor habet esse, quod est contra Philosophum 6. physi. Secundo probatur, quod est dare primum instans, in quo res permanens non dependens a re successiua habet esse, & hoc probo sic, res permanens non dependens in esse a re successiua aut habet esse tantum per vnum instans, aut per tempus, si dicatur primum, tunc manifestum est, quod est dare primū. B Si autem sit res permanens durans per tempus, adhuc dico, quod est dare primum talis rei, probo, quia talis res procedit in esse per motum, vel mutationem ergo est dare primum instans sui esse, ergo, &c. probo consequentiam, nam res talis est præcedens in esse per motum, vel per mutationem, sed cuiuslibet rei præcedentis in esse per motum, vel per mutationem est dare primum instans sui esse, quia primo habet esse in vltimo instanti temporis mensurantis motum istum, vel mutationem, quia talis terminus est terminus motus, vel mutationis, & in fine motus habet primo esse terminus motus, quod patet sic, terminus non habet esse ante finem motus, quia si sic, motus cessaret ante finem motus, nam habito termino motus cessat motus, & in fine motus terminus habet esse, quia aliter requireretur per alium motum, quod haberet esse, ergo omne illud, cuius esse acquiritur per motum, vel per mutationem habet primum instans sui esse, sed omnis res permanens non dependens in esse, vel conseruari a re successiua producetur in esse per motum, vel mutationē, & hoc per se, vel per accidens, ergo cuiuslibet talis rei est dare primum instans sui esse. Et dixi, res non dependens a re successiua, &c. quia nulla res sic dependens a re successiua C producitur in esse per motum, vel mutationem, sicut nec res successiua, sicut enim ad motum non est motus, nec mutatio, sic nec ad veritatem istius propositionis motus est, non est motus, nec mutatio, ergo, quod est dare primum instans, in quo res permanens non dependens in esse, nec in conseruari a re successiua, habet esse. Et vniuersaliter omnis res in esse producta per motum, vel mutationem habet primum instans, sui esse, quod breuiter sic declaro, si sit res producta in esse per motum, vel mutationem, accipiatur vltimum instans temporis mensurantis mutationem, vel motum, & sit illud a, quæro tunc, aut illa res habet esse in a, aut non, si non, ergo, oportet ad hoc, vt habeat esse, quod fiat aliqua mutatio, per quam producitur, & sic illa mutatio data non fuit mutatio, per quam producitur, quod est contra suppositum, ergo oportet, quod illa res habeat esse in a, quæro tunc, aut habuit esse ante a, aut nunquam habuit esse. Si nunquam habuit esse ante a, & nunc habet esse in a, ergo a, est primum instans, & sic habetur propositum. Si habuit esse ante a, tunc per aliquam mutationem terminatam ante a, & sic non esset illa mutatio terminata ad a, cuius oppositum supponitur.

D

SECVNDA QVÆSTIO.

Sed de secundo principali, scilicet, an sit dare vltimum instans, in quo res permanens habet esse, & dico, quòd loquendo de permanente, quæ solum durat per instans, necesse est dare vltimum instans, in quo talis res habeat esse, quia illud instans, in quo talis res est, est vltimum, & primum, vt patet. *Prima conclusio.* Si autem loquamur de re permanente durante per tempus, quæ in esse, & conseruari dependet a re successiua, dico, quòd non est dare vltimum instans, in quo talis res habet esse, quia si esset dare, cum talis res simul sit cum re successiua, sequitur, quod esset dare vltimum in re successiua, quod est impossibile. Si autem loquamur de re permanente durante per tempus, nec dependente in esse, & conseruari a re successiua, aut ergo loquimur de re positiua, aut de priuatiua. Si loquimur de positiua, tunc aut de re, cuius esse consistit in indiuisibili, aut de habente *Secunda conclusio.*

latitudinem in perfectione, siue in gradibus perfectionis. Si loquimur de re positiua, cuius perfectio consistit in indiuisibili, dico, quòd est dare vltimum instans, in quo talis res permanens habet esse. cuius ratio est, quia perfectio, quæ consistit in indiuisibili, si corrumpatur, non potest aliquid corrompi, vel minui, manente eadem perfectione. Ideo si contrarium, vel aliud potens corrumpere ipsum appropinquetur in primo instanti, in quo illud agens potens corrompere, appropinquamt, tunc illa perfectio est, & nunquam postea erit, quia si foret postea, & semper sit aliqua ablatio per illud agens, sequitur, ergo, quòd illa perfectio maneat, & tamen fuerit ablatio, vel diminutio, quod est falsum, quia sic sequitur, quòd illa perfectio non consistit in indiuisibili, dico ergo, quòd est dare vltimum instans, in quo calidissimum habet esse. quia si frigidum approximetur ei potens in ipsum agere in primo instanti approximationis, vel temporis mensurantis istam actionem, tunc est calidissimum, & nunquam postea manet calidissimum, quia si post illud instans maneret calidissimum, tunc, cum continue post illud instans sit alteratio, & per consequens continue post illud instans erit calor diminutus, sequitur, ergo, quòd maneret calidissimum, & tamen sub remisso gradu caloris, quod est impossibile. Eodem modo dico, quod est dare vltimum instans, in quo hoc vbi distinctum est in subiecto, quia in primo instanti temporis mensurantis motum localem, hoc vbi habet esse, & nunquam postea habebit esse, quia nec secundum se, nec secundum aliquam eius partem, quia si postea maneret hoc vbi, vel aliqua eius pars, sequeretur, quòd aliquid moueretur localiter, dum maneret in eodem loco, vel vbi, in quo prius, quod est impossibile, quia tunc simul quiesceret, & moueretur. Eodem modo dico, quòd est dare vltimum instans, in quo quantitas tricubita est in subiecto, quia si aliquod corpus sit quantitatis tricubitæ, si minuatur in primo instanti temporis mensurantis istam mutationem, est quantitas tricubita in subiecto, & nunquam postea erit in subiecto, quia post semper diminuta est, & per consequens minor, quam prius, & sic non est tricubita, sic ergo patet loquendo de permanentibus, quarum perfectio consistit in indiuisibili, quòd est dare vltimum instans, in quo talis res habet esse. Et est sciendum, quod in quibuscunque formis est dare vltimum præcedentis, in istis non est dare primum instans formæ sequentis, quia si sic, illa instantia essent immediata, scilicet, vltimum instans formæ præcedentis, & primum instans formæ sequentis. Vnde si esset dare vltimum instãs, in quo aliquid est albissimum, non est dare primum, in quo est sub aliquo gradu remisso. Similiter si esset dare vltimũ instans, in quo hoc vbi habet esse in subiecto, non est dare primum instans istius vbi, ad quod mutatur, hoc manifestum est cuilibet exercitato in illa materia. Si autem loquamur de re permanente positiua, cuius perfectio habet latitudinem graduum, dico quod non est dare vltimum, in quo talis res habet esse. Et de talibus rebus habet intelligi processus Phys. 6. phys. Et ratio huius est ista, quia talis res permanens, quæ habet latitudinem in gradibus, non corrumpitur, nisi per alterationem, corruptio enim talis rei non est sine alteratione, sed in vltimo instanti temporis mensurantis alterationem est terminus alterationis inductæ, cum simul sit corrupta forma præcedens, & forma sequens inducta, ergo cum in vltimo instanti alterationis forma sequens, quæ terminat alterationem primo esse habeat, sequitur, quod in isto instanti forma præcedens habet non esse, sed vbicunque est dare primũ non esse, ibi non est dare vltimum esse, vt patet per quartam regulam positam in secundo articulo, aliter instantia essent immediata in tempore, ergo sequitur, quod rei permanentis habentis latitudinem in gradibus perfectionis non est dare vltimum instans sui esse, & ratio est, quia est dare primum instans sui non esse, & quod sit dare primum instans sui non esse, apparet, quia est dare primum instans, in quo forma sequens habet esse, quod habet, quia est dare primum instans, in quo terminus alterationis habet esse, sed forma sequens est terminus alterationis, per quam corrumpitur præcedens. ergo &c. cum ergo sit dare primum instans formę sequentis, sequitur, quod est dare primum non esse formæ præcedentis, quia simul sunt non esse formæ præcedentis, & esse formæ sequentis, & ideo si est dare primum non esse formæ præcedentis, tunc non est dare vltimum non esse formæ sequentis. Dico ergo, quod non est dare vltimum instans rei permanentis habentis latitudinem graduum, & hoc quando talis forma corrumpitur per veram alterationem, si vero per aliũ modum posset, vt per diuinam potentiam, vel quocunq; alio modo, forte tunc posset dari vltimum, de quo non curo quo ad præsens. Et est sciendum, quod si ponatur, quod quilibet gradus formæ suscipientis magis, & minus variaret formam secundum numerum, sicut ponunt aliqui, & credo, quod bene, tunc forma specifica habet latitudinem graduum, & non formam vnam, & tunc est dicendum, quòd non est dare vltimum instans, in quo talis forma manens eadem secundum speciem, habet esse, immo non est dare vltimum instans formæ specificæ cum tamen sit dare vltimum instans formæ indiuidualis, nam ex quo quilibet gradus variat formam indiuidualẽ. sequitur, ꝙ sicut est dare vltimum instans, in quo aliqua determinatus gradus habet esse, ita est dare vltimum instãs, in quo talis forma indiuidualis, siue eadem manens numero habet esse, & de hoc dictum est in quæstione de successione magis, & minus. Vnde breuiter in talibus formis habentibus latitudinem graduum, qui corrumpuntur per alterationẽ, non est dare vltimum instans talis formæ, quia si esset dare vltimũ instans, in quo esset forma prior, cum idem sit instans mensurans vltimum esse formæ prioris, & primum esse formæ posterioris, aliter non esset tempus cõtinuum, necesse esset concedere, vel ꝙ aliquid, quod factum est, nõ esset, & ꝙ postquam corruptum est, esset, aut ꝙ aliquid simul erit, & non erit, quorum vtrumque est impossibile, tota causa huiusmodi est, quia in trãsmutatione illius formæ mutatio continua cadit supra formam priorem, quæ mutatio terminatur ad mutatum esse illius formæ, quod est eius corruptam esse, & inductam esse formæ contrariæ, & per cõsequẽs forma prior in illo instanti non est, cum sit corruptum esse suũ, & ideo necesse est dicere in talibus, ꝙ in illo instanti vltimo res denominetur a posteriori passiue, sicut dicit Phys. Si autem loquamur de re permanente priuatiua, scilicet, de negatione formæ positiuæ, tunc distinguo, quod illæ negationes, vel priuationes, aut sunt negationes formarum permanentium, aut formarum successiuarum. Si successiuarum, semper contingit dare primum, & vltimum talis negationis, cuius ratio est, quia in successiuis formis non est dare primum instans, nec vltimum, sed vbi non est dare primum esse, est dare vltimum non esse, & vbi non est dare vltimum esse est dare primum non esse, vt patet per regulas superius positas, & ideo cum in successiuis non sit dare vltimum esse, nec primum esse sequitur, quòd in eis est dare primum non esse, & vltimũ non esse. Si autem loquamur de re permanente priuatiua, quæ priuat, vel negat formam permanentem, vel ergo est negatio formæ permanentis, cuius non est dare vltimum, vel cuius est dare vltimum, vel cuius non est dare primum, nec vltimum. Si autem sit negatio formæ permanentis, cuius nõ est dare vltimum, tunc istius negationis est dare primum, & si formæ permanentis positiuæ sit dare primum esse suæ negationis, non est dare vltimum esse, & si talis formæ positiuæ non sit dare primum, nec vltimum, tunc suæ negationis est dare primum, & vltimum per hanc regulam. Cuicunque semper inest alterum contradictoriorum. Ad rationes principales respondeo. Ad primam cõcedo istam. Sor. infuit esse prius, quã fuisse, & ex hoc nõ sequitur, quod Sor. infuit fuisse prius, quam fuisse, & quando dicitur, quod illa conuertuntur Sor. infuit esse, & Sor. infuit, dico, quod quamuis ista per se accepta conuertantur, non tamen conuertuntur, cum hac determinatione prius. Vnde aliqua per se accepta conuertuntur, quæ tamen non conuertuntur cum determinatione, vt patet in proposito, & quantumcunque talia conuertantur Sor. infuit esse, & Sor. infuit fuisse, tamen ista non conuertuntur Sor. infuit esse in a, & Sor infuit fuisse in a, i. a, est primum instans Sor. Ad secundum argumentum dico, quod possibile est, quod res permanens, & res successiua in eodem tempore insint eidem, ita quod in quocunque tempore insit vnum, etiam insit & reliquum, non tamen est possibile, quod si vnum insit, reliquũ insit, quia est dare primum rei permanentis, & non primum rei successiuę. Ad tertium dico, quod non est dare vltimũ rei permanentis, & quando dicitur, quod res permanens semper duraret, dico, quod non sequitur, sed bene sequitur, quod durat per infinita instantia, sed non sequitur vlterius, ergo semper durabit, sed est fallacia consequentis, nam bene sequitur econuerso, & non conuerso. Ad quartam concedo, quod est dare vltimum instans, in quo aliquid est calidissimum, vt dictum est superius. Ad quintum concedo, quod non est dare perfectissimum gradum caliditatis in aqua, non enim potest aqua esse ita calida, quin possit esse calidior, vnde perfectissimus gradus caliditatis non potest esse in aqua, sed in igne. Ad sextam concedo, quòd cuiuslibet finiti est dare duos terminos finitos, si sit vtraque parte finitum, sed terminans intrinsecus

Marginal notes (left column): Tertia conclusio. — Nota. — Quarta conclusio.

Marginal notes (right column): Nota. — Quinta conclusio. — Sexta conclusio. — Septima conclusio. — Ad primã rationem. — Ad secundam rationem. — Ad tertiã rationem que est prima secundę conclusionis. — Ad quartã rationem. — Ad quintam rationem. — Ad sextam rationem.

Section letters in the gutter: A, B, C, D.

Contra. Respõsio.

secus rei permanentis, vel ipsius rei non est instans, sed punctus, vel superficies. Et si dicas per Comment. quod mensura rei permanentis est finita. Dico, quod hoc non est aliud, quam cuiuslibet temporis finiti est dare duos terminos intrinsecos, scilicet, duo instantia, sed res successiua, vt tempus in illis instantibus non habet esse.

Ad septimam rationem.

Ad septimum dico, quod res successiua bene tenet, quod si haberet esse in instanti haberet in qualibet instanti istius temporis, in quo est primo, & hæc est ratio, quia si motus, vel aliqua res successiua habet esse in instanti, instans esset pars temporis, & illud, quod habet esse in aliquo tempore primo, habet esse in aliqua parte huius temporis. Sic non oportet de re permanente, quia si habet esse in aliquo tempore habet esse in quolibet instanti illius temporis, quia eo, quod res permanens habet esse in instanti, non sequitur, quod instans sit pars temporis. Et ad hoc, quod aliquid sit in aliquo tempore primo, sufficit, quod sit in aliqua parte temporis illius.

Ad vltimam rationem.

Ad vltimum concedo, quod est dare vltimum instans non esse, quia non esse est negatio rei successiuæ, cuius non est dare primum, & ideo ipsius non esse est dare vltimum instans. Deo concedente, est finis huius quæstionis bonæ, & vtilis valde.

Explicit quæstio Burlæi de primo, & vltimo instanti.

Et si non album fiebat, & si album corrumpebatur in a, c, toto factum est sane, aut corruptum in c. Quare album aut non album esse primum, in illo vere dicere licet. Vel non, quod ortum non est, & cũ corruptũ est erit, aut album, aut nõ album, & ens omnino, atq; non ens simul esse, necesse est.

Et si fiebat album, & si corrumpebatur album in a, omni factum est, & corruptum est in c. Quare album autem, & non album primum in illo, verũ est dicere, aut cũ est factum non erit, aut corruptum est, erit aut simul album, & nõ album, & omnino esse, & nõ esse, necesse est.

Trigesima tertia conclusio de annexis. Quarta dub.

EX hoc ergo, quod est dare primum instans, in quo res permanens habet esse, concludit Phylosophus conclusionẽ trigesimamtertiam de annexis, quæ est. Quod instans distinguens tempus transmutationis, & tempus, in quo res acquisita per transmutationem habet esse, est indiuisibile, probatur sic, quia si non esset indiuisibile, sequitur, quod aliquid sit ens, & non ens insimul. consequens est impossibile, ergo, & antecedens, consequẽtia probatur sic. Sit a, tempus, in quo aliquid transmutatur a nigro in album, & sit b, tempus, in quo est album, & sit c, instans copulans illa duo tempora ad inuicem, & distinguens illa tempora, & sit d. mobile, quod transmutatur a nigro in album, tunc c, cum sit diuisibile est pars vtriusque temporis, idest, ipsius a, & ipsius b, tunc arguitur sic. Si aliquid sit non album in toto tempore a, erit non album, & in qualibet parte ipsius a, sed c, est pars ipsius a, ergo d. erit non album in c. Similiter d, est album in toto tempore b, est ergo album in qualibet parte ipsius b, sed c, est pars ipsius b, ergo d, erit albũ in c, ergo d, simul erit album, & non album, & eadem ratione erit simul ens, & non ens, ergo si illud, quod diuidit duo tempora ab inuicem, sit diuisibile, sequitur, quod aliquid erit simul ens, & non ens, & simul album, & non album, quod est impossibile. Veruntamen ponendo, quod illud instans sit indiuisibile, non sequitur illud inconueniens, quoniam non oportet, quod si aliquid sit album in aliquo toto tempore, quod sit album in quolibet instanti illius temporis. Si enim aliquid transmutetur a nigredine in albedinem, illud erit nigrum in toto tempore transmutationis, sed non erit nigrum in fine transmutationis. Vnde illud, quod sic transmutatur, erit nigrum in quolibet instanti illius transmutationis, præterquam in vltimo. Finis enim transmutationis est posterior transmutatione, vt dicit hic Commen.

Quod si id generatur, necesse est, quod prius non est, & tum generatur non est, fieri profecto non potest, vt tempus in indiuidua tempora diuidatur. Nã si in a, tempore d, ipsum album fiebat, factum est autem simul, & est in alio indiuiduo tẽpore b, hærente tempori a, si in a, quidem fiebat, &

A non erat. est autem in ipso tempore b, generationem aliquam, nimirũ mediam, esse oportet. Quare, & tempus id erat, in quo fiebat. Non enim eadem, & his erit ratio, qui non ex indiuiduis inquiunt tempus constare. Sed factum est in temporis ipsius, in quo fiebat, vltimo puncto, cui quidem nihil hæret, neque deinceps est. Indiuidua vero tempora sunt deinceps.

Si autem quodcunque fuerit prius non ens, necesse est fieri ens, & cum fit, non est, non possibile est in athoma tempora diuidi tempus. Si enim in a, tempore d. fiebat album, factum est autem simul, & est ab altero indiuiduo tempore, habito autem in b, si in a, fiebat, non erat in album, generationem enim oportet esse quandam mediam. Quare, & tempus erat, in quo fiebat. Non n. B eadem erat ratio, & non athoma diuidentibus, sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est, & est in vltimo signo, cuius nihil est habitus, neque consequenter, sed diuisibilia tempora consequenter sunt.

Solutio quartæ dubi.

HÆc est quarta particula tertiæ partis principalis huius capituli, in qua Phylosophus soluit quartam dubitationem, quia cum dictum est, quod si aliquid sit nigrum in aliquo toto tempore, oportet, quod sit nigrum in qualibet parte illius temporis, & instans indiuisibile videtur esse pars temporis, ideo videtur, quod si aliquid sit nigrum in aliquo toto tempore, quod sit nigrum in quolibet instanti indiuisibili illius temporis, ideo Phylosophus remouet illam dubitationem, ostendendo, quod tempus non componitur ex instantibus indiuisibilibus, & hæc est trigesimaquarta conclusio de annexis, quæ probatur sic. Illa, ex quibus componitur tempus, sunt consequenter entia, sic quod inter illa non est medium eiusdem speciei, sed instantia indiuisibilia non sunt consequenter entia in tempore, ergo tempus non componitur ex instantibus indiuisibilibus, maior patet, quia partes C temporis habent ordinem adinuicem, quia vna est prior, & alia posterior, & inter partes immediatas temporis non cadit tempus medium, minor vero declaratur, quia si aliquid sit non ens in vno instanti, & debet fieri ens, erit ens in alio instanti, oportet ergo, quod illud transmutetur a non esse in esse, sed non potest transmutari a non esse ad esse, nisi in tempore, ergo inter illa duo instantia est dare tempus medium, sed in quolibet tempore sunt infinita instantia, ergo inter illa instantia data sunt alia instantia, & per consequens ista instantia non sunt consequenter entia. Et eodem modo potest argui de quibusdam aliis instantibus, probando, quod non sint consequenter entia, quia in vno illorum est aliquid ens, & in alio est illud idem non ens, & non potest transmutari de esse in non esse, nisi in tempore, ergo inter illa duo instantia datum est tempus medium, & per consequens alia instantia media. Vnde breuiter, si aliquid habet esse post non esse, non potest instans, in quo incipit esse, esse consequenter ens in instanti, in quo caret esse, quia non potest transmutari de non esse ad esse, nisi mediante motu, sed omnis motus mensuratur tempore, ergo inter illa duo instantia, quæ ponuntur conse- D quenter entia, est tempus medium, & per consequens sunt infinita instantia media, quia in quolibet tempore sunt infinita instantia, & per consequens illa instantia, quæ ponebant consequenter entia, non sunt consequenter entia. Et dicit Phylosophus, quod non est eadem ratio de duobus instantibus, & de tempore, & de vno instanti, quod est finis temporis, quia instans est consequenter ens tempori, cuius est finis, sed instans non est consequenter ens instanti, sed si tempus componeretur ex instantibus, duo instantia essent consequenter entia.

Quæ cum ita sunt, patet si in a, toto tempore d, fiebat, non esse maius id tempus, in quo factum est, atque fiebat, eo tempore, quo toto solum fiebat. Hæ igitur, talesvé quædam sunt rationes, ex quibus, vt propriis quispiam credet, motum rectũ perpetuo continuum esse non posse.

Tex.c. 30. *Manifestum autem est, quia si in a, toto tempore fiebat, non est plus tempus, in quo factum est, & fiebat quam in quo fiebat solum omni. Quibus quidem igitur aliquis tanquam proprijs credet rationibus, hæ & huiusmodi quædam sunt.* A

EX his ergo, quæ Phylosophus dixit, ostendit, qualiter fiens, & factum esse se habent adinuicem, dicens, quod nõ plus est tempus, in quo aliquid factum est & fiebat, quam tempus, in quo fiebat solum, sicut non plus est instans, & tempus, quam tempus solum, sicut etiam linea, cum puncto non est maior, quam linea solum.

Hoc idem insuper ita sese habere videbitur, & si differendi modo idipsum considerabimus.

Rationabiliter autem, & ex his intendentibus videbitur alicui, & idem hoc accidere. B

HAec est quarta pars principalis huius capituli, in qua cũ Phylosophus probauit per rationes physicas, & proprias quòd motus reflexi non sint continuati adinuicem, reuertitur ad probandum illud idem per rationes logicas, & communes. Et continet ista pars quinque particulas secundum numerum quinque rationum, quas adducit. Secunda ibi [Simul autem] tertia ibi [Amplius si non continuum] Quarta ibi [Amplius autem huius ratio] Quinta ibi. [Amplius si continuũ] In prima igitur particula huius partis Phylosophus primo proponit intentionem suam dicens, quòd si aliquis velit rationabiliter, id est, logicè incẽdere ad ostendendum, quòd motus non est vnus, & continuus, satis patebit propositum ex rationibus, quæ sequuntur. Deinde cum dicit Phylosophus.

Omne itaque, quod continue mouetur, modo nihil prohibeat, ad id, & antea ferebatur, ad quod per motum accessit Ceu si peruenit ad b, ferebatur ad b. & non solum, cum erat prope, sed statim etiam, vt incepit motu cieri. Cur enim nunc magis, quam prius. Hoc, & ad cæteros accommodabitur motus. At id, quod ex a, fertur ad b, veniet rursus ad a, continuo motu. Cum igitur ex a, mouetur ad b, tum fertur etiam ad a, eo motu, quo pergit ex ipso b. Quo fit, vt contrarijs simul motibus moueatur. Recti nanque motus cõtrarij sunt. C

Omne enim quod mouetur continue, si a nullo prohibeatur, in quod quidem venit secundum loci mutationem, in hoc, & ferebatur prius, vt si in b, venit, & ferebatur in b, & non cum proximum erat, sed mox sicut incepit moueri. Quid enim magis nunc, quam prius. Similiter autem, & in alijs. Quod autem ab a, fertur in c, iterum veniet in a, continue motum. Cum ergo ab a, in c, ferebatur, tunc & in a, fertur secundum motum, qui est a, c, & econuerso, quare simul contrarijs. Contrarij enim, qui secundum rectitudinem. D

Prima propositio. POnit primam rationem, quæ fundatur super duas propositiones. Quarum prima est, quod omne illud, quod transmutatur continue in toto tempore transmutationis transmutatus ad vltimum terminum illius transmutationis, siue ille terminus fuerit propinquus, siue remotus, & hoc si a nullo prohibeatur Secunda propositio est, quod in motu, si sit continuus, mobile transmutatur ab eodem in idem, quoniã si mobile moueatur ab a, in c, & motus a c, in a, sit continuus, tunc ille totus motus ab a, in c, & econuerso est ab a, in a. Et tunc arguitur sic. Si motus reflexus sit continuus, tunc mobile in toto motu mouetur, ad a, & certum est, quod mouetur ab a, sed motus ad a, & motus ab a, sunt motus contrarij, si vterque sit motus rectus; ergo si motus reflexus sit continuus, sequitur, quod mobile in toto motu mouetur motibus contrarijs, quia mouetur motu, qui est a b, & etiam motu, qui est ad a, qui sunt con-

Secunda propositio. (margin note beside "prohibeatur Secunda propositio est")

Prima ratio. (margin note beside "guitur sic")

A trarij, & sic, si motus reflexus sit continuus, sequitur, quod cõtraria simul insunt eidem, quod est impossibile, ergo impossibile est, quod motus reflexus sit continuus Et hanc rationẽ facit Phylosophus de motu locali tantum. quamuis sit communis cuilibet transmutationi, & propositiones acceptæ in ista ratione sunt communes omni transmutationi. Notanda sunt hic quatuor secundum Commen Primo, quod vt dicit Com. necesse est, vt transmutatum in sua transmutatione amittat partem successiui illius, a quo trãsmutatur, & acquirat successiue partem illius, ad quod transmutatur, ergo illud, ex quo transmutatur, & illud, ad quod transmutatur, necessario sunt opposita, quia si essent idem, contingeret, vt idem, quod amittit apud vnam transmutationem, acquirat apud aliam, quod est impossibile. Secundo est notandum, quod Commen. dicit, quod vtrunque istorum, scilicet, illud, ex quo transmutatur, & illud, ad quod transmutatur, est in parte transmutati, alia ab illa, in quo est reliquum, sed non est determinata in se, nec apud nos, hæc Commen. Vnde vna pars illius, quod trãsmutatur, dum transmutatur, est in termino a quo, & alia in termino ad quem, sed quia non est eadem pars remanens semper in termino a quo, nec eadem pars est in termino ad quem, ideo dicit, quod pars, in qua est terminus a quo, aut terminus ad quem, non est determinata, nec in se, nec apud nos. Tertio est notandum secundum Commen. hic, quod istæ rationes dicuntur rationes logicæ, quia sunt ex communibus pluribus vna arte. Vnde propositiones communes pluribus scientijs dicuntur logicæ, vt illa propositio, duo opposita in simul non possunt aggregari, est communis pluribus scientijs, ideo dicitur propositio logica. Et dicit Cõmen. quod vtimur logica dupliciter, scilicet, aut secundum, quod est instrumentum, & sic credo, quod quilibet bene arguens vtatur logica, quia vtitur syllogismo, aut entimemate, aut dicitur ratio logica, quia accipit aliquam propositionem declaratam in logica. Et adhuc videtur, quod tertio modo dicitur ratio logica, quia est ex propositionibus communibus pluribus scientijs Et adhoc quarto modo potest ratio dici logica, quia fit in terminis proprijs logicæ Quarto est notandum secũdum Commen. quod illud, quod Phylosophus dicit, scilicet, quod in motu continuo mobile continue mouetur ad vltimũ terminum, est intelligendum de motu naturali, & voluntario & ideo dicit, nisi aliquid occurrat, quia si occurrat, quod impediat ipsum a beo, quod est naturale ei, tunc non mouebitur continue ad illud, ad quod primo mouebatur. Videtur tamen mihi, quod in omni motu continuo mobile in toto tempore mensurante motum mouetur ad vltimum terminũ motus, siue sit motus naturalis, siue sit motus violentus, tamen in motu naturali, & motu violento mobile non semper mouetur continue ad vltimum terminum intentum a natura, aut a proposito, quia potest impediri per aliquod occurrẽs impediens mobile, ne attingat ad terminum intentum, semper tamen mobile motum continue in toto tempore mensurante motum mouetur ad vltimum terminum, quẽ mobile attingit, non tamen ad vltimum terminum intentum, quia non semper peruenit ad illum Et ideo dicit Commen. quod illud, quod dicit Phylosophus, nisi aliquid occurrat, non est exceptio ex illo, quod res mouetur ad illud, ad quod peruenit postremo, sed est exceptio eius, quod motus est continuus. Illud n. quod mouetur naturaliter, semper mouetur ad illud, ad quod peruenit postremo, siue aliquid occurrat ei, siue non, hæc Commen. non tamen mouetur semper ad terminum a natura sibi intentum, quia potest impediri per aliquod occurrens.

Primum notan. (margin note beside "Notanda sunt hic quatuor")

Secundum notan. (margin note beside "Secundo est notandum")

B (marginal letter beside "semper in termino a quo")

Tertium notan. (margin note beside "Tertio est notandum")

Id. primo cę.c. 70. & 4.phy.87.

Quartum notan. (margin note beside "Quarto est notandum")

C (marginal letter beside "diat ipsum a beo")

D Et insuper vt ex eo mutetur, in quo ipsum non est. Quod si hoc fieri nequeat, in ipso b, stetur necesse est. Non igitur hic vnus est motus. Qui nanque motus intercipitur statu, is vnus profectò nõ est, vt luce clarius extat.

Simul autem, & ex hoc mutat, in quo non est. Si igitur hoc impossibile, necesse est, stari in c. Non ergo vnus motus. Reditus enim statui non est vnus.

Secunda ratio. HAec est secunda particula huius partis, in qua ponitur secunda ratio probans, motum reflexum non esse continuum. Et hæc est ratio. Si motus reflexus esset continuus sequitur, q aliquid moueretur continue ex termino in quo nec sit.

est, nec fuit, consequens est falsum, quia nihil mouetur ex termino, in quo nunquam fuit, consequentia probatur sic. Mobile motum motu continuo, nec est nec fuit in termino ad quem est motus, quia nihil mouetur ad illud, quod habet, sed si motus reflexus sit continuus, idem esset terminus, ex quo mouetur, & terminus, ad quem mouetur. Cum igitur mobile, dum mouetur, nec est, nec fuit in termino ad quem, sequitur, quòd non est, nec fuit in termino ex quo, quia idem est terminus ad quem, & terminus ex quo, & sic sequitur, quod si motus sit continuus, quòd aliquid mouetur ex termino, in quo nec est, nec fuit, quod est impossibile, ergo necesse est, quod motus reflexus non sit continuus, sed est necesse, quod in puncto reflexionis sit quies media.

Præterea ex hisce magis vniuersaliter de omni motu perspicuum idem erit. Nam si omne, quod mouetur, aliquo motu dictorum motuum omnino mouetur, & quod quiescit, ex his aliqua quiete quiescit, quæ opponuntur, nullus enim alius in ratione rerum præter assignatos est motus, id autem, quod non semper hoc motu mouetur, eorum motuum, inquam, qui specie differunt, & non motus totius cuiuspiam parte, necesse est opposita quiescat quiete. Est enim quies priuatio motus. Si igitur hæc ita se habent, & motus quidem recti contrarij sunt, fieri vero nequit, vt simul quicquam motibus contrarijs moueatur, id profecto ex a, fertur ad b, non ex b, quoque simul feretur ad a. Atque cum non simul motibus, vtrisque feratur, moueatur autem dicto motu ex a, pergendo ad b, prius in ipso b, quiescat, necesse est. Hic enim ex a quies, quæ opponitur ei motui, quo itur ex b, ad a. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, motum nullum rectum continuum esse posse.

Tex. c. 71. *Amplius, & ex his manifestum vniuersaliter magis de omni motu. Si enim omne, quod mouetur aliquo dictorum motuum, & quiescit aliqua dictarum oppositarum quietum, non erat enim alius præter istos, quod autem non semper mouetur habet hunc motum. Dico autem quicunque sunt alteri specie, & non si aliqua pars est totius, necesse est prius quiescere secũdum oppositam quietem. Quies enim priuatio est motus. Si igitur contrarij, quidem motus sunt, qui secundum rectitudinem, simul autem non contingit moueri contrarios, quod ab a, ad c, fertur, non vtique feretur simul ab ipso c, ad a. Quoniã autem non simul fertur secundum contrarios, mouetur autem secundum hunc motum, necesse est prius quiescere apud c. Hæc enim opposita quies ei, qui est a, c, motui.*
D *Manifestum igitur ex his, quæ dicta sunt, quoniam non est continuus motus.*

Prima propositio. HÆc est tertia particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur tertia ratio probans motum reflexum non esse continuum, & vnum. Et hæc ratio fundatur super duas propositiones, quarum vna est, quod omne motum, quod mouetur vno motu motuum finitorum diuersorum secundum speciem, necesse est, quod moueatur a quiete opposita illi motui, scilicet, a quiete, quam habet in termino a quo, vt declaratum est in quinto huius. Secunda propositio est, quod omne, quod mouetur duobus motibus oppositis, necesse est, vt singulariter moueatur cum eis, cum impossibile sit simul moueri motibus oppositis. Ex quibus propositionibus sequitur, quòd omne motum motibus oppositis est necesse, vt moueatur vtroq; motu post quietem. Et tunc formatur rõ sic. Omne motum motibus oppositis mouetur vtroque motu post quietẽ, sed motus reflexus cõponitur ex motibus opposi-

Secunda propositio.

Tertia ratio.

A tis, ergo vterq; illorum motuum incipit a quiete opposita illi illi motui, ergo secundus motus incipit a quiete, sed illi motus nõ sunt cõtinuati adinuicẽ, inter quos cadit quies media, ergo motus reflexi non continuantur adinuicem, & per consequens motus reflexus compositus ex illis motibus, non est vnus, & continuus. Intellige hic per quietẽ indifferenter priuationem motus pro instanti, & pro tempore, siue n sit quies media pro instanti, siue pro tempore semper sequitur, quod motus non est continuus, inter cuius partes cadit quies media. Si igitur contrarij, &c. Probat hic quod dixerat, scilicet, quod nihil mouetur vno motu secundum speciẽ, quod prius non mouebatur, nisi prius quiescat quiete opposita, & hoc probatur per hoc, quia idem non potest simul moueri motibus contrarijs, ergo oportet, quòd cum aliquid mouetur motu finito, qui non est pars alterius motus, vt prius quiescat. Vnde potest fieri talis ratio. Si motus inesset mobili in instanti distinguente tempus, in quo aliquid mouetur sursum, a tempore, in quo mouetur deorsum, cum non sit maior, non quod motus sursum insit illi mobili pro illo instanti, quam motus deorsum, sequitur, quod in illo instanti simul inessent mobili motus sursum, & motus deorsum, quod est impossibile. Vnde
B Cum dicit, quod motus non sequitur motũ, nisi quãdo secundus motus fuerit perfectio primi motus nõ oppositus ei, aut hoc continget per accidens, sicut illuminatio domus per candelam.

Insuper hoc etiam modo ratio magis erit accommodata. Simul enim corruptum est non album, & ortum est album. Si igitur alteratio, qua itur ad album, atq; ex albo continua sit, & nullo in tempore maneat, simul profecto corruptũ est non album, & factum est album, atque non albũ. Horum enim trium idem tempus erit, vt patet.

Amplius autem, & hæc ratio magis propria est his, quæ dicta sunt. Simul enim corruptum est; quod non album, & quod factum est album. Si igitur continua alteratio ad album ex non albo, & ex albo ad non album Tex. c. 72.
C *non manet aliquo tempore, simul corruptum est non album, & factum est album, & factum est non album. Trium enim erit idem tempus.*

HAec est quarta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quarta ratio probans motum reflexum non esse continuum, & hæc est ratio magis propria, & magis specialis, & supponitur in hac ratione, quod quando corruptum est non album seu nigrum, tunc factũ est album, & quando corruptum est album, tunc factum est non album, sed si fiat reflexio, quando factum est album, oportet, quod recedat ab albo, vt si factum sit album in termino reflexionis, tunc receditur ab albo. Tunc igitur arguitur sic. Quando corruptum est non album factum est album, & quando factum est album receditur ab albo, & quando receditur ab albo, factum est non album, ergo a primo ad vltimum, quando corruptum est non album, factum est non album, vel quando corruptum est nigrum, factum est nigrum, si velimus per
D non album intelligere nigrum, sed hoc est impossibile, ergo impossibile est, quod motus reflexus sit continuus. Intelligendum, quod Phylosophus propter hoc dicit hanc rationẽ esse propriam, & specialem, quia rationes præcedentes possunt applicari ad omnem motum, sed ista ratio videtur specialiter arguere de generatione, & corruptione. Rationes enim præcedentes fundantur super hoc, quod quia inter motus contrarios est quies media, ideo motus contrarij non sunt continuati adinuicem. Et ista ratio probat, quod quamuis inter generationem, & corruptionem non sit quies media, tamen generatio, & corruptio non sunt continuata adinuicem.

Quarta ratio.

Præterea, non si tempus continuum est, & motus continuus est, sed deinceps. Quo nanque pacto contrariorum motuum, vt dealbationis, ac de nigrationis idem fuerit finis. Patet igitur motum rectum continuum perpetuo esse non posse.

Amplius, non si continuum est tempus, & motus, sed consequenter, quomodo igitur erit vltimum idem contrariorum, vt albedinis, & nigredinis.

HÆc est quinta particula quartæ partis principalis huius capituli, in qua ponitur quinta ratio probans motum reflexum non esse continuum. Et primo præmittit, quod non est necessarium, quòd si tempus sit continuum, quòd propter hoc motus sit continuus, quoniam motus diuersarū specierum, & si succedant sibi in tempore continuo, non tamen sunt continui, sed consequenter se habentes. Probat ergo phylosophus, quòd & si inter motus contrarios non esset quies media, tamen motus contrarij non sunt continui. Et est ratio ista. Continua sunt illa, quorum vltima sunt vnum, sed motus contrarij non habent idem vltimum, quoniam vltima cōtrariorum sunt vltima contraria, ergo motus contrarij non sunt cōtinuati adinuicē. Et similiter motus reflexi sunt cōtrarij, igitur motus reflexi nō sunt cōtinuati adinuicē, quare &c.

Quinta ratio.

Motus autem iste, qui super circularem lineā fit, vnus, atque continuus erit. Nullum enim impossibile accidit. Etenim id, quod ex a, mouetur, simul ad ipsum mouebitur a, eadem nimirum appetitione. Ad quod enim perueniet, ad id, & mouetur, sed non simul contrarijs ciebitur motibus, neque oppositis sanè.

Tex. c. 73. *Qui autem in circulari erit vnus, & continuus, nullum enim impossibile contingit, quod enim ex a, mouetur, simul mouebitur in a, secundum eandem positionem. In quod enim veniet, & mouetur in hoc, sed non simul mouebitur contrarijs, neque oppositis.*

ISTud est tertium capitulum huius tractatus, in quo ostenditur, quis motus localis est primus motuum. Et continet tres partes principales, quia in prima declaratur per rationes proprias, quòd motus circularis potest esse semper continuus, & quod est primus motuum. In secunda autem ibi. [Rationabiliter autem accidit.] ostendit idem per rationes logicas, & per rationes communes. In tertia ibi [Quod autem secundum locum.] ostendit per comparationes aliorum motuum, quòd motus localis est primus motuum. Prima pars continet duas particulas, quia in prima ostendit, quòd motus localis circularis potest esse semper cōtinuus. In secunda ibi. [Quod autem lationum] ostēditur, quod motus localis circularis est primus motuum. Prima particula continet duas partes, quia in prima ostenditur, quod motus localis circularis potest esse semper continuus. In secunda ibi. [Manifestum autem, & ex hoc.] ostenditur quod nullus alius motus alius a motu locali circulari potest esse semper continuus. In prima igitur parte huius particulæ ostenditur, quod motum circularem contingit esse semper continuum, & hæc est quarta conclusio principalis huius libri, secundum Lynconiensem, quæ probatur sic. Illud est possibile, ad quod nullum impossibile sequitur, sed ad illam, scilicet, motus circularis potest esse semper continuus, non sequitur aliquod impossibile, ergo illud est possibile, & per consequens motum circularem contingit esse continuum, quod autem ad motum circularem semper esse continuum non sequatur impossibile, declaratur, quia si aliquod impossibile sequeretur, hoc esset, quia mobile simul moueretur motibus cōtrarijs, seu oppositis, sicut accidit in motu reflexo. Si enim aliquid moueretur continue ab aliquo termino in eundem terminum reflectendo sequeretur, quod illud moueretur simul motibus oppositis, vt prius declaratum est, sed illud impossibile, non sequitur in motu circulari, quoniam non sequitur, quod aliquid moueatur circulariter ab eodem ad idem, quod propter hoc moueatur motibus oppositis, sicut accidit in motu reflexo, nam secundum motum circularem potest aliquid multotiens moueri ab eodem in idem secundum eandem potentiam, hoc est eodem ordine partium mobilis seruato. Vnde arguitur sic. Ille motus potest esse semper continuus, per quē mobile potest moueri ab eodem in idem eodem ordine partium mobilis seruato, sed per motum circularem contingit moueri ab eodem in idem, eodem partium ordine seruato, quod non contingit in motu reflexo, ideo motus circularis ab eodem in idem potest esse semper continuus, sed in motu

Quarta cōclusio huius libri.

A reflexo hoc non contingit, ergo. Intelligendum est, quod cum aliquod mobile reflectitur, partes mobilis in reflectendo disponuntur secundum contrarium ordinem in mouendo, quam prius, quia vel oportet, quod pars mobilis, quæ in primo motu erat prior in reflexione fiat posterior, vel oportet, quod illa pars mobilis, quæ in primo motu aspiciebat ad vnam differentiam loci, scilicet, ad dextrum, vel sursum in reflexione ad contrarium moueatur, sed in motu circulari seruatur eadem positio partium, cum aliquid mouetur ad terminum a quo recedit.

Non enim omnis motus, quo pergitur ad hoc, contrarius ei, quo itur ex hoc, aut oppositus est. Sed contrarius quidem est rectus, huic enim motus loco accommodatus contrarius est, vt his, qui per diametrum fit. Termini enim plurimum distant. Oppositus autem est, qui per eandem B fit longitudinem. Quare nihil vetat, vt talis motus continuus sit, nullasque prorsus intercapedines habeat.

Non enim omnis, qui est in hoc, ei, qui est ex hoc, contrarius est, neque oppositus, sed contrarius in recta quidem, Huic enim est contrarius secundum locum, vt qui secundum diametrum; distat enim plurimum. Oppositus autem, qui est secundum eandem longitudinem, quare nihil prohibet moueri continue, & nullo tempore deficere.

ET quia aliquis potest dicere, quòd motus circularis componitur ex motibus contrarijs, quia motus ab aliquo termino est contrarius motui, qui est ad eundem terminum, hoc remouet Phylosophus dicens, quod illud, quod mouetur circulariter ab vno termino in eundem terminum, non mouetur motibus contrarijs, & hæc est trigesimaquinta C conclusio de annexis, quæ probatur tripliciter. Primo ex parte distantiæ terminorum. Secundo ex parte terminorum. Tertio per rationem acceptam ex parte mediorum. Primo igitur dicit Phylosophus, quòd non omnis motus, qui est in hoc, est contrarius, & oppositus motui, qui est ex hoc, sed solus motus, qui est ex hoc secundum lineam rectam, contrariatur motui, qui est in hoc secundum lineam rectam. Vnde prima ratio potest sic formari, contrarietas motuum localium solum est accipienda secundum lineam rectam, siue secundum distantiam terminorum lineæ rectæ, sed motus circularis, qui est ab hoc, & motus circularis, qui est in hoc, non distant secundum lineam rectam, nec secundum distantiam terminorum lineæ rectæ, ergo, quod mouetur circulariter ab vno termino in eundem terminum, non mouetur motibus contrarijs. Intelligendum, quod quia contrarietas est maxima distantia, & maxima distantia non potest accipi, nisi secundum lineam rectam, quia non possunt aliqua tantum distare secundum lineam curuam, quin possint plus distare secundum lineam curuam, quia quacunque linea curua data contingit dare maiorem D lineam curuam, ideo contrarietas motuum propriè dicta solum est accipienda secundum lineam rectam. Quæcunque enim distant secundum lineam rectam non possunt plus distare secundum lineam rectam. Omnes enim lineæ rectæ, ductæ inter duos terminos sunt æquales. Vnde Comment. dicit hic, quod causa in hoc, quòd motus ad aliquid secundum lineam rectam, sit contrarius motui, qui est ab illo secundum eandem lineam rectam, est, quoniam illud, ex quo est motus rectus, & ad quod est, sunt loca contraria, & causa in hoc est, quia contraria sunt, sicut describuntur, quæ maximè distant, & maxima distantia non inuenitur, nisi in linea recta, hæc Commen. Intelligendum tamen, quòd illud est verum, accipiendo contrarietatem strictè propriè, scilicet, quod motus non sunt contrarij strictè loquendo, nisi secundum lineam rectam, tamen largè loquendo de contrarietate, scilicet, secundum quod illi motus dicuntur contrarij, qui impediunt se, sic motus reflexi super semicirculum, vel super arcum dicuntur contrarij, quia impediunt se, vt dicit Phylosophus.

Prima ratio.

Etenim

Etenim conuersio quidē a seipso in seipsum: rectus autē motus a seipso in aliud transitio est.

Circularis quidem enim motus est ab eodem in idē. Rectus autem ab eodem in aliud.

Secunda ratio. SEcunda ratio accipitur ex parte terminorum, quæ talis est. Motus contrarij habent terminos contrarios, sed in motu circulari non sunt terminī contrarij, quia motus circularis est ab eodem in idem, per hoc enim differt motus circularis a motu recto, quia motus circularis est ab eodem in idē, & motus rectus est ab eodem in aliud.

Et isce quidē motus, qui fit in circulo, nūquā fit in eisdem. Rectus aūt sæpe fit in eisdē. Is igitur motus, qui semper in alio, atque alio fit, continue fieri non potest. At isce continue fieri nō potest: qui sępe fit in eisdem. Motibus enim oppositis: id, quod mouetur, simul moueatur, necesse est.

Et qui quidē in circulo, nequaquam in eisdem est, qui uero secundū rectitudinem, multotiens in eisdem est. Cū quidem igitur, qui semper in alio, & alio fit, contingit moueri continue, qui uero in eisdem multotiens non contingit, necesse est enim simul moueri contrarios.

Tertia rō. TErtio probatur conclusio. s. q̄ illud, qd̄ mouetur circulariter ab aliquo termino in eundē terminū, non mouetur motibus contrarijs, patet p rōnē sumptā ex parte mediorum, quæ talis est. Motus contrarij sunt in eisdē medijs, sed motus circularis a b a, in b, & a, b, in a, non sunt in eisdem medijs, ergo motui circularis ab aliquo termino nō contrariatur motui circulari in eundem terminum. Intelligendū, quod illa ratio fundatur super tres propositiones, quarum una est, quod motus contrarij sunt inter terminos contrarios. Secunda propositio est, quod eadem media, quæ sunt ab uno contrariorum ad reliquum, sunt econuerso, sicut eade media, quæ sunt a centro ad circumferentiam sunt econuerso. s. a circumferentia ad centrum & ideo motus contrarij sunt in eisdē medijs, quoniam eadem sunt media inter contraria, ut inter a, & b, & inter b, & a. Tertia est, q̄ motus circularis, qui est ab aliquo termino in eundem terminum non est in eisdem medijs, quoniam si aliquid moueatur circulariter ab aliquo termino in eundem terminum per unum semicirculum recedit ab illo termino, & per alium semicirculum redit ad eundem terminum, & sic non per idem medium accedit, & recedit. Vnde notandum est, quod ex omnibus his rationibus potest fieri unica ratio probans conclusionem principalem. s. q̄ motū circularem contingit esse semper continuum, & hæc est ratio. Ad motum circularem semper esse continuum non sequitur impossibile, ergo motum circularem semper esse continuum, est possibile, antecedens probatur primo. quia motus circularis est ab eodem termino in eundem terminum, reseruato eodem ordine partium mobilis, ergo. Secundo probatur per hoc, q. si aliquid impossibile sequeretur, illud maxime esset illud impossibile. s. q̄ aliquid moueretur simul motibus contrarijs, quia motus ab aliquo termino contrariatur motui in eundem terminum, quod non est uerum in motu circulari, quod probatur tripliciter. Tum quia ille motus non sunt secundum maximam distantiam. Tum quia non sunt inter cōtrarios terminos. Tum quia non sunt in eisdem medijs.

Prima ppositio.
Secunda ppositio.
Tertia ppositio.

Quare fieri nō pōt, ut aut in semicirculo quicquā aut in alia ulla circūferentia cōtinue moueatur. Sæpe. n. in eisdem moueatur, & cōtrarijs mutationibus mutetur, necesse est. Nō. n. coniungun tur hic principium, atque finis. Circuli autem cōiunguntur, & hic est solus motus perfectus.

Quare neque in semicirculo, neque in alia circulatione, contingit moueri continue. Multotiens enim ne esse, eadem moueri, & contrarias mutationes mutari. Non enim copulat principio finem, qui autem circuli, copulat, & solus est perfectus, & perpetuus.

A

COncludit ex prædictis, alios motus a motu circulari nō esse semper continuos. Et primo declarat hoc in motu locali, ostendendo, quod nullus motus localis alius a motu circulari potest esse semper continuus, per hoc, quod in omni alio motu a motu circulari contingit motum per eadē media multotiens pertransire, sed non contingit pertransire multotiens ab eodem in idem per idem medium, nisi per reflexionem, sed illud, quod mouetur in eisdem medijs per reflexionem, non mouetur continue, quia sic mouetur simul motibus oppositis, quod est impossibile, ergo. Vnde nec super lineam rectam, nec super lineam semicircularem potest esse motus continuus, & perpetuus, nisi fiat reflexio, & motus reflexus non potest esse semper cōtinuus, quia non est idem finis primi motus, & principium motus secundi, sed in circulo idem est principium & finis, ergo. Vnde nec motus, qui est super lineam rectam, nec motus, qui est in semicirculo, nec in quacunque alia portione circuli, potest esse semper cōtinuus: quia in his omnibus necesse est, quod multotiens pertranseātur eadem media, & quod fiant contrarij motus, si debeat fieri reditus ad principium. Et ratio huius est, quia neque in linea recta, neque in semicirculo, neque in quacunque portione circulari copulatur finis principio, sed distant adinuicem principium, & finis, & in solo circulo finis copulatur principio, quia idem est finis, & principium, & ideo solus motus circularis est perfectus, quia unumquodque est perfectum, ex hoc quia attingit suum finem.

B

Ex hac aūt diuisione patet fieri non posse, quo cæterorū motuū continuus sit. Accidit n. in uniuersis, ut per eadē quisq; fiat. Vt in alteratione p mediū ipsum: & in motu, qui quantitati accōmodatur, per magnitudines medias, & in generatione, corruptioneve similiter. Nihil n. interest pauca qspiā, an plura faciat ea media, in quibus est ipsa mutatio, & addat quid, an auferat, fit. n. utroq; modo, ut per eadem sæpe motus efficiatur.

C

Manifestum autem, & ex hac diuisione, quoniam nō contingit alios motus esse continuos. In omnibus enim accidit eadem moueri multotiens, ut in alteratione media, & in eo, qui est quantitatis secundum medium magnitudinis: & in generatione, & corruptione similiter, nihil enim differt pauca, aut multa facere, in quibus est mutatio, neque medium ponere aliquid, aut auferre, utrobique enim accidit, eadem moueri multotiens. Tex. c. 74.

HAec est secunda pars primæ particulæ primæ partis prin. huius cap. in qua declaratur, quod in alijs motibus a motu locali non est continuitas, probatur p hoc: quia in omnibus alijs motibus oportet, quod fiat reditio per eadem media, & non potest esse reditio per eadem media, nisi fit quies media, & ubi est quies, ibi non est continuitas motus. In nullo igitur motu alio a motu locali circulari potest esse semper continuitas. Vnde illa est causa, quare motus circularis potest esse semper continuus, quia in motu circulari potest fieri reditio ab eodem in idem per alia media, sed hoc deficit in omnibus alijs motibus, ut in alteratione, augmentatione, generatione, & corruptione, & nulla est differentia, quantum ad discontinuitatem motus, siue sint plura media, quæ iterantur, siue pauca, potest enim esse per plura media, ut si fiat motus a nigro in album, & postea ab albo in nigrum, tunc enim fiet reditio per plura media, idest, per colores medios: si autem fiat motus ab albo in fuscum, aut econtra, non fit iteratio per tot media, sicut prius, sed reditio per plura media, uel per pauciora, ideo dicit, quantum ad propositū. quod si reditio fiat per eadem media, oportet, quod si quies, quæ est priuatio motus pro instanti, uel quę est priuatio motus pro tempore. Vnde hic non signo nouas conclusiones, eo quod illæ conclusiones sunt prius positæ, & probatæ.

D

Ex

A Ex his igitur patet: nec eos naturales bene sensisse: qui res vniuersas sensibiles inquiunt semper moueri. Nam motuum iam dictorum aliquo moueant, maximeque secundũ illos alterentur, necesse est. Fluere.n.inquiunt, eas semper, decremẽtaque suscipere. Præterea generationẽ, atque corruptionem, alterationem esse dicunt. Ratio vero nostra tunc dixit, nullo quicquam omnino motu præter conuersionem continue moueri posse. Quare nec alteratione, nec accretione, decretione ve. Hæc igitur satis sint dicta ad demonstrandum nullam infinitam esse mutationem, aut continuam præter ipsam solam conuersionem.

Manifestum igitur ex his, quoniam neque phisiologi bene dicunt, oĩa sensibilia moueri semper: dicentes. Moueri.n.necesse est aliquem horum motuum, & maxime, secundum illos est alteri. Fluere enim dicunt, et semper corrumpi. Adhuc aũt & generationem, & corruptionem, alterationẽ dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu secundum nullum motum contingit moueri extra quam circulo. Quare neque secundum alterationem: neque secundum augmentum, quod quidem igitur nec infinita sit mutatio, neque una, neque continua extra circuli motum nobis dicta sint tanta.

B EX prædicta veritate Phyl. appræhendit antiquos Phylosophos, qui dixerunt omnia sensibilia semper moueri, quia si omnia sensibilia semper mouerẽtur, necesse est, ea moueri secundum aliquem motum, in quo potest saluari continuitas, & secundum antiquos maxime est verum, quia omnia alterantur continue, dixerunt enim, quod videtur res semper in continuo fluxu & dixerunt generationem, & corruptionem esse alterationem, vnde isti reprehenduntur per hoc, quia probatum est, quod nulla alteratio est semper continua, ideo male dixerunt ponentes, omnia sensibilia semper moueri motu alterationis.

C Ipsam autem conuersionẽ lationum omnium esse primam: perspicuum inde fieri potest. Omnis enim latio, aut circularis est, aut recta, aut mixta, sicut & antea diximus. At hae quidem illas priores esse, necesse est, ex illis enim constat, ut patet.

Tex.c. 75. *Quod aũt lationum circularis prima sit, manifestũ est. Omnis.n.secundum locum motus, sicut & prius diximus, aut in circulo, aut in recto, aut mixtus est. Hoc ãt necesse est priores esse illos. Ex his.n.cõstitutus est.*

HAec est secunda particula primæ partis prin. huius cap. in qua Phyl. declarat, ꝙ motus localis circularis est primus motuũ. & hæc est quinta conclusio prin. huius libri secundum Lynco. Hæc igitur conclusio probatur sic. Omnis motus, vel est motus localis rectus, uel est motus localis circularis, uel est motus localis compositus ex motu locali recto, & motu circulari, uel alius motus a motu locali, ut motus alterationis, uel augmentationis, &c. sed motus localis circularis est prior, quam motus mixtus ex motu circulari, & motu recto, & etiam prior, quam motus localis rectus, & est prior, quam aliquis motus a motu locali, ergo motus localis circularis est primus motuum, maior huius rationis est nota, & minor declaratur, quantum ad quamlibet eius partem, & primo declaratur, ꝙ motus circularis est prior, quam motus localis mixtus. Secundo, ꝙ est prior, quam motus localis rectus. Tertio, ꝙ est prior, quam aliquis alius motus a motu locali. Primo igitur probatur, quod motus localis circularis est prior, quam motus mixtus ex motu circulari, & recto, & hæc est trigesimasexta conclusio de annexis, quæ probatur per hoc, quia motus mixtus componitur ex motu recto, & motu circulari,

Qointa conclusio huius li.

D

36. concl. de annexis.

A sed illud, quod componitur ex aliquibus, est posterius illis, ex quibus componitur, ergo motus mixtus est posterior, quam motus circularis, & per consequens motus circularis est prior, quam motus mixtus.

Recta uero, circularis est prior. Est.n.simplex, perfectaque magis. Fieri igitur non põt, ut super infinita linea recta quicquã feratur. Nõ est.n. id in ratione rerum, quod hoc pacto dicitur infinitũ. At neque si esset, moueretur quicquam omnino. Non.n id fit, quod impossibile est. Impossibile aũt est (vt patet) transire quippiam infinitum.

Recto autem circularis prior: simplex enim et perfectus magis est. In infinitum enim non est rectum ferri, sic enim infinitum non est, sed neque si esset, moueretur utique nihil, non enim fit impossibile. Transire autem in infinitum impossibile est.

B PRobat, quod motus circularis est prior motu recto, & hec est trigesimaseptima concl. de annexis, quæ probatur sic: motus circularis est perfectus, & motus rectus est diminutus, sed perfectum est prius diminuto, ergo. Quia autem motus rectus sit diminutus probatur sic. Illud est diminutum, cui potest fieri additio, sed omni motui recto potest fieri additio, quod patet per hoc, quia omni lineæ rectæ potest fieri additio, cum nulla linea recta sit infinita, ut patet ex tertio huius. Et adhuc posito, quod aliqua linea recta posset esse infinita, adhuc super illam lineam rectam non posset esse motus infinitus, quia omnis motus super lineam rectam est in aliquem terminum, aliter esset ociosus, & acquisito termino cessat motus, ex quo igitur motus infinitus non potest fieri super lineam rectam, quia nec super lineam finitam, nec super lineam infinitam, patet, quod nullus motus rectus est infinitus, & per consequens omnis motus rectus est diminutus. 37. cōc. de annexis.

Ea vero latio, quæ super finita recta linea fit, si reflectatur cõposita erit, ꝑfecto, duoq; motus: si nõ reflectatur imperfecta, ac corruptibilis. At imperfecto perfectũ, & incorruptibile corruptibili C natura prius esse, & ratione, atque tẽpore cõstat.

Infinito autem recto reflectens quidem compositus est, & duo sunt motus. Non reflexus autem imperfectus, & corruptus. Prius autem & natura, & ratione, & tempore est perfectum quidem imperfecto. Corruptibili autem incorruptibile.

ET quia aliquis posset dicere, quod motus rectus super lineam rectam finitam potest esse infinitus per reflexionem, seu iterationem, hoc destruitur per hoc, quia motus reflexus non est unus, & continuus, ut superius est probatum, quia est compositus ex duobus motibus contrariis, si autem per lineam rectam non erit reflexio erit imperfectus, & corruptus. Imperfectus, quia possibile est fieri additionem, corruptus autem, quia cum peruenit ad terminum magnitudinis cessabit motus, sic igitur patet, quod motus circularis est prior natura, ratione, & tempore motu recto, cum sit perfectus, & incorruptibilis, & perfectum, & incorruptibile est prius diminuto, & imperfecto, & corruptibili natura, ratione, & tempore, unde Com intendit per rationem diffinitionem, quoniam D motus circularis accipitur in diffinitione motus recti, quia motus rectus est ille, qui est a medio, & ad medium, & mediũ non inuenitur, nisi in motu circulari.

Hisce præterea motus, qui perpetuus esse potest: prior est eo, qui perpetuus esse nequit. At conuersio quidem perpetua esse potest.

Amplius, prior est quem contingit perpetuum esse, non contingenti. Circularem quidem igitur contingit perpetuum esse.

SEcundo probatur, q motus circularis est prior motu recto, & hac sic, motus circularis est perpetuus, & motus rectus non, sed perpetuum est prius non perpetuo. ergo.

Cæterorum autem motuum nullus perpetuus esse potest. Status enim fit oportet. Qui cum est: corruptus est iam ipse motus, atque euanuit.

Aliorum autem neq; loci mutationem, neque alium, neque contingit esse perpetuum, statum enim oportet fieri. Si autem status est, corruptus est motus.

31. concl. de annexis. PRobatur etiam, q motus circularis est prior omnibus motibus alijs a motu locali, & hæc est 31 conclusio de annexis, quæ probatur sic. motum circularem contingit esse perpetuũ. & nullum motum alium a motu locali contingit esse perpetuum, & perpetuum est prius imperpetuo, ergo motus localis circularis est prior omnibus alijs motibus a motu locali.

Atqui recte, cum rationeq; accidit, conuersionem vnum esse motum, atque continuum, & non eam lationem, qua super recta linea pergitur. Huius enim principium, & finis, & medium definitú, & vniuersa hæc sunt in ipsa. Quo fit, vt id fit, vnde incipiat, quod mouetur, & id item ad quod perueniet, desinetque moueri. In ipsis namque finibus quiescit id omne, quod motu recto cietur, aut in eo, ex quo incipit motu cieri, aut in eo, ad quē accedit. Sed in circunferentia sunt hæc, vt patet indefinita. Quod enim ipsius punctum, finis potius rationem, quã principij subit. Aeque enim quoduis punctorum principium est, & medium, atque finis, vt semper id, quod mouetur in principio sit, & medio, atque fine, & nunquam in vno tantum. Quapropter ipsa sphæra mouetur, & aliquo modo quiescit. Eundem. n. occupat locum Causa autem est, hæc omnia accidisse ipsi centro. Nã principiũ est & magnitudinis, atque finis. Quare fit, vt quia hoc extra circũferentiam est nõ sit id, in quo quiescit id, quod fertur, quasi transierit, semper enim circa medium, sed non ad vltimum fertur. Quia vero semper hoc manet, ideo totum ipsum continue partim quiescit, partim mouetur.

Tex. c. 76. *Rationabiliter autem accidit, circularem vnum esse, & continuum, & non rectum. Eius enim, qui in recto determinatum est principium, & finis, & medium, & omnia hęc habet in seipso. Quare determinatum est, unde incipiet, quod mouetur, et vbi finiet. Apud terminos enim quiescit omne, aut vnde, aut vbi circularis, aut indeterminati sunt. Quid enim magis quicunque terminus eorum, qui sunt in linea. Similiter enim vnumquodq; principium, & medium est, & finis, vt & semper quadam sunt in principio, & fine, & nunquam, vnde mouetur, & quiescit quodammodo sphæra. eundem enim obtinet locum. Causa autem est, quod omnia hæc accidunt centro, principium enim, & medium magnitudinis, & finis est, quare propter id, quod hoc semper extra circulationem est, non est vbi, quod fertur quiescat, sic enim semper fertur circa medium, sed non ad vltimum, propter hoc autem manet, & semper quiescit quodammodo totum, & mouetur continue.*

HÆc est secunda pars princ. huius cap, in qua Phyl. ostendit, q motus circularis est primus motuum per rationes Logicas, & communes, & continet tres partic. secundum numerum trium rationum, quas adducit ad hoc probandum. secunda incipit ibi. [Accidit aũt cõuersim] tertia ibi. [Amplius autem.] In primã igitur partic huius partis Phyl. intendit talem rõnem. Prima ratio. Ille motus, qui nunquam est in sui principio, nec in suo fine põt esse continuus, sed motus circularis nunquam est in suo principio, nec in suo fine. ergo motus circularis põt esse perpetuus, & per consequens est primũ. vel põt per hanc rationem probari non solum, q motus circularis põt esse perpetuus, sed q est perpetuus, quia ille motus, qui nunquam est in sui principio, nec in suo fine, est perpetuus, sed motus circularis est huiusmodi. ergo maior patet, quia motus semper durat in medio inter suũ principiũ, & suũ finem. omne. n. quod mouetur continue, mouetur inter principiũ motus in actu, & finẽ motus in actu. & ideo omne, quod mouetur, qñ nec est in principio, nec in fine sui motus, est semper motus minor vero huius rõnis patet, quia in circumferentia circuli non est aliquid, quod sit dignius, quod sit principium magnitudinis, quã finis, vel mediũ, & ideo oẽ illud, qđ mouetur circulariter semp est in medio sui motus, & nunquã est in principio motus, nec in fine, vnde circa rõnem illam sic procedit, qa primo narrando cõclusionem d. q rõnabile est, motum circularem esse vnũ, & semper cõtinuũ, & nõ motũ rectũ. Secũda vero narrat cãm vtriusque, & primo narrat cãm, pp quã motus rectus non põt semper esse cõtinuus, & causa est illa, qa in magnitudine recta est principium, a quo incipit motus determinatus, & finis est determinatus, & mediũ est determinatũ, & illud, quod mouet motu recto cũ peruenerit ad finem magnitudinis, super quam mouetur necessario quiescit, & hæc est causa pp quam motus rectus non põt esse semper continuus. Vnde necesse est, q illud, quod mouetur motu recto habeat duas quietes. s. vnam in initio magnitudinis, & aliam in fine. & causa, pp quam motus circularis põt esse semper continuus, est, quia magnitudo circularis non hẽt principium in actu, neq; finem, qm̃ in circumferentia non est aliquid, quod sit dignius, vt sit principium magnitudinis, quam finis. Vnde illud, quod mouetur circulariter, semper põt imaginari in quolibet puncto esse in principio, & in fine, & in medio, nunquam. n. circumferẽtia circuli est punctus, qui est solummodo principiũ, aut solummodo finis, quod non accidit in magnitudine recta. Notanda sunt hic tria sm Com. primo, q istæ causæ, quas dedit hic. P. sunt quodammodo naturales, & quodammodo mathematicæ, qm̃ quædam mathematica sunt per se causæ rerum naturalium, vt accidit in scientijs subalternantibus, & subalternatis, cuiusmodi sunt Arith. Musica, Geomet. & Perspectiua, qm̃ diuersitas duorum extremorum longitudinis est causa, scilicet, hic, q contrarietas est in istis locis. & hæc est prima causa, quare motus super longitudinem rectam ab vna extremitate ad aliam, & econuerso sunt contrarij. & quia in magnitudine circulari non est extremitas in actu, fit necesse, vt in ea non sint contraria, neque dimensiones finitæ & cum ita sit, necesse est, vt motus eius sit vnus. & perpetuus, & continuus, cum motus super seipsum non mouetur ad loca contraria. Secundo est notandum, q Com. d. q ista causa, quam dedit Arist. non solũ d. q est possibile motum circularem esse perpetuum, imò, q etiam sit necessarium, tertio narrat, q cum in circulo non sit punctus in actu, q sit principium medium, aut finis. Ista est causa, pp quam sphæra est inseparabilis ab eodem loco, in quo est quodãmodo quiescens, & quodammodo mota. & d. q sphæra mouetur circa globositatem centri, in quo non est punctus in actu, ideo necesse est, vt sphæra sit in eodem loco, numero, & in pluribus locis sm formam, vt declaratum est in sexto. Item d. Com. q non est, sicut existimatur, scilicet, q sphæra mouetur sm partes, & quiescit secundum totum, qm̃ ponere corpus mouere secundũ partes, & quiescere secundum totum est impossibile. imò tota sphæra, & omnes eius partes mouentur, sed totam mouetur in locis diuersis secundum formam tm̃, partes vero mouentur in locis diuersis secundum formam, & secundum substantiam, hæc Com. quæ omnia determinata sunt super sexto huius. Tertio est notandum, q Com. assignat causam hic, propter quam sphæra mouetur motu prædicto, & est, quia omnia ista accidunt centro. s. esse principium, medium, & finis. Vnde dicit Com. hic, quòd potes intelligere per centrum, centrum mathematicum, quòd est punctus indiuisibilis, & centrum naturale, quod est corpus sphæricum, circa quod corpus circulare mouetur, quoniam sphæra naturaliter diuiditur in duas partes. scilicet, in centrum, & in circumferentiam.

Primũ notandum.

Secũdum notan.

Tertium notan.

Accidit aũt hæc conuersio, vt econtra cõuersio motuum sit prima, atq; mensura, quia namq. motuum est mensura ipsa conuersio, ideo primus sit ipsa motus, necesse est, ipso enim primo omnia mẽsurantur. Et quia motus primus est, & omnium motus, ideo ipsa mensura est cæterorum.

Accidit

Accidit autem conuersim, & namq. quoniã mensura motuum circulatio prima, necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primo, & quia mensura aliorum est.

A lenta, a qua incipit moueri, ideo a, velocius mouetur post c, quam b, quamuis vtrumque æqualiter distet a terra, & a loco suo naturali. Hæc igitur est causa, quare motus naturalis conti oue intenditur. s. distantia a quiete violenta, a qua incipit moueri. Sed quia hæc videtur esse causa remota, & oportet assignare causam magis propinquam, & magis dicentem pp quid, dicunt quidam, quod graue in descendendo continue acquirit nouam grauitatem accidentalem, & quia fit continue grauius, & grauius, ideo continue velocitatur motus eius, & ita est de leui. s. quod per motum superius acquirit nouam leuitatem accidentalem, & ideo quanto ista corpora magis distant a quiete violenta, a qua inceperunt moueri, tanto velocius mouentur. Notabile. videtur tñ mihi, quod, quia aer est cum grauibus grauis, & cũ leuibus leuis, ideo cum graue descẽdu semper maior, & maior pars aeris præcedens ipsum mouetur deorsum, & etiam continue maior, & maior pars aeris insequitur ipsum, ideo motus eius velocitatur, quia continue medium grauias, & grauius præcedit ipsum cedens ei, & medium continue grauius, & grauius subsequitur ipsum cõtinue fortius pellens ipsum, & ideo quanto a remotiori mouetur, tanto velocius mouetur, quia continue iuuatur motus eius magis, & magis a medio tam a

Secunda ratio. HÆc est secunda partic. secundæ partis princ. huius cap. in qua ponitur secunda ratio probans, quod motus circularis est primus motuum & hæc est ratio, quia motus circularis est mensura oĩum aliorum motuum. ergo est primus motuum. antecedens est verũ. ergo & consequẽs, & probatur cõsequentia, quia illa conuertuntur. s. quod aliquid sit primũ in aliquo genere, & quòd sit mensura omnium aliorum in illo genere.

Præterea, vniformis etiam motus sola conuersio esse posset. Quæ namque recto motu cientur, difformiter sane feruntur. Discrepant enim partes motus propinquæ principio ab hisce partib. quæ propinquæ sunt fini. Etenim vniuersa, quæ suapte natura feruntur, quo magis ab eo loco recedunt, ex quo moueri cœperint, eo celerius moueri videntur. At sola in conuersione, neque principium est, neque finis, quippe cum non sit in ipsa circumferentia quicquam tale, sed extra.

B parte anteriori, quam a parte posteriori.

At vero scientiæ huius lationem, inquam, primum motuũ esse testes sunt vniuersi, qui mentionem motus fecerunt. Principia enim ipsius hisce tribuunt, quæ motu istiusmodi cient. Segregatio namque congregatione motus in loco sunt. Hoc. aũt modo concordia, atq; discordia mouent. Altera namq; ipsarum segregat, altera congregat. Anaxagoras quoq; mentem, quæ mouit prius, secernere dicit. Eadem & hi sentiunt, qui nullam aliam talem causam ponunt, sed ob vacuum inquiunt res moueri. Et hi namque naturam eo motu, qui loco accommodatur, moueri dicunt. Motus enim, qui fit ob vacuum, latio nimirum est, & vt in loco motus (vt patet) Cæterorum aũt motuum nullum ip

Amplius autem, & regularem contingit circularem esse solum, quæ enim in recto a principio irregulariter feruntur, & ad finem. Omnia enim quanto distant quidem plus a quiescente feruntur velocius. Circularis autem solius, neque finis, neque principium in ipso aptum natum est esse, sed extra.

Tertia rõ. HÆc est tertia particula secundæ partis princ. huius cap. in qua tertio probatur eadem conclusio sic. motus localis est primus motuum, vt prius probatum est, & motus circularis est prior, quam motus rectus ergo, quod motus circularis sit prior motu recto. probat sic. solus motus circularis, qui semper æque distat a fine, ad quem mobile mouetur. s. a C medio, potest esse regularis, & nullus motus rectus potest esse semper regularis, motus enim rectus non põt esse semper regularis, quia omnis motus rectus, vel est naturalis, vel violentus. & motus naturalis intenditur in fine, & motus violentus remittitur in fine, ideo nullus motus localis rectus est omnino regularis. Vnde notandum, quod motus naturalis incipit a quiete violenta, & motus violentus incipit a quiete naturali. ergo motus naturalis quanto plus distat a quiete, a qua incipit motus, tanto est velocior et distantia eius a quiete, a qua incipit moueri, sed in motu violento est econuerso. Ista igitur propositio. s. Omnia quanto plus distant a quiete feruntur velocius, debet intelligi de motu naturali, quod omnia, quæ naturaliter mouentur, quanto plus distant a quiete, hoc est a loco, in quo quiescerunt violenter, tanto mouentur velocius, vel si intelligatur tam de motu naturali, quam de motu violento, tunc debet sic intelligi. omnia mota naturaliter quanto plus distant a quiete violenta, a qua mouentur, tanto mouentur velocius, & omnia violenter mota, quanto plus distant a quiete violentã, ad quam mouentur, tanto velocius mouentur. Intelligendũ, quod illud, quod communiter dicitur. s. quod motus naturalis rectus intenditur in fine pp approximationem ad terminum motus, D non est verum, quia graue non mouetur velocius pp solam approximationem ad centrum, quia accipiantur duo æque grauia cum omnibus aliis paribus vt scilicet, quod sint eiusdem figuræ, eiusdem magnitudinis, & sic de aliis promouentibus ad velocitatem motus, & sint a, & b, & ponatur a, superius in aere in loco distante a terra per decem stadia, & sit locus ille c, & b, ponatur superius in aere in loco distãte a terra per vnum stadiũ, & sit ille locus d, & moueatur a, deorsum, & cum venerit a, ad locum distantem a terra solum per spatium vnius stadij incipiat b, descendere, & sit e, instans, in quo vtrumque illorum. s. a, & b, distant a terra solum per spatium vnius stadij, manifestum est, quod post e, instans a, velocius descendet, quam b, & tamen in e, instanti sunt æque approximata terræ. ergo maior approximatio ad locum naturalem non est causa velocitatis motus naturalis, sed maior distantia a quiete violenta in termino a quo est causa velocitatis motus naturalis, & ideo quia in e, instanti & per totum tempus post durante motu a plus distant a quiete violenta, a qua incipit moueri, quam b, distet a quiete vio-

C sis inesse primis, sed in hisce duntaxat, quæ constãt ex illis, putant. Accrescere n. hæc, decrescereque, ac alterari congregationem, segregationemque subeuntibus indiuiduis corporibus dicunt. Eadẽ & hi censent, qui densitate, raritateve generationem, corruptionemve conficiunt. Congregatione namque, segregationeve hæc vniuersa disponunt. Accedit ad hæc eorum quoq; sententia, qui causam motus animam faciũt. Id enim, quod seipsum mouet, eorum, quæ mouentur, principium esse dicunt. Animal autem, omnemq; animans motu ad locum accommodato seipsum mouet.

Quod aũt secundum locum mutatio primus motuum est, testantur oẽs, quicumq; de motu fecerunt memoriã. Principia. n. tradunt ipsis mouentibus secundum huiusmodi motum. Disgregatio aũt, & congregatio motus secundum locũ sunt. Sic enim mouent concordia, & discordia. Hęc quidem. n. disgregat, illa autem congregat, ipsorum autem intellectum ait Anaxagoras disgregare mouẽtem prius. Similiter autem & quicumq; huiusmodi quidem neq; vnam causam dicunt, propter vacuum autem moueri dicunt. Et namq; hi secundũ locum motũ natura moueri debent. Motus. n. propter vacuum loci mutatio est, & sicut in loco, aliorum aũt neq; vnum inesse primis corporibus, sed his quæ sunt ex his, opinãtur: Augmentari enim & corrumpi, & alterari cõgregatis, & disgregatis athomis corporibus dicunt. Eodem aũt modo quicumque pp densitatem, aut raritatem instruunt generationem, & corruptionem, & congregatione enim & disgregatione hæc componuntur. Amplius autẽ, & propter Tex. c. 77.

hui

hos animam causam facientes motus, ipsum, seipsum enim mouens. Principium esse dicunt eorum, quæ mouentur. Mouebitur autem animal, & omne animatum secundum eum, qui est secundum locum. A

HAec est tertia pars princ. huius cap. in qua Phyl. per aliorum opiniones, ostendit, ꝙ motus localis est primus motuum, & hoc ostendit sex rationibus, vel sex modis, seu sex vijs. Vnde d. Phyl. primo, ꝙ huic veritati, scilicet, quòd motus localis est primus motuum, attestantur dicta omnium Phylosophorum antiquorum, qui de motu fecerunt mentionem, quia omnes antiqui attribuunt principijs, ꝙ mouēt motu locali, & primo ostendit hoc per opi. Empe. qui posuit litē, & amicitiam esse prima principia mouentia, nam d. amicitiam congregare, litem aut segregare. sed manifestum est, ꝙ congregare, & segregare sunt motus locales. ergo. Secundo Phylo. ostendit idem per opi. Anax. qui posuit intellectum esse principium mouentem, cuius operatio secundum ipsum est disgregare mixta. Tertio vero ostendit Phyl. idem per opi. Demo. & Leucipi, qui non posuerunt causam mouentem sine vacuo, sed dixerūt, omnia moueri per naturam vacui, motus autem, qui est propter vacuum, est motus localis. Dixerunt enim corpora athoma moueri in vacuo, nunc autem illud, quod mouetur, quia est in vacuo, mouetur localiter. Quarto ostēdit idem per opi. antiquorum naturalium, qui ponebant solum vnam causam, scilicet causam materialem, vt aquam, aut aerem, seu ignem, siue aliquod medium, & ex illo dixerunt generationē, & corruptionem fieri per condensationem, & rarefactionem. sed condensatio, & rarefactio sunt motus locales, vel non sunt sine motu locali. Quinto ostendit idem opi. Platonis, qui posuit animam esse primam causam motus. Posuit enim, quod anima, quæ secundum ipsum est mouens seipsam, est principium omnium, quæ mouentur, sed mouere seipsum conuenit animali, & omni animato secundum eum secundum anathemsi, idest secundum transmutationem localem, & sic posuit animam, quæ secundum ipsum est primum principium mouens, esse causam motus localis. Deinde cum dicit.

Opinio Empe. / Opinio Anaxag. / Opinio Democri. / Opi. antiquorū naturalium. / Opinio Platonis.

Id præterea solū proprie moueri dicimus, quod eo motu cietur, qui ad locū accōmodatur. Quod si quippiam quiescat quidem eodē in loco; incrementa vero, vel decrementa suscipiat, vel alteretur, id aliqua ex parte, & non absolutè moueri dicere consueuimus. Motum igitur omni in tempore semper fuisse, semperque fore, & quid est principium perpetui motus, quis præterea primus est motus, & quis solus perpetuus esse potest, & id insuper, quod primum mouet immobile esse, satis iam hisce, quæ dicta sunt explicauimus. C

Et proprie autem moueri dicimus solum, quod mouetur secundum locum motum. Si autem quiescat quidem in seipso, augmentetur autem, aut detrimentum patiatur, aut alterum contingit quodammodo moueri. Simpliciter autem moueri non dicimus. Quod quidem igitur semper motus erat, & erit omni tempore, & quod principium perpetui motus. Adhuc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit esse solum, & primum mouens, quod immobile sit, dictum est. D

SExto probat Phylo. idem per communem modum omniū communiter loquentium, secundum enim communem modum loquendi solum dicimus illud moueri, quòd mouetur secundum locum. si autem aliquid quiescat in loco, quamuis augmentetur, vel alteretur, dicimus ipsum quiescere, & non dicimus simpliciter, quòd tale mouetur, sed secundum determinationem dicamus, quòd tale mouetur motu alterationis, vel augmentationis. Et Com. d. hic, quòd motus per prius dicitur de motu locali, quam de alijs motibus, sicut hoc nomen ens per prius dicitur de substantia, quam de alijs prædicamentis. Vnde sicut ens dicitur de substantia simpliciter, & de alijs prædicamentis secundum determinationem, ita motus simpliciter dicitur de motu locali, & de alijs motibus dicitur secundū determinationem, quare &c.

Nunc autem partibus hoc vacare, magnitudinemq́; nullam prorsus habere necessarium esse dicamus, ac demonstremus oportet prius hisce definitis, quæ hanc sententiam antecedunt. Atque horum vnum est hoc fieri, inquam, nō posse, quo finitum quicquā tempore moueat infinito. Tria namque esse in omni motu constat id, quod mouetur, id quod mouet, & tertium ipsum tempus. Atque aut hæc omnia finita sunt, aut infinita, aut horum aliqua, vt duo, aut etiam vnum.

Quod autem hoc necesse est impartibile esse, & nullā habere magnitudinē, nunc dicamus, opponentes primū de prioribus ipso. Horum autem vnum quidem est, quod impossibile est nullum finitum mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt, quod mouetur, mouens, in quo tertium tempus, hæc autem, aut finita omnia, aut infinita sunt, aut quædam, aut duo, aut vnum. Tex. c. 78. B

ISte est quartus tractatus huius lib. in quo determinatur de impartibilitate primi motoris, & continetur in vno cap. in quo quidem cap. ex parte primi motus ostenditur infinitas potentiæ primi motoris, & ex infinitate motoris declarat impartibilitatem ipsius, & separationem ab omni magnitudine, vnde in hoc cap. continentī totam intentionem huius tractatus determinatur principaliter de impartibilitate primi motoris, & continet tres partes principales, quia in prima determinatur de potentia primi motoris. in secūda vero ibi. [De his autem, quæ sequuntur.] determinatur de vnitate primi motoris. in tertia ibi. [Determinatis autem his] determinatur de impartibilitate primi motoris, ostendens ex prædeclaratis, ꝙ primus motor est indiuisibilis, & impartibilis, nullam hās magnitudinē. prima pars continet duas particulas secundum numerum triū conclusionum, quas ostendit, nam in prima particula ostēdit, ꝙ motor potentiæ finitæ non pōt mouere per tempus infinitum. in secunda ibi. [Quod autem omnino infinita] ostendit, ꝙ in magnitudine finita non potest esse potentia infinita. in tertia ibi. [Non igitur neque in finito] declarat, ꝙ in magnitudine infinita non potest esse potentia finita. In prima igitur particula Phyl. proponit cōclusionem principalem huius cap. scilicet, ꝙ necesse est motorem immobilem esse impartibilem, sed antequam hoc ostendamus oportet declarare quædā, quæ exiguntur ad eius declarationem. Deinde Phyl. proponit conclusionem, quam hic intendit, & est. quia impossibile est, ꝙ aliquod mouens potentiæ finitæ moueat per tempus infinitum, & d. quòd ista tria scilicet mouens, mobile, & tempus similiter se habent quantum ad finitatem & infinitatem, ita, quòd si vnum istorum trium sit finitum, omnia illa tria sunt finita, & si vnum eorum sit infinitum, omnia tria illa sunt infinita.

Sit igitur a, quidem mouēs b, aūt id, quod mouetur, & tempus infinitum sit c. Pars itaq. ipsius a, quæ quidē sit d, moueat partē aliquā ipsius b, sitq; illa pars e atq; patet, non toto c, tpe ipsam mouete. In maiore namq; maius nimirum mouet, quare vt tempus illud infinitum non sit, designetur, atq; sit f. Hoc igitur pacto addens ipsi d, atq; e, parti partem totum a, tandem, & b, similiter totum consumam, tempus aūt nunquam æqualē f. parti semper auferens partē quippe cum sit, vt est suppositum infinitū. Quare totum a, mouens totum b, ipsum finito in tpe c, mouebit. fieri ergo nō potest, vt a finito quicquam infinito in tempore moueatur, perspicuum igitur est fieri non posse, quo finitum quicquam tempore moueat infinito.

Sit igitur a, mouens. Quod autem mouetur b. Tempus infinitum in quo c. Ipsum c, igitur moueat aliquam partem ipsius b, quæ est in quo e. Non igitur in æquali ipsi c, in pluri enim maius. Quare non est infinitum tēpus, quod est ipsi z, sic itaq; ipsi d, apponens auferam ipsum

sum a. Ipsi autem c, ipsum b. Tempus autem non auferum, semper remouens æquale, infinitum enim est. Quare omne a, totum b, mouebit infinito tempore in ipsius c. Non ergo possibile est a finito moueri nihil secũdum infinitum motum, quod quidem igitur non contingit finitum in infinito tempore mouere, manifestum est.

Demonstratio.

A. mouens.	D. pars ipsius. A.
B. mobile.	E. pars ipsius B.
C. tempus infinitum.	G. pars ipsius. C.

39. cõc. de annexis. PRobat conclusionem, quam intendit, quę est, ꝙ mouente, & mobili existentibus finitis non põt tempus esse infinitum, & hæc est 39. conclusio de annexis, quæ ponitur in terminis sic, sit a, totum mouens, & sit b, totum mobile, & c, sit totum tempus, in quo a, mouet b, & sit d. pars ipsius a, & e, pars ipsius b, & g, sit pars ipsius c, quod ponitur tempus infinitum. & d, moueat e, in g, tempore g. igitur cum sit pars temporis infiniti, & pars est minor suo toto, oportet, ꝙ g, sit tempus finitum, aliter non esset minus suo toto, si igitur a, mouet b, in toto tẽpore c, infinito. & d, mouet e, in g, tempore. quod est finitum, si fiat resecatio ab a, & addatur d, & si fiat resecatio a b, & addatur ipsi e, semper resecando in partes equales eandẽ consumetur tam a, quam b, & d, & e, habebunt eandem proportionem adinuicem, quam prius habuerunt a, & b sed facta tali additione ipsi d, & e, quæ fuit ante additionem, si ante additionem d. mouebat e, in tempore finito. ergo facta additione adhuc d, mouebat e, in tempore finito, vt in tẽpore g. Cum igitur, quæ est proportio d, ad e, tota additione facta, eadem fuit proportio a, ad b, sed si additione facta d, mouet e, in tempore finito, sequitur, ꝙ a, mouebat b, in tempore finito, alioquin duo motores habentes eandem proportionẽ ad mota ab eis vnus moueret in tempore finito, & alius in tempore infinito, quod est impossibile, qm̃ qualis est proportio motoris ad mobilia, talis est proportio temporis ad tempus. ergo necesse est, ꝙ si mouens. & mobile sint finita, ꝙ tempus, in quo mouẽs mouet mobile, sit finitum. Fundatur igitur ratio super quatuor propositiones, quarum prima est, quod pars temporis infiniti est finita. Secunda propositio est, ꝙ in parte finita temporis infiniti põt pars mouentis finiti mouere partem mobilis finiti, & ista propositio est satis nota s. quod mouens finitum põt mouere mobile finitum in tpe finito, sit igitur ita, ꝙ d, moueat e, in g, tempore finito. Tertia propositio est, ꝙ omne finitum per resecationem partium æqualium tandem consumetur. Quarta propositio est, ꝙ qualis est proportio motorũ ad mobilia mota ab eis, talis est proportio tpis, in quo fit vnus motus, ad tempus, in quo fit alius motus. & pp hoc impossibile est, ꝙ motorum habentium eandem proportionem ad mobilia mota ab eis vnus moueat in tpe finito, & alius in tempore infinito. Et Com. format illam rationem sic, proportio temporis g, ad tempus c. est composita ex proportione d, ad a, & ex proportione a, ad b, quia tẽpus vtriusque motus proportionẽ sequitur mouentis ad mobile, quod in eo mouetur, sed proportio d, ad a, est finita, quia d, multipliciter consumit a, & proportio e, ad b, est finita, quia e, consumit b, & oĩs proportio cõposita ex duabus proportionibus finitis est finita. ergo necesse est, ꝙ proportio tẽporis g, ad tẽpus c, sit finita ergo g, consumit c, sed c, est infinitum, ut positum est. ergo finitum consumit infinitũ, sed hoc est inconueniens. ergo oportet, quod c, sit finitum, motor igitur finitus non potest mouere aliquod infinitum, nec aliquod finitum in tempore infinito. Notandum, ꝙ Com. dicit hic, ꝙ impossibile est, quod aliquod corpus finitũ moueat corpus infinitum: qm̃ potentia motoris semper debet superare potentiam mobilis. Notandum etiã secundum Com. hic, ꝙ propositiones conditionales, quas ponit hic P. sunt veræ, quãuis antecedentia sint impossibilia: qm̃ licet sit impossibile cęlum diuidi: tamen si diuideretur in minori tempore, primo moueretur pars, quam totum, quod aliqui intelligunt, quantum ad determinatum signum in spatio, quoniam pars in minori tempore pertransit aliquod determinatũ signum in spatio quam totum. Similiter, ꝙ P. ponit motorẽ diuidi, hoc ponit sub conditione. Si. n. motor cęli sit in corpore, tunc diuiA ditur ad diuisionem corporis. Notandum, ꝙ illud dictũ Philosophi. s. maius mobile in pluri tempore moueri debet intelligi cum possibilitate, non autem cum necessitate: quoniã possibile est, quod corpus minus moueatur in tempore minori, & hoc sufficit ad propositum, sed non est simpliciter necessarium, sed solum respectu alicuius determinati signi in spatio. Minus enim corpus citius pertransit complere aliquod determinatum signum in spatio, quam maius corpus. Vnde potest hæc ratio formari sic, quia possibile est recipere aliquam partem, quæ plus excedit in uirtute aliquam partem mobilis, quam a, excedit b, sit igitur ita, quod d, plus excedat e. in potentia, quam a, excedat b, cum igitur mouens plus excedens potentiam mobilis moueat minori tempore, sequitur, quod d. in minori tempore, quam c, mouebit e, sed tẽpus, quod est minus, quam tempus infinitum est finitum, sequitur ergo, ꝙ d, mouebit e, in tempore finito, & facta resecatione ab a, & a b, talium partium eiusdem quantitatis sunt d, & e, & additione facta illarum partium ipsi d, & e, tandem consumuntur a, & b, & remanebunt d, & e, habentes eandem proportionem adinuicem, quam prius habebant a, & b, & tota additione facta d, B mouet e, in tempore finito, sequitur, quòd a, prius mouebat b, in tempore finito. Intelligendum, quòd illa conclusio est intelligenda de motore fatigabili, cuiusmodi est mouens existẽs in magnitudine corruptibili, sed de motore infatigabili non est conclusio vera, quia non maior uirtus requiritur in motore infatigabili ad mouẽdum per duos dies, quam per vnum diem, nec requiritur maior uirtus ad mouẽdum per octo dies, quam per vnum diem, & sic multiplicando in infinitum, & sic loquendo de motore infatigabili non requiritur maior uirtus ad mouendum mobile per tempus infinitum, quam ad mouendum idem mobile per unum diem, & ideo si motor infatigabilis possit mouere mobile finitum per unum diem, sequitur, quòd potest mouere idem mobile per tempus infinitum, & sic conclusio non est intelligenda de motore infatigabili, nec ratio probans conclusionem concludit de motore infatigabili, quia uirtus motoris infatigabilis non est secundum se diuisibilis, cum talis uirtus non sit uirtus extensa in magnitudine.

Fieri vero non posse, vt finita in magnitudine C vires sint infinitæ, ex hisce sane fuerit notum, sint enim maiores hæ semper uires, quæ æquale, quod minore in tẽpore faciunt, ceu calefaciunt, aut dulcedine afficiunt, aut proijciunt, omninoque mouent. Quod cum ita sit ab eo quoque profecto, qđ infinitum quidem est, infinitas autem uires habet patiẽs quippiam patiatur, & magis quam ab alio patiatur, necesse est, infinitæ namque vires viribus sunt maiores finitis, at nullum esse tempus omnino potest, quo vires illæ mouerent, nam si sit, a, tẽpus, quo uires infinitæ calefecerunt, vel pepulerũt a, b, vero sit tempus id, in quo finitæ quædam vires mouerunt, hisce viribus si maiores finitas vires sẽper addidero, ad eas tandẽ vires perueniunt, quę mouere in a, tempore possunt. Finito namque cuiuis, si finitum semper addidero omni, quouis il-D lud definito faciam maius, & si abstulero minus identidem faciam. Ergo tempore in eodem, aut æquali finitæ, ac infinitæ vires mouebunt, hoc autem est impossibile, fieri ergo non potest, vt magnitudo finita vires habeat infinitas.

Quod autem omnino infinita magnitudine non contingit infinitam esse potentia, ex his manifestum est, sit .n. plus potentia semper æquale in minori faciens tẽpus, ut calidum calefaciens, aut dulce faciens, aut proijciens, & omnino mouens, necesse ergo est a finito quidẽ infinitam autem habente patientiam pati aliquid patiens, & plus quam ab alio. Plus enim est infinita potentia. At vero tempus non contingit esse nullum. Si. n. est, in quo a, tempus, in quo infinita vis calefacit, aut pepulit, in quo aũt

a, b, fini-

a, b, finita quędam, ad hanc maiorem semper accipiens finitam veniam. Aliquando ad id quod in a, tempore motum erat. Ad finitum enim semper addens excellat omne determinatum & auferens deficiens similiter. In æquali ergo tempore mouebit finita ipsi infinitæ. Hoc autem est impossibile.

Demonstratio.

A. Tempus.

A. Tempus. B.

HÆc est secunda particula primæ partis principalis huius cap. in qua phyl. ostendit ꝙ in magnitudine finita nõ põt esse virtus infinita. Et hæc est quadragesima conclusio huius lib. s. de annexis. Ad cuius declarationẽ phyl sup-

40. concl. de annex.

ponit duo. Primo, ꝙ mouens maioris virtutis requirit minus de tpe, ꝗ mouẽs minoris virtutis, na ꝙ æqualẽ effectũ põt maior virtus producere in minori tpe, ꝗ virtus minor. Secundo supponit, ꝙ oẽ, quod mouetur, mouetur in tpe, vt probatũ est in sexto huius. Ex his ergo arguitur sic. Maior potentia existẽs in magnitudine põt in minori tpe mouere & agere, sed oĩs potentia finita agit in tpe, & in quocunque tpe finito põt virtus finita agere, cum ergo virtus infinita sit maior quacunque virtute finita, sequitur, ꝙ si virtus infinita esset in magnitudine finita, moueret, & ageret in minori mẽsura, ꝗ esse aliquod tps, sed minor mensura quocunque tpe non est nisi instans: ergo si virtus infinita esset in magnitudine finita, sequitur, ꝙ ageret, & moueret in non tpe, quod est impossibile, quia oĩs motus est in tpe. Hoc cõfirmatur sic. Si virtus infinita esse in magnitudine finita, & moueret eam, aut igitur in tpe aut in non tpe, si in non tpe, habetur propositum. s. ꝙ si virtus infinita esset in magnitudine finita moueret in non tpe, si vero detur, ꝙ moueret in tpe & in quocunque tpe quantũcunque paruo põt virtus infinita mouere quãcunque magnitudinem finitã, sequitur, ꝙ si virtus finita moueret magnitudinem certam in aliquo tpe, sequitur, ꝙ in æquali tpe moueret virtus finita, & virtus infinita eandẽ magnitudinẽ, vel æqualẽ, quod est impossibile. Sequitur ẽt, ꝙ virtus finita moueret in minori tpe, quam virtus infinita, quia non est dare aliquam virtutem finitã, quin sit dare virtutẽ finitã maiorẽ illa, si ergo virtus infinita, & virtus infinita moueant æqualẽ magnitudinẽ in æquali tpe, maior virtus finita quam est illa virtus finita data moueret in minori tempore, & sic virtus finita moueret in minori tẽpore, ꝗ virtus infinita, quod est impossibile. Sed Com. mouet hic duas quæstiones. Prima est super hoc, quod dicitur, ꝙ cuiuslibet corporis est potentia finita, illud videtur esse falsum, quia si esset verum, tunc corporis cęlestis esset potentia finita. consequens est falsum quia tunc corpus cœleste esset corruptibile, quia omne habẽs virtutem finitã est corruptibile. Secunda quæstio, vel dubitatio est de illa conditionali, quã phyl. ponit hic, quę est ista Si virtus infinita esset in magnitudine finita moueret in instanti, si illa consequentia valeret eodem modo videtur sequi, ꝙ si virtus infinita esset extra magnitudine, ꝙ moueret in instanti, quia non est minoris potẽtiæ extra magnitudinem, ꝗ si esset in magnitudine. Prima harum qõnum est valde difficilis, ut dicit Com. & contra eã sunt multæ opi. Vnde opi. Alex. ut recitat Com. fuit quòd corpus celeste habet æternitatem a suo motore, qui non est in materia. Contra quẽ arguit Com. dicẽs, ꝙ secũdũ hoc aliquid esset, quod posset corrumpi, & nũquam corrumperetur, & hæc fuit opin. phyl. sed Arist. in fine primi de cę. & mun. probat, quod impossibile est, ꝙ aliquid sit æternũ, cui inest potentia ad corruptionẽ. Ioannes aũt Grãmaticus hanc op. tenuit contra Peripa. & in hoc opinabatur, quòd mũdus sit generabilis, & corruptibilis. Vnde dicit Com. ꝙ hæc dubitatio, est fortior omnibus alijs dubitationibus, quæ possunt accidere, cum phy. expresse secundo de cę. & mun. dicat, ꝙ cæli est potentia finita. Et reddit causam, quare in cælo non sunt stellæ maiores, quã illæ, quæ insunt ibi dicit, quòd si hoc esset motus cæli fatigaretur. Audiens autem Aui. verba phylosopi opinatus est, duplex esse necessarium, scilicet necessarium ex seipso, & necessarium ex alio, necessarium ex seipso, ut motor cæli, ex alio ut cælum. Et Comment. in soluendo illam dubitationem posuit multa verba, quæ propter prolixitatem non recito. Breuiter tamen sua solutio in hoc consistit quòd corpus cæleste est potentiæ finitæ, quia non potest suscipere motus infinitæ ve-

Primum suppositũ.
Secundũ suppositũ.
Confirmatio.
Prima qõ Com.
Secunda qõ Com.
Op. Alex. Ratio Cõmen.
Error Ioãnis Gram.
Op. Auic.
Solutio Com.

A locitatis, tamen cælum est potentiæ infinitæ, quantum ad durationem. quia non componitur ex materia, & forma, & forma ipsius non habet subsistere per ipsum. Motor etiam cæli est potentiæ infinitæ secundum durationem: sed non est potentiæ infinitæ secundum vigorem, ita quod possit mouere velocitate infinita. Ad secundam quęstionem respondet Commen. d. quòd si virtus infinita esset in corpore, moueret in instanti, sed si ponamus virtutem infinitam extra corpus non in corpore, illa nec debet dici finita, nec infinita. Finitum enim, & infinitum verè de corporibus dici possunt, & ideo extra corpus non debet poni aliqua virtus infinita, quæ moueat in non tempore. Dicit etiam Commenta. quod in virtutibus extra corpus non potest dici una potẽtia maior alia, eo quòd non sunt potentiæ in corpore, quoniam maius, & minus solius est quantitatis. Sic ergo in hoc commento soluuntur duæ quæstiones. Prima si cælum sit potentiæ finitæ, qualiter est, ꝙ non est corruptibile: est quoniam omne, quod est virtutis finitæ, videtur esse corruptibile. Secũda, qualiter ista consequentia est bona, virtus infinita est in magnitudine finita. ergo mouet in non tempore, & non sequitur, virtus infinita est extra magnitudinem. ergo mouet in non tempore, videtur, quod si

B una istarum consequentiarum sit bona quod etiam reliqua sit bona, quia non minoris vigoris est virtus extra magnitudinem, quam si esset in magnitudine. Solutio igitur ad primam quæstionem consistit in hoc, quòd potentia motiua potest dici infinita dupliciter. s. aut quia actio eius nunquam cessat, & hoc est esse infinitum in duratione, & illo modo motores cęli sunt infiniti, & etiam cælum est hoc modo infinitum, s. secundum durationem. Alio modo potest intelligi, potentiam motiuam esse infinitam, quia motor eius est tantæ uelocitatis, ꝙ non est inuenire velocius. s. ꝙ illud, quod ab illo mouetur, mouetur velocius omni mobili, & hoc est esse infinitũ in qualitate actionis, vt dicit Commenta. in de substantia orbis, & hoc est idem, quod esse infinitum in vigore. Responsio igitur ad primam quæstionem, & dico quod virtus cæli est infinita secundum durationem, & est finita secundum vigorem, & in cęlũ non est corruptibile, quia non componitur ex materia, & forma. s. corruptibili, sed est incorruptibile, nec forma eius constituitur in esse per subiectum, & ideo cęlum non habet contrarium propter quòd non est corruptibile. Vnde ad quæstionem quærentem propter quid cęlum non est corruptibile: põt tripliciter responderi. Vno modo, ꝙ nõ cõponi-

Ad primã qõnem.

C tur ex materia & forma cõstituta per subiectũ. Alio modo, quia non habet contrarium. Tertio modo, quia caret causis potentibus ipsum corrumpere. Vnde cęlum non est corruptibile, quia non habet corrumpens: effectus autem priuatiui causa modi est non esse corruptibile est causa priuatiua. s. quia non habet, qđ põt ipsum corrũpere, vt vult Com. in de sub. orbis. Quod autem motores corporum cælestium sint finiti in vigore declarat Com. per hoc quia corpora cælestia excedunt se in velocitate motus in determinata proportione, & tales excessus non sunt nisi inter motores finiti vigoris, unde secũdum hunc motum dicit phyl. potentiam cæli esse finitam, & ꝙ si in cęlo essẽt plures stellę, aut maiores, ꝗ sunt destruerentur, aut tardaretur motus cæli. Et dicit Comm. ꝙ ista dubitatio est maxima dubitationum, quæ accidunt in hac scientia, & non est determinatum mihi nisi cum grandi labore, & in tpe vitæ meæ non modico, hæc Commen. Hæc igitur consequentia phylo. s. si in cęlo essent stellæ, vel maiores, quam modo sunt, cælum non moueretur, vel tardius moueretur, quã mõ mouetur, patet, posito, ꝙ motor cęli sit finitus in vigore, quia potẽtia motoris debet excedere potẽtiã rei motæ, sed si in cælo essent plu-

D res stellæ, vel maiores, quam modo sunt, potẽtia motoris, vel nõ excederet potẽtiã cæli, & sic motor nõ moueret cęlum, vel si excederet, sicut modo excedit, & sic tardius moueret cęlum quam modo mouet. Intelligẽdum secũdum Comm. super 12. meta. ꝙ quilibet orbis celestis habet unum motorem coniunctũ, seu appropriatum illi orbi, ita ꝙ alterius, & alterius orbis est alius, & alius motus appropriatus, & præter motores appropriatos est unus motor separatus, qui est Deus gloriosus, & propter motum coniunctũ motus cęlestis in tpe. Successio. n. motus cęlestis a motore cõiuncto, qui est finitæ virtutis, & a motore separato hẽt motus cęli æternitatem, motor. n. separatus est infinitæ motionis, ut d. Com. & nisi esset motor separatus motus coniunctus non moueret per ips infinitũ. Ad cuius intellectũ est sciendũ, ꝙ motor cõiunctus, seu appropriatus mouet celum pp motorẽ separatum, ut assimiletur ei, qui motor appropriatos mouet, vt conseruet suam perfectionem, sicut homo aliqñ ambulat ad conseruandũ sanitatẽ, quã hẽt, & motor coniunctus suã perfectionem conseruat per hoc quia ali-

milatur motori separato & assimilari non potest motori separato, nisi per motum, & sic motor coniunctus non mouet cælum, nisi propter motorem separatum, scilicet, ut assimiletur ei. Motor enim separatus est causa omnium, & motores coniuncti assimilantur motori separato per hoc, quod sunt causæ rerum, & non sunt causæ rerum, nisi per hoc, quia per motũ cæli producuntur res in esse, & sic motores coniuncti assimilantur motori separato per motum, quia per motum sunt causæ rerum, & per hoc assimilantur primæ causæ omnium, sed utrum motor separatus moueat, ut finis tantum, vel ut efficiẽs ſm intentionem phyl. est dubium, credo tñ ſm intentionem phyl. & Com. ꝙ mouet ut finis tm̃, quia Arist. secundo celi dicit, ꝙ illud, quod est mobile, & perfectum simpliciter non indiget actione extrinseca in acquisitione mobilitatis. Unde secundum intentionem Com. 12. met. omne mouens effectiue, aut mouet ꝓ perfectionem de nouo, sibi acquirendam, aut ꝓ conseruationem perfectionis, quã habet, sed prima cã ex quo est simpliciter perfecta non mouet, vt acquirat sibi aliquã nouã perfectionẽ, nec ut conseruet perfectionẽ. quã hẽt, quia non est aliquid extra ipsam nobilius cui appetat assimilari, & ideo ſm Com. prima cã non mouet, vt efficiens, sed ut finis tantum. Omnes tñ leges ponunt primam causam efficientem, & etiã finem. Ad secundam dubitationem dicit Com. ꝙ si uirtus infinita esset in magnitudine, moueret in instanti. sed

Ad secundam quæstionem.

B

virtus extra corpus non est finita, nec infinita, quia finitum & infinitum soli quantitati cõpetunt, & sic vult ꝙ extra magnitudinem non sit virtus infinita. Attamen ista responsio non videtur sufficere, quia quamuis finitum, vel infinitum quantitatiue non sit extra magnitudinẽ tñ finitũ, uel infinitũ qualitatiue est extra magnitudinem. Aliter dicit Com. in lib. suo de substa orbis, vbi vult, ꝙ motores celestes sint finiti in vigore & infiniti in duratione, quia nõ fatigantur in mouẽdo. Quod autem sint finiti, declarat ex proportione virtutis mouentium corpora celestia in tẽpore determinato, quia cuiuslibet motus celestis quantumcunque tardi ad motum diurnum, qui est velocissimus aliorum motuum est proportio determinata, & ideo quilibet motor celestis est vigoris finiti, & Com. ibidem declarat, ꝙ si corpus fuerit compositum ex materia & forma oportet, ꝙ habeat virtutem finitam in duratione, & econuerso, sed non oportet, ꝙ si corpus habeat virtutem finitam in uigore, ꝙ propter hoc sit compositum ex materia & forma. Ex his ergo potest patere, ꝙ si in magnitudine composita ex materia, & forma esset uirtus infinita in duratione, ꝙ illa virtus moueret in non tempore, & non sequitur de virtute extra magnitudinem, ꝙ si sit finita in duratione, ꝙ propter hoc

C

mouet in non tempore, quia si in magnitudine composita ex materia & forma sit uirtus infinita in duratione, sequitur, ꝙ illa uirtus est infinita in uigore, & per consequens mouet in non tempore, probatio primæ consequentiæ. Omnis virtus existens in magnitudine composita ex materia, & forma est corruptibilis, & habet contrarium, ergo si talis uirtus sit infinita in duratione permanens per tempus infinitum, cum habeat corrumpẽs, sequitur, quod per tempus infinitum illa virtus resistit corrumpenti, quod non esset, nisi illa uirtus in infinitum excedat uirtutem corrumpentis, quia si detur, quod uirtus illius corporis excedit uirtutem corrumpentem in aliqua determinata proportione, cum corrumpens semper continuetur secundum speciem, necesse est uirtutem illius corporis tandem debilitari in tantum, quod omnino corrumpetur, quia semper in resistiendo debilitatur, & sic tandem corrumpetur, quare sequitur, quod si corpus compositum ex materia, & forma habeat uirtutem infinitæ durationis, ꝙ etiam habeat uirtutem infinitam in uigore, quia ex opposito, si habeat uirtutem finitã in uigore, & illa continue debilitatur ex quo tandem corrumpitur, & per consequens non est infinita in duratione. Sed de uirtute extra magnitudinem non sequitur, est infinita in duratione: ergo est infinita in uigore, quia uirtus extra magnitudinem non debilitatur, cum non habeat contrarium, & ideo non maior uigor requiritur in tali uirtute ad durandum per unum diem, quam ad durandum per tempus infinitum, & ideo non sequitur, uirtus extra magnitudinem est infinita in duratione: ergo est infinita in uirtute. & per cõsequens non sequitur. quod moueat in non tempore. Si uero dicitur, quòd corpus est compositum ex materia, & forma. Respondet Commen. concesso, ꝙ omne corpus sit compositum ex materia, & forma dicens, ꝙ de numero corporum quoddã est compositum ex forma quę non constituitur in esse per materiam, nec dat esse materiæ, eo quòd materia sua non est in potentia sua ad esse, & huiusmodi corpus est cælum. Aliud est corpus cõpositum ex materia, quod est in potentia ad esse,

D

A

& forma eius consistit per suam materiam, & huiusmodi corpora sunt corpora generabilia, & corruptibilia. Quod igitur dicatur, ꝙ si uirtus infinita in duratione esset in corpore composito ex materia, & forma, illa moueret in non tempore, intelligitur de corpore cõposito ex materia, quæ est in potentia ad esse, & forma, quæ constituitur in esse per suam materiam. Melius tamen uidetur esse dicendum, quod illa propositio est falsa, scilicet, omne corpus est compositum ex materia, & forma, quia corpus cæleste circumscripto motore non est compositum ex materia, & forma, sed est corpus simplex ens in actu, & non est materia, quæ est in potentia ad esse, nec habẽs talem materiam, sed magis debet dici forma corporea, quam materia, quia est in potentia ad ubi, quare quia &c.

Neq; igitur fieri potest, ut infinita in magnitudine finitæ sint uires. Atq; quanquam fit, ut minore in magnitudine plus virium insit; multo tamen maiores sunt in maiore. Sit itaq; magnitudo infinita a, b atq; pars eius c. b, uires aliquas habet, quibus d, mouuit aliquo in tpe quod e, f, literis designetur. Si igitur ipsius c, b, duplũ cæpero magni-

B

tudinem, hac enim nunc ratione utamur illa temporis in dimidio, quod est e, g, idẽ profecto mouebit. Quod si hoc pacto sumpsero partes a, b, quidẽ magnitudinẽ nunquam transibo. Tempore uero dato semper accipiam minus. Erũt ergo uires ipsius a, b, magnitudinis infinitæ. Omnes enim finitas exuperant uires. Omnium autem finitarum virium tempus etiam finitum esse necesse est. Nam si aliquo in tempore moueant tantæ, maiore minore in tempore quidem, at definito mouebunt conuersione contraria rationis. Sunt autem infinitæ vires perinde, atque multitudo magnitudoq; infinita est ea, quæ multitudinem omnem, magnitudinemque exuperat definitam.

C

Nullum itaque finitum contingit infinitam potentiã habere, neq; infinitum finitam. Et tamen contingit in minori magnitudine ampliorem potentiam esse. Sed adhuc magis in maiori plurima. Sit igitur in quo est a, b, infinitum, sed b, c, habet potentiam quandam, quæ in aliquo tempore mouet ipsum d, in tẽpore, in quo est e, z. Si igitur ipsi b, c, duplam accipio, in medio mouebit tempore ipsius e, z, sit enim hac proportio. Quare in z, & t, mouebit, ergo accipiens semper a, b, quidem nequaquam transibo. Tempore autem dato semper minus accipiam infinita ergo potentia erit. Omnem enim finitam potentiam excellit. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse & tempus. Si enim in quodam tanta, maior in minori quidem terminato autem mouebit tempore secundum conuersionem proportionis. Infinita enim omnis potentia sicut multitudo & magnitudo excellẽs, omne finitum. Tex. c. 84

D

Demonstratio.

B	Mouens finitum.	C	
D	Mobile.		
E	Tempus in quo b, c, mouet d.		Z
Z	Tempus subduplum.	T	

HÆc est tertia particula primæ partis principalis huius capit. in qua Phylosophus ostendit, quòd in magnitudine infinita non potest esse potentia finita, & hæc est quæ

41. concl. de annex. Prima probatio. quadragesimaprima conclusio de annexis quæ probatur dupliciter, & primo sic. Potentia, quæ est maior potentia cuiuslibet magnitudinis finitæ est infinita, sed potentia magnitudinis infinitæ est maior, quam potentia cuiuslibet magnitudinis finitæ, ergo potentia magnitudinis finitæ est infinita, & per consequens non est finita. Maior patet, quoniam potentia, quæ est maior qualibet potentia finita, necesse est, vt sit infinita, & minor declaratur, scilicet, quòd potentia magnitudinis infinitæ est maior quacunque potentia magnitudinis finitæ, quoniam accipiatur aliqua pars finita magnitudinis infinitæ, si illa pars duplicetur, adhuc potentia magnitudinis infinitæ est maior, quam potentia illius partis, quia potentia totius est maior, quam potentia partis, & duplicetur illa pars, adhuc potentia totius est maior, quam potentia illius partis duplicatæ, & duplicetur iterum, semper potentia magnitudinis infinitæ erit maior, potentia igitur magnitudinis infinitæ in infinitum excedit quamcunque potentiam suæ partis finitæ, sed nulla potentia finita in infinitum excedit potentiam finitã, ergo potentia magnitudinis infinitæ est maior, quacunq; potentia finita, seu quacunque potentia magnitudinis finitæ. Vel potest formari ratio sic. Omnis potentia finita requirit determinatum tempus, in quo potest mouere, sed potentia magnitudinis infinitæ non requirit determinatum tempus, in quo potest mouere, ergo magnitudinis infinitæ non est potentia finita, maior patet, & minor probatur sic, potentia totius in minori tempore potest mouere idem mobile, quã potentia partis, sed non est aliquod tempus ita paruum, quin pars magnitudinis infinitæ possit mouere in illo tempore, quia non est accipere partem ita magnam, quin possit mouere in quolibet tempore quantumcunque paruo, cum igitur in minori mensura potest tota virtus mouere, quam pars virtutis, sequitur, quòd potentia magnitudinis infinitæ non requirit determinatum tempus, in quo potest mouere, sed quia in minori magnitudine posset esse maior virtus, posset aliquis credere, quòd in magnitudine infinita potest esse virtus finita. Nam propter magnitudinem corporis non oportet, quòd sit virtus maior, cum in minori corpore possit esse maior virtus, quam in corpore maiori. Istud soluit Phyl. dicens, quòd quanuis in magnitudine minori possit esse maior virtus, quã in magnitudine maiori, tamen in magnitudine minori, siue in magnitudine quacunque finita non potest esse maior virtus, quam in magnitudine infinita. Sciendum, quòd quamuis in magnitudine minori possit esse maior virtus, verbi gratia, in modico igne est plus de potentia, quam in multo aere, attamen tantum potest accipi de aere, quod plus erit de potentia in eo, quam in illo modico igne. Est igitur intentio Phylos. quòd etiam si secundum aliqualem excessum posset esse plus de potentia in magnitudine minori, quam in maiori, potest tamen esse tantus excessus, quòd plus de potentia reperiretur in magnitudine maiori, quam in magnitudine minori, cum igitur magnitudo infinita incomparabiliter, & sine omni proportione excedat quamcunque magnitudinem finitam, oportet, quòd sit plus de virtute in magnitudine infinita, quam in quacunque magnitudine finita.

Licet autem hoc idem sic etiam demonstrare. Accipiemus enim magnitudinis finitæ cuiuspiam potentiam aliquam generis eius potentiæ, quę in magnitudine est infinita, quæ finitam potentiam infinitæ magnitudinis metietur. Ex his igitur, quæ dicta sunt, patet fieri non posse, vt finita in magnitudine vires sint infinitæ, aut in infinita finitæ.

Tex. c. 81. *Est autem hoc demonstrare, & sic, accipiens enim quandam potentiam eandem genere ei, quæ est in infinita magnitudine infinita magnitudine existentem, quæ mensurabit eam, quæ est in infinita magnitudine, finitam potentiam. Quod quidem igitur in infinitam esse potentiam in infinita magnitudine, neque finitam in infinita, ex his palam est.*

Secunda probatio. Secundo probatur eadem conclusio sic. Quæcunque potentia finita, vel æqualis ei reperiri potest, seu possibilis in magnitudine finita, si igitur in magnitudine infinita potest esse

A virtus finita, ponatur æqualis virtus finita in magnitudine finita, ex hoc sequitur, quòd potentia, quæ est in magnitudine finita est æqualis potentiæ, quæ est in magnitudine infinita, quod est impossibile, ergo non potest virtus finita esse in magnitudine infinita, quia si sic, æqualis virtus esset, vel esse posset in corpore finito, & in corpore infinito.

Sed de his, quæ feruntur, bene sese habet aliquam primo dubitationem afferre. Nam si omne, quod mouetur, ab aliquo moueatur, quo pacto eorum, quæ seipsa mouent, continue nonnulla mouentur, eo, quòd mouerat non tangente, vt corporum ea, quæ proijciuntur.

De his autem, quæ feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationem primum, si enim omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunque non ipsa seipsa mouent, quomodo mouentur, aliqua continue non tan- B *gente eo, quod mouet, vt proiecta.* Tex. c. 82.

Hæc est secunda pars principalis huius c. in qua principaliter determinatur de vnitate primi motoris, & continet quinque particulas, quoniam in prima Phyl. mouet, & soluit quandam dubitationem, ex cuius solutione apparet, quòd primus motor sit vnus. In secunda ibi [Mouens igitur] ostendit, ꝙ motor cæli est infatigabilis. In tertia autẽ ibi [Et regulariter.] ostendit, ꝙ motus cæli est regularis. In quarta vero ibi [Necesse est autẽ.] quæritur, & soluitur quæstio quærens, vbi est motor mouens per tẽpus infinitum, qm̃ ex quo ille motor non est in materia, oportet videre, vbi sit, s. vtrum in medio sphęræ, i. in cẽtro, vel in circumferentia. In quinta ibi. [Habet autẽ dubitationẽ.] soluit quandã dubitationẽ de proiectis, s. qualiter, & a quo mouẽtur, cessante primo proijciente. Prima particula cõtinet duas partes, quia in prima mouet dubitationẽ. In secunda ibi. [Qm̃ aũt in his.] ostendit per veritatẽ iam declaratam primũ motorem esse vnũ. Prima pars cõtinet tres particulas, quia in prima mouet dubitationẽ, & excludit quandã responsionẽ falsam. In secunda ibi [Necesse aũt C hoc [ponit veram solutionẽ dubitationis. In tertia ibi [Hoc quidem igitur.] ostendit, ꝙ motus proiectionis non est cõtinuus. In prima igitur particula huius partis Philosophus mouet talẽ dubitationẽ, videlicet, qualiter proiecta mouentur, cessante primo proijciente, hæc dubitatio hẽt ortũ ex præcedente, qm̃ prius est ostensum, ꝙ omne, qđ mouetur, mouetur ab alio, & ꝙ mouens tangit motũ, vbi vtrunque, s. tã mouẽs, q̃ motũ est corruptibile. Est igitur dubitatio de motu proiectorũ, videtur .n. ꝙ quando primum proijciens non tangit proiectum, ꝙ tunc proiectum nõ debeat moueri. In toto enim proiectionis primũ proijciens est causa totius motus, & ideo videtur, ꝙ cessante primo proijciente, debet totus motus cessare. Dubium.

Quod si isce, qui mouit, & aliquid aliud simul mouet, vt aerem, qui quidem mouet subiens motum, simili modo profecto fieri nequit, vt illa moueantur ipso primo non tangente, neque mouente. Sed simul omnia moueantur, rursusque moueri tum desinant. Cum id, quod primo mouet, de- D sinit mouere, necesse est, & si perinde facit, vt magnes, veluti si mouet quod mouet.

Si autem simul mouet, & aliud aliquid, qui mouet, vt aerem, qui motus mouet. Similiter impossibile, primo non tangente, neque mouente, moueri, sed simul omnia moueri, & quiescere, cum primum mouens quiescet, & si facit, sicut lapis, vt mouere, quod mouet aliud.

Remouet vnã falsam rñsionẽ, q̃ dicit, ꝙ proijciens, qui primo mouet lapidẽ, simul cũ lapide mouet aliqd aliud. s. aerẽ, & aer motus mouet lapidẽ post cõtactũ primi proijciẽtis. Hãc rõnẽ excludit Phy. ꝑ hoc, ꝙ ita vr̃ esse impossibile, ꝙ aer moueatur nõ tãgẽte primo ꝓijciẽte, sicut vr̃ esse impossibile, de lapide, qm̃ aer nõ mouet lapidẽ, nisi moueatur, & cessante primo ꝓijciente, aer nõ mouetur a primo proijciẽte, oportet igitur oĩa quiescere, qm̃ primus motor quiescit, & mouens cum Remotio falsę responsionis.

primus motor mouet, cum ille sit causã totius motus a principio motus, vsque ad finem, quod patet, quoniam totus motus in velocitate, & tarditate consequitur, vsque ad finem potentiam, primi motos, quasc &c.

At enim hoc dicatur, necesse est, id, quod primũ mouit facere, vt mouere etiam possit, aut aer, aut aqua, aut aliquid tale, quod quidem est aptum mouere motumq; subire, sed non desinit mouere, atque moueri, sed desinit quidem moueri, cum his, qui mouet, moueri desinit. Est autem adhuc mouens. Quapropter mouetur alij hærens, vt in hoc eadem ratio est, desinit autem, cum mouendi potentia minor fit in eo, quod hæret. Penitus autem desinit, cum antecedens non vlterius mouens fecerit, sed motum subiens solum Hęc autem simul desinere alterum mouere.

Necesse autem hoc quidem dicere, quòd primum mouens facit possibile, & mouere, aut aerem huiusmodi, aut aquam, aut aliud aliquid tale, quod aptum natum est mouere, & moueri, sed non simul pausat mouens, & quod mouetur. Sed quod mouetur quidem simul, cum mouens quieuit mouens, mouens adhuc est, vnde mouetur cum alio habitum, & in hoc eadem ratio est, pausat autem, cum minor fuerit virtus mouendi, in qua fuit habito. Tanqem autem quiescit, cum non amplius facit, quod prius mouens, sed motum solum. Hæc autem necesse est simul pausare hoc quidem mouens.

Solutio vera.

HÆc est secunda particula primæ partis primæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua Phylo. ponit veram solutionem illius dubitationis, & consistis solutio in hoc ꝙ primum mouens tribuit duo mouenti, scilicet, mouere, & moueri, & similiter est de secundo motore respectu tertij, ita, ꝙ cessante primo motore a mouere, cessat secundum mouens a moueri, sed non a mouere, cum vlterius moueat tertium, sed respectu vltimi moti, sic est, ꝙ cessante proximo motore, ipsum simul cessat a mouere, & a moueri. Vnde motus proiectionis fit in medio condensabili, & rarefactibili, cuiusmodi sunt aer, & aqua, & non oportet, tale medium simul cessare a mouere, & a moueri, vt accidit in corporibus solidis, tale igitur medium potest mouere proiectum, quando nõ mouetur a primo projiciente. & hoc est manifestum in motu lapidis proiecti in aquam. Videntur enim partes aquæ, quę sequuntur lapidem moueri vndique, donec transferatur motus ab illa parte ad partem sequentem, deinde ad aliam quousque cesset, sed partes aquæ non simul mouentur, sicut simul mouentur partes corporis solidi, vt patet de circulis, qui fiũt in aqua, quando lapides proijciuntur in aquam. Intelligendum, quod de ratione aeris, & aquæ est, ꝙ cum impelluntur a proijciente, non statim cessant a moueri, quando impellens cessat a mouere, immo quiescente impellente adhuc mouetur aer impulsus ab eo, & ille aer impulsus impellit aliam partem aeris, & illa pars aliam partem, partes vero aeris successiue impellentes impellunt illam rem proiectam, donec perueniatur ad aliquam partem aeris, ita debiliter motam, ꝙ licet impellatur, & moueatur, non tamen potest vlterius mouere, & impellere rem proiectam, si tamen ita esset de aere, & aqua, sicut est de corporibus solidis terminatis termino ꝓprio oporteret omnes partes aeris, vel aquæ simul mouere, & sic oporteret ipsum proijciens moueri a principio motus vsq. ad finem, aliter vnum corpus penetraret aliud corpus. Et si quæratur a quo mouetur medium, quando primum proijciens quiescit, dico, quod prima pars medij, cessante primo proijciente, mouetur a seipsa, rarefaciendo se, & sic mouet secundum partem, & etiam proiectũ, & sic de alijs partibus. Intelligendum secũdum aliquos, quod proiectio fit hoc modo, cum enim proiectum separaretur a primo mouente diuidit violenter aerem in partem anteriorem, quo diuiso clauditur aer in parte posteriori, & aer sic clausus propellit proiectum, simul enim fit diuisio vnius partis aeris, & clausio violenta alterius partis.

A Alterum moueri, totumq; motum necesse est. His igitur motus in hisce fit, quæ nunquam moueri, nonnunquam quiescere possunt, & non est continuus, sed apparet. nam aut deinceps collocatorum, aut tangentium est. Non est enim vnum mouens, sed plura, quorum aliud alij hęret. Quocirca talis motus in aere fit, & in aqua, quem quidã antiparistasim esse dicunt. impossibile autem est alio modo soluere ea, quæ dubitata sunt quam dicto modo, ipsa autem antiparistasis cuncta simul mouere, mouerique facit. Quare & desinunt simul, nunc autem vnum, quod continue ab aliquo moueri videt, non enim ab eodem mouetur.

Hoc quidem autem motum, & totum motum. Hæc quidem igitur in contingentibus aliquando quidem mo-
B *ueri, aliquando quidem quiescere, fit motus, & non continuus, sed videtur. Aut enim conuenienter entiũ est, aut tangentium. Non enim vnum mouens, sed habita adinuicem sunt. Vnde & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidam antiparistasim esse. Impossibile autem aliter opposita soluere, nisi dicto modo, antiparistasis autem simul omnia moueri facit, & mouere, quare & quiescunt. Nunc autem videtur vnũ aliquid, quod continue mouetur a quocunque, non enim ab eodem.*

HÆc est tertia particula primæ partis primæ particulæ secundæ partis principalis huius capituli, in qua PhyLex prædictis ostendit, quod motus proiectionis non est continuus, licet videatur continuus, & hæc est 42. conclusio de anoexis, quæ probatur sic. Motus, qui non habet vnum motorẽ, sed multos motores sibiinuicem succedentes, non est continuus, sed motus proiectionis non habet vnum motorem tantum, sed multos motores sibiinuicem succedentes, & consequenter se habentes in mouendo, quia primo mouet vnum mouens, deinde mouet aliud mouens, ergo motus proiectionis non est continuus, quamuis videatur esse continuus propter vnitatem mobilis. iste autem motus fit in aqua, aut in aere, quæ sunt corpora de facili diuisibilia Quidã vero dicunt, quòd motus proiectionis est antiparistasis, idest, contra resistẽtiã aeris, sed hoc est falsum, quia totus aer simul resistit, & ideo si contra resistentia aeris esset causa huius motus, omnia simul mouerentur, vel simul quiescerent, quod est falsum. Sed sunt hic quatuor notanda. Primo est notandum, quòd quamuis totus motus proiectionis, qui est a diuersis motoribus, non sit continuus, tamen aliqua pars illius motus est ab vno motore. Secundo est sciendum, quod motus, qui est a pluribus motoribus corporalibus sibiinuicem succedentibus in mouendo, non est continuus, vt si vna candela transferatur de manu in manum, sine quiete media mensurãta tempore medio, ille motus candelæ non est continuus, quamuis tempus, in quo mouetur, sit continuum, quia motus continuus habet esse in quolibet instanti temporis mensurãtis motum, præterquam in primo, & vltimo instanti, sed huiusmodi motus candelæ non habet esse in instanti medio inter tempus mensurans motum vnius motus, & motum alterius motus, quoniam in primo instanti nullus motus inest mobili, nec motus causatus a motore præcedente, nec motus causatus a motore sequente. & ita est de motu proiectionis, qui fit a diuersis motoribus, inter quos cadit quies media mensurata tempore & quandoq; quies media cadit mensurata instanti. Tertio est notandum, quod pluralitas motorum simul mouentium idem mobile non impedit continuitatem motus, vt patet de motu nauis tractæ a pluribus trahentibus, qui potest esse continuus, quamuis sit a pluribus motoribus simul mouentibus nauem, sed si plures motores mouerent nauem successiue, scilicet, vnus post alium non esset vnus motus continuus, quia inter motus causatos a diuersis motoribus caderet quies media mensurata tempore, vel instanti. Sed dubium est, si vnus motor moueat continue, & alij motores successiue concurrant cum illo motore in mouendo, vtrum iste motus sit continuus, vt si vnus homo moueat nauem continue, & aliquando concurrãt cum eo

42. concl. de annex.

Primũ notandum.

Secũdom notandũ.

Tertiũ notandum.

eo successiue alij motores ad mouendum, vt tamen ille totus motus sit continuus. Dicendum, vt mihi videtur, quod si ille vnus motor sufficiat ad causandum motum nauis, tunc ille motus potest esse continuus, quamuis concurrant plures motores, quia tunc potest motus inesse mobili pro quolibet instanti temporis mensurantis motum. Quarto est intelligendum, quod Phy. quinto huius, vbi dicit, quod ad vnitatem, & continuitatem motus sufficiunt tria, scilicet, vnitas mobilis, temporis, & termini ad quem, ibi sub mobili comprehendit tam mouens, quam motum. Vnde secundum veritatem quatuor requiruntur ad vnitatem numeralem motus, scilicet illa tria, quæ ibi dicuntur, requiri, & quartum est vnitas numeralis mouentis, & hoc, vbi tantum vnus motor solum mouet, si enim plures motores sibiinuicem succedant in mouendo non est motus vnus continuus.

Quartum notandū.

Quoniam autem in hisce, quæ sunt continuum esse motum, necesse est. hic vero est vnus, atque vnum motum magnitudinis cuiuspiam esse, necesse est. Non enim id mouetur, quod magnitudinis est expers, & vnius esse, atque ab vno, alioquin continuus non erit, sed hærens alius alij, atque diuisus.

Tex.c. 83. *Quoniam autem in his, quæ sunt, necesse est semper esse motum continuum. Hic autem vnus est. Necesse autem vnum magnitudinis alicuius esse. Non enim mouetur impartibile, & vnius ab vno. Non enim erit continuus, sed habitus alter alteri diuisus.*

HÆc est secunda pars primæ particulę secundæ partis principalis huius capituli, in qua per veritatem iam declaratam ostendit Aristot. primum motorem esse vnum. & hæc est 43. conclusio de annexis, quæ probatur sic. Omnis motus continuus est vnius magnitudinis, & vnius motoris, sed primus motus est semper continuus, vt probatum est superius, ergo est vnius motoris, sed primus motor mouet motu primo, ergo primus motor est vnus, maior patet, quantum ad vtramque sui partem, quoniam cum indiuisibile non mouetur, vt probatum est sexto huius, oportet, quod omnis motus continuus sit vnius magnitudinis, & idē patet ex quinto huius, vbi probatum est, quod ad continuitatem motus requiritur vnitas numeralis mobilis. Secunda autem pars maioris patet ex hoc, quia si sint plures motores non est vnus motus continuus, vt iam probatum est de motu proiectionis. Si autem dicatur, quod motus primi cæli est a duobus motoribus, vt dicit Com super 12. meta. & tamen ille motus est continuus. Dicendum est, quod motus potest esse a duplici motore dupliciter, scilicet, vel simul, vel successiue, s. primo ab vno. Secundo ab alio. Motus, qui est a pluribus motoribus successiue non est vnus, & continuus. Motus tamen, qui est a pluribus motoribus simul, potest esse vnus, & continuus. Vel forte Com. intendit, quod motus primi cæli est a pluribus motoribus, vt ab vno, tanquam a motore effectiue, & ab alio tanquam a motore, vt finis, & sic est vnus, & continuus. Vnde Phyl. hic, cum dicit vnum motum vnum habere motorem tantum, intelligit de motore effectiue, quare &c.

43. concl. de annex.

Id, quod mouet si vnum est, aut subiēs motum mouet, aut immobile est. Si igitur mouetur, simul sequatur ipsum, atque mutetur, & insuper ab aliquo moueatur, oportet. Quare stabitur, atque ad id accedetur, quod mouet, & est immobile. Hoc enim non simul mutari, necesse est, sed poterit semper mouere, nam hoc pacto mouere sine labore profecto est.

Mouens igitur, aut vnum, aut motum mouet, aut immobile existens, siquidem igitur motum consequi oportebit, & mutari ipsum. Similiter autem moueri ab aliquo. Quare stabit, & veniet in ipsum moueri ab immobili. Hoc autem non necesse est simul mutare, sed semper poterit mouere, infatigabile enim est sic mouere.

HÆc est secunda particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua probato, quod primus motor est vnus, probat Phylosophus, quod primus motor est infatigabilis, & hæc est quadragesimaquarta conclusio de annexis huius libri, quæ probatur sic. Motor, qui in mouendo non mouetur, non fatigatur in mouendo, sed primus motor in mouendo non mouetur, ergo primus motor est infatigabilis, maior patet, quia causa fatigationis non est alia, nisi quia motor, quando mouet, mouetur, vt dicit hic Commen. & hoc prouenit ei, quia est in materia, minor declaratur per hoc, quia si primus motor in mouendo moueretur, sequitur, quod moueretur ab alio, & illud ab alio, & sic in infinitum, quod est inconueniens, ergo primus motor in mouendo non mouetur. Vnde sciendum, quod causa fatigationis motoris est, quia est esse in materia, hæc enim est vna causa fatigationis motoris in mouendo, scilicet, esse in materia, & sine hac causa non fatigatur motor, sed tamen qualiter ista causa requiratur non videtur motum. Multi enim motores existentes in materia non fatigantur in mouendo, vt patet de motoribus naturalibus corporum simplicium, sed sufficiens causa fatigationis motoris est, quia mobile ex se habet motum contrarium motui motoris, vt patet in motu progressiuo animalium, animal enim fatigatur in mouendo, quia corpus animalis habet motum contrarium motui animæ, vt vult Commen. super secundo cæli, & mundi in principio, si tamen aliquis velit per fatigationem intelligere debilitatem, ita quod idem sit motorem fatigari, & motorem debilitari, posset dici, quod sufficiens causa fatigationis motoris est esse in materia, & hæc est sufficiens causa debilitationis motoris.

44. concl. de annex.

Est hic motus, aut solus, aut maxime est vniformis. Id enim, quod mouet, nullam subit mutationem. Id etiam, quod ab illo mouetur, vt motus sit similis, non subeat mutationem oportet.

Et regularis hic motus est, aut solus, aut maxime. Non enim habet mutationem, neq; vnam mouens. Oportet autem, neque, quod mouetur iuxta illud habere mutationem, quatenus similis sit motus.

HÆc est tertia particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua declaratur, quod motor primus est regularis, & hęc est quadragesimaquinta conclusio huius libri de annexis, quæ probatur sic. Regularitas non accidit in motu, nisi ex hoc, quod motori accidit aliquis motus transmutationis, vt quia aliquando vigoratur, aliquando debilitatur, sed primus motor caret omni transmutatione, & omni modo transmutationis, ergo primus motus cum sit a primo motore est omnino regularis. Vnde Com. dicit hic, quod nos videmus Arist. opinari, quod corpus cæleste non potest ex se per suam naturam recipere transmutationem. Et quod causa huius est, quia non componitur ex materia, & forma, & quia est necessarium ex se, & non ex alio, vt Auic. dicit. Veruntamē necessitas est in ipso modo recipiendi in motore vno modo age odi. hæc Com. Sed dubitatur hic, quia non videtur, quod motus primi cæli sit regularis, quia cælum est corpus solidum motum circulariter, & partes circumferentiales velocius mouentur, quam partes centrales, quanto enim aliqua pars cæli est propinquior circumferentiæ tanto velocius mouetur, quia maiorem circulum describit in eodem tempore, sed illo motus est irregularis, cuius vna pars est velocior, & alia tardior ergo motus cæli est irregularis. Dicendum, quod totum cælum, & qualibet pars cæli semper mouetur æque velociter, ita, quod nec aliqua pars cæli mouetur velocius in vna parte temporis, quam in alia, tamen vna pars cæli, vt pars circumferentialis, semper mouetur velocius, quam pars centralis, idest, quam pars propinquior centro, nec propter hoc est motus irregularis. Vnde breuiter motus habet duplices partes, scilicet, quasdam acceptas secundum diuisionem mobilis, & quasdam acceptas secundum diuisionem temporis. Ille motus est irregularis, qui habet vnam partem acceptam secundum diuisionem temporis velociorem alia parte accepta secundum diuisionem temporis. Si enim totum cælum, vel aliqua pars cæli moueretur velocius in vna parte temporis, quam eadem pars moueretur in alia parte temporis, tunc motus esset irregularis, sed non est ita, ergo motus non dicitur irregularis propter hoc, quod vna pars accepta secundum diuisionem

45. concl. de annex.

sionem mobilis est velocior, quam alia, nec ex hoc, quòd vna pars primi cęli mouetur velocius quam alia. Vnde concedo, quòd vna pars primi cæli mouetur velocius, quam alia, sicut argutum est, sed nec cælum, nec aliqua pars cæli mouetur velocius in vna parte temporis, quam eadem pars in alia, & ideo motus cæli est omnino regularis, ideo &c.

A

Atqui illud, aut in medio, aut in orbe esse necesse est. Hæc enim principia sunt. At ea, quæ propinquissima sunt mouenti, summa cum celeritate mouentur. Talis autem est ipsius totius motus. Illic igitur est id, quod mouet.

Tex. c. 84.

Necesse est autem, aut in medio, aut in circulo esse. Hæc enim principia sunt, sed citius mouentur, proxima mouenti, huiusmodi autem est totius motus. Ibi ergo est mouens.

B

Quæstio.

Solutio.

Haec est quarta particula secundæ partis principalis huius capituli, in qua soluitur quædam quæstio quærens, in quo loco est motor cæli, s. primus motor, qui mouet per tempus infinitum, aut igitur motor mouens circulariter habet esse in centro sphæræ, aut in circulo. Ista enim duo sunt principia sphæræ, scilicet, medium, circa, quod mouetur, & circumferentia, quia illa est initium motus. Istam igitur quæstionem soluit Phyl dicens, quòd motor primus est in illo loco, in quo actio eius, idest motio eius magis apparet, & est magis æqualis ei, & quia actio prima magis apparet in circumferentia, & motio eius est illic magis æqualis, quam motio in alia parte, vel in alio circulo, ideo motor primus attribuitur illi loco, scilicet, supremæ sphæræ, seu circumferentiæ supremę sphæræ. Vnde primus motor est in maximo circulo, qui semper vniformiter mouetur. Et ratio est, quia illud, quod est magis propinquum motori, mouetur velocius, & illud, quod mouetur velocius magis appropinquat motori, sed circulus maximus velocissime mouetur, ideo primus motor est in maximo circulo. Vnde Com dicit per hanc approximationem, scilicet, motoris ad mobile, debemus intelligere approximationem secundum esse, & non secundum locum, quod enim non est corpus, nec est in corpore, nec est in loco Et Com. dicit hic quòd omnes leges conueniunt in hoc, scilicet, quòd Deus habitat in cælo. Notandum etiam secundum Com. hic dicentem sic. Declaratum est in libro de motibus animalim secundum locum, quòd omne, quod mouetur habet corpus quiescens, circa quod voluitur, & quòd virtus quiescentis debet esse firmior virtute illius, quod mouetur, & si aliter esset, totum expelleretur existentia, igitur mundus his duabus perficitur virtutibus, scilicet, virtute quietis, & virtute mouendi, que est contraria illi. Intelligendum, quòd omne motum secundum locum innititur alicui quieti, vt patet in motu animalis, & si virtus mouens animal in loco esset fortior in mouendo, quam virtus, per quam terra quiescit, in quiescendo, animal in motu suo, expelleret quiescens, cui innititur a loco suo, sed non est sic de motu cæli, & de quiete totius terræ. Et quamuis motus cæli requirat quiescens, circa quod mouetur, tamen non innititur illi, nec innititur ad remouẽdum terram a loco suo, terra igitur semper quiescit, quia non habet causas, que possint ipsam amouere a loco suo. Vnde causa quietis terræ est a principio causarum, quæ possunt amouere terram a loco suo, & hoc dicit Com. in de substantia orbis. Sed dubitatur circam illam propositionẽ, vbi dicitur, quod illud mouetur velocius, quod est propinquius motori, hoc enim non videtur verum, quia sphæra lunæ, quæ maxime distat a motore, complet cursum suum in minori tempore, quam est mensis, & non secundum cursum aliorum, sed Saturnus per computationem astrorum complet cursum suum in mille annis, & quanto planeta est superius tanto complet cursum suum in minori tempore. Ad hoc dicitur, quòd quanto sphæra est superior tanto velocius mouetur motu rapto, quia in æquali tempore describit maiorem circulum, tam ẽ secundum motum proprium sphære inferiores velocius mouentur, quam spæræ superiores, quia in minori tempore complent cursus suos. Vel potest aliter dici, scilicet, quòd quia sphæræ superiores sunt multo maiores, quam sphęrę inferiores, ideo possumus dicere, quod velocius mouẽtur motibus propriis, licet in pluri tempore compleant cursus suos. Vnde, quia sphæræ superiores sunt maiores, ideo requirunt plus de tempore ad complendum cursus suos, nec propter hoc mouentur tardius, quam sphæræ inferiores. Sed magis dubium videtur esse, quia videmus sensibiliter, quod existens in centro mouens circulum velocius mouet partes circumferentiales, quam partes centrales, v. g. Existens in medio rotæ, vel iuxta medium, si moueatur rota, partes rotę iuxta medium tardius mouentur, quam partes remotiores a medio, vt partes iuxta circumferentiam, & tamen partes iuxta medium rotæ sunt propinquiores motori, quam partes circumferentiales, quod autem partes circumferentiales velocius moueantur, patet manifeste, quia in æquali tempore describunt maiorem circulum, & sic patet, quod partes propinquiores motori non mouentur velocius. Ad illud dico, quod ratio Phyl. non est demonstratiua ad probandum primum motorem esse in maximo circulo, sed est probabilis tãtum, & maxime habet probabilitatem, vbi mobilia sunt abinuicem separata, & non colligata adinuicem, ita quod quodlibet potest per se moueri alio nõ existente moto. Intelligendum, quòd centrum, & circumferentia dicuntur esse principia sphæræ, quia sphæra diffinitur per hæc duo. Diffinitio enim sphæræ est, quòd est corpus solidum, vna superficie contentum, in cuius medio est centrum, a quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales.

Idem primo cæl. t. c. 21. & 96 & 100. Et 2. cæli tex. c. 2. & com. 74.

A

Replica.

Respõsio.

B

Existit autem dubitatio, si fieri possit, vt quippiam motum subiens continue moueat, sed non vt id, quod iterum, iterumq; pellit ex eo continue mouet, quia motus deinceps sunt.

Tex. c. 85.

Habet autem dubitationem, si cõtingat aliquod, quod mouetur, mouere continue, sed non sicut impellens, iterum, & iterum, consequenter esse continue.

Dubium.

Haec est quinta particula secundæ partis principalis huius cap. in qua Phyl. mouet, & soluit quandam dubitationem, quoniam dubitatur, qualiter aliquis motor potest continue, & semper mouere. Et ratio dubitationis est, quia illud, quod semper mouet continue, vel mouet, vel pellens, vel sicut trahens, sed nec pellens, nec trahens potest semper continue mouere, quia tam pellens, quam trahens aliter se habet ad illud, quod mouetur in principio motus, & in fine, quia vel est propinquius, vel remotius, & per consequens non potest semper mouere continue.

C

Aut enim ipsum pellere, vel trahere, vel vtrumque facere oportet, aut aliud, aliudque succedens, perinde atque fit in hisce, quæ proijciuntur, vt antea diximus, si cum facile diuisibilis sit, vel aqua, vel aer, alius semper mouet subiens motum. At neutro modo motus vnius esse potest, sed plures hærentes erunt. Solus igitur is est continuus motus, quo id, quod est in mobile, mouet. Semper enim similiter sese habens, & quod mouetur similiter, & continue se habebit.

D

Aut enim ipsum oportet impellere, aut trahere, aut vtraque, aut aliquid aliud contingentes aliud ab alio, sicut olim dictum est in his, quæ proyciuntur. Si autem cũ diuisibilis sit aer, aut aqua mouet, sed sicut semper motus, vtrobiq; autem non possibile est, motum vnum esse, sed habitum, solus itaque continuus est, quem mouet immobile. Semper enim, similiter se habens, & ad id, quod mouetur, similiter se habebit, & continue.

Soluit illam dubitationem dicens, quòd nullum mouens motum habet causare motum semper continuum. Necesse est enim dicere, quòd mobile, quod continue videtur moueri, aut mouetur immediate per totum motum ab ipso mouente moto, aut per multa media, quorum vnum tangit aliud, sicut accidit in motu proiectionis, & ista dubitatio habet æqualiter locum, siue mouens motum moueat impellendo, siue trahendo, siue vtroque modo. Solutio igitur istius dubitationis est, quod motor cæli est motor immobilis, & nec est corpus, nec forma in corpore, & ideo nec mouet trahen-

Solut. d.

de

do nec mouet impellendo. Vnde motor corporeus non potest semper continue mouere, quia non mouet, nisi pellendo, uel trahendo. Intelligendum, quòd per motum continuum in proposito phyl. intelligit motum simplicem, & regularem, quia enim motus primus est omnino simplex, & regularis, ideo concludit Arist. quòd motor eius est immobilis, & incorporeus, quare &c.

His hoc pacto determinatis, patet impossibile esse primum mouens, atque immobile magnitudinem vllam habere. Nam si habet, aut finitam, aut infinitam ipsam esse, necesse est At demonstratum est prius, in naturalibus fieri non posse, ut magnitudo sit infinita, & nunc demonstrauimus finitam magnitudinem infinitas vires habere nō posse, & impossibile insuper esse infinito in tempore quicquam a magnitudine finita moueri. Primum autem mouens æterno motu, infinitoque tempore mouet. Patet igitur ipsum indiuisibile, uacareque partibus, ac magnitudinem nullam prorsus habere.

Determinatis autem his manifestum est, quoniam impossibile est primum mouens, & immobile habere aliquam magnitudinem, si enim magnitudinem habet, necesse est, aut finitam ipsam esse, aut infinitam. Infinitam quidem igitur, quòd non cōtingit magnitudinem esse, ostensum est prius in physicis. Quod autem impossibile est finitam habere infinitam potentiam, & quòd

A *impossibile est a finito moueri aliquid secundum infinitum tempus, demonstratum est nunc. Principium autem mouens perpetuum mouet motum & infinito tempore. Manifestum itaque, quòd indiuisibile est, & impartibile, & nullam habens magnitudinem.*

HÆc est tertia pars principalis huius cap. in qua Arist. determinat de impartibilitate primi motoris, ostendēs, quòd primum mouens immobile est impartibile, nullam habens magnitudinem. Et hæc est sexta conclusio principalis huius libri secundum Lyncon. quæ probatur sic. Quod (Sexta conclusio huius libri.) non est in magnitudine, est impartibile nullam habens magnitudinem, sed primum mouens immobile non est in magnitudine. ergo est impartibile, nullam habens magnitudinē, maior patet de se, & minor declaratur, scilicet, quod primus motor non est in magnitudine, quia si esset in magnitudine, aut igitur in magnitudine finita, aut in magnitudine infinita, quia nulla magnitudo est infinita, ut patet tertio huius, nec etiam est in magnitudine finita, quia primus motor est uirtutis infinitæ, (Tex.c.10.) cum moueat per tempus infinitum, sed in magnitudine finita non est virtus infinita, vt prius probatum est in
B hoc cap. primus igitur motor, nec est corpus, nec in corpore, sed est indiuisibilis, impartibilis, nullam habēs magnitudinē. Nota, quod cum phylosophus dicit, quod primus motor est uirtutis infinitæ, intelligit, quod est uirtutis infinitæ in duratione, & virtus infinita in duratione non potest esse in magnitudine finita composita ex materia, quæ est in potentia ad esse, & ex forma, quæ constituitur in esse per subiectum, quia si uirtus infinita in duratione esset in tali magnitudine, sequeretur, quod illa uirtus esset infinita in uigore, ut declaratum est superius, & per consequens moueret magnitudinem, quæ est in non tempore, quia inter virtutem motiuam motoris, & virtutem resistiuam mobilis non esset aliqua proportio. (Notabile.)

FINIS.



Ego Titus Francischinus de Cingulo I.V. & Philosophiæ Doctor correxi.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa.

Omnes ſunt Terniones, præter A a a, quæ eſt duernio,
& Tabula per ſe patet.

[redacted]
Carmel. Diſcal.



[redacted]
Romę.

V E N E T I I S, Apud Petrum de Farris.

Anno M D C IX.